

FRANCISCI
VALLISII
 COVARRVBIANI, VI-
 VENTIVM MEDICORVM
 CORYPHÆI, ET IN COMPLVTENSI

Academia Professoris Primarij, Nunc verò PHILIPPI Austriaci
 II. Hispaniarum Regis potentissimi à Cubiculo
 Medici primi,

COMMENTARIA ILLVSTRIA,
in Cl. Galeni Pergameni libros subsequentes,

- I. Artem Medicinalem,
- II. De inæquali temperie libellum,
- III. Tertium de Temperamentis librum,
- IIII. Quinq; priores de Simplicium Medicamentorum facultate libros,
- V. Duos de differentia Febrium,
- VI. Sex de Locis patientibus libros.

TRACTATVS MEDICINALES.

- I. De vrinis compendiaria Tractatio,
- II. De Pulsibus Libellus.
- III. De Febribus Commentarius,
- IIII. Methodi Medendi libri tres.

OMNIA RECENS PRIMA HAC EDITIONE PVBLICATA,
operâ & industriâ Ioannis Petri Ayroldi Marcellini.

Cum INDICE Rerum & Verborum locupletissimo.



CX libris J. J. Lissaud J. m.

FRANCOFVRTI,

Apud IOHANNEM BEYER.

M. DC. XLV.


1432

WALLER
GOVERNMENT
ENTIRE MEDICAL
COURSE & M. D. DEGREE

COMMITTEE OF THE BOARD

THE BOARD OF MEDICAL

OFFICE OF THE SECRETARY



FRANCIS
AND JOHN M. BAYNE
M.D. XII



GALENI ARS ME- DICINALIS CVM COM- MENTARIIS FRANCISCI VALLESI,

RES sunt omnes doctrina, qua

ordinem habet, prima quidem, qua ex finis cognitione fit secundum resolutionem facta, secunda autem qua ex compositione eorum qua ex resolutione inveniuntur: tertia vero qua ex finitionis dissolutione, cui nunc insistimus. Contingit autem vocare huiusmodi doctrinam non solum διὰ τὸν σκοπὸν finitionis, sed etiam διὰ τὸν τρόπον, ut quidam nominabant, aut ἀνάλυσιν, aut diuisionem, aut ut quidam alij explanationem, aut expositionem, ut alij. Parauerunt ergo quidam herophileorum huiusmodi facere doctrinam, ut & Heraclides Erythreus parauerunt autem & eam qua secundum compositionem, & ipsi herophilei, & quidam Erasistrateorum, & Ateniensis Attaleus. Nullus vero eorum, qui me antecesserunt, scripsit eam, qua à cognitione finis incipit doctrinam, ex qua arte omnes constant secundum methodum. Verum hanc alibi percurrimus. Hic definitiuam faciemus doctrinam, quantum enim vincitur, ab ea qua secundum resolutionem dignitate & methodo, tantum inueniemus abundantem ad totius comprehensionem, & memoriam partium. Nam facilia sunt satis ad recordationem omnia ex finitionis dissolutione, quia continet in se ipsa capita totius artis optima definitio, quam quidem vocant essentialem, separatam à vocatis notionalibus. Nam haec ex accidentibus rebus qua definiuntur, illa vero ex substantia ipsa constituuntur. Elaboratio autem per partes totius contemplationis medica, in multis alijs operibus scripta à nobis est, quibus licet uti ad tres doctrinas. Verum nunc definitiuam incipimus, tantum adhuc addentes, quod quidem sola capita, & veluti conclusiones eorum, qua latius demonstrata sunt, dicentur modo.

BArbari enarratores, fere omnes, putant tres doctrinas vocari à Galeno genera argumentorum, quibus scientia in dilectum animis generari potest. Mōstrationes scilicet,

A quia est, & propter quid est argumentum à definitione: deinde altercantur, quae illarum sit haec, quae illa, alijs affirmantibus primam esse, propter quid, secundam quia, alijs contra. Nobis certum est eorum controuersiam non ingredi, quia luce clarius est simul omnes hallucinari cum Galenus hic de nulla re agat minus, quam de instrumentis dialecticis ad demonstrandum: agit siquidem de modis constituendi artes, aut scientias. Quae longe absit ratio constitutionis à modo demonstrationis, nemo non intelligit; nimirum constitutio artis est, ordo quem is, qui artem scribit, aut utrumque docet, obseruat, ni tumultuarie, & citra ordinem doceat, sed methodo ut oportet. Atqui in quavis doctrina, quocumque ordine constituta sit, contingit omnibus fere argumentorum generibus uti, his hic, alibi illis. Quare si de argumentis intelligeret, haud quamquam diceret Galenus, resolutionem alibi pertractauimus, definitiuam nunc faciemus doctrinam. Nam neque in hoc opere argumentatur semper à definitione, neque in aliquo alio semper est usus demonstrationis quia, aut propter quid. Quod ergo Gal. dicit, huiusmodi est tres modi sunt, quibus constitutae sunt artes, quae ordinem habent. Hoc dicit aut separans methodos, à ratione aphoristica, quae nulli ordini addita est, aut respiciens doctrinas quasdam inartificiosas, quibus, quidam scriptorum utuntur, congerentes magis praecipua in cumulum, quam methodo constituentes doctrinas. Tres sunt omnes modi, quibus bene constitutae doctrinae uti possunt. Nam aut incipiunt à fine artis, aut ab obiecto quod vocant, eo inquam quod in ea arte propositum est ut finis, & procedunt resolutione illius facta in partes, causas, vel in media, usque ad primas causas, aut partes, aut prima media (hoc dico quoniam si est scientia ea quae

constituitur, incipitur à confusa quadam causa rei obiectæ, & procedit per resolutionem in partes, aut in causas. Si est ars aliqua, incipitur ab actione, aut opere, in quod tendit ea ars, & resolutio fit in media, quibus ea actio: aut id opus comparari potest) aut per hanc resolutionem inuentione facta, constitutio contra procedit, à partibus ad totum, aut à causis ad rem ipsam, aut à mediis ad finem. aut proposita definitione artis, aut rei de qua disputatur, fit resolutio definitionis in suas partes, & singula explicantur, velut in hoc opere factum videbis. Itaque duo horum ordinum procedunt resolutione, alter finis in causas aut rei ipsius in partes: alter definitionis in partes. Atqui quoniam multi hærent in nominibus, cum eadem res multifariam ab authoribus vocatur, solet Galenus quouis loco homonyma omnia coniungere, atque homonymiæ nos admonere, veluti modo dicit nihil interesse, si resolutionem, siue dissolutionem siue diuisionem, siue explicationem, siue explanationem definitionis, quis vocet. Nam hæc omnia eadem res est, quanquam fortasse scriptorum aliqui hoc, alij illo, alio alij utebantur. Addit quosdam sequacium Herophilii, vt Heraclidem Erythreum, fecisse definitionem doctrinam, & quosdam etiam ipsorum, & quosdam Erasistrateorum, vt Atheniensem Atheleum, fecisse compositiuam: tamen neminem ante illum fecisse resolutiuam. Nullus verò (inquit) eorum, qui antecesserunt, scripsit eam, quæ à cognitione finis incipit doctrinam, ex qua partes omnes constant secundum methodum. Quod quidem non eo dicit, quod omnes artes constitutæ sint ordine resolutiuo, cum ante illum medicinam à nullo eo ordine constitutam fuisse dixisset, sed quod inuentio artium, quæ necessario dat initium constitutioni, à cognitione finis semper procedat, quanquam constitutio earum plerunque contrario ordine fiat: quo respiciens Gale. tertio de crisi bus dixit. Inuentiones artium contra fiunt ac constitutiones, itaque illud ex qua hoc loco refert cognitionem finis. Sed hanc doctrinam resolutiuam alibi (inquit) percurramus, libello scilicet de constitutione artis medicæ. Confert deinde duos hos doctrinæ modos, dicens, resolutiuum præstare dignitate & methodo: definitiuum ad memoriã & comprehensionem. Quoniam resolutiuum est naturalis via inueniendi, & tribuit dignitatem methodi. Sed in definitiuum omnia rediguntur ad vnicam definitionem, & eius expositio tota doctrina est, ideo maximè est idonea ad recordationem. Ego de tribus doctrinis, aut methodis ita statuo: resolutiuam

A ad inueniendum, compositiuam ad docendum, & definitiuam ad memoriam, esse optimam. Quoniam definitio continet in se ipsa totius artis capita. Definitio (inquit) non quæcunq; sed essentialis, notionalis enim per accidentia fertur. Hic considera Gal. non illas tantum definitiones, aut diuisiones vocare essentielles, quæ partibus essentiali constant, sed eas quæ feruntur, non per ea quæ ex accidenti rebus insunt, sed quæ per se, & vt talibus. Velut profecto vocat essentielles febrium differentias, quæ à magnitudine, & modo, & subiecto caloris accipiuntur. Concludens ergo pro cæmum dicit, omnes artis partes in multis operibus scripsisse se, licereque iis vti, ad tres doctrinas. Nimirum omnia opera suo ordine disposita, ordinem habent compositiuum, si contra collocentur habent resolutiuum, hoc opere pollicetur definitiuum. Illud vnum monet, se hoc opere summa rerum capita, & conclusiones enucleatas, quas alibi monstrauerit, scripturum sine demonstrationibus. Non quidem (vt nonnulli interpretantur) quod ordo definitiuus non admittat demonstrationes (quid n. prohibet eas huic etiam methodo inferere) Sed quod non aliter possent omnia breuissimo libello contineri, estque id institutum hoc loco.

D *Medicina est scientia salubrium, & insalubrium & neutrorum. Nihil autem differt, neque si morbidorum quis dixerit. Scientia quidem nomen communius & non proprie audire oportet. Salubre autem, & insalubre, & neutrum, tribus modis quodque dicitur, aliud quidem vt corpus, aliud vt causa, aliud vt signum. Etenim corpus natum habere sanitatem: & qua facere, & seruare ipsam potest, causam: & quod ostendere illam potest signum: hæc omnia vocant graeci salubria. Eodem autem modo, & morbida, & quæ accipere possunt morbos corpora: & qua facere, ac conseruare, causas, & quæ ostendere, signa. Atqui & neutra eadem ratione, & corpora, & causas, & signa. Est prima ratione scientia salubrium causarum medicina, ob has verò & aliarum, secundo quidem insalubrium, tertio autem neutrarum. Atqui & post hæc, corporum, primum quidem hic quoque salubrium, statim insalubrium, deinde neutrorum: & de signis eadem ratione, in operationibus quidem primum proculdubio corporum dignotio ex signis, post hæc autem, inuentio causarum ex ipsis.*

Incipit à definitione, vt in definitiuum methodo oportet, atqui definit medicinam per subiecta, cum quia scientiæ per subiecta propria distinguuntur, tum etiam quoniam nulla definitio melius initium præstare poterat doctrinæ, quæ ea quæ contineret

tineret differentias rerum subiectarum, quâ subiectæ huic arti sunt. Nam ita definitionis partibus enarratis nihil relinquetur intactum in tota arte. Vtitur ergo ea definitione medicinæ, quam in introductorio vocato libello, dicit fuisse Herophili. Merito timet Gale. appellare medicinam scientiam, dicitque nomen scientiæ in ea definitione accipi non proprie, id est vt distinguitur ab aliis intellectus habitibus, sed communis, vt id nomen scientiis & artibus tribuitur. Nam quod est in medicina scientia de natura humani corporis, nihil est aliud, quam pars quædam naturalis scientiæ, vt & scientia de cælo est de illius corporis natura, & si quis apis, aut formicæ naturam curiosus scrutaretur. Ipsa verò medicina est medendi ars, quam constat in hanc ipsam operationem ferri, & esse de rebus, quæ possunt aliter euenire. Non enim omnibus potest medicina sanitatem restituere: quare ars vere est, non scientia, si

Aristo. sexto Ethicorum ad Eudemum artem bene definiuit, separauitque à scientia: atque adeo Galenus libro de constitutione artis medicæ: artem resectoriam, quæ potest ostendere suum opus eam appellauit, & in introductorio negauit esse scientiam. Itaque ars est sed latius patente nomine, etiam scientia salubrium, & insalubrium, & neutrorum. Non quidem neutrorum meminit Galenus, vt qui ignoraret quod Aristoteles in Categoriis docet, sanum & ægrum carere medio, cum dicat alibi morbum, & sanitatem esse symmetriam, & ammetriam: quæ constat esse, vt par & impar, & alibi dicat dogma sempiternæ passionis habere monstrationem euidentem quoniam scilicet intelligit reuera dispositionem corporis cum primum incipit à naturali deficere esse præter naturam, & morbum. Cæterum longè aliud est de rebus physice disputare, quam artes constituere. Qui physice disputat nihil aliud, quam ipsam rem propositam habet, examinatque exactius, neglecto sensu: qui artes constituit, respicit modum, quo maximè assequi possit artis utilitatem, ponitque multa, quæ iudicio sensus solum vera sint: cuius modi est hoc, sanum, ægrum, & neutrum corpus esse, & signum, & causam. Nihil verò refert insalubrium quis dicat, aut morbidorum. Nimirum duo hæc nomina græcis *νοσολογία* & *νοσολογία*. Idem significant. Quidam hanc definitionem contendunt non esse essentialem, qualem Galenus promiserat. Verum nisi eorum, quæ nuper dixi oblitus es, facile intelliges eos falli. Nam de salubribus, & insalubribus, & neutris per se disputat medicina, & quâ hæc me-

dicina est, & quâ illa sunt salubria, aut contraria. Vituperant alij quod dixerit, salubrium, & insalubrium, & neutrorum, nequaquam explicans, quàm rem dicat. Videtur enim hæc definitio veterinariæ etiam arti congruere. Probant ergo magis definitionem illam Auicennæ. Medicina est scientia, qua humani corporis dispositiones noscuntur, ex parte qua sanatur, vel ab eâ remouetur, vt habita sanitas conseruetur, & amissa recuperetur. Hanc (inquam) præferunt, quoniam humani corporis meminit, & quod meminit eius, quâ sanari, & ægrotare potest, & meminit duplicis actionis, cognitionis (inquam) dispositionum, & curationis, & comprehendit finem, & scopum, vt seruetur, aut restituatur sanitas. Ego quidem Auicennæ definitionem non vitupero, sed Galenus tacuit corpus humanum, quasi non esset dubium corpora humana hic intelligi, cum corpora salubria, aut insalubria dicerentur, cognitio & curatio in rationibus salubrium, & insalubrium continentur: cognitio enim in signis, curatio in causis. Dixit Auicena clarius in ipsa definitione, sed Galenus est omnia procedente sermone perspicue enarraturus. Commendat etiam quidam præ aliis definitionem Auerrhois, alij alias: quibus cum ego non contendo. Nihil enim huic detrahitur (quamquam illi aliter intelligunt) si aliæ definitiones commendentur. Nam si definitionem essentialem eam appellaremus, quæ per essentiæ partes lata sit, vnica esse posset talis, reliquæ essent notionales, at verò cum vocemus essentielles, quæ ex iis, quæ per se accidunt rei, feruntur, possunt esse multæ optimæ, & essentielles. Velut profectò Galenus ipse febrium diuisiones essentielles dicit tres, quanquam essentielles exacte differentiæ, non possunt esse multiplices. Verum hæc cum hic, tum alibi explicata satis à me sunt, venio ad reliqua. Salubre, insalubre, & neutrum tribus modis quodcumque illorum dicitur, de corporibus scilicet, causis, & signis: quoniam consuetum erat Græcis hæc omnia appellare salubria, insalubria, aut neutra, quod etiam Hispanis est consuetum, vocamus enim & causas, & signa *saludables*, non solum corpora. Hic quoque hærent quidam putantes malè, ac præter artem definiuisse Galenum, vt qui in definitione nomina æquiuoca collocauerit. Dicunt enim salubre de corpore, & signo, & causa dici æquiuocè, aut saltem secundum analogiam, de corpore enim solo proprie, de signis minus proprie, Verum considerare

oportet Galenum hic non dixisse sanorum, agrorum, & neutrorum. Quæ nomina v-
re de causis, aut signis secundum analogiam dicuntur, sed *σοφιστικῶν* aut *σοφιστικῶν* & *ὀρθῶν* vt ea nomina significant, non sana & & ægra, sed quæ ad sanitatem, aut morbum, quouis modo pertinent: quo significato nulla nomina sunt latinis, quæ illis omnino respondeant: quæ respondent maxime sunt, quibus vsi sumus: salubrium scilicet & insalubrium. Respondent vero hæc satis: nam frequenter dicuntur de signis, & causis, de corporibus nonnunquam. Sallustius salubre corpus appellauit. Itaque quod in definitione dicitur à Galeno, perinde est ac si diceretur, medicina est scientia earum rerum, quæ ad sanitatem & morbum quouis modo pertinent. Hæc vero res sunt triplices, corpora enim pertinent: quoniam sanitatē, aut morbum accipere possunt: causæ, quoniam facere: signa quoniam indicare. Constat verò hic nihil esse analogū, nam illorum quoduis ad sanitatem, aut morbum aliquo modo pertinet, idque propriè ac citra omnem figuram sermonis, quanquam rationes pertinendi non sunt æque perfectæ. Nam perfectius pertinet, ad eos affectus, quod accipit, quam quod facit, & hoc quam quod indicat. Sed neque id fuit necessarium, vt æque perfectè omnia ad eas passiones pertinerent, ne nomina essent æquiuoca. Nam neque animalia omnia sunt æque perfectæ: sed de hac re dictum est satis. Merito definit salubria, & insalubria, non ab eo quod habent, faciunt, aut indicant, sed ab eo quod possunt habere, facere, aut indicare: cum quoniam nomina ea non sunt actus, neque habitus, neque dispositionis, sed potentia naturalis, aut impotentia, vt licet videre apud Arist. in categoriis: tum etiam, quoniam ars non disputat de rebus, vt faciunt, aut patiuntur aliquid, sed vt habent naturam ad faciendum, aut patiendum idoneam. Hoc enim potest in artem venire, ipsa actio non potest, quoniam mutatur per singula momenta. Atqui si nullum corpus morbum haberet, nihilominus in artis considerationem veniret, vt quod posset habere, quanquam in ipsa praxi contra accidit. Non curatur quod potest esse, sed quod est ægrum: itaque merito Galenus salubria, & insalubria, & neutra ita definiuit, vt quæ possent aliquid accipere, aut facere. Addit deinde medicinam in primis esse causarum, deinde corporum, ultimo signorum, atque in singulis horum, primo salubrium, secundo insalubrium, tertio neutrorum. Merito quidem dicitur esse prius salubrium, quam reliquorum. Quoniam reliqua considerantur salubri-

A um gratia. Medicina enim per se fertur in sanitatem, reliqua omnia sanitatis gratia considerat. Sed post salubria succedunt insalubria statim, quoniam contrarium agnoscitur ex contrario: deinde neutra, quoniam medium agnoscitur ex extremis. Sed cur dicit medicinam esse causarum, priusquam corporum, & horum quam signorum, est dignum consideratione. Nam addit statim, in ipsis operationibus ultimam esse inuentionem causarum. Atqui si vere diximus perfectiori quodam modo ad morbum, aut sanitatem pertinere corpora, quam signa & causas, prius videtur medicina esse corporum, quam causarum. Deinde si hoc ordine est medicina salubrium, & insalubrium, cur non est hoc ipso in opere eum ordinem secutus Galenus, sed de corporibus agit primum, deinde de causis, & signis? Certè Galenus hic exprimit duos ordines, compositiuum primum qui incipit à causis, procedit per corpora, id est, per affectus (nō enim hic considerantur corpora vt cunque, sed vt talibus affectibus opportuna) in signa. Alium resolutiuū à signis ad causas per affectus. Est quidem prior ille compositiuus, siquidem in eo proceditur à causis ad effecta: posterior resolutiuus, contra enim est ab affectis ad causas. Dicit ergo medicinam esse illarum rerum ordine compositiuo natura sua, quoniam vt natura causa est semper ante effectum, ita natura, causarum est prius scientia, quam eorum, quæ ex illis sunt: tamen in praxi semper procedimus ordine resolutiuo: nimirum cum accedimus ad ægrotum, nihil aliud curamus, quam inuenire, quo affectu, & quibus causis laboret, omni autem inuentioni est accommodatis. **E** prima resolutio, & inueniuntur affectus ex signis, & causæ ex affectibus, & signis. Certè praxis ipsa non potest aliter fieri, quanquam nullam video eorum, qui practicas vocatas tractationes scripserunt, tenuisse hunc ordinem præter vnum Argentarium (nulli enim denegandus fuit honor est) in libello de consultandi ratione. Gal. tamen nullum horum ordinum hoc in libello sequitur, sed quem de definitio ipsa poscit, quod mox dicemus.

Verum quandoquidem & quod facere, & quod indicare, & quod accipere potest, quodcunque horum duobus modis dicitur, alud simpliciter, aliud nunc scire licet amborum fore medicinam, scientiam, & ipsum quidem simpliciter duobus modis dicitur, & quod omnino, & vt multum, & est horum amborum medicina scientia. Neutrum autem & causa, & signum, & corpus, & quod simpliciter dicitur, & quod nunc tribus modis quodcunque dicitur, aliud quod neutro contrariorum participet, aliud

aliud quod viroque, aliud quod aliquando hoc, aliquando illo: horum autem ipsorum secundum duobus modis dicitur: aliquando quod participet viroque contrario aequo: aliquando autem quod plus altero. Est autem & per totam definitionem in dictione dubitatio quedam, quam etiam oportet dissolui. Nam cum dicitur medicinam scientiam esse, salubrium infalubrium, & neutrorum, significatur, & quod omnium particulatim: significatur autem, & qualium: significatur autem & quorundam. Sed omnium indefinitum & impossibile: quorundam vero imperfectum, & sine arte, & qualium autem artificiosum, pariter, & sufficiens ad omnia artis particularia. Quod contineri dicimus in medicinae definitione. Incipiemus ergo à corporibus, primum qualia salubria, & infalubria, & neutra esse contingit. Post hæc autem de signis, & causis aggrediemur sermonem.

Hæc partitio salubris, infalubris, & neutrius, difficilis est satis, maxime partitio eius quod neutrum appellatur. Verum propositis singulorum definitionibus, & exemplis, euadet paulo post clarior. Quod monet Gal. est, cum dicitur medicinam esse scientiam, salubrium, infalubrium, & neutrorum, non intelligi omnium earum rerum, quæ tales esse possunt nulla missa, scientiam esse. Nam infinitæ res sunt quæ possunt esse salubres, aut noxiæ causæ, neque medicina potest scrutari omnium animalium, & herbarum, ac plantarum omnium & metallorum, & lapidum, & liquorum, & concretorum reliquorum, & elementorum, & omnium in eis partium naturas: neque vero est quarundam rerum solum, ut aliarum non sit: nam hoc esset & imperfectum, & sine artificio sed est scientia omnium infalubrium in ratione salubrium & quæ talia sunt. Nam hæc ratione veniunt omnia sub artem, etsi non omnium sit particulatim tractatio, ut si quis vellet de hominibus docere, non deberet de quibusdam solis dicere, ut de Adamo, Abrahamo, Hercule, Alexandro. neque vero deberet de omnibus sigillatim neque posset, sed de omnibus in ratione hominis, qua ratione omnes sunt, velut vnus homo. Ita medicina de causis salubribus omnibus, non quæ hoc, aut illud est, sed quæ tale, & secundum rationes quasdam communes omnibus, disputat. Proponit deinde dicturum se de corporibus primum, post hæc de signis, & causis, qui ordo neque compositius est neque resolutius, sed definitionis rationem sequitur: nimirum ratio salubris, aut infalubris, est in corporibus perfectius, quam in signis & causis.

Salubre corpus simpliciter est, quod ab ipso ortu bene temperatum est simplicibus & primis particulis, bene autem commensuratum organis,

A quæ ex his composita sunt. Salubre vero nunc, est corpus, quod presenti tempore est sanum, est autem & hoc tempore, quo bene valet bene temperatum & commensuratum, non quidem optima temperie, & commensuratione, sed propria. Ipsius autem corporis sani simpliciter, omnino quidem huiusmodi est quod artemperatissimum, & commensuratissimum: multum vero quod ab optima temperie relinquitur non multum. Infalubre vero simpliciter corpus est, quod ab ortu, aut intemperatum est partibus, aut incommensuratum instrumentis, aut vtrunque: infalubre autem nunc, est corpus quod ægrotat, quo tempore dicitur tale esse. Constat autem, ut & hoc, eo tempore quo dicitur esse infalubre aut intemperatum, est partibus simplicibus, aut incommensuratum instrumentis, aut vtrunque, atqui & omnino infalubre est, quod ex ortu, aut intemperatissimum est in omnibus partibus simplicibus, & primis, aut quibusdam, aut precipuis, aut etiam organicis incommoderatissimum, atque eodem modo & in his, aut omnibus, aut quibusdam, aut precipuis: multum vero infalubre est corpus quod ab huius malitia abest, nondum vero in medio collocatum.

Non satis aperte explicat Galenus propositam diuisionem, corporum salubrium infalubrium, & neutrorum. Quo factum est, ut non eodem modo ab omnibus explicetur, sed enarratores in multas sententias distributi sint quarum varietas non in vno, aut altero capitibus, sed toto pene in opere parit varias expositiones, & varias sententias. Proinde dicendum hic videtur de tota hac diuisione, antequam definitiones omnes percurrantur: corpora esse salubria infalubria, aut neutra, atque quoduis horum simpliciter semper, aut multum, aut nunc, duobus modis videtur posse intelligi. Primum ut salubre corpus sit quod sanum est, infalubre quod ægrum, neutrum quod neque sanum neque ægrum est manifeste: atque hac ratione simpliciter semper, & multum & nunc significabunt gradus illius affectionis, eritque saluber simpliciter semper, qui sanus est, & optime temperatus natura: saluber multum, qui sanus est & satis bene temperatus: saluber nunc, qui nunc est sanus, etsi neque optime neque admodum bene temperatus est. Qua ratione optime temperatus cum bene valet, non erit sanus nunc, sed simpliciter semper: ita qui ægrotat si pessimam etiam habet naturam, est infaluber simpliciter semper, si ægrotat & mala natura est nondum tamen pessima, est infaluber multum, si ægrotat non tamen est male temperatus, est æger nunc. Qua ratione: homo temperatus natura optime, æger tamen modo, non est saluber simpliciter, sed æger nunc, ut contra pessime temperatus homo, modo bene valens,

non est infaluber simpliciter, sed sanus nunc. Ita quoque qui modo est ea affectione quæ neque ægritudo, neque sanitas dici potest, qualis est conualescentium, & eorum, qui iam iam sunt parati ægrotare, si natura etiam sunt ita temperati, ut neque bene neque male temperati dici possint, neutri simpliciter dici debent, si ab hac naturæ mediocritate parum, ad hanc, aut illam partem recedant, multum neutri dici debent: si verò natura satis absint, ab illa mediocritate dici debent neutri nunc. Certè hæc partitio ita explicata, satis est artificiosa, habetque id perfectionis, quod nullæ eius partes in idem corpus possint convenire, neque quod est simpliciter sanum, aut ægrum est etiam nunc, aut illud idem, aut contrarium, sed quæcunque illarum appellationum corpori congruat, nulla aliarum congruit. Est alius modus explicandi hanc divisionem, non minus artificiosus & fortasse aliquanto plus, estque facillimus. Intellige id quod dicitur in quavis eius divisionis parte, simpliciter semper, aut multum significare habitum, & id quod est à natura, utcumque corpus modo dispositum sit: id verò quod dicitur tale esse nunc, intelligi dispositionem, & id quod nunc sit, quæcunque sit corporis natura. Itaque corpus optimè temperatum utcumque habeat, dum est optimè temperatum natura, est salubre simpliciter semper: potest verò idem esse ægrum, non enim statim ac homo ægrotare incipit amittit temperiem nativam. Corpus quoque pessime temperatum est infalubre simpliciter, quod si non ægrotat actu, est simul sanum nunc. Neque est absurdum, simul esse salubre & infalubre: alterum simpliciter, alterum actu, siquidem aliis etiam in passionibus potest habitus esse cum contraria dispositione, aut contrario actu. Neutrum quodque natura est, neque bene, neque male temperatum, est simpliciter semper neutrum: quod si simul sit actu neque ægrum neque sanum, erit utroque modo neutrum, & simpliciter, & nunc. Quod multo minus absurdum est, nam habitus cum actu simili, convenit frequenter, ut iustus iuste agit. Quod si illud corpus non sit nunc neutrum erit tamen simpliciter neutrum, nunc sanum si valet bene, sin minus ægrum. Hæc enarratio est omnium facillima, & dictæ ambæ sunt satis artificiosæ, possuntque, qui eas sequuntur, Galeni verba in suas sententias trahere, ut faciunt. Cæterum hic cum enarratoris munus susceperimus, præter rem sit disputare, quo pacto hæc partitio posset esse artificiosissima, & arti accommodatissima, illud unum est enarratoris, authoris sententiam inuestigare,

A ea perspecta velle in aliam illius verba trahere, non solum est otiosum, sed etiam stultum. Proinde ego et si dictas enarrationes admodum probo, atque secundam multo magis, tamen intelligo Galeni genuinam partitionem longè aliam esse, quam iam declaro. Corpora antequam iam ægrotent actu, in sanitatis latitudine possunt esse salubria simpliciter semper, & multum, & nunc, & neutra, simpliciter semper, & multum, & infalubria multum, & semper, & neutra nunc. Hinc cum excefferint, ægra nunc fiunt. Itaque illæ omnes appellationes, præter infalubris nunc, sunt in latitudine sanitatis, differuntque ipsius sanitatis perfectione. Nimirum, qui sanus est, & optima natura præditus, optima fruatur sanitate, vocaturque saluber simpliciter semper, & habet sanitatis summum gradum: qui bene valet, & bona natura est, non optima tamen, secundi gradus sanitatem habet, estque saluber simpliciter multum, qui minus bonam habet naturam, est sanus nunc, qui naturam habet mediam inter optimam & pessimam, est simpliciter semper neuter, si per omnes ætates perseveret talis, sin evariet: est neuter multum: qui et si valet est mala natura, est infaluber multum, qui est pessima, hic est simpliciter semper infaluber, qui si tantillum intemperatior fiat, statim fit neuter nunc & mox, nunc æger. Itaque Galenus hæc statuit, ut summe contraria, salubre simpliciter semper & ægrum nunc, reliqua, ut horum media. Quanquam constat hæc non esse media necessaria, non enim ut corpus simpliciter salubre ægrum nunc fiat, necesse est infalubre simpliciter, fieri. Hanc esse legitimam huius divisionis enarrationem, ex iis quæ procedente opere dicentur intelliges. Modo enarramus singulas definitiones huius capituli. Salubre (inquit) corpus est simpliciter, quod est ab ipso ortu bene temperatum in simplicibus, & primis particulis, & in iis, quæ ex illis composita sunt commensuratum. Hæc definitio secundæ enarrationi videtur magnopere favere: nam videtur congruere corpori optime constituto à natura, et si ægrotet modo, quod tamen, qui primam enarrationem sequeretur, aut eam quam Galeni esse diximus: salubre simpliciter esse non cederet, verum ita accipere oportet, quasi dicatur, quod bene temperatum & compositum est, non nunc solum, sed ab ipso ortu. Nam quod ægrotat male temperatum aut compositum est, quare non est bene temperatum ab ortu iplo. Sed & id quod dicitur ab ortu videtur dictum incaute, siquidem potest homo à principio male tempera

peratus, ad temperiem optimam reduci, quod cum factum erit, erit homo saluber simpliciter, qui non habeat bonam temperiem ab ipso ortu. Quare ita intelligi oportet, ac si dixisset, quod ab ipso ortu temperatissimum est, aut ad optimam temperiem permutatum. Quod fortasse misit dicere Galeni, quoniam perarum est, exacte temperatum esse, eum qui non fuerit natura talis, quare libuit dicere ab ortu ipso temperatum, ut intelligeretur radicitus temperatum. Quod ita multo clarius intelliges ex definitione insalubris simpliciter. Dicitur siquidem quod ab ipso ortu male temperatum aut compositum est: tamen constat corpus saluberrimum malo victu posse insaluberrimum euadere, & hominem optimè compositum corpore, posse icu, aut casu fieri gibbum, aut repandum, aut aliter compositum male. Quare hic quoque intelligendum est ab ortu dici, quod est insitum radicitus, & est secundum habitum, ita denique, atque si ab ortu sit. Salubre nunc (dicit) est quod presenti tempore est sanum, est autem & hoc eo tempore, quo bene valet bene temperatum, & commensuratum, non quidem optima temperie, & commensuratione sed propria. Hic quidem qui secundam enarrationem sequi vellet adderet, nisi simul sit & nunc sanum, & simpliciter. Nam si hoc sit, erit sanum nunc cum temperie optima. Cæterum diceret, hic non definiri, quod utcumque sit sanum nunc, sed quod id solum sit. Verum nobis nihil est necesse addere. Nam cum sanum nunc sit tertio gradu sanum, non potest hoc idem sanum esse simpliciter. Insalubre nunc dicit, est corpus quod ægrotat, quo tempore dicitur tale esse. Constat autem, ut & hoc eo tempore, quo dicitur esse insalubre, aut intemperatum est partibus simplicibus, aut incommensuratum instrumentis, aut utrunque. Hic est oblitus Galenus morbi communis simplicibus, & compositis partibus, solutionis inquam continui, nisi fortasse in commensuratione instrumentorum id quoque vitium intelligit. Sed reliqua huius capituli conspicua sunt satis.

Quando quidem autem neutrum corpus tribus modis dicebatur, aliud quidem quod neutrius extremarum dispositionum sit particeps, aliud quod utriusque, aliud quod aliquando huius, aliquando illius, iuxta primum significatum, neutrum corpus erit, quod exacte medium saluberrimi corporis, & insaluberrimi, & huius aliud quidem simpliciter tale est, quod ab ortu tale constitutum est, nunc vero quod in presentia medium est saluberrimi, & insaluberrimi: ipse autem, quod simpliciter, aliud quidem semper tale, quod per omnes ætates manet huiusmodi, aliud autem, ut multum, quod & muta-

tionem aliquas suscipit. Iuxta secundum verò significatum neutrum erit corpus quod contrariarum dispositionum simul est particeps ab ortu, aut secundum partem unam, aut secundum duas diversas: secundum unam quidem aut temperatum sit secundum unam oppositionem actuarum qualitatum, aut secundum ambas quidem sed circa formationem, aut in ignitudinem, aut numerum partium, aut positum delinquat: aut rursus in his omnibus bene habens, aut quibusdam, peccet in temperie. In diversis verò particulis, secundum omnes etiam oppositiones potest aliquid contrariarum esse particeps: atque semper tale est, quod secundum ætates omnes manet simile, ut multum verò, est quod mutatur etiam aliquantum: ita autem nunc neutrum erit corpus iuxta secundum significatum, aut quod in una parte hæc habet salubria, illa insalubria eorum que in ipso sunt, aut quod in diversis partibus: secundum tertium verò significatum neutrum erit corpus, quod aliquando salubre, aliquando insalubre vicissim fit, ut quibusdam accidit, dum sunt pueri sanos fieri, senibus verò factis ægros aut contra. In uno autem tempore ita neutrum exacte quidem non potest consistere, sed cum quadam latitudine potest. Scimus verò ipsum nunc duobus modis dici. Igitur salubre, & insalubre, & neutrum corpus, quot modis dicitur, & quale est quodcumque, satis definitum est.

Vbi ab ortu dicitur hic quoque intelligatur, quod nuper explicuimus, scilicet quod ab ipso ortu trahit originem, aut reductione factum est tale: ut neutrum simpliciter in primo significato est quod habet naturam mediā inter saluberrimam, & insaluberrimam. Vnde constat in definitione neutrius nunc, qua dicitur, nunc verò, quod in presentia medium est saluberrimi, & insaluberrimi, nomina saluberrimi, & insaluberrimi non eodem modo accipi, atque hucusque accipiebantur. Nam salubre, & insalubre dicebantur in latitudine sanorum, neutrum verò nunc est infra sanitatem, inter eam scilicet & ægritudinem, quare non potest esse inter saluberrimum, & insaluberrimum: quare oportet hic sanum & ægrum actu, non inibus saluberrimi, & insaluberrimi intelligi. In definitione neutrius simpliciter multum iuxta primum & secundum significatum, videtur Gal. labi in tertium significatum, siquidem tertio significato neutrum dicebatur, quod vicissim per tempora est salubre, & insalubre, hoc verò idem videtur esse, quod secundum tempus recipit mutationes, id, quod primo, & secundo significato dicit esse neutrum simpliciter multum: sed scire hic oportet mutationes per tempora, quasdam esse quæ addunt neutralitati (ut ita dicatur) quasdam quæ detrahunt:

addunt quæ per contrarias fiunt dispositiones æqualiter, aut non admodum inequaliter, aut quod nunc fit salubre, nunc insalubre: detrahunt, quæ in alterum extremorum faciunt corpus inclinare, vt si corpus quod natura est neutrū, alijs ætatibus fiat, nonnihil salubre, aut insalubre. Constat enim tale corpus neutrum, minus esse quam si tale perseveraret, quale erat à principio: sed si ille recessus est exiguus, quia non facit extremi cuiusquam appellationem, facit neutrum non simpliciter semper, sed multum. Quanquam est alia ratio definiendi neutrum multum, quam nuper dixi, scilicet quod ab exactissimo medio parum huc aut illuc inclinat. Ita quoque in secundo significato neutrum simpliciter semper fit, quod maximam æqualitatem habet cōtrariarum dispositionum, quod ab ea æqualitate deficit, non aded vt salubre, aut insalubre dici iam debeat, neutrum sit multum: in tertio significato neutrius multum, non meminit Galenus: quod factum puto quoniam cum hunc neutrius gradum permutationes secundum tempora definire cœpisset, non poterat id in hoc tertio significato facere: quoniam in eo omnes neutrius gradus faciunt mutationes. Cæterum paulò antea dixerat modum quædam neutrius multum hoc significato, dixerat enim distinguens significata neutrius, Aliud quidem quoniam vtriusque extremi participet, aliud quoniam aliquando huius, aliquando alius æque, aut paulo plus altero, hoc ergo quod vtriusque extremi participare dicit, sed non semper æque, imo aliquando plus alterius, est in tertio significato neutrum multum. Iam vero neutrum nunc, in hoc tertio significato nullum dixit esse Galenus, nisi nunc intelligatur cum quadam latitudine. Scimus tamen (inquit) ipsum nunc duobus modis dici. Nimirum Arist. quarto de motu dicit, nunc duobus modis dici, aliquando quod est velut vnitas quædam temporis, est verò id indiuisibile, vt punctus in linea, alio modo cum latitudine quadam, vt dicimus nunc venit Rex, si hodie venit, aut hodie est venturus. Igitur cum quadam latitudine, nunc neutrum in tertio hoc significato, est corpus, quod eodem die nunc videtur iam esse egrum, nunc rursus videtur factum sanum. Reperias verò nonnullos ita affectos satis multis diebus antequàm iam planè ægrotent: sed de his satis.

De signis autem dicendum statim. Sunt autem hæc, salubria quidem quæ præsentem sanitatem indicantia sunt, & futuram prænuntiantia. & præteritam in memoriam reuocantia: insalubria vero, & quæ præsentem egritudinem indicant & præteritam in memoriam reducunt, & iuru-

A ram prænuntiant: eodem modo & neutra, & quæ neutras dispositiones indicant prænuntiant, & in memoriam reducunt, & quæ nihil omnino indicant de dispositionibus, aut quæ non magis salubrè quam insalubrè indicant dispositionem, & secundum aliquid salubrem secundum aliquid insalubrem indicantia dispositionem, & quæ nunc salubrem, nunc insalubrem, & hæc secundum tria tempora, non aliter ac salubria, & insalubria. Vocantur autem aliquando ab antiquis medicis omnia hæc signa prognostica, & si præsentia, aut præteritoria sint indicantia. At qui vtilitas magna quidem diagnosticorum, & prognosticorum, minor autem recordatiuorum. Cum ergo sint corpora salubria, hæc quidem simpliciter, hæc verò nunc, quæ & bene valentia vocantur, salubrium corporum duas dicebamus esse differentias, quod alia sint omnino, ac semper talia, alia verò, vt multum: semper quidem quæcunq; optimam habent dispositionem, vt multum verò, quæcunq; non multum ab hac deficiunt.

Non simpliciter neque vno modo diuidit Galenus signa salubria, insalubria, & neutra, sed tribus modis. Prima ratio diuidendi est hæc, signa aut sunt salubria, aut insalubria, aut neutra. Quæcunq; horum sunt præsentis, aut præteritæ, aut futuræ dispositionis signa. Vt salubria sunt, quæ indicant præsentem sanitatem, vt pulsus naturalis, naturalis vrina: & quæ futuram sanitatem prænuntiant, vt concoctio excrementorum in morbis: & quæ præteritæ memoriæ subiiciunt, vt actionum firmitudo indicat hominè bona valetudine hætenus esse usum. Insalubria sunt quæ morbum præsentem indicant, vt læsiones magnæ actionum, & quæ futurum prænuntiant, vt lassitudines sponte factæ, & quæ præteritum in memoriam reuocant, vt conualescentium imbecillitas. Neutra sunt, quæ neutram dispositionem præsentem indicant, vt dolor grauis significat lassitudinis affectum: & quæ prænuntiant, hæc verò sunt ij habitus corporum, qui etiam minantur morbos, vel in memoriam reuocant, vt abscessus circa articulos in morbis facti, ostendunt lassitudinè antecessisse, & quod morbus in parte aliqua firmetur, significat eam partem ante morbum doluisse, quam dispositionem constat neutram. Alia ratio diuidendi est hæc, quam Gal in neutris solum persequitur, licet tamè persequi in omnibus videlicet, signa salubria sunt, quæ bonam dispositionem indicant, vt bene se habere ad ea quæ offeruntur, & mente constare. Insalubria quæ malam, vt malus decubitus, difficilis respiratio: neutra quæ nihil omnino indicant bonum, aut malum, aut quæ non magis salubrem, quam insalubrem dispositionem indicant, vt signa critica, quæ sunt tantum signa, & hæc

hæc sunt neutra primo modo, per negationem vtriusque extremi: alio modo sunt neutra, quæ secundum aliquid salubrem, secundum aliquid insalubrem dispositionem indicant, vt vrina crassa cum furfuribus significat in hepate & venis bonam concoctionem, sed in vesica scabiem: tertio modo neutrum est, quod aliquando salubrem, aliquando insalubrem indicat dispositionem, vt euacuationes, quæ in principijs morborum sunt mala signa, post concoctionis signa sunt bona. Et hæc omnia dicit Galenus secundum tria tempora, præsens scilicet, & futurum, & præteritum, dicuntur, & salubria, & insalubria. Vt pulsus naturalis differentia, est salubre signum, quoniam significat bonam temperiem cordis adesse: concoctio in vrina quoniam significat fore bonam valetudinem: firmitudo actionum, quoniam significat vsum esse hætenus hominem bona valetudine: & tumor cum dolore hypochondriorum est insaluber, quoniam significat adesse viscerum inflammationem, & sanguinis stillæ de naribus in principio, quoniam significant fore difficilem iudicationem, aut mortem, & debilitas virium, quoniam significat antecessisse morbum. Neutra etiam possunt dici secundum tria tempora, siue definiantur neutra primo, siue secundo, siue tertio modo, vt tussis in pleuritide, neque bene, neque male agi circa pleuritidem significat, sed ipsius pleuritidis est propria, & signa decretoria, neque bene, neque male agendam iudicationem, sed agendam solum significant, & quodcunque neque bonum neque malum aliud euenisse ægro-tanti significat. Secundo etiam modo possunt dici neutra secundum tria tempora, vt vrina crassa cum furfure partim bonum, partim malum quiddam esse modo significat, & effluuium multæ & acris vrinæ post febrem biliosam spem facit, fore, vt hepar plene expurgetur, sed interim affert metum ne vlcus vesicæ succedat. Lienis obstructio cum bono corporis habitu ex morbo relicta, indicat lienem laborauisse insigniter, sed firmum fuisse hepar, vtpote quod non sit tractum ad compansionem. Neque minus in tertio significato neutrorum, possunt tria tempora differentias facere, vt fitis post expurgationem significat corpus bene expurgatum esse, per conualescentiam significat male expurgatum esse, & reliquias morbi intus manere: euacuationes in principio significant moriturum hominem, aut fore longum morbum, hæc ipsa in statu post concoctionem, citò liberandum hominem: & hæc ipsa sunt neutra signa in præ-

sentit tempore. Nam euacuationes in principio significant morbum esse magnum & virtutem esse oppressam, in statu virtutem esse fortem, & morbum cedere. Neque verò mirum est idem signum pertinere ad duo genera, nam in multis alijs exemplis vidisti posse idem signum, ad duo, aut tria, aut etiam plura genera horum pertinere, ob diuersas rationes. Nimirum hæc partitiones factæ sunt non secundum diuersa membra, quæque non possint in idem conuenire, sed secundum diuersas rationes. Monet deinde Galenus omnia signa, siue præsentium, siue præteritorum, siue futurorum sint, solita esse vocari prognostica ab antiquis medicis, quod in prognostico Hippocratis videre licet, quanquam propriè prognostica, quæ futurorum, sunt. Addit eorum quæ præsentia, aut futura indicant magnam vtilitatem esse. Nimirum, quæ futura indicant ad prædicendum, & ad victus institutionem, & curationem opportunam faciunt, quæ præsentia ad cognitionem morborum: eorum verò, quæ præterita indicant, minorem vsum esse dicit. Atque meritò id dicit, quoniam plurima illorum licet interrogando discere, & nulla eorum sunt cognitu necessaria, propter seipsa, sed propter præsentia, aut futura: nimirum ad horum cognitionem. Nam præterita ad curationem faciunt nihil, nisi ex accidenti. Distæ omnes differentia pertinet ad morbos, magis quam ad agnoscendas corporum naturas, proinde aliam diuisionem inducit, quam modo incipit persequi: ea est per corporum differentias. Nimirum quot sunt differentia dispositionum corporis, tot etiam sunt signorum. Atque vt sunt quædam corpora simpliciter semper salubria, quædam multum, quædam nunc, atque ita insalubria, & neutra: ita sunt signa quædam simpliciter semper salubrium, quædam salubrium multum, quædam salubrium nunc, quædam etiam insalubrium, vt alia neutrorum: siquidem hæc omnia signis proprijs agnoscuntur, & distinguuntur ab alijs. Hanc partitionem signorum persequitur statim, atque primum corporis simpliciter salubris semper, quod dicit esse quod optimam habet dispositionem: deinde salubris multum, quod ab illius perfectione parum abesse dicit: deinde aliorum suo ordine. Ex his satis constat, hanc repetitionem dispositionum, quæ corporibus accidunt non esse inuilem. Est enim propositio eorum quæ sequuntur. Optimam dispositionem habent corpora, quæ cum optima compositione habent optimam temperiem. Optimam temperiem esse exacte mediocrem, non vt multi statuunt calidam

lidam & humidam, libro primo controuer-
fiarum monstrauiamus.

*Dignotiones autem illorum oportet facere
ab ijs, quæ contingunt secundum rationem sub-
stantiæ illorum, & ex actionibus, quæ ijs ne-
cessario succedunt, & symptomatis, quæ pro-
priè accidentia vocantur: à substantia quidem ip-
sa eorum, quæ sunt in optima dispositione, com-
mensuratione simplicium, in calore, frigore, sic-
citate, & humore: instrumentalium vero in ma-
gnitudine, & multitudine constituentium ipsam,
& præter hæc formatione, & positu partium cu-
iusque, & totius instrumenti: ab ijs verò, quæ
necessario succedunt simplicibus, ad tactum qui-
dem in duritie, & mollitie commoderatio, ad vi-
sum autem bonus color, & secundum leuitatem,
& hispiditatem moderatio: secundum actiones
verò perfectio, quam & virtutem ipsarum voca-
mus. Eorum verò quæ instrumentalibus succe-
dunt, in commoderatione, & puritudine in-
strumentorum totius corporis, adhuc & in vir-
tute actionum, quæ in ipsis sunt. Optima ergo
dispositionis corporis diagnostica signa hæc sunt.*

Dignotiones corporum tribus modis
feri dicit, ex ijs, quæ contingunt se-
cundum rationem substantiæ illorum (hoc
verò est ex essentia ipsarum dispositionum,
vt qui ex calore cognosceret hominem febricitare)
& ex actionibus læsis aut integris, vt qui ex
pulsus febrili inæqualitate cognoscit febricitantem:
& ex symptomatis, quæ propriè accidentia vocantur.
Horum nomine intelligit qualitates mutatas, quæ
morborum symptomata sunt, & sensu aliquo
cognoscuntur, vt colorem, duritiem, habitum
corporis, & alia huiusmodi, his tribus modis
agnoscuntur omnes corporum dispositiones,
quæ dictæ sunt: velut de cognoscendo simpliciter
semper salubri diceretur primum, deinde de alijs.
Sed hærent hoc loco plerique enarratores in quibusdam
quæ oportet explicari prius. Dicunt illud signorum
genus, quod secundum rationem substantiæ esse
dicit Galenus, neque signum videri esse, neque hoc
loco debuisse signis annumerari; videtur enim
esse ipsa essentia dispositionis, vt calor est ipsa
febris: quare febrem ex calore, est idem ex seipso
agnosci. Deinde dicunt signum, id quod ab exeun-
tibus capitur, cuius in libro de differentia symptomatum
meminit, hic esse omissum, atque id quod ab
essentiæ ratione capitur, cuius illic nulla mentio
fit, hic esse additum. Addunt quibusdam signis
vt Gal. in hoc ipso opere, quæ in hac partitione
desunt, vt signum, quod capitur à resistentia.
Nimirum agnoscitur corporis salubritas, aut,
insalubritas ex modo, quo resistit rebus externis
aut non re-

A sistit, ex magnitudine etiam & figura capi-
tis agnosci debet cerebri temperies, quæ
tamen non videntur tribus membris, quæ
relata hæc sunt contineri. His obiectionibus
non omnes eodem modo respondent. Sunt
qui dicant sanitatem, & morbum non esse
eas qualitates, quæ moderatæ, aut im-
moderatæ sunt, sed relationes quasdam
illinc procedentes, quas vocant symmetriam,
& ammetriant, febrem ergo non esse
calorem, sed ex caloris immoderantia
febrem nasci, quare dicent hi febrerit ex
calore agnosci, non esse agnosci idem ex
seipso. Neque verò iuxta illorum placitum
possit sanitas quæpiam, aut morbus ex se-
ipso sentiri, nam relatio nulla sentiri
potest. Cæterum horum opinionem, lib. 4.
controuerfiarum refutauiamus. Alij con-
cedunt morbum, & sanitatem, esse habi-
tum, aut dispositionem. Quare calorem
quæ calor est, non esse febrem, ea enim ra-
tione est passio, aut passibilis qualitas, sed
quæ habitum, aut dispositionem. Agnosci
ergo febrem ex calore, non tamen proinde
idem ex seipso: quoniam non eadem ra-
tione agnoscitur calor, & est febris, sed
agnoscitur, vt est calor, est febris, vt est
dispositio quædam. Hi cerè vera dicunt, sed
hoc loco frustra laborant. Nam Galenus
non docet modo dignoscere affectiones
corporum sed corpora variè affecta, atque
ita dignoscere hominem febricitantem ex
ipsa febre, non est idem ex seipso cognos-
cere. Hic quidem quoniam affectus con-
iungit cum corporibus, mentionem fecit
significationis ex ipso affectu, tamen in o-
pere de morbo, & symptomate, affectus
ipso considerauit per se. Proinde illic nul-
lo modo potuit symptomatum differentijs
signa, adiungere ex ijs, quæ contingunt
secundum rationem substantiæ. Modus
quo corpus resistit, aut non resistit exter-
nis causis, cum actionibus coniungendus
est, siquidem monstratum est à me libro
primo controuerfiarum, nihil nisi agendo
resistere. Magnitudo, & figura cerebri, ad
agnoscendam capitis naturam conferunt,
vt quæ in ipsa essentia sint, nam bona, aut
mala dispositio tam est in compositione,
quam in temperie. Itaque recte Galenus
dignotionis corporum tres species esse di-
cit, quarum exempla subdit statim docens
corpora optime sana, tribus his modis
dignoscere. A substantia ipsa agnoscitur,
optima constitutio ex mediocritate caloris,
frigoris, humoris, & siccitatis in simplicibus,
& à mediocritate magnitudinis, & multi-
tudinis, & ab optima figura, & optimo pos-
itu omnium partium, in instrumentis. Nam in
his est essentia ipsius optimæ constitutionis
ab ijs quæ necessario succedunt simplicibus,
agnosci.

agnoscitur optima cōstitutio. Ex ijs, quæ ad tactum pertinent, ex mediocritate duri, & mollis. Nimirum caro corporis optimè constituti est mediocriter mollis. Ex ijs quæ ad visum pertinent, ex bono colore, & mediocritate inter glabrum, & hispidum. Nimirum corpora temperata nullum extremum colorem habent, tales enim omnes colores redundantias, quorundam succorum referunt, albus pituitæ, pallidus bilis, niger atræ bilis, perruber sanguinis: sed est color temperati corporis, candor quidam viuidus cum modico rubore. Sunt etiam temperata corpora, neq; glabra neque hispida. Quoniam glabrities frigiditatis, hispiditas est caloris soboles. Hæc duo accidentia tactu etiam sentiuntur, sed ad visum fuit melius referri, quoniam tactus solam multitudinem, aut penuriam pilorum sentit, visus etiam colorem. Hic præter rem quidam accusant Galenum, quod accidentia ad gustum pertinentia, & ad odoratum, & auditum nō tetulerit. Nam Galenus hic non tam refert accidentium exempla vt eorum omnes differentias enumeret, quam vt agnoscere corpora temperata doceat, ad quorum cognitionem hæc sunt satis. Ex actionibus etiam agnoscitur cōstitutio optima in simplicibus partibus, ex earum perfectione, aut virtute. In instrumentis etiam obseruantur duo genera signorum, primum accidentium, hæc sunt commoderatio, & pulchritudo: nimirum temperata corpora sunt optimè composita, & pulchra. Nam quæuis res tunc est consecuta suam pulchritudinem (non enim rebus omnibus est eadē pulchritudo) cum habet partes optime comparatas ad actiones. Si ergo actionum perfectionem habet, temperatum corpus est etiam pulchrum, & optime compositum. In instrumentis etiam est signum ex virtute actionum quæ ipsorum instrumentorum sunt. Apertè docet hic Gal. quasdam actiones esse simplicium partium, quaidam instrumentorum. Nimirum actiones primæ, & imperfectæ quæ cuiusque partis sunt in suum vsum propriæ, vt quæ ad propriam cuiusque nutritionem expectant, simplicium partium sunt, instrumentorū non nisi ex accidenti: actiones secundæ & perfectæ, & quæ ad communem totius hominis vtilitatem expectant, vt videre, incedere, instrumentis tribuuntur perfectæ (etsi facultates agendi ex simplicibus in quibus sunt temperamēta proficiantur) quoniam tales actiones nō sunt simplices, sed ex multis simplicibus constat, vt incessus sit his musculis abducentibus, illis adducentibus, alijs circumducentibus, oisibus firmantibus, ligamentis alligantibus: simplicium verò partium primæ tantū actiones & simplices sunt, posteriores hæc, & compositæ

non nisi instrumentorum. Verum hæc lib. 2. controuerharum latius explicuimus. Vtrarumque actionum perfectionem, & virtutem dicit Gal. esse in temperatis corporibus. Hoc verò non ita venit intelligendum (vt in controuerfijs monstrauius) quod nulla operatio possit esse in intēperato corpore perfectior, quam in temperato, sed quòd nullum adeò ad actiones bene obeundas sit accommodatum. Nimirum tale corpus ad omnes est habile, & si in singulis ab aliquo intēperatorum superari possit, præter eam, quæ est propria speciei. Hæc verò in humana specie est prudentia, & qui hanc comitatur tactus. Hæc perfectio actionum est, quæ in corpore temperato apprehenditur.

Eorum verò, quæ ab hac deficiunt, sunt tamen adhuc salubria, quaedam intemperie simplicium partium labuntur lapsu quodam exiguo, quaedam in ea quæ instrumentalium, exiguum quiddam etiam hic: atque, aut omnium, aut quorundam, aut secundum vtrumque: genera autem lapsuum, eadem ijs quæ eorum virtutem complent, temperies quidem in simplicibus, numerus autem, & formatio, & magnitudo, & positus in organicis, vtrisque vero communis vnitatis, quam & continuitatem illorum appellamus. In his autem ipsis generibus, & insalubrium corporum est malitia, secundum vtrumque insalubris significatum, terminus autem vtraque distinguens est lesio sensibilis actionum: quæ autem ab optima dispositione, deficiunt breue quiddam, lesa quidem & ipsa in aliquo sunt reuera, non tamen id sensu iudicatur. Igitur distinguit ipsa, quod plus, aut minus est in actionibus, & resistendo causis insalubribus. Corpora vero simpliciter insalubria diiudicantur, quod facile ab insalubribus causis vincuntur, & quod magnum quiddam in virtute actionum deficiunt. Fiunt ergo in medio amborum neutra, & quæ simpliciter dicuntur, & quæ cum latitudine quadam, & diuiditur totius sanitatis latitudo, in tres partes quæ latitudinem & ipsa habent insignem, quarum prima erit salubrium corporum, secundæ neutrorum, tertiæ insalubrium, post quæ statim sunt, quæ iam agrotant corpora, lesionibus sensibilibus actionum distincta. Quæ ergo dolent, & quorum motus sunt viriati, aut omnino sublati, faciles habent distinctiones, quæ verò debiles habent actiones, in magnis quidem recessibus facilis distinctionis sunt, in paruis verò ambigua, & ob id in hoc genere lesionis, dispositio consistit, quæ neutrius contrariarum actionum particeps est, quam ipsam neutram nominari dicebimus, his omnibus sensu diiudicatis, non ipsa natura rerum. Periculum enim est in dogma sempiterna passionis incidere, & quidem signa sanorum corporum. Veram quæ insalubrium, aut neutrorum, magnitudinem recessus

recessus distinguuntur, ponentibus nobis extremos terminos inuicem contrarios, optimam dispositionem, & nuper factum morbum, considerantibus autem cui horum sint viciniora, quam in examen veniunt corpora. Nam quæ optima dispositionis viciniora sunt, salubria: quæ verò ab hac absunt longius, propiora autem sunt iam egrotanti, insalubria: quæ verò in medio amborum, & quæ æque videntur ab utrisque, abesse, neutra hæc sunt. Optima ergo dispositionis signa dicta sunt. Eorum verò, quæ ab ipsa deficiunt, tot numero genera, quæ in plus, aut minus diuidi possunt, distinguuntur vero in tres partes. Signa insalubris corporis simpliciter dicemus, ex ipsis enim erunt manifesta & reliquæ duæ latitudines. Generatim ergo prius dictum est in sermone de optima dispositione, speciatim vero dicetur modo, diuidentibus nobis prius partes.

Optimam sanitatem dictum est in optima temperie & compositione consistere, quæ verò ab his deficiunt parum, quæ salubria multum diximus appellari, recedunt ab optima temperie simplicium, etsi parum, aut ab optima formatione instrumentorum, omnium, aut quorundam, aut recedunt ab optima constitutione in utrisque, simplicibus inquam & compositis. Nam omnia quæ non sunt optimè constituta, ob vitium aliquod quod habent, ab optimis recedunt. Nam si carerent omni vitio, essent saluberrima. Vitiiorum autem, aut lapsuum genera, tot numero sunt, quot sunt ea, quæ corporum virtutem complent. Nimirum quot res sunt, quibus constat natura, tot vitiatis corrumpitur: quare vt natura constat bona temperie, & bona compositione, & partium conuinitate, ita corrumpi potest mala temperie, & mala compositione, & solutione conuinitatis. Tria ergo sunt hæc vitia, intemperies simplicium (quoniam & temperies earum est) compositio mala instrumentorum (quoniam eorum est compositio) solutio vtrarumque partium, quoniam utrisque est communis conuinitas. Intemperies sunt in calido, frigido, humido, sicco, & horum pluribus: compositio in magnitudine, numero, figura, & positu: atque his vitijs distinguuntur à salubribus insalubria in utroque significato, id est & insalubria, quæ sunt intra latitudinem sanitatis à salubrius, & ægra, quæ sunt insalubria nunc, à sanis. Terminum autem qui utraq; distinguit, ea scilicet, quæ sunt intra terminos sanitatis, & quæ iam sunt ægra, est læsio sensibilis actionum. Nimirum tunc dicit incipere hominem esse ægrum cum habet sensibilibus læsas actiones: nam quæ breue quiddam deficiunt ab optima dispositione, vt quæ sunt adhuc intra sanitatem, læsa etiam sunt in aliquo, non enim habent male temperati homines actiones, tam integras, quam

A temperati, sed id non (inquit) sensu iudicatur, sed distinguuntur gradus dispositionum, quæ recedunt ab optima, sunt tamen intra sanitatem, eo quod meliores, aut deteriores habent actiones, & causis morbos afferentibus, plus, aut minus resistunt. Nam optimè constituta, optimas operationes habent, & causis morborum maximè resistunt. Insalubria simpliciter pessimas inter sanas habent operationes, & resistunt minime: neutra vtrunque habent in medio. Sed quod de resistentia hic addit Galenus perinde intellige atque quod de actionum virtute prius dixerat. Nimirum causis omnibus resistere plus alijs corpora temperata, non tamen etiam singulis. Hoc enim ita habere in controuersijs à me monstratum est. Sed redeo ad Galeni verba. Totam latitudinem sanitatis dicit habere tres partes, quarum singulæ habent latitudinem, salubrium, neutrorum, & insalubrium dispositionem: post hos omnes dicit esse ægros, atque eos læsionibus sensibilibus actionum distingui. Nimirum ægros vocamus eos, quibus læsæ sunt actiones sensibilibus. Cæterum hoc sensibilibus, non vtcumque intelligatur. Sensibiles enim læsiones sunt etiam in neutris nunc (habent enim multi antequam ægrotent dolorem capitis, & sensum lassitudinis, & fastidium, quæ constat sentiri) sed ita intelligatur, vt notatu dignæ etiam læsiones iam sint. Atqui illud notatu dignum, non potest defini ex actè certo quodam termino, sed hic debet esse sensus iudex, & debet adhiberi prudentia quædam, debetque medicus communem hominum sensum consulere. Nam si ratione veller hæc distinguere, & ipsam rei naturam considerare, incideret in dogma sempiternæ passionis, cogereturque concedere omnes homines laborare semper morbo aliquo. Nam dogma illud, vt diffuse satis Galenus ipse probat, primo de tuenda valetudine, euidentem demonstrationem habet. Itaque sensu iudicari debent omnes dispositionum differentiæ, & salubria, & insalubria, atque neutra cognoscantur, positis his extremis, sanitate optima, & ægritudine. Quæ propiora sunt optimæ sanitati salubria sunt, quæ ægritudini insalubria, quæ in medio sunt neutra. Ergo inquit de dispositione optima dictum esse hæctenus. Reliquorum sunt tot genera (quæ scilicet dicta sunt) salubria, insalubria, & neutra. Pollicetur dicturum se rursus de signis simpliciter insalubris, quoniam ex illius notitia fient manifestæ reliquæ latitudines. Sed hæctenus sunt dicta signa, quibus corporum dispositio agnoscitur generatim. deinceps dicet speciatim, percurrèdo signa omnium temperamentorum in omnibus membris, incipiens à capite. Quod faciet præmissa membro-

membrorum quadam partitione.

Quatuor autem sunt omnes illarum differentia, quadam enim principia quadam sunt, quædam autem ex illis nascuntur: quadam neque aliarum gubernationi præfunt, neque ab alijs gubernantur, innatas habentes facultates, quæ eas gubernant: quadam autem insitas simul, & influentes habent. Principia ergo sunt, cerebrum, cor, hepar, & testes. Ab his verò oriuntur, & his subministrant, nervi quidem & spinalis medulla cerebro: cordi verò arteria: venæ autem hepatis: seminaria vasa testiculis. Ipse autem seipsum gubernant, cartilago, os, ligamentum, membrana, adenes, pinguedo, caro simplex. Aliæ omnes partes communem cum his habentes ex se ipsis gubernationem, arteriarum, simul & venarum, & nervorum indigent. capillorum autem, & vnguium, neque gubernatio aliqua est, sed generatio sola. Hæ ergo sunt partium differentia.

Merito profecto Galenus vult nos ad agnoscendas corporum naturas & affectus, singulorum temperamentorum in singulis partibus notas ediscere. Quandoquidem totius corporis temperies, ex temperiebus partium nascitur, quarum quatuor differentias facit. Primam principiorum, secundam instrumentorum communium, quæ ex illis oriuntur, tertiam partium quæ neque alias gubernant, neque ab alijs gubernantur, quartam reliquarum quæ insitas habent sibi quasdam facultates, simulque vtuntur suppetiis aliarum. Principia sunt quatuor, cor, cerebrum, hepar, & testes, sed non omnia eodem modo. Cor & cerebrum, quoniam facultatum præcipuarum sedes sunt, & eas in reliqua membra demandant, hepar quoniam et si facultatem nullam in reliqua membra mittat, alimentum commune omnibus alijs facit, & mittit: testes quoniam virilitate præstant corpori toti, (est verò virilitas virtus quædam, & vigor actionum omnium, quæ sexus etiam distinguit) & semini præstant fecunditatem, generantque spiritum generitium. Hæc omnia ita se habere libro secundo controuersiarum probauimus. vbi etiam refutauimus sententiam Aristot. de principatu solius cordis, & de vsu cerebri, & testiculorum. Quo etiam libro probauimus capillos non nutriri reuera sed congestione excrementorum generari, vngues tamen & alimentum & vitam, & sensum accipere, per venas nervos, & arterias. Quare quod hic dicit vnguium & capillorum gubernationem nullam esse, sed solam generationem, de extremis vnguib. solum intelligatur. Adenum, vt autor est ipse Galenus alibi, duplex est genus, quidam sunt vilissimi, in eum tantum v-

A fum facti, vt emunctoria aliorum membrorum sint, & vasis sint pro esthæue: alij sunt ad generationem quorundam succorum necessarii, vt mammæ, & parythmia, & parastates. Hi satis insignes habent arterias, venas, & nervos, quod in mamillis apertissimum est. Quod ergo dicit adenes per sese viuere sine his instrumentis communibus, de adenibus vilissimis venit intelligendum.

B *Signa autem temperiei cuiusque dicentur deinceps.*

Dicet Galenus signa cuiusque temperiei cuiusque membri, vt signa cerebri, cordis, aut hepatis, calidi, frigidi, humidi, aut ficci, aut temperati. Sed cum dicitur membrum aliquod esse tale, vt cerebrum calidum, non simpliciter venit intelligendum, cum illorum quædam semper calida, quædam semper frigida sint, sed ad suam naturam, cerebrum videlicet erit calidum, & cor frigidum ad naturam suam: ergo oportet omnium membrorum naturas nosse, priusquam in singulis omnium temperamentorum notas inuestigemus. Singulorum verò naturas ita discas breuissime. Quæ cute sunt calidiora, calida: quæ frigidiora, frigida: quæ humidiora, humida: quæ sicciora, sicca sunt. Quandoquidem cutis est omnium partium moderatissima, tenetque medium temperamenti. Esse autem calidiora, quæ magis sanguinea: frigidiora, quæ exanguia: humidiora, quæ molliora: sicciora, quæ duriora cum ad cutem tum etiam ad sese, docet Galenus. Ego verò in omnibus fere membris ita habere concedo, tamen in testiculis maiorem calorem esse quàm in renibus constat, et si renes magis sanguinei sint. Cor etiam est calidius hepate, et si hepar abundat magis sanguine. Neque verò hoc mirum est: non enim cor accipit calorem à sanguine, sed sanguis à corde, vt idè Galenus auctor est. Neque membra accipiunt calorem ab alimento solum, sed ex natura sua habent. Verum paucis exceptis, quæ naturas habent perspectissimas, regulæ Galeni sunt verissimæ, Ergo calida simpliciter sunt, cor, iecur, testes, pulmo, renes, lien, & caro musculorum. Frigida sunt, cerebrum, & spinalis medulla, ossa, nervi, membrana, cartilagine, ligamenta & adeps: humida sunt, adeps, adenes, cerebrum, medulla, pulmo, lien, cor, hepar, renes & nervi sensus: sicca, ossa vngues, cartilagine, ligamenta, tendines, nervi motus plus his pili, si modo partes sunt. Nihilominus hæc omnia possunt esse, vt in naturis suis temperata, itaque cum dicitur membrum aliquod esse

temperatum, nequaquam intelligi potest ad pondus. Sed dices, si ad iustitiam intelligitur, cum Galenus paret modo hanc doctrinam de singulorum membrorum naturis, ut illinc prodeat notitia maior temperati corporis, quia in temperato omnia sunt temperata, erunt in homine temperato temperata ad iustitiam omnia instrumenta: omnia ergo erunt ad proprias actiones accommodatissima, quare omnes singulasque actiones habebit corpus temperatum perfectissimas, atque non ut explicuimus. Hic scire oportet, mediocritatis ad iustitiam, non eandem rationem esse in toto homine & in partibus. Nimirum iustitiæ est, toti homini dare ad actionem speciei propriam, accommodatissimam, & ad alias omnes, quam maximè fieri possit, accommodatam naturam: partibus verò eas naturas, quibus maximè subuenire possint toti. Quia ut in republica melius est eam potentiam esse cuius cuique, qua possit reipublicæ seruire, haud quaquã alicui tantam, ut totam rempublicam possit perturbare, ita in nostro corpore est æquus, omnes partes esse mediocriter comparatas, ut totum corpus comparatum sit optime, quam aliquam habere optime per se, tamen & alias lædere & totius perfectionem inturbare. Hæc igitur est mediocritas ad iustitiam quæ in singulis partibus desideratur, atque tu ita intellige, cum membrum aliquod temperatum esse audies.

Faciendibus nobis initium à cerebro, sunt autem quinque naturalia genera signorum illius. Vnum quidem totius capitis dispositio, secundum sensitiuarum actionum virtus & vitium, tertium actiuarum, quartum earum quæ pertinent ad mætem, quintum naturalium. Aliud autem genus est præter hæc omnia, alteratio ab ijs, quæ in ipsum exterius incidunt.

Merito facit initium à cerebro, quoniam est membrorum omnium dignitate primum, significatur autem natura cerebri, ex totius capitis dispositione: quoniam capite continetur cerebrum, & ex sensuum virtute aut vicio (quoniam sensuum principium est cerebrum) & ex virtute, aut vicio actionum actiuarum, hoc est motionum quæ secundum voluntatem fiunt, & ex sensuum internorum imaginationis inquam, rationis, & memoriæ virtute aut vicio, & ex naturalium actionum. Huiusmodi sunt contestio alimentorum, & excretio excrementorum: & præter hæc omnia, ex modo, quo afficitur cerebrum ab externis causis. Nimirum hæc passio maxime indicare potest naturam, quoniam cali-

A dum à calidis, frigidum à frigidis multum patitur.

Dispositio ergo totius capitis ex ipsius magnitudine & figura inuenietur, & ex capillis.

Cum dixerit esse sex genera signorum, quibus agnosci potest natura cerebri, & cum sint multa genera temperamentorum, duplicem exercitationem facit, primam per ipsa signa, secundam per genera temperamentorum. Prima hic incipit à dispositione capitis.

Exiguum igitur caput mala dispositionis cerebri proprium est signum, magnum verò non necessario bona dispositionis est: sed si ob infra virtutis robur, bonã, & multã materiam valentis elaborare, factũ sit, bonum signum: si autem ob solam multitudinem materiæ, nõ bonum. Distinguentũ ergo est hoc, & figurã, & ijs quæ ab ipso naturaliter fiunt. Figura quidem si concinna sit (semper enim hoc est bonum signum) ijs verò quæ ab ipso fiunt, si valida ceruix sit, & alijs ossibus optime confect, & rota insuper substantia nervosa, bene illi nutriatur, & firma sit. Propria autem figura capitis, ut si intelligat spheram ceream, viraque ex parte compressam paulatim. Necessè enim est huiusmodi priora, & posteriora fieri magis gibba, quam secundum spheram, quæ verò sunt vtrinque magis recta. Quod si cui minuat eminentia, quæ est secundum occiput, simul considera, & nervos, & ceruicem cum alijs ossibus. His enim secundum naturam habentibus penuria materiæ, non facultatis debilitate huiusmodi factus fuerit, illis verò male habentibus principium est debile. Plerumque autem defectus secundum occiput debilitas dictorum sequitur, & raro admodũ est, quod huiusmodi non sit. Et quod eminentis secundum occiput caput, considera eisdem, quibus circa totum caput grandius factum, distinctionibus. Magna verò ex parte, & hic bonum signum est, cum concinnitate, & figura fieri parencephalidem, quam nonnulli medicorum posterius cerebrum vocant, quemadmodum est & posterior, & definita scissura lambdoyde. Spinalis verò medulla est principium hac pars & per hanc omnium totius corporis actiuorum nervorum. Ipsa verò posterior pars per seipsam omnino est particeps paucorum sensitiuorum, multorum vero actiuorum: quemadmodum & alia prior multorum sensitiuorum, paucorum verò actiuorum. Quare & bene disposita hæc partes, robustos habent exortus, vtraque proprios. Eadem distinctiones adhibenda sunt et ad anteriora capitis circa frontem, quæ ad posteriora in exiguitatem, & magnitudinem eius aspicientibus nobis & figuram, & sensus qui ibi sunt, & visum, & gustum, & odoratum. Inuicem enim sunt signa, & attestantur mutuo, quæ à principio oriuntur virtuti, & malitiæ principij, & principium ijs quæ ex ipso.

In di-

IN dispositione capitis considerari iubet, magnitudinem, & figuram, & capillos. Signa quæ à capillis sumuntur tractabit postea, magnitudinem, & figuram persequitur modo. Caput esse potest, exiguum aut magnum aut mediocre, tamen mentionem facit modo, magni & parui solū, quoniam quod bonum est, & quale in corpore optime constituto, magnum est ad reliqua membra. Nimirum bona constitutio & quæ in capite debet ex peti est magnitudo, amat enim caput esse magnum. Proinde dicit exiguum caput malæ dispositionis cerebri est proprium signum. Magnum verò non semper bonæ: sed si magnum sit ob multam bonam, beneque à formante virtute elaboratam materiâ bonum est, si ob solam multitudinem materiæ non est bonum, siquidem ex materia multa non bene elaborata, male temperatum cerebrum factum fuerit. Dices exiguum etiam caput posse fieri, aut ob vitium facultatis, aut ob defectum materiæ, quare neque hoc semper esse malum: cum neque hoc fiat semper vitio facultatis. Tamen interest multum, nam magnitudo capitis, nisi ex mala causa sit non est inutilis, sed facit ad perspirabilitatem cerebri, estque id caput idoneum, ut spiritus, per ipsum cerebrum moueantur expeditius, & fuligines facilius effluent: exiguitas capitis, quacunque ex causa fiat est noxia, affertque angustiam cerebro. Quare semper est signum malæ dispositionis illius, sed magnum caput nunc bonæ, nunc malæ, ut hac, aut illa causa factum fuerit. Usque ad eo errat Arist. trigesimo problematum, affirmans, homines eo esse ingeniosiores, quo habent minora capita. Magnum verò, & paruum est caput ad reliqua membra, estque ut diximus optima constitutio, ut ad reliqua membra sit magnū. Quod verò iam erit, eatenus magnum, ut eam proportionem, quæ in optime constituto est superet, neque bonum erit neque ex bene elaborata materia sit factum. Quanquam nisi omnino sit ex male elaborata, melius hoc est, quam quod exiguum. Signa ex quibus agnosci potest, an ex redundantia sola materiæ, an cum robore facultatis, caput sit factum magnum, dicit esse figuram, & ea quæ ex capite oriuntur. Nam figura bona quavis in parte signum est bonum. Nimirum facultas formatrix, cum materiâ satis superat, accommodatissimam, ad actiones, figuram facit. Ea quæ oriuntur ita iudicari censet, si valida est ceruix, & caput cum oisibus ceruicis optime aptetur, & totum neruosum genus bene nutriatur, & sit firmū. Nam cum ceruix, & eius ossa, ipsi capiti coniuncta sint & nerui cerebro, & in capite cerebrum, si hæc

recte formata sunt, verisimile est in iis, quæ circum circa sunt facta, validam fuisse formati virtutem, quare & in capite toto. Describit deinde optimam figuram capitis, & in figura vitia. Optimam dicit esse, ut si quis ceream sphaeram ab utroque latere parum comprimatur, vitiosam verò esse, cum aut anterior sola, aut posterior pars sola, aut utraque est maior, & prominentior, quam oportet. Hæc omnia aut redundantiam materiæ aut vitium facultatis sequuntur, suntque distinguenda eodem modo, quo de toto capite dictum est, ex figura scilicet partis anterioris, aut posterioris, aut utriusque, & ex iis, quæ ab utraque parte oriuntur, nimirum cum hæc bene habent, nullum vitium, in facultate fuisse putandum est, cum non ita, facultas formatrix erravit, quæ, ut Hip. docet, libro de vulneribus capitis, multis modis errare solet in capitis formatione, aliquam facit duas futuras, oblongam, & coronalem referentes T græcum, fitque tunc capitis pars anterior, prominens, aliquando facit oblongam, & transversam, aliam loco labdoydes fitque, L. Cuius caput spectat ad occiput, fitque tunc posterior pars prominens: aliquando facit tres imitantes H. græcum fitque tunc prominens pars utraque, aliquando facit duas imitantes. X. græcum fitque ita utraque pars depressa, quod vitium tacuit modo Gal. quoniam non videtur id posse esse magni capitis, quanquam ego hanc quoque figuram accidere posse magno capiti suspicor. Posteriores partes capitis dicit esse eam, quæ est ultra labdoydem figuram, quam parencephalidem græci, latini cerebellum vocant. Hanc dicit esse principium medullæ spinalis, & per hanc omnium neruorum motus, tamē fallitur proculdubio: ex ipso enim cerebro ante cerebellum, oriuntur medulla spinalis, & oēs nerui, ex cerebello nulli profusum. Quare neque illud est verum, ipsam posteriorem partem habere multos motorios, & per paucos sensitivos neruos. Nihilominus id argumentum non est debile, quo ex firmitudine spinæ, & neruorum, intelligi dicit facultatem formatricem in occipite non fuisse debilem. Nimirum sunt hæc partes vicine, etsi ex se inuicem non fiant. Illud quod addit verum est, priorem partem cerebri multorum sensitiuorum, & paucorum motiuorum esse principium. Nimirum septem parium neruorum, secundum, & septimum solum, & tertij portio sunt comparati ad motum, reliqui ad sensum. Prioris partis indicia dicit accipi, ex visu, odoratu, & gustatu auditum tacet, quoniam fluit hic sensus ex quinto neruorum pari quod ad posteriorem partem iam videtur inclinare. Tandem generatim dicit orta principium, & principia iis quæ ab illis oriuntur attestari. Quod non a-

liter intelligendum venit, quàm bonam dispositionem eorum, quæ alicunde oriuntur, bonæ dispositionis principij, mala malæ esse signum. Utimur verò hoc argumento, ad agnoscendas dispositiones non tantum naturales, sed eas etiam, quæ præter naturam sunt, quod in prognostico Hip. occurrit sæpe ex oculis videlicet, & naso, & palpebris, & labiis, & tota facie docet affectum cerebri cognoscere.

Actionum autem principum virtus, & vitium, solius principij ipsius per se ipsum signum est. Voco autem principes actiones, eas, quæ à solo principio fiunt: ingenium igitur tenuis cerebri substantia signum, tarditas autem intellectus, crassa: facilitas verò discendi, facile susceptivi figurarum, & memoria stabilis, ac firmi, ita autem & difficultas discendi difficile figurarum susceptivi, obliuio verò, fluxilis: & mutabilitas in opinionibus, calidi: stabilitas verò, frigidi. Adhuc autem videor mihi reliquisse duo genera signorum de quibus à principio promisi me dicturum, alterum quidem quod est naturalium actionum, alterum autem, quod eorum, quæ extra incidunt: erit igitur communis de vtriusque sermo.

Omnis actio propria est proprii instrumenti per se signum. Sensus ergo interni, quoniam ab ipso principio aguntur sine aliis instrumentis, ipsius cerebri per se signa sunt. Eos sensus esse tres, imaginationem, rationem, & memoriã, eosque esse in toto cerebro, haud quaquam per ventriculos distributos, ut multorum sententia fert, dictum est alibi: modo ea quæ hic dicuntur, explicemus. Memoria in nobis est duplex, quædam passiva, quædam practica: practica est virtus cogitandi de rebus præteritis, ut actæ sunt: passiva est aptitudo materiæ, ad seruandas rerum species. Passivæ est duplex virtus, facilitas recipiendi, & facilitas retinendi, & duo vitia contraria. In practica, virtus est reminiscencia, & vis illa indagandi, ea quæ deleta sunt, ex iis quæ retinentur: contrarium est vitium. Facilitas discendi est duplex, quædam ad discendi memoriter, quædam res subtiles prompte intelligendi. Illa est memoriæ passivæ virtus prima, hæc est virtus ingenij: præter quã est alia virtus ingenij, meo iudicio hac etiã præstantior, ex iis, quæ intellecta semel sũt ratiocinatio. Nimirum commendari potest cuiuspiam ingenium, quod facile intelligat, quæ dicuntur, aut quod etiam intelligat tardius: tamen addit deinde alia, intelligitque hæc ipsa radicitus, & colligit multa. Quod quidẽ homini hæc virtutes adsint, aut contraria vitia, non est imputandum intellectui illi, qui ab omni materia liber esse potest, ille enim per se eadem perfectione est in nobis omni-

Abus, sed internis sensibus, qui bene, aut male intellectui ministrant. Secundam virtutem ingenij constat ad rationem pertinere, illius enim est ratiocinatio omnis, & solertia. Imaginatio potest esse facilis, aut fortis, aut vtrunque. Facilis imaginatio, est quæ facile in iis, quæ occurrunt, multa cum quavis re componit: fortis, quæ rei quam imaginatur magna cū attentione, & firmiter hæret: ex facili imaginatione nascitur prima ingenij virtus. Nimirum, qui facile imaginatur quiduis, prompte intelligit quæ dicuntur: cum facilitate ingenij coniungitur semper virtus reminiscenciæ. Ingenium ergo dicit significare, tenuem substantiam cerebri, & eius tarditatem, crassitiam. Hic vero nõ eam tenuitatem dicit quæ cum humiditate, neque eam crassitiam quæ cū siccitate coniungatur necessario, sed quod tenuium partium aut crassarum sit: quod cum quouis temperamento coniungi potest. Quod verò est tenuium partium, est multis, & exiguis poris, quare tenue cerebrum pellucens est, & idoneum, ut ipsum penitissime pervadant spiritus, atque proinde accommodatissimum est omnibus internis sensibus, imaginationi, rationi, & practicæ memoriæ. Ex his nemo nõ intelliget, cerebrum ad actiones non tantum amare compositionem, & temperamentum, sed etiam tenuitatem, idque per se. Quare si cui ex morbo crassior fieret substantia cerebri certe crassities ipsa esset morbus, quoniã per se læderet ingenij actiones. Neque tamen in sola tenuitate substantiæ est ingenij acuties, sed præter hæc in temperamentorum, quæ interni sensus amant, perfectione. Obiicias hoc loco quod Arist. trigesimo problematũ dicit, ingeniosissimos & sapientissimos esse melancholicos: quod quidem si ingenium ex tenuitate substantiæ nasceretur, fieri neutiquam posset, siquidem, qui melancholici sunt, crassis nutriuntur succis, ac proinde crassam habent substantiam. Ceterum mihi perrari eorum, qui à natura melancholica sunt videntur facti ingeniosi, aut sapientes: atque hi quidem non sunt ingeniosi natura, sed fiunt studio, & laboris tolerantia, & fortitudine imaginationis, qua hi maximè omnium præditi sunt. Nimirum ex ipso studio nascitur facilitas quædam incumbendi ipsi disciplinæ eaque facilitas parit docilitatem, quæ est in iis ingenium quoddam factitium. Ingeniosi multi studio literarum facti sunt melancholici, vltis scilicet in cerebro sanguine & bile, præ nimia & longa mentis intentione. Addit Galenus facilitatem discendi (intellige memoriter) id quod ad memoriam pertinet, significare substantiam figurarum facile susceptivam, talem verò constat esse humidam, non eatenus ut iam fit humidissima, & aquea. Memoriam) vo-

cat memoriam per antonomasiam retentionem diutinam specierum) dicit significare substantiam stabilem; & firmam, talis est sicca, moderate dura. Atqui quoniam siccum cerebrum, plerunque est crassum & terreum, plerisque eorum, quibus firma memoria est, ingenium est hebes & quibus id acutum, memoria labilis, vt Arist. libro de memoria & reminiscencia testatur. Neque tamen id perpetuo ita euenit, quoniam calidis, & biliosis solet esse substantia cerebri tenuis, & sicca. Quare hi sola facilitate discendi memoriter carebunt, habebunt tamen cum acutie ingenij tenacem memoriam. Illi absunt magis à tenaci memoria, qui ingeniosi sunt, & habent facilitatem discendi memoriter, quoniam iis cerebrum tenue simul & humidum est, possunt tamen hi quoque memoriam habere non infirmam, coniungentque ita virtutes omnes sensuum internorum, non ob materiae dispositionem sed ob fortem imaginationem. Nimirum ex fortibus imaginationibus fortes impressiones fiunt, neque admodum debiles, atque vt sigillum in cera diu durat, vel quoniam cera est tenax, vel quoniam is, qui fecit, pressius infixit, ita memoriae firmitudo fit, vel ob siccitatem cerebri, vel ob vehementiam imaginationis. Itaque ingenium & memoria has cerebri dispositiones indicare possunt: ita & vitia contraria significant affectiones contrarias: vt difficultas discendi memoriter, signum est cerebri difficile figurarum susceptiui, id verò erit magna ex parte siccum, nonnunquam verò humidissimum. Obliuio, & impotencia retinendi formas, signum est fluxilis cerebri substantiae, id est, humidæ & mollis. Cum hucusque modi substantiae, & humiditatis ac siccitatis cerebri inditia dixerit, addit caloris, & frigoris inditia. Mobilitas in opinionibus significat calorem, stabilitas frigus. Nam qui sententiam cito mutat, certè ob celerem sensuum internorum motum id facit: calor enim est qui mouet. Quare frigus cerebri immobilitate in opinionibus facit, ob tardum motum sensuum. Haecenus secutus est ordinem ipsorum signorum, modo incipit persequi genera temperamentorum. Cæterum non percurrit omnia signa, sed duo non attingit quæ sunt in actionibus naturalibus, & in iis, quæ occurrunt exterius: aliorum etiam quasdam particulas omisit, velut capillorum modum. Horum enarrationem coniungit cum secundo ordine. Atque in ipsa doctrina, quæ traditur per singula temperamenta, omittet quædam signorum genera (vt statim videbis) quasi ea in hac prima doctrina satis fuerint explicata. Quædam quæ hic non atti-

A git illic persequitur, quasi illic melius explicentur. Cæterum distinctionis methodi gratia melius sit hic omnium signorum exempla generatim saltem dicere, & illic singulorum temperamentorum, ex omni genere signorum notas petere, Hoc ergo est, quod me oportet dictis addere. Naturales actiones considerari neque possunt neque debent omnes, sed illæ ex quibus reliquæ agnoscantur, & quæ in conspectum venire possint, velut profecto agnosimus quomodo cerebrum, trahat, aut retineat, aut commutet alimenta, ex excrementis propriis, quorum emunctoria sunt oculi, aures, nares, & palatum. In excrementis considerari debet quantitas & qualitas: multa enim excrementa humidum, pauca siccum: cruda & tenuia, frigidum: vsta & acria, calidum cerebrum significant. In iis quæ exterius occurrunt, hæc est communis consideratio, à quibus facile læditur in illorum intemperie inclinatur, calidum enim à calidis frigidum à frigidis, humidum ab humidis, siccum à siccis facile patitur, Sed hoc loco hæc addidisse est satis.

Si igitur bene temperatum sit cerebrum. secundum quatuor qualitates, omnia quæ dicta sunt habebit mediocriter, & excrementa, quæ per palatū, vel aures, vel nares expurgantur, & hæc habebit mediocriter. Minime lædetur ab omnibus, quæ extra occurrunt, quæ calfaciunt, refrigerant & siccant, & humectant. His capilli capitis infantibus adhuc subruhi, pueris verò subflauis, perfectis autem iam viris sunt flauis, quodam modo in medio exacte crispiorum, & simplicium neque quidem facie calui sunt. Audire autem oportet dicta omnia, & quæ dicuntur signa vt in habitationibus temperatis. Quæ verò ad pilos pertinent, non ad regiones solum, sed etiam ad succorum temperiem, quæ analogæ sit temperiei eorum, quæ sunt circa cerebrum.

Dicens, omnia quæ dicta sunt habebit mediocriter, intelligit omnia illa genera signorum, quæ hic omittit. Sed melius fuerit ea percurrere, atque quid in quouis eorum generum habebit homo temperatus cerebro breuiter admonere. Caput temperatis est magnum (vt dictum prius est) non eatenus, vt iam pariat turpitudinem. Figura capitis his est optima: capilli quales modo dicit: sensus omnes sunt iis boni, si totus corporis habitus simul sit temperatissimus, tactus est optimus. Morus vehementia est magna satis, sed non summa. Quod ad sensus internos attinet, ratio est his optima, imaginatio & memoria practica, ita subseruientes rationi vt neque hebes ingenium pariant, neque verò nimis

celeritate rationem interturbent. Nam ita sunt sensus optimè comparati ad prudentiam. Si enim tardiores sint hi sensus, hebes ingenium est, aut magna pertinacia in opinionibus, ut in frigidis euenit: si rapidiores, ingeniosi quidem sunt homines, sed leues, et qui facile mutant sententiam: quorum vtrunque abest longè à prudentia. Quod ad naturales actiones spectat, habent excrementorum mediocritatem exeuntium per palatum, nares, aures & oculos: ad externa omnia bene habet tale cerebrum: nimirum ab omnibusquæ calefaciunt refrigerant, humectant, aut siccant, minimè patitur eo modo quo iam explicatum est. Sed venio ad reliqua, quæ de capillis dicuntur. Capillos ex fuliginosis excrementis fieri dictum antea est: ea verò ex succis, qui in corpore abundant ortum habent: merito ergo color capillorum significat speciem succorum, & intentior capillorum color ex maiori calore: remissior ex minori censetur fieri. Flauus verò tanto intensior est rufus, quanto rufus pallido, & tanto niger flauo. In calidis hominibus nigros esse, in frigidis pallidos, & candicantes, multis aliis locis dixit Galenus, & experimento agnoscitur. Igitur temperatis erunt mediocres colores. Atqui quoniam ipsa moderatissima natura mutationes secundum ætates recipit, necesse est ut & ipse color capillorum, mutationes recipiat, ita tamen ut in ea ætate, ea coloris differentia sit moderatissima, velut flauus color in iuuentute, non minus moderatus est, quam subflauus in pueritia, & subrufus in infantia. Atqui color flauus in adolescentia non minoris caloris sit nota, quam niger in iuuentute. Neque rufus in iuuentute minoris frigoris, quam in adolescentia pallidus. Igitur eæ quas Galenus hic recenset sunt moderatissimæ differentię colorum, & ille decursus moderatissimus. Eum decursum hic ad iuuentutem vsque secutus est. Nam accedente iam ad consistentiam homine, fiunt nigri, & copiosi capilli ei qui sit temperato cerebro. Nam & ipse Galenus secundo de temperamentis ita dixit, nigrum & frequens capillitium boni temperamenti in cerebro nota est: quod in fine iuuentutis intelligendū venit, alioqui repugnabit huic loco. Dices videri hac ratione, adolescentiam pueritia calidiorem, si quidem capillis intentiorem calorem tribuit. Cæterum considera calorem puerilem esse cum multo humore cōiunctum, iuuenilem cum siccitate, atque intelliges illum minimè paratum esse ad vstionem, etsi ad concoctiones sit quam maxime, hunc contra: atque adeo calorem adolescentium, quandoquidem ad siccitatem iuuenilem iam aliquate-

nus tendit, vrere magis paratum esse, quam puerilem, etsi minor ille sit. Quare cum fuligines maxime generentur, ex iis, quæ sunt vstioni idonea, & vstione coloris intentionem comparent, colorem capillorum in adolescentia merito intentiorem esse, quam in pueritia. Neque quidem incaute dixit, capillorum capitis, sed quoniam de agnoscenda temperie cerebri agit. Indicant enim non quiuis capilli quæuis membra, sed qui sunt in capite cerebrum, qui in pectore cor, qui in inguinibus, et cruribus, testes, qui sub alis, hepar, qui in mento, & ad hepar, & ad pulmonem pariter pertinent. Dicit etiam esse temperatis cerebro capillos mediocres, inter crispas, & simplices. Nimirum crispitudo capillorum nascitur ex duplici causa, figura aut tortuosa, aut recta pororum, & desiccatione, quæ à calore vrente fit. Calidi ergo & sicci habent crispas: frigidi & humidi habent simplices & rectos: temperati ergo mediocres. Neque facile fiunt calui, sed in hoc quoque retinent mediocritatem. Citius fiunt calui, quam frigidi & humidi, tardius tamen, quam calidi, & sicci. Quoniam caluitium fit ob duritiem cutis, quæ facit concretionem pororum, & ob penuriam alimenti. Siccitas vtrunque facit, densitatem inquam cutis, & penuriam excrementorum (excrementis enim aluntur capilli) calor absument excrementa. His dictis monet Galenus hæc quæ dicta sunt, & quæ dicentur intelligi debere in iis, qui in regionibus temperatis habitant, Quod quidem videbitur alicui falsum, si quidem regio, & causæ aliæ omnes externæ, non aliter possunt signorum differentiam afferre, quam commutando corporis naturam. Quid enim interest qua regione quis habitet, si optima corporis temperie præditus sit? Sed fortasse in regionibus valde intemperatis, ut in Scythia, aut Æthiopia non possit generari homo temperatus mediocriter. Nascentur tamen illic quoque quidam, qui etsi simpliciter non sint, tamen ad alios homines suæ regionis sint temperati, atque illis non est necesse, ut adsint quæ dicta sunt signa: sed temperatis, qui in regione sunt temperata, quandoquidem ij sunt simpliciter atque omnino tales. Atqui Galenus ut qui regionem incolebat temperatam, illorum signa animaduertit. Quod si quomodo generetur homo simpliciter temperatus in Æthiopia, ne tum quidem habeat in capillis, & reliquis quæ in cute sunt dictas differentias, quoniam cute temperati non eruat, & colorem illum, & speciem, etsi ex proprio temperamento non habeant, habent iam hæreditarium. Quanquam, quæ de capillis

capillis dicuntur non ob regiones solum dicit, sed ob succos etiam totius corporis mutationem accipere. Nimirum capilli sunt fuligines, quæ ex excrementis nascuntur: hæc verò excrementa in visceribus, & ad viscera maximè abundant, cum verò in ipsam cutem iam venerunt, peculiarem à parte mutationem accipiunt: quo fit vt non tantum homo ab homine capillorum colore differat, sed in eodem homine pars à parte. Nimirum est duplex causa, qua capilli tales fiunt, aut tales, materiae modus, qui modum succorum, qui in corpore abundant sequitur, & temperies partis vicinæ cuti ex qua capilli nascuntur, vt capitis capilli ob cerebri temperiem & tales succos, fiunt tales. Si igitur succi totius corporis mediocritatem habebunt analogam temperiei cerebri, mediocres omnino colores capillorum fiet, conspirantibus scilicet ambabus causis, si verò discrepent causæ, non potest non detrahi aliquid colorum mediocritati. Quare constat non statim, cum tales colores non sint, cerebrum esse intemperatum, sed adhibenda in considerationem esse alia signa.

Si vero sit calidius temperato tantum, secundum aliam oppositionem bene temperatum, siquidem valde sit calidius, vehementia omnia quæ dicta sunt sicut signa, exiguo autem excessu si sit, debilia. Communisq; hic sermo dictus mihi sit de omnibus partibus signorum, quæ dicenda sunt in omnibus temperamentis.

DE calido tantum cerebro dicere incipit, præfatus tamen signa quæ quamcunque temperiem indicant, tanto videri maiora, aut minora, quanto excessus maior, aut minor est, neq; enim omnes calidi sunt æque calidi, neque frigidi, neque humidi, neque sicci.

Deinceps ergo signa caloris in cerebro, præter dicta prius, sunt rubicundiora & calidiora omnia, quæ circa caput, & vena in oculis sensui exposita, capilli his natis celeriter in capite nascuntur. Iis quidem, qui valde calidiores sunt temperati, nigri & fortes & crispi fiunt: non valde autem calidioribus subflauis quidem primum, deinde nigrescent, & procedentibus ætatibus calui fiunt, & magis quidem qui valde calidi sunt. Excrementa autem per palatum, & nares oculosque, & aures, exigua & cocta his sunt. Repleto autem aliquanto capite (accidit hoc frequenter, & multum illis, cum victus idoneam rarionem non obseruant) plura quidem sed non incocta excrementa sunt, repleretur autem, & grauantur capite à calidis cibis & poribus & odoribus, & omnibus quæ exterius incidunt, in quibus est & is qui nos continet aër, atq; adhuc magis, si non solum sint calida huiusmodi corpora, sed etiam humida natura. Breuib; somnus hæc tempe-

Aries contenta sunt, præterquam quod neque profundi ijs fiunt.

Dicens, præter dicta prius, intelligit indicia eorum generum, quæ prius tetigerat, & modo omittit, velut quod calidi cerebro sunt instabiles in opinionibus, quod erat signum ab actionibus principatum obtinentibus. Calor etiam per se magnitudinis, & bonæ figuræ capitis causa est, & motus voluntarij celeritatè, & inquietudinem facit, sensuum quoque acutiem facit per se, siquidem frigus affert torporem. Reliquorum generum signa hic persequitur, & quedam etiam addit, quæ in illis generibus non videntur contineri, veluti illud. Omnia circa caput esse rubicundiora, & calidiora. Hoc enim in nullo dictorum generum est. Sed calidum esse cerebrum agnoscimus ab essentia proprietate tactu ipso sentientes calorem: & quoniam calor sanguineum conuocat, sunt etiam capitis partes rubicundiores solito: & hac ipsa causa venæ in oculis sunt conspicuæ, quæ alioqui, non videntur præ exiguitate, statim ortis nascuntur ijs capilli, quoniam calor eleuat fuligines statim, vberem capillis materiam. Quod si excessus in calore est maximus, non solum nascuntur capilli statim, sed nascuntur etiam nigri, & fortes, id est non graciles: & crispi. Quoniam excrementa vitio sunt nigra, & instar aliarum fibrarum contrahuntur capilli siccitate, quam calor facit: robusti vero ob copiam fuliginum. Si verò excessus caloris non sit maximus, in primis fiunt capilli subflauis, deinde flauis, deinde nigrescent. Nimirum, qua ætate temperati habent subrufo, habebunt subflauos, qua illi subflauos, hi iam flauos impense, qua illi flauos, hi nigros. Primo Ep. com. 2. dicunt Hip. & Galenus frigidus esse eos quibus sunt capilli nigri, qui locus manifeste cum hoc, & multis alijs repugnat, quæ proinde in commentariolum de locis manifeste pugnantibus apud Galenum coniecimus, censuimusque locum esse corruptum. Sed hoc illinc pete procedentibus ætatibus dicit eos, qui sunt calidi cerebro, caluos fieri, nimirum in ætate consistendi. Quanquam non omnes calidi sunt æque parati ad caluitiem: sed qui sicci simul sunt, citius: qui humidi serius caluescunt (quod ex eis, quæ de caluitij causa dicta sunt, prius sit manifestum) modo intelligatur, calidos tantum citius his, & serius illis caluescere, atq; hos ipsos tanto citius, quanto erunt calidiores. Addit excrementa propria capitis esse exigua, sed cocta, vt scilicet coquantur excrementa, concoctione imperfecta, de qua in com. quarti meteor. Arist. disputauimus. Per se calor ad exiguitatem excremento-

rum facit, quoniam absunt, verum accidit his sæpe repleri capita nisi satis bona victus ratione vtantur, à calidis cibis, & potibus, & odoribus, & ab aere calido, & alijs omnibus, quæ caput possunt calfacere, atqui ita cõuocare in illud sanguinem, aut impetum succorum in caput ciere: atq; tunc cum patientur repletionem capitis habebunt non exigua excrementa, sed ne tunc quidem incocta, calor enim est præcipua concoctionis causa. Verum hoc multo magis accidit calidis, & humidis, quam tantum calidis, velut illud breuibus somnis, & non profundis, sed à quibus facile excitentur, contentos esse, calidorum est per se, & causa caloris, multo tamen magis calidorum, & siccorum.

Frigidioris autem quam oportet cerebri signa, excrementa multa in proprijs meatibus, & capilli recti, & rufi, & stabiles, & multo tempore post ortum nati, tenues, & male nutriti in primis. Et facile à causis frigidis læduntur, & læsionis tempore catharris, & grauedinibus capiuntur. Neque tangentibus calida, neque aspectui rubra quæ circa caput, & oculorum venæ inuisibiles. Et quædam modo somno leniores sunt.

Q Vandoquidem dicta sunt signa calidi cerebri, & hæc sunt illis contraria non indigent enarratione. Quod dicit his esse capillos rufos intellige ijs ætatibus, quibus calidiorem habent flauos aut nigros. Nam rufi etiam temperatis sunt.

Siccioris autem cerebri signa puritas in excrementorum meatibus, & exacti sensus. Vigiles verò sunt, & capilli robusti quidem, & cito in lucem editis nascuntur, crispi magis, quam recti. Cito calui sunt. Humidioris autem, capilli simplices, & omnino non sunt calui, & sensus turbulenti sunt, & excrementorum multitudo somnig, multi, & profundi: hæc ergo sunt simplices intemperies.

P Artes siccæ sunt etiam ex succis, proinde paucis, cum succis, tum etiam excrementis abundant: proinde sensuum acutiem habent, quoniam omnium sensuum instrumenta sunt pura. Neq; solum quidem externorum, sed internorum etiam acutiem habet, nisi alia qualitas noxia siccitati adiungatur. Sicci cerebri sunt etiam vigiles, quoniam somnus naturalis humectato cerebro fit. Capilli sunt robusti ob siccitatem fuliginum, & nascuntur cito editis in lucem, quoniam siccis natura pueris citius est materia fuliginosa, quam vtraque ratione (ætatis dico, & naturæ) humidis. Fiunt etiam siccis crispi magis quam recti, non quidem, vt ego censo ob siccitatem materiæ, nõ enim siccitas, vt cunq; rei insit, parit corrugationem, sed ea solum, quæ vrente calore facta est, nam capilli muliebres sicciore sunt nervis sicca conuulsione tentatis, & contractis

A præ siccitate, sed siccitas capillorum est eis propria, neruorum non ita, quia calore humidiores eorum partes absumentur fit. Igitur sicco tantum homini, sicut capilli ex sicca materia sicci, sed non à calore siccati, vt calidis simul & siccis sunt. Quare causam crispitudinis in pororum obliquitate, & anfractibus esse puto. Causam obliquitatis in siccis partibus, ex pororum generatione intelliges. Pororum est duplex genus, **B** quidam enim sunt ipsa oscula venarum, & arteriarum capillarum: quidam facti impetu excrementorum exeuntium. Quod innués Plato dicit, Dij nostri formatores ceterum igne pupugerunt. Non tamen omnis fuliginis particula erumpens porum facit (alioquin non sit carnibus locus) sed quædam ob exiguitatem, quædam ob mollietiam carni nullum vestigium relinquunt. Scilicet molles carnes nisi magno **C** vulnere sunt transfixæ coalescunt statim, duræ tamen multo plurium fuliginum vestigia retinent. Neq; certè consentaneum est fuligines omnes recta ferri & per cutem erumpere, sed quasdam recte, oblique alias, obliquarum verò languidiorem motu esse: quare in siccis tantum possunt vestigia relinquere, atq; harum vestigia, vestigia aliarum multis modis interfecare. Quod in siccis corporibus, quæ multa vestigia retinent, multæ obliquitatis, & labyrinthorum erit causa: **D** meritò ergo siccitati corporis, succedit meatuum obliquitas, & humiditati restitudo, ijs tantum fuliginibus, in huiusmodi corporibus vestigia relinquuntibus, quæ magna vi recta feruntur. Obliquitatem vero meatuum, crispitudinis capillorum causam esse dictum est. Sicci cito sunt calui, quoniam cutis eis cito siccescit, durefcitq; in modum crustæ. Hæc sunt siccorum cerebro signa: humidiorum sunt contraria: quæ Galenus refert. Quod **E** ad alia signorum genera attinet, humidus sunt prompti ad discendum memoriter, sed non admodum retinent, sicci contra. Motiones omnes voluntarias sicci habent firmiores, quoniam humidus sunt mollioribus nervis. Vtrique à similibus causis læduntur facile.

Composita autem, prima calida & sicca, secundum quam & sine excrementis sunt, & exacti sensibus, & maxime in somnes, & cito sunt calui. Prima ergo generatio capillorum celerrima est & copiosi nutrimenti, nigrisque capillis, & crispis sunt, & tangentibus calidi sunt capite, rubriq; vsque ad tempus vigoris.

Q Vandoquidem dicta sunt signa omnium intemperierum simplicium, facile intelligetur signa compositarum, & earum causæ, compositæ enim congressu simplicium sunt. Velut in hac parte, haud est obscurum,

obscurum, cur non dixerit, pauca habent excrementa, sed sine excrementis sunt, & maxime sunt infomnes, non simpliciter yigiles sunt & cito fiunt calui, augēs scilicet hæc verbis quasi tali temperamento plurimum insint. Nam calor & siccitas seorsum, omnia hæc facere, monstratum prius est. Multo ergo magis facient, cum eidem accidunt homini. Eadem ratione prima generatio capillorum est celerrima, & copiosi nutrimenti. Prima quidem, nam præcedenti ætate defectu nutrimenti capillis deciditibus calui sunt. Sed prima humiditate ætatis cum siccitate naturali admista, fit tam copioso nutrimento, quā alijs in pueritia. Non alia ratione habent capillos nigros & crispes, primos quidem nigros si maxime calidi sint, sin minus sequentium ætatum capillos, sed tanto citius, quam temperati, quāto erunt calidiores. Quod tangentibus videantur calidi ex substantiæ proprietate fit. Quidam vertunt, rubri sunt vsque ad tempus consistendi: tamen falluntur. Nam *dux*, aut vigens ætas non est consistentia, vt alibi probauit, sed iuuentus, atque adeo, qui iuuentutis tempore ætate calida & sicca tam sanguineus adhuc est, vt adhuc sit ruber, aut nihil, aut omnino exiguum habet calidi, & sicci. Nam tales in iuuentute macri, & candidi, aut etiam pallidi sunt. Legendum ergo est vsque ad tempus vigoris, quasi in ipso vigoris tempore ruborem iam deponant.

Si verò humor accedat calori parum superantibus ambobus mediocritatem, bonus color, & calor, & in oculis vena magna, & excrementa plura mediocriter cocta, & capilli recti, & subflauii, & non fiunt calui facile, replentur autem, & grauantur capite à calidis: si verò etiam humectentur, multo etiam magis, tunc & multitudinem habent excrementorum. Si autem caloris, & humoris plurimum habuerint, insalubre est his caput & excrementosum, & quod facile ab humectantibus & calefacientibus leditur. Auster est illis aduersus, optime autem in borealibus constitutionibus degunt: non possunt multum vigilare. Cum verò se ad somnum conuerterit simul comatosi sunt & yigiles, & somnia habent imaginationibus plena, & visiones turbulentæ eis sunt, & sensus non exacti. Si verò multo calidius moderato cerebrum fit, paulo autem humidius, manent quidem calidæ temperiei signa, miscbunturq; eis obscurius, quæ humoris sunt. Vt si multo humidius paulo autem calidius sit, perspicua quidem & fortia quæ humoris, obscura vero caloris signa. Communis autem hic sermo est, in omnibus intemperiebus compositis.

IN omni intemperie composita, potest aut vtraq; qualitas exiguum, aut vtraq; mul-

A tum à mediocritate recedere, aut altera multum, altera parum idque duobus modis, quoniam quæ in vno multum potest in alio parum, & contra, superare. Atq; cum signa compositarum ex signis simplicium, vt ipsæ intemperies, conflata sint, illius qualitatis signa erunt magis perspicua: quæ magis superauit: superatibus autem ambabus pariter, si multum omnia perspicua, si parum mediocritatē superauerint omnia erunt obscura. Velut si calor & humor parum superent, erit bonus color, qualis scilicet in hominibus probari solet, candidus & modice rubeus, & in oculis erunt venæ magnæ, quoniam sanguinem multum congerit hæc natura, excrementa multa, quoniam multis succis abundat, sed cocta, quoniam calor & humor nisi omnino sint maxima ad concoctiones mire faciunt. Capilli recti quoniam calor nisi per siccitatem non facit crispes, subflauii quoniam tales habet hæc natura quales temperata. Quia si calor aliquanto maior est humor etiam est aliquanto maior, qui temperet. Non fiunt calui facile, quoniam sunt humidi, vt cutis non duretur, & excrementosi, vt materia non deficiat. Patiuntur grauitatem, & repletionem capitis, cum à causis calidis afficiuntur, atq; multo magis cum à calidis simul & humidis. Nimirum similia à similibus causis facile lædi dictum prius est. Quibus verò non tantum calidum & humidum, sed vtrunque magnopere, cerebrum est, non tantum à talibus causis patiuntur repletionem capitis, sed insalubres etiam multum capitibus sunt, & valde excrementosi, & à calefacientibus, & humectantibus facile læduntur adeo vt ægrotent: quare flante Austro magno in periculo sunt, flante autem Borea sunt emendatiores. Quoniam vt tertia particula Aph. & in Epidemijs sæpe dictum est, Auster est calidus, & humidus, Boreas, siccus, & frigidus ventus. Non possunt vigilare multum, quoniam multus humor conciliat somnum: neque tamen dormiunt somno quieto, & placido, sed simul sunt comatosi, & yigiles, vt qui laborant morbo vocato typhomania scilicet dormiunt somno graui, & interrumpitur eis sæpe somnus non sine molestia, sed ingruente Incubo, aut perterritis illis, aut vtcunque inquietis. Hoc euenit quoniam habent alteram dormiendi, alteram vigilandi causam. Humor somnum, calor vigiliam facit. Somniant multum, quia multis vaporibus ex multo succo natis mouentibus in cerebro simulachra, sunt eis visiones turbulentæ. Dormientes scilicet habent turbata insomnia, quibus terrentur. Et sensus, neque interni neque externi sunt talibus exacti, ob redundantiam

excrementorum, quæ organa eorum imbuunt. Hic illud vnum miraberis fortasse homines calidos & humidos, cum sanguinei sint, graua, & turbulenta habere insomnia, cum soleat sanguis iucunda etiam deliria, nedum insomnia facere. Sed intellige in summa intemperie, qualem hic describit, non solum sanguinem congeri, sed etiam multa excrementa. Quin & sanguis, quanquam quahrate iucunda, multitudine tamen graua insomnia afferre solet: quoniam grauat, & opprimit. Anima verò eam oppressionem metaphoris quibusdam ingratissimis inter somnium significat, vt sæpe solet, & ei euenit, qui cum ei cruris paralysis impenderet, somniauit sibi id crus esse factum lapideum.

Frigida autem simul, & sicca intemperies cerebri frigidum & sine colore caput faciunt, quantum in ipsis est. Semper enim oportet meminisse eius distinctionis, quam à principio diximus, quantum ex temperie succorum alterantur quæ in eo sunt. Statim huiusmodi temperies sunt sine venis in partibus oculorum, & à frigidis causis prompte caduntur. Quapropter & inequali valetudine videntur, aliquando quidem leuissimi capitibus & sine excrementis in meatibus aliquando fluxionibus, & grauedinibus, ab exiguis causis facile laborantes. Sensus illis exacti, in recenti ætate, & sine omni vitio, progredientibus autem cito marcescunt: & vt summarim dicatur in omnibus habent citam senectutem circa caput, quare sunt cani celeriter, capilli quidem in ipsis nati vix nascuntur, & male nutriuntur, & sunt rufi. Procedente tempore si vincit frigus, plusquam siccitas, non sunt calui, contra verò si contingat siccitatem plurimum vincere humorem, frigus vero calorem parum in calui sunt.

Sine colore vocat caput quod sine bono colore est, quod hispani vocant descolorido. Dicit frigidus, & siccas intemperies cerebri facere eum capitis colorem quantum in ipsis est. Nam oportet (inquit) meminisse eius distinctionis, quæ à principio dicta est, si scilicet succorum, qui toto corpore sunt proportio respondet cerebri temperiei. Nam etsi cerebrum sit frigidum, potest hepatis, aut cordis, aut pulmonis calor rubram faciem reddere. Dicit in his partes oculorum esse sine venis: id est sine venis, quæ videri possint. Vtuntur frigidis & sicci inæquali valetudine. Nunc enim causa siccitatis sunt leuissimi capitibus hoc est sine grauitate & dolore, & purgatissimi ab excrementis: nunc gratia frigoris, laborant destillationibus, & grauedinibus frigidis. Itaque hac causa sunt tales homines neutri in tertio significa-

A to. Aliud quiddam accidit frigidis & siccis, quod vulgus etiam hominum obseruauit, quanquam causam ignorant. Sunt scilicet his sensus omnes & interni, & externi in pueritia exactissimi habentque præcocem prudentiam, tamen cum ad grandiores ætates, quibus alij incipiunt sapere, & vigent perueniunt, illi sunt imprudentiores, & senescunt. Quare breuis etiam vitæ sunt. Quo factum est vt in proverbium etiam venerit sciolos haud diu victuros, & eos, qui in pueritia fuerint sapientiores, in ætate perfecta stultos fieri, Sed satius fuerit causam aperire. Cum pueritia sit calida & humida ætas, emendat frigidam, & siccam naturam plusquam ætates aliæ, quo fit, vt tales in pueritia sint temperatissimi, recedente verò hac ætate, superest temperamentum frigidum & siccum, quod sapientiæ est aduersum, quippe cum quo terrea cerebri substantia coniungitur. Senescunt etiam & moriuntur cito, quoniam ipsum senium nihil est præter siccitatem, & frigus temperamenti, & mors refrigeratione, & siccatione accidit. Vnde constat non in omni natura esse adolescentiam ætatum omnium temperatissimam, sed in mediocri natura solum: nam in calida & humida ætas consistendi, in frigida & sicca pueritia, in frigida & humida iuuentus, in calida & sicca non eadem ætas, in vtraque oppositione, sed pueritia in siccitate, prima senectus in calore est alijs temperatior. Quare cum dicimus adolescentiam esse ætatem temperatissimam, intelligi debet, quantum in ipsa adolescentia agitur. Vnde fit, vt in moderata natura, sit ea ætas simpliciter temperata in naturis immoderatis nõ simpliciter sed ad alias ætates: neq; hoc quidem ita vt in quauis natura sit alijs moderatior, & æqualitati vicinior, sed quod semper teneat mediocritatem inter alias ætates. Scilicet semper est minus humida, quam pueritia, & minus frigida, quam senectus, & minus calida, quam pueritia, & iuuentus, & minus sicca quam iuuentus, & senectus. Quanquam vt dictum est possit esse, æqualitati minus vicina, quam alia ætas. Fit etiam hinc manifestum, temperatum natura non in quauis ætate esse omnibus intemperatis temperatior, sed in ea solum ætate, quæ est temperata. Nam frigidus & siccus temperatior est in pueritia, quam simpliciter temperatus, & calidus & humidus in senectute. Sed redeo ad Galenum, citam dicit habent senectutem circa caput, & cito calui sunt. Quod vt intelligatur, de causis canitie oportet tantillum dicere. Canos fieri videmus homines tribus occasionibus, aut ob senectutem, aut ob morbum, aut ob vehementem animi motum. Morbi qui solent canitiem facere, sunt, in quibus crudi succi

fucci affatim putrescunt, ut alba viteligo. Motus animi sunt, timor, & mœstitia vehemens, ac sollicitudo omnis, ij deniq; motus, qui calidum debilitant. Quandoquidem ergo tria hæc causarum genera adeo diuersa, canitiem faciunt, constat fieri per passionem aliquam, quæ ab ijs omnibus pariter proficitur: eam constat esse caloris languorem, & putredinem crudorum excrementorum, quæ enim alia passio his causis communis est: per albam viteliginem hæc est ipsa eius morbi cacochymia, senium & sollicitudo labor calorem debilitat, eo debilitato crudi succi colliguntur, ijque putrescunt. Crudorum omne genus est album, ex albis putrescentibus, albæ fuligines effluunt quæ sese in capillos inferentes cãcidos eos reddunt. Neq; vero ita solum possunt capilli albi nasci, cum ex albis fuliginibus sũt (nam ita pro nigris possent nasci albi, non tamen nigri possent albescere) sed cum fuligines albæ in ortos iam capillos sese inferunt, & cum eis concresecunt. Neq; certe mirum est siquidem lixiuio ita aut aliter parato, hunc ex illo colorem in capillis fieri videmus, effluuio illo quod assidue ex nostro corpore prodit intingit: qua ratione neq; illud est mirum nonnunquam capillos extremis partibus candescere incipere, fuligine scilicet reliqua expirante in aërem, ea solum concresecere, quæ ad extremos vsque capillos illis admista potuit erumpere. Neq; certe adeo iam mirum sit, quam videri solet, alicui ob sollicitudinem nimiam vel vnica nocte esse canos factos capillos. Nimirum copiose fumo albo expirante tota nocte per comam, accidit quod per densam nebulam solet hominibus accidere. Itaque senectus causa canitiei est, quoniam debilitatem caloris affert: quibus ergo cito venit senectus, cito etiam venit canities. His quoque non statim natis oriuntur capilli, sed vix oriuntur, quoniam neque calor, neq; superfluous abundat succus. Eadem ratione cum oriuntur nutriuntur male, & vix vnquã crescunt, & sunt rufi, etiam cum summam caloris intensionem nacti sunt. Si frigus est magnum, siccitas vero exigua, non sunt calui, neque est calor, qui consumat, neque deest humor, qui capillis det nutrimentum. Si vero siccitas sit magna & frigus exiguum contrarijs causis calui fiunt cito.

Humida autem & frigida temperies cerebri faciunt comatosos, & somnolentos, & vitiatis prãditos sensibus, & excrementosos, & paratos ad refrigerationem, & repletionem capitis, & ad fluxiones, & grauedines, neq; quidem calui fiunt hi. Hæc ergo sunt signa temperamentorum cerebri, à quibus progrediendo, ad quodcunque instrumentum sensus dignotiones transferre licebit.

A Hæc ex ijs quæ de calidæ, & siccæ temperiei signis dicta sunt, fiunt manifesta, adeo ut non indigeant enarratione.

Sufficit autem de oculis solum dicere, quicunque tangentibus manifeste sunt calidi, & mouentur facile & sepe, & venas latas habent, calidi omnes sunt: frigidi autem his contrarij, & humidi quidẽ, qui simul sunt molles humiditate pleni. Sicci verò aridi simul & duri, & leduntur à similibus causis temperiei facile. Iuuantur verò à moderato vsu contrariorum. Sed hoc quidem commune in omni dignotione cuiusq; temperiei partis.

Mobilitatem, & inquietudinem quacũq; in parte, & in toto corpore, à caliditate nasci prius dictũ est, quare & in oculis ita euenit. Verum intellige, nisi ex debilitate, & infirmitudine musculorum fiat: multis enim mouetur crebro oculi ob affectum musculorum paralyti similem, quibusdam etiam ob instantem furorem ut in prog. dicitur. His exceptis, quanto natura mobiliores, tanto calidiores esse oculi cognoscuntur. Mollitie humiditatem significari, & duritie siccitatem omni in parte, in commentarijs de temperamentis probauit fufus Galenus. Humiditate plenos vocat oculos, in quibus redundant succi & humida excrementa, contrarios vocat aridos. Neque vero idem est propria substantia esse humidos, & multos habere succos. Quod de iuuantibus & nocentibus dicit omnibus partibus est commune, & dictum prius. Merito tamen dicit iuuantur à moderato contrariorum vsu, quoniam nullius causæ vsus immoderatus potest esse vtilis.

Magnitudo oculorum simul cum concinnitate, & actionum virtute, multitudinem substantiæ bene temperata ex qua facti sunt indicat: quæ verò sine his, multam quidem substantiam, non tamen bene temperatam ostendit. Exiguitas autem oculorum simul cum concinnitate, & actionum virtute, paucam quidem, sed bene temperatã substantiam indicat, ex qua formati sunt. Simul autem cum inconcinnitate & vitio actionum, exiguam & malam significat esse illorum substantiam.

Quoniam exiguitas nisi summa sit, vel cum inconcinnitate coniuncta, ad videndum non est deterior magnitudine, immo verò plerunq; etiam melior, nõ ut in capite, ita hic quoque dixit indistincte, exiguitatem oculorum malam esse. Concinnitas in oculo est bona figura in magnitudine & figura singularum partium, & totius & positi, & bono colore consideratur. Oculi pulcherrimi sunt rotundi & exigua pupilla, & positi neque profundi, neque prominentes, neq; in partem aliquam contorti, & bono colore affecti, de coloribus dicitur

tur statim. Exiguitas pupillæ facit ad acutiam visus, quoniam densitudinem radiorum facit prominens positus languidum visum facit quoniam interturbatur magno fulgorum concursu. Profunditas facit longam visionem, tamé oculos ineptos ad uidendum vicina, & quæ à lateribus sunt, nisi totum caput circumducatur. Exiguitas tunc obest, cum non possunt capere satis magnam spirituum animalium copiam.

Quæ ad colores spectant ita distinguere oportet. Glauci quidem oculi pura humiditate, & non multa perfulgentes, splendidi luminis redundantia sunt: nigri verò contra. Qui verò in medio sunt à causis medijs. Glaucus quidem oculus, aut ob magnitudinem, aut splendorem crystalini, aut ob prominentem situm, aut ob aquei succi, qui circa pupillam est, exiguitatem & puritatem fit: omnibus verò simul conuenientibus, glaucissimus: si verò quadam illorum adsint, quadam non, plus aut minus in glaucedine consistit. niger autem oculus, aut ob exiguitatem crystalini, aut ob profundum situm, aut quod lucidum & splendens non satis est, aut tenuis succus, aut multus, aut impurum est, aut horum aliquid, aut ob omnia, natus est fieri. Plus vero, aut minus in illis, ut prius dictum est, tenuis ergo succus aquosior, & maior factus, humidiores ostendit oculum, ut sane si crassior, aut minor sit factus, sicciores. Crystalinus verò si durior sit, sicciores si mollior humidiores: ita quidem si superet proportionem tenuem, sicciores, si superetur, contrarium.

IN oculis hos colores solere esse video, Glaucum, cæruleum, fuscum, fuluum, viride, & nigrum. Cæsiuum vocant quidam, quem nos glaucum, alij quem nos fuluum: quoniam hoc nomen cæsiuum est ambiguum, neque satis certi coloris nomen: quod non animaduertentes quidam græcæ linguæ imperiti, dicunt in oculis eundem colorem esse glaucum, & cæruleum, & cæsiuum: de cæsiuo quidem dicant quod volent, est enim ut dixi ambiguum nomen, tamen glaucum, & cæruleum, & fuluum longe differre & ab his fuscum, & viridem, & nigrum haud est obscurum ijs, qui in bonis authoribus sunt versati vel tantillum. Fuluum enim ego voco, quod Græci *χρόπον* quem colorem esse eum qui in leonum oculis est docet Gal. 3. Epid. parte tertia producens testimonium Homeri dicentis *χρόποιτις λέοντες* glaucum græce *γλαύκον* est teste Arist. in problematis quod candido vicinum est *χρόπον* verò seu fuluum à candido longe abest, fit enim ex flauo, & fusco permixtis docente Platone in dialogo de natura. Glaucum verò fit ex albo & fusco. Fuscum à ceruleo differt solo fulgore, scilicet ceruleum ex albo fulgente &

A nigro, fuscum ex nigro & albo non fulgente. Itaque hi colores ita differunt. De causis non admodum conuenire videtur inter authores. Nam Gal. 3. Epid. loco citato dicit glaucos oculos partim frigidi, partim humidi, partim frigidi & humidi temperamenti esse, fuluos verò dicit esse caloris. Arist. loco citato dicit, eos qui Septemtrionalem partem colunt habere glaucos oculos ob internum calorem. Ego verò non aliunde inter tam insignes authores tam apertam repugnantiam ortam esse puto, quam quod temperamenta ex coloribus oculorum tentent distinguere, cum tamen id fieri nullo modo possit. Siquidem colorum differentia, non tam ex oculi temperamento, quam ex modo substantiæ partium, & magnitudine, & positu nascitur. Alioqui colores glaucus, & niger aded contrarij non essent eiusdem temperamenti soboles. Tamen nigros oculis frigidus esse. 1. Epid. part. 2. comment. 78. dicit. Glaucos non minus esse frigidus dicitur loco citato. Quo loco id etiam quod dico insinuauit, dicens: præterea de fuluis semelque de oculorum coloribus in commentarijs de temperamenti didicisti, non esse certum tale signum totius corporis temperamenti, sed solum oculorum, atque neque horum quidem euidenter in prædictis. Hoc intelligens, hoc loco misis alijs authoribus antiquissimis, qui de temperamenti, quæ singulis coloribus significantur, philosophari solebant, causas glauci & nigri, quos, ut extremos colores statuit, in modum partium refert Galenus, cum Aristote. quinto de generatione anim. cap. 1. ex quo capite omnia quæ de colorum oculi causis, hic dicuntur accepta esse videntur. Cum colores in oculis apparentes sint, permissione luminis, & opaci fiunt. Obscurissimi & qui plurimum opaci habere videntur sunt nigri: fulgentissimi, glauci. Proinde dicit glaucos esse, eos qui fulgent ob redundantiam luminis, & paucam, puramque humiditatem. Nimirum humor aqueus affert opacitatem oculo: fulgorem, fulgor quidam proprius, maior aut minor, qui inest chrystalino humori. Ut scilicet vitrum vitro aut crystalum crystallo, contingit esse splendidius, aut turbidius. Itaque superante lumine, & deficiente opaco fit glaucum, nigrum contrarijs causis. Quæ ergo (dicit) possunt facere glaucum, sunt hæc magnitudo crystalini, aut splendor, aut positus sublimis, aut paucitas, & puritas succi aquei, qui est circa pupillam. His omnibus conuenientibus fit glaucissimus, cum scilicet aquei est parum & tenue, crystalini multum & splendens, & prominens. Si non omnia conueniant, non glaucissimus, sed glaucus, plus aut minus het oculus. Nigri oculi contrarijs causis sunt,

fiunt, ob exiguitatem crystalini, & paucum splendorem, & profundum situm, & succi aquei redundantiam & impuritatem. Ex his satis constat colorem si quam temperamenti partem significare potest eam profecto esse, quæ in patientibus qualitatibus humore inquam & siccitate consistit. Glaucus nimirum significabit siccitatem oculi, niger humorem, nam redundantia aquei præ crystalino succo humidiorum oculum facit, redundantia crystalini præ aqueo sicciorum. Quod Arist. loco citato ex opere de generatione animalium docet vel eo argumento, quod senescētibz hominibus glauci soleant fieri oculi. Quod etiam Gal. hoc loco dicit. Sed in hac parte videtur aliorum colorum causa desiderari, non enim glauci, aut nigri solum esse possunt oculi. Verum hæc nos oportet addere. Quod ita faciemus si causas recensuerimus generatim, & si quæ à Galeno omisæ sunt, addiderimus. Colores hos aut illos, hac aut illa splendidi & opaci permixtione fieri recte dicebatur: sed splendoris causam vnam, & opacitatis alteram easque præcipuas videtur mihi omisisse: nã splendorē in crystalini magnitudine & fulgore proprio posuit, opacitatem in multitudine & impuritate aquei. Tamen maxima causa splendoris est in spirituū copia, & præcipua attemperandi hunc fulgorem causa est color tunicæ vae quæ non eodem omnino colore affecta in omnibus hominibus est: sed in quibusdam cærulea, in alijs fusca, viridis in alijs, atq; horum quoduis est plus aut minus in his aut illis. Quæ certè causa maxima est, vt alius glaucus, alius cæruleus, alius fuscus, alius fuluus, alius viridis, alius niger oculus sit, accedētibz ijs causis, quas Gal. & Ari. referunt & maiori aut minori spirituum fulgore atque copia. Dictis ergo glaucedinis causis accedit color vae non satis fuscus: causis nigræ accedit valde fuscus vae color, nisi magnus spirituum splendor sit. Nam si cum fusca vae magnus sit fulgor spirituum, fiet fului oculi, quales in leonibus sunt. Cærulei sūt ex cærulea vae, virides ex viridi vtriq; cum fulgore spirituū. Glauco sunt igitur & fului vtriq; splendidi, tamē non eodem modo. Nam glaucis est fulgor candoris, qualis in piscium scamis, in fuluis splendor ignis, qualis in candentibus prunis. Proinde glauci fulgore proprio crystalini sunt magis cum magnus, & pellucens, & prominens est, fului splendore spirituum magis, cum accedit fuscus color vae, sed de coloribus hæc sunt satis. Quod addit crystalinum duriorum ostendere oculum sicciorum, & molliorem humidiorum, reprehendunt quidam, quasi inepte quod notius est ex ignotiori significetur. Nam facilius sit agnoscere, quam hu-

midus sit oculus, quam in viuente homine quam mollis succus crystalinus: & reprehendunt merito. Nisi fortè nunc differens de signis, repente diuertit ad causas, dicit quæ siccitatem crystalini quam durities comitatur, facere vt oculus sit siccus.

De temperiebus autem cordis statim dicatur, hoc ante omnia nobis in memoriam reuocantibus, quod quidem quamcumq; particulam, aut calidiorum, aut frigidiorum, aut sicciorum, aut humidiorum factam esse ad seipsam dicimus, non cum aliqua alia conferentes, vt cumq; enim cor factum sit alicui natura frigidius, multo calidius est temperie, calidissimo cerebro.

Monet hic Galenus, quod ego paulo superius dixeram, membra singula duobus modis posse calida, frigida, humida, aut sicca dici. Nam vel inuestigatur singulorum generum natura, & conferuntur omnia cum cute vt pote omnium temperatissima: vel inuestigatur in suo genere quodq; quale sit, & tunc conferuntur singula cum seipsis, hoc est cum ijs quæ sunt eiusdem generis. Vt cor, cum cordibus, cerebrum, eum cerebris. Itaque non dicimus cor frigidum esse quod simpliciter tale sit, se quod ad alia corda. Itaque cor calidum, est calidius quam corda solent, frigidius etiam frigidum, temperatum vero, quod temperatius est reliquis cordibus. Non ita tamen quod vicinius sit æqualitati ponderis quam reliqua (nam cum corda omnia sint calida, cor frigidum erit æqualitati vicinius) sed quod medium teneat eius latitudinis, qua temperies cordis vagari potest. Est scilicet cordi, ita vt cui libet membro, latitudo quædam temperiei, & certi fines, quos ultra, aut citra nequit consistere: in horum medio est id membrum quod temperatum esse dicitur. Reddens horum causam Gale. dicit, cor natura frigidissimum, calidissimo natura cerebro esse calidius. An præter naturam possit cor ad frigiditatem cerebri venire, aut cerebrum ad calorem cordis, quidam dubitant, Mea nihil refert. Hic de naturis non de morbis disputatur. Sed si parergon etiam dicendum aliquid est videtur alteratione cerebri id fieri posse, cum Erisypelata pati soleat, non tamen alteratione cordis, quod viuente animali minimam refrigerationem sustinere potest. Tãta enim est caloris necessitas hoc loco. Illud vnũ sciri expedit cor naturã adeo calidum esse, vt tota suæ temperiei, in calore, & frigore latitudo, sit supra totam latitudinem cutis. Cor enim nõ potest in animali viuente non esse cute calidius. De eius temperie naturali in altera oppositione, suo loco dicetur.

Calidioris ergo, ut ad propriam moderationem cordis signa, quæ inseparabilia simul & propria magnitudo respirationis, & pulsus celeritas, & densitas est, & audacia, & ad actiones promptitudo. Quod si plurimum in calore excesserit, etiam iracundia quædam furiosa, & temeritas. Est autem & hispidus his thorax & præcipue pectus, & ea quæ in hypochondrijs, his sunt vicina. Magna vero ex parte & totum corpus calidum à calido corde fit, nisi magnopere hepar obstat. Dicentur autem paulo post totius corporis indicia. At qui ipsa thoracis amplitudo est caloris indicium, nisi hic quoque cerebrum magnopere obstiterit. Postquam autem spinalis medulla magnitudo, analogæ illi est in multis, & tanta quidem erunt vertebra magnitudine, quanta spinalis medulla, quare & spina tota. Configitur verò thorax illi in tergo, ut ad carinam navis, quare necessario habebit longitudinem æqualem dorso, amplitudinem vero, cum analogæ erit conformatio facta crassitie vertebrarum, pro earum magnitudine. Cum verò cordis calor vincens perflauerit, & dilataverit in primo ortu, pro huius calore. Quapropter & quando cum exiguo capite erit amplius thorax, maximum fuerit signum caloris in corde; cum verò cum magno exiguum, maxime proprium hoc etiam est cordis frigidioris. Si vero capiti respondet proportione, alijs signis distingue de corde, tanquam ex thoracis amplitudine nihil accepturus.

Quanquam respiratio cerebri opus est, tamen quoniam ad attemperandum cor ea in primis utimur, non minus, quam pulsus mutatur cum cordis temperie, at qui cordis calor merito affert eas, & respirationis, & pulsus, differentias, quæ aucto vsui familiares sunt. Nam maior calor maiori indiget attemperacione. Merito ergo magnitudo, celeritas, & crebritas harum actionum, calidum cor declarant. Miraberis fortasse, quod respirationis magnitudinem, pulsus celeritatem, & crebritatem referat. Sed nihil est aliud quantum intelligo, quam quod, ut tres has differentias in duabus actionibus insinuaret, breuitatis gratia, ut in respiratione magnitudinem, in pulsu reliquas dixit. Videri etiam possit Galen. falso dixisse, hæc signa talis naturæ esse propria & inseparabilia. Nam ut ipsemet primo de diff. febrium docet, inseparabilia sunt, quæ omni, propria quæ soli accidunt. Talis verò, & respiratio, & pulsus, potest abesse ab homine, cui natura sit cor calidum, si morbo refrigeratus sit, aut alioqui languescente facultate (nam natura adeo debilis, ut non possit magnitudinem pulsus facere, in corde non vehementer calido, quale in initio capitis describitur, non sit) & potest adesse homini naturaliter frigido corde, febricitanti. Duorum alterum videtur dicendum, aut Galenum

A hic solas naturas considerare, non etiam dispositiones præter naturam, atque proinde dicere inseparabilia, quæ naturam non alteratam morbo comitantur, & propria, quæ nulli alteri naturæ insunt causa ipsius naturæ, aut propria (atq; hoc magis probo) & inseparabilia vocari non eorum signorum, quæ hic referuntur, singula, sed simul omnia respirationem dico & pulsus magnum, celerem, & crebrum, & audaciam, & ad actiones promptitudinem, & hispiditatem, & amplitudinem thoracis. Hæc omnia nulli naturæ præter calidam adesse possunt, atque à calida abesse omnia nunquam possunt. Quod quidem propria & inseparabilia sint ita intelligo, non aliter. Sed venio ad reliqua signa: audaciam dicit esse caloris cordis. Merito quidem, nam timor irascibilis facultatis est passio, eiusdem ergo affectus sunt timiditas, & temeritas, quæ in hoc genere vitia sunt, & audacia quæ est eius facultatis virtus. Quare cum irascibilis facultas resideat in corde, & animi mores corporis temperaturam in primis sequantur, quod Gal. libello in id solum scripto confirmavit, fit ut audacia ex cordis temperie fiat, eam vero esse caloré ex motu ipsarum passionum constat. Timor enim est contractio & refrigeratio quædam innati calidi: ira feruor: timiditas ergo frigoris, contraria ei audacia caloris erit soboles. Facit etiam calor cordis ad actiones omnes promptitudinem, & alacritatem, frigus contra segnitiam. Nam calor agiliores, frigus lentiores facit spiritus. Utuntur verò instrumenta actionum omnium calore cordis, ut omnes mundi partes splendore, & calore solis. Si verò non tantum sit calidum cor, sed valde admodum in calore superauerit, non iam audacia sed temeritas aderit, quoniam tanto calore perturbatur mentis sedes, fitque ita homo incautus, imprudens, & proinde temerarius, cum alioqui ad iram ipso calore instigetur. Est enim etiam iracundus, usque ad furorem. Videri possit Galenus, hoc loco sibi ipsi contrarius, qui i. Epid. com. 2. cap. 78. dicit quare iracundi temperamento frigidiores erunt, vapores quæ digerent difficulter, utitur verò eodem nomine hic, & illo loco: utrobique enim *ἰσχυροί* esse dicuntur, atq; cum eo loco *θυμώδεις* id est iracundos, & *θυμώδεις* id est animosos distinxerit animosos, & qui ob res magnas solum irascuntur, & minimarum contemptores sunt calidos esse dicit, iracundos vero quique ex leuissimis etiam causis irritantur, frigidus. Tamé hic calidos non *θυμώδεις* id est animosos sed *ἰσχυροί* esse dicit, quos illic dixerat esse frigidus. Verum non est quod te hoc admodum conturbet. Non enim si frigidi, quique fulgines male digerunt iracundi sunt im-

pense

penſe calidi non poſſunt eſſe etiam iracundi, quin potius res ita habet: audacia fortitudinem quandam & robur ſignificat: iracundia non ita, ſed debilitatem. Nam vt Gal. ipſe libello de cognoscendis & curandis animi morbis docet, crebro & facile irafcitur, qui quacumque ex re dolet. Id aperte intelliges ſi conſideres multo facilius irafci triftes, quã hilares homines, & mulieres quam viros, & ſenes niſi prudentes ſint, quam iuvenes, & ægros debilesque, quam robuſtos & ſanos: haud dubiè ergo irafci crebro, debilitatis eſt, non roboris. Vocatur hæc paſſio græcis *ἰσχυρία*. Robuſti & magnanimi viri irafcuntur tardius, quin potius aliorum affectus illi mitigant, & componunt, verum cum irafcuntur fortius proſequentur vindictam. Iracundi enim cum ſint debiles, cito franguntur ſi quis ſerio obſiſtat. Hoc mulieribus vſuuenire & frigidis quibusdam viris videmus, quin & atrabiliaris omnibus. Hos ſi quis mitius tractet nulla ex cauſa nō irafcuntur & furiant, ſi tractentur durius, ſtatim timēt. Scimus tamen horum affectum vſtione melancholiæ eſſe factum, quare ex ipſis rebus conſtat utroſque, frigidus inquam maximè, qui fuliginolis excrementis abundant ſimul (nam frigidus & ſiccus longe abeſſe ab ira ſtatim dicitur) & impenſe calidos eſſe iracundos & debiles. Neque id mirum cum celebratiſſimum ſit omnem intemperiem immodicam poſſe quancunque virtutem debilitare. Frigidi ergo & excrementoſi, maximè ſi anguſto etiam thorace ſint, difficilem habent eſtationem fuliginum. Quare irritantur creberrimè ad iram, debilitate tamen ob facultatis languorem. Calidi impenſe ob nimiam intemperiem habent debilitatem facultatis irafciſibilis, & per impotentiam temperandi irafcuntur faciliſſime. Vtriſque quidem frigidus, inquam, & impenſe calidi, timidi ſunt, ſi quis obſiſtat. Tamen hoc intereſt, calidi ſunt ſimul temerarij, nimirum antequam quis repugnet, nihil non aggrediuntur per imprudentiam, perturbata ſcilicet mente à calore, tamen terrentur ſtatim. Frigidi non ſunt adeò temerarij. Vere audaces & animoſi ſunt calidi non impenſe, his enim eſt calor qui inſtiget, non qui facultatem debilitet. Hi verò non ſolent eſſe iracundi, ſolent enim eſſe magno capite & thorace, & arterijs magnis, & frui magna ventilatone. Sed de amplitudine thoracis mox dicitur. Modo illud vnum velim omnibus eſſe perſuaſum, nihil abeſſe longius à virili magnanimitate, quam iracundia, eumque eſſe fortiorem, qui irafciſtis imperum, & ſuſtinet, & ſedat, quam qui irafcitur, eum denique qui poteſt iniuriam cōdonare, quam qui vlcisci, aut facere. Rectè enim nos docet

A philoſophi iniurias naſci à timore, eſſeque fortitudinem cum temperantia coniunctã, quin & alias virtutes cum his, atque inuicem omnes. Sed venio ad reliqua, eſt inquit his thorax hiſpidus, præcipuè pectus, id eſt is locus quo eſt os vocatum *ὀστέον* à clauiculã nempe vſque ad cartilaginem ſcuti formem per partem anteriorem thoracis. Et ea (inquit) quæ in hypochondrijs his ſunt vicina, id eſt, quæ à parte ſuperiori attingunt hypochondria. Denique totius thoracis hiſpiditas ſignificat calorem: glabrities frigus cordis: quoniam vt caput continet cerebrũ, ita thorax cor. Sed hiſpiditas non parem ſemper calorem ſignificat, ſed his plane agnoſcitur calidiſſimus eſſe corde qui multus, denſus, longis, craſſis, nigris & criſpis pilis abundat. Addit magna ex parte totum corpus calidum fieri, cum cor calidum eſt, niſi hepar magnopere obſiſtat. Merito quidem, nam cum totius corporis temperies ex temperie partium naſcatur, & cor ſit pars calidiſſima omnium, & quæ ſuum calorem per arterias toti corpori impartitur, cum id erit calidum totum corpus tale erit. Merito etiam hepar poteſt plus, quam alia omnia obſiſtere, vtpote quod natura habet ſecundum locũ caloris. Hoc ergo quod ſolet eſſe calidiſſimum, cum frigidum erit, omnium maxime poterit corpus ad frigus transferre. Si cor moderatum ſit, frigore non omnino magno hepatis, totum corpus frigidum fiet: ſi vero cor ſit calidum, non niſi vehementer frigidum hepar ſit, totum corpus trãſferetur. Sed totius corporis indicia paulo poſt dicentur. Amplitudinem thoracis dicit ſignificare calorem cordis, natiuum ſcilicet, eumque, quem ab ipſis generationis principijs contraxit cor. Nam calor in principijs generationis abundans, ſemper facit dilatationem, frigus contra, dilatari non ſinit, atque calor in materia generationis cordis abundans, ad cordis dilatationem facit magnopere: cum cor thorace concluſum contineatur. Itaque amplitudo thoracis ſignificat calorem cordis, niſi (inquit) hinc quoque cerebrum magnopere obſiſtat: quod mox explicat hoc modo: amplitudinis thoracis cerebrum ſolet eſſe occaſio: nam cerebrum ſi multum ſit, magna ſit ſpinalis medulla: hæc enim, vtpote quæ ab illo oritur, in multis habet cum eo analogiam, atque vt magna ſpinalis medulla contineatur, magna ſpina ſit opus, & magna ſpina occaſio eſt amplitudinis thoracis. Quoniam thorax configitur ſpinæ in tergo, vt nauis in carina: Quare, vt qui magnam carinam daret, quo nauis conſtrueretur, magnam nauem conſtruedi daret occaſionẽ, ita cerebrum quod magnam ſpinã fieri fecit, formandi amplum thoracẽ occaſio fuit. Quam occaſionem ni-

si cerebrum præstiterit, amplitudo thoracis cordis calorem indicat. Itaque cum thorax est amplior, quam pro magnitudine spinæ, maximus calor cordis significatur, atque adeo si caput, & spina exigua sint ac thorax amplius, cor est calidum, & cerebrum frigidum, si contra illa sint magna & thorax angustus, cor frigidum, & cerebrum calidum est. Si verò proportionem ambo hæc seruent, alia signa considerare oportet, tanquã, inquit, nullum ex hac amplitudine caloris cordis signum accipi possit. Primum hic oportet meminisse, magnitudinem, aut exiguitatem partium non semper esse in calore, aut frigore, sed etiam in materiæ abundantia, aut defectu: deinde neque abundantia hac aut defectu exceptis, omnino probò, quod dicit amplitudinem thoracis, nullum caloris cordis signum præstare, cum seruat proportionem cum capite. Nam facultas quæ amplitudinem fecit proportionem obseruans, potuit non obseruans facere angustiam fuisseque illud frigoris: hoc ergo non frigoris esse cognoscitur. Dices, sed neq; caloris. Caloris certe est, facta magna spina, vt fundamento, posse magnum etiam thoracem illi respondentem facere. Nam maioris opis est posse ex magna spina, magnum thoracem ducere, quam ex parua paruum. Quare qui magna spina & magno thorace est, calidior esse agnoscitur corde, quam qui vtrisque exiguis, quanuis vtroque modo eadem proportio sit. Certè est maioris caloris ex exigua spina magnum thoracem, quam ex magna magnum ducere, & maioris frigoris ex magna paruum, quam ex parua paruum, atque proinde non adeò magnum indicium caloris, aut frigoris cordis capitur cum seruatur, quam cum nõ seruatur proportio: capitur tamen aliquod. Quare & illud quod dicit, amplitudo thoracis significat calorem cordis nisi cerebrum plurimum obstat, non ita intelligatur, quasi amplitudo spinæ vim totam significationi amplitudinis thoracis tollat, sed quasi minuat.

In corde autem frigidiori pulsus minores moderatus, non tamen necessario etiam tardiores aut rariores, respiratio verò siquidem tanto minor thorax quanto cor frigidius, pulsibus erit analogæ si verò maior quam pro frigoris quantitate, non minor solum, sed etiã tardior, & rarior. Timidi natura sunt huiusmodi, & sine audacia, & pigri, & pectus illis est nudum pilis. De exiguitate autem illius distinguendum vt prius est dictum. Eodem modo, & de totius corporis calore.

SI in corde frigidum solum esset diminutus vsus, profecto non fierent pulsus minores antequam tardiores, & rariores, si vere

docet. Gale. decrescente vsu crebritatem ante celeritatem, & hanc ante magnitudinem amitti, verum cum frigida intemperies de qua hic disseritur, non vtrunque fiens sed facta, & naturalis profecto vt minor vsus ita minor facultas in eo corde est, quare facultate facta minori, minores pulsus accidunt atque quoniam vsus minor fit, non rependitur celeritate, & frequentia, quod magnitudini detrahitur, neque verò tardiores, aut rariores etiam fiunt necessario, sed tunc solum cum valde frigidum cor est. Quod de respiratione dicit intelliges, si prius consideres, folles quoscunque, tanto minus aëris trahere, cum eadem dilatationum magnitudine, celeritate, & crebritate, quanto sunt minores. Neque verò interest quanti folles sint, vt dilatatio magna, aut parua sit. Æque enim dilatari possunt exigui & magni. Ergo ad respirationem non solum interest, quanta, & quam celeris, & crebra respiratio sit, sed etiam quantus sit thorax. Nimirum minor thorax cum eisdem differentijs trahet minus aëris, quam maior. Potest verò amplitudo thoracis calori cordis proportionem respondere, aut non respondere. Nam positum est præter calorem cordis esse alias causas magnitudinis thoracis. Ex dictis apertum fit, quanto thorax maior erit, tanto, eodem calore cordis posito, minori, tardiori, & rariores respiratione esse opus. Nam thorax magnus cum æqualibus differentijs trahit plus aëris, ita tantum cum minoribus. Quare vt æquali vsui à maiori thorace fiat satis minor magnitudo celeritas, & crebritas sufficit. Sed quod dicit, respirationem fieri analogam pulsui, hoc est paruum, non tardam etiam & raram, cum thorax est tanto minor, quanto cor frigidius, non probò. Quin potius ita statuo. Cum thorax tanto minor est, quanto cor frigidius, vsus gratia, respirationem esse omnibus differentijs moderatam. Nam si thorax, quanto minor est, tanto cum eisdem differentijs trahit minus, & cor quanto est frigidius tanto minori indiget, & cor est tanto frigidius moderato quanto thorax minor, quam in optime constituto, profecto eadem erunt differentiæ, quæ in optime constituto & moderato. Neque verò hic est quod dicas facultatè etiam esse minorem vt cor est frigidius. Nam vis respirationem faciens, non est cordis sed cerebri. Quod si per compassionem cum corde ponatur vis animalis debilis, ne tunc quidem erit respiratio analogæ pulsibus, siquidem si debilitatis causa magnitudo deest respirationi, cum non desit etiam causa vsus celeritate, aut crebritate rependetur, quod non euenit pulsibus. Itaque thorace pro cordis calore amplo aut angusto, moderata fit

fit respiratio: quod si ob intemperiem ponatur immutata facultas, saltem non fit analogia pulsibus, neque statim si maior thorax sit, quam pro frigore cordis, fiet minor, tardior, & rarior, sed pro excessus magnitudine primum rara solum, deinde tarda, tandem etiam exigua. Quod si facultas etiam debilis ponatur, primum parua, deinde tarda & rara. Reliqua ex dictis prius intelligi possunt facile.

Siccus autem cor pulsus facit duriores: & ad iram non prompti quidem sunt, agrestes vero, & implacabiles. Plerumque autem & totum corpus siccus est, nisi hepar repugnet. Humidioris autem cordis signa pulsus molles, & moribus sunt, faciles ad iram, & faciles etiam ad placandum, & totum corpus humidius, nisi hepar repugnet.

COR natura sua non siccum ut Auicenna docet, sed humidum esse in controuersum probauimus, tamen non ita humidum, ut calidum esse dicimus, sed paulo humidius moderato: ut non mirum si aliqua corda cute temperata sicciora sint. Sed venio ad Galenum. Ex sicco corde siccae arteriae plerumque sunt, & earum siccitas duritiem facit, durae arteriae propriae differentiae est durus pulsus, ut molli qualem humiditas facit, propria est mollis pulsus. Sunt talibus instrumentis familiares duro paruitas, & tarditas cum crebritate: molli magnitudo, celeritas, & raritas. Harum tamen noluit hic meminisse, quod non sint propriae. Ira motus quidam est animi, quem ceteri non in spiritibus solum, sed & in ipso corpore cordis, & arterijs. Palpitat, nimirum iratus cor, ad quem motum mollia corpora parata sunt adeo ut ex leuissimis causis ira moueri incipiant: sicca verò & dura non nisi ex magnis. Proinde qui sicco corde sunt, tardius: qui molli citius irascuntur. Sed qui in his tardius irascuntur, aegrius placantur, qui citius, facilius quoque. Certè si nulla alia causa sit, vna illa sit satis, quòd qui citius leuiori, qui tardius grauiori de causa irascuntur. Sed quoniam ut mox dicetur calidi & sicci corde irascuntur cito, & placantur aegre, aliam causam difficilis placabilitatis esse oportet, hancque in siccitate. Ira non quauis ex causa fit, sed ex imaginatione quadam contemptus, aut iniuriae immerito acceptae. Haec imago, ut cum primum occurrit iram facit, ita perseverans conseruat, perseverat verò multo magis imago in siccis, quoniam quascunque impressiones retinent diutius: atque imago, quanquam, ut in sede prima in cerebro est, tamen non in eo solum, sed in alijs omnibus membris operatur, atque dempto cerebro, in corde magis quam in alio quopiam. Quod quidem corpus to-

Alterum cordis temperiem habere soleat nemo mirabitur cum cor influxum illum, quo singulis sua temperamenta seruat immittat: neque quòd hepar, ad id secundo loco plurimum possit, cum alijs omnibus alimentum commune mittit.

Sed secundum coniugationem primarum qualitatatum temperies cordis ita habent. Calidi & sicci cordis pulsus duri, & magni, & celeres, & crebri, & respirationes magna, celeres, & crebra, & multo magis in celeritatem crescunt, & densitatem, non crescente ad portionem cordis thorace. Omnium hi sunt pilosissimi in pectore, & hypochondrio, ad actiones vero prompti, & animosi & celeres & tyrannici moribus: etenim iracundi & implacabiles. De totius autem corporis temperie, atque de thoracis amplitudine, distinguendum, ut in his qua dicta sunt.

Siccitas cordis facit duritiem pulsus, magnitudinem non addit, sed per se detrahit tamen calor facit magnitudinem, celeritatem, & crebritatem, atque idem facit respirationes magnas, celeres, & crebras, quoniam ab eisdem vsus mutationibus, pulsus & respiratio eodem modo mutantur. Quod addit multo magis in celeritatem crescunt & densitatem non crescente ad portionem cordis thorace, videtur ambigue dictum: non enim satis explicat an de pulsibus, an de respirationibus, an de vtrisque dicat, neque an non crescat thorace ad portionem, quòd plus, an quòd minus quam pro calore cordis crescat, neque an crescere in celeritatem, & densitatem magis quam in magnitudinem, an magis quam crescerent, in thoraci illud acciderit. Certè ipsa litera in hunc sensum videtur ferre, respirationes fore celeriores & crebriores, quam maiores, si thorax minor sit, quam pro calore cordis. Tamen non video cur decrescente thorace, & eodem calore cordis manente, non fieret respiratio maior antequam celerior, & crebrior. Nam si debilitatem causari vis, exiguitas thoracis nihil detrahit viribus, & respiratio animalibus non vitalibus viribus agitur. Nisi forte accipiat Galenomen magnae respirationis, ut vulgus hominum, non ad magnitudinem thoracis, sed ita ut in thorace paruo, parua respiratio, semper esse dicatur. Verum hoc indignum ingenio Galeni esse censeo. Quare ego in alium sensum feror. Si thorax moderatus sit corde calido, & sicco, pulsus & respirationem, maiorem, celeriore, & crebriorem aequae fore, si verò thorax exiguus fiat pulsus fore etiam celeriore & crebriorem, quam maiorem, quoniam priores differentiae non erunt satis. Summam magnitudinem non poterit facere facultas, cum tam calida intemperie, maxime

arteria sicca, proinde facit crebritatem summam, celeritatē hac minorem, magnitudine maiorem. Addit hos esse omnium summe pilosos. Merito quoniam habent ut prius inter differendum de cerebro dictum est, calidi & sicci generationem primam capillorum vberimam, & optime nutritam, qui non sunt his parati decidere, ut per caluitium, quoniam cutis non adeo durefcit. Quod animofos dicit ne simpliciter intellige sed coniungēs cum alijs verbis, ad actiones promptos, animofos, & celeres, hoc est ad quiduis agendum celeres, & vlroneos, audaces, hoc est incautos, quod imprudentiæ & temeritatis est. Nā animofos non esse eos, qui sint faciles ad iram, dictum iam est. Tyrannicos dicit esse moribus hos homines, hoc est crudeles, & carnifices, si naturæ accedit potentia. Nam irascuntur facile gratia caloris, & sunt implacabiles gratia siccitatis.

Si autem humor simul cum calore superet, hispidi quidem sunt, & hi, minus autem dictis: prompti autem ad actiones nihilominus, Verum non est illis agrestis ira, sed solum sunt ad iram prompti. Pulsus autem molles, & magni, & celeres, & crebri & respiratio thorace respondente proportione cordi, secundum eandem pulsuum formam, eo autem facto minori, tanto celerior & densior dictis, quanto thorax minor. Magna autem temperamēti facta conuersione maximē si secundum humorem hoc fiat, præter dicta, & morbi ex putredine, corruptis, & putrefactis in illis succis, incidunt, & expirationes maiores, & celeriores inspirationibus, quin & in pulsibus constructio celeris.

Hic quoque quod de respiratione dicitur indiget animaduersione. Nimirum cum thorax est tanto maior, quanto cor calidius, respiratione moderata erit, non magna celeris, & crebra ut pulsus: atque si thorax sit minor, quam pro calore cordis, non crebrior & celerior solū, sed maior etiam respiratione fiet. Quibus humor maior, quam calor est, merito sunt paratiores ad morbos ex putredine, ut contra quibus calor maior quam humor, sunt paratiores ad vstiones. Merito etiam illis est exspiratio, & constructio pulsus maior & celerior inspiratione & dilatatione, his verò contra, quoniam illi indiget expurgatione magis gratia humoris, hi magis attemperatione gratia caloris.

Humidiori autem & frigidiori corde pulsus quidem molles, moribus vero sunt sine audacia, & timidi, & segnes. Sūt autem & nudi pilis huiusmodi pectore, & cito placantur, ut neq; ad iram sunt admodum prompti. Quæ verò ad thoracem & totum corpus pertinent, eodem modo, quo in antea dictis, est distinguendum.

A Molles pulsus humoris gratia, minores etiam tardiores, & rariores erunt gratia frigoris. Sed quod ad mores attinet huiusmodi homines placantur facile, neque facile irascuntur causa ipsius temperamentis, atque si bene disflentur. Nam si hi sint etiam arcto thorace & capite, & hac causa ventiletur male, iracundi sunt. Siquidem & mulieres, etsi hac temperie præditæ sunt, iracundæ esse solent. Sed illud vnum notatum hoc loco velim, naturam frigidam & humidam cordis, quæ pituitosa solet esse plerumq; ad mores plurimum facere. Quare non video cur Gal. 1. de tuenda valetudine dicat pituitam nihil facere ad mores.

Frigidius verò & siccius cor pulsus duos facit & paruos, respirationem verò si ad portionem frigoris paruos sit factus thorax, moderatam: si verò maior, raram & tardam. Omnium maxime sunt hi sine ira, coacti verò quibusdam irasci, seruant querelam, sunt verò & omnium maxime glabri pectore: de exiguitate autem thoracis, atq; etiam totius corporis frigore eodem modo æstiniendum. In omnibus verò dictis illud commune oportet meminisse, quæcumq; de moribus, aut nunc, aut in alio sermone scripta sunt ad cognitionē temperiei, non de bonis, aut malis moribus philosophia factis, sed de naturalibus dictum esse.

D Rigidum & siccum cor duos, & paruos, tardos etiam pulsus facit, raros non addo. Quoniam cum duæ causæ conuenerint exiguitatis, & tarditatis, haud multum raritate erit opus, maximē si debilitas etiam accedit (ut est verisimile) cui crebritas est familiaris. Respirationem, si ad portionē frigoris paruos thorax sit, moderatam esse recte nunc dicit. Atque ita dictum in alijs temperiebus cordis oporteret. Iam verò crescere thoracem frigido manente corde, perinde est ac vsum minui, proinde respiratione in primis rara, deinde tarda fiet, parua non nisi thorax plurimum, aut frigus cordis crescat, cum amittatur crebritas primo & magnitudo vltimo. Neque vero proinde pulsus etiam oportuit esse raros antequam paruos, quoniam ut dixi id durities arteriæ impedit. Reliqua ex dictis sunt perspicua. Monet vero Galenus caute admodum, quæ de moribus qui sequuntur temperamēta naturalia hic aut vbi vbi alibi scribuntur (scripsit vero li. quod animi mores corporis temperiē sequatur. & 2. de natura humana) de naturalibus moribus intelligi. Nam per philosophiam, & per probam aut malam educationem & consuetudinem cum bonis viris aut malis, mutari possunt naturales mores potestque frigidus & siccus iracundus: & calidus & siccus patientissimus fieri. Atque plusquam hæc omnia gratia Dei

ria Dei potest ad bonos mores. Nam diuina vocatio mala natura præditos, & male educatos, eosque qui in malis operibus conueniunt, solet ad bonos mores trahere. Sed hic illud vnum consideratur, quod ipsa natura fert. Temperati cordis videtur signa omisisse, tu tantum intellige, illud esse in mediocritate omnium eorum quæ dicta sunt.

Hepatis calidioris signa, venarum latitudo flaua bilis multa, in tempore autem vigoris etiam nigra, calidior est illis sanguis, & huius causa etiam totum corpus, nisi cor repugnet: hispiditas circa hypochondria & ventrem: frigidioris verò angustia venarum, puita plus, sanguis frigidior, & rotius corporis habitus frigidior, nisi à corde calefiat, hypochondria & venter sunt nuda pilis: siccioris verò sanguis crassior, & parcior, & venæ duriores, & rotius corporis habitus siccior. humidioris autem sanguis copiosior & humidior, venæ autem molliores, ita verò & totum corpus, nisi cor repugnet.

VENÆ ex hepate oriuntur, non quidem venter ex cerebro (longe enim diuersa substantia venarum à substantia hepatis est) sed vt arbores ex terra, tamen hoc est satis vt venæ principio attestentur, & in temperamento, & magnitudine, hepate videlicet calidioris venæ fiunt latæ, quoniam calor eo loco ingens inter corpora est formandum eas dilatauit: hepate frigidioris contraria causa angustæ fiunt. Hepate siccioris sicciores fiunt, atque proinde duriores: hepate humidioris humidiores, atque proinde molliores. Quanquam haud scio an satis perspicue sentiri hæc qualitates in venis possint, cum non pulsant. Iam vero cum hepar sit sanguinis, & quatuor succorum officina, nihil mutabit temperies hepatis priusquam qualitatem sanguinis, abundantibus calidis aut frigidis succis, vt in hanc aut illam partem temperies hepatis inclinabit. Calor faciet multam bilem flauam, quin etiam in vigore ætatis, hoc est in medio iuuentutis calori temperamēti naturalis calore ætatis accedente, bilis nigra vitione generabitur (probaui enim lib. 6. Controuersiarum corpora melancholica cum alteratione fiunt, calore fieri) quare sanguis erit ille semper calidior, & per se, & quoniam multis calidis succis admixtus erit, flauæ inquam, aut atræ bili. Nam etsi atræ bilis est subiecto frigida, retinet magnam ignitionem, vt alia omnia quæ vitione generantur. Frigus hepatis faciet multum prouentum pituitæ. Nam melancholia aut qualitatem alimentorum aut modum substantiæ ipsarum carniū magis sequitur, faciet etiam sanguinem frigidioris, & per se, & per frigidiorum admixtionem. Siccioris hepatis faciet siccum san-

guinem, quare cum sanguis pertineat ad terram, & quæ talia sunt siccatione crassescere, quarto meteoron monstratum est, fit vt crassioris etiam faciat, parciorem verò quoniam omne siccum corpus est exsucco: proinde humidius hepar facit copiosioris & humidioris. Commune verò est illud omni temperiei hepatis, tale fieri etiam totum corpus nisi tamen in tribus illarum calore, frigore, & humore, cor repugnet. Nā siccitatem hepatis non posse humore cordis corrigi mox dicemus. Calor quoque hepatis non aliter quam cordis facit hispiditatem, frigus glabritiem. Sed vt cor in thorace & hypochondriis qua parte sursum spectant, ita hepar in ventre inferno, & hypochondriis qua parte spectant dorsum. Nam hæc regio habet cum eo viciniam & rectitudinem.

Calidioris autem, simul & siccioris hepatis, signa, maxime hispidum hypochondrium, sanguis crassior simul & siccior, bilis flaua plurima in vigore autem etiam nigra, venarum amplitudo, & durities, ita verò & totum corpus, calor enim qui ex corde oritur vincere potest id quod incipit ab hepate frigus, vt & frigus calorem, siccitas vero non potest in contrarium à corde facto humidiori transferri. In medio autē dictorum est hepatis humiditas: magis enim vincitur à cordis siccitate, quam siccitas ab humiditate, minus autem quam calor, adhuc autem minus quam frigus, hæc enim est que facillime omnium, que ab hepate oriuntur qualitatū vincitur. Constat ergo cum in idem conueniant, amborum principiorum temperies, totum corpus exacte secundum illas affici, dicentur autem paulo post illius signa.

SIGNA fere omnia quæ compositarum temperierum dicit, partim ex dictis de simplicibus, partim ex dictis de corde fiunt perspicua. Illud vnum lubet monere, quanquam huic naturæ erunt latæ venæ, minus tamen latas, quam calidæ & humidæ naturæ fore. Nam etsi sit calor qui dilatat, nō obedit sicca, vt humida materia. Sed quod de cordis qualitatibus quas cor corrigit dicit, est perpendendum. Facillime dicit frigus hepatis à cordis calore cohiberi, difficillime humiditatem à siccitate, mediocriter calorem à frigore. Hunc enim plus quam humiditatem, à siccitate, minus quam frigus à calore, siccitatem hepatis ab humiditate cordis omnino non corrigi. Atq; hæc causa, quanquam in omnibus aliis temperiebus simplicibus hepatis dicēs talis est totus habitus corporis, adderet, nisi cor obstaret, in sola temperie sicca id tacuit. Quod frigus facillime calore cordis corrigatur causa est, quod fons innati calidi cor est. Proinde merito id potest calefacere totum

corporis habitum si calidum est non minus. immo fortasse plus etiam quam hepar refrigerare & si sit frigidum, sed quoniam magno cordis calore, non ipsum cor solum, sed totus etiam habitus corporis multum indiget. Cordis frigus magnopere totum habitum refrigerare potest, quanquam hepar calidum sit. Sed quod humiditas possit à siccitate, & siccitas ab humiditate cordis non possit corrigi videtur præter rationem, si vere prius dictum est, cordis naturam humidam esse. Sed meminisse oportet ita dictum esse, cor esse humidum ut possit quod siccū dicitur plus siccitatis, quam humoris habere. Igitur siccitas cordis, etsi exigua accedente calore poterit habitum corporis alterando, & calidiorum sicciorumque spirituum influxu, siccare: sed cum habitus corporis ab hepate, aut corde trahendus ad suam temperiem sit, aut alteratione, aut alimento, certe neutro modo possit cor humescere. Nam exhibitio alimento non potest cor cum hepate, quod copiosissime illud membrum omnibus parat certare: humiditas vero est inefficacissima, maxime cū exigua ut in corde est, nisi accedat socia aliqua agentium qualitarum, quæ possit iuuare, quæ tamen in corde non est, nam calor nihil minus facit quam humescere: siccatur enim potius res vicinas semper, eorum ergo, quæ Gale. oculatissime considerauit hæc est causa.

Humidius vero simul & calidius hepar, minus quidem quam calidius, & siccius, facit hispida hypochondria, plurimum vero sanguinem, & venas magnas, & habitum humidiorum & calidiorum, nisi cor repugnet. Si vero multum secundum ambas qualitates à modo recedat, facile alteratur à putridis & cacochymis morbis, magis adhuc si plurimum creuerit humor, exiguum autem calor. Si vero rursus parum augeatur humor, multum autem calidum, statim cacochymi sunt. Humidius vero & frigidius hepar, depile quidem habet hypochondrium sanguinem autem facit pituitosiorum simul cum venarum angustia & totum corpus eodem modo habens, nisi à corde in contraria transferatur. Frigidius vero & siccius hepar, sanguine carens, & angustis venis, facit corpus & frigidius, hypochondrium etiam nudum, nisi hic quoque cor dominetur.

Sanguis impatiens est putredinis, non quod diu duret non putrescens, si constipatus multusque sit, maxime si per se sit humidus, sed quod putrescens statim mutet naturam ut alio loco diximus. Cacochymie ergo vexabunt calidos, & humidos, aut bilefcete sanguine per putredinem, aut corruptis simul succis omnibus. Putrescere vero paratissima esse calida, & humida, atque

humoris, magis quam caloris causa, in meteoris dictum est. Reliqua omnia sunt iam ex dictis apertissima.

Temperiei autem testicularum, calida quidem libidinoso est & virorum generatrix, & secunda, & celeriter vestit pilis partes genitales, attingit vero & vicina. Frigidior vero contraria, & humida quidem multo, & humido semine est sicca autem pauco, & mediocriter est crasso semine.

Testes calidos esse admodum, etsi admodum sanguinei non sint diximus supra: id vero perspicuum facit illud frigus, quod iis seftis accidit toti corpori. Post cor, & iecur habent testes tertium locum caloris, humidi etiam sunt, quod illorum mollities indicat: sed non eatenus ad libidinem agi homines irritante semine Gale. docet sexto de locis patientibus, irritabit verò multo plus calidum, quam frigidum semen quare cum calidi testes calidum semen, frigidi frigidum generent, merito calidi libidinosos homines faciunt, frigidi contra. Est etiam secunda natura calida testicularum, quoniam multum seminis generant, idque calidum & potens, & eadem ratione generant qui ea natura sunt mares magis, quam feminas, Nimirum causæ omnes, quibus mas sit, in calorem, & quibus femina in frigus redigi videntur. Siquidem mares in dextra vteri parte sunt, femine in sinistra. Ut Hip. docet, sicque semine quod è dextro teste mares, quod è sinistro prius & magis intumescere erumpit, feminae generantur, ut Galenus docet: causa profecto est, quod testes & vterus dexter, sinistro calidior est, igitur & testes natura calidiores aptiores erunt ad mares generandum, quam qui calidi non sunt. Qua enim alia causa senes feminas plerumque generant, neque profecto obscura est causa. Nam calor feminis, facies partes genitales erumpere, facit pro femina marem, ut differentes de sexus temperamentis in controuersis ostendimus. Quædam aliæ causæ sunt, quæ non nihil faciunt, ut mas aut femina generetur ut quod recens, expurgata mulier sit in die conceptionis marem, quod multo ante, feminam generandi est occasio: & quod quæ bonis succis abundant, marem, quæ malis feminam concipiant. Quo fit ut quæ maré concepit bene colorata sit, quæ feminam minus. Sed ad hunc locum illud vnum probari retulit, calorem testicularum vteri & feminis mares generandi esse causam. Calor etiam facit celerem pilorum ortum. Testicularum quidem, in partibus genitalibus & vicinis. Quæ sunt vicina, statim definit Galen. Frigus testicularum facit contraria: homines

scilicet parum libidinosos, parū etiam fœcūdos & fœminas magis quam mares generare aptos, & glabros illis in locis nimirum contrariæ causæ contraria semper facere natæ sunt. Humida testiculorum natura abundat multo semine humido. Monstratum enim est in controuersis semen neque esse partem substantiæ ex membris omnibus liquefcentis, quæ quorundam erat opinio: neque esse alimentum quod omnibus in partibus redundet, neque excrementum nutritionis omnium partium in testes confluentis: neque omnino ex toto corpore decidi, sed in vasis seminariis solum, & testiculis generari, partibus his alimentum sibi parantibus. Ut lac in mammis, & medulla generatur in ossibus. Cum ergo humida membra multo succo abūdēt, eo præcipue qui illis naturalis sit, & sicca exsuccia sint, constat humidos testes multo, siccos pauco semine esse. cunque simili suæ naturæ alimentum pars quæuis vratur, & id quod commutat in sui similitudinem transferat, testes humidi humidum semen facient, sicci siccum, quod si siccum statim etiam crassum facient. Nam cum semen non sit ad aquam solum, sed ad terram etiam partim pertinens, ficcatione crassescet: hoc verò quarto Meteoron docuimus.

Calidior autem & siccior, crassissimum habet semen et fœcundissima est, & celeriter ad coitum animal irritat statim ab initio, sed & hi celeriter sunt hispidi partibus genitalibus, et omnibus quæ circa illas sunt, supra quidem vsq; ad partes circa vmbilicum, infra verò vsq; ad media femora. Perulans igitur huiusmodi temperies, manifeste ad venerea, cito vero lassatur atq; si cogatur, læditur: coeunte vero humore cū calore hispidi quidem minus hi, pluri vero abūdant semine. Non appetunt quidem plus alijs, vruntur vero cū minori noxa multa venere. Si vero manifeste ambo creuerint, humor inquam & calor, non sine læsione abstinere à venere. Si vero humidiores & frigidiores temperie testes facti sint, nuda pilis sunt vicina & tarde incipiunt vti venere, & neq; proni ad actionem sunt, aquosum enim & tenue illis est semen, & infœcundū & mulieres generans. Frigidior vero & siccior temperies, in reliquis quidem similis est dictis, crassius verò illis semen est & omnino exiguum.

Calidi & sicci generant semen calidum, & crassum & sine serosa humiditate, proinde maximè fœcundum. Quo fit vt & hæc natura fœcundissima sit, non multitudine seminis (nam hæc causa fœcundior esset calida & humida) sed qualitate. Proptinus ab initio tales homines irritantur ad venerem. Hoc refertur ad ætatem. Scilicet vix dum pueritiam excefferunt cum

Ad venerem instigantur, & cito etiam fiunt hispidi, in partibus quæ circa genitales sunt. Hæc vero sunt à parte superna, vsque ad vmbilicum, ab inferna vsq; ad media femora. Nimirum dictum iam est sepius, calidam & siccam temperiem celerem habere pilorū generationem. Sed quod ad venerem attinet, homines hi instigantur facile ad venerē, ob quandam acrimoniam seminis, tamen cito lassantur, quoniam non admodum in his virtus constat: et si cogatur vti, aut sponte vtantur multa venere, læduntur magno opere quoniam in deficcationem nimiam incidunt, non enim abundant multo, & excernunt multum calidi & humidi quoniam minus acre habent, non irritantur magis, tamē quoniam abundant pluri cum minori noxa sustinent multam venerem, vsque adeo vt si valde calidi & humidi sint non possint sine noxa omnino à venere abstinere. Nimirum vt postea dicitur venus non semper est noxia, sed nonnunquam utilis causa & salubris sed non omnibus naturis neque in omni affectu, sed illis naturis, quæ pluri semine abundant est ad salubritatem magis, quoniam est plus quod retineatur, retentio vero quantas noxas afferre possit alijs locis est dictum, maximè sexto de locis patientibus. Vbi Galenus docuit melancholias, præfociones, epylepsias, apoplexias & syncopas, atque denique omnes affectus qui ex veneno retento, & putrescente semine fieri solere. Si ergo calidi & humidi plurimum abundant semine maxime periclitantur in seminis retentione, & quoniam multum habent & quoniam calidum & humidum, quæ verò talia sunt, obstructa facillimè putrescunt. Igitur quibus talis natura est, aut omnino ducere vxores debent, vel nubere viris, vel si abstinere velint, maiori cura debent corpora ieiunijs, & aquæ potu macerare, & victu semper siccante vti, atque id curare vt quam minimè fieri possit, libidinosæ imaginationes in eorum mentem subreant. Id quod non aliter melius fit, quam si in rebus frugi semper occupati sint: frigidi & humidi testibus, glabras habent dictas nuper partes, & tarde incipiunt vti venere, raro ante iuuentutem, quoniam cum natura sint frigidi expectant calorem ætatis, neque proni sunt ad actiones venereas. Habent enim semen frigidum & tenue & serosum, qualeque in testiculis fœminarum & in glandulis virorum, quæ vocantur parastates fieri solet. Proinde est infœcundum, omnino quidem, si magnum frigus sit, si moderatius parum fœcundum, & fœminas generans: frigidi & sicci testes reliqua omnia habent vt frigidi & humidi, tardam scilicet venerem exiguā promptitu-

dinem ad coitum, & infœcunditatem. sed illud interest, quod crassius & minus semen generant: minus quoniam sunt exsucces, crassius quoniam ficcius. An frigidi siue humidi, siue ficci sint iuuentur, an lædantur venere Galenus non dixit. Possit videri alicui ex his quæ Hip. sexto Epidem. docet fieri vt iuuentur, siquidem dicit pituitosis morbis venerem remedio esse, pituitosis verò frigidi videntur esse magis expositi. Cæterum si quis quæ Galenus in com. eius sententiæ docet consideret, haud amplius dubitet non ad pituitosos morbos esse venere vtunque vtendum, sed virtute constante, tunc enim siccando iuuabit, constare verò qui possit in homine frigidus natura & frigidus affectu occupato? Sed in eo qui natura sit calidus, aut saltem non frigidus, quanquam occasione aliqua modo pituita abundet: id quod calido & humido eueniet magis. Nam calidi & ficci natura, pituita nulla qualitate analogæ est, vt hæc quoque ratione videatur venere calidis & humidis vtilissima.

Habitus autem totius corporis, dictum quidem est etiam prius, similes esse cordi & hepatis, vincit autem similitudo eius, quod habet fortiorem primarum qualitatum quampiam, quas & actiuas vocant. Totius autem corporis habitus in illis partibus præcipue dicitur, quæ inuentibus occurrunt primæ: muscoli autem sunt hi qui ossa omnia ambiunt: carnes quædam cõpositæ, ex simplici & prima carne, & quibusdam fibris, quibus illi facti sũt. Propria enim musculorũ substantia hæc duo sunt. Nam quæ in ipsos veniunt vasa vt rinuli quidam sunt: non completæ illorum substantiam, sed ministrantes vt possint permanere. Dicentur ergo etiam signa temperiei horum in bene temperata habitatione, mutant enim quæ intemperata sunt, cutem suo modo formantes, & corrumpunt signorũ quædam. Ita autem si in bene temperata regione æstatis tempore, seipsum nudum soli exposuerit, mutabit signa, quæ in calore sunt, & in mollitie, & duritie. Si autem vt temperata est regio, ita & ipse bono victu vtatur, neq; exurens sese in sole nudus singulis diebus multum. Sed neq; vt quidam more puellarum in vmbra degens, exacta signa ostendet temperiei. Igitur tanquam de his sermo futurus sit, nunc ad illum animum aduertamus.

Actiuas qualitates vocat hic haud dubie quatuor primas, quæ qua ratione actiuæ vocentur, vtque nihil hæc in re discrepare Galenus & Arist. videantur quibusdam. i. cap. 4. meteoron diximus. Musculos hic diffinit per materiam, dicens, sunt carnes quædam cõpositæ, ex simplici & prima, & quibusdam fibris. Nimirum muscoli sunt carnes illæ quæ ossa nostra

omnibus fere in partibus ambiunt, quæ tamen constat, ex fibris neruorum ligamentorum, interiecta carne simplici. Simplex verò caro est sola ipsa caro sine fibris omnibus, quæ quanquam nullibi sit vt videri possit, quoniam vbique permista fibris deprehenditur, inest tamen reuera, & intelligi potest: alia quædam caro est glandularum, sed hæc non est in musculorum substantia. Musculorum enim duæ tantum sunt partes: dictæ fibræ, & caro. Nam venæ & arteriæ, quæ in eis sunt, non sunt propriæ eorum partes: Dicentur enim propriæ instrumenti cuiusdam partes, quæ in quouis instrumento actionem aliquam, aut vsum præstant, ad propriam illius actionem: non propriæ verò, quæ non præstant quidquam ad eam actionem, sed necessitate quadam in eo factæ sunt: velut oculorum partes propriæ, sunt tunicæ, humores, neruus, & muscoli. Nam hæc omnes partim ad videndum, partim ad bene videndum, necessariae sunt. Venæ tamen in eis alimenti causa factæ sunt, ad videndum verò nihil conferunt. Proinde si quis oculum eneratione partium, per materiam definire vellet, haudquaquam venarum & arteriarum deberet meminisse, velut profecto neque in hæc musculorum definitione oportuit venarum meminisse. Quoniam ad mouendum nihil præstat. Certe libro de motu musculorum ex præstantissima causarum, hoc est ex fine musculorum definitionem accepit dicens, esse instrumenta voluntarij motus. Non tamen hic fecit deterius, immo verò ad præsentem doctrinam multò melius, ex simplicibus partibus accipiens. Quoniam temperamentorum signa inuestigant: temperies verò simplicium partium est per se. Rursum hic præfatur, quod de temperamentis cerebri dicere incipiens, præfatus est, intelligi nempe talia signa talium naturarum fore, in regione temperata. Id cur dicat illic explicuimus: rursum præfatur intelligi nisi quis malo vtens victu permutet signa. Nam si quis in sole ardente moram faciat, quacunque temperie sit, nigrescet, si in vmbra degat, erit candidus. Oportet verò tales causas præscindi, quoniam tales omnes causæ mutant cutis colorem antequam corporis temperiem. Quo fit vt nõ mutata temperie mutant signa. Ergo erit hic sermo de homine, qui in regione temperata sit, bonoque vtatur victu.

Moderata temperiei signa in toto habitu animalis, color ex rubro & albo permixtus, capilli verò flauis mediocriter, & crispis plerumq; mediocritas verò carni in quantitate & qualitate. Medium enim est huiusmodi corpus omnium excessuum, vt qui in-

qui intelliguntur & dicuntur ad illud. Etenim corpus crassum ad hoc dicitur crassum, & tenue eodem modo ad hoc. Multa carnis, & exigua carnis, & pingue, & durum, & molle, & hispidum, & glabrum. Nihil ergo horum est moderatum, sed ut regula Policleti, ad summum omnis mediocritatis peruenit, ut tangentibus neque molle videatur, neque durum, neque calidum, neque frigidum, videntibus autem, neque hispidum, neque glabrum, neque crassum, neque tenue, aut aliam aliquam habens immoderantiam.

Rubrum facit bonus sang. albus est solidorum partium. Quare boni habitus color ex his mistus esse videtur. Capilli in eo habitu sunt flauis per iuuentutem, in aliis ætatibus alios colores habent, ut exigit ipsa ætatum mutatio. Crispi capilli, non admodum sed mediocriter sunt ut reliqua omnia mediocria vel hac vnica ratione, quod in aliis attributa omnia & nomina excessuum non simpliciter, sed ad hunc habitum dicantur. Ut quod eo crassius est, crassum, quod tenuius, tenue, ita verò & reliqua, sit.

Qua verò moderato calidiora quidem sunt, non tamen humidiora, aut sicciora secundum carnes (in his enim præsens sermo) videntur quidem tangentibus tanto calidiora quanto sunt etiam temperie calidiora. Hispidiora verò tanto sunt, quanto & calidiora, & pinguedinis habentia minus, colore verò rubra, & nigri capillis. Frigidioris autem temperiei signa, glabrum, & pingue, & tangentibus frigidum. Color autem illis simul cum capillis magis rufus: multum verò si est frigus, liuidus quodam modo est. Et consuetum est quibusdam medicis hos plumbi colores. Siccior autem temperies tanto fortior est & durior moderato, quanto sit siccior, alia verò eodem modo: & humidior quidem alijs est similis, meliori autem carne & molliori. At qui & intemperies facta coniugatione primarum qualitarum compositam etiam habent si gnorum speciem.

Temperies carniū tactu sentiri potest (cum sint partes externæ) estque hoc signum ab ipsa substantiæ proprietate. Verum non vtrunque, neque sine magna arte explorari potest. Nam cum innumere cause sint, quæ calefacere, aut refrigerare possunt, antequam corporum naturam mutent, raro qualitas quæ tactui occurrit potest indicare naturam. Neque solum refert quibus à causis patiatur corpus quod in examen venit, sed etiam quo modo is qui tangit affectus sit. Nam frigidis calida, & calidis frigida videntur esse omnia. Ergo oportet eum qui & tangit, & eum qui tangitur ab omni alteratione abesse: id quod difficillimè fortasse fieri possit. Proinde satius sit eum hominem

A cuius naturam scire cupis, non semel, neque vna occasione, sed sepe, & multis variisque tangere: ut qui plerunque calidus deprehenditur, calidus, qui frigidus, frigidus esse putetur. Frigidis dicit esse colorē in facie & capillis, magis rufum, quam calidis, non quod idem color in facie & capillis sit, sed quod vterque sit remissior, & ad rufum magis spectans, quam in calidis. In his enim dixerat facies esse rubras, capillos nigros, in his capilli sunt rufi, aut subflauis, facies albicantes, quem colorem constat esse citra rubrum versus rufum. Fortiorem dicit habitum siccum, intellige solidiorem & duriorē. Meliore carne vocat humidos, quod mollem & minimè asperam habent. De pinguedinis natura & ortu disputatum est à me lib. 1. cont. editionis secundæ monstratumque frigidam esse, & in his hominibus generari copiosius, in quibus minor est sanguinis discussio, parcius verò, in quibus maior. Cum ergo calor magnam discussionem faciat, frigus exiguam, quo quis erit calidior, eo habebit minus pinguedinis & quo frigidior, plus. Sed de simplicibus temperiebus hæc sunt satis.

Calidior enim est siccior, hispidior, & calidior, & durior, & sine pinguedine est, tenuisque & nigri capillis, si aurem multum in caliditate excedat, etiā habet nigrum colorem. Calidior & humidior temperies, & mollior, & multo carnosior, & calidior optima temperie, tanto est, quantum ambabus qualitatibus aucta fuerit. Si vero plurimum aucta sit propterea corripitur morbo putridis, quoniam & cacochyma prompte fit. Si vero parum quidem humidior, multum autem calidior sit, & paulo molliores quam moderati & carnosiores, hispidiores autem non parum, at qui tangentibus non parum calidiores, nigri verò ipsis capillis & caro sine pinguedine: si vero paulo quidem sit calidior, multo autem humidior, mollis his est caro & multa, & color commistus ex rubro et albo, & tangentibus paulo calidiores, & ut semel dicam, in temporibus compositis, semper qualitatis vincens signa vincens.

Hæc ex dictis hactenus sunt perspicua, quare melius fuerit reliqua addere.

Frigidior autem & humidior temperies parum quidem ambabus auctis, depilis est, & alba & mollis, & crassa & pinguis, multum verò, alia quidem secundum analogiam incrementi qualitarum, color verò simul cum capillis rufus: quemadmodum sanè si ambo plurimum aucta sint, liuidus: si vero inaequale incrementum sit qualitarum, vincens propria eius quæ magis aucta sit: si autem frigidum cum sicco equaliter auctum sit, natura durum & tenue habent corpus & depile, & tangen-

ribus frigidum, simul vero pinguedo illis, etiam si graciles sint, per carnem sparsa est, quæ verò ad pilos & colorem spectant, pro frigoris magnitudine, decedente verò calida & sicca temperie in tempore decidentia in frigidam & siccam, habitus horum tenuis & durus et melancholicus, proinde frigidus simul & hirsutus, vincente quidem altera qualitate multum, reliqua vero parum à mediocri recedente, vincent quidem vincentis, debilia autem erunt alterius signa.

IN hac parte illud animaduersione dignum est (nam reliqua sunt dicta prius) quod alio loco probauimus temperiem frigidam & siccam non esse melancholicam, sed pituitosam, nisi melancholico victu sit facta, aut à calida & sicca incipiat, aut ipso primo ortu modum substantiæ melancholiæ similem membra nata sint. Colorem in facie & capillis rufum fieri frigidis & humidis intellige vt nuper explicauimus.

Nominibus autem, quæ dicta sunt, & quæ dicentur postea, commune signum temperiet facile partem aliquam refrigerari, aut frigoris aut raritatis, si verò difficile refrigeretur aut caloris, aut densitatis: si autem à siccantibus leditur, aridum & siccum, & difficilis motus fiat, siccitatis: quæ ad modum si ab humectantibus grauius afficiatur, humoris.

Generatim similia à similibus patiuntur facile. Quare talis vnusquisque haberi debet qualibus causis facile patitur: siccus, qui à siccantibus: humidus, qui ab humectantibus. Non tamen in omnibus indistinctè hoc accidit. Nam à frigidis facile affici potest quis, non ob frigus naturale solum, sed ob raritatem corporis, hoc est pororum magnitudinem. Quoniam per raros poros frigus internis partibus occurrit facile: difficile etiam afficiuntur homines à frigidis, vel quoniam calidi admodum sunt vt externa passio præ tanto calore exigua sit, vel ob densitatem, causa frigida non valente penetrare. Cur non meminerit Galenus eorum qui facile patiuntur à calidis, fortè dubitabis. Non enim possum dicere eos qui difficile refrigerantur, esse facile incalescentes, siquidem qui rari sunt ab vtriusque calidis inquam & frigidis patiuntur facile: qui densi, ab vtriusque videntur difficile pati. Enarratores censent Galenū tacuisse, eo quod sit eadem ratio, sed aliud quiddam subesse puto. Primum est consideratione dignum an frigid. possit esse rarus. Nam si non potest, omnis rarus erit calidus, quare nullus erit qui ob raritatem solam facile incalescat, sed ob coniunctum etiam calorem. Sed videtur posse esse frigidus, & rarus, si non is quidem qui à primo ortu frigidus factus, at is

A qui cum esse: calidus, mutatione ætatis frigerit, aut morbo magno, aut ratione alia temperiem mutauerit atque amisso calore raritatem retinuerit, qui quidem incalescet facile quanquam frigidus sit ob raritatem. Rursum nunquid potest etiam esse densus & calidus? Nam si non potest sed omnis densus est frigidus, nullus difficile incalescet ob solam densitatem sed ob coniunctum frigus, at videtur posse fieri densus & calidus vt fiebat rarus & frigidus, mutato scilicet temperamento, retentaque densitate, & amisso frigore. Quanquam fortasse ea ipsa causa quæ facit calidior, faciet rariorem hominem, quare cum factus erit calidus rarus quoque euaserit. Sed esto, fiat calidus & densus, num hic ægrè à causis calefacientibus patietur? At mihi nullus quidem videtur hoc esse ad quacunque ex causa febricitandum paratior, ob multum calidum cohibitumque effluuium, ergo calidam præ sefert semper cutem, quare minimum etiam principium incalescendi ab externis accipiens, sponte ardebit facillimè. Nunquam ergo sola densitas facit vt ægrè incalescat homo, vt facit ægrè à frigidis mulieres & densos homines lædi. Non ergo eadem ratio est patiendi à calidis & frigidis, neque densitas & raritas tantam vim habet in calefactu, quantam in refrigeratione, atque proinde fortasse Galen. passionem à calidis tacuit. Sed melius fuerit nos re ipsa perspecta quod deest addere. Si quis facile à calidis patitur, aut calidus est, aut certè rarus, & non omnino frigidus: si difficile incalescit, certè frigidus est. Nam si est calidus, et si sit densus incalescet facile. Neque verò idem est difficile refrigerari & facile calefcere. Nam densi & frigidi vtrunque patiuntur difficile.

Inspicere etiam oportet, an eodem modo omnes musculi inuicem temperati sint, an non eodem modo simul, considerata in omnibus magnitudine subiectorum osium. Nonnunquam enim gracilius esse videtur membrum, quanquam non est gracilius, musculorum gratia, sed ob gracilitatē osium tale videtur: ita et crassius quibusdam esse videtur saepe, non ob amplitudinem osium, sed ob carnis multitudinē, quæ aucta aut imminuta, aut durior, aut mollior facta, aut siccior, aut humidius membrum ostendit. Pauca ergo & dura, siccior, multa autem & mollis, humidius.

QVando quidem ex crassitie & tenuitate membrorum docet inditium temperiei capere, monet modo considerari oportere, ne hoc signum nos fallat, an omnes musculi secundum totum corpus eodem modo habeant, an non. Non enim si quis secundum faciem crassior est, statim toto habi-

habitu corporis debet haberi humidus, neque si gracilis, siccus: nonnunquam enim reliquum corpus contra habet, lubet etiam rationem habere magnitudinis ossium. Nam sunt qui corpulentia ac crassi esse videntur, etsi carnosum non sint, ob ossium magnitudinem. Alij contra videntur graciles, quoniam habent tenuia ossa, etsi carnem habeant satis multam. Sed cum habita ratione ossium, agnoscimus quanta & qualis caro sit facile agnoscimus, an sicca, an humida membra sint. Nam multa & mollis caro significat partes molles, pauca & dura siccas.

Ita & spatia quæ inter similes partes sunt plus aut minus humidum in se continentia atque aut crassius, aut tenuius, aut humidior, aut siccior ostendunt partem humidior, quidem, ubi tenuior, & multa est humiditas: siccior autem ubi crassior, simul & minor. Ipsæ enim corporis partes solidæ, quæ verè solidæ sunt ac primæ, nullo modo possunt humidiores fieri. Sed satis est si quis prohibeat ipsas cito siccescere spatia vero intercepta in illis impleri possunt humiditate, hæc aut illa. Huiusmodi autem est alimentum proprium similariū, ex appositione non per vasa attractum. Communis autem hic sermo est omnium partium, & dicitur iterum in doctrina de febribus causis, nunc verò quæ sequuntur attingamus.

Partium quædam sunt solidæ, quæ etiam & seminales & duræ vocari solent, ut os, cartilago, neruus, membranæ omnes: quædam non solidæ, sed molles, laxæ, & sanguinæ, ut caro & pinguedo: & in ipsis solidis sunt quædam partes, quæ vocantur propriè solidæ, ut in neruis & membranis fibræ, quædam molles, ut propria cuiusque membri caro. Nimirum ut spatia quæ fiunt inter neruos, & venas, & arterias, & ossa, & cartilagineas, & membranas, replentur carne & pinguedine, ita spatia inter fibras cuiusque membri solidi, replentur propria illius carne. Crassescunt vero & gracilescent, cum totum corpus, tum etiam membra in eo, crescente aut decrescente carne, primum ea, quæ propriè appellatur caro, deinde ea, quæ est cuiusque membri propria. Nam caro facile potest reparari cum absimitur, & humectari, cum siccat: caro etiam cuiusque membri potest reparari tametsi difficile. Ipsæ vero partes propriè solidæ, cuiusmodi fibræ, nullo modo humectari possunt, sed si quid, illud vnum fieri potest, ne cito siccentur. Nam spatia inter fibras impleri possunt humiditate, hæc aut illa, hoc est carne molli, plus aut minus, hæc enim humiditas est alimentum proprium partium similariū, quod apponitur, non per vasa attrahitur. Hoc est quod Hip-

A lib. de alimento vocat, alimentum quod iam nutrit, pars scilicet quæ iam apponitur, & commutari incipit. Hoc vocat Auicenna cambium. Alimentum verò, quod per vasa attrahitur, est succus qui dicitur ab Hip. quasi alimentum, & ab Ani. cum est in exiguis venis & arteriis, dicitur prima humiditatum secundarum. Ergo inquit Ga. quo mollibus partibus replentur, plus, aut minus spatia inter partes solidas, eo plus aut minus crassescunt membra, eoque humidiora, aut sicciora esse cognoscuntur: causa quæ caro potest repone & augeri, fierique humidior, non difficile, & propria cuiusque caro potest quidem etsi difficile, solidæ verò partes non possunt, est quoniam partes non nisi nutritione humectari possunt propriè, alimentum verò ut tardius atque per maiores commutationes in duram partem quam in mollem mutatur, ita ab ipsa parte patitur plus: quare non potest cibi qui offertur humiditas plus addere, quam ipsorum solidorum actio detrahit, antequam nutriatur, vixque plusquam detrahit caro etiam solidorum, plus verò quam caro propriè vocata sæpe, ac facile. Quoniam cibi in carnem commutatione non omnino magna transeunt: sed hic sermo non tam est hic proprius quam in tractatione de causis salubribus. Quoniam ergo illic repetetur modo ad reliqua quæ huius loci sunt transit.

Ventris signa siccioris naturæ, si celeriter sitientes fiant & paucus eis sufficiat potus, & a multo grauentur, & habeant crepitus, & superfluet id quod abundat illis, cibis autem gaudeant siccioribus: humidioris autem, si neque sitientes fiant & multum humidum sine lesione ferant, & cibus gaudeant humidioribus. Venter autem calidior naturæ, coquit melius quam appetit, & multo magis quecumque dura & commutationis difficilis corrumpuntur enim in eo quæ factis commutationis sunt: gaudet autem calidis cibus & potibus, neque a frigidis quidquam leditur, cum moderate eis utuntur. frigidior natura bonus quidem venter est ad apperendum, ad coquendum vero non bonus, maxime cibos qui difficilis commutationis & frigidi sunt. Accescunt ergo præsertim in illo, atque proinde talis venter ad ructus acidus paratus est, & gaudet frigidis. Leditur autem facile si immoderatus utitur: ita & eorum quæ extra accedunt frigidorum, non fert multi usus consuetudinem, ut neque calidus calidorum Intemperies quidem quæ per morbum ventri accidunt hæc nus differunt à naturalibus, quod contraria appetunt non similia, ut naturales.

Ventriculi signa dicit, ad quem pertinent appetentia cibi & potus, & eorum commutatio, illa quidem secundum eius os, hæc verò secundum fundum magis. Quod membrum, etsi princeps non sit, inter prima, est tamen satis princeps, & ap-

prime necessarium, præstatque multum A ad totius corporis naturam: quoniam præparat cibum hepar, cuius commutatio, vt præparatio facta est succedit. Accipit signa temperiei ventriculi ex appetitu & commutatione, quia hæ sunt propriae illius actiones, & à iuuatibus & nocentibus, quod signum omni in parte iuuat. Ad appetitum pertinent fames, & sitis, & quorundam rerum appetentia. De causis famis & sitis scripsimus lib. 5, cont. vbi monstrauius sitim ab intemperie sicca in primis, deinde & calida ventriculi, nasci, famem à quodam suctu, quem venæ faciunt, cum corrugatione bris ventriculi: atque monstratum etiam est, famem fieri à succis qui possunt passionem quandam facere, similem ei quam facit suctus, corrugationem dico atque acidos succos huiusmodi esse pituitosos, aut melancholicos, quales in frigidis redundant, hæc qui eo loco intellexerit, intelliget hic facile siccos cito sitire: humidos tardius, frigidos famelicos esse. Sed est dignū consideratione, siccos quia citò sitiunt, exiguo potu esse contentos, Nimirum qui facile quancunq̃ue in passionem incidunt, facile atque leui auxilio liberantur. Quia ergo sicci exiguum siccati ultra id quod est eis ex natura, sitiunt, pauco potu liberantur, atque bibunt sæpe, sed paucum. Quod si multum bibunt, cum pauco indigeant, reliquum fluitat, & sonitum D in ventre facit, quoniam venter id quo non indiget, non amplectitur. Frigidi contra, tardius bibunt sed copiosius, ac sine fluctuationibus. Calidus vt minus cibi appetit, quam frigidus, ita plus commutat. nam commutatio calore agitur. Frigidus vt appetit plus ita commutat minus. Atque ventriculus calidus melius commutat cibos crassos, quam tenues, atque adeo quam moderatos, quoniam crassi sunt illi respondentes proportione, reliquos quoniam sunt tenuiores, vrit, facitque proinde amaros, aut fætidus, aut mala aliqua qualitate affectos, vt cænosos, viscosos, & fumosos, atque tales etiam facit ructus. Frigidus tenues benè commutat, crassiores facit acescere atq; ita paratus est talis vetriculus ad ructus acidos. Huiusmodi homines vocat Hip. acidum eructantes. Animaduertendum tamen Gale. dixisse cibos, qui difficilis commutationis & frigidi sunt, non quod omnes sint quanto frigidiores, tanto difficilioris commutationis, multis enim ex modo substantiæ accidit esse difficilis commutationis, sed ad facile acendum præter crassitiam partium facit frigus propriū ciborum. De causis iuuantibus & nocentibus dictū est prius generatim, similes à similibus facile pati ac lædi: proinde modo dicit calidum ven-

trem vsu frigidorem, ciborum, & potum, non lædi, si immoderate eis vtatur nā si moderate vtatur: quæuis pars quibusuis causis lædetur, venter præcipue frigidis, quæ illius naturæ inimica sunt. Quapropter dicit frigidum facile vsu frigidorū lædi & frigidorum omnium quæ extra occurrunt. Atque adeò ob naturam ventris, læditur magis frigidus frigidis, quā calidus calidis. Sed quæ de appetitu dicit superest explicemus. Omnem intemperiem naturalem dicit asserre similiū appetitum, non naturalem, contrariorum, atque proinde calidū. Ventriculus calidis: frigidum frigidis: humidum humidis: siccum siccis gaudere, & si iuuetur contrariis. Hoc quidem manifesta ex causa fit. Nam expetit veter, quæ voluptatem allatura sint, afferunt verò voluptatem quæ retinent in natura, aut ad id quod præter naturam affectum est, ad naturam reducunt. Reducunt præter naturam affectos contraria, retinent, affectos naturaliter, similia: quod si iuuatur contrariis, id profecto fit, quoniam reduci non seruari debent. Sed hoc procedente sermone dicitur. Modo putabit aliquis, si intemperies præter naturam contrariorum appetitum faciunt, male facere medicos, qui non ægrotantibus concedunt, quæcunq̃ue appetunt. Siquidem videntur appetere, quæ expediunt, contraria nempe, quibus curatio agitur. Sed quanquam ita habeat vt diximus, certè multæ causæ sunt quibus medicus denegare debet ægrotanti, quæ appetit. Nimirum ægrotans petit contraria affectui, ars iubet dari contraria causæ, etsi affectui sint similia. Petit etiam æger quæ quadam qualitate prodesse possint aliis plus lædere, aut quæ prodesse possint cuidam membro alia lædere, aut sanare quendam affectum, alios augere. De causa qua vtero gerentes appetūt similia succis quos præter naturam in ventre congerunt, quæ ad hunc locum spectant, loco citato ex controuersis diximus, & alia multa quæ hoc loco iuuare poterunt, modo illud breui dico, intemperies præter naturam nudas & nondum factas, esse quæ semper afferunt appetentiam contrariorum.

Intemperies autem ventris coniugati, cognoscuntur compositione simplicium.

PRæceptum est hoc commune in omnium membrorum compositis temperiebus.

Exacte autem oportet animum aduertere distis, distinguentes ea ab his qua dicuntur, non enim venter solus siticulosus, & sine siti facit, & frigidi & calidi potus & cibi cupidos, sed etiam viscera que in thorace sunt, cor, & palmo. Sed qui ob horum calorem sitiunt, inspirant multum, & est-
flant

stant longum, sentiunt etiam in thorace ardorem, non ut qui ob ventrem in hypochondrijs. Atque si bibunt, non statim conquiescunt, & frigidus potus sedat magis illorum sitim, quam multus calidus, recreat autem eos & frigidus aer inspiratus, qui nihil iuuat eos qui sitiunt ex ventre. Ita autem & qui contra habent, à frigida inspiratione manifeste leduntur. Et maximū est hoc signum frigoris in pulmone, ut verò inspirantes frigus, ita calidum illi est amicum quin & pituitosa excrementa, excreantes, & tusientes, expuunt.

SImul docet cognoscere temperies, calidam & frigidam pulmonis, & distinguere sitim quæ à vetriculo ab ea quæ à pulmone aut corde incipit. Nimirum pulmonis calor siticulosos facit homines, consentiente scilicet vetriculo (sitire enim proprium est vetriculi) an verò propria temperies vetriculi an pulmonis sitim faciat, tribus modis docet distinguere, ex respiratione, ex ipso loci calore, & ex iuuantibus aut non. Velut qui calido est pulmone quoniam indiget aere inspirat multum, & quoniam multum aeris recepit, eumque fuligini similem fecit expirat longam expirationem: qui calido pulmone sunt, in thorace, qui ventre, in hypochondrijs ardent. Hic enim est eorum membrorum situs. Qui ob calorem ventris sitiunt, iuuantur potu manifestè ac cito, aere inspirato non ita: qui verò ob calorem pulmonis, non tam iuuantur potu, quam frigidus aere. Nimirum potus recta tendit in ventrem, atque vno impetu in pulmonem non nisi exigua eius portio, per communem cum gula tunicam refudans. Aer verò pulmone statim occurrit, atque adeo pulmonis sitis si potu sedanda est indiget frigidus admodum. Quoniam cum potus non irriget ipsum pulmonem, non aliter quam alteratione per continuum facta extinguere sitim poterit, alteratio verò erit exigua, nisi sit valde frigidus: vetriculi sitis calida etiam hausta sedatur, quoniam aqua irrigans humectat ventrem: sitis verò fit à siccitate semper, nam & calor siccando sitim facit. Insinuans ergo Galenus sitim quæ est per passionem propriam vetriculi sedari potu calido dixit, frigidus potus sedat magis illorū (eorum scilicet quibus à pulmone incipit sitis) sitim, quā multus si calidus. Quasi diceret in his frigidus utendum est non calido, ut in sitientibus ob vetriculum, quibus calidus potus sitim sedat, non deterius quam frigidus. Frigidi pulmonis contraria signa sunt, scilicet, non sunt siticulosi, in regione thoracis frigus sentiunt & ab inspiratione frigida læduntur facile & manifeste, calida inspiratione iuuantur. Præter hæc, frigidi pulmone,

excreant cum tussi pituitosa excrementa. Nam talia excrementa communi quadam natura in pulmone omni redundant, in frigido multo magis quoniam huic naturæ pituitosa omnia sunt familiaria. Ergo cum tussi, quoniam ex pulmone, pituitosa quoniam è frigido, excreantur. Ex dictis satis constat verisimè dixisse Platonem in Dialogo de natura, spiritu & potu feruorem cordis & pulmonis temperari, quanquam hinc non fit potum in pulmonem ingeri, ut Arist. deridendi causa. 3. de partibus animalium cap. 3. calumniatus est. Sed hanc calumniam Galenus. lib. 8. de Plac. deterfit. ego ad reliqua propero.

Siccitates autem pulmonis sine excrementis sunt, & pure à pituita, quemadmodum humiditates obscuram & raucam vocem faciunt, excidunt illis excrementa cum volunt multum & acutè loqui. Non tamen vocis magnitudo à calore illius, ut neque exiguitas à frigiditate sit. Sed illa quidem amplitudinem aspera arteria & vehementiorem expirationem, exiguitas verò contraria sequitur. Quare neque semper, neque primùm, sed per accidens, & solis innatis temperiebus, non superuenientibus, succedit vocis magnitudo & paruitas. Quoniam enim talia instrumenta ob temperamentum facta sunt, his autem succedit talis vox, & voce contingit de innata temperie variocinari. Etenim vox lenis lenitatem arteria sequitur, quemadmodum aspera asperitatem. Leuitas igitur mediocritati temperie arteria succedit, asperitas autem siccitati. Asperitas enim in inequalitate duri corporis, arteriam autem facit, durā quidem siccitas simplicium eius partium, inequalem verò penuria humoris per illas sparsa. Eodem modo neque vox natura acuta sine angustia pharyngis, neque grauitas sine amplitudine fieri potest. Angustia quidem insitit frigoris soboles est, amplitudo autem caloris. Eodem modo ut naturales differentie vocum habent, & quæ secundum passionem aliquam sunt: quæ ipsæ indicia sunt facientium causarum, quæ in libris de voce satis distincte sunt.

Comuni quadam natura, ut dictum est prius, pulmo omnis pituitam congerit, tamen qui siccior, minus. Vox est sonitus; ille qui per laryngem editur, fit per asperam arteriam, ut per quandam fistulam, pulmone, non propria opera, sed thoracis, insufflante, ut si quis foliibus insufflet. Insufflat verò pulmo in arteriam cum fit exspiratio. Non est satis ad vocem exspiratio quæuis, sed quæ iam est magna exufflatio. Finitur aspera arteria ad radicem linguæ in vocatam laryngem, ut fistula in quoddam capitulum, habetque ibi angustiam accommodatam, ad aeris refractionem, ut sonet, & habet interius ligulā quan-

dam ligulæ tiliarum afimilem, quam glottim appellant. Reliqua vocis & expirationis instrumenta, in scholijs lib. 1. & lib. 5. de locis patientibus diffuse & exactè dixi. Modo satis fit meminisse horum. Vocis differentias accipit, & si pleræque illarum per metaphoram dicantur. Vocant enim homines vocem magnam & parvam acutam & grauem, clangosam & raucam, & in his omnibus mediocrem, & asperam & lenem. Agnoscimus harum vocis specierum causas ex iis quæ extra nos in sonantibus instrumentis experimur. Certè vt clangor tubæ magnus fiat, duabus causis opus est, & vt tuba fit magna & tibi- cen valenter insufflet: ex contrariis causis fit paruus. Cum tibia humectatur raucescit statim, contra si ad ignem siccescat, sonat clangosum quiddam: si interius est aspera, sonus etiam asper editur: si læuigata, læuis & suavis: si fistula gracilis est, sonus acutus, si ampla, editur grauis. Tales ergo causas esse in aspera arteria talium vocis mutationum verisimile est. Calor autem aut frigus arteriæ nullius earum videtur posse esse causa per se. Nam siue calida, siue frigida fistula sit, ad aeris refractionem, & ad sonitus differentiam, nihil interest, nisi calor siccitatem fecerit: aut humorè, vel duram cōcretionem frigus. Hoc autem si fecerit, mutabit vocem per acidens. Ergo calorem, aut frigus arteriæ & pulmonis nulla earum differentia significat per se, humorem aut siccitatem quædam illarum. Raucedo enim humorem, clangor siccitatem: ex accidenti quædam illarum significant calorem, aut frigus: quæ per se non tã temperiem quam compositionem earum partium significant. Velut magnitudo vocis magnitudinem arteriæ & paruitas paruitatem. Sed quoniam amplitudo partium caloris soboles, angustia frigoris esse solet magna vox calidas eas partes, parua frigidas esse, facit suspicari. Constat verò hanc significationem esse per acidens, & non cuiusuis caloris aut frigoris, sed innati solùm. Nã si qui cum copioso calore genitus fuerit, modo ad frigidius temperamentum mutetur, non fiet angustior aspera arteria. Est ergo illa significatio innati temperamenti, neque illa est profecto euidens, sed coniecturalis. Nam materiæ abundantia, aut defectus potuerit amplitudinis, aut angustia causa esse. Ita vox gracilis qualis mulieribus & eunuchis esse solet stricturam laryngis, grauis, aut crassa amplitudinem significat calorè & frigus, vt magnitudo & paruitas. Aspera significat asperitatè, sed quoniam asperitas in duris & inæqualib. corporum superficieb. esse solet, siccitatem etiam quandam: lenitas lenitatem. Hæc quidem

A non cum multa humiditate, sed sine multa siccitate esse solet. Proinde læuitas significat in his mediocritatem. Addit Galenus vt habent differentia vocum quæ naturaliter hominibus insunt, ita habent & quæ per passionem aliquam fiunt. Quæ ipsæ indicia sunt faciendum causarum. Hoc est & ex causis quibus differentia non naturales fiunt, agnoscimus verè eas esse naturalium differentiarum causas quas diximus. Nam quoniam videmus hominem qui destillationem patitur humectatè laryngem, raucum fieri, & eum qui vociferando aut febris ardore siccat, clangosum, intelligimus raucitatem humiditatis, clangorem siccitatis esse. Quod Galenus ipse 8. cap. 5. de locis patientibus, & 7 de vsu partium & multis alijs in locis dicit. Sed quoniam 6. de tuenda valetudine dicit, si humectetur larynx raucam vocem facere, si plus humectetur etiam paruam, si plurimum etiam tollere omnino, videbitur aliam paruam vocis causam dixisse, quam hic omiserit. Nam hic ab exiguitate arteriæ solum aut debili expiratione fieri dicit, illic verò etiam à multa humiditate, cum non solum larynx, sed etiam ipsa arteria humectatur. Cæterum considera multo aliam esse formam eius vocis quæ ob raucitatem vix auditur, & eius quæ vt in quibusdam natura, in alijs debilitatis aut conualescentibus exigua est. Hæc enim exigua proprie dicitur, illa rauca. Neque tã dicimus hominem esse paruam, quam rauca voce. Nomen pharyngis quo hic vtitur non nūquã a pud illum, & Hip. significat fauces, nonnunquam caput asperæ arteriæ, cui nomen larynx. Hic constat de capite arteriæ dici. Hoc enim est vocis instrumentum, non fauces: sed de his satis.

E *Alia autem animantis partes quæ intus sunt obscura habent temperiei signa: tentandum autem si mul ea ex ijs quæ profunt aut nocent dignoscere: atq; adhuc secundum actiones, naturalium potentiarum. Dicitur autem in tertio de causis symptomatum temperiem præcipuam esse cuiusq; facultatis virtutem, aut vitium, ergo signa temperierum, & species dicta sunt.*

F **N**on vult Galenus membra omnia, persequi, quoniam aliæ partes cum nõ sint tam præstantes obscura habent signa temperiei. Nihilominus omnium eorum notitia aliqua comparari potest, ex iis quæ lædunt aut profunt, quoniam similibus vsu facile læduntur, & vsu moderato contrariorum iuuantur & ex virtute aut vitio naturalium actionum. Nam facultates in temperamenti præcipue consistunt, vt alijs locis fufius explicatum est. Sed de signis naturalium temperierum dicendi iam finem facit, & ad compositionem

compositionis signa transgreditur.

Quæ verò circa magnitudinem, aut formationem, aut numerum, aut positum errata, quæcunque subijciuntur sensibus, agnosci est facile. Eorum verò quæ non subijciuntur, quædam difficilis cognitionis sunt, quædam agnosci possunt non adedò difficile. Magnitudo ergo capitis & figura, & cum eo cerebri, manifesta est, & antea est dicta: eodem modo & thoracis: ita autem & quæ in scapulis & humeris, & brachijs, & cubitibus, & extremis manibus, aut coxa, aut femore, aut tibia, aut pedibus, non est difficile dignoscere, siue secundum formationem erratum aliquid horum sit, siue secundum magnitudinem, siue secundum numerum, aut positum eorum ex quibus componuntur. Manifeste autem & actionis cuiusq; earum læsiones. Quæ verò intra corpus sunt, non omnia agnosci possunt.

Formatio quædam communis est hominibus ferè omnibus, quam dissectores docent mandantque scriptis, tamen in singulis partibus accidere solent raræ quædam formationes & à communi illa alienæ, quibusdam hominibus à primo ortu per facultatis quæ corpora format errorem, in multis etiam per morbos, succedentes. Has, si in externis partibus sint quarum hîc facit enumerationem, cognosci facillè dicit, siue in magnitudine, siue in numero, aut positu, aut figura erratum sit. Nam ipsæ per se expositæ sunt sensibus & earum etiam actiones, actionumque læsiones, proinde hæc monens solum, ad internarum partium conuertitur signa.

Ventriculum enim cuiusdam adedò paruum, & rotundum, & prouum secundum hypochondria, vidi ut manifeste videretur secundum circumscriptionem propriam, & insipientibus, & tangentibus. Ita autem & vesicam cuiusdam vidi, expositam simul & paruum ut si quando moraretur vrinam reddere, tumor manifeste circūscriptus appareret. Non tamen aliorum quæ intus latent aliquid manifestam mihi præbuit cognitionem aliquando. Tentare autem oportet dignoscere quoad fieri potest, virtutem & vitium eorum, si non certa ac firmascientia, sed secundum cōiecturam quamdam artificiosam, ut si ita contingat in hepate. Vidi enim quosdam, atque adedò multos, angustas quidem venas habentes, decolor autem corpus totum, atque si aliquanto plus ingerebant cibi, & magis si flatuosa, crassa & lenta, quosdam ut cuiusdam ponderis incumbentis & suspensi dextro hypochondrio sentiētes in profundo, quosdam cum tentione dolentes, in his verisimile est exiguum esse hepar, & angustum vjs: aliū autē vidi pituitosum toto habitu corporis, euomentem autem diebus singulis bilē pallidam. Censui ergo & oportere excrementa considerari, & habebant minimum bilis. Coniecta vi ergo huic porum biliosum succum egurgitatem,

A non paruum sui partem in pylorum ventris mittere, ut in quibusdam animalibus apparet. Ex quibus constat, in ijs quæ non sunt sensui manifesta, multa conferre ad cognitionem, & cognitionem eorum, quæ ex dissectione apparent, & actionum & vrilitatum inuentionem. Quicumque ergo dignoscendi artem habere vult corporum ut nunc dicitur leforum, in anatomicis ipsi laborandum est, & inuentionibus actionum & vrilitatum. Scriptum autem de omnibus seorsum in alijs operibus, de quibus in fine totius sermonis dicitur, ut discendi cupidi sciant, quidvis eorum quæ cupiunt discere, ex qua maxime tractatione colligi oporteat. Sed de his satis.

Non retulit Gale. hæc solum, quod hæc solum intelligi posse de compositione illegitima partium internarum putaret, sed quod hæc solum eo tempore succurrerent. Cæterum re vera possunt intelligi multo plura. Procedit verò tota hæc coniecturæ ratio, ex cognitione formationis, & vsus singularum partium ut Gal. ipse docet. Nam qui sciet hæc, sciet quid præstet animanti cuiusque partis magnitudo & numerus, & figura, & positus, atque hinc colliget quid mali possit afferre quæuis formationis commutatio, atque si prudens est quodcunque vitium formatio peperit sciet in propriam causam referre. Vitium autē est aut læsio actionis alicuius, aut apparatus ad morbum aliquem, quod si ex solo compositionis vitio nasci potest, nulla distinctione adhibita causam agnoscemus: si verò etiam ex alijs causis, iis exceptis, argumento accepto ab iis, quæ non adsunt. Quod si sensus etiam conferre possit aliquid, eius quoque iudicium adhibebimus. Velut quoniam Ga. didicerat ex dissectione vesicam fellis, quam ut expurger sanguinem à bile natura formauit, via quadam in intestina gracilia solere quotidie eam pellere, sciensque naturam eam viam in intestina implantasse, non in ventriculum, ut quæ melancholiam defert è liene, ne quotidiano vomitu bilis animal infestaretur, & malis alijs, quæ eum vomitum erant consecutura, intelligit si vitio formationis in pylorum aut ipsum ventriculi fundum esset implantatus, oportere ut biliosus vomitus quotidie accideret, at non statim si acciderit is vomitus, oportere ut is formationis error contigisset, cum possit multa bilis copia in bilioso homine, aut qui vratur bilioso victu, eius vomitus esse causa. Opus ergo fuit alijs distinctionibus. Certe si ob abundantiam bilis foret, omnino homo esset biliosus, & deiectiones in eo biliosæ, sed neutrum horum aderat. Ergo ex particulæ vsu & iis quæ non aderant, aperte intelligebatur, viam fellis in pylorum implantari. Eadem ratione si quis neque vtens

victu melancholico, neque alioqui melancholicus, esset plus satis famelicus, & quotidie nigrum vomeret, neque nigrum etiam deiceret, aperte ego intelligerem, huic in sublimiorem ventriculi partem, quam aliis hominibus solet viam quæ à liene venit inferi, in aliis tamen non sit opus distinctionibus sed ipsa læsio rectâ in causam ducit. Velut si optici nerui, ut fert Gal. sententia, intra cranium coirent, ne res viderentur duplices: profecto si quis refferret (retulit verò iam mihi quidam) videre se semper res omnes duplices, putandum foret ei neruos non coaluisse: sin minus, putandum est auersas quidem esse à se ipsis ratione aliqua pupillas etsi id non appareat inuenti in hominem. Si quis natura sua, ac semper dilatat thoracem multum, aeris tamen copiam non trahit pro dilatationis magnitudine, angustas profectò habet pulmonis vias. Si cui natura sua cibi difficile descendunt è ventriculo, angustiam habet pylori. Hæc actionum naturaliter exempla sunt læsarum. Frequens morbi alicuius incurso potest etiam compositionis vitium aliquod naturale ostendere. Velut si quis frequentius ileo corripitur solet nimiam gracilium intestinorum angustiam habere putandum est, quoniam scilicet crebro obstruuntur. Frequens icterus, atque multo magis perpetuus, qualem in quibusdam animaduerti, significare potest exiguitatem vesicæ fellis, aut viarum eius, non certè simpliciter neque euidenter, sed adhibitis quibusdam distinctionibus & probabiliter. Si scilicet de obstruentibus non curatur homo, neque summe biliosus est alioqui, neque bilioso semper victu utitur. Si mulieri crebro supprimuntur menstrua, & cum magno dolore profluunt, cum lumborum, tum etiam femorum citra victus malitiam, magna viarum vteri angustia significatur. In multis etiam præstare potest sensus magnam partem cognitionis, velut de ventriculi figura, positu, & magnitudine, & magnitudine vesicæ. Gal. dicit, atque fortasse etiam in vtero gerente possis aliquid de vteri magnitudine cèserè. Certe eius oris peruersiones digitis possunt obstetrices sentire atque referre nobis. Multa alia sunt huiusmodi, quæ qui dissectionem & usum partium calluerit, facile assequetur hac methodo. Mihi satis sit modo aperuisse coniecturæ viam. Sed quandoquidem Galenus exercitationem in dissectione, & usu partium suadet, ego illud affirmo quam minimum esse, quod aut dignotionis, aut curationis morborum, sine his assequi possis.

Quæ verò nunc, insalubria sunt corpora, hæc sunt quæ egrotant. Dignoscere oportet & hæc, quæ

A sensibus subiecta sunt, mutatione eorum quæ ipsis naturaliter insunt in magnitudine, colore, figura, numero, & positu, & differentia duritiei & mollitiei, & caloris & frigoris: quæ verò non apparent, summam quidem læsionibus actionum aut ijs quæ excernuntur, aut doloribus, aut tumoribus præter naturam, aut quibusdam horum, aut omnibus.

B In his partibus, quæ externæ sunt omnes mutationes à naturali temperie & compositione & accidentibus omnibus per se sunt conspicuæ: quare earum morbi cum sentiuntur per se, intemperies tactu, compositio vitiata oculis, tum etiam cum per se omnino sentiri non possunt, omni qualitatis mutatæ genere produntur, velut colore (ut liuidus color significare solet extrinsectionem innati calidi) & duritiei, aut mollitiei, quæ humorem, aut siccitatem indicant. Quin & fœtor in parte vulnerata, aut tumore aliquo præter naturam, aut omnino fluxione affecta malum significat. In partibus verò internis, generatim, in omnibus sunt quædam signorum genera, quibus malæ affectæ partes agnoscuntur, & in singulis sunt signa quædam propria, quæ ex earum naturali actione & usu nascuntur. Generatim dicit patientes partes agnosci, actionibus læsis, & ijs quæ excernuntur, aut doloribus, aut tumoribus præter naturam. Læsis actionibus, quoniam quæcunque actio lædatur, significat laborare proprium instrumentum illius, vel per se, vel per consensum. Quod sit cuiuscunque actionis instrumentum proprium non tam dici potest hoc loco, quam ex aliis locis peti. Quæ excernuntur aut substantiæ pars patientis particulæ sunt, atque ita ex substantiæ proprietate significant affectam particulam, aut præter naturam in quibusdam solum, aut in quibusdam partibus plerumque colliguntur, significant que ita eas partes laborare. Dolorum species esse grauâtem, tendentem, pungentem perforantem, rodentem, & pulsantem. 2. lib. de locis parientibus docet Galenus atque ibidem quosdam horum quarundam partium affectiones significare, velut pungentem. Tenuis, perforantem crassæ membranæ, grauantem partium exiguo sensu præditarum, & hæmiodiam dentium, Est enim hic præter dictos ineffabilis quidam dolor. Mirum videri possit cum Gal. lib. 1. de locis affectis cap. 5. referat signorum genera quibus agnoscuntur malæ affectæ partes, positus & priorum symptomatum, præter actiones læsas & excrementa & doloris species, mentionem facere, quorum hic facit nullam: hic rursus tumorum præter naturam meminisse, quorum illic non meminit.

meminit: tamen ego illud semper monere A
soleo in diuisionibus, quanquam eiusdem
rerum generis diuersæ sint, haud multum
interesse, si res intelligatur vt oportet: ple-
runq; enim res eadē hic vno, illic alio nomi-
ne intelliguntur. Velut quod illic dixerit
positum, hic tumorem præter naturam dic-
cit: nam tumor præter naturam haudqua-
quam significare potest locum patientem
nisi per positum. Non enim quoniam est tu-
mor hepar laborat, quæuis enim pars po-
test intumescere, sed quoniam in dextro hy-
pochondrio. Verum satius fuit dicere posi-
tum vt illo loco, quoniam et si tumor non
nisi per positum significare potest partē ta-
men positus non per se solum tumorem, sed
etiam per calorem aut frigus, & sudorem, &
dolorem significare potest. Neq; mirum est
exactius docuisse hæc signa vbi ex professo
de locorum patientiū dignotione disputa-
bar, quam hic vbi obiter. Ex proprijs morbi
signis dixit illic agnosci locum, idque ve-
ritimè. Nam cum quidam morbi quibus-
dam partibus proprij, quidam familiares
sint, certè cognitio morbi, quæ ex signis pro-
prijs procedit, ducet in partem. Velut color
pallidus cutis ducit in hepar, quoniam mor-
bus regius hepatis familiaris est. Ceterum hic
omisit hæc accidentia, quoniam signa, quæ
per se indicant partem volebat scribere, acci-
dentia autem propria per se affectus sunt,
partis per affectum. Quæ tamen affectus si-
gna sunt noluit hic referre, quanquam pro-
fecto ad huius partis perfectionem non pa-
rum videtur facere. Proinde ego in hunc lo-
cum ex alijs Gale. trāsferam. Nam qui com-
parauerit methodum qua possit inuenire
cuiusvis partis, quamcunq; affectionem, is
profecto nihil in hac medicinæ parte, quam
pathologicam dicimus, desiderabit. Vt locus
malè affectus agnoscitur actione læsa, ita af-
fectio ipsa specie læsionis. Velut si concoctio
prima vitata est ventriculus laborat: si cibi
acescunt frigida passio est. Excrementorum
etiam species significat affectionem, velut
arenulæ calculum, surfures scabiem, rama-
ta dysenteriam. Natura quoque loci præstat
nonnihil ad cognitionem affectus, vt quo-
niam renes dolent suspitio est calculi. Dolo-
ris etiam species est in hoc signorum gene-
re, vt dolor pulsans indicat phlegmonem,
rodens vlcus, tendēs distentionem vt diru-
ptionis videatur periculum imminere. Præ-
ter hæc omnia, sunt alia quæ propria acci-
dentia vocatur, affectionum signa, quæ qui-
dem sunt in tertio genere signorum, quæ
Gale. libro de differentia sympto. vocat qua-
litates mutatas, vt nigrities & ariditas lin-
guæ significat causam, rubor maxillarum
perineumoniam. Sed hæc alijs locis dicta
sunt fusius.

*Particulatim autem affectiones morbidæ cere-
bri, aut de mente speciebus, aut sensuum aut ima-
ginationum læsionibus, aut liberarum actionum,
aut excretionibus per palatum, nares, aut aures, aut
differentijs dolorum quæ in ipso sunt.*

Species dementiae sunt læsiones interno-
rum sensuum, non vt cunq; lædantur,
sed cum deprauate operantur. Nam si minui-
tur imaginatio, facultas est: si ratio, amentia;
si memoria, obliuio magis quam dementia,
aut insania, vel delirium. Rarè inuenias se-
orsum illas insaniæ species, ac fortasse de-
prauatam memoriam, nunquam sine alio-
rum sensuum deprauatione: inuenire ta-
men possis priores seorsum singulas. Atque
id in melancholicis multo magis quam
phreneticis. Ergo insania accidit cum ce-
rebrum laborat phrenicide, aut lethargo,
aut melancholia aut mania, aut paraphreni-
tide, hoc est delirio per cōsensum. Sensuum
læsiones esse possunt, internorum, aut ex-
ternorum: internorum læsiones, quæ non
sunt insaniæ, significant frigidam, aut hu-
midam aut vtramque passionem: externo-
rum sensuum, & actionum liberarum vi-
tia, significant etiam cerebri passionem.
Quoniam omnis sensus & voluntarij mo-
tus initium est cerebrum, cumque est toto
corpore priuatio sensus & motus, aliqua a-
poplecticarum passionum significatur. Hæ
sunt apoplexia, cathocus, aut carus: cum
altero latere, significatur paralysis. Si toto
corpore est priuatio sensus, & deprauatio
motus significatur Epilepsia. Excretionibus
per palatum nares, & aures, quoniam hæc
sunt cerebri emunctoria, nonnunquam di-
ctæ passiones, nonnunquam grauedines &
cathari significantur: differentijs dolorum
etiam significantur multa cerebri mala: quo-
niam et si eius substantia, nullum habeat sen-
sum, nisi forte exiguum, tamen membranae,
& nerui in eo dolore magnopere possunt, &
solent. Ita dolor alterius lateris in capite si-
gnificat hemicraniam, dolor magnus to-
tius cephaliam, grauās quidam dolor, mul-
titudine sanguinis in capite, pulsans phle-
gmonosam affectionem.

*Eas autē quæ in corde & ex dyspnœe speciebus,
& illius palpitationibus, & adhuc illius, & arte-
riarum pulsibus, & celeritate, aut tarditate iras-
cendi, & febribus, & refrigerationibus, & coloris
differentijs, & doloribus qui in eo sunt.*

Respirationis speciem mutat cor, quoniā
et si instrumentum respirandi non est,
tamen respiratio est in animante illius gra-
tia: proinde Gale. ipse r. de locis patientibus
cap. i. dicit, cæterum nulla à corde spirandi
difficultas oritur, præter eas quas in priori

libro diximus, cum de dyspnœa sermonem haberemus. Etenim super calfactum spirationem efficit magnam, & crebram, & celerrimam, ac calidum in super spiritum resstat: contra refrigeratum exiguum reddit respirationem, & raram. Has itaque spirationis differentias cordis passionem significare dicit, quare cum species dyspnœæ dixisset, fortasse posset tacere febres & refrigerationes. Nam illæ species dyspnœæ significant has cordis intemperies. Palpitatio cordis nonnunquam accidit ex manifesta causa, ut in territis mulieribus, aut pueris: hac excepta, ex compressione cordis non potest liberè pulsare nascitur, quam compressionem multa aqua, intra pericordium vocatam tunicam facere solet. Pulsus pleræque differentiarum non naturales significant cordis passionem, quoniam vis pulsandi in eo est promptitudo etiam nimia, aut tarditas ad irascendum insolita, cum motus hi sint eius animi partis quæ residet in corde illius affectionem significat, quæ aut propria est in ipso corde, ut cum illius calida intemperies iracundum, frigida tardum facit hominem aut per consensum, ut cum vitio hepatis bilem multam generantis instigatur corpus satis ad iram, differentiarum colorum percutem non sine causa affectionem declarant. Nam coloris nostri splendor, & vigor, spirituum vitalium & arterialium sanguinis influxu seruat: proinde quibus innatum calidum debilitatur color liuescit, & pallidi aut decolores fiunt, quibus deliquium animi imminet, dolores quidem in corde ipso fieri possunt (nam in sentientibus partibus est) tamen cum magnas & repente ingruentes passiones non possit nisi magno cum periculo sustinere, per paucos eorum, qui dolores cordis esse vulgus putat cordis ipsius esse putauerim, sed oris ventriculi, aut pericordij, aut partium in sinistro latere. Vocari verò possint illius dolores, qui per pericordium ad illud pertinent, ut cerebri qui per meningas, raro tamen & cum syncope, aut ob vulnus, aut phlegmonem aut veneni, qualitatem syncope imminet, dolere solet ipsa cordis substantia per se. Nescio cur inter signa patientis cordis animi deliquia & syncopas omiserit. Fortasse quoniam hæc cum aliorum quibusdam semper coniunguntur, aut succedunt: ut cum mutatione coloris deliquium animi, cum palpitatione aut dolore nonnunquam syncope. Sed distinctioris doctrinæ gratia melius fuerit horum quoque meminisse. Exolutio enim aut deliquium debilitatem eius virtutis quæ in corde est, ostendit.

Eas autem quæ in hepate, & ex succorum penuria & redundantia, & ex mutatione in id quod

A *præter naturam, & ex coloris defectu, præterea & ijs quæ mutata sunt in distributione, & nutritione & excrementorum euacuatione. Sed grauitaribus quæ in ipso & tumoribus & doloribus, non ijs solum quæ in eo sunt, sed & ijs quæ per sympathiam sunt in aliqua dyspnœæ specie & tussi.*

Quoniam officina propria sanguinis generationis hepar est, dicit ex redundantia aut defectu succorum, aut mutatione in qualitatem alienam à natura agnoscere hepar esse malè affectum. Certè mala qualitas sanguinis merito illi imputatur, atque proinde in omnibus cacochymijs suspicamur eam esse affectam sedem. Quanquam potest etiam mala qualitas sanguinis in habitu corporis apparere ob partis alterius vitium hepate benè habente, ut biliosa ob vesicam fellis, melancholica ob lienem, serosa ob renes. Cæterum multitudo aut paucitas sanguinis præter omnem qualitatem malam, mihi nullam passionem hepatis significat. Nam in causis plæthoræ, quæ sine omni cacochymia est. Nemo vitium hepatis recenset. Sed aut multum est sanguinis quoniam generatur multus, aut quoniam dissipatur paucus. Quod paucus dissipetur in toto habitu corporis est, aut in otio: generari multum si generatur bonus, nullum visceris vitium sed cibi copia facit. Iam verò si paucus est sanguis, etiam si satis multo cibo vitur homo, causa est quod dissipatur multus, vel ob totius corporis calores & raritatem, vel ob magnam exercitationem. Nam si ob calorem hepatis dissiparetur, ut fieret paucus ita & biliosus: si verò ob frigus generatur paucus, certè fieret & pituitosus. Quod si ponas paucum fieri per debilitatem tractricis in hepate, tantum ut etsi satis multum cibi ingestum sit, paucum tamen in hepate trahatur, ut paucus sanguis generetur, certè refrigeratum hepar ponas. Quare duorum alterum eueniet, vel ut pituitosus sanguis fiat, vel ut tãto dissipetur minus, quanto minus generatur, atque ita non paucus, sed mediocri copia sanguis fit. Quare multus aut paucus sanguis præter vitium omne nullum hepatis malum significare potest. Defectus coloris per totam cutem, sanguine non benè confecto partes intactas esse significat, quare vitium sanguinis & hepatis morbum, & ijs quæ mutata sunt in distributione alimenti, & nutritione & excretionem intelligimus malè habere hepar. Nam sæpè non nutriuntur benè partes, quoniam hepar non trahit ex ventre, quare cibo è ventre non diducto & profluuium ventris, & infelix nutritio contingunt: quin etiam partes nutriuntur malis succis ut per leucophlegmatiam, hepate imputatur:

tur: & species eorum quæ excernuntur significat pati hepar, velut vocatos hepaticos produnt deiectiones similes diluto sanguini: & exigua, nigra & splendentia vrentem hepatis intemperiem. Quin dolor grauius in dextro hypochondrio, significat multitudinem detenti in hepate succi, vel cum tumore præter naturam, vel sine eo. Tumor etiam & dolor ex compressione in dextro hypochondrio significat phlegmonem hepatis, adhibita distinctione an in musculis abdominis sit. Dolores etiam nõ illi solum, qui in ea parte sunt, sed qui in alijs quæ ei consentiunt, cum quibus quædam dyspnœæ species, & tussis coniungi solet. Velut inflammationem hepatis agnouit Gal. in eo medico ad quem eum Glauco venire fecit, ex dolore clauiculæ & costarum infernarum cum respiratione parua & crebra, & tussi.

Ita autem & in ventre, ijs quæ in concoctione & appetitu humida, aut sicca oblationis, aut excrementorum excretionem errata sunt, eodem modo & singultibus, ructibus, nausea vomitibus, & ipsis eorum quæ euomuntur speciebus.

Vitia primæ concoctionis significant malum ventris, & quæ contingunt circa appetitum cibi, aut potus (nam hæc videtur vocare oblationem humidam aut siccam) nam concoctio & appetentia ad ventriculum pertinent: hæc secundum os eius magis, illa secundum fundum. Velut cui acceperint cibi, frigus, cui putruerint aut acrimoniam comparauerint, calor in ventre est. Qui appetit humida, siccus: qui sicca, humidus præter naturam est, nisi ea naturaliter appetat, & mulieres pica laborantes alienos à natura cibos appetunt, quoniam talibus habent ventriculum imbutum. Excretionis etiam quæ deorsum sit vitium, significare potest passionem ventriculi, velut cum deorsum emittuntur cruda, & qualia ingesta sunt agnoscimus ventriculi facultates, reperiendi, & concoquendi, esse debilitatas. Singultus est motus ventriculi conuulsioni similis, quo se contrahit ad excutiendum, cum irritatur. Quin etiam per desiccationem eius partis nonnunquam accidit. Nimirum vt Hippoc. in Aph. docet eisdem causis, quibus conuulsio, fit. Quare inanitionem, aut repletionem, aut irritationem præter naturam in ventriculo significat. Ructus ventriculi etiam motus est, sed alio modo: cum scilicet se comprimens expellit per os flatum qui ei molestus est: iuuatur verò hic motus sæpè, vt & vomitus, opera musculorū. Nausea est velut initium quoddam vomitus. Cum enim ventriculus irritatur qualitate aliqua molestata, ac proinde cibum nõ apprehendit, sed auersatur, & fastidit, nauseare di-

A citur: hunc cum pellit, vomere. Vomitus autem fit in quibusdam citra morbum omnem. Sed duobus modis ventriculi morbum aliqueum significat, quantitate, vt cum multus creberq; vomitus fit, & nihil, aut parum retinetur: aut qualitate, nam mala qualitas eorum quæ vomuntur significat, vomitum, et si multus non sit, non esse naturalem, sed ex morbo. Ventriculi itaque passionem has habent peculiare notas.

B *Et quidem quæ in thorace, difficilis respirationis speciebus, tussibus, doloribusq; in illo, differentia eorum, quæ extulsiuntur, & morbos in aspera arteria dyspnœa & tussis, & eo in loco dolor, & quæ excreantur, & vocis lesiones significant.*

DE difficilis respirationis speciebus scriptum seorsum proprio opere Gal. modo illud vnum scire expedit differentia difficilis respirationis agnosci morbos thoracis, & asperæ arteriæ, velut inter cætera signa difficilis respiratio significat pleuritidem, & perineumoniam, & inflammationem septi transversæ, & orthopnœa significat obstructionem asperæ arteriæ, neque verò solum hoc verum est, sed & illud quoque cum respiratio actio thoracis sit propria non posse eam modo quopiam lædi, quin thorax perse, aut per consensum patiat, nisi per voluntatem permutetur. Hoc enim semper excipere oportet, in actionibus voluntarijs, cuiusmodi respiratio est. Tussis est talis thoracis & pulmonis motus, qualis sternutatio cerebri conante thorace expellere id quod incidit in viam spiritus, aut quod in aspera arteria irritat, atque adeò tussis ad asperam arteriam magis pertinet, sed vtriusque partis morbos indicat asperæ arteriæ, vt cum ob eius asperitatem tussimus. Vt accidit ijs qui vociferati sunt, aut ob frigidam intemperiem, vt ijs qui frigidum aërem inspirant solet accidere: thoracis, vt cum ex inflammatione resudat in asperam arteriam aliquid velut in pleuritide, quomodo etiam aliarum partium mala significat tussis compatiens aspera arteria, velut destillationem e capite. Et inflammationem hepatis, & hydropem nonnunquam, sed tussim morbum hepatis significare dictum prius est. Dolor etiam significat vtriusque partis mala, nimirum vtraq; earū pati potest affectiones dolorificas, sed distingui iubet Gal. positum, nimirum significat laborare thoracem dolor, qui in illo, asperam arteriam qui in eo loco, sed præter positum doloris species potest ad hanc distinctionem plurimum: pungens enim thoracis membranæ, arteriæ mordens plerūq; esse solet differentia quoque eorum, quæ extulsiuntur, siue excreantur significat malū vtriusque partis velut spurū quoddam tenue

tenue inflammationis thoracis initio ex-
creari solet, laborante pulmone spumofum,
& nonnunquam quod substantiam ipsius
refert. Iam verò arteriæ partes nonnunquam
excreari Gal. ipse docet, refertque quendam
bronchi magnam partem extulisse vnde vl-
cus in arteria esse ipsis oculis agnoscere lice-
bat. Læsiones vocis quomodo significant
palsiones asperæ arteriæ, dictum est prius
atque eæ læsiones ad eam magis pertinent,
quam ad thoracem, quoniam proprium vo-
cis instrumentum ea est, non thorax, sed si
thorax est respirationis, & respiratio est ma-
teria vocis, constat posse vocem vitari ob le-
sionem thoracis, patiente scilicet arteria per
consensum. Sed horum plæraq; in opere de
locis patientibus ipse Gal. pertractauit, cum
quo hæc artis pars est coniunctissima.

*Ita autè & in alijs omnibus partibus ex tumore,
& dolore, & læsione actionum atq; etiam eorum
qua excernuntur differentia cognitiones erunt.*

Hæc prius dixerat, repetit autem modo
vt explicet quatuor hæc genera signo-
rum velut de tumore statim dicit.

*Tumores autem eos qui præter naturã in phleg-
monis, & scirrhis & œdematis inuestigandum.*

Non explicat quo modo tumor præter
naturam significare possit locum pa-
tientem, quod videbatur esse præsentis in-
stituti, sed id ego iam feci nuper dicens tu-
morem per positum id posse præstare. Gal.
dicit species tumorum præter naturam non
quidem omnes sed præcipua quædam ge-
nera, ad quæ reliqua omnia rediguntur, quæ
libro proprio cui titulum fecit de tumoribus
præter naturam executus est, hoc in loco
constat nomine phlegmonis intelligi tumo-
res omnes calidos, alioqui biliosos tumo-
res esset oblitus: Dicens tumores, addit eos
qui præter naturam, hoc addit, vt à tumo-
ribus naturalibus partium distingat, aut vt
ab ijs, qui etsi tumores præter naturam sint
crescentibus substantijs naturalibus fiunt, ve-
lut super crescentis carnis moles & pterygiõ
in oculo. Nam neque hi tumores sunt in
aliquo illorum generum phlegmonis dico
scirrhi, aut œdematis, sed de his tumoribus
alijs locis satis multum disputatum est à me
& ab ipso Gal.

*Dolor autem quemcunque locum obsederit aut
continuitatis solutionem, aut alterationem cõfer-
tim ingruentem indicat. Soluitur ergo continuitas
sectione, corrosione, compressione, & retentione. Alte-
ratur autem substantia calore, frigore, siccitate, &
humore.*

Videtur non tam pertinere ad hanc par-
tem operis distinguere causas doloris

A quam species, quoniam non tam cõperat
docere signa affectionum præter naturam,
quam locorum laborantium: & quæ pars
laboret, agnoscere possumus ex specie dolo-
ris, vt antea dixi, ex causa non possumus:
quæuis enim potest intemperiem, & solu-
tionem pati. Verum Gal. in hoc opere non
docet quomodo dolor significet laborantẽ
locum aliter quam per positum, scilicet quæ
pars dolet ea laborat: quæ pars doleat posi-
tum indicare vult, vt certè tyronibus indi-
cet, atq; vt insinuet ex loco, quẽ obsidet lo-
cus agnosci quæ pars doleat, dicit dolor
quemcunq; obsederit locum, vt probet do-
lentem partem laborare morbo simulq; do-
lendi causas doceat, addit, aut continuitatis
solutionem, aut alterationem confertim in-
gruentem indicat, rursusq; solutionis mo-
dos & alterationum species refert: ego nec
quid huic doctrinæ deesset, species doloris
antea adiuxi. De doloris causis magna inter
médicos huius seculi contentio est, quin &
ante aliquãto superiores. Alijs causam per se
doloris in solutione sola esse, alijs in sola in-
tèperie, alijs in vtriusq; putantib. Tamẽ hæc
litè ego lib. 5. cont. diremi opinionibus om-
nibus satis examinatis, qui volet singularũ
argumenta perpendere, & probabilitatem
(velle autè debet omnes studiosi) legat cap.
5. illius libri: modo illud vnũ dicam, dolendi
causam esse corruptionem quemcunq; quæ
repente ingruat, neq; omnino exigua sit, do-
lor enim est aut tristis sensus, aut sensus tri-
sticia, tristitia autem afficitur sensus, cũ senti-
tur passio corrumpens partis naturã. Quan-
doquidẽ ergo vtraq; intemperies inquã &
solutio per se est corruptio nature, per se erit
vtraq; doloris causa cum repente ingruit. In-
gruit solutio repente cum pars secatur, ero-
ditur, comprimitur, distenditur, aut aliter
soluitur, videtur enim aliter posse solui, vt
cum pungitur calor aut frigus per se ingruere
potest repente, quoniam hæ violentæ
qualitates sunt & efficaces, siccitas per se nõ
potest, hanc tamen etiam inuehit repente
calor in vstionibus, humor non potest in-
gruere in partem repente, tamen potest suc-
cus humidus influere in partem repente qui
dolorem excitet. Vt iam humida etiam in-
temperies possit, vt cunq; doloris esse cau-
sa, sed hæc fufius dixi cap. 6. dicti libri contr.

F *Leditur autem actio tribus modis, aut languidè,
aut prauè, aut nullo modo facta.*

VT cunq; actio neq; omnino sublata, ne-
que minuta læsa sit prauè agi dicit Gale-
nus, itaq; in prauis actionibus intelligitur ea
quæ plusquam oportet aut intempestiue a-
gitur, aut vt cunq; aliter malè, vt dolor vi-
tiata actio dicetur, quoniam est sensus cum
tristi-

tristitia. Argenterio placuit maioris distinctionis gratia addere plura membra in partitione horum symptomatum. Liceat sane, modo interim nō putet, errasse Gal. qui tria tantum læsæ actionis genera posuerit. Nam in re nihil interest per plura genera partiri, aut pauciora, quorum quædam ad alia redigantur: atque hæc partitio tanto plus artis habet, quanto paucioribus differentijs continetur.

Quæcunq; autem excernuntur, alia quidem ut partes earum quæ male affectæ sunt, alia autem ut excrementa, alia ut in ipsis secundum naturam contenta, quodcunque faciet propriam indicationem. Dictum autem est de huiusmodi omnibus multū in opere de locis patientibus, quod nullus ante nos in methodum redegerat, aut ad perfectionem deduxerat, ut neque aliud quodpiam eorum, quæ exorfi fuerant antiqui, non perfecerant tamen. Igitur ægrotantium corporum ex illo opere discere oportet signa, eorum verò qui ægrotaturi, aut sani futuri sunt, ex hoc quod methodus est.

EXcernuntur nonnunquam ex partibus male affectis, quædam ipsarum particulae, ut ex intestinis ramenta, ex vesica fursures, ex renibus carunculæ, excernuntur etiam excrementa ut ex intestinis fæces ex naribus mucus: excernuntur nonnunquam quæ in partibus naturaliter continentur, etsi excrementa non sint, ut ex venis sanguis funditur, ex ventriculo euomitur chylus. Quæcunque horum habent significationem propriam partis quæ male affecta est, ut ramenta intestinorum significant dysenteriam, fursures scabiem vesicæ, fæces alui intemperies intestinorum sua qualitate produnt, effusio sanguinis venarum laxitatem aut vlcus, vomitus chyli ventriculi debilitatem. Sed de his Gal. præsentis opere non potuit, nisi breuiter dicere, est enim hæc breuis quædam methodus, qua omnia quæ in arte vtilia sunt, non pertractantur, sed attinguntur solum, atque id esse suum institutum in initio declarauit. Docuit verò ea omnia diffusè satis libro de locis patientibus cui ego scholia adscripsi & emisi nuper.

Quæ ergo sunt in ægrotaturis speciem habent in medio eorum, quæ benè valentibus & ægrotantibus accidunt. Secundum naturam enim omnia, sanis adsunt, præter naturam autem ægrotantibus, quatenus ægrotant. In medio autem horum sunt quæ morbosos significant, cū sint nonnulla in genere eorum quæ secundum naturam sed quantitate, aut qualitate, aut occasione mutata: quedam eorum quidem quæ præter naturam, sed minora ijs quæ sunt in morbis. Atque ob id dispositiones ipsæ corporum quæ ægrotatura monstrantur in neutris

A sunt, quæ ipsas indicant signa. Primum enim hæc sanitatem indicant, secundo autem morbos, & sunt eadem signa secundum habitudinem ad aliquid neutra & insalubria: ut quæ presentem dispositionem indicent neutra, ut quæ futuram præmonstrent, insalubria. Eadem ratione & quæcunque in ægrotantibus apparent signa salutaria dicentur quidem salubria, quoniam futuram sanitatem præmonstrant: dicentur autem & insalubria, quatenus presentem egritudinem indicant.

B Atqui constat quæ amborum signa sunt, dici quidem neutra secundum quoddam significatum huius vocis neutrum. Nihil autem mirum eadem signa tres rationes habere in diuersis habitudinibus, salubria & insalubria & neutra appellata. Altero autem significato, quæcunque ex morbis conualescentibus adsunt signa, quo, arbitror, & quæ in senibus sunt, hæc ergo omnia multis subiacent & conceptionibus & rationibus: quæcunque autem sine querela sanis adsunt soli salubrium conceptioni, & quæ ægrotantibus non præmonstrantia futuram salutem soli & hæc subiacent conceptioni insalubrium. De his igitur deinceps dicetur. Quæ autem prænuntiant futurum morbum percurramus prius. Cum autem sit duplex eorum differentia, proponemus prius, quæ quantitate, aut qualitate, aut tempore non ipsis proprijs speciebus mutata sunt à naturalibus, ut appetentiam ciborum intentam aut dissolutam, aut non consueto tempore, aut ciborum inconsumptorum, aut excretionem excrementorum alimenti, pauciorum, aut plurium, aut humidorum, aut duriorum. Ita autem & humidorum excrementorum, penuria & redundancia præter id quod est secundum naturam, aut coloris, aut consistentiæ mutatio, aut temporis euacuationis. Vigilia etiam & multus somnus aut non in tempore consueto. Ut hæc verò ita & in potu pluri, aut pauciori, calidi aut frigidi desiderium præter consuetudinem. Ut quidem & venereorum immodici vsus, aut intempestiui appetentia, sudores plures, aut pauciores eo quod expedit, torpor ad motus, aut cum moueri tentauerint grauitas, aut fortis exolutio. Menstruorum occultatio, aut plurium vel pauciorum euacuatio, ita autem & ea quæ per hamorrhoidas. Sed & circa sum & potionem non similis atq; antea voluptas signum est futuri morbi. Ita & mentis hebetudo non secundum naturam, aut obliuio quedam inconsumpta, aut somni pluribus imaginationibus pleni quæ prius, & auditus & odoratus, & visus hebetiores, & turbulentiore, & ut semel dicam quæcunque secundum naturam sunt, alia aucta, alia minuta, alia temporibus quibusdam, aut quantitatibus, aut qualitatibus mutata. Etenim & corporis moles, & minor & maior, facta rubicundior & albidior, aut velut liuidior, aut nigrior, ructusque & steruitamenta, & status plures aut pauciores quam secundum naturam. Ita & quæ per nares, & palatum, & aures, per quæ cerebrum expurgatur,

tur quantitatibus qualitatibus, aut tempore mutata. Hæc quidem omnia generis eorum quæ secundum naturam sunt. Morsus autem ventris, aut in stomacho, aut intestinorum aliquo, aut in deiectionibus, aut vomitibus, aut mictionibus, aut aliquis alius mediocris labor, in genere quidem est eorum quæ præter naturam, nondum autem ægrotare qui ita habent dicuntur: quemadmodum neque qui capitis habent grauitatem, aut dolorem, cum nondum ob hæc in consuetis operationibus impediuntur. Et enim ægrotandi terminus hic est, in his dispositionibus. Et ob id in eo quod ad aliquid, eandem dispositionem iam & morbidam, & neutram adhuc dicemus. Nam secundum virtutem quæ facile fert, aut vincitur iam facultas, aut morbus erit, aut neutra dispositio dictarum quæuis: ita autem & quæ in sensibus non secundum magis & minus inuicem differunt, sed quæ genere præter naturam sunt, & hæc sunt morbida signa, nisi sint parua, & nondum sufficiant actiones sensuum tollere. Huiusmodi sunt in gustu cum salsa, aut amara, aut alicuius alterius qualitatis manifestus sensus sit & in ijs quæ comeduntur & quæ bibuntur omnibus, aut quin assumatur aliquid ipsa salua videtur huiusmodi. In odoratu autem cum vnam aliquam sentimus qualitatem nullare odorabili præsentem, aut cum offerentes multa & diuersa omnia ea vt similia sentimus: sepe autem neque sensus aliquis nobis est, aut velut foetentis alicuius sit, nullare foetida præsentem. In auditu autem soni & strepitus præter naturam sunt, quemadmodum & in visu quæ videntur ante oculos apparere nigra & obscura, & cerulea, & rufa, & flaua, nonnulla rotunda, nonnulla oblonga, & quadam gracilia, quadam crassa, tendi ante oculos omnia videntur. In tangendi vero sensu cum inæqualitas aliqua, aut densitas, aut grauitas, aut tensio, aut stupida, aut vlcerosa affectio apparet in toto habitu, ita autem & in quacunque parte aut tensio, aut compressio, aut morsus, aut grauitas, cum exigua quadam sint & minime firma, dispositionem neutram esse significant prænuuntiant autem morbum.

Dixit hætenus de signis, quæ præsentem sanitatem significant, & quæ præsentem morbum: quorum illa salubria, hæc insalubria sunt: modo de ijs quæ significant hominem non quidem ægrotantem, paratum tamen ægrotare quæ quidem neutra sunt, & in medio illorum posita. Nam & hæc hominum dispositio neutra est, quando quidem non omnino bene valet qui iam habet instantis ægritudinis signa, oportet autem hic meminisse, tribus modis dici neutrum signum: in prima significatione, quod significat adesse dispositionem mediam inter sanitatem & ægritudinem, in secunda quod significat neque sanitatem neque morbum, in tertia quod vtrumque, nunc hoc, nunc

A illud significare natum est. Ergo quæ adsunt in valentibus, quæ bene valent salubria: quæ ægrotantibus, quæ egrotant, insalubria: quæ bene valentibus, morbositas tamen, id est paratis ægrotare, & quæ ægrotantibus, sed indicant futuram sanitatem, neutra sunt in tertio significato: illa quoniam significant præsentem sanitatem, & morbum futurum, hæc quoniam præsentem morbum, & futuram sanitatem: atque horum vtraque licet appellare salubria, quæ significant sanitatem præsentem, aut futuram, & insalubria quæ præsentem, aut futurum morbum. Neque mirum, inquit, est idem signum esse tria hæc diuersis rationibus. Altero significato dicit neutra esse conualescentium signa secundo scilicet: quoniam significant dispositionem, quæ non est morbus (nam post perfectam iudicationem nonnunquam est) neque sanitas integra, est etenim imbecillis. **C** Similia etiam dicit esse signa quæ comitantur senium. Nimirum senium morbus non est sed ob debilitatem licet dicere, neque sanitatem esse. Sed hic neutra tertio significato percurrit, primum quæ ea, quæ nondum ægrotantibus ægrotaturis, deinde ea quæ ægrotantibus cõualituris adsunt: hæc sunt duplicia, quædam sunt genere quidem naturales res, cæterum præter naturam quantitate, qualitate, aut tempore. Quædam sunt **D** genera etiam præter naturam, scribit primum exempla illorum, deinde horum: velut, inquit, appetere cibos naturale est, sed potest fieri præter naturam ob quantitatem, vt cum minus, aut plus appetitur, vel ob tempus, vt si quis insolitis horis appetat, vel ob qualitatem, vt si quis cibos absurdos appetat: excretio etiam excrementorum, vigilia & somnus, sitis, & venereorum appetentia, & sudores, & menstruæ euacuationes, res sunt secundum naturam conuenientes animalibus, tamen fiunt quantitate, aut qualitate, aut tempore, præter naturam. Mirum videri possit, Galenum in horum genere referre hæmorrhoidas, quasi ea euacuatio naturalis sit, cum tamen alibi dicat nullam sanguinis euacuationem naturalem esse præter menstruam. Tamen considerauit hoc loco quibusdam euacuationem per hæmorrhoidas adesse consuetam, vt consuetudo eas **F** fecerit naturales. Sunt quidem genere præter naturam, sed quæ consuetæ naturales: consuetudo enim in rebus naturalibus est, quin etiam velut altera natura. Atque adesse cum hæmorrhoides consuetudine naturales factæ sunt, si sistuntur aut minus fluere incipiunt, morbi imminentis signum est. Alia etiam huius generis signorum scribit: velut motus animalis secundum naturam est, sed torpidus, aut grauis, aut exolutus præter naturam sit: voluptas gustus ex cibo, aut

bo aut potu si perit, aut mutatur magno-
 re præter naturam censetur, minaturq; mor-
 bum. Mens etiam, siue vis addiscendi, & me-
 moria, cum læduntur, & somni cum sunt
 plus solito insomnijs pleni. Ita & singulares
 sensus, vt auditus, visus, & odoratus, & gu-
 stus, & tactus hebetiores, morbos prænun-
 tiant, & vt dicatur semel, inquit, omnia quæ
 genere ac per se naturalia sunt, possunt qua-
 titate, aut qualitate, aut tempore fieri præter
 naturam. Nam & corporis moles, minor &
 maior facta, color rubicundior, aut cædior
 minatur morbum. Vel si quem gracilescere,
 aut intumescere videmus, rubicundioré soli-
 to fieri, aut cædioré, multo magis liuidio-
 rem aut nigriorem, hæc omnia suspecta sunt,
 morbiq; metum inferunt. Ita & ructus & ster-
 nutamenta & flatus plures, aut pauciores
 quam pro natura. Vbi considera suam esse
 cuiq; naturam. Est qui cum valet optimè nun-
 quam eructat, neq; omnino flatum emittit,
 hic cum emittit, timere debet morbum. Est
 tamen qui nunquam melius valet, quam cum
 flatum emittit crebro. Hic si cessat emittere
 merito incipit timere, hoc enim ei insolitum
 & præter naturam. Neque verò in his so-
 lum sed & in alijs omnibus rebus haberi
 debet ratio propriæ cuiusq; naturæ. Alij
 enim plus alijs, per palatum, nares, aut aures
 expurgari solent, quæ euacuationes natura-
 les sunt, quantitate tamen, qualitate, aut tẽ-
 pore, præter naturam, & morborum signa
 sunt. Scribit deinde exempla signorum,
 quæ sunt genere præter naturam. Morfus,
 inquit, ventriculi inter vomẽdũ, aut intesti-
 norum, in deiectionibus, aut viarum vrinæ,
 in mictu, ac deniq; omnis dolor qui non sit
 naturalis (velut fames & sitis) genere sunt
 præter naturam, & proinde symptomata
 morborum, sed cum exigua sunt citra eam
 dispositionem, quæ morbus vocari debeat
 per neutram vocatam apparent: non enim
 ita affecti ægrotare dicuntur nisi lædantur
 operationes, vt supra explicuimus, læsione
 notatu digna. Nam hic est finis morbi, hoc
 est, tunc primum affectio morbus appellari
 incipit, cum ita lædit operationes. Hinc col-
 ligit Gal. ad aliquid eandem dispositionem
 posse esse neutram & morbum, vt alteri ho-
 mini neutram, alteri morbum. Nam quo fa-
 cultas est fortior, eo actiones minores no-
 xas accipiunt ab eadem dispositione. Non
 ergo mirum si quæ dispositio robusto est
 neutra debili sit morbus. Ex hoc loco vide-
 tur fieri morbi magnitudinem ad aliquid
 dici, hoc est ad facultatem. Nam si eadem
 dispositio, quæ vni erat neutra, alteri mor-
 bus est, certè, & quæ vni morbus, alteri erit
 morbus maior. Nam si debili læsionem di-
 gnam mentionem infert, quæ forti non di-
 gnam mentionem, certè debiliori infert læ-

A sionem maiorem, quare maiora sympto-
 mata: morbus vero maior symptomatis
 maioribus agnoscitur. Cæterum præter ma-
 gnitudinem hanc ad facultatem est morbo
 sua propria magnitudo, quæ in illius confi-
 stit essentia velut febris magna est, cum est
 multus calor, parua cum paucus. Estque ca-
 lor non maior, etsi facultas sit minor. Quare
 neque morbus, sit maior, etsi facultas mi-
 nuatur, sed sit malignior, quoniam debiles
 ab æquali morbo plus læduntur quam for-
 tes. Itaq; magnitudo in essentia facit ad ve-
 ram morbi magnitudinem, magnitudo ad
 facultatem facit ad malitiam. Atq; adeo de-
 crescente facultate non crescunt symptoma-
 ta pathognomonica vocata (nã hæc essentia
 magnitudinem sequuntur) sed crescunt si-
 gna mortis, quæ crescente virtute decrescunt.
 Non tamen quæcunq; symptomata crescen-
 tia magnitudinem indicat morbi, sed solum
 pathognomonica. Quare cum pleraque si-
 gnorum salutis, aut mortis in læsione ope-
 rationum sunt, & sit vt sola debilitas facultatis
 faciat ægritudinem eam dispositionem, quæ
 cum firmiori facultate esset neutra, tamen
 maiorem aut minorem morbum non nisi
 ad aliquid, præter quam magnitudinem est
 morbo sua propria. In hoc etiam genere si-
 gnorum, quæ genere præter naturam sunt,
 dicit esse vitia sensuum, quæ non sunt secun-
 dum magis & minus. Vt si minus auditur,
 aut videtur, ad primum genus pertinere di-
 cit, si videntur obuersari ante oculos quædã,
 aut semper in auribus est tinnitus quidam
 ad hoc genus, quoniam etsi ipsum videre &
 audire sit secundum naturam genere, hæc
 tamen vitiorum genera sunt præter natu-
 ram. Certè hæc omnia possent in primo ge-
 nere referri, sunt enim sensus actu qualitate
 à naturalibus diuersi. Hic verò considerat
 non sensus vitiatos, sed vitia sensuum: nihil
 refert, modo intelligatur res. Nam diuersis
 rationibus ad diuersa genera res eadẽ per-
 tinere nihil habet absurdum, sed considera-
 dum est meritò Galenum dicere omnes has
 læsiones, si exiguæ aut non firmæ sint neu-
 trorum dispositionum esse, si sufficientis ma-
 gnitudinis & fatis firmæ, esse morborum.
 Nam & ipsæ dispositiones vt sint morbi, duo
 hæc habere debent, magnitudinem quan-
 dam, & firmitudinem, sæpẽ enim ardet ho-
 mo ex ira non minus quã ex febre, sed quo-
 niam non habet firmitudinem ea dispositio,
 quia statim placato animo cõquiescit, mor-
 bus non vocatur, quanquam profectò dum
 durat, multas actiones manifestè lædit.

*Quæcunq; autẽ in iam ægrotantibus sunt signa,
 alia quidem sanitatem indicantia, alia autem mor-
 tem. Salubria quidem prima, alia verò genere qui-
 dem insalubria. specie autem lethalia dicuntur. At-*



cipiuntur autem, ut dicatur vinctissim, ex virtute, aut vitio actionum: particulatim autem ex singularum partium actionum, quarum genera prius dicta sunt: primum quidem principum secundum earum, quæ ab his nascuntur: tertium habentium propriam gubernationem, accipientium verò exortus quosdam à principijs: quartum enim genus eorum, quæ tunc sunt dicta, per se quidè inutile est ad prænotiones, per accidens autem etiam ex his est aliquando prænotio: quemadmodum & ex excrementis semper. Ex his enim ratione sympathie: ex excrementis autem quoniam concoctionis, & incoctionis in ipsis sunt signa. Quare non potest fieri quin aut naturam materiam, aut materiam naturam vincere semper significet, aut neutrum alterum. Salubria ergo signa dicuntur vincere natura, insalubria autem victa, neutra verò, quæ in pugnis equalibus sunt. Signa ergo manifesta concoctionis salubria sunt: quemadmodum quæ incoctionis insalubria: quæ verò neque, coctionem, neque, incoctionem indicant, neutrorum natura sunt. Neutra etiam, quæ nunc quidem hoc, nunc contrarium significant, ut denigrati digiti. Huiusmodi etiam sunt & critica signa dictum autem est de illis omnibus in his quæ de crisi: quemadmodum & de cuiusque, actione, in his quæ de causis symptomatum. Ex his ergo oportet omnium illorum materiam particulatim colligere. Ego verò longitudini parcens, hic sermonem de signis finio, conuertor autem ad eum, qui de causis.

Sive volumus agnoscere morbum, siue morbi euentum, signa captamus ex symptomatis quæ in tribus rebus sunt, actionibus læsis, & excrementis, & mutatis quibusdam qualitatibus. Atque signa omnia sunt concoctionis aut contrarij, aut cruditatis: vel salutis, aut mortis: vel critica. Signa concoctionis, aut cruditatis sunt in excrementis, reliqua in reliquis. Sed signa salutis aut mortis vocata semper significant bonum aut malum: quanquam hoc quoque non semper eodem modo, sed in utroque est plus, aut minus, quædam enim significant simpliciter bonum, quædam valde bonum, quædam vicinam iam sanitatem, quædam tantum malum, quædam valde malum, quædam mortem. Critica partim sunt signa tantum, quæ per se neque bonum, neque malum significant, sed instare crifim: partim signa & causæ. Hæ sunt euacuationes, quæ cum ante concoctionem mala, cum post concoctionem bona sunt signa. Horum omnium exempla multa reperies apud Gal. lib. de crifibus, & de sympt. & apud Hippocratem in prognostico & Aphor. Hoc loco non erat sui instituti hæc pertractare, sed attingere. Est enim brevis hæc ars velut prima quædam delineatio totius artis. Dicit nunc signa quæ per morbos significant sanitatem futuram, salubria esse hac ratione, quæ mortem speciatim

A lethalia, generatim verò insalubria. Nimirum est vnum genus salubrium signorum, quorum alia mala tantum, alia admodum mala, alia lethalia sunt, ita etiã in genere salubrium, quædam bona, quædam valde bona, quædam salutaria admodum iam sunt. Ut somnus aut vigilia si modum excedit malum, difficilis respiratio per morbos acutos valde mala, si digiti ac pedes liuent frigescente spiritu, aut æger fertur in pedes, lethale. **B** Constare mente & ad oblatos cibos bene habere, bonum. Concoctionis signa manifesta admodum bona, perfecta admodum salutaria. Accipi dicit hæc signa, ex operationum virtute, aut vitio, ut mente constare bonum, non constare valde malum, fastidium malum, mediocris appetentia bonum. Deinde & ex excrementis, ut deiectio mollis constans & rufa bona. Nigra aut varicolor, mala. Ex qualitatibus mutatis etiam accipiuntur signa (etsi horum non meminit Gale. hoc loco) ut liuidus color lethalis: viuus & splendens bonus. Generatim dicit signa capi ex omnium actionum virtute, aut vitio, speciatim verò ex singulorum membrorum operationibus, quorum mentio facta est prius. Primum quidem ac maxime capiuntur signa ex actionibus aliorum principum: deinde & ex actionibus aliorum iuxta cuiusque dignitatem. Ex principibus & quæ illis subseruiunt, aut vtuntur signa bona, aut mala per se capi dicit: tamen quæ sibi viuunt sine facultate quapiam influente ob sympathiam solum (id est quoniam eæ partes patiuntur cum principijs) significare possunt. Ut putredo glandulæ per se quam minimum indicaret. Omnino enim perire eam partem esset leue malum: tamen quoniam potest ob languorem calidi innati in toto corpore aut corde fieri, timeri debet. In excrementis significatio est. Quoniam significant à natura morbum, aut naturam à morbo vinci, aut neutrum à neutro: quæ naturam vincere significant, salutaria sunt: (huiusmodi sunt signa concoctionis manifestæ) quæ vinci, insalutaria (huiusmodi sunt signa incoctionis, siue contrariæ concoctioni putredinis) quæ neutrum vinci, sed æqualem pugnam esse significant neutra sunt. Huiusmodi sunt signa cruditatis, quæ apparent in principijs morborum. Hæc sunt signa neutra in secunda significatione: quoniam neutra significant neque salutem, neque mortem, in qua significatione etiam critica, quæ sunt signa tantum, sunt neutra. Sed in tertia significatione hoc est quod aliquando hoc, aliquando illud significet, neutra sūt critica quæ sunt signa & causæ, ut dictum est. Et quædam signa generis eorū, quæ vocantur salutis, aut mortis, ut digiti denigrati, tales, enim vt ab eodem

eodem



eadē Gal. in com. prog. dicitur, aliquādo fiūt A cum morbus soluitur abscedente ad curem nigro succo, estq; salutare signum, aliquando cum summē debilitatur innatum calidum, estq; admodum lethale. Signa ergo quibus utimur in morbis ad prænotiones talia sunt.

Quoniam autē & harum sunt quedam salubres quedam insalubres, quedā neutra, primum de salubribus erit sermo. Quoniam autem & harum ipsarum alia quidem sunt conseruantes, alia facientes sanitatem, sunt verò & tempore & dignitate priores conseruantes facientibus, à conseruantibus incipiendum est. Cum igitur sit corpus sanum non vnum sed multiplex, vt prius est definitum, cuiq; illorum erit propria causa, quæ conseruet. Quoniam omnis causa est in eo quod in aliquid. Rursum ergo & hic principium ab optima constitutione corporis faciendum, considerando quæ ad hanc sunt salubria. Inuentionem autem illorum ipsa rei natura dicit, si enim esset sine passione & sine commutatione corpus, semper quidem maneret optima constitutio, & nequaquam indigeret arte, quæ illi præesset, sed quoniam commutatur & corrumpitur & vertitur, non retinens quam habebat à principio constitutionem, auxilio hac ratione indiget. Quot ergo modis commutatur, tot genera & auxiliorum habebit, id est, conseruantium causarum, quas constat iam vel ex dictis correctiuas esse genere. Sed quoniam statim correctiones faciunt antequam affatim appareat latio, non præseruantes à futuro malo à medicis dicuntur, sed seruantes præsentem constitutionem.

Causæ quas nos consideramus sunt quęcunq; res in nostris corporibus aliquid faciunt. Hæc possunt prodesse aut obesse, aut neutrum facere, saltem quod sentiri possit. Quæ profunt causæ salutare sunt, quæ nocent, insalubres: aliæ neutre. Possunt prodesse conseruando sanitatem præsentem, aut reducendo corpora ad meliorem, aut curando præsentis morbos, aut præseruando ab imminentibus, aut reficiendo extenuatos. Hæc enim omnia ad medicam artem pertinet sanitatis gratia facere. Quæ quouis tali modo profunt, sunt salubres: quę nocent insalubres, vt quæ corpus optime sanum à sua temperie amouent, quæ reductionem impediunt, quæ morbos faciunt, aut augent, quæ extenuant, debilitantq;e. Quæ vtunque agantur neque huc, neque illuc transferunt corpora (qualia multi medici a methodi agendi solum gratia agunt) neutra sunt. Salubres verò causæ insalubribus, & neutris, priores & præstantiores sunt. Proinde agendum de illis prius: aliæ enim vel ex his agnoscuntur. Salubrium

quædam sunt conseruantes, quæ scilicet conseruando profunt, aliæ facientes, quæ reducendo, aut curando, aut præseruando, aut roborando. Nam horum quiduis agere est. Conseruantes verò sunt dignitate & tempore priores facientibus. Nam etsi aliquanto latius, atq; vniuersim re considerata, facere contingat priusquam conseruare, conseruantur enim ea quæ facta iam sunt, & maioris virtutis sit quod non est facere, quæ quod est conseruare, tamen ad causas quibus ars medica circa corpora nostra utitur reducto sermone constat conseruationem curatione priorē esse. Quoniam curamus ægrotantes, ægrotare verò non possunt, nisi prius bene valeant. Vt ergo sanitas prior est morbo, ita conseruatio curatione. Hęc ipsa ratio suadet & dignitate esse priorē. Tanto enim melius est conseruare sanitatem, quam curare morbos, quæto melius est sanitate frui, quam eam procurare. Proinde dicit incipiendum hic esse à causis conseruantibus. Sed non est eadem ratio conseruandi corpora omnia, imo vt naturalium temperamentorum sunt multe species ita conseruandi corpora multi modi. Non enim possit ab eisde causis seruari calidū & frigidum. Nam à contrarijs seruantur ijs, à quibus corrumpuntur, corrumpuntur verò omnia à cōtrarijs sibi. Ergo contraria sunt à quibus contraria conseruantur. Igitur quot sunt species naturarum tot sunt species conseruationum. Nam omnis, inquit, causa est in eo quod ad aliquid. Hoc est nulla causa est simpliciter conseruas, aut reducens, aut curans, aut boni aliquid faciens, aut lædens, aut neutra: sed quæuis causa est ad aliquid, hęc omnia Eadem enim huic est salubris, illi noxia, alij neutra, id quod Hip. lib. de alimento perbelle scripsit dicens, ad aliquid omnia bona, & mala. Sed illum libellum proprio commentario ego profecutus sum. Gal. quoniam singulis corporum naturis est sua ratio conseruationis, à conseruatione corporis temperati incipere vult. Captare vult causas salubres corporis temperati. Primum ex fine ipsius conseruationis, deinde captauit etiam ex materia, quæ est in sex generibus rerum, quæ necessariò nos afficiunt. Si, inquit, corpus nostrum incommutabile esset, nulla arte conseruandi esset opus, nam per se duraret seruarieturq;e semper. Igitur indiget hac arte quoniam commutatur. Ergo quot modis commutari potest, tot cōseruantium causarum speciebus indiget. Potest videlicet secundum calidum & frigidum cōmutari, indiget modo quodam harum qualitatum in causis: potest secundum humidum & siccū, in hac etiam temperie indiget modo quodam causarum: potest secundum compositionem, ergo indiget causis cōseruatibus compositio-

nem. Colligit ex his causas conseruantes re vera correctiuas esse, quoniam corrigunt eam commutationem, quam corpus semper patitur. Non enim esse possunt causae, quae ita corpus nostrum conseruet, vt moueri etiam prohibeant. Nam haec in aeternum etiam seruare possent: nostrum autem corpus perpetuo alterascit. Seruantque illud causae, aliae commutativae, aliae corrigentes, idque statim, antequam commutatio aliqua manifesta corpori, qualis est in corporibus reducendis, aut praeseruandis, accidat: vt corpus, etsi moueatur perpetuo, manere tamen & conseruari videatur, ac proinde illae causae a medicis conseruantes appellantur. Dices fortasse posse causas omnes corpus temperatum versus eandem intemperiem adigere, sed adeo modice vt seruantes causae a medicis dicantur, fierique ita causas conseruantes, quae nul tenus corrigentes sint. Mihi certe verisimile fit, non posse causas omnes conspirare in eandem intemperiem, quantumuis modice, vt conseruantes sint. Nam nisi externae causae internis excrementis obfistant, ea solum sint satis ad amouendum corpus ab optima temperie. Quare re exacte perpenfa verisimile puto conseruationem causis aliquatenus corrigentibus agi.

Commutatur ergo corpus ab aliquibus necessario, ab aliquibus non necessario: dico autem necessario, his quibus non potest non abundare, non necessario autem reliqua. Nam semper versari in eo quo continemur, comedere etiam & bibere, & vigilare, & dormire necessarium ei est. Gladijs autem & feris occurrere, non necessarium. Vnde in primo causarum genere ars quae circa corpus versatur, in secundo non ita. Quaecunque igitur sunt quae necessario alterant corpus desinientes, in quocunque eorum proprium genus causarum salubrium inuenimus. Vnum quidem ex continentis aeris commercio, alterum ex motu & quiete & totius corporis & secundum partes: tertium ex somno & vigilia: quartum ex his quae offeruntur, quintum ex his quae excernuntur, aut retinentur sextum ex passionibus animi. Ab omnibus enim his necesse est corpus disponi aliquo modo. A continente enim, aut calefactum, aut refrigeratum, aut siccatum, aut humectatum, aut secundum coniugationem aliquid horum patiens, aut secundum totam substantiam commutatum. Ex motu autem & quiete virisque factis immoderatis, aut calfactum aut siccatum, aut refrigeratum, aut humectatum, aut secundum coniugationem aliquid horum patiens. Ita autem & ex somno & vigilia necesse est pati ipsum eadem ratione ex his quae offeruntur, aut excernuntur, aut retinentur. Omnia enim haec alia quidem aperte, alia autem per medias alias causas alterant corpus, & corrumpunt sanitatem. Et scriptum est de his ipsis speciatim in libro de salubri-

A bus. Omnia ergo nunc dicta genera salubrium causarum materia quadam sunt, vsu autem commodo causa fiunt conseruantes & salubres, aberrantia vero a mediocritate, insalubres sunt. Quare constat iam ex his non quidem alias substantias harum rerum externarum salubres nobis, alias insalubres putandum, sed has easdem ad aliquid, aliquando quidem salubres, aliquando insalubres fieri. Cum enim indiget motu corpus, exercitatio salubris, quies autem insalubris, cum autem quiete, salubris quies, insalubris autem exercitatio, eodem autem modo & de cibis & potibus, alijsque omnibus, quodcunque enim cum corpori indigenti admouetur, cum propria quantitate & qualitate salutare fit, oblatum autem ei qui non omnino indiget, aut non mensura, quae expedit, insalubre est. Et duo sunt hic scopi circa salubre, et insalubre qualitas & quantitas eius quod offertur. Nam & occasionem, vt aliud aliquid ab his tertium inducere, cum in dictis contineatur, non est secundum rationem. Si enim indiget corpus tali & tanta re oblata, constat, & in occasione conuenienti offerre. Et generatur quidem occasio, quod fluxile, & facile mutabile est mortale corpus, & indiget secundum mutationes alias alijs auxilijs. Quare non est genere tertium in dictis occasio. In doctrinis vero ea, saepe vt tertio vrimur, ob dictam causam. Quoniam autem in his scopis, & alia causa salubres, & propositum nobis nunc genus est, statim eas percurramus.

Modo refert materiam causarum salubrium & insalubrium. Haec est in generibus causarum a quibus alteratur nostrum corpus necessario, has enim considerat ars medica, & in his modum definit, non etiam in alijs quae casu, aut fortuna incidunt: genera causarum quae necessario alterant sunt sex, in quorum singulis potest esse causa salubris & insalubris, atque haec alterantia necessario vocantur, quoniam nostra corpora non possunt non vti illis, alterantque ea omnia nos alia: aperte ac per se, vt aer calidus per se calefacit, frigidus refrigerat, humidus humectat (ab aere enim his modis alteratur nostrum corpus, aut etiam alteratum secundum totam substantiam vt putrefactum, aut vstum) & cibus, aut potus, calidus calefacit, frigidus refrigerat: alia per medias alias causas, velut somnus humectat, & motus: vigilia, & excretionis nimiae, & ira, & tristitia, & moror siccant, haec itaque genera sunt materiae causarum. Ea sunt ambiens, quo nomine aërem praecipue intelligimus, sed & aqua cum natamus, & vestes, & denique omnia, quae nobis extra admouetur, & motus, & quies, quibus omne genus exercitationis & intermissionis intelligitur: & frictions (has enim exercitationibus etiam communerat Gal.) & somnus & vigi-

& vigilia, & cibus & potus, quibus intelliguntur omnia quæ ingeruntur, vt & venenorum, & pharmacorum potus in his sit: & quæ excernuntur, aut retinentur, quibus intelliguntur profluvia, aut retentiones euacuationum omnium: & motus animi, ij scilicet, qui pertinent ad irascibilem animi partem. In his generibus nihil est, quod simpliciter salubre, aut insalubre dici debeat, quiduis enim horum ad aliquid salubre est, atque insalubre. Nimirum vt nuper diximus omnia ad aliquid bona, & mala. Quiduis ergo eorum cum eo indiget corpus salubre est, cum non indiget, insalubre. Desiderari dicit duo in his omnibus vt suscipiantur commode, quantitatem, & qualitatem, tempus enim aut occasionem vtendi in his contineri: quoniam si cum tanta taliq; re est corpus, ea vtimur, certè & commoda occasio est vtendi. Ea enim est idonea occasio vtendi rebus cum ijs est opus. Cæterum videtur mihi Gal. hoc loco deceptus, & multò melius alibi fecisse, præter quantitatem & qualitatem, occasionis quoque mentionem faciens: nam si quispiam cum cibi solidioris libris duabus indigeret, aquam bibit, & deinde cibum ingerit, quatum qualemq; dispositio postulat, deterius profecto cibo fruetur, quam si ante aquam ingessisset, qui tamen nihil in quantitate aut qualitate cibi peccauit, sed solo ordine, quo potum ante cibum sumpsit. Neq; proinde possit dicere eum non indignisse tanto aut tali cibo cum ingessit, fecisset enim melius si aqua non epota comedisset, tamen multo fuisset grauius, epota iam aqua cibum tantum talemque non accipere. Aqua enim importune epota, ad fruendum cibo male affectit ventrem, sed capiendi cibum necessitatem non sustulit. Vt hinc constet longe diuersum esse ordinem & modum vtendi, in quo consistit occasio, à quantitate, & qualitate. Gal. quidem clarioris doctrinæ gratia permittit in doctrinis occasionis mentionem facere præter quantitatem & qualitatem, ego verò non tantum rationi consentaneum, sed necessarium quoque id esse puto, quod procedens sermo declarabit. Vocat Gal. hæc sex genera causarum externarum, quanquam nonnullæ earum intra nos sint, vt motus animi & satietas ventriculi, & ventris suppressio, quoniam vt alibi explicuimus, omnes causas manifestas recensent medici inter externas, omnes scilicet, quas græci vocant procatharticas.

Optima igitur dispositioni corporis cum temperatum sit id quod nos ambit, conuenit symmetria aliorum exacta, de quibus satis dixi, & quietis & motus, & somni & vigilia, & eorū quæ offeruntur & excernuntur. Cum autem in temperatum, tan-

tum oportet symmetrias mutare, quantum ea quæ errant, in optima temperie defecerint. Scopi autem symmetria in eo quod continet, vt neq; rigor sit propter frigus, neq; sudor propter æstum.

Incipit iam nunc docere Gal. rationem seruandi corpora temperata: ea vnico hoc præcepto constat, vt idem Gal. 2. de tuenda valetudine docet, omnium rerum adhibere mediocritatem; quæ duobus modis adhibetur, vno quidem vt omnia sint mediocria, vt si aër temperatus sit reliqua omnia temperata adhibeantur: alio, vt si quæ causa immoderatio est obiectu contrariarum corrigatur, velut si aër frigidus sit, hac causa cibo calidiori vtamur. Itaq; alter modus est in omnium causarum mediocritate, alter in repugnantia contrariarum: quanquam vt nuper diximus semper sunt causæ conseruantes in corrigentibus, id tamen non semper conspicue, sed cum inuicem contrariæ sunt. Cum possumus primo modo corpus temperatum seruare ita facimus, cum non possumus, confugimus ad secundum. Neque solum vtimur repugnantia contrariorum in diuersis causarum generibus, sed in eisdem velut in aëre modo audies. Aëris mediocritas ea censeri debet, qua neque frigus manifestum, neque calorem solet facere. Neque enim hoc aliter quam vt sentiri possit in arte defini debet. Is ergo aër, quæ plerique homines citra sensum manifestum frigoris, aut caloris sentiunt, temperatus est. Mutatur autem aër mutatione regionis, & anni temporis. Si ergo vernum tempus est, regio temperata, & oppidum bene locatum, neque in humili admodum loco, vt hac ratione calidum sit, neque in sublimi vt frigidum, neque borealibus, neque australibus flatibus plus satis expositum, nihil in aëre desiderabitur ad conseruationem hominis temperati, cum vero in hoc ipso oppido tempestas ad frigidiorē mutata erit; expedit illud cum alio oppido commutare, quod aut in calidiori in regione, aut in humili eiusdem regionis parte locatū sit: cum ad frigidiorē, cum alio quod in frigidiori regione, aut sublimi sit. Ita aër aëre corrigitur. Ea regio temperata est, quæ vere est moderatissima: hyeme enim, calida, & æstate, frigida temperatio est. Simpliciter temperata oppida, sunt quæ in regionibus temperatis sunt bene locata, & præter hæc, quæ maritima, ego verò non amo maritimarum temperiem, maximè in regionibus alio qui calidis, quippe quam pesti expositam esse suspicor. Satius ergo sit temperatum hominem temperato citra mare oppido agere vere, & alijs temporibus solum vt diximus mutare. Quod si tamè oppida commutare non pos-

fic vt lubet (pauci enim possunt) intemperies aëris corrigat, primum vestibus, deinde si id non sit satis, & alijs causis. Vsq̄ adeò non probo cõsiliũ multorum, qui censent eisdem vestibus vtendum esse hyeme & æstate, ne quid ex cõmutatione periculi fiat. Certè si quis incaute, & aëris mutatione nõ cogente vestes mutet, atque nunc simplicibus, nũc duplicibus induatur, proculdubio lædetur. Tamen si prudenter & cum res exigit, melius viuet. Si enim vestibus aduersus aëris iniurias vtimur, cur eisdem aduersus temperatum, quibus aduersus frigidiorẽ vtamur? mihi certè modum vestium aër semper finit, soleoq̄ue eadem die, nunc simplici, nunc duplici, aut nunc delicatiori, nunc crassiori veste indui, vsq̄ue adeò causas contrarias contrarijs causis corrigi censeo, sed de his satis.

In exercitationibus autem, cum primum cœperit laborare corpus, cessare statim.

Hippocratis est hæc sententia in Aph. qua definitur exercitatio moderata: est verò hæc finitio exercitationis moderatæ, non solum corporibus temperatis sed omnibus etiam sanis. Nam quanto corpus quoduis minori exercitatione indiget, tanto citius laborare incipit, & quanto maiori, tanto tardius. Laborare est defatigari, estq̄ue meta exercitationis. Est enim vt dicit Celsus, exercendum vsq̄ue ad lassitudinem, citra defatigationem: sed quoniam molestiam alij sentiunt prius alijs, ex eadem exercitatione, vt sunt delicatiores, melius est initium laboris alijs signis quam ipsa molestia sensus definire. Et signa sunt quæ Gale. 2. de tuenda valetudine scripsit, tumor quidam, & rubor musculorum, & sudor vaporosus, si quis ad hæc vsq̄ue mouetur, exerceri dicitur si plus etiam, iam non exerceri solum, sed laborare etiam. Labor verò ad tuendam valetudinem nulli est utilis, exercitatio omnibus eaq; vsq; ad dicta signa producta, quæ tanto vt diximus citius accidunt, quanto corpori minor exercitatio sufficit.

In cibis autem concoctionis perfectio, & excretionis symmetria secundum quale quantũq; equalis autē quodã modo est in his appetitus cõcoctioni, quare neq; præside indigent, qui metiatur quantitatem cuiusq; eorũ qua offerũtur Optima enim natura quantum appetit tantum etiam coquit pulchre.

Magnopere errant multi medici vulgares detrahentes benè sanis hominibus cibum quem possunt coquere, detrahunt enim non vt illi putant ægrotandi occasionem, sed naturale virtutis robur. Atque ita videas eos, qui tenui semper & nimis constituto victu vtuntur esse imbecilles, magis

A probo consiliũ Celsi, qui firmum hominẽ plurimum semper cibi accipere iubet, si plurimum coquere possit, quod Gal. quoque hic docet concoctionis perfectionem finem esse mediocris cibi quãtãtatis statuẽs. Quod nihil aliud est, quam tantum cibi capiendũ esse quantum benè coqui possit. Agnoscitur verò benè concoctus esse cibus, cum ex bono oris sapore & ructus odore, tum etiam ex excrementis, quæ benè concocto cibo, qualia quantaque in satis sano homine solent, excernuntur. Atque hic cibi capiendi modus omnibus hominibus sanis tenendus est, temperatis verò solis ille alius accipere quantum appetunt: quoniam hi appetunt, quantum coquere possunt. Frigidis erit accipiendum minus quam appetitur, quoniam minus coquitur, calidis plus, quoniam coquitur plus. Itaque qui optima natura præditi sunt, accipere debent quantum appetunt, quod tamè ne omnino fiat incaute, ita intellige. Si homo vt est temperatus corpore, ita prudens bonusque sit. Ij enim quibus deus est venter, sæpe optimas naturas multis cibis corrumpunt, cum quoniã malis vtuntur (sed de qualitate diceret postea) tum etiam quoniam nimia ciborum varietate, & multis condimentis adeò suæ gulæ blandiuntur, vt appetant plus quam coquere possint, intellige etiam si homo rectè alijs omnibus quibus victus constat vtatur. Nam qui alioqui quantum appetit posset coquere modo fortasse non poterit, vel quoniam intermittit exercitationem, vel vtitur multa, aut intempestiua venere.

Ita autem & somni quantitatem ipsa natura definit, ijs qui optimam habet dispositionem, & desinunt statim dormire, cũ nõ amplius corpus indiget.

Temperata natura sua sponte modum etiam in somno tener, tamen immoderata non ita, sed quædam breuiorem, quædam longiorem, quàm opus est, amant. Proinde videtur hoc loco opus esse, qui sit expediens, & salutaris somnus dicere. Neque quidem horarum numero definiri hoc potest, vt quidam tentauerunt ob miram varietatem naturarum, cum communium, tum etiam singularum, & ob varias dispositiones in quas corpora nondum ægrotantia, incidunt. Sed noxæ somni supra modum, aut non satis producti, moderatum somnum finiunt. Scilicet vt docet Hippoc. vigilia fortis potus & cibos crudos, & incoctos facit, & quæ in contrarium mutatio, dissoluit corpus, excoctionem & capitis grauitatem facit. Ergo satis dormitum esse putabimus, cum recens experrecti, neque cruditatis in ventre signum aliquod sentiemus, neque in vrina, si hanc quoque lubet considerare, neque exercitatio est difficilis, neque

neque corpus pigrum, neque excoctio carni-um, neque caput graue, sed contrà, totam corpus: & caput agile, sine dolore, & facilis excitationis. Id verò temperatis euenit cum primum sua sponte excitantur, excepta omni manifesta excitandi causa, calidis, siccisque tardius. Excitantur, enim prius sponte, quam satis dormierint, frigidis humidisque citius, quoniam ad nimium somnum propensi sunt. Quare illi redormire, hi excitari ab aliis plerumque debent. Cæterum quoniam consuetudo & negotia, magnam hac in re differentiam afferre possunt, magna etiam illorum ratio est habenda, ne aut quenquam ante tempus excitemus, aut plusquam res exigat redormire faciamus.

Atque hoc victu ipsis vtentibus in euacuationibus nihil delinquitur in vtre & vrinis & toto corpore. Illas enim symmetria eorum qua offeruntur, expirationem autem per totum corpus, qua in exercitationibus est, salutarem facit.

Quæ sit euacuationis symmetria nõ docet, illud potius docet, non posse abesse euacuationum symmetriam si victus talis seruetur, quandoquidem symmetriam euacuationum sensibilius, quæ per ventrem & vrinæ vias, & reliquum corpus, per palatum scilicet, nares, aures, & oculos, mediocritas eorum, quæ comeduntur, & bibuntur facit. Expirationem autem insensibilem expeditam facilemque esse facit exercitatio. Cæterum melius fuerit tentare in hoc quoque causarum genere mediocritatem definire. Id quidem in insensibili euacuatione assequi nõ poterimus, si quidem insensibilis, est quare neque quanta sit, sentire, nisi forte argumento aliunde ducto possis. Tamen in euacuationibus per ventrem, quæ quantitati ingesti cibi respondet moderata est, vrina quoque debet respondere quantitati potus, reliquæ quoque euacuationes eodem modo, atque si non respondeant alium subducentibus aut diureticis vti expedit.

Constat quoque eos oportere abesse ab omnibus immoderatis animi passionibus, iracundia, tristitia, ira, timore, & inuidia, extrahunt enim & hæc & alterant corpus à naturali statu.

Corpora temperata melius fit in omni animi tranquillitate viuere, quam passionibus aliquantisper tangi. Nam etsi veracundiam & iram calorem naturalem augere Gal. 2. de tuenda valetudine doceat, tamẽ qui temperatus est, iis ad calorem non indiget, reliquæ causæ sunt satis. & prudentiam quæ ad bonum victum retinendum facit quam maximè, mirum in modum tran-

quillitas auget. Quapropter Galenus benè facit, quilibet de cognoscendis curandisque animi morbis, nunquam irasci, sed ratione omnia citra affectus gerere iubet. Tametsi enim illud præceptum ad componendos mores magis, quam ad tuendam valetudinem spectet, tamen qui componit mores haud parum sui corporis valetudinem procurat. Temperatis ergo omnis tranquillitas salubris est. Frigidis per se quidem salubris est ira quædam, & pudor, tamen his quoque melius fuerit iram exercitatione corporis supplere, quam prudentiæ & tranquillitati animi detrudere. Ira magna, aut magnus multusque pudor, nulli est salubris, vt neque aliud quidpiam: magnum gaudium quoque (quanquam illius haud videtur. Gal. hoc loco meminisse) solet esse insalubris causa vel etiam mortifera, potestque aliquibus esse salubris, velut profecto natura sua melancholicis, cum moderatè suscipitur. Timore & mœstitia nunquam possumus vti vt causis salubribus tantum, possumus tamen vt corrigentibus aliarum causarum excessus, velut si timeamus cuiuspiam à magno profusoque gaudio, profecto non fuerit inconsultum, triste aliquid homini narrare, quo gaudium temperetur, aut etiam timeamus homini à furore & nimia ira, cõsultum fuerit timorem incutere, quo ira deferbeat. Sed quietum animum in timorem aut mœstitiam agere, nunquam ex usu esse puto.

Venerorum autem iuxta Epicurum nullus vsus saluber, re vera autem ex talibus interuallis vt ex usu nulla dissolutio sentiatur & ipse leuior se ipso factus videatur & melius spirans. Opportunitas autem vtendi, cum exacte erit in medio eorum omnium, qua illum exterius circumstant, neque nimis plenum, neque indigens, neque refrigeratum, neque calefactum, neque siccatum aut humectatum immoderate. Si autem aliquando errabitur, quam minimum sit quod erretur, melius autem calefacto quam refrigerato, & pleno, quam indigenti, & humido quam siccato corpori vti veneris.

Venerorum vsus in sex dictis generibus est re vera, partim quidem in labore, aut exercitatione partim in euacuatione. Sed Galen. seorsum voluit eius meminisse. Alij alias causas dicunt, ego quidem puto, quoniam erat inter viros doctos contentio, an esset in causis quæ possunt esse salubres & insalubres, an non. Fuit siquidem Epicuri sententia, nunquam venerem conferre ad tuendam valetudinẽ. sed semper esse noxiam. Vt hinc possis intelligere nõ fuisse Epicurum voluptatibus adeo intemperanter deditum, quã putatur vulgo, cum abstine-

ret omnino à venere, & aliis abstinere suaderet: sed indolentiam, & bonam valetudinem summum bonum esse putabat. Verum hunc missum facio. Reuera Venus ex quibusdam interuallis multis hominibus (non enim omnibus) utilis est. Multi enim grauisimis malis tentantur quoniam abstinēt à venere, sed multo plures quoniam vtuntur nimia. Moderatus autem vsus is est qui corpori nullam dissolutionem hoc est debilitatem sensibilem, infert, & facit hominem se ipso leuiorem, & melius spiratē. Hoc enim expurgato & deonerato homine, & facultate nō debilitata, euenit. Docet etiam Galenus oportunitatem vtendi venere, id quod in sola venere facit, tamen re vera ad perfectam doctrinam in omnibus illis causarum generibus faciendum fuit. De veneris opportuna hora disputatum est à me satis cap. 9. lib. 6. controu. quo confirmaui quod Gal. hoc loco docet, puta tunc esse vtendū cum corpus est in medio omnium eorum, quæ illum circumstant constitutum vocantur hic circumstantia corpus, non quidem quæ ambiunt, aut exterius occurrant, sed passiones, quæ in ipsum ingruere sæpè solent. Quæ phrasi vtentes sæpè solemus dicere multi morbi circumstant hominem. Ita verò loqui modo Gal. palam faciūt sequentia verba neque nimis plenum inquit, neq; indigens aut vacuum, neque refrigeratum aut calefactum, aut siccatum, aut humectatum. Nam plenum periculum cruditatum, si cibus nondum coctis plenum est, incidit, si coctis sed multis, periculum diruptionis vasis alicuius, si indigens, incidit periculum nimie exolutionis & extremi languoris: si refrigeratum, extinctionis calidi innati: si calefactum, febriliū & multæ putredinis: si siccatum, ariditatis, si humectatū, fluxionum multarum. Quare vtēque corpus tale quippiā patiat, noxia erit venus. Constat verò ex dictis grauiora mala esse quæ vacuis, frigidis, & siccis, quam quæ plenis calidis & humidis impendent. Sed nondum videtur dictum qua hora vtendum venere sit. Ea tamen hora vtendum erit, qua corpus in maxima dispositionum mediocritate est. Eam esse à somno ante exercitationem, loco citato ex controu. monstratū à me est. Quare agendum erit, vt Gal. in opere de tuenda valetudine iuxta sententiam Hip. 6. Epid. docet, vtendumque venere inter somnum & exercitationem, dormiendumque erit à cibo & comedendum ab exercitatione. Quare hic erit omnium causarū ordo, labor, cibus, somnus, venus. Rursumque post hanc labor, nō ita tamē, vt velut exercitationem, cibum, & somnum nullo die, quo bene valeamus, intermittere debemus, ita & venere quotidie vtendum

A sit, sed ex longioribus interuallis, vt cuiusque natura exiget. Cum autem vtendum erit inter somnum & exercitationem fiat. Neque vitupero si quis post venerem tantillum redormiat, modo illud non detrahatur priori somno, sed exercitationi sequenti. Ita enim videtur virtuti melius consuli Neque statim post laborem cibus ingerere oportet, rapiuntur enim incocti, sed sedādus prius est feruor quem exercitatio conciliauit modica quiete, aut leni ambulatione, neque mox à cibo dormiendum, sed vigilandum, quatenus cibus venter apprehendat, iique ab ipso ventriculi ore descenderint: nam aliter non aberit anxietas à somno. Itaque inter cibum & somnū, & inter laborem & cibū, & inter venerem & laborem aliquid intercedat oportet, inter somnū & venerem nihil, sed statim à somno coeundum. Atqui quāquam omnibus fere hominibus in more iam positum est, non cœnare solum sed prædere etiam & multis, dormire interdium venere verò multo satius sit post nocturnū somnum, quam post diurnum vt, cum quoniam nocturnus est productior & quietior, tum etiam quoniam lumen calor & strepitus diurnus dissipat innatum calorem: quare venerem cum maiori dissolutionis periculo homo eo tempore tentabit. His ergo causis hoc ordine, vtendum est. Sed lubet hoc loco quærere, in hac causarum successione, qui locus studiis literarum relictus sit: videtur enim nullus. Quid ergo? num ars tuendæ valetudinis ab studio & contemplatione omnino arcebit? toti erimus in roborando corpore & cute curanda? at satius fortasse fuerit: & saluti & vitæ, studendi causa detrahere, quam causa viuendi ad belluinam vitam transferri. Quod enim contingere possit, & verius, & turpius meriendi genus homini, quam in homine indignam, vitam, incidere? certè non possum dicere studia per se corpori valetudinem conferre tamen ex accidenti non parum conferunt: nam pariunt homini prudentiam, & probitatem morum, liberantque à multis vitiis. Quare cum plerique hominū vel ob insipientiam, vel ob improbitatem, aut stultè quiduis agētes, aut gula libidini que dediti bonam valetudinem corrumpere soleant, sit vt consultū sit, curare, vt is quæ bono victu vtī volumus, animi mores studiis & meditatione componat. Neque verò ego eos, qui in melancholicas passiones multis studiis assueti inciderunt, omnino à studiis arceo, quippe talibus nihil tristius contingere posse certo scio, sed ad facilliora quæ iucunda etiam sint transfero. Fit quippe talibus, tunc saltem, hæc causa salutaris. Quare ad hanc artis partem pertinet dicere qua hora studendū sit. Profecto si ro-

gare-

garemus qua hora fabro lignario expolien-
da ligna sint, & ferrario elaborandum fer-
rum facile esset respondere, in laborandi
hora. Nam earum artium actiones, vt me-
chanicarum omnium, labor quidam est.
Cæterum inter causas, studium literarum
à labore corporis longius etiam abest, quã
merum otium. Nam exercitatio calorem
naturalem auget ciborum distributionem,
& facilem per cutem expirationem facit. Ad
hæc propius accedit otium. Nam qui quie-
scit nihil agens, alloquitur interim familia-
res, vigilans intuetur multa eorum quæ ob
oculos sunt, quæque occurrunt: sed qui in-
cubit literis, tacet, ab his omnibus alienus,
colligiturque ei animus totus ad sensuum
sedes. Quare refrigerat & siccat, & distribu-
tionem & expirationem impedit. Non ergo
studium tale pro exercitatione esse potest:
multo minus potest esse pro somno. Nam
nunquam potest adeo lædere, quam statim
à cibo aut paulo post. Siquidem animus
raptus ad caput destituit viscera, manent
ergo cibi incocti in iis & multi crassi va-
pores simul in caput rapiuntur, grauant
que caput adeo, vt si paratus alioqui homo
sit, non immerito apoplecticae passiones
timeri possint. Proinde ego multo iam
ante tempore mihi imperavi nunquam ab
assumpto cibo ad studia mea accedere, an-
tequam tatum temporis elapsum sit quan-
tum ad concoctionem primam saltem sen-
tio esse satis. Nam cum reliquæ calidioribus
in locis iam agantur, & quæ in caput non
tam apertè possunt, quæ cruda aut excre-
mentitia continent mittere, non adeo vi-
tiantur studio illo. Nullum ergo tempus à
cœna ante sequentis diei, summum mane
idoneum literis existimo, neque à prandio
vsque dū dies iam manifeste inclinēt, quod
tempus aut somno, aut quiete transigen-
dum est. Sed id tempus quod ab ea hora
qua cœctio prima post prandium iam pu-
tabitur esse perfecta vsque ad cœnam, est, aut
à summo mane, quo excitantur ij quibus
vita est prudenter instituta, vsque ad pran-
dium, non potest sola exercitatio occupare.
Quid ergo agendū præter exercitationem?
quiescendum certè, atque licebit iis tempo-
ribus literis vacare. Sed qua arte asseque-
mur, vt studia tunc saltem suscepta nullate-
nus noceant? certè ea quam Plato nos do-
cuit, æque corpus & animam mouedo. Hoc
est interponentes semper corporis exerci-
tationem, augendoque, vt studia crescunt.
Nam cū hæ duæ positæ sint contrarię causę,
constat alteram altera corrigi, atque quia
ambæ hæ causę siccant, curandum interim
erit, vt cibi sint humidiores, & bene nutri-
entes. Illud quoque rationi consentaneum
esse cenleo, eum qui studiis literarum vaca-

A re velit, abstinere à venere, aut quam mini-
mum ea vti. Nam venus & Minerua, vtra-
que eneruat debilitatque.

*Qualitatem autem cuiusq; dictorum in opti-
ma dispositione eligere. Exercitationis quidem in
qua omnes partes corporis proportionem quadam
mouentur, & non alia quidem nimium, alia au-
tem non satis laborat. Eorum autem qua come-
duntur & bibuntur temperatissimum. Hæc enim
conuenientissima temperatis naturis sunt. Ita au-
tem & in alijs.*

Quantitatem conuenientem sex gene-
rum causarum hætenus docuit, nos
etiam addidimus occasionem vtendi sin-
gulis. Nunc qualitatem docet Galenus at-
qui aeris qualitas dicta iam est: somni & vi-
gilie, & motuum animi, nulla qualitas
quam moderari medicus possit est præter
quantitatem, neque in iis quæ excernun-
tur. Nam et si delectio sit bona, quæ mollis
& constans & rufa, & non grauitè olens,
& vrina quoque quæ concoctionis habet si-
gna: tamen excrementorum qualitas, bonū
aut malum signum est, causa autem mini-
mè. Exercitationis ergo solū & cibi aut po-
tus qualitatem dicere modo opus fuit. Ex-
ercitationum species lib. 2. de tuenda val.
persequitur, pertinentem scilicet ad robur
aut ad celeritatem, aut vtranque, aut æ-
qualem, aut inæqualem, eamque probauit
maximè, quam & nunc probat, æqualem
scilicet. Ac proinde ludum pile laudare solet,
maximè in temperato corpore, quod nō hæc
quam illa parte erit imbecillius. Nam corpo-
ri non æqualiter partibus firmo, commodi-
or nonnunquam erit exercitatio aliqua
inæqualis. In cibis & potibus eos dicite-
peratis corporibus esse conuenientissimos,
qui sint temperatissimi. Temperatissimi
autem sunt duobus modis, in calido frigido
E humido sicco, & mediocres inter conco-
ctū facilimos & difficilimos. Atqui præter
hæc opus erit vt cibi boni succi sint, cibi
enim boni succi naturis omnibus sunt me-
liores, quam mali. Non tamen faciles co-
ctu meliores omnibus quam difficiles. Sed
hac in re illi sunt cuique naturæ optimi, qui
& maxime, respondent proportionem. Sed
de temperati corporis conseruatione satis
dictum est.

F *Si autem ab optima constitutione deficiat cor-
pus, neque id multum, & causæ conseruantes sa-
nitatem secundum analogiam mutatæ, fient. Cum
autem multa sint huiusmodi corpora, in quouis
genere speciatim querende sunt. Quod ergo tem-
perie curiat, in symmetria partium organicarū nō
euarians duplicem speciem habet salubrium cau-
sarum alteram quidem seruantium eius tempe-
riem*

riem, alteram earum quæ in optimam transferunt. Quæ ergo seruant illius temperiem tantum mutabuntur à causis optime temperate natura, quantum corporis tottas temperies ab illa mutatur. calidiora enim corpora calidiori indigent victu, & frigidiora frigidiori, & sicciori sicciora, humidiora autem humidiori, & secundum coniugationem calidiora & sicciora calidiori & sicciori, & vt in hu, ita in tribus reliquis coniugationibus. Vtetur enim materia causarum recte, qui instas natura illis potentias sciuerit: vt motum & indigentiam & vigiliam & euacuationem & omnes animi passiones siccare corpora, contraria autem his humectare ita autem & calefacientium & refrigerantium studiorum, & ciborum, & potum: & vt dicatur vniuersim omnium circa corpus agnoscens quis materias & potentias, salubribus causis vtetur, similes similibus offerens cum sanè seruare vouerit eam corporis temperiem, quam acceperit.

Temperata corpora seruanda semper sunt, intemperata nunc seruanda, nunc reducenda ad meliorem naturam. Conseruationem dicit similibus & forma & gradu agi debere, id quod à me explicatum confirmatumque satis est lib. 6. cont. & in aliis commentariis. Dicit ergo corpora lapsa non multum, similibus esse seruanda. Non vt quidam intelligunt, vt innuat cum multum lapsa sunt seruanda esse contrariis: sed quasi diceret, quæ lapsa sunt, nō tamen multum vt iam ægrotent, hæc enim curari non seruari debent. Verum quia sex illa causarū genera quibus constat victus dictum est antea, non omnia aperte, sed pleraque per alias causas, nostra corpora commutare, rectè monet. Galenus. si vis scire qua ratione cuius hominis naturæ victus instituendus sit, oportere vt discas materiā causarū & potentias. Materiæ differentiæ sunt in primis sex illa genera, motus & quies, somnus & vigilia, cibus & potus, retentio & excretio, motus animi, & id quod nos ambit. Deinde in singulis horum sunt materiæ peculiare, vt in motu frictio, in ambulatio, cursus, lucta, vectio, equitatio, portatio & similia. In cibo, carnes, legumina, herbæ, & fructus, & pisces. In potu: aqua & vinum, & alij succi. In eo quod nos ambit, balnea aquæ aut laconica aeris aut olei, aut aliorum succorum. Excretionū etiam & motuum animi sunt differentiæ, potentiæ horum sunt quibus nostra corpora commutant: scit vero is cuiusque materiæ potentiam, qui scit quomodo à quavis causa mutemur, velut inquit Gal. motus, penuria alimēti, vigilia & euacuatio, & omnes passiones animi, siccant corpora: contraria his, puta quies, somnus, cibus, retentio consueti effluuii, & animi tranquillitas, humectant. Hæc Gal. qui

A tamen non satis persequitur rem hoc loco necessariam. Quam proinde ego persequar aliquanto plus. Frigidus & calidus causas Galen. nullas nominauit, siccus & humidus non omnino: nam non tantum inedia, sed sicci etiam cibi siccare possunt. Oportet autem hic imprimis meminisse, quod lib. 4. cont. docuimus, omnes causas, contraria in nostris corporibus posse facere, et si quam maxime aliquales esse dicantur. Velut exercitatio calida esse causa dicitur, si tamen nimium protrahatur, refrigerat. Verum quoniam contraria non insunt eidem per se, constat causam omnem talem, alterum facere per se, alterū per accidens. Atqui appellationem causæ consentaneum sit accipi ab eo quod facit per se. Igitur quærendum est in quouis causæ genere, quæ facultas ei sit secundum vtramque oppositionem, calidi dico frigidi humidi & sicci, incipiendumque ab aere qui nos continet, is per se nulla potentia est, sed vt ab aliis rebus, celo præcipue, commutatur, æstiuus est, calidus, & siccus, hyemalis frigidus & humidus, autumnalis siccus & diuersus: regionibus etiam meridionalibus calidus & siccus, septentrionalibus frigidus & humidus inspiratur, quanquam aeris potentia multum commutatur ob oppidi situm, cuius differentias Hi. persequitur lib. de aere, locis, & aquis. Præter hæc quæ natura ipsa temporis, aut loci affert, arte quoque possumus calidum aut frigidum, humidum aut siccum aerem facere: humidum irrigatione multa, frigidum quoque, & multis viridibus ramulis, floribus & herbis: calidum conclusionem fenestrarum, tapetibus, & incluso igne: siccum his ipsis, & suffitibus siccioribus. Balnea aquæ frigide refrigerantia, calidæ calefacientia, vtraque humectantia, vt & quæ tepidæ sunt modo aqua sit simplex, quod si quam alienam qualitatem induit, aliam etiam habent potentiam, vt falsæ, sulphuræ, & aluminatæ siccantia sunt. Atque ita quodcunque medicamentū aquæ admiscueris, potentiam suam aquæ præstat plus aut minus. Medicamentorum omnium facultates proprio opere docuit Galenus, velut ciborum etiam, & potuum, libro de alimentorum facultate. Nimirum sunt cibi & potus, calidi frigidi, humidi, & sicci, quanquam hoc illis non quæ cibi aut potus sunt inest, sed quæ quodammodo etiam medicamenta. Nam quæ cibus, semper calefacit & humectat, & quæ potus humectat solum. Nam multo plus siccatur frigescitque corpus priuatum alimento, quam vtens cibus frigidis & siccis. Nimirum frigidior sicciorque est causa inedia. Multoque magis siccescit corpus sine potu omni, quam potu sicciori. Sed cuiusque cibi facultatem ex dicto opere oportet perere.

re Som-

re. Somnus est causa humectans, vigilia sic-
cans, utraque causa dum moderate & tem-
peste suicipitur, calefacit corpora. Som-
nus coctiones, vigilia distributionem &
motum & expurgationem faciens, cum
nimia est, utraque refrigerat, sed somnus
apertius, quoniam suffocando, vigilia
dissipando. Quae vero dissipant, innat-
um calidum calorem praeter naturam in-
ducunt prius, quo fit ut vigilia febres so-
leat afferre. Quies & exercitatio similes om-
nino causae sunt somno & vigiliae. Eua-
cuatio quaecunque maior moderata, causa
est sicca & frigida, siue euacuatio per ven-
trem, siue per vterum, siue per haemor-
rhoidas fiat. Suppressio euacuationis hu-
mida est; atqui si effluuii calidi est reten-
tio calida in primis, si frigida euacuatio-
nis, ut vomitus pituitosi, qui homini er-
rat consuetus, frigida. Omnis tamen re-
tentio cum plurimum crescit suffocando
refrigerat, nam & suppressio menstruae eu-
acuuationis, & haemorrhoidarum, hy-
dropem facere consuevit. Animi motus
omnes siccant corpora, sed neque omnes
refrigerant, neque omnes calefaciunt. Ira
calefacit, gaudium quoque dum omnino est
moderatum, alioqui dissipando refrige-
rat, pudor quoque calefacit. Metus & mae-
sticia refrigerant. Igitur calidae causae sunt,
cibus & potus, isque calidus maxime, aer
aestiuus, aut meridionalis, exercitatio, vi-
gilia non nimia, ira, & pudor, & leue gau-
dium. Frigidae, sunt inedia, aut cibus po-
tusque frigidus, aer hyemalis, aut septen-
trionalis, otium, & somnus, retentiones
frigidorum, metus & maestitia. Siccae
sunt, aer aestiuus & autumnalis, & oppido-
rum qui sublimes sunt & borea perillantur,
& inedia & sitis, & cibi potusque sicci, &
labor & nimia vigilia, & omnes motus ani-
mi. Humidae sunt aer hyemalis, & qui flante
Austro nos ventilat, & in humilibus locis &
in maritimis, & cibus potusque multus,
humidus maxime, & somnus, & otium, &
suppressiones euacuationum, & animi
tranquillitas, haec sunt materiae quibus in-
seruandis corporibus utimur, & illarum
potentiae.

*Si vero mutare velit & transferre in melius,
alterum est tunc genus causarum salubrium con-
trarium quidem dictis, aequaliter autem recedens
versus alteram partem a bene temperatis & me-
diocribus, quas optimis naturis congruere diceba-
mus. Nam calidiorum & sicciorum temperiem, non
quidem calidi & sicci victus facere possint ex-
acte bene temperatam, sed tanto frigidores &
humidiores moderato temperiebus, quanto &
natura quam natura calidior & siccior est.
Huiusmodi enim causarum genus corrigit na-*

*turales temperies alterum autem quod prius di-
ctum est conseruat. Vfus autem medicis utra-
rumque vicissim, reductionis quidem per mul-
tum otium, paulatim in id quod est optimum
transferendo. Non enim serunt natura cumu-
latis alterationes seruando vero in eadem dispo-
sitione per negotia necessaria. Quomodo ergo &
huiusmodi generis causas conseruantes appella-
mus? Expediat enim fortasse magis commutantes
& curantes, & naturales errores corrigentes
vocari? Quoniam ad vniuersum genus sanitatis
referentes, non ad speciales eius differentias,
quacunque sanos conseruant conseruantia omnia
vocamus. Siue praeterquam quod seruant sani-
tatem ad melius transferunt totam temperiem,
siue seruent eam quae erat a principio. Quacun-
que autem deteriore statum complent, morbi-
da. Eorum ergo quae aequaliter intemperata sunt
omnibus corporis partibus similis etiam est pro-
curatio: eorum autem quae non aequaliter, non si-
milis, potest enim venter frigidior esse quam con-
ueniret, caput vero calidius, & indigere proprijs
vtrunque. ita autem & quacunque aiarum parti-
um aut humidior, aut siccior, aut calidior, aut fri-
gidior, esse moderato, & proprio intemperie victu
indigere. Neque igitur aequaliter exercemus hu-
iusmodi omnes corporis partes, neque eodem mo-
do humectamus, & siccamus, aut aliquid aliud fa-
cimus, sicut autem de ipsis dicitur in opere de sa-
lubribus.*

Modo docet modum & occasionem re-
ducendi corpora, reducere est corpora
ad meliorem naturam transferre. Materiae
causarum quibus reductio agitur eadem
sunt quibus conseruatio, potentia tamen
non iisdem debemus uti sed agi debet vsu
contrariorum aequalium, quoniam redu-
ctio commutatio est praesentis tempera-
turae cum alia. Commutationes vero agun-
tur corruptione eius quod adest, corruptio
vero contrariis agitur. Atqui quanquam vsu
longo minorum tandem emendari posset, &
vsu maiorum celerius, equalibus vero iubet
ars facere, quoniam quanto citius pro dete-
riori melior natura succedet, tanto melius a-
getur cum homine, si modo citra debilitate
possit natura sustinere. Atqui eam commu-
tationem quam maiora contraria, facient,
non videtur citra periculum posse natura
sustinere, quippe quae omnem mutationem
repentinam auerlat, eam tamen quam fa-
ciunt aequalia videtur sustinere posse, si
opportune cauteque suscipiatur. Nam cum
conseruatio & reductio contrariis omni-
no causis agantur, nihil mirum, si cum iubet
ars conseruari, reducatur, aut cum reduci,
conseruetur, ledi corpus magnopere. Multum
ergo refert dicere, quando secundum artem
reduci, & quando conseruari debeant cor-
pora. Est enim vtriusque conseruationis in-

quam & reductionis, vicissim vsus. Optime sana nunquam debent reduci, nam stultum fuerit meliorem cum deteriori natura commutare, neque intemperata corpora conseruari debent cum per valetudinem & otium licet reducere. Nam cum licet, potestque sine periculo fieri, semper debet molliri ars quod est melius. Duplex ergo solum est occasio seruandi corpora intemperata, dum ægrotant scilicet, & dum implicati sunt homines multis negotiis. Nam vtriusque laborat facultas morbis scilicet & negotiis, laboranti verò facultati non est nouus reductionis labor offerendus. Ergo & per valetudinem aduersam & per multa negotia præcipit ars seruare, quod est secundum naturam. Galenus hoc loco quia de procuratione bene valentium dicere se præfatus est, non meminit eius occasionis conseruandi quæ in morbis occurrit, meminit quæ eius quæ per negotia. Atqui neque omnino eadem est conseruationis ratio per negotia & quæ per morbos: sed de ratione conseruandi inter curandum alibi dictum est, diciturque rursus in sequentibus. Nunc ad consuetudinem redeo, quæ, quanquam gratia naturæ seruetur, tamen vt in Controu. probauimus, priorem habet quam illa indicationem, estque tanti facienda semper, vt quanquam reductio contraria æqualia per se petat, tamen ea ab æqualibus incipere prohibeat, ne scilicet repente mutetur homo ad inconfueta. Sed si homo non bene temperatus, sanus tamen, & qui possit suæ valetudini vacare, cum primum medicum consultat, referat se vti solitum similibus, cogitabit statim medicus de transferendo homine in victum contrarium, vsque ad contraria æqualia, non tamen id in crastinum iubebit, vt imprudentes faciunt medici, sed gradatim detrahet, vt in mutanda consuetudine quam minima molestia sit, augebit, que paulatim vsque ad æqualia contraria, quæ cum attigerit, perseverabit in eorum vsu, vsque dum hominis temperies iam sentiat inclinare: tunc enim ad portionem detrahendum est causarum potentia. Nam ita erunt exacte æquales & contrariæ, atque cum successiuis detractionibus ad temperatum victum peruentum erit, homo quoque erit iam temperatus. Duret verò hæc reductio annu integrum si vis, quacunque die huic occurrerint magna negotia, retinere oportebit hominem in ea victus ratione in qua deprehensus est, nulla neque additione neque detractione facta. Obicit Gale. videri magis consentaneum vocari causas quæ reducunt curantes aut corrigentes, quam salubres. Respondet quoniam reductio sanorum corporum est, tales vocari eas causas. Docet deinde corpora quæ eodem mo-

do intemperata sunt per se tota eadem procuratione indigere secundum varia membra variis sunt intemperata modis, varia procuratione indigere, ac proinde inæquali aliqua exercitatione esse mouenda & aliis omnibus vtendum variè: sed hoc à me explicatum antea.

Organicarum autem partium cause salubres, secundum lapsum, & hæ ab optima dispositione inuicem differunt, alia enim sunt salubres excessuum secundum formationem, alia autem eorum qui in magnitudine, aut numero, aut positu. In formatione ergo plures sunt lapsus, etenim & figura partis, & si quod in ea cauum est secundum naturam, aut orificiū, aut porus, aut asperitas aliqua, aut leuitas cum excefferit à propria mediocritate, parum quidem hoc patientia sanorum corporum retinent appellationem: plus autem morbosorum. Si autem e tenent vt cadant actionem, iam egrotare dicuntur.

Secundum quantum autem redundantia, aut defectus in has ipsas trahunt differentias, in numero autem deficiens aut redundans quacunque simplicium partium aut vna, aut plures. Huius generis etiam sint quacunque substantia in nobis præter naturam sunt. Reliquum autem est genus aliud secundum positum cuiusque simplicium partium, in quo ipso quatuor omnes sunt differentia, prima quidem de optima, secunda autem que breue aliquid enariat, & ob id sanum adhuc facit corpus, & tertia morbosorum cum multum excedit. Et quarta quod iam egrotat, cum plurimum. Quacunque igitur partes secundum figuram peccant, quemadmodum que blesæ, & varæ, & obliquæ, hæ recens genita & tenella formatione, & alligatione, in id quod secundum naturam est transferuntur. Dura verò cum incrementum iam comparauerint, correctionem non admittunt. Atqui & quæ in cauo peccant hæ quoque eodem modo corriguntur crescentes adhuc, perfecte verò non possunt. Exigua ergo causa alligatio & quies: magna verò, & operatio partium & retentio spiritus facit. Ita autem & quæ in poris seu orificijs: atqui & quacunque maiores quam conueniat, quies & alligatio consentiens minores potest facere. Maiores autem sunt partes motu naturali & frictione moderata, & alijs que plus sanguinis attrahere nata sunt. Deficientium autem partium que ex sang. ortum habent non est impossibilis emendatio que vero ex semine, propemodum impossibilis. Est autem simul pro ipsis aliquando facere alias similem illis habentes vtilitatem. Omnium autem horum natura opifex est, medicus autem minister. Quacunque autem redundantium numero ablatio est causa salutaris. Considerandum autem in quibus id fieri possit. Si verò fieri id non posse videatur, transponere tentandum. Eadem correctio est errorum in positu, constat verò duo & tria errata posse consistere in vna parte. Vt in eo qui ventrem exiguum simul & rotundum & in septam transuersum incumbentem habebat. Vitiata enim

riata enim erat in eo & magnitudo, & formatio, & positus: erat autem & temperie frigidiori. Hunc in id quod secundum naturam agere nullo artificio possibile erat, quomodo autem minorem ab ipso molestiam sentiret, fieri poterat. Nam quandoquidem difficulter spirabat pleno ventre, pauciora & multum nutrientia, neque tarde descenduntia offerebantur bis die. Alteri autem obstructione facta in hepate ob angustiam vasorum quae inerat, salutaris causa inuenta est, victus extenuans.

Vitia in compositione sunt ut dictum erat antea in quatuor generibus, in figura, magnitudine, numero, & positu. Atqui figura habet tria vitia, in amplitudine, aut angustia caui, si quod habet pars, & in asperitate, aut leuitate extremitatis, & in figura proprie vocata, ut qua nasus dicitur simus, aut acutus. Haec omnia vitia possunt accipere differentias secundum magis & minus, tres aut quatuor aut etiam plures, denique quot tu voles. Nam omne genus quod secundum magis & minus, dicitur esse infinitum diuisione. Possunt haec vitia esse morbi, aut non, sed naturalia vitia, neque solum differunt lapsus, qui morbi sunt ab iis qui non sunt sola ratione magnitudinis, ut scilicet parui lapsus non sint morbi, & magni sint, sed etiam atque adeo multo magis eo quod praeter naturam aut, secundum naturam sit. Nam cum in definitione morbi sit ratio eius quod praeter naturam, certe quod secundum naturam est, non sit morbus, sed naturale vitium: quare morbus est, cum est praeter naturam, & tantae magnitudinis, ut actiones, satis laedat. Neque quidem praeter communem hominum naturam esse debet vitium, ut morbus sit, sed praeter propriam cuiusque. Non enim eadem affectiones omnibus hominibus morbi sunt, sed calor qui bilioso naturalis, pituitoso est febris. Igitur si cui homini secetur digitus, morbum contrahet, tamen si quis nascatur quatuor habens digitos, nullum morbum habebit, sed vitiosam naturam. Quanquam Galen. saepe lib. de differentia morborum & alibi, ut apertius differentiam ipsam, quae inter morbos est declaret, vitiorum naturalium exemplis uti consuevit, sed re vera longe differunt in ea ratione quae est secundum, aut praeter naturam. Corrigitur haec vitia cum naturalia sunt, aut exigua, reducere est, cum praeter naturam & satis magna, curare. Nunc ergo ea corrigere docet, cum sunt naturalia, paulo post docebit curare, cum sunt morbi. Atqui omnia vitia quae possunt esse morbi, possunt esse vitia sanorum hominum, quanquam non omnia possunt esse secundum naturam: nam vitium in numero aucto, redundante substan-

tia aliqua praeter naturam, ut in renibus lapide, & vlcus quodcumque non potest non esse praeter naturam, possunt tamen ob exiguitatem referri inter sanorum vitia. Partes quae nascuntur male formatae, ut blesae aut varae quae vitia crurum sunt, aut obliquae, quod est aut crurum aut etiam manuum, facile emendari dicit, cum adhuc tenelae sunt, & recens natae, formatione manibus facta, aut etiam alligatione. Nimirum manibus sunt reformandae partes, tunc enim utpote molles sequaces sunt & quam quisque dederit, figuram accipiunt. Verum quoniam mollia ut facile accipiunt ita parum solent retinere, ne facile partes in figuram redeant in ipsa generatione contractam, alligantur, aut simpliciter alligatione, aut etiam cum quibusdam ferulis molli aliqua lana, aut stupa interposita. Nunc astringentia cataplasmata admoventur; eadem arte videntur obstetrices ad partes alias, ad caput, praecipue, cuius figura raro non vitatur in partu. Illud ergo manibus conformant, & albumina ouorum stupa excepta admovent, ut astringentia firment caput, retineantque in figura. Quae vero recens natis facillime corrigerentur, duratis iam partibus sunt inemendabilia: quoniam dura non possunt ductilia esse, nisi emolliantur, emolliendi vero ossa nulla ratio est, ut ostendimus. 4. meteorum. Secundum genus vitiatum figurae, quod in angustia, aut nimia amplitudine vasorum cauorum aut orificiorum est, crescentibus adhuc corporibus emendari posse dicit, perfectis iam non posse. Nam dum crescunt dilatationem accipiunt, cum perfecte aucta sunt, ab omni dilatatione cessant. Dum ergo sponte naturae dilatantur, ut plus aut minus dilatentur, arte quapiam facere haud est difficile, sed cum omnino non dilatantur, facere ut denuo dilatentur, longe est difficilius. Caeterum in hoc genere, angustia semper est noxia, amplitudo rarius. Nam venae, & arteriae nunquam possunt amplitudinis gratia esse corpori inutiliores, tanto enim ventilabitur corpus melius, & erit ab obstructionibus tutius: angustia in aliis etiam omnibus partibus noxia est velut in ore ventriculi facit difficilem deglutionem, in pyloro difficilem ciborum descensum, in ore vteri facit sterilitatem. Potest tamen & amplitudo, quibusdam locis nocere, velut ventriculum maiorem esse, quam pro totius corporis indigentia causa est, ut aut ingeratur assidue plus cibi, aut complectatur illum venter laxius quam expediat. Amplitudo pylori facit celeriter descensum ciborum in intestina. Caua autem orificia, quae plus satis videntur augeri, alligatione & quiete dicit fieri mino-

ra. Motus certè omnia dilatat, & cessatio omnia facit contrahi: alligatione verò non possumus ad multa vasa vti. Nam interna, vt vterum, vesicam, ventriculum, intestina, aut eorum orificia non possumus alligare. Iam verò venas & arterias neque expedit, neque possumus alligatione minuere nisi membrorum incrementum minuere, id quod ad aliud genus iam pertinebit. Possumus tamen, debemusque quorundam orificiorum dilatatione nimia alligatione & quiete minuere. Velut si cui puero videtur is meatus, qui est à regione ventris in vocatum scrotum, qui fit replicatione peritonæi, amplior fieri, alligare hanc partem accommodata ligatura expedit, ne homo, fiat herniæ opportunus. Vt autem ligatura, ita & in vntionibus adstringētibus ad hanc partem vti nonnunquam expedit, quæ ab alio etiam malo liberare poterunt. Scilicet quidam ob laxitatem arteriarum ad eam partem pertinentium, solent laborare priapismo: aut ob laxitatem omnium valorum seminariarum gonorrhœa qui astrictione earum partium facta tempestiue, effugissent ea mala, vt contra qui contrariis de causis non possunt arrigere, aut emittere semen, motu, fricatione, aut calidis, & laxantibus inunctionibus essent emendati. Retentio spiritus crebra crescentibus adhuc corporibus amplitudinem facit, arteriarum præcipue asperarum, & thoracis totius, deinde verò etiã omnium in corpore vasorum. Nã retentus violenter spiritus in totius corporis vasa refunditur, inflatque omnia, & dilatat. Ita enim videmus, si cui compressis ore & naribus, cohibetur spiritus, totum in eo corpus intumescere. Nulla verò alia melior ratio distendendi interius vasa excogitari potuit, retentione spiritus. Ventriculum multa ciborum copia distendit, vt distendit vterum fœtus. Quare si cui ventriculus minor fieri sentiretur, quam pro corporis magnitudine, huic certe, si nondum crescere destitisset, ego cibum semper darem, qui in tumorem attolleret, & grauaret, etsi difficultatem aliquam respirandi pati cogere dum conficeretur. Nam ita fieret, vt assuesceret pluribus, & cum minori molestia quotidie ferret, & dilataretur ventriculus. Multis enim contra euenire video, qui dum nullam modestiam pati volunt exiguum accipiunt, contrahiturque illis venter, & contractione ac desuetudine ferendi cibum, minori indies grauantur magis. Verum si ille homo cessasset crescere, consultum esset quod in fine capitis Galenus dicit cibare eum sæpè & paucis cibo, non quidem vt corrigatur (nam id perfecte iam aucto homine fieri haud potest) sed vt cum

A minori molestia vitium illud, naturale iam sibi, ferre possit. Accipiet ergo paucū, quoniam paucum sustinere poterit, sæpe quoniam pluri cibo indigebit corpus, quam sustinere poterit ventriculus. Iis etiam quibus exiguus vterus fit remedio esse poterit, vsus venereorum dum adhuc crescunt. Nã coitu dilatur vterus vt & virille membrum. Nimirum motu proprio omnes partes dilatantur. Quare suspicor multas quæ tardius nubentes non concipiunt, aut omnino non pariunt, si maturius nupsissent concepturas fuisse & perfectos fœtus edituras. Secundum genus vitiatæ compositionis, est in magnitudine. Hic quoque siue maius siue minus membrum fit perfecto iam homine nullo remedio est locus. Sed cum crescit, posse incrementum impediri quotidie nos docent mulieres oriosæ: quæ cum canes quos ludendi gratia nutriunt tanto in maiori pretio habeant, quanto sunt minores, arte quadam curare solent, ne crescant. Nimirum alligant, & imponunt onera, quæ crescentibus corpusculis impedimento sint. Ita quoque in nostris partibus eueniet, si crus aut brachium aut pars alia supra proportionem videatur augeri. Si augenda adhuc alligetur & constringatur, & parum exerceatur minus crescat. Debet igitur id fieri, non quidem nimis, sed quatenus tardato eius incremento, omnes crescant secundum proportionem. Cuidam creuerat caput adeo vt vix illud posset humeris portare, & fulcire ambabus manibus semper cogere. Huic si à principio caput constrictum & compressum vndique fuisset, & reliqui corporis moles esset procurata, profecto creuisset moderatius. Partes quæ etsi nimis videantur augeri alligari non possunt, sunt tamen prohibendæ ab actione continendæque in otio. Velut si cui videatur alter altero oculus maior fieri, ex vsu erit maiorem ligatura sæpè velare, & altero solum cernere. Nam ita spiritus animales ad minorem oculum confluentes dilatabunt eum plus, simulque labor alimentum copiosius conuocabit, ita enim agendum est cum pars aliqua gracilior aut minor quam expedit fit, exercenda nempe est plus aliis, & fricanda crebrius, ita tamen vt neque exercitatio, neque frictio dissipet substantiam, quod quidem fiet, si non sit nimium producta, sed vsquedum partes intumescant, & rubeant, & tunc inungantur oleo. Aliis etiam quæ plus sanguinis trahere possunt, vt præcipit Galenus, intelligit verò picationem, & verberationem, & emplastra rubrificantia, vocata quibus conuocatur ad partes multum sanguinis, augeturque in eis calor

quare calefactæ & copiosum habentes alimentum felicius nutriuntur, & crescunt plus. Tertium genus vitij dicit esse in numero, redundante parte aut deficiente. Verum quod ad sit, si deficiat pars aliqua earum, quæ ex sanguine ortum habent, non esse impossibile restitui, si aliqua earum quæ ex semine, propemodum esse impossibile, posse tamen loco earum similes alias fieri, præter rem mihi videtur dicere, atque adeo oblitus instituti sui. Nam cum per vlcera caro exesa aut pinguedo est, regeneratur, & partes solidæ fractæ, aut corruptæ vix ferè possunt regenerari, & loco earum curamus alias generari, vt callum pro osse, & cicatricem pro cute, verum hoc in curatione vlcerum euenit: in emendatione naturalium vitiorum, de qua hic erat sermo, nihil tale dici potest. Nam primum non potest esse vitium naturale in numero ob defectum partium, quæ ex sanguine fiunt. Nam hæc sunt caro & pinguedo, quæ per se nullam habent figuram, quare vtcunque deficient, vitium erit in magnitudine non in numero. Nam si quis aut toto corpore, aut toto crure habet minus carnis aut pinguedinis quam oportuerit, nemo dicet huic in partium numero vitium esse, sed totum corpus, aut crus, factum esse minus, aut gracilius. Præterea non video quo pacto, possit pars solida à primo ortu deficiens, vt digitus, aut auricula regenerari, quare non fuisset dicendum, propemodum, sed omnino esse impossibile. Neque video quid possit medicus curare vt fiat loco partis ita deficientis. Quare ego apertè intelligo Galenum, hoc loco de emendandis naturalibus vitiis disputando, incautè ad morborum curandam diuertisse: quod factum puto, quoniam in hoc vitij genere, cum naturaliter sit defectus, corrigi non potest, si inquam pars aliqua naturalium desit: potest tamen corrigi, si redundat, præcisione, & curato deinde vlcere quod ex præcisione supererit. Videndum tamen est ne incaute fiat: non enim quæuis pars tuto secari potest neque quamuis particulam adeo graue est redundare, vt tollendæ eius gratia, vel cum minimo periculo, aut cum labore non leui, tentandum aliquid sit. Quod si partem redundantem, aut non audemus, aut parcentes labori, nolumus secare, tamen terendum est transponere, quantum fieri possit. Fit partium transpositio, dum adhuc corpus crescit, frictionibus, & ligaturis, quæ in aliam partem dirigant: velut in crescentibus arboribus solent agricolæ furculos ramorum dirigere, vt crescant aptè & pulchrè. Ita si inter digitos manus,

A aut pedis, caruncula aliqua, aut aliqua pars sentiat generari, quæ si simul cum digitis creuerit, & in cellum aut apprehensionem impedire possit, cura assidua esse debet impulsione, aut fasciola, aut ligatura, per partem contrariam ei versus quam conamur pellere, constricta ita dirigere, vt cum peractum fuerit partium incrementum extra digitos sit. Hæc cura esse solet cū infans cicatricem in facie occasione aliqua contraxit, vt in ipso incremento extra faciem agatur cicatrix. Sed de hoc vitij genere hæc sunt satis. Quod Galenus obiter dicit, generationis omnium particularum, quæ pro aliis fiunt, naturam esse opificem, medicum ministrum, verissime dictum est. Nam nulla medicamentorum vis est, quæ partem corporis generare possit, sed vt ab eodem Gal. lib. de med. facult. dictum est, sarcotica idest carnem generantia dicuntur, quoniam tollunt ea quæ generanti naturæ impedimento esse possent. Verum obiicit aliquis Gal. ipsum lib. 3. meth. cap. 5. dicere cicatricem, quam constat esse particulam quæ pro cute fit, alicuius alterantium qualitatum ope fieri ab aere scilicet, aut medicamento. Quod si verum est constat cicatricis non naturam, sed medicamenta, esse causam. Cæterum respondetur, cicatricem nihil aliud esse quam carnem duratam, quam constat fieri à subiectæ carnis natura, durari verò à medicamentis: quare hæc quoque pars, etsi alteratione à re aliqua externa recipit, tamen generationem primam recipit à natura. Reliquum est id tantum genus, quod in partium situ ponebamus. Errorum verò impositu eandem correctionem esse dicit, transpositionem scilicet, quæ quo pacto fieri possit, & debeat, dictum iam est. Sed fit præterea nonnunquam reductio partis in positum meliorem, ipsiusmet hominis corrigendi labore & studio. Velut si cui oculi nascantur auersi, vt in contrarias partes spectent pupillæ, cogendus est oculus auersus à medio (potest verò esse vterque aut alter) in contrariam partem assidue spectare, obiecta illinc re aliqua in quam oculi aciem intendat. Quod quidem vt pueros quibus auersi nascuntur oculi potest corrigere, ita eos qui alioqui apte compositos oculos habent, luscis facere solet. Aliis etiam in partibus quarum voluntarius motus est, perinde continget. Monet tandè Galen. posse in eundem hominem duo, aut tria aut plura vitia simul incidere. Quod quidem est apertissimum, exemplo tamen explicat. Velut, inquit, in eo qui ventrem exiguum, & rotundum, & incumbentem septo trāuerso habebat. Nam vitiata erant in eo magnitudo, formatio, & positus, erat autem & tēperie frigidiori. Hæc quorsum dicit

Gale. vt tu colligas, vt is qui vno vitij modo viciatus est vno procurationis modo indiget: ita eū qui multis, multis indigere. Eum verò cuius exemplo vsus est in id quod secundum naturam erat agere nullo artificio dicit fuisse possibile, curatum tamen esse vt minorem molestiam sentiret: dato cibo pauco valde nutriente facile descendente, bis die. In aliquibus codicibus legitur ter, in alijs bis, aut ter. Vt cum quæ, illud significatur, detrahendum esse quantitati & addendum numero cibationum. Neque solū hoc modo supplet quod detrahit quantitati, sed etiam tribuens cibos multi nutrimenti. Sūt tales qui cum exigua mole afferunt multū nutrimenti quoniam parum habent excrementi. Hos innuens Hip. lib. de Alimento dixit potentia alimenti melior est quam moles, Neque solum exiguitate cibi curauit Gal. ne cibi septum comprimerent, sed etiam celeri descensu, vt si ita oblata molestiam aliquam inferrent, tamen quam nimium fieri possit, durare. Tu hinc collige eum cui ventriculus maior quam pro totius corporis mole sit, cōtrario modo esse alendum, dato inquam, cibo multo & parum nutriente & tardius descendente, dato que rarius. Nā si magno ventriculo non detur multum, nō bene amplectetur, quare neq; coquet bene si multum nutriat, datum multum replebit corpus nimis, si cito descendat appetet rursus cito, quare non poterit accipere rarū, aut tentabitur fluxionibus venter, Sed quod dicit Galenus non poterat transferri ad id quod secundum naturam, cum disputet non de morbis sed de naturalibus vitijs, non satis exactè videtur dictum Sed ita explicata, non poterat ad id quod natura rerum amat, hoc est ad optimam formationem transferri. Addit tandem Galenus exemplum aliud, quo declarat, cum non est emendationi perfectæ locus, tamen curandum esse facere, vt æger minori cum molestia id vitium ferat, velut illi qui ob naturalem angustiam venarum in hepate obstructionibus erat opportunus, ex vsu erat, quando latiores iam vias facere non poterat, extenuanti semper victu vti, hoc est incidente & aperiente, & succos tenues generante. Sed de his hæc tenus.

Reliquum adhuc est vnum commune simplicium & instrumentalium partium, solutio continuitatis, quam forte aliquis non concedet integre sanis inesse posse aliquando, esse enim semper passionibus, non videns similem dubitationem fore de alijs omnibus generibus. Nisi enim actionis læsio sensibilis, distinguat morbum à sanitate, sed secundum qualitatem dispositionis intelligatur solum, nec essarium erit dogma sempiternæ passionis recipere, cum nullus habeat actiones omnes optimas.

sed hæc vt pote logica magis commentatio, propria de ea libro suscipietur.

Non docet Galenus (quod tamen iuxta institutum videbatur hoc loco debuisse facere quomodo emendandum sit hoc vitium quod in solutione continui est cum accidit homini nondum ægrotanti, sed diuertit ad eam quæstionem an possit esse solutio continui quæ non sit morbus. Certè hoc puto fecisse Galen. quoniam quæ morbus non est, aut curam medici non petit, aut certè eandem quæ reliquæ solutiones siue vlcera, de quorum curatione est mox dicturus. Sed perpendamus reliqua. dicit non esse quod quisquam putet solutionem semper esse morbum, quoniam etsi sit vitium & præter naturam, tamen potest esse exigua adeo, vt non ledat actiones satis manifestæ. Atqui, inquit, si morbus à dispositione sana non separaretur magnitudine, sed solum dispositionis specie, hoc est, quod præter naturam, aut naturale sit, dogma sempiternæ passionis cogere non possumus. Hunc sermonem nō possum ego omnino probare: primum omnium concedit solutionem omnem esse præter naturam, eam verò quæ non sit morbus exiguitate solum differre, deinde quanquam verè dicit non solum dispositionis specie, sed etiam magnitudine læsionis distingui morbum à sana dispositione, tribuit tamen magnitudini læsionis tantum, vt hanc solum dicat esse satis ad distinguendum. Quasi omne quod lædit actiones statim sit præter naturam specie, ac si crescat morbus fiat, quod tamen falsum est. Nam longe aliud est esse secundum naturam vel præter naturam, & lædere actiones aut non lædere. Multa enim naturalia vitia actiones lædunt, vt multis exemplis antea explicatum est, atque vt morbus sit, vtrunq; est necessarium, & vt sit præter naturam, & vt satis iam actiones ledat. Quare quaquam dogma sempiternæ passionis demonstrationem habere antea concesserimus, constat tamen non inde eam habere, quod nullus habeat omnes actiones optimas. Nā citra omnem morbum ob naturalia vitia, quæ non exiguitate solum, sed specie etiam differrent à morbis, possent actiones aliquot vitari. Atqui vt reliqua omnia, ita hoc quoque vitium quod in solutione consistit, videtur mihi posse censerī inter dispositiones quæ nondum morbi sunt duabus causis, aut quod sit exiguum, aut quod sit naturale. Velut si cui à primo ortu facta sit auricula velut euulsa & citra vlcus, sed cute interstita decidat pendens. Atqui talis solutionis corrigendæ propria ratio erit, exulce-

erit, exulcerare vtrasque partes, quæcumque per errorem formationis separatæ sunt, vniusque ea parte qua erunt exulceratæ, coalescent enim ita, maxime si partes per se non sint valde sicca, & in tenello adhuc puero fiat.

Causas autem ad eos quos omnes putant agrotare salubres continuo percurramus. A genere intemperiei incipientes, definiendum ergo hic primum, quæ parum ab est quin omnes medici omitant alias quidem esse salubres factæ iam intemperiei, alias eius quæ adhuc sit, ut & eius quæ futura est alias. Huius quidē vltimæ quædam sunt in parte artis quæ docet præcauere, quædam in ea quæ sanitatem tuetur: primæ autem omnium in sola curatiua: mediæ autem inter vtrasque dictæ, & in ea quæ præcauet, & incuratiua. Factum enim iam & existentem morbum curare oportet: eum qui nondum est, erit tamen, prohibere, ne ex dispositione corporis fiat: eius autem qui sit, quod iam est factum curare, quod autem fiet, prohibere fieri. Prohibebitur autem dispositione ex qua natum est fieri sublata. Vocatur verò hæc dispositio causa antecedens: factus iam morbus curabitur dispositione quæ primam actionem naturalem ledit, soluta, quam & ipsam dicimus esse morbi essentiam.

Iam incipit de curatione ægrotantium agere, atque in primis eorum qui laborant morbo secundum temperamentum. Morbum, dicit, aut timeri solum eo quod videatur imminere, aut factum esse iam, aut fieri. Atqui constat in eo quod sit, esse aliquid quod sit iam factum & aliquid quod timeatur. Vocatur verò medicis morbus factus, non quicumque ad summum incrementum iam peruenit, lediis solum qui neque sit, neque seruetur iam à causa. Quare si es, quicumque aut sit adhuc, aut saltē pendet à causa cōseruante: atqui in hoc ipso, & si crescere iam destiterit: est quod timeatur, ne scilicet in morbum factū migret. Gratia morbi qui timetur, non est vtendum curatione (non enim curatur morbus qui non est) sed præcautione sola, aut valetudinis procuratione. Nimirum causa timendi morbum est, aut mala hominis natura (tuncque nihil agemus aliud quam reducere hominem velut antea dictum est) aut dispositio neutra tuncque præcauebimus, curantes hæc neutram dispositionem demoliri ne ex ea morbus fiat. Gratia morbi facti vt timetur curatione sola, obiciamusque contraria ei dispositioni quæ vitiat actiones, quæ quidē ipse morbus est. Gratia fientis morbi, præcauemus ne fiat quod timetur, amouendo causam antecedentē (vocatur antecedens quæ intra corpus ipsum passionem antecedit, velut putres succus febrem) dein curamus quod

A factū erat iam. Vbilegimus quam & ipsam dicimus esse morbi essentiam, legitur græcis codicibus *αὐτὰ τῆς νόσου τῆς αἰτίας* id est esse morbi causam. Constat tamen vitiatos esse codices & pro *αἰτίας* legendum fuisse *ουσίας* nam quod lædit per se actiones, est morbus, non morbi causa.

Curatio autem vnum habet & primum & maxime communem scopum, id quod contrarium est passioni quæ soluenda est. Ex hoc autē genere sunt omnes causæ facientes sanitatem, particulatim autem ex vnicuique contrariis. Calidæ dispositioni frigida causa contraria est, frigida autem calida, & in alijs eadem ratione. Si enim immoderatum est omne quod præter naturam, moderatum verò quod secundum naturam, necesse omnino est immoderatum à contrario immoderato ad moderatum redigi. Constat autem secundum potentiam non secundum imaginationem calidum & frigidum, & quæcumque alia huiusmodi accipi oportere. Voco autem secundum poteriam quidem quod res ipsa verè est, qualis dicitur. Secundum imaginationem autem quod primo sensu tale esse imaginamur, cum tamen non sit tale. Quomodo autem ea oportet distinguere, dictum est in opere de medicamentorum facultate.

Omnis ratio curationis redigitur in vnicum præceptum, exhibendi scilicet contrarium passioni quæ tollenda est. Nam curatio est commutatio morbi præsentis cum sanitate pristina. Ergo agenda est contrariis morbo, & similibus naturæ. Quare velut in vnicum scopum dirigi debet mens eius qui curationi incumbit, in id quod est affectioni contrarium. Nam tales sunt omnes causæ sanitatem facientes, cum sint sanitati similes & morbo contrariæ. Quare speciatim percurrendo omnium morborum curationes. Calida dispositio frigida causa, & frigida calida: & humida dispositio sicca causa, & sicca humida curanda est, Nam cum omnis morbus sit immoderatio quædam, id est consistat in immoderatione, causa inclinante ad immoderationem contrariam reducetur ad moderationem. Melius enim quod immoderatum est attemperatur ab immoderato contrario, quam à moderato. Velut aqua calida melius fiet moderata admistione frigidæ, quam admistione tepidæ. Curatio ergo semper agitur contrariis. Id quod Galen. 6. Epid. parte. 1. cont. 8. longa disputatione probat. Videntur enim quædam esse huic assertioni contraria, velut in febribus expurgantia medicamenta dari, quæ scimus sicca & calida esse, & frigida epitēmata in calidis intemperiebus hepatis calida actu admoventi, & infusione frigidæ conuulsionem ex repletionem curari, & vomitum vomitu, & dolorem do-

lore. Verum vt hæc omnia explicentur monet Galenus cum dicitur ad frigidam passionem calidum, & ad calidam frigidum auxilium quærendum esse, calidum aut frigidum secundum potentiam, non secundum imaginationem intelligi. Vocat autem medicamentum secundum potentiam tale, quod re vera & natura sua est tale, velut aqua est frigida, & vinum calidum: secundum imaginationem, quod est actu tale, quanquam contrarium sit re vera. Velut aqua calefacta, secundum imaginationem, hoc est secundum id quod primo occurru sensus iudicat, calida est, quanquam re vera & natura sua est frigida. Quomodo autem distingui oporteat id quod est imaginatione solum, ab eo quod secundum potentiam, docuit Galenus ipse. 1. simplicium medicamentorum facultate capit. tertio scilicet quod substantiæ alicui præter eius naturam inest, vt aquæ calor, haud durat diu, sed primo occurru tale sentitur, paulo post in id quod sibi est naturale recidit, & corpus contrario modo commutat. Velut infusio calidæ aquæ nisi prius detergeatur, quam refrigerari possit, refrigerat corpus. Itaque etsi in inflamatam partem calida aqua, aut oxirrhodinum calidum infundatur, non calida sed frigida causa sit, secundum potentiam scilicet, quæ illi naturaliter inest. Verum quod dicit contrariam causam secundum potentiam, non secundum imaginationem quæri debere, aliquanto latius velim intelligi. Ita scilicet, calidum potentia aut frigidum, censeri debere, id quod calorem possit facere, aut frigus, siue per se, siue per accidens faciat, atque siue semper facere natum sit, siue in hoc corpore ita affecto ob eius dispositionem: calidum verò secundum imaginationem esse quod tale esse videtur, etsi faciat contrarium. Ergo pharmacum expurgans etsi videatur esse, sitque per se calidum & siccum, tamen cum purgat frigida causa fuerit, quia refrigerat euacuato calido succo. Infusio aquæ frigidæ etsi frigida videatur, in homine quadrato per ætatem erit causa calida potentia, quia in eo corpore ita disposito calorem facere poterit. Quare secundum potentiam curationes omnes contrariis agentur. Atqui iuxta hanc meam explicationem, oportebit docere, quomodo distinguatur causa quæ per accidens facit ab ea quæ facit, aliquid per se. Quod quidem ego diffusa satis docui. 4. controuersiarum capit. de causis morborum, vt non sit opus id nunc referre. Quod de dolore & vomitu obiiciebatur, aliam habet dilutionem, quam Galenus citato loco ex Epidemiis scripsit. Nimirum vomitus &

A dolor, non morbi, sed symptomata quædam sunt. Ea tolluntur cum morbis. His ergo contraria sunt auxilia, vt vomitus bilis, redundant æ eius in ventriculo, dolor reuellens fluxioni, quæ dolorem infererat. Sed de hac quæst. 8. lib. cont. scriptum est superius.

B *Ad inuentionem verò causarum salubrium quæcumq; quidem vt ad factum iam morbum sunt salubres methodo vtendum, qua id quod secundum imaginationem ab eo quod secundum potentiam distinguitur. Quæ autem vt ad eum qui adhuc fit, hæc ipsa, & insuper ea qua inueniuntur morborum cause. Pone enim si ita contigerit à succu putrescentibus succendi febrem, indicatio est. Alteratio quidē ea qua extinguit putredinem manente substantia, euacuatio autem qua totam ex corpore substantiam educit. Sed dicta species alterationis concoctio est, quam à quibus causis fieri contingat inuenientes, in illis quidem habemus cognitionem hoc modo salubrium.*

C Vm morbus factus est, simplici methodo curari debet, quoniam simplex est indicatio ipsius morbi qui petit sibi contraria. Ergo vna illa cura debet esse apud medicum quærere quæ sint morbo contraria, haud quaquam secundum imaginationem, sed re vera. Cum verò morbus adhuc fit, non est hæc methodus satis, sed ante hanc est vtendum alia, qua causæ morbi inueniantur: quoniam curatio incipere debet ab earum sublacione. Atqui inuentiones causarum contrario ordine fiunt ipsis curationibus. Nam inuentiones fiunt resolutione rerum versus causas à posterioribus versus priores, curatio verò incipit à prioribus. Velut si quis habet sitim ingentem, & mordacem aridumque calorē, & inæqualitatem febrilem in pulsu cum vrina flaua & cruda, gratia exempli, constat hunc febrem habere putridam, quam si habet putrescentes habet succos, si habet, hos, habet (dicit Galenus. 9. meth.) impeditam ventilationem atqui hæc ab obstructione nascetur, quæ non fiet sine multitudine, crassitie, & lentore succorum. Internarum causarum hæc fuerit omnium prima, quæ resolutione inuenta est. At verò curationem exordiemur ab hac, minuentes in primis multitudinem, deinde extenuantes & scindentes succos idoneis serapiis, deinde aperiemus, laxabimusque vias, deinde putrescentium succorum, si penitus emendari non possint, expurgationem moliemur, tandem frigidis & humidis ipsum membrorum calorem extinguere curabimus. Ponit ergo Galenus modo homini ex putrescentibus succis ortam esse febrem. In hac hypotheli, constat ex dictis indicationem à succis esse

esse ante indicationem à febre, succorū verò A
 possit esse duplex indicatio, aut enim non-
 dum magnopere putrescunt, sed incipiunt
 solum, vt verius dixeris hos ad putredinem
 disponi quam putrescere, quam quidem pu-
 trescentiam non denegabimus sanguini,
 aut vere iam fatisque putrescunt, vt substan-
 tia iam insigniter vitata, inquinataque sit,
 aut per partes hoc, per partes habent illud,
 Si primo modo putrescant, emendabiles ad-
 huc sint, possintque eatenus corrigi vt om-
 nino, aut fere tales sint, quales à principio,
 saltem eatenus vt nutrire possint si secundo
 non poterunt aliquando iam idonei fieri
 ad nutriendum. Priores ergo corrigendi
 venient alteratione contraria putrescentiæ,
 quæ iam incipiebat serpere, retinendique
 intra corpus, qui morbi propriissimè dicen-
 tur concoctione finiti. Nam concoctionem
 esse putrescentiæ contrariam. 4. met. à me
 monstratum est, quo loco & alia omnia ad
 hos duos motus spectantia sunt dicta, vnde
 illa te modo velim petere, vt liceat mihi
 ad reliqua properare. Posteriores, siquidem
 non possunt iam fieri vtilis, non erunt in
 corpore retinendi, expurgandi ergo. Sed
 neque hoc statim, ac sine corporis & eorum
 præparatione aliqua, facere licet, nisi raro.
 Id verò quo & tempore, & quomodo, sub-
 iungemus statim. Alteratione quæ putredi-
 nem emendat esse concoctionem dicit: ergo
 inquit, inuenientes à quibus causis con-
 tingat fieri, habebimus cognitionem cau-
 sarum hoc modo salubrium, hoc est auxi-
 liorum quibus in hac hypothesi, hac inten-
 tione vtendum sit. Sed quid est scire quibus
 causis fieri soleat concoctio, an causam &
 formam? non certè. Hoc loco aliam rem
 intelligit, videlicet vt diximus, putredinem
 fieri solere impedita ventilatione, & hanc
 obstructione, & hanc crassitie lentore &
 multitudine, ita concoctionem fieri eua-
 cuatione, incisione, apertione ventilatione
 facili. Non quidem quod in scindere, ape-
 riri, coquere sit, sed quòd his circa corpus
 & succos actis melius concoctio succedat.
 Nam neque ventilationem impedire est
 putrefacere, sed putrescendi occasio. De
 his causis in controu. est disputatum à me,
 satisque demonstratum, non semper ne-
 que necessario putredinem impedita ven-
 tilatione fieri, tamen proinde non nega-
 mus, ab ea plerumque fieri solere. Atque
 illud etiã addimus, ad curationes talium
 febrium, putandum esse, semper putredi-
 nem ex ventilatione, & hanc ex obstru-
 ctione fieri, quoniam semper incipere ab
 aperientibus scindentibus minuentibus,
 & bonam ventilationem afferentibus, vtile
 est. Quoniam in hanc partem nullum potest
 esse peccatum.

Euacuationes autem & per vena sectionem, &
 clysteres, & vrinas & expirationē percutem sunt,
 adhuc autem & per reuulsionem, & in aliam par-
 tem deductionem. Huius enim generis est. & men-
 strua mouere, & hæmorrhoidas aperire, & per na-
 res & palatum purgare. Inuenientes ergo hic quo-
 que materias quibus in qualitate, & quãtitate, &
 tempore, & modo vtendi, oblati, euacuatio fit, in
 eadem artis parte inuenire possimus salubria. Scri-
 pta est omnium inuentio in curatio opere.

B
 Dixit hætenus de concoctione succo-
 rum emendabilium, modo de euacua-
 tione dicere incipit, qua vtendum est, cum
 non spectamus emendari eos posse, aut non
 omnes, aut non omnino. Dicitque primum
 species euacuationum: per enumerationem
 non admodum distincte. Videtur enim bre-
 uitatis causa congerere admiscereque lon-
 gè diuersas differentias: quare ego distin-
 ctius enumerabo. Miror quòd expurga-
 tionem, quæ pharmaco agitur, omittit. Est
 enim magna vniuersalisque euacuatio, &
 in præcipuis earum quibus vtuntur medi-
 ci: nam euacuationum quædam sunt vni-
 uersales, velut misio sanguinis, & expurga-
 tio, & exspiratio per cutem totam & men-
 strua effluxio. Quædam particulares, velut
 quæ per nares, aut palatum, aut excreando
 fit. Hæ enim nunquam euacuant totū cor-
 pus, sed caput, aut thoracem. Quædam aliæ
 sunt quæ possunt esse vtrumque, velut mictio
 potest totū corpus expurgare, aut solos re-
 nes, vesicam ve, & clysteres possunt sola ex-
 purgare intestina, aut etiam corpus totum.
 Nam & cum clysteribus effundimus non-
 nunquam expurgantia medicamenta. Sed
 expurgationes omnes duobus modis par-
 tiri possumus, primo per regiones, quibus
 sunt, secundo per differentias, ab eo quod
 possunt facere, acceptas. Primo modo tot
 sunt species euacuationum, quot regiones
 conuenientes. Ergo per os, aut vomedo, aut
 excreando, aut spuendo: per nasum, emugē-
 do: per anū, clytere, aut pharmaco accepto.
 Per vesicæ & vtero commune, mingendo,
 aut effusione mēstrui sanguinis, aut feminis:
 per cutem totam, sudando, aut insensibiliter
 expirando, per venas, fluētibus hæmorrhoi-
 dibus, aut ex narium venis, aut alijs quæcū-
 que secari commode possunt. Secundo mo-
 do tres euacuationum species sunt Reuulso
 in contrarias partes laborandi euacuatio
 per ipsam quæ laborat, deriuatio per vicinā.
 F
 Tot sunt euacuationum genera, in quibus
 inquit Gal. si quis qualitatem, quantitatem,
 tempus & modū vtendi, didicerit, rectè qui-
 dem in hac artis parte quæ de euacuandi ra-
 tione est, inueniet causas salutares. Sed quo-
 niam nimia breuitate videtur hic Gal. vsus,
 expediet nūc me quatuor illa percurrere &

explicare. Primum ergo venit consideranda qualitas. Nomine qualitatis intelligere solent medici speciem & id quod proprie est qualitas. Ergo in hoc primo genere erit hæc consultatio, quali euacuatione uti expediat, an missione sanguinis, an expurgatione, an mixtu prouocato, an sudore, an alia quapiã euacuatione: atque illa quoque, si est expurgandum, quali pharmaco id agendum, an extrahente pituitam, an bilem, an nigram bilem. Species euacuationis per se indicatur ab specie morbi quæ ex causa accipitur. Velut plethora petit missionem sanguinis, cacochimia expurgationem, pituitosa pituite, biliosa bilis, & serosa seri, quæ ipsa per viam & sudorem expurgari magnopere expetit, quoniam vrinæ & sudoris materies serum est. Suppressiones menstruorum menstrua prouocare indicant, petuntq; . Qualia medicamenta sint expurgantia, & mouentia vrinas, & sudorem, & menstrua euacuationes Gal. opere de simp. med. facul. fusius docuit. Sanguinis missio, ut quædam euacuationis species est, ab specie morbi etiam expetit per se: cæterum quoniam nõ est simplex auxilium, ut alia plurima, sed multiplex non ab vno, sed ab omnibus ferè morbis expeti solet, cum magni sunt, aut ne multum crescant metus est. Vsq; adeo ut suppetente facultate per omnes magnos morbos mitti sanguis debeat. Nam cum sit euacuans reuellens, refrigerans, de obstruens, & expurgas auxilium, qui magnus morbus esse possit, qui hac, aut illa ratione, missione sanguinis non gaudeat, si facultas adeo constet ut noxas quas necessario affert sine periculo sustinere possit: ergo morbi & causæ species qualitatem necessariè euacuationis, ita indicat. Locus etiam male affectus habet magnam vim in hac consultatione, cuius enim locus petit euacuationem per loca vicina, velut ventriculi morbus vomitum: intestini, deiectione: lienis, vtraq; via: renum vesicæ, & gibbæ hepatis, per vrinas: thoracis, excreatione: capitis, per palatum, aut nares: totius corporis habitus, sudore, aut expurgatione insensibili, curari indicat, sed de qualitate sint hæc satis, non enim hic medendi methodum scribendo persequi: sed artem hanc paruum explicare institui. Quantitas considerari potest in auxilijs ipsis, aut in eorum materia. In prima consideratione est hæc consultatio, cum expurgare, aut mittere sanguinem, aut aliter euacuare decreuimus, quousque ducenda ea euacuatio sit, an multum, an parum, an vsque ad deliquium animi, an consistendum infra. In secunda, in quo ordine expurgantium esse debeat, quod offerendum est pharmacum, & qua dosi offerendum sit. Quousque ducenda sit euacuatio, a morbo primũ, deinde facultate indicatur. Nam

A cum morbus quanto maior est tanto maiori auxilio curandus sit, & quanto minor, tanto minori, certè ut cacochimia petit expurgationem, ita magna cacochimia magnam expurgationem. Verum non debet euacuari quantum morbus petit, nisi tantum etiam facultas permittat. Indicatio enim a facultate, quanquam posterior est indicatione a morbo, tamen præstantior est. habetq; vim maiorem. Nimirum morbus in primis dicit, tanta euacuatione est opus, superuenit tamè deinde consideratio virtutis, quæ modum ponit, cuique parendũ est magis quam morbo. Nam stultum fuerit eo quod libras quatuor sanguinis redundant, libras quatuor euacuare, si ex ea euacuatione facultas sit defectura. Cum duæ hæ indicatione magnopere augeri euacuationem innuat, multum quidem ducenda est, atque adeo vsque ad deliquium animi, mittendo sanguinem non nunquam, expurgando (ut mea sententia fert) nunquam. Sed quod ad materiam attinet, quæ sit cuiusq; medicati dosis ab ijs authoribus peti debet, qui de materia medicinali scripserunt. Nam longum fuerit, neq; sine periculo, velle proprio experimento id inuestigare. Atqui cum in antidotarijs quorundam medicamentorum doses occurrant scriptæ cum quadam latitudine, quædam simpliciter, monuimus alio loco, cum vnica simplexq; dicitur dosis, intelligendum eam esse summam, posse tamen minori quantitate multis offerri, & si maiori offerri nullis debeat: cum dicitur cum latitudine, intelligendum summam & minimã. Ut cum dicitur dosim rhabarbari esse a dragma vna, vsq; quatuor, nunquã debere dari, aut supra quatuor, aut infra vnam dragmã, quanquã si transgrediendum est, in hæc partem tutius sit peccare, ut minus detur. Cæterum in propria cuiusque medicamenti dosis latitudine, venit in consultationem quantum offerendum sit ei: groto quem paramus expurgare, veniuntq; consideranda tria, quæta expurgatione corpus indiget, & quantam facultas ferre possit, & quam facile corpus expurgari soleat, siue modo expurgari paratum sit. Atque in hos eosdem scopos intendendum erit, ad deliberandum cuius ordinis esse debeat medicamentum, an primi, an secundi, an tertij, an quarti (totidem enim esse ponuntur quot alterantium medicamentorum) nam quanto maiori expurgatione corpus indiget, aut quanto maiorem potest ferre, aut quanto difficilius expurgatur tanto superioris ordinis, & maiori dosi medicamentum dari debet, quanto plus contraria corpori in sunt, tãto inferioris ordinis & dosi minori. Sed de quantitate hæc sunt satis. de tempore etiam attingam quædam. Dubitari potest de hora diei, aut vniuersali tempore

tempore morbi, aut particulari, quod euacuationi cuique sit opportunum. Misionem sanguinis nemo negat, quauis hora diei aut noctis, si quæ instet necessitas, fieri posse: tamen si citra instantem necessitatem fiat, ut medicus eligere horam secandi venam possit, censent quidam primis diei horis ante meridiem fieri, quod ijs horis sanguis præcipue moueatur. Certè non repugno. Nam siue certi quidam succorum singulorum motus singulis diebus sunt, ut antiquissimi dicebant, siue non sunt, tamen summo mane hesternus cibus solet esse concoctus, & ad intestina descendisse: nonnunquã bona pars eius solet esse excreta. Quare minime erit tunc crudum in ventre quod per corpus diducatur. Quod ad particulare morbi tempus attinet haud dubium est, si morbus quibusdam diebus habeat exacerbationes, quibusdam non habeat, & citra magnam vrgentiã mittatur, diebus intermissionis, aut remissionis mittendum esse sanguinem: sin verò omnibus diebus exacerbetur morbus, tamen fugiendam esse horam exacerbationis. Nã facultas magnopere læderetur, euacuatione & exacerbatione in idem tempus incidentibus. Quod attinet ad vniuersale tempus, quocumque morbi die inciderit necessitas mitti sanguis debet, siue principiu, siue incrementum, siue summus vigor, siue inclinatio sit. Erratque magnopere Celsus dicens non vltra quartum diem mitti sanguinem debere, & Aui. ita præcipiens: quod si dimiseris eam penitus phlebotomia dimittatur. Nam etsi quis mittendi sanguinem occasionem omittes, peccauerit, quocumque die peccatum ea ratione esse cognouerit, mittere debet, nisi interim aut euacuatione alia sublata necessitas sit, aut facultas debilitata, ut quam tulisset prius, modo ferre non possit. In expurgatione triplicis etiam temporis ratio haberi debet, vniuersalis, & particularis, & diei horæ: quod ad horam attinet, quidam probant catapotia dari media nocte, quidam etiam prius, quidam summo mane. Ego nihil horum perpetuum esse censeo, sed multa alia in deliberationem adhiberi, quædam quæ dici possunt, quædam quæ non possunt: sed prudenti medico res ipsa offerre solet, velut est illud, si peruigilio laborat ægrotus magis quam inedia, quoniam somno indiget magis quam cibo, totam noctem dormire curet, mane pharmacum accipiat, & si cibum cogatur vsque ad vesperam differre: si contra indiget magis cibo quam somno, noctu accipiat pharmacum, ut sequenti die possit sua hora cibum capere: quod, exacerbatio quoque morbi, immutare maxime poterit: nam non minus cauere debemus ad expurgandum, quam ad mittendum

A sanguinem, immò fortasse etiam plus, exacerbationis tempus. Quare singulis diebus id fiat, qua hora exacerbatio præterierit medicamentum offeratur. Quidam contendunt in quartanis & tertianis notis, quæ excrassis succis sūt, dandum esse pharmacum quod expurget, in ipso accessione die parum ante ipsam accessione. Quoniam dicunt, succi crassi ut pote tardi & inepti ad fluendum non possint extrahi, nisi cum alio qui sua sponte mouentur. Hanc sententiam dicunt fuisse etiam Hippocr. quandoquidem lib. de passionibus ita reperitur scriptum, si verò quartana apprehenderit, siquidem impurgatus fuerit, primum caput purgato, & interpositis tribus aut quatuor diebus, pharmacum sursum purgans dato in ipsa apprehensione, & interpositis rursum diebus, aliud deorsum purgans dato in ipsa apprehensione. Me certè autoritas parum moueret, nam satis intelligo vel ex ipsa libri lectione eum Hip. non esse, aut saltem non esse ab Hippo. limatum & perfectum. Sed ratio non displicet, atque proinde non nego posse, cum facultas aded constiterit, ut purgationem cum exacerbatione ferre possit, id vtiliter tentari, tamen moneo ne id agatur temerè, neque aliter quam re optimè considerata. Nam non erit admodum frequens in homine febre quartana defatigato, facultatem aded constare. Quod ad vniuersale morbi tempus, quo idonee uti purgatione possumus, attinet. In initio quidem possumus expurgare ob reuulsionem, cum succus in partem aliquam influit, vel ob turgentiam: vel quoniam succi coqui non possunt, cuiusmodi est aqua: vel cum alioqui in expectanda concoctione spes non est. Præter hæc in acutis morbis non ante finem vigoris, aut vsque ad declinationem, in longis non ante incrementum, in quibus, non semel, sed partitis repetitisque expurgationibus est euacuandum. Sed hoc modum euacuationis videtur attingere, de quo iam dicam. Morbus & facultas indicare solent modum euacuandi. Velut cum morbus petit maiorem euacuationem, quam facultas ferre possit, quærimus modum, quo minus grauis euacuatio, facultati sit, quò ita possimus, non multo minorem facere quam morbus petat. Proinde euacuationem partiri solemus, ut quã semel & confertim facultas non posset ferre, partitam possit. In quauis ergo tali mittendi sanguinem necessitate repetita missione utimur, & in cacochimia per quam facultas non admodum constat, expurgamus per epicrasim. Ita etiam cum mittendum sanguinem censemus, tamen timemus facultati solemus pro venæ scissione scarificare cutem, intelligentes minorem

norem hoc modo spirituum effusionem fieri. Sed & ex eo quod studemus facere nonnunquam modum euacuandi inuenimus. Velut si missione sanguinis reuelleret magis, quam euacuare volumus, partita vtimur, si peculiarem ex parte euacuationem facere, scarificatione eius partis aut affixis sanguifugis. Sed & species succorum qui euacuandi sunt, indicant modum. Tenuem enim sanguinē scarificatione, crassum scissione venę extrahimus, aut si penitus secamus venas, ob crassas magna, ob tenues parua scissione vtimur. In expurgatione etiam est alia consultatio quę ad modum pertinet, an sursum, an deorsum expurgandum sit. Quod quidem partim à naturalibus rebus, partim à non naturalibus, partim ab ijs quę præter naturam sunt, indicatur. In naturalibus est natura & consuetudo. Nimirum qui natura facile fert vomitum, & qui ei assuevit, sursum euacuandus est: qui minus deorsum. Formatio etiam aliquid hacin re potest indicare. Qui lato sunt thorace sursum possunt, qui angusto non debent sursum expurgari. In non naturalibus rebus sunt, tempus anni, & regio. Quę cum calida sunt, & tenues succos generantia, sursum, cum contra, deorsum expurgari petunt. Cacochimix ipsius species hoc indicat in primis, biliosa enim sursum, pituitosa aut melancholica, deorsum amat expurgari. Quędam etiã morborum species alterum horum petunt aut prohibent, velut dysenteria, ab expurgatione deorsum facta abhorret: mala capitis (nisi per consensum sint cum ventriculo) abhorrent à vomitione purgatoria: mala etiam pulmonis. Verum hæc omnia & dicta & explicata multo magis à me sunt, in commentarijs. 4. par. Apho. hic satis sit hæc dixisse, de qualitate, quantitate, tempore, & modo euacuandi, omnia cerce quę de euacuandi ratione dici possunt, non erat huius loci dicere. Hæc, inquit Gal. qui sciuerit, facile in hac artis parte inueniet causas salubres. Verum hæc ex libris in quibus curandi methodus scribitur, disci censet.

Eodem autem modo & in alijs tribus intemperiebus vnum commune habentes præceptum, primum quamcunq; causam, quę illum facit tollere, deinde venire ad morbum ab ea factum, inuentionem causarum salubrium faciemus.

Velut, inquit, in febre diximus, quę calor est, ita in alijs tribus intemperiebus frigore nempe, humore, & siccitate, curandi ratio methodusq; est, incipere à sublatione causę, deinde ad ipsam venire affectionem. Verum intellige Gale. hic nõ totam curationis methodum docere, sed legitimam, & simplicem. Cum enim aut illegitima, aut

A multiplex est, alia methodo est opus, voco curationē simplicem, cum simplex vnicusq; curatur affectus, multiplicem, cū multi sunt copulati. Qui nonnunquam ita copulati sunt, vt quiuis ante alterum tolli possit, nonnunquam alterius curationem alter impedit. Cum hoc fit, ea ordinis ratio in curatione esse debet, vt prius curetur is, quo non sublato alter curari non possit. Velut si vlcus cauum & sordidum sit in intemperata particula, necesse sit expurgare primum (quoniam non expurgata particula attemperari non possit) deinde attemperare quoniam in non attemperata non possit caro supercrescere. Si quis etiam habeat & in vesica lapidē, & in via vrinæ obstructionem, aut carunculam supercrescentem, necesse sit hanc tolli prius, quoniam non possit aliter prodire lapis. Cum verò multę passiones sunt, potest autem tolli quęuis ante quamuis aliam, alia est ratio ordinis, id quod magis vrget prius curare, deinde reliqua, vt quidque vrget minus, ita minus properando: interim tamen nõ prohibemus si quibus passionibus, duabus aut pluribus simul possimus, aut eadem opera, nihilo deterius occurrere, id quoque facere: verum hūc locum prius tractauimus. Ordo vrgentię non in complicatis morbis solum, sed in passionibus & earum causis, & symptomatis locum habet, cum vrgentiã tanta est vt periculum multo grauioris mali, aut mortis probabiliter putetur impendere. Tunc enim nonnunquam curamus tollere symptoma ante morbum, & morbum ante causam, quatenus fieri potest, aut quatenus vrgere adeò desinat. Qui ordo legitimus non est, quoniam vrgentiã tanta omnem legem eleuat. Curamus autem legitimè cum tantis angustijs non premimur, tuncque si simplex curatio sit, nulla est alia methodus, quam à prioribus ad posteriores causas, & ab ijs ad ipsas affectiones venire.

E *In intemperiebus autem compositis ex simplicibus, compositio indicabit salubria præcepta. Hic quoque curantibus nobis, secundum rationem magnitudinis intemperiei, id quod ipsi conueniat inuenire. Vt si ita contigerit, vt decem numeris ad calidius aliquid decidat, ab eo quod secundum naturam, septem autem ad siccius, esse quidem tunc oportet salubrem causam in huiusmodi dispositionibus, decem numeris frigidiorē, septem autem humidiorē.*

Si morbus est compositus compositam etiam esse curationem dictum antea est, modo illud addit dictis, curationem non solum agi debere contrarijs, sed etiam æqualibus contrarijs, quod à me lib. 8. controu. demonstratum est. Nunc illud vnum explicetur,

plicetur, quandoquidem dictum est prius, A corporum ægrotantium naturam conseruandam esse, conseruationem verò æqualibus similibus agi, & curationem contrarijs, nunc dicimus, quomodo vtrumq; simul agi possit, curatio inquam, & conseruatio. Certè per morbos sola cõseruatio non agitur (non enim calido homini febricitanti calida damus) sed simul agitur cum curatione, danturque similia non simpliciter, sed quatenus dari possunt. Nimirum homini illi dantur tanto minus frigida, quanto homo calidior est: atque si frigidus natura esset, darentur tanto frigidiora quanto esset homo frigidior. Id quod sit considerando quam longe recesserit homo ægrotans à sua ipsius natura, atque id medicamentum ad-mouendo, quod ab illa met temperie, quæ hominis naturalis est, tantum versus contrariam partem inclinet. Nam hoc modo soli morbo dabuntur contraria, naturali in-temperiei nulla contraria dabuntur, sed similia exactè, præter id quod morbus cogit offerre contrarij. Hoc enim est quod prius dicebamus, quatenus dari possunt. Hoc quidem ita agi debere euidenti ratione confirmatur. Nam si homini febricitanti non daremus minus, immo verò, vt contendunt quidam magis etiam frigida, quòd calidus sit, dabimus certè contraria etiam naturæ, quare iuuabimus morbum, pugna-tes contra naturam. Hoc verò quanquam verissimum sit, tamen in febrilibus affectio-nibus & cacochimijs nõ tam aperto experi-mèto videtur confirmari quàm in vlceraum curatione: quoniã multiplices variegq; in il-lis solent esse indicationes, aliæ à causis, aliæ à morbis, aliæ à symptomaticis quibusdam, & alia aguntur non ob curationes præsentis, sed ob præseruationes quasdam, quæ cõtra videntur nos cogere operari. Sed si nihil tale nos inturbet, agendum est illud solum quod nũc docuimus, atq; aded in nudis in-temperiebus, in quibus mera iam curatio est, nihil prohibet exactissimè id facere. Pro-indeque ad sicciore partes cum vlcerae sunt sicciorebus, ad humidiores minus sic-cis medicamentis vtimur, nisi hæc humiditas cum multis excrementis coniuncta sit, tunc enim maiori siccioreq; desiccatione vtimur ob magnum putredinis periculum, velut in ore & pudendis. His tamen excep-tis, quo particula est sicciore eo amat sicciore medicamenta. Ita verò quæuis partis natura petit sibi inter curandum similia ea mē-sura qua dictum est, & totus homo eodem modo. Quid ergo? si homo gratia exempli, naturaliter calidus secundo gradu, incale-scit per febrem vsque ad tertium gradum, nunquid curandus est calidis primo gradu? nam ita fit ex dictis. Sed si hic homo ante-

quam febricitare cœpisset, reduci debuit se-cundum artem, vt profectò debuit, frigidis secundo gradu. Quare fiet, vt hic homo fri-gidis per bonam valetudinem vteretur, nũc verò quoniam febricitare cœpit, vtatur cali-dis, quod non videtur esse consentaneum. Huius obiectionis gratia meminisse oportet, monstratum alio loco à me esse, consue-tudinem seruandam esse non minus quàm naturam: quin etiam, etsi indicatio seruanda naturæ sit præstantior, cum illius gratia consuetudo seruetur, tamen indicationem à consuetudine priorem esse. Quapropter si homo in illa hypothese positus reduci cœperat, ita vt consuetudinem vten si frigidis cõ-pararet, vti debebit per febrem tanto frigi-dioribus illis quæ erant consueta, quanto nunc factus est præter naturam calidior. Fri-gidis ergo tribus gradibus, neq; illud quidẽ erit reducere per morbos, sed conseruare consuetudinem. Atqui ille quidem homo, si ante febrem conseruationi semper studuis-set, aut ea quæ reducunt nondum fecisset cõ-sueta, incidens in exiguam illam febrem, haudquaquam frigidis, sed minus calidis indigeret, calidis scilicet primi gradus. Qua-re neque illud est inopinabile, fieri vt homo non præter artem frigidis vteretur ante fe-brem, & quoniam febris accessit ad calida debeat transferri. Nam si calidus erat natura secundo gradu, atq; aded benè valens, & re-ductionis gratia frigidis vti incepit, & an-tequam frigida sibi per consuetudinem fam-iliaria grataq; facta essent, febricitare ince-pit, in caluitq; vsq; ad tertium gradum, pro-fectò à reductione desistere debet, quoniam cum nondum cõsuetudinem pepererit molesta est nature, atq; vt ijs, quæ cõseruado cu-rèt, sunt verò ea quæ tanto minus calida sunt homine, quãto homo factus est se ipso cali-dior: quæ constat primo ordine calida esse.

Si igitur ipsi parti patienti admonetur huiusmodi medicamentum. tanto esto frigidus & hu-midus, quantum ipsa indicatio inuenit. In profundo autem posita parte patiente machinari oportet tale facere remedium, vt non præueniat dissolui in via. Si igitur opus sit moderato calidiori ne sit so-lum tanto calidius quanto passio indiget, sed supra eam mensuram adiciatur, quod necessarium sit, vt ad situm veniat: si autem frigidus, non simplici-ter oportet tanto facere ipsum frigidus, sed mate-riam etiam considerare prius. Si enim crassarum partium est non penetrabit admodum ad profun-da, contrarium autem omnino faciet, densam su-persiciẽ. Si autem tenuium partium sit possit quidẽ subire vsque ad profundum valde, ita autem & in humectantibus & siccantibus, crassitiam & tenuitatem partium considerandum. A positu ergo partis quæ patitur, indicatio inuenit salu-tarem causam, vt dictum nunc est. A formatione autem

autem & positi, cum meatus conspicuos habeant A
patentes in aliam partem, aut nullum habeant nam
effluxus qui in partes principales feruntur, auerti-
mus irritabimus verò eos qui in ignobilia. Constat
autem causarum qua intemperiem faciunt cura-
tionem per euacuationem fieri. Nam ipsarum in-
temperierum, alteratio sola, curatio est.

Non est in curationibus minima indica-
tio à parte, immò verò solèt similes om-
nino morbi & æquales, & à similibus cau-
sis facti, diuersas admodù curationes ama-
re, hac solum causâ, quòd ad diuersas partes
pertineant. Indicat verò pars multis modis,
quorum Gal. duo tangit hoc loco solum, à
positu, & à formatione: atque in positi con-
siderat illud vnum, an pars sit posita in alto
corpore, an ad cutem: in formatione, quæ
foramina habeat, aut nò habeat. Quanquam
multa alia sunt in partibus, præter positum
& formationem, & hæc ipsa indicare pos-
sunt pluribus modis. Nam temperies partis
habet magnam indicationem. Calida enim
pars calidiora, frigida frigidiora, humida hu-
midiora, sicca sicciora petit auxilia, quæ ad-
modum de totius corporis temperie dictù
est. Hinc fit vt ad vlcerù sicciorum partium
siccioribus medicamētis vtamur, quam ad
humidiorum. A peculiaris etiam partis na-
tura, quæ in necessario eius robore, & neces-
saria actione cōsistit indicatio nascitur mire
obseruanda in curationibus. Velut, quoniam
ventriculi & hepatis robore & actione per
morbos admodum indigemus, quocunque
morbo ea membra laborent, & quæcunq;
medicamenta ijs parentur, aliquid astringē-
di vim habens admisceri debet etiam si ob-
structio sit quæ aperiri, aut inflammatio quæ
resolui debeat. Contra medicamenta quæ
adenibus ignobilioribus admouenda sint,
nihil habere debent quod astringat aut re-
percutiat, quoniam eas partes lædi haud est
magnum malum, & nullæ minori cum pe-
riculo lædi possunt fluxione, quam ab his re-
puleris. Peculiari etiam natura quædã par-
tes amant quasdam medicamentorum ma-
terias, à quibusdam abhorrent. Velut oculi
abhorrent ab oleo, à vino non ita. Nerui læ-
duntur vino, & gaudent oleo. Magnitudo,
aut numerus partium, minimam eamque
cognitu facilissimam habent indicationem,
quatenus scilicet maiori parte læsa maiori
cataplasmate aut illitione opus est, læsa ge-
mina parte, geminis est opus. Hanc proinde
Gal. non attigit. In positi est duplex consi-
deratio, prima quam pars ad alias partes ha-
beat vicinam, aut rectitudinem, secunda, an
pars sit superna an inferna, dextra an fini-
stra, anterior an posterior, intima an extima.
Ex prima consideratione multæ indicatio-

nes nascuntur, cauemus enim ne principem
partem lædamus, aliud agētes. Velut in an-
gina, quoniam videmus rectitudinis & vici-
niæ gratia facilem esse repulsum ab exter-
nis in interna, aut ex laringe in pulmonem,
& in eo repulsi grauius pericula, exterius
nulla, interius modica repellentia, eaque
nunquam non permista cum contrarijs, ad-
mouemus. Eadem ratione in omnibus tho-
racis morbis qui cum fluxione fiant, caue-
mus ab astringentibus, ne in cor, aut pulmo-
nem, repellamus. Ex secunda consideratio-
ne positus, nascuntur omnia præcepta ser-
uandi rectitudinem in venæ sectione, quæ
ego antea tetigi, & in controuersijs vno ca-
pite complexus sum. Nimirum quoniam
male affecta pars est inferna, in crure, quoniã
superna, in brachio: quoniam dextra, in dex-
tro crure, aut brachio: quoniam sinistra, in
sinistro secanda est. Quas indicationes con-
stat à positi esse. Verum has omisit, vnam il-
lam persecutus est, quæ à partis altitudine
nascitur. Quoniam, inquit, in partem imam
non possunt penetrare medicamenta, quin
facultatis bonam partem in via amiserint,
neccesse est modo aliquo curare, vt quam ma-
ximè fieri possit, talia in ipsas partes ve-
niant, qualibus eæ indigere videantur.
Proinde Gal. consulit si pars, calida petat,
calida dare, non simpliciter, velut si pars ex-
tra posita esset, sed tanto plus habentia calori,
quantù verisimile sit ea, in via, virium re-
missura: si pars petat frigida, non perinde fa-
cere solum, sed etiam curare vt medicamen-
ta sint requium partium, & facile penetrantia.
Nam aliter, inquit, frigida ipsa sibi viam
obstruent, fietque vt etsi maiora data
sint, tamen in partem affectã pertingant mi-
nus, quin etiam fortasse cohibendo effluuiù
calidum à particula, ipsam facient magis in-
calefcere. Hæc docet Gal. mihi tamen vide-
tur neque in adhibitione calidorum auden-
dum esse augere quantumuis eorum vires,
neque hac ratione solum in alto posite par-
ticule prospiciendum esse. Nam etsi pericu-
lum obturationis, vt in frigidis non sit, est
tamen aliud, quod Gal. non animaduertit,
ne dum ægrotanti in profundo parti mederi
volumus, sanas partes quæ in via sunt, læ-
damus. Proinde, in frigidis aliquanto plus,
in omnibus tamen curandum censeo, vt
quam minimum res ipsa ferat, medicamen-
torum vires augeamus, admiscemus ergo,
vt ijs quæ leni imponuntur acetum, & re-
percutientibus ex capite, ita & pectoralibus
medicamentis, mel, penetrationis gratia, si-
ue frigida, siue calida sint, siue lenientia, qua-
lia sunt quæ faciunt excreationem facilem,
siue siccantia & adstringentia, qualibus in
hemoptoyca passione vtimur. In formatio-
ne & positi simul, illud considerare iubet

Gal.

Gal. quos meatus ad expurgationem aptos habeat pars, & quo vergentes, an in partem aliquam ducentes in qua magnopere excrementa ledere possint, an non. Nam auertemus à minimè conuenientibus, vocabimus ad conuenientes meatus. Velut si cui in asperam arteriam è capite destillatio sit, auocabimus ad os masticatorijs, si in oculos, siq̄ue metus nequid grauius patiantur oculi, auocabimus ad nares errhinis vocatis. Ad hanc etiam considerationem refertur, quæ foramina, aut quas commissuras pars habeat, vt possint in ea medicamenta penetrare. Hinc enim indicatione accepta, omnia quæ in caput, in commissuram coronalem, infundimus. Sed de indicatione à loco patiente hæc videntur esse satis. Tandem velut per epilogum dicit, causas intemperierum, euacuatione: intemperies ipsas, alteratione, curari.

Solutionis autem continuitatis scopus quidem curationis vnio, in organicis partibus impossibilis, in simplicibus autem nõ semper possibilis, sed in quibusdam: vt in carnosis conglutinatio curatio est. Non differet autem siue coalitum nominet. Antecedit autem ipsam cum maius fuerit factum vulnus, adductio distantium particularum, quæ ex genere formationis est vt autem ipsa firma fiat alligatio adducens ea quæ distant, & vincula, & sutura profunt. Agglutinat autem quæ deiuñta sunt, & à principio vnitionem restituit natura, nostrum verò opus vnum vt dictum est, adducere in idem quæ distant, secundum autem seruare vt adducta sunt, & tertium cauere ne quid intercitat in medio labiorum, quartum ipsam partis substantiam sanam seruare. Primum autem & secundum, quo pacto quis facere possit dictum est. Tertium verò in ipsa adductione eorum quæ distant, fieri sane possit, si nihil extrinsecus incidere permittamus, vt solet capillus, aut oleum, aut aliqua alia humiditas, in medio eorum quæ vnenda sunt consistens, impediatur vnitionem illorum. Sequenti autem tempore per suffluxiones, tertij scopi est custodia. Suffluxionem autem ipsam ex dissectione & contraria sectione & conuenienti figura comparandum. Substantia autem partis sana seruabitur mediocriter siccantibus. Hæc quidem est curatio solutionis continuitatis in parte carnosafacta, cum ipsa per se sola est: si autem alicui alteri misceatur morbo plures sunt scopi indicationũ, vt in doctrina compositorum, aut complicatorum, aut vtrunque aliquis vocare voluerit deinceps dicemus. In presenti autem ad reliquas continuitatis solutiones eundem.

Vlcerum partitiones multis modis fieri possunt, quas alijs locis Gal. persequitur hoc loco ea solum vtitur, quæ ex locorum vulneratorum differentia nascitur. Nimi-

rum, quia vt in omnium morborum curationibus magnum momentum habet indicatio, quæ accipitur à patiente particula, ita in hac curatione habet maximum. Differit ergo primum de sectione carnis, deinde ossis, vltimo nerui, quia hæ partes, & earum læsiones, curationesque maximè disident. Porro vlcus potest esse simplex, vt nihil præter vlcus sit, aut potest cum alijs affectionibus esse coniunctum. Simplex autem vlcus simplicem indicationem habet, cui alius affectus accidit, multiplicem. Primum ergo agit de simplici vlcere, deinceps agit de compositis. Quod simplex est per se ac primò nihil aliud quam vnitionem petit, hæc verò esse potest propria, vt cum ex duabus partibus substantiæ, vnica sit, nulla alia substantia intercedente: aut minus propria, vt cum sit intercedente alia, veluti glutine. Propria vnio non potest accidere duris partibus, quas solidas & feminales vocant, nisi forte in puerulis humidioribus: mollibus tamen, vt carni & adipi, potest. Cum verò nullæ partes organicæ ex solis sanguineis compositæ sint, constat nullam partem organicam posse vere ac proprie vniri, simplices verò non omnes, sed eas quæ sunt molles. Ergo in parte carnosafacta, simplex vlcus petit solam vnitionem, eamque veram accipere potest. Sed vt vniantur quæ abducta sunt, opus est vt adducantur fascia, vinculis, sutura, aut etiam cataplasmate agglutinante. Cum sola fascia, aut cataplasma huiusmodi videbuntur esse satis, abstinendum à sutura est, quoniam est maioris laboris & periculi, si minus, facienda est consultio etiam. Cum musculorum partes transuersim sunt sectæ rarò sufficit ligatio sola cum recta potest sufficere. Atque in ipsa ligatura curandum quam maximè est, quod Hippocra. in officina chirurgiæ docet, vt sit firma, sine multa compressione, cuique membro accommodata, & elegans. Ex quibus scopis, multæ ligaturarum figuræ nascuntur, quas dicto loco Hippocr. docet, & chirurgi in suis commentarijs persequuntur fusijs & omantium maximè Gale. libello de fascijs: adductionem ergo his instrumentis facimus, & factam seruamus. His factis natura ipsa facit vnitionem nisi quid impediatur, velut sordities aliqua, aut oleum, aut pili, aut quiduis aliud quod intercipiatur. Curandum ergo est, nequid sit tale quod impediatur, & vt natura partis benè habeat, possitque carnem generare, quæ poterit sanè, si caro bene temperata sit. Ergo recens vlcus lauandum vino (de carnosis enim dicimus) postquam permiserimus ex eo sanguinem fluere, deinde æqualiter constringendum, nullo oleo, aut alio medicamine immisso, idque

agendum eleganter & cum magna munditie, ita enim fiet ne quid intra labia maneat, quod vnitioem impediatur. Curandum statim vniuersum corpus inanire, & expurgare (si res exiget) ne quid denuo influat. De super in partem inspergere oportebit siccantem puluerem sine mordacitate, ita enim seruetur substantia partis sanæ. Nam siccum sanò vicinior est vt Hippocrat. lib. de de vlcere docet. Quod si vlcus magnam altitudinem habet, aut corpus alioqui paratum esse videatur ad fluxiones, timendum est, ne etsi hæc omnia recte sint acta, in imam vlcere partem saniei aliquid colligatur, quod impediatur perfectam curationem. Cauebitur autem facta suffluxione, hoc est facta saniei expurgandæ via, relictoque linimento intincto oleo aut pulicula, ne occludatur. Fit via, vlcere in partem decliuem secto, aut si sinus iam collecto pure factus sit, in contraria parte quæ defluxioni sit magis idonea, facta alia sectione. Iuuat hanc suffluxionem, mēbrum læsum in figura accommodata ad effluendum collocare. Curandum tamen quoad fieri possit, vt figura indolens sit, hoc est iucunda, & quam ferre multum æger possit sine molestia. Ita enim facultas minus laborat, & pars minus fluxione tentatur. Hæc est ratio curandi simplicia in carne vlcera, quam Gal. partim hic, partim in methodo docet.

Tractio ergo est continuitatis in osse solutio, quod vniui non potest prima intentione, secunda autem modo quodam vniui potest. Prima ergo intentio est, continuatio qua non potest ob siccitatem partis fieri, secunda alligatio, poro alligante in circulo fractionem. Generatio autem pori quatenus ex materia, & à natura fit communis est ad alia, quatenus autem ab osse parum abest, propria est ex huiusmodi alimento. Molle autem & puerile os, & vniui potest, raro autē hæc passio generatur sine coniunctione, plerunque enim adiacentes musculi simul cum alijs corporibus patiuntur, ruptis ossibus, quare & scopus curationis duplex, alter quidem qui in ossibus, alter verò qui in corporibus circum illa. Hic autem in dispositionibus compositis partium carnosarum dicitur. De fractionibus autem hoc loco dicendum est. Quoniam enim horum curatio est ex poro. Vt autem hæc fiat proprii alimenti ossis oportet abundantiam, ad generandum porum suppeditare natura. Hæc autem abundantia & quantitate & qualitate moderata esse debet: proinde indiget preparatione quæ agat tantum & tale influentis sanguinis, ex quali & quanto generetur callus. Cum autem effundatur hic per cauernas fracti ossis, considerare oportet illius & multitudinem & qualitatem, atque ita aut sicciorē facere influxum, aut humidiorē. Verum hæc fusius in libris de medendi

A methodo dicta sunt.

Hippocrat. non quancunque solutionem continui in osse appellat *νέτραγμα* seu fractionem, sed eam solam quæ fit casu, aut graui ictu, reliquas enim appellat scissiones: Galen. verò omnes ossis solutiones vtcunque factas fracturas vocat. Dicit ergo nullam ossis fractionem curari posse vera vnitioem, nisi in mollibus & puerilibus, quoniam in his solis potest os generari. Curatur verò vnitioem non vera intercedente callo, qui callus ab ipsa partis natura generatur, quemadmodum & caro: generatur verò ex proprio ossis alimento. Medicus verò hîc quoque debet naturæ ministrare, curando vt tantum, taleque suppetat ossi alimentum, quanto & quali videatur indigere. Quare si corpus sit plenum euacuare, si inanitum nutrire: si cacochimum, purgare. Verum non hoc solum facere oportet, sed etiam curare vt partes ossis apte adducantur, & reponantur in naturali figura, tuncque ligaturis & ferulis, & cataplasmatibus firmare. Quod si simul cum osse caro superiacens dissecta sit, vt sit plerunque, ad affectiones compositas iam pertinet. Verum lauandum vlcus recens adhuc est mulla, à quo deinde si quid sordium, grumorum, aut frustulorum ossium interest, extrahendum: deinde adducendum, ligandum, & cōstringendum nihilominus: relinquendum verò inter ferulas, & fascias, qua possit linimentum immitti, atque si quid puris, aut sorditiei sit effluere. Fracturas ossium capitis, ob partis figuram, ligatura non curat, sed ad retinendum pharmaca, quæ curare eas possunt, vtimur. Proinde in capitis fracturis detectis perlustratisque ossibus, & extractis, si quæ penitus fracta, aut contusa sunt, sin minus leuigatis, pharmacis valde siccis, & spongijs agendum est. Sed hoc opere attingenda tantum sunt artis præcepta, haudquaquam persequenda omnia.

Nerui autem & tendonis punctura ob nimium sensum, & quoniam continuata est pars principio, promptè corripitur spasmò, maxime cum non expirat extorsum obsecato cutis vulnere. Hoc ergo oportet aperire, & siccare substantia tenuium partium, qua possit penetrare vsque ad imum vulnerati nerui. Dicitur autem de hoc perfecte in lib. methodi meden.

Cum recens punctus est neruus, omniratione cauendum est ne dolor inflammationem, & ob continuitatem cum neruorum principio, conuulsionē faciat. Proinde antequam siccando neruum penitus curare

curare velimus, dolori & inflammationi occurrimus atque vt in carnem vinum, & in nudata ossa aqua calidam, aut mullam, ita in neruum oleum calidum infundendum est cum therebinthina, atque quoniam caro ad cutem solet coalescere, neruo interius vulnus retinente, nudandus magis est neruus, vel saltem curandum ne caro coalescat: id quod etiam facit olei infusio. Deinceps cum dolor magna ex parte coquieuerit, ad siccationem qua penitus sanet, veniendum, vtendumque terebinthina sine oleo, puluere aliquo sine mordacitate siccante admisto. Gal. 6. lib. methodi quem hic citat, modicum admiscet euforbij, fortasse autem sit hic puluis aliquanto acrior quam expediat, primis precipue curationibus, & antequam corpus manifestum sit, & dolor cessare coeperit: dum aguntur haec omnia bubonum est, & totius spinæ habenda cura. Larga enim olei communis irrigatione oportet bubones irrigare, & spinam totam oleo aliquo mediocriter discutiere, vt amygdalino, aut anethino intingere. A principio haud dubie vacuandum, & expurgandum totum corpus est. Cum hac ratione non videtur posse puncturae curatio bene cedere, extremum remedium sit, transuersim totum neruum secare, quanquam pars motu voluntario priuetur.

Ergo in simplicibus huius generis dispositionibus species salubrium causarum talis est: in compositis autem vlcibus complicatur. Prima quidem cavitatis, quam non aliam dispositionem sed vlcis differentiam existimant est autem non differentia haec, sed aliud genus totius morbi, in quo substantia ipsius iactura est. Atqui curatio in duplici passione duplici indiget scopo. Nam continuitatis solutio vnitione, substantia defectus generatione indiget. Sunt autem dicti paulo antea generationis scopi. Atqui oportere primum curare hanc dispositionem, deinde curare vnire, ipsa rerum natura indicat. Cum ergo repletum fuerit cauum, aequale autem vlcus fuerit, tunc alterum scopum aboleri contingit. Nam carne recens genita existente in medio labiorum vlcis, vniri quidem non possunt ea quae distant. Scopum autem alium vnitionis inuenire oportet. Inuentionem autem habebimus ex eo quod secundum naturam, super partem expedit fieri. Secundum naturam autem erat ei, obduci cute. Hoc ergo a nobis est faciendum, aut quoniam est impossibilis hic scopus, simile aliquid cuti. Carnem ergo cuti similem faciendum est. Est autem et alis, sicca simul & callosa: siccantium autem & sine mordacitate astringentium medicamentorum vtilitas erit ad cicatricum inductiones. Ita etiam si sordities aliqua innata fuerit scopus quidem extergere. Medicamentum autem salubre quod extergat. Dicitur autem illorum materia in ijs, quae de medicamentis. Atqui si inflammatio aliqua vel compressio, vel schirrus, aut adema, iuxta vlcus sit,

A curanda sunt haec prius iuxta dictas methodos. Ita si qui influxi in vulnus, secundum influentium curationem eodem modo si intemperies aliqua sit in exulceratis ad intemperiei auxilia prius veniendum est. & de his quidem satis.

Hactenus de curatione simplicis vlcis quacunque in parte consistat, dictum est, de compositis vlcibus nunc dicit. Potest vlcis accedere cavitatis, & sordities, & tumor praeter naturam, aut sola fluxio, & intemperies partis. Quae omnia cum accedunt, curanda sunt ante ipsum vlcus, quoniam omnia illa impediunt vlcis propriam curationem. Ergo replendum, si est cavitatis: & expurgandum, si sordities: & cohibendum fluxionem, si quae est: & attemperandum, si quae est intemperies, antequam veniendum. Quod si sordities & cavitatis cum vlcere sint, expurgandum antequam replendum: quoniam fordes carnis generationem impediunt. Possunt vero eorum quae cum vlcere (eadem erit ratio aliorum morborum) coniunguntur, quaedam curari simul, quaedam non possunt. Velut deterfio & attemperatio fieri possunt simul, admistis quae temperent, & quae detergant, aut immixtis in vlcus detergentibus, & attemperantibus circum circa vlcera membro appositis. Atque parte ex quadam deterfio & generatio carnis fieri possint simul. Non quidem cum est adhuc vlcus valde sordidum, sed cum solis extergentibus actum iam aliquatenus sit, potest siccis cum extergentibus mistis, simul cum deterfione carnis proventus procurari: tamen carnis generatio & cicatricis, non possunt, nisi forte secundum diuersas, vlcis grandioris, partes, simul fieri. Ergo si quae possunt simul fieri, quatenus possunt simul fieri, vt quoad fieri possit, citissimè sanitas eueniat: si non possunt, id curetur prius quod alterius impedit curationem. Nam haec methodus est, quam supra diximus in eo quod impedit curationem. Cavitatem quidam volebat (vt Gal. refert) non esse affectionem diuersam, sed differentiam vlcis, itaque vlcus cauum non esse duas affectiones, sed vlcis quandam speciem: tamen fallebantur: nam in cavitatis est particulæ defectus, quem constat pertinere ad aliud genus puta morborum in numero. Cicatrix generatur pro naturali cute in exulcerata carne, vt callus pro osse in fractionibus. Cicatricem inducentia, merito sunt siccantia & adstringentia sine mordacitate, quoniam siccanda adstringendaque caro fit callosa & crustæ similis. Mordicatio vero, trahendo siccationem impediret.

Transendum vero nunc est in genus, secundum formationem, quod in plures differentias diuiditur.

Sed exordiens est sermo, ab eo quod est euidentiſſimum, quod ex figura mutatione fit. In ijs igitur qui adhuc crescant poſſibile est figuram plurimarum partium emendare, sed in iam auctis, non ita. Scopus ergo est in quibus curari potest, in contrarium euerſionis agere, si vero fractione non rectè conformata aberret alicuius artuum figura, cum porum contraxerit, si adhuc recens porus sit, frangere oportet, & rursus formare rectè, deinde ad porum deducere.

Ratio transferendi ad bonam figuram membra, quæ in mollibus adhuc puerulorum corporibus vitiata figuram habent, eadem omnino est, quam in sermone de reductione docuit. Nam siue à principio formationis, siue formato iam corpore casu aliquo vitiata figura membri sit, ad modum emendationis nihil interest, præter quàm quod facilius emendabitur vitium quod nõ post formationem fuerit contractum (vt multis infantibus ob ipsius partus laborem solet) quàm quod primæ formationis modum sequetur: artus vocantur non quæuis membra, sed brachia & crura. Ea frangere, vt rursus benè formata coalescant, praxis est laboriosa, tentanda tamen cum figuræ vitium tantum est, vt actionibus per totam vitam possit obesse manifestè tuncque solum cum callus adhuc recens est, & corpus laborantis hominis puerile, aut saltem nondum siccatum, vt iuuenile & senile.

Est autem obstructio ex hoc genere morborum, quæ quidem à lentis & crassis fit succis. Vnum quidem & ipsa habet scopum contrarium passioni, de obstructionem. Causa autem salubres abstergentia & scindentia medicamenta.

Obstructio & laxitas sunt vitia in secundo genere vitiatæ figuræ. Amplitudinis siue laxitatis nullam mentionem facit Gal. monuimus tamè inter differendum de reductione quibusdã in partibus posse esse vitiosam cavitatem aut orificiorum amplitudinem. Velut profectò omnes anastomoses venarum, quæ in hoc genere morbi sunt, obstructioni contrarij, amantque contrariam curationem, adstrictionem scilicet & obturationem, quæ emplastricis & adstringentibus medicamentis agitur. Obstructio à succis crassis & lentis, petit detergentia ob lentorem, incidetia ob crassitiam succorum petit etiam laxantia, vt per laxata vasa succi qui erant impacti melius effluent.

Qua autem ab stercore duro impacto in intestino, primam quidem habet duritiei correctionem, ex humidis, & pinguis, clysteribus, deinde autem euacuationem ex fortibus.

Obstructio intestino stercore grauissima mala nasci solent: nam ileos, & pessima dysenteria, qui etiã colici doloris possit esse causa. Curatio verò ex acribus incipere non debet quia augetur cruciatus, & ob duritiam stercoreis nihil proficitur, sed emolliiri debet prius stercore humidis & pinguis, cuiusmodi oleũ (talia enim sunt quæ emolliunt) si in supernis intestinis obstructio sit, potionibus, si in infernis, clysteribus magis.

Qua autem ex lapide in vesica statim quidem translationem, gratia autem perfectæ curationis extractionem per sectionem.

Impacto lapide in collo vesicæ, summum præsensque incidit periculum, per vrinæ detentionem. Proinde si maior lapis sit, quàm vt possit extrahi, aut expelli, quauis arte retrudendus in vesicæ cauum est, retinendusque illic vsq; dum conteratur, contritusque pellatur per partes. Interim, ne crebro recidat in collum, mingere debet homo supino corpore, comprimens manibus, vel per accommodatum instrumentum chirurgicum.

Curatio autem eius humiditatis qua præter naturam continetur, in integra vacuatione, vt in suppuratis: immoderata autem repletio, in immoderata euacuatione, vt in sanguinis per venas. Eodem modo & quibus in vètre, aut intestinis, aut arteria, aut pulmone pus aut sanguis continetur integra euacuatione indigent: pluris autem cibi & potus adhuc recens ingestis, per euacuationem est curatio. Quæcumque, verò in pulmone, aut pectore continentur cum tussi quidem euacuantur, à pharmacis autem, extenuantibus: quæ autem in hepate aut venis aut arterijs, aut renibus, aut per vrinas, aut per ventrem sed per vrinas ab extenuantibus vehementer, per ventrem attrahentibus & aperientibus oscula. Quæ autem in ventre superiori per vomitum, quæ verò in inferiori per subductionem.

Generatim in Apho. dictum est, morbos ex repletione euacuatione curari. Sigillatim percurrit modo Gale. multas multorum membrorum repletiones. Quòd verò dicit immodicam euacuationem ad immodicas repletiones curandas esse bonam, ita intellige. Immodicam euacuationem non esse eam quæ sit maior quàm pro indigentia (talis enim semper est noxia) sed eam quæ cum respondeat maximè repletioni, consuetis euacuationibus multo maior est. Velut si in maxima plethora tres libras sanguinis fundamus. Vbi dicit quæ in pectore aut pulmone continentur, euacuantur cum tussi, à pharmacis autem extenuantibus, videtur docere omnia medicamenta, quæ facilitant sputum esse extenuantia, scimus tamen multa illorum esse

esse crassitudinem inducentia. Proinde ego A intelligo hic extenuantia dici resoluentia, quasi dicat quæ in pectore sunt non aliter euacuari possunt, quam extulsita aut si pharmacis exterius appositis, certe extenuantibus & resoluentibus. Nisi vis illum hic, quoniã de obstructionibus dicere cœperat, de crassis tantum succis in pectore agere ad quos extenuantibus eligmatis semper vitur iuxta illud quod ipsemet. 8. meth. cap. 17. differens de ijs quibus in thorace aut pulmone redundantia est, dicit his verbis. Dabimus igitur ijs qui sic laborant, medicamenta, quibus tenuatoria sit vis, & quibus viæ aperiuntur, & quæ differenda per eas sunt dissecentur, præsertim cum vel crassæ substantiæ sunt vel glutinosæ qualia in ijs sunt, quos Empyus vocant. Hepati & venis & arterijs duplicem euacuationem esse per vrinas & per ventrem, dictum est antea, diciturque postea iterum. Cæterum renes nullatenus videntur per ventrem purgari posse aut debere, tamen cum maxima redundantia est, vtendum esse expurgatione per ventrem etiam ex vesica Galen. ipse docuit. 7. methodi, & ego lib. 8. controuer. confirmauit.

Quæcunque autem sub cute, sectione, aut vstione, aut vrentibus medicamentis, ita autem aliquando & quæcunque sunt in aliqua naturali cavitare, vt thoracis.

Non indistinctè, sectione, aut vstione, D aut medicamentis vtendum est, sed cum abscessum, aut resolvere possumus, aut facere vt sua sponte rumpatur, medicamentis tentandum, si id non videatur fieri posse, aperiendum ferro, sin putredo sit maligna, aut timeatur ne caro maligne computrescat, igne est vtendum, cum vero leuius auxilium est satis, non debet, quod grauius est, tentari. Ita etiam cum est pus effusum in cavitatem aliquam, vt inter intestina & peritonæum, aut intra thoracem, sectione, aut vstione, vti solemus. Sectio fit vt in hydropicis, obliquè, ne affatim effluat: & in parte maximè humili, & in quam possit decumbente ægro, plus inclinare. In thorace ergo, in spatio intercostali quã fieri possit infimo, modo ne lædatur septum transversum, sectio fiat, & qua possit maximè ægrotus in sectionem incumbere. Constat autem quam maximè scire nos debere in quam thoracis partem pus sit effusum, vt ea in parte sectio fiat: nisi tamen effusum sit in ambas: fit verò etiam vstio ob opus in thorace, non quidem penetrans vsque ad internam partem sed ad motis cauterijs, vt ex factis vstione vlcusculis pus afsiduè detergeatur.

Atque vno capite eorum, quæ toto genere præter naturam in partibus continentur scopus curationis eleuatio est. Si autem fieri non possit, transpositio. Quæ autem non toto genere præter naturam sed quantitate, scopus horum euacuatio. Inuentio autem eorum quæ ipsa curant partim quidem ex ipsa dispositione accipitur, plurima verò ex patientibus particulis.

Quorum substantia præter naturam est, ea toto genere talia dicuntur, vt lapis & vermes. Hæc ergo omnino tollere si fieri possit expedit. Quæ verò substantia naturali sunt, cum redundat (vt redundans pituita) tolli à corpore omnino non debent, sed eorum multitudo euacuari. Atqui vt sit maxima indicatio auxiliorum à patientibus partibus dictum est iam, & dicitur rursus.

Quæcunque autem quoniam exasperata sunt præter naturam habent, naturalis leuitas his restituenda est. In osse ergo leuigantia, in arteria autem aut lingua lenientia, humidis & lentis sine mordacitate. Quæ verò quoniam leues sunt, præter naturam habent asperitatem illis naturalem est eis restituendum, medicamentis manifeste abstergentibus & cum exigua adstrictione.

Asperitas & læuitas non in omnibus partibus possunt esse morbi, sed in paucis quibusdam, in quibus possunt actiones per se lædere. Velut asperitas in osse si contemnatur dolores partium quas attingit, facere potest, & curationem impedire: in aspera arteria, tussim magnam mouet; in lingua difficilem sermonem facit. Læuitas in ventriculo & intestinis, lubricitatè, & in te npestium descensum ciborum in facit. Curanda ergo vtraque harum affectionum & in vtrisque earum partium ossa asperata scalpro læuigantur: lingua, & arteria aspera, eligmatis mollibus, & lentis, sine mordacitate, quale in primis oleum recens amygdalarum dulcium recentium. Asperitatem inferunt clysteres aut potiones abstergentes satis adstringentes non nihil. Quoniam absterfio fissuras & inæqualitatem particularum facit, & adstrictio partes quasdam adducendo, quasdam abducendo inæqualitatem auget. Quod tibi ipsi experiri licet lauando aliquoties succo aliquo tali cuiusmodi muria, manus, aut alia in parte cutem. Senties enim cito asperitatem in parte. Porro solet læuitas intestinorum dysentericæ recens curatæ succedere, quæcunque ergo læuia & pingua, qualibus in dysentericis solemus vt, hærentia intestinis relicta sunt, abstergentium vi abraduntur, fitque ita etiam asperitas.

Quaecunque autem obstructiones, aut angustiae A
 viarum, morbos alios sequuntur, curandum illos
 prius est. Ostensum siquidem est in opere de morbo-
 rum differentia inflammationibus & schirris, &
 oedematibus, & nonnunquam siccitatibus immoderatis, adhuc etiam praevis figuris ipsorum continen-
 tium corporum, succedere saepe ea quae dicta
 sunt. Quemadmodum & tumoribus quibusdam
 eorum, quae sunt in ambitu corporum, si autem
 inuicem complicantur dictorum aliqua, indica-
 tiones habebunt complicatas. Sufficiet autem de B
 vno aut de quodam exemplo sermonem habere.
 Quandoquidem plenius de omnibus in libro de ra-
 tione curandi dicitur. Ponatur ergo fluere in par-
 tem aliquam multitudinem sanguinis, ut disten-
 dantur vasa circa particulam, non magna solum
 sed etiam parua, primum quidem quae fugiunt
 sensum, nunc autem apparent quia repleta sunt,
 quemadmodum sane in oculis videntur manifeste
 nonnunquam, ob candorem tunicae. Aequum ergo
 est putare, & alia vasa quae non apparent, disten-
 di repleta, cum neque ipsa videri possint ob exi-
 guitatem, & iam sit periculum effundi, quae ef-
 fluent ex vasis in spatia vacua quae in medio sunt,
 aut effusum iam est nonnihil. Huius passionis cura-
 tio scopum habebit iam vacuationem, aut ut di-
 cam clarius euacuationem, quandoquidem pas-
 sio erat repletam esse particulam immodice. Ne-
 cesse est ergo aut recurrens euacuari id quod re-
 dundat, aut per ipsam partem quae patitur. Re-
 curret ergo aut pulsa, aut tracta, aut missa, aut
 secundum quaedam horum, aut secundum omnia. D
 Per ipsam autem partem patientem euacuabitur:
 partim manifeste & sensibiliter: partim exte-
 nuatum in vapores. Si ergo sit totum corpus ple-
 num, non oportet per patientem locum euacuare.
 Nam si scarificationibus & sectionibus sensibili-
 ter euacuabimus, dolentes trahemus plus dolo-
 ris gratia. Si autem calefacientibus digerere pa-
 rabimus, trahemus ob calorem plus in partem
 quam digeremus. Si verò velimus cogere id quod
 influit, rursus recurrere, non quidem recipiet
 quod plenum sit corpus. Ad ambo ergo haec oportet
 vacuare totum corpus, aut retrahere quidem om-
 nino in alias regiones, quod influit in patientem,
 hoc autem ubi factum sit, repellere ex parte pri-
 mum, deinde accingi ad resoluendum. Facilius
 enim est euacuatio quanto per minora. Repelle-
 mus autem ex patiente si adstringamus simul &
 refrigeremus, sed & quae euacuata sunt ad sese tra-
 hent, quae repelluntur: monstratum enim etiam
 hoc est in libro de facult. naturalibus: atqui re-
 mittent etiam vasa roborata pharmacis adstring-
 gentibus. Si ergo totum ita recurret, bene qui-
 dem habet, si autem pars aliqua in parte super-
 sit coniectandum erit id lentum esse & crassum,
 & proinde ita coctum esse ut difficile soluat: po-
 test autem etsi tale non sit, in spatia quae intersunt,
 esse effusum. Tunc ergo tempus iam est ad eius eu-
 acuationem per patientem particulam veniendi,

imponendo suffusis partibus, vires repulsorias eo-
 rum quae influnt. Euacuationes autem praecipue
 si coniectabimur in medijs spatijs contineri aliquid, &
 per scarificationes simul & pharmaca resoluentia.

D
 dictum est antea cum morbi multi con-
 iunguntur, procedentes alij ab alijs, à
 curatione priorum, eorum inquam à qui-
 bus alij nascuntur, exordiendū esse curatio-
 nem. Dictum nō minus est simplicem mor-
 bum simplicem indicationem habere, mul-
 tiplicem multiplicem. Id modo Gal. repetit,
 obiter docens tumorum praeter naturā ge-
 nerationem & curationē, phlegmonis praes-
 cipue. Hanc quoniam fit influente sanguine
 in partem adeo ut magna & exigua vasa re-
 pleat, & inania spatia, detracto ex parte san-
 guine curari dicit, detrahi verò repulsum de
 parte, aut tractum aliunde, aut ex parte mis-
 sum, aut per partem euacuatum. Euacuatur
 per partem manifeste, ut scarificatione, partis
 ruptione, aut sanguifugis: vel occulte, me-
 dicamentis resoluentibus. Remittitur à par-
 ticulae ipsius robore: repellitur medicamen-
 tis repercussibus: retrahitur, aut cum eua-
 cuatione, ut misso ex contraria parte sangui-
 ne, aut sine ea, ligaturis, frictionibus, dolo-
 re, & cucurbitulis. Verum illud est iam plu-
 ries dictum, ad nulla remedia localia esse veni-
 endum, antequam vniuersum corpus sit
 vacuatum, aut vacuatum simul & expur-
 gatum, si res exigat. Verum in ipso localium
 vsu est suus ordo, repercussendum est pri-
 mo, si hac ratione tota inflammatio sublata
 sit, bene, inquit, habet: sin minus veniendum
 est ad resoluentia. Verum animaduerte hic,
 ne res te fallat, non semper esse bene actum
 cum aegrotante, si inflammatio aut tumor
 alius sola repercussione curatus sit, sed tunc
 solum, cum vacuato prius corpore, & infla-
 matio. boni sanguinis, sed multi, influxu ex-
 citata fuerat. Si enim natura venenatum
 succum impulerat, pestiferum sit eum intro
 repellere. Hic respicimus cum in variola-
 rum aut morbilorum, aut pestilentium ex-
 anthematum curatione, abstinemus à reper-
 cussione, ad extractionē omnino conuersi.
 Vbi legimus, facilius enim est euacuatio, quā
 to per minora, in meo codice legitur *dicat meo.*
 vov, tamen in plerisque; *dicat meo.* Hoc est per
 maiora. Haud multum interest. Si legatur
 per minora, intellige auxilia, si per maiora,
 intellige spatia. Nimirū repellētia sunt auxi-
 lia minora resoluentibus, & euacuāt per va-
 sa maiora, quoniam per venas & arterias, re-
 soluentia verò per poros cutis. Ergo quasi
 reddēs causam, qua prius est tentandum in-
 flammationem repercussibus demolliri,
 quam resoluentibus, dicit, quoniam incipien-
 dum est à facilioribus. Est autē tanto facilius
 euacua-

euacuatio, quanto per minora auxilia, aut quanto per maiora vasa. Certè video Hip. & Galenum hoc semper cauisse (contra ac plerique medicorum hodie faciunt) ne maiora auxilia tentarentur, vbi minora viderentur esse satis. Docet deinde Galenus qua causa soleat fieri, vt repercussio nõ sufficiat. Cum, inquit, id quod influxit crassum est, aut et sic crassum nõ sit, est iam extra vasa per inania spacia effusum, non satis est sola repercussio. Addit, tunc ergo tempus iam est ad eius euacuationem per patientem particulam veniendi, imponendo vires repercuentes. Hic sermo non videtur satis congruus & consentaneus. Nam tunc cum ob crassitiem non est satis repercussio, tempus esse veniendi ad repercussionem, quis probet? certe illud tunc, superiora refert. Quasi illud quod de crassitie & inanibus spatiis dixit, per parentem dixerit, itaque resumens tacite superiora dicit, tunc, cum totum corpus est euacuatum, veniendum est ad euacuationem partis per repercussionem, nisi tamen crassus aut impactus sit succus, tunc enim præcipue per scarificationes, aut resoluentia medicamina.

Sed quoniam omnia digerentia calida sunt facultatibus, eius autem temperiei est mordere cum immoderatus sint calida, cauendum in ipsis est, quæ sunt omnino calida, præcipue si sit in summo pars qua patitur. Dolebit enim nõ parum si præter propriam passionem etiam mordeatur, omnisq; dolor fluxiones commouet. Quod ergo mediocriter est calidum in his dolorem non facit, ac multo minus, si humidum fuerit. Atqui possit digerere id quod in summo est, etsi non sit forte medicamentum quod digerit. Si autem qua in summo sunt omnino sint sine passione in profundo autem sit quod euacuatione indigeat, intendere & augere oportet resoluentis calorem, periculum enim subibit dissolutionis priusquam in profundum attingat, neq; dolebit quidquam qua ad extremitatem sunt, quæ non sunt male affecta. Quare nunc in idem ambo incidunt, in calidorum simul & fortiorum medicamentorum usum, & qua in summo sunt tolerat, & qua in profundo indiget. Hanc ergo indicationem ex laborante particula accipimus. Statim autem consideremus an aliquid desit ad curationem. Videntur enim deesse nõ pauca. Partium qua patiuntur in quibus redundat fluxio, quædam sunt rare & laxæ, & molles naturæ, quædam densæ, & compressæ, ac duræ. Priores ergo facile euacuantur, alia verò fortioribus indigent medicamentis, quibus euacuentur, & insuper tenuiorum partium, ac que tanto etiam magis quanto in profundiori loco sita sint. Hec igitur tibi rursum indicatio altera à substantia qua partur

Repetit quæ de indicatione à parte antea dixerat, additque præterea alia

A quædam ad eandem indicationem expectantia, quæ non tetigerat, quæ tamen ego iam vno capite collegi, vt minus iam sit opus in his immorari. Cum enim iam opus ad finem properet fere dicta sunt antea omnia. Vt dixerat in inflammationis, aut omnino fluxionis humorum in partem quampiam curatione à repercussionibus ad resoluentia procedendum esse: nunc qui modus tenendus sit in resoluentium vsu ob partis indicationem, docet. Nimirum cum pars affecta in extremitate est, minus audendum esse fortibus resolutiuis vt, quod calida & mordentia cum sint, & parti affectæ integra occurrant, dolore possint fluxionem nouam commouere, magis quam inueteratam resolvere. In iis ergo affectionibus quæ in summo consistant abstinendum esse ab iis quæ sint omnino calida, sed calidis moderatè vtendum, quia hæc sine dolore resolutionem facient, atque ita non conuocabunt fluxionem nouam. Accedit quod cum patientem partem proxime tangant medicamenta, mediocriter calida erunt satis ad perficiendam curationem. Cum verò pars extrema omni affectione præter naturam caret, & intima resolutione indiget, opus est fortioribus resolutiuis vt, quia vires istorum in ipsa via exoluuntur, vt nuper de alterantibus dictum est. Quare nisi intensiora quam quæ ad externam affectionem essent necessaria, admouerentur, ad partem affectam venirent minora quæ vt possent resolvere: admotis verò calidioribus nihil periculi esset, quia externa pars sana cum esset non doleret. Quare ob ambo hæc vtendum est fortioribus, & quod summa tolerant, & quod intima indigent. Hanc ergo (inquit) indicationem ex laborante particula accipimus. Huic periculo, quod hic Gal. timet ex vsu vehementer resoluentium & calidorum, & cuius metu iubet cum externa affectio est, vt mediocriter calidis, etiam in summo vigore affectionis, alia ratione prospicit lib. 6. de compositione pharmacorum secundum locos cap. 1. admiscens scilicet cum resoluentibus adstringentium aliquid, vbi ita scripsit: Queadmodum enim in principio comoda sunt pharmaca, id quod influit repellentia, sic post principium vsque ad finem pharmaco opus est ex vtriusque misto, repellente videlicet & discutiente, ac primo quidem tempore adstringens præcellere oportet. ad finem verò discutiens, interposito verò tempore æquales vtrorūque partes esse conuenit. Sed idem esse videtur resoluentium vires remittere, & resoluentibus aliquid adstringentium admiscere. Alia etiam ratio teneri potest, cum calida resoluentia timentur, admouere resoluentia frigida & sicca. Nam duplex

genus est resolutiuum, quædam calore euocant & dissipant, hæc quæ dicuntur proprie resolutiua: quædam alia sunt quæ etsi frigida sint, siccitate absumunt humore, vt acetum, & hordei farina, & alia huiusmodi. Cum ergo resolutione opus est, & calor timetur, horum erit salutaris vsus. Timentur verò calida, quia mordentia, affectis externis partibus. Quare accepta indicatione à partis situ vtentur remilioribus medicamentis quam ad internas affectiones, aut admiscebimus aliquid adstringentium resoluentibus, aut vtentur frigidis & siccis, aut siccis tantum. Aliam indicationem accipit dicit à partium substantiæ modo: Nimirum si affecta pars laxa & rara sit, minora resolutiua sunt satis, si dura & densa, maioribus est opus.

Alia autem à formatione simul & positu ponatur enim si ita cõigerit, in hepate esse dictam affectionem in angustiis vasorum finibus impactis humoribus aut lentis aut crassis, aut multis. An non in promptu est cibis & potibus extenuantibus crassitiam primum simul cum lentore extenuare? Secundo autem loco, non per inuisibiles & angustos solum, sed & per manifestos meatus euacuare reliquum? manifesta enim sunt in hepate vena, vt & plurima: finiuntur autem alia quidem in gibbis ad cauam, alia autem in simis, in porta. Quare iã tibi facile in vrũlibet fuerit coaceruationes euacuare illas prompte, trahendo quidem in ventrem per tractoria humores quoscunq; qui coaceruati sint iuxta venam in simis, ad vrinas verò promouendo per venam cauam quæcunq; iuxta illius venas. Alia autem præter iam dictas indicatio ab hepate, vt principio venarum. Quoniam enim non seipsum solum vt plurima partes animalis gubernare natum est: sed mittit facultatem venis periculum est si relaxauerimus eius vim irri-

A est, quanto quodcunq; factum est calidius tarum refrigerantes. Quare hic rursus necesse est scire naturalem temperiem illius. Quo enim pacto agnossemus, quanto est frigidius eo quod secundum naturam, aut calidius, aut quando refrigerare desinemus, non agnoscentes mensuram caliditatis naturalis atq; ita etiã si frigidius factum calefaciemus non agnoscentes mensuram frigiditatis naturalis, non poterit nobis esse facultas calefaciendi vt res exiget, neque cessandi à calefactione.

D Vas alias indicationes curatorias à parte, nunc persequitur, primam à formatione simul & positu, alteram ab vtilitate & communi partis vsu. Quibus expositis reperit deinde rationem curandi intemperiem, occasione accepta ab intemperie quam humores in parte aliqua congesti præter naturam, solent relinquere, à positu simul & formatione partis indicatur, vt euacuatio agatur ea via cum qua pars affecta maximam habeat rectitudinem. Velut si in hepate sint humores crassi acienti aut multi impacti, præterquam quod cibis & potibus extenuantibus vtendũ est, vacuandum quoque si ad gibbam hepatis partem pertineant per vrinam ex caua vena, si ad cauam per ventrem tractorio medicamento. Alia indicatio accipitur ab hepate vt à principio venarum. Scilicet quia non sibi soli est necessarium, vt reliquæ partes, sed mittit facultatem venis, prospiciendum est illius virtuti, magis quam aliarum partium, ac proinde abstinendum est à meris resoluentibus vt pote laxantibus, & robur disfoluentibus, admiscendumque semper resoluentibus aliquid adstringentium. Itaque hepati admouenda, semper debent esse adstringentia, quocunq; tempore & quacũque occasione, quanquam non semper æque sed cum reperiendum est, magis: cum resoluendum minus, sed tunc quoque aliquid, roboris seruandi gratia. Sed hæc rursus prohiberi videntur, alia indicatione quæ à positu capiebatur. Nimirum quia valde profundum est hepar, periculum est ne adstringentium vires in via exoluantur, & ne non possint eo penetrare, quia astrictione occludunt sibi aditum. Proinde oportet vt adstringentibus admisceatur aliqua alia substantia tenuium partium à qua traducantur, qualis est substantia aromatum. Melius autem dicit si idem pharmacum sit adstringens & aromaticum, quam si diuersæ substantiæ, diuersis facultatibus præditæ misceantur. Nam connatas, id est eidem substantiæ infitas habes duas qualitates & potentias fortius operabitur. Quod dicit, hepar mittere facultatem venis, videtur contrarium esse ei quod

ei quod in controuersis cōfirmauimus, docetque Gal. ipse aliis locis, puta insitam esse facultatem naturalem omnibus partibus. Tamen intelligi debet hoc iuxta sententiā Platonis dici, aut quod hepar materiam uenis mittat sine qua nulla facultas operari potest. Verum hæc enarrata aliis locis sunt. Addit Gal. oportere ut euacuetur quod præter naturam in partem influxit, seruetur autem naturalis humorum symmetria in parte, sed neque hoc satis est ad perficiendam curationem, sed considerandum, an intemperies aliqua, in parte relicta sit, ut cum hanc ipsam intemperiem curauerimus, perfecte sanos ægrotos iam esse dicamus. Curamus uero qualitatem quancunque, contrariam afferentes qualitatem, ut in curationibus intemperierum dictum est. Neque sane satis est contrariam afferre, sed quantā affectio indiget, ut scilicet curatio non tantū agatur contrariis, sed iis æqualibus. Ut quāto quodcunque factum est calidius, tantū refrigeremus, & nō quidē quāto calidius simpliciter quodcūque est, sed quanto calidius est factum quam erat. Quare oportet nosse naturalem temperiem illius quod curatur, quia nō aliter poterit agnosci, quantum accessit præter naturā, quam cognito eo quod erat naturale. Neque aliter sciri poterit quantum refrigerandum sit neque quando à refrigeratione sit supersedendum.

Quoniam autem de his satis dictum est, tempus transeundi est ad ea quæ secundum numerum, præter naturam sunt. Cum autem duplex sit ipsorum differentia, quibus deficit aliqua particula facere hanc scopus est subseruientes haud dubie nature, eo quo antea dictum est modo: quibus autem redundat, hanc ipsam detrabere, aut scalpello, aut igne, aut medicamento caustico. Hæc igitur omnia fere curari possunt, gigni uero non omnia possunt ut in libro de semine demonstratum est. Quædam autem etsi ipsa non possunt gigni, tamen pro ipsis potest fieri aliud quiddā, ut in osse omnino sublato substantiam alteram in eius loco diuersam & ab osse & à carne. Est enim quæ in eius loco gignitur, ut quædam caro poro similis aut porus similis carni, atque tempore procedente ad magis poro simile transfertur, in principijs carnosā magis existens. Secundum quancunque autem particulam deficientem, neque eandem substantiam specie, neque similem facere possumus, tertius nobis scopus inuenire decorem quendam, ut in mutilationibus. Communicat autem manifeste totum hoc genus ei quod secundum magnitudinem, quodcunque enim eius circa id quod secundū naturam est simile est illi. Quod autem in ijs quæ genere præter naturam separantur solum. In quo primus quidem scopus ablatio. Si autem hæc non possit fieri, secundus transpositio, ut in suffusionibus. Quancunque autem non totis particulis sed in particularum partibus

A deficiunt aut redundant ab eo quod secundum naturam, resectio quidem vel generatio in deficientibus, ablatio uero & abolitio in redundantibus: quare neque in ipsis scopus alter, neque species pharmacorum alia secundum genus. Sed ad reliquum iam ueniendum salubrium causarum genus quod emendat corpora secundum situm lesa, ut de articulationibus, & intestinum in seroto. Fit autem hoc ex uolenta tentione, aut impulsu, hoc autem ex dilatatione, aut rûptura continentis. Quare & curatio huic quidem contrapositione, & in contrarium & uide mutatio facta est, impulsu huic autem facta eo quod continet angusto. Ex quibus autem quis methodum particulatim inueniat, explanatum est in opere de methodo, medendi.

Simplicissimæ sūt curatoria indicationes morborum in numero: magnitudine, & positu consistentium, quia non habent internam causam qui in defectu aut malo positu consistunt: qui in additione, id solum quod redundat: quod quidem est causa continens, atque ut uidetur quibusdam etiam est ipse morbus. Proinde in utrisque est simplex indicatio, in illis à solo morbo in his à sola causa continente. Ergo in quibus deficit aliqua particula, scopus est eam facere non quidem medicamentis (nulla enim partem faciendi vis in medicamentis esse potest) sed subseruendo naturæ, temperando partes & remouendo si quid prohibet. Velut cum carnem generari uolumus, utimur extergentibus & siccantibus, quæ sarcotica id est carnem generantia uocamus, quia eis cum utimur, natura carnem gignit. Quibus superabundat particula, scopus est eam tollere, sectione, aut uisione, facta igne, aut phramaco uendi vim habente, aut etiam uehementer detergentibus & liquantibus. Sed quæ in redundantia consistunt curari æquè omnia possunt. Nam secari aut vri quiduis potest (intellige quantum agitur in partis natura: quancunque secari & vri posse, nam ob positum multa sunt quæ non possis uere, ut quæ interna) tamen gigni non omnia æquè possunt, ut in libro (inquit) de semine demonstratum est. Nimirum illo libello demonstratum Galeno est, membra solida, quæ eadem seminalia uocantur, quod ex semine fiant, si mutilata sint regenerari non posse, ac proinde, neque coalescere proprie, si solutionem amiserint. Mihi 2. lib. controuersiarum dicta est huius rei causa, quæ quidem nō est ut uideri possit, in defectu uirtutis generatricis, hanc enim eandem esse cū nutriente retinerique totam vitam omni in parte, illic indicati, neque quidem in defectu materiæ. Nam etsi membra talia ex semine constiterunt à principio, & ex semine etiam regenerari debent, non deest in membris semen,

men, quinimo eo nutriuntur. Proximum enim solidarum partium alimentum semen est, et si minus spirituosum quam quod in testibus elaboratur, sed id ad materiae potentiam parum refert, sed causa est in durtie & siccitate partium, quae dilatationem & coalescentiam multum nata est impedire. Constat verò id quia exiles venae & arteriae & nervi regenerari possunt, quod in cauis ulceribus quae carne replentur manifestum est: atque etiam quia pueris admodum molli- bus vel ossa nonnunquam coalescunt verè. Sed ossa nisi in his, neque venae aut arteriae nisi omnino exiles, neque generari, neque coalescere verè possunt. Dico verè, id est per ipsissimam partis substantiam. Nam (inquit) quaedam et si ipsa non possint gigni, tamen pro ipsis potest fieri aliud quidam, ut in osse omnino sublato, substantia in eius loco, mediocris inter carnis & ossis substantiam quam callum vocant, seu porum. Est haec à principio magis carnea, processu temporis durefcit, fitque magis ossea: atque ut uno nomine dicatur, videtur esse cartilago. Igitur in quibus deficiens pars regenerationem admittit, scopus est gignere, ut in replendis carne cauis ulceribus. In quibus non potest gigni eadem, scopus est generare similem, ut cum detractum ossiculum est generare porum. Sunt autem alia in quibus neque idem neque simile gigni potest, ut in mutilationibus labri, nasi, manus, aut etiam digiti, in illis vnicus iis quae tertius in hoc genere scopus superest, procurare quendam decorem. Ita scilicet componere partes affectas secando, vrendo, affluendo, dirigendo, ut quam minima fieri possit maneat deformitas. Communicare dicit totum hoc genus morbi in numero ei quod in magnitudine, id est simile esse & communes habere indicationes curatoria: quod ut intelligatur, scire oportet, morbum in partis redundantia seu aucto numero, posse esse redundantiam partis substantia naturalis, et si numero sit praeter naturam, velut digitus additus, aut redundantiam partis substantia & numero praeter naturam, ut collectio capillorum, vermium, & lapidum, & concreta suffusio, in oculo. Id quod est in numero aucto, redundante substantia naturali, dicit esse idem cum magnitudine aucta: id verò intelligi debet cum est numerus auctus redundantibus non totis particulis, ut digitis, aut dentibus, sed partium particulis cuiusmodi est in oculo vnguis, & caro supercrescens. Nam esse duplicem ordinem dentium in vna maxilla, nihil minus est quam aucta magnitudo, multiplicatio enim est particularum non auctio, tamen pterigium seu vnguis in oculo, est simul auctio membranae coniunctivae, & redundantia parti-

A cularum in oculo. Hoc est quod significant haec verba quodcumque enim eius (id est morbi in numero) circa id quod secundum naturam (id est in redundantia partium naturalium) est, simile est illi, id est morbo in aucta magnitudine, quod autem in iis quae genere praeter naturam, separantur solum. Id est differt autem solum morbus numeri aucti à morbo auctae magnitudinis, cum est numerus substantiarum, non naturalium, velut grando in oculo. Haec enim nihil habet auctae magnitudinis: proinde numerus auctus rerum praeter naturam scopos habent diuersos ab iis quos magnitudo aucta, tamen numerus auctus partium naturalium, qui est non totarum partium, sed particularum in partibus (hunc enim solum diximus esse eundem cum morbo auctae magnitudinis) eosdem scopos habet quos aucta magnitudo. Nimirum numerus rerum non naturalium primum curatur ablatione, ut extractione vermes & calculi, deinde si extractio fieri non potest, translatione eius quod redundat in locum alium quominus laedat, ut suffusio à pupillae loco, acutruditur. Quae verò non totis particulis sed in particularum partibus deficiunt aut redundant, ab eo quod secundum naturam, resectio vel generatio in deficientibus, ablatio verò & abolitio in redundantibus curat. Hi autem iidem scopi sunt in aucta aut diminuta parte. Quare neque in ipsis scopus alter, neque species pharmacorum secundum genus, id est secundum facultatum species (nam secundum materiam nihil prohibet similitum morborum esse auxilia diuersa) est. Vitia secundum situm sunt ut dearticulationes ossium, & procidentia intestinorum in scrotum quam vocant *επτερονιδιον* id est herniam intestinalem. Pe- tunt haec omnia repositionem partium in suum locum: fit repositio per contrarias causas iis quibus factus est morbus. Luxatio articuli fit ex violenta tentione, ut si pars distracta euellitur, aut impulsu, ut cum ex casu luxatio fit. Procidentia intestinorum in scrotum fit dilatato eo poro quo ex peritonæo scroti interna tunica fit, aut ruptura peritonæi. Quare & curatio huic, quidem, hoc est luxationi contrapositione, id est impulsu contrario tentioni, aut impulsui contrario qui dearticulationem fecit. Huic autem, hoc est herniae factae angusto eo quod continet, hoc est peritonæo. Fit verò angustum, siue laxatum siue ruptum fuerit, vsu astringentium, qualia multa contra rupturas parata sunt. Ex quibus autem (inquit) quis methodum particulatim inueniat, explanatum est in opere de methodo medendi.

Consequens est dicere quae iuxta superiorem sermo-

sermonem distulimus. Vacant ipsa præseruatiua. Triplex autem est horum, quæ secundum genus differentia. Prima quidem benevalentis integre. Secunda autem eius qui non integre. Tertia autem ægrotantis. Primum igitur genus ex salubri est arte, duplex existens, vt prius dictum est. Secundum autem ex præseruatiua, tertium ex curatiua. In humoribus autem consistit totum hoc genus, quos neque lentos esse conuenit, neque crassos, neque multos, neque valde calidos aut frigidos, neque mordaces, neque putres, neque venenosos, aucti enim causæ morborum fiunt. Augentur autem aliquando ab eadem causa quæ ipsos fecit à principio: est autem cum, coalterantes secum succos qui in corpore. Scopus autem est curationis, etiam horum, duplex, & alteratio, & vacuatio. Alterantur quidem aut cocti ab ipso corpore, aut à quibusdam medicamentosis facultatibus: in quibus sunt quæ curant venena animalium quæ venenosa vocantur, & adhuc quæ deleteria pharmaca corrumpunt. Vacuantur autem à pharmacis manifeste calidis, & purgationibus, & clysteribus, & sudoribus, & vomitibus. Hæc quidem ipsorum communes euacuationes, propria autem ex locis in quibus coaceruantur, accipiuntur, vt in salubribus demonstratum est, tertio & quarto præcipue vbi nos de lassitudinibus egimus, & alijs dispositionibus quæ lassitudinibus similes sunt. Euacuantur enim promptius qui in primis venis sunt, per ventrem, qui verò circa hepar per vrinas, qui autem per totum habitum per sudores, vt certe qui in capite, aut per palatum, aut per nares, aut per vtrumque: qui autem in thoracis regionibus per guttur simul cum tussi. Qui verò secundum renes aut vesicam per vrinas. Reuulsio autem communis ad omnes partes, indicatio in longissime posita: deriuatio verò in vicina. Omnia igitur quæ curant huiusmodi dispositiones, salubres causas appellamus, vt morbosas, eas quæ augent, & neutras, neque lædentes, neque conferentes. Posset autem quis ipsas neque causas omnino appellare, vt dicunt multi sophistarum continentes ipsarum rerum differentiam inuenire: in nominibus autem plurimum temporis terentes. Dictum autem est pluribus, in alijs sermonibus ante hos. Pars igitur præseruatiua artis talis est.

Finita disputatione de parte artis curatiua consequens dicit esse agere de iis quæ dicere distulerat iuxta superiorem sermonem, id est iuxta diuisionem causarum antea scriptam: sunt verò ea quæ præseruatiua dicuntur. Nimirum dictum antea est, quoddam genus causarum esse salubrium, quoddam insalubrium, quoddam neutrarum. Triplicem autem dicit esse horum quæ secundum genus differentiam, id est operum medicinalium, seu causarum salubrium. Primam differentiam pertinere ad bene valentes integre: secundam ad eos qui non

A integre: tertiam ad ægrotantes. Primum igitur genus dicit esse ex salubri arte, esseque duplex vt prius dictum est, id est conseruationem, & reductionem: secundum genus esse ex parte præseruatiua: tertium ex curatiua. Totum hoc genus quod ad præseruatiuam partem attinet, dicit versari circa humores, in incindendis scilicet, extenuandis, atemperandis, & vtcunq; emendandis, & euacuandis. Quia humores non oportet esse crassos, neque lentos, neque multos neque valde calidos, aut frigidos, neque mordaces neque putres, neque venenosos. Humores enim aucti causæ morborum fiunt, qui morbi aliquando augentur ab eisdem succis à quibus à principio fieri cœperunt, quod scilicet eorum alteratio aut putredo procedat, aliquando augentur quod humores alterati ad alterationem trahant reliquos humores qui in corpore sunt: inde duplex scopus eorum quæ circa humores agenda sunt prodit alteratio, & euacuatio. Alterantur succi cocti ab ipso corpore, aut à quibusdam facultatibus medicamentosis affecti, vt à suppurantibus, calefacientibus, refrigerantibus. Atque in hoc etiam genere sunt medicamenta vim habentia occurrēdi morbis animalium venenatorum, & quæ alexipharmaca vocantur, quod deleteria corrumpunt. Nimirum hæc omnia medicamenta alterationes quasdam afferunt succis, quædam dicibiles quædam indicibiles, secundum quas in opere de facultatibus naturalibus dicit, virtutes pharmacorum quasdam esse primas, quasdam secundas, quasdam etiã tertias. Secundus scopus est euacuatio quæ communis est aut propria. Communis, qua totum corpus vacuatur: propria quia pars aliqua communis, vt quæ fit per insensibilem habitum, vt à pharmacis manifeste calidis, & purgationibus, quæ medicamentis expurgantibus aguntur, & clysteribus, & sudoribus, et vomitibus, proprias autem ex locis in quibus humores aceruantur accipi dicit, velut in libris de tuēda valetudine dictum ab eodem est, præcipue libris tertio & quarto in quibus egit de lassitudinibus & alijs passionibus lassitudini similibus, tales enim sunt dispositiones neutre circa quas versatur præseruatio. Itaque propriae sunt per quas quædam partes euacuantur promptius quàm aliæ, vt euacuantur promptius succi qui in primis venis (venas mesenterij vocat primas) sunt, per ventrem: qui verò circa hepar (ad partem scilicet gibbā) per vrinas: qui autem per totum habitum sunt, per sudores: qui in capite aut paulatim, aut per nares aut per vtrumque qui in thoracis cauis, per guttur simul cum tussi: qui secundum renes & vesicam, per vrinas. Hæc quidem omnia explicata sunt mihi lib. 10. cont. sed continget dubitare cur cly-

cur clysterem posuerit in euacuationibus communibus, & sudorem in propriis cum res videatur contra habere. Sed scire oportet, vtramque euacuationem posse esse vtrunque. Nam clysteres quidam sunt ex toto corpore expurgatorij: & sudores quidam non totum corpus, sed habitum corporis quā ad cutem spectat, vacuat: clysteres ergo posuit in communibus, non quoscunq; sed expurgatorios, sudores posuit in vtrisque & in communibus & in propriis. Præterea euacuatio esse potest, euacuatio proprie dicta, aut reuulsio, aut deriuatio. Euacuatio ex ipsa parte affecta fit, reuulsio ex maximè contraria, deriuatio ex vicina. Explicatū mihi est hoc li. 7. cont. Facit deinde epilogum dicens, omnia quæ curant huiusmodi passiones, dici causas salubres, eas quæ augent, insalubres & quæ neque iuant neque lædunt neutras. Dicit posse ea quæ neque profunt neque lædunt neque causas esse, quia causa dicitur eo quod aliquid faciat, sed hoc nihil referre, quia vt sæpe solet dicere, sophistæ misis rerum differentiis de nominibus altercantur, cum contra oporteat fieri.

Quod autem reficit atque instaurat, in conualescentibus ex morbo & senibus. Quæ verò sit horum dispositio & à quibus causis præcipue in id quod secundum naturam reducatur, perfecte in libris de methodo medendi explanatum est: sed nunc etiam per capita dicitur. Dispositio igitur talis est, optimus quidem, sed exiguus sanguis, & cum ipso spiritus vocatus animalis, & vitalis. Ipse autem solida particula sicciore, & ob hoc facultates ipsorum debiliores et ob has totum corpus frigidius. Causæ autem salubres quæ emendant dictam dispositionem. Vno quidem capite accipere quæcunq; celerè & totam faciunt nutritionem. Particulatim autem moderatis motibus, & cibis, & potibus, & somnis: sunt autem materia motuum quidē vehicula, ambulationes, & frictiones, & balnea. Atque si valde meliores in his facti fuerint, et ad consueta opera paulatim se conuertant. ciborum autem per principia quidem humidi et cocti faciles, et non frigidi progredientibus autem & magis nutrientes. Potus autem conueniens vinum ætate moderatum, specie autem purum, & pellucidum, aut albū, aut subflauum, odoratu suaue, mediocri gustu, neque omnino aquosum, neq; aliquā vehementē qualitatem, præferens, neque dulcedinem, neq; acrimoniam, neque amaritudinem. Dicitum autem est, vt nuper dicebamus, in curatiuis, plurimis de his. Nunc enim non est nobis constitutum particulatim percurrere omnia. Sed solum meminisse capitum quorum in aliis operibus fecimus fusi tractationem. Quorum omnium si prius & numerum & qualitatem exposuero finem libro imponam.

Refectionem fieri debere dicit in conualescentibus ex morbo, & valde senibus.

A Intellige autem cum conualescentibus, eos qui immodico labore & curis aut euacuationibus nimis, quacunque occasione extenuati sint. Eadem enim est illis dispositio, cui refectionem deberi dicit, puta exiguus, & bonus sanguis cum penuria etiam spirituum animalium & vitalium & virtutum, quæ in partibus solidis (vocat hic partes omnes corporis, conferens eas cum sanguine & spiritibus) debilitata & ob has ipsas partes, id est quod hæc partes sanguine & spiritu destitute sint totum corpus est frigidius nimirum sanguis & spiritus est ipsum calidum innatum, quod calorem toti corpori tribuit, & partibus singulis seruans in illis proprias omnium virtutes. Vt sol seruat omnium quæ intra cælum sunt naturas. Hæc igitur dispositio in omnibus extenuatis quacunque occasione est, quare illis omnibus debetur resectio. Quoniam verò dicit se docere à quibus causis eorum dispositio ad id quod secundum naturam reducatur, ne intellige horum dispositionem esse morbū. Si enim gracilitas conualescentium, & senectus præter naturam esset; cum vtraque dispositio lædat multas actiones, vtraque profecto esset morbus, sed neutra est morbus. Sed quanquam non est dispositio præter naturam, non tamen est mediocritas partium & virium quam natura rerum amat, sed per impotentiam facta. Ergo perinde est ac si diceret à quibus causis ea dispositio reducatur ad eam perfectionem natura amat. Sed dices male coniungi senes cum conualescentibus & extenuatis. Senes enim nō possunt ad eam perfectionem quā natura partium amat reduci, vt conualescentes & extenuati. Ita est profecto, non est lenum resectio vt conualescentium, sed præseruatio, ne siccescant & frigescant affatim. Sed quia eadem omnino victus ratione agitur illorum præseruatio & horum resectio, eodem capite vtrunque Gal. complexus est. Itaque si ab eo quod circa corpora fit ratio accipiatur, melius ponetur senum cura in præseruatione simili ei quæ debetur neutra dispositione affectis, nimirum vt in neutris præcauetur illa curatione morbus, ita in senibus, præcauetur mors: si autem accipiatur à modo curationis melius ponitur in refectione. Nimirum neutrorum præcautio agitur euacuatione, senum verò, victu humectante beneque ac facile nutriente, quo eodem agitur debiliū resectio. Nam causæ salubres quæ emendant huiusmodi dispositionem consistunt in victu, quo celeris & secura nutritio fiat, id est cito nutriantur partes, non alteratæ interim præter naturam. Consistit autem victus non in cibis tantum aut potibus, sed in rebus etiam omnibus quæ semper nos alterant, particulatim ergo est causa reficiens

reficiens, in motibus moderatis, & cibis & potibus, & somnis (adde & motibus animi, & aere) sunt autem materia motuum, vehicula, ambulationes, frictions, & balnea (balnea possent referri ad ambiens, sed quia exercitatione quadam suscipiuntur, referuntur etiam ad motus, neque hoc refert quam multum) at utendum his omnibus est moderate atque si his omnibus valde meliores facti sunt, ad consueta opera se conuertant, paulatim quidem quoniam in repentino reditu periculum recidivæ est. Constat hoc de conualescentibus dici, senes enim nunquã fieri his meliores, id est minores. Dicit præterea in principiis cibos esse debere humidos, concoctu faciles, & non frigidos, quia scilicet corpora sunt sicca debilia & frigida, progressu autem facto debere esse magis nutrientes, & si sint iam concoctu aliquanto difficiliore, quanto scilicet homines iam erunt firmiores. Constat hoc quoque de conualescentibus dici: nam refectionis senum non est principium, & progressus, cum totam vitam durare debeat. Potum his omnibus conveniẽtem dicit esse vinum, non quodcunque, sed ætate moderatum, & purum, pellucidum, albũ aut sufflavum, suaue odoratu, neque acre, neque amarum, neque dulce, neque omnino aquosum, adde neque acidum neque acerbũ. Nam dispositio hæc petit mediocritia. Antiquum verò & flavum & acre & amarũ & dulce, est valde calidum aquosum omnino, acidum & acerbum minus calidum quã oporteat, ac præter hæc acidum minime nutriens, acerbum siccans. Recens neque purum neque pellucidum crassum & atrum excrementosum ingratum odore: mali fuciei: sed de vini generibus & facultatibus dicta sunt à Galeno multa multis in locis, maxime in methodo medendi quo etiam in opere diffuse dicta sunt omnia quæ ad curationes morborum pertinentia in hoc summam attinguntur, quæ licet cuius huc ex suis locis transferre. Mihi dicta videntur esse satis ad huius libelli enarrationem, cuius explicationi hic finem ponimus. Quod enim præterea Galenus addit, catalogus tantum est librorum quos ante hunc ediderat, quorum plerique extant adhuc, multi etiam iniuria temporis periere: qui autem sint utrique in indice eorum qui circũferuntur licet videre: nuperrime delatum ad nos est compendium quoddam de pulsibus, quod Galeni esse dicitur, hoc ipso anno sexagesimo septimo, supra millesimum quingentesimum Cæsaraugustæ excussum, interpretatione cuiusdam Baptistæ Rasarii, quod sane ego suspicor esse, quod cum hunc libellum finiret scribere cogitabat, neque sane Galeni esse admodum dubito. Catalo-

gum verò fecit hic Galenus hunc.

CATALOGVS.

Diximus itaque prius alterum esse librum in quo de constitutione artis medica differuimus antecedunt autem eum alij duo de artium constitutione. Sed hi quidem vna cum hoc quem nunc persequimur seorsum sunt ab alijs operibus in quibus latius doctrina explicatur. Illa verò talem habent ordinem, de elementis igitur secundum Hip. vnus liber est: mox ab ipso tres de temperamentis, quorum duo de temperamentis eorum, quæ in animalibus sunt, tertius verò de eorum quæ in pharmacis. Duo autem, & eam tractationem quæ de pharmacorum facultate est, nemo possit bene intelligere, quin exacte intelligat tertium de temperamentis, est autem & alius libellus exiguus succedens primis duobus de temperamentis, qui de inequali intemperie inscribitur. Similiter autem ac ipse alij duo parui, alius quidem de optima constitutione corporis, alius autem de bono habitu. Alia autem tractatio quæ tres complectitur libros de naturalibus facultatibus est. Quam siue quis post duos de temperamentis, siue post librum de elementis, discere quis velit possit sane consentaneæ. Post hæc autem in pluribus tractationibus de animalibus actionibus differuimus. Quoniam autem ad earum demonstrationes non parum conferunt, quæ per dissectiones apparent, prius quidem illis exerceri conuenit. Est autem vtilissimus eorum qui de anatomicis administrationibus. Alia autem sunt post eam plures, in duobus quidem de discordantia anatomica, in vno autem de mortuorum dissectione, post quos statim duo de dissectione virorum. In alijs autem quibusdam yis qui introducuntur per partes fecimus, quæ osium, & quæ musculorum dissectio, & quæ nervorum, & quæ arteriarum & venarum, & quedam huiusmodi alia horum sunt. Et an secundum naturam quod in arterijs, sanguis. Quæ vero eorum actiones monstrant, duo quidem sunt de musculorum motibus, tres autem de thoracis & pulmonis motu, quibus statim succedit de causis respirationis, quos sequuntur quæ de voce. De principe autem parte & alijs omnibus quæ de naturalibus aut animalibus actionibus quæ eruntur, in multorum librorum tractatione percurrimus, quam de Platonis & Hippocratis dogmatis scripsimus. Huius etiam generis cõtemplationis sunt quæ de semine peculiariter scripta. Et insuper Hippocratis dissectionis, quibus omnibus succedit tractatio de partium vsu. Ad dignotiones autem morborum, tractatio de locis patientibus, & quæ de pulsibus vtilis est, in qua & præcognitiones docemus: præcedunt autem libros de pulsibus duo libelli, qui de vtilitate respirationis, & qui de vtilitate pulsus, ipsa autem de pulsibus tractatio in quatuor partes diuiditur. Prima quidem quæ differentia ipsorum, secunda quæ dignotionis, & tertia quæ de causis pulsuum, & quarta de presagatione ex pulsibus. Ex hoc genere est & qui yis qui introducuntur de pulsibus scriptus est. Co

gito autem & alium facere librum vnicum, vel omnium epitomen quem vel artem de pulsibus, vel compendium inscribam. Vtilia autem in hanc cōtemplationem sunt, quæ à me exponuntur simul & indicantur libro de pulsibus archygenis. Ad prænotiones autem, vtilissima præcipue est tractatio de crisi bus. Præcedit verò ipsam, quæ de diebus decretorij. Sed & ea quæ de dispnæa, vtilis est, & ad dignotionem præsentis dispositionis, & prænotionem futurorum bonorum, aut malorū, circa ægrotantem. Omnia igitur hæc, & cum ipsis quadam alia tractationes singulis tantum libris comprehensa scitu vtilia sunt. vt liber de causis procat arcticis & qui de medicinali experiētia, & qui de extenuitate victus, adhuc autē & qui de vena sectione ad Erasistratum, & qui de tumoribus præter naturam: eodē modo & qui de plenitudine, & alij quidā hu-

iusmodi Omnium autē maxime necessarij ad medendi methodum, & qui de differentia morborum & qui de symptomatis, & tertius in his in quo causas morborū percurrimus, in quibus alij tres in quibus causas symptomatum explicamus. Libri de simplicium medicamentorum facultate sunt quorum antea meminimus, & qui de compositione medicamentorum, quibus succedunt qui de medendi methodo, scripta à nobis seorsum tractatione de salubribus. Quod autem & ante hæc omnia excerceri oportet in tractatione de demonstratione, eum qui vt rationalis sit tractaturus artem, monstratum à nobis est in libro de optima secta. Alios autem libros & commentaria à nobis scripta non est opus nunc percurrere, cum de omnibus simus dicturi a libi vno fortasse aut duobus libris inscriptionem habituris, Galeni de libris proprijs.



FRANCISCI VAL-
LESII COBARRVVIA-
NI IN COMPLVTENSI A-
CADEMIA PVBLICI PROFES-
foris, Commentariola in libellum Ga-
leni de inæquali intemperie.

PROOEMIUM.

Astinere ego fortasse ab hoc libello, vt pote non adeo difficili, ei qui quæ à Galeno alijs in locis dicuntur intellexerit, & quæ in hoc ipso, de positis falsis opinionibus attente considerauerit, nisi viderem commentariis quorundam neotericorum verba authoris, alioqui propriissima & apertissima, in aliena sensa transferentium, redditum esse obscuriorem: atque adeo multa commentaria effecisse, vt qui liber nullis indigebat commentariis, indigeat modo: nam, quantum intelligo, nullus illorum assequitur, quid sit inæqualis intemperies: quo semel ignorato, necesse est, vt in tota libri enarratione delirent: est enim totus de nulla alia re, quam de illius cognitione. Sed quoniam vere hæc à medici ipse sermo in iis quæ sequentur faciet palam, accedo ad primi capituli enarrationem.

C A P. I

Inæqualis intemperies nonnunquam fit in vniuerso animalis corpore, veluti in ea hydroptis specie, quæ anasarca dicitur & febribus ijs quas epialas vocant, seræque reliquis omnibus, exceptis quas heclicas nominant. Fit verò & in vna qualibet parte, quum ea vel œdemate vel phlegmone, vel gangrena, vel erysipelate, vel cancro laborat. Huius generis est, & qui elephas appellatur, & phagedæna, & herpes. Verum

hæc omnia cum fluxione cōsistunt. Citra verò materia affluxum inæquales intemperies fiunt, solis qualitatibus particulis ipsis alteratis, refrigeratis scilicet, aut à sole deustis aut immodice exercitatis, aut feriatis, aut aliquid id genus perpepsis. Quin etiam ex ijs quæ foris corpori nostro occurrunt, plurime inæquales intemperies gignuntur, dum id calescit, vel frigescit, vel siccat, vel humectatur. Hæc nanque simplices intemperies sunt, veluti in commentarijs de temperamentis est demonstratum,

compo-

compositæ verò ex ijs aliæ quatuor sunt, cum vel ca. A
lesit simul & siccatur, vel calefit simul & hume
ctatur, vel frigeat simul siccatur, vel frigeat pariter
& humectatur. Quod autē eiusmodi intēperies ab
æqualibus differant, quia in omnibus partibus cor
poris intemperanter affecti haud similiter insint,
omnino manifestum est.

IN initio statim commentationis libelli
huius obstreperit Ieremias Barcelus Gale
no vt in singulis verbis, nescio quo consilio,
aut quo ingenio, solet facere. Damnat pri
mum omnium ordinem, quod diuisio ante
definitionem videatur esse: deinde quod in
æqualem intemperiem, inæqualem esse, se
cundum affecti corporis partes visus sit di
cere vltimis huius capituli verbis, cum ta
men vt Ieremiæ opinio fert, non sit inæqua
lis intemperies, intemperies inæqualiter
participata à partibus affecti corporis, sed in
vnicā indiuidua quæ particula possit esse. Ni
mirum est inæqualis, quæ fit, atque in ipso
fieri cum temperie corporis quam suo in
gressu subuertit, pugnam habet. Quæ verò
facta est, & cum nulla iam temperie pugnat,
est æqualis. Hæc obiicit Ieremias Galeno,
hæc interim docens. Tamen Leonhartus
Fufius vt erat Galeni amantissimus non tu
lit hanc notam, sed respondit Galenum
tacuisse in principio, finitionē, quod res es
set nota satis inæqualis intemperies: dein
de negat Galenum censere inæqualem in
temperiem inæqualiter afficere diuersas
partes, sed easdem omnino: nititurque id
multis Galeni ipsius testimoniis suadere,
itaque sunt iam Ieremias & Fufius eiusdem
opinionis, intemperiem posse esse inæqua
lem in eadem exacte particula. Ego verò
quum primum monstraui illos ignorare
inæqualis intemperiei rationem, libelli hu
ius artificium detegam, quod illi obscura
runt. Primum omnium censendum est (ar
bitror) nomen intemperiei inæqualis pro
prie à Galeno vsurpari, non in alieno sensu,
potissimum cum tam conspicuam rem di
cat esse Fufius, vt finione non fuerit opus,
Nam hoc nunquam recte dicitur, nisi cum
nomen ipsum vulgari significatione rem
præ se fert. Cogita ergo quam longe absit
ratio æqualis aut inæqualis intemperiei, à
ratione habitualis, aut in dispositione, aut
à ratione facti, aut fientis. nimirum, quali
tas habitus est quæ difficile separatur: di
spositio, quæ facile, facta qualitas, quæ non
amplius pendet à causa: fiens, quæ pendet
à causa à qua fit inæqualis (arbitror) quæ nō
est æqualis. Sed in qualitate, vt calore aut
frigore quæ æqualitas esse potest alia, quam
secundum partes subiecti eadem intensio?
aut quæ alia inæqualitas, quam diuersa in
tensio? Præterea, qua ratione possint hi ho-

mines intelligere quod libenter cōcedunt,
posse eandem particulam simul calefieri &
refrigerari, iam non est consequens moueri
idem corpus motibus contrariis? nunquid
minus absurdum est, quam eandem rem
ascendere & descendere? sane perinde est.
Sed si quid ascēditur, recedit à centro, si de
scendit, accedit: si recedit non accedit, aut fit
propinquius & non tam propinquum, er
go apertam contradictionem continet, a
scendere aliquid & descendere simul, quod
perinde esse, ac calefieri simul & refrigera
ri, recte concesseramus. Ergo inæquali
tas quæ per epialem febrem accidit, quæ o
mnium maxime videtur totius corporis par
tes omnes, etiam minimas occupare, se
cundum diuersas partes fit, aliis calefactis &
aliis refrigeratis. Hoc verò luce clarius dixit
Galenus factus sui ipsius luculentissimus
interpres capit. decimo huius libelli: cum, e
nim multa dixisset, & per hunc libellum &
aliis in locis, quæ videbantur innuere e
andem omnino partem affici contrariis pas
sionibus, illo loco ita scripsit. Verum hoc
casu ambo extrinsecus sunt & magnis por
tionibus in febribus epialis, tum intus,
tum secundum paruas, adeoque vniuer
sum corpus, ambo sentire videtur: quip
pe minimis partiunculis aspersum est
tum calidum, tum frigidum, neque li
cet vllam sensibilem eius partem acci
pere, in qua non alterutrum insit: num
obscure significant hæc verba proinde to
tum corpus videri ambo sentire, quod se
cundum minimas partiunculas ambo pa
tiantur, vsque adeo vt nulla sensibilis
pars deprehendi possit, in qua non vtrum
que esse videatur, quia scilicet in illa
sunt insensibiles particulæ quæ incalescunt,
& aliæ quæ refrigerantur? quanquam
interpretatur hæc verba Fufius tam fini
stre, vt etiam in suam sententiam transfe
rat. Sed, vt omittam alia, si verba hæc
non significarent, quod diximus, quor
sum Galenus scripsisset, vsque adeo vt nul
la sensibilis pars deprehendatur, in qua
non alterutrum insit? quorsum inquam
addisset nomen illud sensibilis? nam iux
ta aliam interpretationem, neque sensibi
lis, neque insensibilis inueniretur? Sed hac
fieri ratione illud symptoma ipsius febris
generatio docet. Nimirum vitrea pituita
præ crassitie putrescit inæqualiter, aliis in
sensibilibus particulis putrescit, aliis minus
putrescentibus calefacit particulas corpo
ris quas contingit, reliquis refrigerat a
lias membrorum particulas, quia tamen
alterutræ minimæ sunt, non sentiuntur
dissidere, & videntur eadem. Ergo siue
cap. 5. libelli de sanguinis missione dixit,
fit autem & vna aliqua in parte nonnun
h 2

quæ præter naturam calor & frigus, siue
 15. cap. 3. de simplicium med. facultate mul-
 tis exemplis nititur monstrare eandem par-
 tem contrariis passionibus tangi, intelligen-
 dum est (eodem Galeno auctore & enar-
 ratore) eandem particulam sensibilem se-
 cundum diuersas insensibiles ambo pati,
 quod Arist. etiam docuit questione. 1. sectio-
 nis. 27. problematum his verbis: Simile
 quiddam contingit, atque in laborantibus
 epiala, qui simul rigent & sitiunt neque e-
 nim idem locus, neq; ibidem frigeat & ca-
 lefit Sed quid clarius dici potuit à Galeno
 vt significaret inæqualitatem intemperiei
 secundum partes subiecti corporis esse, quã
 (vt alia omitamus loca) quod verbis pau-
 lo ante relatis præsentis capitis? Quod au-
 tem huiusmodi intemperies ab æqualibus
 differat, quia in omnibus partibus corporis
 intemperanter affecti haud similiter insint,
 omnino manifestum est Hæc Galenus. Sed
 quid est in omnibus corporis partibus haud
 similiter inesse? an non est partibus dissi-
 militer inesse? ergo ex dissimili modo,
 quo partibus inest, prouenit ratio inæqua-
 lis intemperiei. Quorsum ergo quæ conspici-
 ua sunt non cernentes, quæ omnino
 non sunt se iurant scire Ieremias & Fuc-
 sius, more eorum qui imbecillis visus cum
 sint, longinqua nititur diiudicare? vis ergo,
 cimmericis tenebris fugatis, scire quæ sit in-
 æqualis quæ æqualis intemperies? inæ-
 qualis est, quæ toti corpori, si totius corporis
 est, inæqualiter inest, aut toti parti, si partis
 est cuiusdam: æqualis est, quæ æqualiter in-
 est, non quidem ita æqualiter, vt omnes
 partes ad eundem gradum qualitatis tra-
 hat, sed seruata proportione iuxta natura-
 lem corporis constitutionem. Nimirum
 quanto in bene valente cor est calidius he-
 pate, & hepar renibus, & renes cute, aliq;
 aliis, vt calidiora, aut minus calida, tanto
 in hæctica febre laborante, quanquam om-
 nes partes incalescunt simul, & æqualiter
 iuxta proportionem. Sed si ita est (rogat Ie-
 remias Brachelus) qua ratione omnes in-
 temperies sientes dicuntur inæquales? nun-
 quid si corpus aliquod secundum partes
 omnes æqualiter, aut ab igne aut à sole,
 aut balneo, aut quauis alia re incalesceret,
 inæqualem intemperiem pateretur? Vide-
 tur: nam pateretur intemperiem sientem,
 & omnis sientis est inæqualis, sed supposui
 æqualiter calefieri secundum partes, ergo
 aliud sibi vult hoc in loco nomen æ-
 qualis, quod intemperiei sienti non po-
 test accidere. Hoc est argumentum quod
 illos fecit aberrare. Non intelligunt scilicet,
 cur omnes intemperies sientes, sint inæqua-
 les secundum subiecti corporis partes. Sed
 res est haud difficilis. Rationes diuersæ

A sunt, vt mox diximus, habitus qualitatis,
 & dispositionis, factæ & sientis, æqualis &
 inæqualis. Tamen ita se mutuo sequun-
 tur, qualitas quæ est in habitu, est facta, &
 æqualis, & quodcunque horum sit, alia
 duo necessario habet. Quæ est dispositio,
 est sientis, & inæqualis, & à quacunque tri-
 um harum appellationum ad duas alias
 est mutua consequentiæ vis. Nam omnis
 sientis pendet à causa, si pendet à causa, nul-
 lam habet per se fixationem, sed tollitur sub-
 latione causæ. Est ergo dispositio rursus
 si pendet à causa, membra calorem habent
 nõ quod illum in se ipsis retineat, sed quod
 à re alia alterantur, puta ab humore, aut
 spiritu: sed nihil quod à substantia alia al-
 teratur, potest secundum omnes partes,
 tam intimas, quam extimas, tam vicinas
 rei calefacienti, quam remotiores, æqua-
 liter alterari, cum necesse sit, agens plus af-
 ficere partes vicinas, quam longinquas,
 & eas quas contingit, quam quas secus.
 Ergo nulla alteratio sientis, potest esse æqua-
 lis. Est igitur omnis intemperies sientis dispo-
 sitio, & inæqualis. Accedunt aliæ causæ in-
 æqualitatis antea dictis. Nã non omnes par-
 tes possunt continere æqualem putrescentis
 humoris portionem, neque ardētis spiritus,
 quare cum membra calent, quia ab alia re ca-
 lesunt, inæqualiter calefunt, neque si cõtra-
 rium ponas factum, admitto, vt hinc cõster,
 falsam esse hypothèsim Ieremiæ calefieri æ-
 qualiter corpus aliquod ab igne, itaq; si qua-
 litas est sientis, est dispositio, & inæqualiter
 corporis partes disponēs: contra, si facta est,
 non est in corpore, quia sit à causa quapiam,
 sed illam iam perse corpus retinet. Hoc verò
 nunquam fit vsque dum temperies mēbro-
 rum, quæ non in proportione qualitatum mo-
 do, sed etiam in proportione substantiarum
 elemētarium scilicet calidi innati, & humi-
 di radicalis, & naturalis frigidi, & sicci, per-
 mutata radicitus est, ad calidius, si talis est
 facta intemperies, aut ad frigidius, si hæc, aut
 ad aridius, aut humidius, aut horum duo se-
 cundum coniugationem Nam dum hoc nõ
 est factum, necesse est intemperiem præter
 naturam corrumpi sublata causa efficienti,
 citius aut tardius, vt temperiem naturalem
 plus aut minus læserit, nam insitum est re-
 bus omnibus dum retinent suas naturas,
 cum in præter naturam affectum sunt la-
 psæ, seipsas ad naturalem reducere, Ergo
 cum iam ad eum statum deuentum est,
 vt sublata omnino causa affectus non remit-
 tat, consistat naturalem temperiem euersam
 esse, & eam quæ est præter naturam, cum
 naturali conspirasse, non tamen hoc est æ-
 qualem esse intemperiem, sed hinc sequitur,
 vt æqualis sit. Nãm non amplius ab ali-
 qua causa sit in ipsis membris, sed est ipsa
 mem-

membrorum natura, quare nihil iam est, quod ipsam inæqualem faciat, sed more temperamenti originalis seruat naturalem proportionem. Verum roges circa Galeni dictionem, si nulla febris potest esse facta præter hæcticam, quorum dixit inæqualis intemperies nonnunquam fit in vniuerso animalis corpore, veluti in ea hydropis specie, quam anasarcam vocant, & in febribus epyalibus, fereque reliquis omnibus, exceptis quas hæcticas nominant? quorum, fere, additum est? Quandoquidem in omnibus febribus, nulla dempta, præter hæcticas, est inæqualis intemperies? an incaute addita est dictiuncula, fere aut prope græce *πρὸς*? non sane. Sed Galenus volens in hoc libello disputare de inæquali intemperie, cum disputatio videretur fore difficilis, videretque nonnullas esse inæqualitates perceptu difficiles, vt quæ ob curiosos sunt, quales in febribus sine rigoribus contingunt, alias manifestas vt in lypiribus & epyalibus & rigoribus, exorsus est vt solet ab exemplis manifestissimarum inæqualitatum, ab iis ad alias minus manifestas procedit, vt ita gradatim ad obtusæ inæqualitatis noticiam nos deducat: proponitque per diuisionem quandam vulgarissimam (scilicet affectus aut est totius aut partis) exempla multarum inæqualitatum, vt deinde ex manifestis colligat, qua ratione illæ ab iis quæ æquales sunt discrepent. Nam illa ratio qua descrepabunt, est inæqualis intemperiei definitio. Colligit nempe ita exemplis propositis, quod autem eiusmodi intemperies ab æqualibus differant, quia omnibus corporis partibus intemperanter affecti haud similiter insunt, omnino manifestum est. Quod perinde est ac si colligat, inæqualis intemperies est, quæ in omnibus corporis partibus intemperanter affecti, haud similiter inest. An videtur hic ordo inconditus, & inartificiosus? an necessario vtendum fuit de definitiua doctrina? ego sane magis artificiosam esse puto distributionem, qua hic est vsus, & compositionem qua in aliis locis. A definitiua sane semper fere Galenus abstinuit, vt pote minus clara, quamquam contra omnino sentiant quidam definitores, qui vt Galenus ipse alibi dicit: neque olus citra definitionem possunt emere. Itaque inæqualis intemperies potest esse totius aut partis. Totius est, quæ totum corpus tenet, qualis est ea inæqualitas, quæ in hydrope anasarca contingit (anasarca est, alio nomine leucophlegmatia) ea hydropis species, per quæ in omnibus corporis partibus, tum supernis, tum infernis, pituitosus sanguis contineri conspicitur, 5. de locis patientibus cap. 6. differt vt Celsus inquit cap. 2. libri 3. ab aliis dua-

bus hydropis speciebus ascytc & tympanite, quod in ea non est aqua in vnum locum collecta, sed per totum corpus diffusa inæqualiter totum afficit, aut in febre epyala (est febris epyala in qua totum corpus videtur simul ardere & algere de qua paulo infra dicturi sumus) intemperies inæqualis partis est quæ partem aliquam tenet, haudquaquam totum corpus. Qualis est in parte laborante œdemate, aut phlegmone (œdema apud Hippocratem, omnem tumorem solet significare. 1. prog. 33. quin & ipsum nomen *ἰσθμια* idem est quod tumor, & dictio *ἰσθμια* qua Galenus hic vsus, est idem quod tumefactum, tamen hoc in loco significat, quod apud Galenum, tumorem laxum sine dolore. Phlegmon etiã apud illum est, aliquando idem quod phlogosis id est inflammatio, aut ardor, apud Galenum in hoc loco & aliis omnibus est durus tumor cum dolore: aut gangræna (gangræna mortificatio ipsa est solidorum corporum sed neq; ossibus inest, magnasque inflammationes sequitur, quæ lyderationum species quædam est propriamq; & selectam appellationem supra communem assequuta est, lib. de tumoribus præter naturam cap. 12.) aut erysipelate (erysipelas est tumor præter naturam ex influxu sanguinis biliiosi) aut cancro (cancer est tumor ab atra bile sine feruore, quæ cum acris est admodum, cutim exulcerat, & fit cancer vlceratus: differt à carbunco, quod cum carbuncus fit, sanguis crassus vritur: eoque cum crusta fit) aut elephante: recte notat Brachelius duplicem elephantis acceptionem apud Galenum: Nam hic recenset, elephantem inter affectiones partis, & 3. libri de causis simp. ita scripsit, nigram consequitur in toto corpore elephas, in vna quapiam particula cancer. Neq; verò elephas cum est malum partis, est idem quod cancer. Nam aliter non meminisset Galenus inter hæc exempla canceri, & elephantis. Sed elephas quamquam in vnica particula incipiat, progressu temporis totam cutem scdat: cancer non ita. Neque elephas totius corporis est quod alij lepram dicunt. Differunt siquidem quia lepra solius cutis est melancholicus affectus, elephas & cancer, venas & carnem occupant, cap. 14. de tumoribus præter naturam. Aut phagedænam, aut herpetem (herpes est malum quod ex influxibus fit) differt ab erysipelate quod ex sincera bile fit: Erysipelas ex aqua, aut sanguinea. Proinde erysipelas attollit magis in tumore, herpes exulcerat. Differt verò à phagedæna, quæ exsio est quod herpes solam cutem exulcerat, phagedæna cutem & quæ subiecta sunt. Nimirum phagedæna fit ex vlcerebus quæ dicuntur cacoethe: possunt verò hæc intemperies

in particula fieri, cum influxu humoris. aut sine influxu. Cum influxu, quales contingunt in dictis morbis, anasarcam, epyala, œdemate, phlegmone, gangræna, erysipelate, cancro, elephante, phagædena, & herpette & his similibus (nō enim omnia possunt sigillatim referri) sine materiæ influxu, ut cum particula refrigeratur, aut vitur, aut utcumque aliter intemperatur, ut solent cum exercitantur plus satis, aut otiantur, aut ab extra occurrentibus alterantur, vel ad calidum, vel ad frigidum, vel ad humidum, vel ad siccum, vel ad horum duo. Sed ut rursum sermonem resumamus, si intemperies inæqualis est, quæ non omnibus affecti corporis partibus similiter inest, constat febrem posse esse inæqualem duobus modis, aut quia aliæ partes sunt aliis calidiores, aut quia aliæ sūt calidiores, aliæ frigidiores. Illa est ergo simplex inæqualitas, quia vnius qualitatis, hæc duplex, quia duarum. Non itaque omnes intemperies inæquales sunt eiusdem inæqualitatis, sed aliæ inæqualitatis maioris, aliæ minoris. In principio statim capitis de manifestis inæqualitatibus cœpit dicere, quales sunt in anasarcam, per quam aliæ partes extenuantur, & arescunt, aliæ resoluuntur humectatæ: & in epyala, in qua aliæ ardent, aliæ algent. Hanc inæqualitatem manifestam inquam, dixit esse fere in omnibus febribus, exceptis hecticis. Est enim in quam multis, saltem, in ipsis accessionibus, & non est in omnibus. Nam in nonnullis putridis quæ sine rigore, aut horrore, aut frigore sūt, occulta est inæqualitas, est nihilominus inæqualitas aliqua. Siquidem monstratum est nullam alterationem, quæ à causa pendet, esse satis æqualem.

CAP. II.

Igitur qui sit omnis inæqualis intemperiei generanda modus, in hoc libello statutū est exponere. Quo verò clarior sermo fiat, in memoriam reuocare oportet omnes corporis partes, initio à maximis sumpto, quæ scilicet vulgo etiam nota sunt. Siquidem manus, & pedes, & ventrem, & thoracem & caput, nemo est qui ignoret. Diuidatur autem à nobis rursus vnaquaque earum in continuas vocatas particulas. Crus quidem verbi gratia, in femur, tibiam, & pedem: Manus verò, in brachium, cubitum, & summam manum. Iam summe manus propria particula sunt brachiale, & post brachiale, & digiti. Digitorum autem particulae sunt, ossa, cartilaginee, ligamenta, nervi, arteria, vena, membrana, carnes, tendines, vngues, cutis, & adeps. Has vero in aliam speciem diuidere non licet, sed sunt simplices, ac primæ, exceptis arterijs & venis. Ha enim ex fibris & membranis consistant, veluti in administrationibus anatomicis est dictum. Quin etiam complura esse spatia inter iam dictas simplices & primas particulas: atque his

A etiam plura maioraq, inter instrumentales & compositas: aliquando verò & in vna qualibet simplici particula, veluti esse & cutis. Hæc omnia in libris de administrandis dissectionibus, dicta sunt, ac quæ mollia quidem sunt corpora, quoniam ea sibi inuicem incumbunt, interposita spatia sensum latere faciūt, quæ dura siccaque sunt, ipsorum spatia sensu plane deprehendere licet, quemadmodum in ossibus cauernulas. Continent autem hæc naturaliter in se humorem crassum, & album, in id comparatum ut ossa nutriat. Quæ verò ratione foramina, quæ in cute sunt, sicut, in libris de temperamentis est expositum. Atque hæc monuisse necessarium erat perspicuitatis causa, eorum quæ deinceps dicentur.

Galenus aperte satis explicat in hoc capite suum institutum, & quorsum nostri corporis partes diuidendo enumeret. Nimirum institutum est ei inuestigare modum generandæ omnis inæqualis temperiei. Ea verò aliter atque aliter generari solet pro ratione partium in quibus generatur. Proinde breuem quædam & facilem membrorum diuisionem præmittit, quo sequentia clariora sint. Partium nostri corporis quædam sunt simplices & similes & quædam compositæ & dissimiles, sed inter compositas quædam sunt aliis compositiores, quædam minus compositæ. Docet luculenter ipse Galenus quarto cap. lib. differentiarum morborum dicens quasdam esse morborum partes simplices, quasdam instrumentales: & instrumentorum quædam esse instrumenta prima, quædam secunda, quædam tertia. Quæ sit instrumenti ratio, & quæ dicantur instrumenta, & quæ partes dicantur simplices, & quotuplices sint, & omnia quæ huc spectant in secundo libro controuersiarum medicarum ego docui, illinc pete. Modo verò vitur Galenus breui quadam & eleganti corporis resolutione in partes, quam ut pote exempli gratia positā, & ab aliis libris petendam, non perduxit omni ex parte ad extremum. Potes tu, si in particularum notitia exerceri vis, illam perducere. Corpus totum (inquit) constat brachijs, & cruribus, & capite, & thorace, & ventre. Hæ partes sunt compositissimæ. Harum quælibet diuidi potest in alias minus compositas, sed compositas tamen (has dicit appellari *secundæ*, id est cōtinuas aut adnatas) & aliæ in alias, vsque dum ad simplicissimas peruentum sit: ut inquit, brachium diuidi potest in brachium, cubitum, & manum & manus, in brachiale, post brachiale, & digitos: digitus in ossa, cartilaginee, ligamenta, nervos, arterias, venas, membranas, carnes, tendones, vngues, & adipem. Hæc non (inquit) diuidi possunt, quia simplicia sunt, exceptis venis & arterijs: venæ enim

enim & arteriæ cum in anatomicis administrationibus monstratum sit ex fibris & membranis constare, simplices non erunt. Sed contra videtur esse quod Arist. . de partibus animalium cap. 2. venâ simplex membrum esse dicit: quin & Galenus ipse cap. 3. de diff. morborum & alibi sæpe hoc idem dicit. Huius nodi solutionem, præstitit ipse Galenus cap. 4. eiusdem libelli, ita dicens, hoc vero in loco non adeo ad exactum est consideratio redigenda, illud vnum animaduertere oportet, simplex ne ad sensum an composita sit animalis particula. Loquebatur itaq; illic Gal. atque adeo Aristotel. dicto in loco ad sensum, hoc in loco placuit loqui exacte. Venæ autem & arteriæ ad sensum simplices sunt, exacte non sunt. Sed addes dictis, si hic loquebatur exacte, & quod tale re vera est. non quod videtur sensui, & enumerans illas partes quas simplices dicit, solas excipit venas & arterias, certè reliquæ simplices re vera sint, & exacte, ossa videlicet, cartilagine, ligamenta, nerui, membranæ, carnes, tendones, vngues, & adeps. At vero dictum ab eodem Galeno est decimo libro methodi capit. ultimo & 2. de temperamentis, in omnibus ijs partibus esse carnem quandam propriam, diuersam à fibrosa parte, & vere solida, eam videlicet quæ per malignas febres absumitur. Neque id in vena tantum & arteria, sed in neruo & membranæ & ligamentis & tendonibus, quin & in ossibus, verum est. Hæc enim omnia contingit extenuari per tales febres, sed etsi sigillatim consideres videas aperte pleraque composita, vt inde possis intelligere, nullam esse exacte simplicem atque ego ita censeo, insensibiles partes, exactissime simplices, latere in sensibilibus. Tamen sensibilem nullam esse exacte simplicem. Nam ligameta & nerui, & membranæ, aperte habent substantiam carneam à fibris satis diuersam. Caro quantum vis videatur simplex dissita est venis & arterijs & neruis capillaribus. Tendones constant, non ex dictis solum, sed etiam ex neruis & ligamentis intrantibus musculos, illis per caput, his per caudam. In vngues venæ nerui & arteriæ ingrediuntur, vt docet Galenus de anatomicis administrationibus. 2. lib. ad finem. Itaq; neque reliquæ particulae, quas enumerauit Galen. simplices sunt exacte, non solum venæ & arteriæ. Quorsum ergo solas has excipit? vt diximus inter membra quæ composita sunt & talia dicuntur, quædam esse compositiora, quædam minus composita, ita inter membra quæ simplicia dicuntur, quantum exacte talia non sint, quædam habent latentem maximè compositionem, qualia ossa & adeps, quædam minimè latentem, qualia sunt venæ & arteriæ (hæ enim aper-

A tere ex tunicis & fibris & carneis partibus sunt) alia medio modo, qualia sunt reliqua quæ enumerauimus : exceptæ ergo hinc sunt solum venæ & arteriæ, quia non habent tam latentem compositionem, quam alia, quanquam reliqua quoque possent excipi si tam rigidus sermo haberetur. Ennumeratis particulis disputat Gal. de causis, quæ in eis, & inter eas sunt, dicens, triplicia causa esse in nostris corporibus, quædam inter partes simplices, vt inter cutem & membranam, quædam hæc ampliora inter membra composita vt inter hepar & ventriculū, aut hunc & lienum. quædam alia in ipsis simplicibus partibus: hæcque in partibus mollibus, vt carne & cute esse angustissima, quia partes molles concidunt in seipsas, non retinentes causas figuras: in membris duris esse ampliora ex contrarijs causis. De generatione pororum scriptum est à Galen. 2. de temperamentis cap. 6. in hunc modum. Quibus humida est cutis & plane mollis, qualis paulo ante concretescens caseus, in ijs eorum quæ exciderunt viæ per cutem non manent, partibus scilicet eius, quæ prius dissidebant, rursus inter se vnitis, ac in quibus dura est non ab similibus caseo iam coacto, perforatur quidem eorum quæ exeunt transfluxu: cum autem rursus vniri per siccitatem nequeat, meatus ipsos immutatos seruat, qui etiam perpetuo transluentium ictu, assidue magis aperiuntur. Verum dicit obiter hic Galenus in ossium cauis contineri medullam ex qua ossa nutriantur. Ossa medulla nutriri docuit Hippocrat. libello de alimento, dicens, medulla alimentum ossis. Neque verò Arnaldus de Villanoua, qui hoc negat, ex melancholico sanguine ossa nutriri dicens, quidquam affert probabile: inquit enim medullam, temperamento calidam & humidam, longe diuersam esse ab ossium, frigidorum quidem & siccorum natura, eoque non posse ossa medulla nutriri, sed melancholico sanguine, qui frigidus est & siccus, vt illa. Tamen deficit eius ratio, non enim adeo conuenit melancholicus sanguis cum ossè quam medulla. Medulla enim est alba & crassa, vt os. Melancholia contra nigra. Quot ergo commutationibus opus sit, vt ex substantia nigra alba fiat, iam verò neque quod de temperamento dicunt ita habet. Medullam enim non censeo esse subiecto valde calidam, sed à nostro calore calefcentem. Itaque, quod de sanguine Aristote. dixit, illum nempe calorem habere in viuentibus corporibus, tamen calidum subiecto non esse, hoc idem verius quantum opinor, de medulla dicendum nobis est. Est enim medulla subiecto res humida, & frigidior cute. Docet idem Galen. tertio cap. 2. de temperamentis, vbi disse-

rens de cerebri & spinæ & ossium medullis, ita scripsit. Propinquam eis habet naturam ossium medulla, non est tamē eiuſdem generis cum cerebro, & spinali medulla ea, quæ in quolibet habetur osse. Sed cerebrum & spinæ medulla eiuſdem sunt generis, reliquæ omnes medullæ alterius naturæ sunt. Est tamen humidius, ac calidius cerebrum quam spinalis medulla, eoq; etiam mollius. Præterea ipsius cerebri priores partes tanto sunt humidiores quanto molliores, omnia tamen hæc non humidiora modo sunt, sed etiam frigidiora. His verbis aperte docet omne medullarum genus esse cute frigidius, quare & absolute frigidum, si quem tamen calorem interius habent ex vitali nostro calore habebunt. Verum rogabis si medulla frigidior est cute, qua ratione possit esse medicamentum emolliens, ut dicitur vndecimo de simpl. facult. capit. 5. nam emollientia medicamenta græce vocata μαλακτικὰ calida & humida esse debent. 5. de simpl. medic. facult. cap. 2. scire licet medullæ ex consuetudine cum alijs humoribus, partes quasdam acrioris humoris admittas esse, ex quibus cum partibus crasis & frigidioribus, quæ propriæ ipsius medullæ sunt, fit medicamentum mediocris cuiusdam caloris, cum satis multa humiditate. Hæc est medulla qua ad emolliendos scirrhus utimur, quæ tamen cum os nutrit, deponit partes illas calidas in ipsa alteratione, & frigidiori substantia ossa nutrit. Quod ad patientem qualitatem attinet, citato nuper capite ex vndecimo de simplicium medicamentorum facultate & 3. lib. de aliment. facultate caput decimum docet Galen. eam esse satis humidam, & humidiorē non solum spinali medulla, sed etiam cerebro, neque alicubi contrarium asseruit, sed est constans apud illum doctrina. Quanquam à Ieremia notatur contradictionis 2. de temperamentis & in enarratione illius sententiæ, quam recitauimus modo ex 3. cap. dicente docere illic Galen. cerebrum esse humidius medulla ossium. Sed proculdubio dormitabat Ieremias cum in locum illū incidit. Non enim Galen. confert cerebrum cum ossium medulla, cum illud humidius esse dicit: Sed cū medulla spinæ, sed illud est, mihi crede, agere pulchrum commentatorem, cum deest in authoris verbis, illi imponere, quod carpi postea possit. Est itaq; medulla subiecto frigida & humida, atque cum ut res humida sicca fiat, sola induratione sit opus, fit ut ex medulla facillime os fiat, densata solum. Est enim reliquis accidentibus ossi non dissimilis, quod ostendunt crassities & candor. Sed hoc caput non exigit plura.

A

CAP. III.

DE inæquali verò intemperie nunc dicendum, tum quamquam eius natura sit, tum quot eius generande modi. Quod utique in omnibus corporis, quod ita laborat particulis, vnica temperies non sit, prius est dictum, verum id omnis intemperiei inæqualis commune est. Differentia autem eius laborantium corporum naturas sequuntur: nam aliter simplex caro, aliter vniversus musculus in inæqualem temperiem incidit. Quippe vbi calida fluxio in musculum procubuit, primum maiores arterie, venæq; implentur, ac distenduntur, ab ijs minores atque ita res procedit, donec ad minimas sit peruentum. In ijs vbi valenter impada fuerit, neque adhuc contineri potest fluxio, pars eius per ora pars per tunicas ipsas, veluti colata foras transfumitur. At que tum spatia quæ inter prima sunt corpora fluxione implentur. Proinde omnia ab humore incalescunt, omniq; ex parte persunduntur. Ea verò sunt nerui, membranae, ligamenta & carnes ipse: antequam hæc arterie & vena, quæ scilicet & primo & præcipue varie dolent. Siquidem interius à fluxione tum excalescunt, tum distenduntur, ac diuelluntur, exterius autem non modo excalescunt, sed etiam premuntur ac grauantur, reliquæ verò particule, aliæ quidem, quia incalescunt solum, aut comprimuntur, aliæ autem vtroque modo laborant, vocaturque morbus ipse phlegmone. Est verò inæqualis musculi intemperies. Quippe seruet iam qui in eo est sanguis, isque secum excalescit primum & maxime arteriarum & venarum tunicas, mox verò omnia quæ extra has sunt quibus scilicet circumfunditur.

C

E

F

CVM Galenus in primo capite duplicem esse inæqualem intemperiem dixerit, totius & partis, & ex exemplis manifestis elicuerit illius finitionem, parat nunc docere modum quo generatur, incipiens ab inæquali temperie partis, quo ex illa ad intemperiem æqualem partis, & ab ijs ad temperiem inæqualem, & æqualem totius procedat, vtrita res tota de qua libellus hic est, clarior euadat. Præmisit verò ad hanc rem quandam particularum enumerationem. Ergo in primis verbis capituli proponit quod institutum est facere, repetens interim ex primo capite rationem inæqualis intemperiei, quam rationem continent verba illa, quod utique in omnibus corporis, quod ita laborat particulis vnica temperies non sit, prius est dictum. Quibus verbis quis non intelligit dictum, intemperiem inæqualem esse eam quæ non est vnica in omnibus corporis affecti particulis, sed quod huic est contrarium, puta vnā in his, aliam in alijs, diuersum in quam secundū corporis partes? quamquam Fucius, ut est acutissimus, aliter hæc verba interpretatur, per inæqua-

inæqualem intemperiem, non esse in omnibus vnica temperiem, sed duas: aliam naturalem, aliam præternaturalem cum illa pugnantem. Sed si quis attentius singula verba perpendit, videbit proculdubio huc sensum illis non congruere. Nam si diuersitas nõ est in affectu corporis partibus, sed in vna qualibet per se, quorsum in illa descriptione diceretur, quod in omnibus affectu corporis particulis vnica temperies non sit? an non melius quod in affectu corpore vnica temperies non sit, nulla particularum facta mentione? nam in toto esse vnica, aut in vna parte, aut in aliquibus, iuxta illam sententiã, indifferens est. Quare inepte meminisset illic Galenus particularum. Immo verò falsum est ad intemperiem inæqualem, opus esse, vt in omnibus vnica non sit. Nam laborabit homo febri inæquali, si putrida febricitat, etiam si in cruribus sit vnica temperies, & calor in eis sit factus. Non ergo opus est, vt in omnibus partibus affectu corporis non sit vnica, id est vt in nulla parte affectu corporis sit vnica. Quare si illud sibi voluisset Gal. certè verba illa in omnibus affectu corporis particulis, nihil aliud præstarent, quàm quod dididissent orationem ineptam, obscuram, & falsam. Valeat igitur Fuchii interpretatio subtilis, nos crassiuscule & verius intelligamus. Docet in hoc capite modum generandæ phlegmones. Hæc enim est temperies inæqualis musculi, cum affluente humore, à qua proinde principium facit. Sed si forte dubitas cur nõ incepit Galenus ab intemperie aliqua, quæ tantum esset morbus temperamēti, nõ ab inflammatione, quæ morbus compositus videtur esse, partim in temperamento, partim in magnitudine. Intellige phlegmonem, morbum esse temperamenti nullo modo compositionis, nisi forte raro, cum cõtingit, magnitudinem illam, quam tumor facit, læsionem efficere per se operationũ, notatu dignam: id verò est perquam rarissimum, & tunc quoque est morbus temperamēti, cum morbo compositionis coniunctus. Ergo cœpit à phlegmone, quia intemperies est inæqualis, & euidentis, quod Gal. differens de intēperie, docuit cap. 5. libelli de diff. morborum, his verbis. Nam erysipelata, & phlegmones, & œdemata, phlegmata, & phigethla, & strumæ, elephantiasis, scabies, lepre, vitiliginis, scirrhii, in hoc genere comprehenduntur, qui omnes morbi ad eò sunt euidentes, vt neminem possint latere. At quos sola inæqualitas, atq; intemperies primarum committit qualitarum, hi nõ omnibus ita patēt, nisi cum plurimum à naturali habitu corpora recesserint, tunc enim facile affectus ipse ab omnibus deprehenditur, qui superante calore, ac totum oblidete animalis corpore, febris nuncupatur. Hæc

Gal. quibus verbis recesset species intēperierum, & quæ sint manifestæ magis, & quæ nõ ad eò. Quem ipsum ordinem in toto hoc opusculo obseruat, iam hic incipiens ab inflammatione, de qua differit vsque ad caput sextum, à quo incipit de febribus disputare, vsq; ad caput vltimũ, in quo alias qualdam intemperies inæquales cõnectit. Phlegmonis tumor, non aliter fieri potest, vt Gal. dicit 2. cap. libelli de tumoribus præter naturam, quàm sanguine qui in parte erat fuso, & ita particulam plusquam antea dilatante, aut noua sanguinis copia aliunde in particulam ipsam influente. Non fieri citra influxũ sanguinis sola fusione, docet multis argumentis in eodẽ loco, quæ satius est te illic legere, quam me huc transferre. Superest itaque ex alijs partibus confluere sanguinẽ, ad eã quæ inflammatur, quẽ constat repleturum primum omnium, distenturumq; vasa magna, magnas inquam venas & arterias, illisq; nimium distentis regurgitaturum ad paruas, atq; nullis illarum sanguinem capientibus, fluxurum in caua magna, primumq; esse dixit Gal. inter mēbra simplicia: deinde parua, quæ sunt in ipsis simplicibus, dictẽ pori. Hoc vbi factum est, necesse est musculum distendi, comparareq; molem, & omnes in eo partes, neruos inquam, membranas, ligamēta, & carnes, & venas, & arterias, incallescere simul, non tamen omnes equaliter, non enim diximus sanguinẽ omnes partes æqualiter, & æquẽ primo attingere, sed alias plus & citius, alias minus & tardius, Ergo incallescunt inæqualiter, & dolent varie. Nã venæ & arteriæ plus calent, & variè dolēt, quia sanguinis continent plus, & interius distenduntur, & exterius grauantur à mēbris incumbētibus (qua ratione calefactio, & distentio, & compressio, dolorẽ faciant, docuimus. lib. 5. controuersiarũ medicarũ, & sumus etiam paulò infra de ea re nõ nihil dicturi) aliæ verò partes, partim laborant, quia incallescunt solum, partim quia comprimuntur solũ, partim quia vtrumque patiuntur. Sed dices, qua ratione fieri potest, vt inter simplices partes musculi, venæ, & arteriæ, primo, & maximè vario dolore afficiãtur, cum sint partes sensus expertes, & proinde non doleãt, siue seceantur, siue vrantur, siue quidquã aliud patiantur, quod idem Gal. dixit. 16. de vsu partium cap. 12. his verbis: arteriæ enim & venæ partis cuiusq; sensus omnino sunt expertes, siue illas frangere velis, siue vrere, siue incidere, siue laqueis excipere. Hæc Gal. quæ videntur cum præsentis loco pugnare. Verum memineris Hip. & Galenum solere nonnunquam appellare dolores, affectiones præter naturam, etsi dolorem non faciant, vt in apho. 6. 2. particulẽ. Ita ergo hic intellige, arterias & venas primo & maximè vario dolore, id est primo

mum

mum & maximè varijs passionibus affici, calefactione scilicet, distentione, & compressione, quæ tamen in vena ipsa re vera dolores non faciunt, quia pars est sensus omnino expers. Ita verò intelligi præsentem locum, declarant sequentia verba. Addit enim post dicta verba. Reliquas vero partes, aut quia incallescunt, aut quia comprimuntur, aut amborum causa laborare. Græce καυειν quod est laborare, aut ægrotare. Non quidem dixit dolere: constat tamen ex ipsa sermonis consequentia, hoc secundo verbo & priori illo eandem rem significari. Itaque venæ & arteriæ varijs affectionibus tanguntur, aliæ partes minus. Per hæc omnia nemo non intelligit summopere studere Galenum, docere inæqualitatem affectus secundum diuersas partes musculi: atque ita caput concludit dicens. Est verò inæqualis musculi intemperies: quippe feruet iam qui in eo est sanguis, isque secum excalefacit primum & maximè arteriarum & venarum tunicas, mox verò omnia, quæ extra has sunt, quibus scilicet circumfunditur. Intellige ubi dicit, vocaturque morbus ipse phlegmone, est verò inæqualis musculi temperies, dictum esse iam phlegmonem, quæ in hoc capite est descripta, esse musculi intemperiem, ponebatur enim in hypothesi in musculum fluxionem decubuisse. Nā aliter falsa sit assertio, si intelligas absolute phlegmonem esse musculi intemperiem. Inflammatur enim nonnunquam membrana costarum, nonnunquam cerebri inuolucra, & partes aliæ quæ à musculis distant substantijs quam maximè.

C A P. IIII.

ET duorum quidem, alterum necesse est sequi, vincente fluxione, corruptionem fieri victorum corporum: victa autem, redditum musculi, in id quod secundum naturam est. Esto autem prius victa fluxio (rectius enim à melioribus incipitur) duplex tunc erit curationis modus, quod vel discutietur, quidquid humoris in particulam procubuit, vel concoquetur. Verum discussio aptanda maximè curatio est, concoctionem verò, hæc duo necessario sequuntur, puris generatio, & abscessus. Abscedit autem aliquando in cavitatum, quæ propinquæ sunt, tum maximam, tum summe ignobilem: qui sane abscessus optimus est: nonnunquam verò in maximam, non tamen ignobilem, aut in ignobilem, non tamen maximam. Quibus igitur in ventrem incidunt, optimus est abscessus, qui in capacitatem eius internam abit, in quam etiam plerumque se effundit, malus verò qui sub peritoneum. Pari modo, quibus in cerebro sunt, bonus est, qui in priores eius ventriculos abscedit: malus verò qui sub meningas, & in posticum eius ventrem se recipit. Qui verò circa costas abscessus colliguntur, hi in thoracis capacitates erumpunt, ac musculorum quidem abscessus sub

A cutem: viscerum verò, vel in arterias & venas quas in se continent, vel sub membrana qua operiuntur, quæ ipsis visceribus pro cute est.

AB exemplo inæqualis temperamenti musculi, quod proposuit, vult Gal. nos manu ducere ad generationem æqualis intemperiei eiusdem partis, ut ita intelligamus aperte modum quo æqualis intemperies fit, atque ita qua ratione differat æqualis ab inæquali. Hoc est enim toto hoc opusculo institutum. Descripserat ergo musculum inflammatione tentatum, tunc temporis (inquit) necesse est duorum alterum fieri, vel ut fluxio vincat partem, vel ut partis natura vincat fluxionem. Si natura vincit, soluitur morbus: quare aut resoluatur humor infarctus in particula, aut in pus vertetur, fietque abscessus. Id est in cauum aliquod abscedet humor, illincque euacuabitur: nulla enim alia ratio excogitari potest soluedæ inflammationis, ut videre licet 13. meth. & 2. de curandi ratione ad Glauconem. Si natura vincitur, trahitur pars ad corruptionem, & æqualiter intemperatur, cessatque tunc primum dolere. Hæc continet caput hoc, quæ prosequitur Gal. ab optimo euentu, incipiens, nempe cum vincit natura. Tunc duo fieri possunt, resolutio & suppuratio. Resolutio melior est suppuratione, est enim resolutio, curatio mali: suppuratio non tam est curatio, quam permutatio phlegmonis in suppurationem, quæ per se est alius morbus. Quare nec Galenus, nec alius quisquam utitur suppuratorijs, nisi cum resolutorijs malum non cedit, aut resolutoria non sufficiunt. Cum verò pus iam est genitum, exoptandum est, ut abscedat in cauum, in quo minimè lædat, & ex quo facillime expurgetur. Considera ergo quibus in partibus minus noxæ faciat, & in quibus plus, & à quibus expurgetur facilius, & à quibus difficilius, & videbis facile, an abscessus sit eorum qui eligi solent, an prauorum. Certè in membris nobilibus plus lædit, in ignobilibus minus. Ergo quo in ignobiliorem partem abscessit, eo melior est abscessus. Cæteris partibus ad faciliem expurgationem facit caui magnitudo, non tamen sola magnitudo, sed positus etiam partis. Nam quæ positæ sunt in vijs euacuationis etiam cum minori capacitare sunt meliores ad deponendum acceptum pus. Nam inter ventriculū intestinaque, & peritonæum, plus capitur humoris, quam in ventriculo, tamen melius est pus in ventrem fundi, quam in illud cauum, scilicet venter est in vijs quæ ducunt extra corpus. Quanquam hanc tertiam considerationem, non dixit Galen. Sed liceat nobis addere, utentibus suis exemplis. Ergo optimus abscessus est, qui in partem aliquam fit, magnam & ignobilem. Tamen id ex quouis mem-

membro fieri non possit, boni etiam sunt, qui fiunt in partem ignobilem etsi parvam, ut inter musculos & cutem, aut partem magnam etsi non ignobilem, ut in ventris amplitudinem. Igitur cum in vetriculo inflammatio suppuratur, melius est pus abscedere in eius cauum, quam inter ipsum & peritonæum. Quia etsi locus sit nobilior & minus capax est in via euacuationis, è costis in cauum thoracis funditur, illincque tussi rejicitur è visceribus, erumpit in venas & arterias, aut inter eas membranas quibus vestiantur (nimirum habet membrum quoduis pelliculam quandam qua contegitur, ut propria veste: quæ supra septum transversum sunt, ex membrana succingente costas: quæ infra, ex peritonæo. s. de anatomicis administrationibus) verum ego malim ad venas fundi, nam illinc expurgatur magna ex parte per urinam: qua ratione factum est, ut nonnunquam vomica pulmonis expurgata sit per urinas. 6. de locis affectis cap. 4. Vbi Galenus dicit, pari modo quibus in cerebro fiunt, bonus est qui in priores eius ventriculos abscedit, malus verò qui sub meningibus, fertur in falsam imaginationem, nam perinde loquitur, ac si ventriculi anteriores cerebri, non essent intra meningas. Tamen dissectionem veram cerebri Galen. ignorasse, alio etiam loco ostendimus. Vocat Galenus in præsentî capite suppurationem concoctionem. Nos de ea diffuse admodum disputavimus quarto capite libri quinti controuersiarum medicarum, ostendimusque illam ab Hippocra. & Galen. modo appellari concoctionem, modo putrefactionem, quia concoctio quædam est imperfecta, quæ neque concoctio est, neque putrefactio, sed motus quidam mediûs, vtriusque particeps. Verum hæc enarrata à nobis plene sunt in nuper dicto loco & in commentarijs quæ in quartum librum meteoron Aristote. scripsimus. Quare modo de ea re non dicemus plura. Sed secundâ capitis partem declarabimus, erat alter inflammationis euentus in diuisione secundus, cum particula victa est à fluxione, tunc primum omnium intelligere oportet, particulam non vinci sine pugna. Ergo victoriam illam pugna antecedit, inter humorem & temperiè partis. Durat pugna dum humor calefacit præter naturam particulam, & temperies naturalis particulæ resistit suæ corruptioni. Cessat pugna & succedit victoria, cum calor humoris temperiem partis radicitus corrumpit, & quæ præter naturam est temperies, migravit in naturalem. Si non sumus oblitio eorum quæ paulo superius diximus, constat eam intemperiem quæ in parte est, dum durat pugna esse fientem & inæqualem, eam verò quæ in victa iam par-

te est, esse factam & æqualem. Hanc corruptionem temperamenti radicalis membri, necesse est, ut sequantur duo. Primum ut actiones naturales partis pereant, tractio scilicet, retentio, concoctio, & expulsio. Nam hæc facultates in temperamento particulæ habent essentiam, vel si quam habent per se essentiam, eius cognitio est omnino obscura, eoque medicum perinde oportet cense- re, non de his facultatibus modo, sed etiam de alijs omnibus, atque adeo de ipsa anima ac si temperies ipsa esset, ut docet Galenus innumeris pene in locis. Sed de substantia facultatum naturalium extat fragmentum libelli cuiusdam illius. Itaque si temperies corrumpitur, labefactantur facultates, quare tolluntur actiones. Verum nolim te hic intelligere, statim ac æqualis est in particula intemperies, cessare actiones (nam hec tica laborantes nutriuntur aliquantulum dum viuunt) sed languescere facultates naturales, quia temperamentum proprium cum alio deteriori radicitus commutatum est, & ita actiones deterius agi, usque dum tandem processu temporis, actiones omnino corrumpuntur. Quod ut innueret Galenus dixit, in eam aguntur manifestè intemperiem, ut earum actio deficiat, & corrumpatur temporis progressu. Ergo languescentibus facultatibus naturalibus, & debilitato calido innato, necesse est particulam ipsam putrescere, quapropter necessario succedit victoriæ illi naturæ, indolentia: nimirum quam primum cessat pugna, cessat dolor. Quare cum quam primum cessat pugna, sit intemperies facta, & quam primum est facta, sit æqualis, sit ut quam primum intemperies est æqualis, cesset dolor. Omnes itaque intemperies æquales sunt sine dolore, eoque non sentiuntur ab affectis hominibus, non enim illorum sensum aliqua ratione ea intemperies contristat, utpote partibus iam facta naturalis. Quæ verò intemperies sunt, omnes dolorem faciunt. Nam docente Hippocra. libello de homine, & Platone in dialogo de natura, dolor fit cum natura alteratur, & corrumpitur, non cum alterata est & corrupta. Hoc enim in temperamentis factis maximè accidit. Nec sine ratione quidem hoc fit, vel si Hippocrat. nullus dicat. Nam dolor est sensus tristis, est verò verisimile sensum non aliter futurum tristem, quam si obiecti contristantis sit: tactus verò sensus (illius enim symptoma est dolor) non alijs videtur posse contristari, quam ijs quæ partium in quibus ille est, naturam corrumpant: est verò duplex modus corruptionis naturæ, intemperies, & vnitatis solutio. Nam natura particularum in duobus consistit, temperamento inquam, & partium vnitare,

aut

aut continuitate. Ergo doloris est duplex causa, intemperies & continui solutio, quāquam plerisque neotericorum videtur ex opinione Galeni, solam continui solutionem esse per se causam doloris. Verum à me libro quinto controuerfiarum de doloris causa factis est dictum, monstratumq; intemperiem causam esse doloris per se, non minus quam solutionem continui: monstrariq; etiam modo potest facillime, ex eo quod iecimus principio, puta, quod alterat & corrumpit naturam, dolorem facit. Nam si illud verum est, ergo quod corrumpit per se naturam, per se facit dolorem: sed intemperies per se corrumpit naturam (est enim natura in temperie, non minus immò magis adhuc, quam in continuitate partium) ergo intemperies per se facit dolorem, non minus quam solutio cōtinui. Sed de hac re, quinostram sententiam volet cum plena confirmatione, legat caput quintum illius libri. Quanquam & in hoc ipso libro, sequentia verba, nos illam satis cogent aperire. Itaque colligimus intemperiem omnem quæ corrumpit naturam facere dolorē, id verò facit omnis intēperies siēs (nam facta non corrūpit, sed corrūpit) cum ergo omnis siēs sit inæqualis, omnis inæqualis intemperies facit dolorem. Est ergo symptoma quod temperie inæquali semper inest & omni, & nulli æquali vnquam, dolor. Itaque dolore dignoscitur inæqualis ab æquali tēperie. Sed obijcies intemperies siccam & humidam, humidam potissimum, quæ possunt esse inæquales, & non possunt facere dolorem. Causa reddita est à Galeno primo de causis symptomatum cap. 6. his verbis. Iis quibus natura alteratur vel corrumpitur dolores fiūt. Quippe illud corrumpitur celeritatem, simul ac magnitudinem alterationis indicat. Sane tactui accedunt magnæ mutationes naturæ, à frigidi calidiq; violento contactu, præterea ab ijs quæ quassandi, secandi, vel distendendi, vel exedendi, vim habent. Quippe humidum & siccum, si absit calefactio & refrigeratio, citra violentiam corpus contingunt. Hæc Galenus, qui locus apertè videtur pugnare, cum præsentis capite. Dicitur enim hic, his quibus alteratur & corrumpitur natura dolores fiunt. Alteratur autem, ac corrumpitur cuiusque natura cum calefit vel frigesit, vel siccatur, vel humectatur, vel vnitas eius soluitur: in inæqualibus quidem intemperamentis, eo quod calefiat, aut refrigeretur maxime. Quippe efficacissimæ hæc sunt qualitates: iā verò & quia excitatur & humectatur. De hac etiā quæstione scripsimus caput sextum libri quinti controuerfiarum. Verum in capitis enarratione, modo dicimus, dolorem esse sensum acerbum. Quare tactio omnis

A rei iniocundæ est dolor. Tamen nonnullæ tactiones rerum iniocundarum, sunt obscure omnino, nihil acutum præ se ferentes, sed lentæ, & vt dicam, pigræ. Has frequenter neque dolores appellamus, nisi cum nimis diligens est sermo, sed insolentias quasdam, aut vtimur, alijs nominibus, quæ de acerbitate doloris videntur detrahere: dolores acerbi, non possunt fieri ab humiditate (nam de siccitate alia ratio est, vt illic diximus) sed iniocunditates sensus, quæ & ipsæ genere dolores sunt, à quacumque intemperie inæquali fieri possunt, quatenus scilicet intemperies illæ sentiuntur ab ægro tante. Itaque dolor est symptoma, quod adest omni & semper in æquali intemperiei, non tamen soli. Nam & quæ vnitatem solunt, etsi non distemperent, dolorem faciunt, vt quæ vulnerant, & rodunt, tendunt, premunt, & quæ conuellunt. Sed & fames & sitis dolores faciunt, aut si vis exactius dicam, proprii dolores sunt oris ventriculi, vt docet Galenus cap. 7. primi de causis symptomatum. Fiunt verò, inquit, Gal. dolores esuriendo & sitiendo, deficiente hic humida, illic sicca substantia. Quæ verba Ieremias minus intelligens, non sine suspitione, inquit, Gal. nunc sequi veteres aliquot videtur, qui iacturam humidæ substantiæ potius sitim, quam famem facere dixerunt: inseritq; suis cōmentis, aut si maus commentariolis, argumentum quoddam ex conciliatore. Sed Gal. hac in parte nihil aliud significat, quàm sitim fieri deficiente humida substantia, id est potu, famem sicca substantia, id est cibo: est hæc Hip. phrasis, qui in primis verbis libelli de alimento, species inquit alimenti in humiditate & siccitate. Vocat humiditatem potum, siccitatem cibum, quod indicant vltima libelli verba, quæ de potu sunt, humiditas alimentum vehiculum est. Recenset in his Gal. non proximas causas dolorum contingentium per famem & sitim. Nam defectus cibi & potus, per passiones alias ventriculi dolores faciunt, non enim defectus illi sunt per se naturæ corruptiones, sed defectus potus, calefactione & deficcatione, defectus cibi, corrugatione oris ventriculi. Sed de fame & siti est caput proprium in controuerfijs medicis, quo opere nolim carere quenquam eorum, qui in meis libris sunt versaturi.

CAP. V.

Igitur si calor sanguinis in particula quæ phlegmone laborat, mitis est. & qui in toto animalis est corpore mediocriter temperatus, non admodum facile vna cum laborante particula calefit: si vero vel vehementius seruet, vel qui per totum animalis corpus

spargitur sanguis, biliosior est, illico totus incal-
 scit, multo autem magis, sicubi ambo concurrunt,
 ut & qui in phlegmone habetur sanguis admodum
 calidus sit, & qui in toto est animāte biliosus. Porro
 calefit primū qui in arterijs est, quod scilicet in na-
 tura calidior, & magis spirituosus sit: post hunc ve-
 rō, etiam qui in venis est. Quod si phlegmone ob-
 fessa particula, visceri, cui plurimus sit sanguis, pro-
 pinqua fuerit, etiam celerius, cum hoc, qui est in
 vniuerso animali, calefit sanguis: in summa quid-
 quid facile alteratur, aut calidum natura est, id, à
 quouis quod calefacit, primum excalefit. Non secus
 quidquid facile alteratu est, vel natura frigidum,
 id ab eo quod frigefacit, primum refrigeratur.
 Promptus igitur ad alterandum est spiritus, eo
 quod ex tenuissimis constat partibus. Calidissima
 verò natura flaua bilis, frigidissima autem pitui-
 ta est: reliquorum humorum, sanguis post flauam
 bilem calidus est, nigra autem, post pituitam, fri-
 gida. Quin etiam facile alteratur flaua bilis à quo-
 uis quod in eam agit: nigra verò agre: atque vno
 verbo, quidquid tenuium est partium, id prompte
 alteratur, quod verò crassarum est partium, diffi-
 culter alterascit. Proinde necesse est, multifarias
 incidere phlegmones, alterationes, propterea quod
 etiam multifariam afficiuntur corpora. Principio
 namque humor, qui phlegmonem efficit, magis mi-
 nusve est calidus: deinde putrefactio eius pro ipsius
 natura incidit: non minimum etiam, ut is magis,
 minusve est impactus. Quippe qua perspiratu ca-
 rent celerius putrescunt, veluti & in externis eue-
 nit omnibus: cum verò calida & humida sunt tem-
 peramento, tum vtrique potissimum. Quin etiam
 ipsa phlegmone laborans particula, vel prope, vel
 longe sita est à multi sanguinis visceribus. Torus de-
 nique sanguis, vel biliosus est, vel melancholicus,
 vel pituitosus, vel spirituosus, atque hæc omnia ma-
 gis minusque. Quare necesse est multiformes fieri
 alterationes, siue alterum alteri sit collatum, siue
 idem aliquid sibi.

Descripsit hæc Gal. intemperiem
 inæqualem, & æqualem partis vnius,
 vnico exemplo, puta in inflammatione.
 Modo properat docere modum generatio-
 nis intemperiei inæqualis totius corporis,
 facitque id perstans in eodē exemplo, quod
 maximi artificis est: scilicet, generat ex intē-
 perie partis intemperiem totius. Docet mo-
 dum, quo ex phlegmone, quæ est intempe-
 ries partis, fit febris generis hientium, quæ
 est intemperies inæqualis totius: deinde
 quomodo fiens illa febris redditur facta,
 quæ est intemperies æqualis totius. Ergo
 sanguis qui in toto est corpore calefit, simul
 cum sanguine impacto in particula: vel quia
 sanguis in phlegmone plurimum feruet, vel
 quia sanguis qui toto corpore est sparsus, bi-
 liosior est, vel multo magis, quia hæc ambo
 fiunt. Nam si neutrum horum adsit, non fa-
 cile totum corpus incalcescit. Est aliud quod

A ad facilem totius corporis calefactionem
 plurimum facit, nempe vicinia inflammatae
 particulae cum aliquo viscere, cui plurimum
 sit sanguinis, multo magis, si cum ipso corde
 est, hoc enim est fons caloris, & antequam hoc
 incalcescit non est febris, primo de differētia
 febrium. Atque adeo vicinia hæc cum cor-
 de, quæ multum facit ad citam totius corpo-
 ris calefactionem, non est loci solum, ut quæ
 inter pleuram & cor intercedit, sed commu-
 nium vasorum quibus alligantur. Nam cere-
 brum, aut illius inuolucra, cum primum in-
 flammata sunt, in totum corpus calorem
 mittunt. Igitur istis de causis inflammata
 particula calorē in totum corpus refundit:
 cōtingit vero incalcescere totum corpus hac
 via. Primū calefit sanguis in arterijs, est enim
 ibi natura calidior & spirituosior: deinde in
 venis. Vnoq; verbo, quidquid est facile alte-
 ratu, aut est natura calidū, id, à quouis quod
 calefacit, primum excalefit, & quidquid
 facile est alteratu, vel natura frigidum, ab eo
 quod frigefacit, primum refrigeratur. Nam
 simile citius patitur à simili quàm à contra-
 rio, & facile alteratu est, quod quamcun-
 que alterationem prompte suscipit. Multo
 enim aliud est, si rem aliquam dicam faci-
 lem calefactu, aut facilem alteratu. Sunt
 enim multa facilia calefactu, quæ non sunt
 alteratu facilia, nimirum quia ægre refrige-
 rantur. Nam quæ absolute facilia alteratu
 sunt, ad vtrumque contrarium facile ver-
 tuntur. Ut facile aliqua alteratione alteren-
 tur, habent medicamenta ex temperamen-
 tis: calida facile à calore: frigida, à frigore pa-
 tiuntur. Ut facilia alteratu sint absolute, ha-
 bent ex modo substatiæ. Quæ tenuium par-
 tium sunt prompte alterantur, quæ crassa-
 rum ægre. Sunt subtilium partium, Galeno
 finitore primo de simplicium medicamen-
 torum facultate cap. 11. quæ facile in tenues
 partes comminuuntur: crassarum quæ con-
 tra. Ex dictis satis liquet, facillimum alteratu
 esse spiritum quia calidus simul est & tenuis-
 simus: inter humores bilis flaua est omniū
 calidissima: secundo loco post hanc, sanguis:
 frigidissima, pituita: secundo loco post pi-
 tuitam, in ordine frigidorum, atra bilis. Er-
 go ex his necesse est multifarias effici phleg-
 mones alterationes, tam eas quæ in phleg-
 mone fiūt, quàm eas, quas in reliquum cor-
 pus phlegmone transfundit. Nam humor
 existens in particula potest esse sua natura
 calidior, aut minus calidus, & potest maiore
 aut minorem cōtrahere putredinem, ut per
 se erit paratior ad putrescendum, aut minus
 paratus, aut ut magis, aut minus impactus
 est, & ita plus aut minus ventilatur. Nimi-
 rum externæ res omnes nos docent, quæ
 perspiratione carent facilius putrescere. Ga-
 lenus ipse, 12. lib. meth. cap. 4. inquit, quod si

humores putrescere debent, necesse est aliquam perspirationem esse prohibitam. Quæ assertio quam vera sit, diximus ultimo cap. libri. 5. controuersiarum, monstrantes si assertio transferatur ad res omnes, etiam eas quæ sunt extra nos, falsam esse (nam multa cernuntur putrescere, etiam si in locis maximè perfatis reposita sint) tamen in nostris humoribus verum esse, nunquam eos putrescere sine prohibita ventilatione, nisi ex causa manifesta putrescant. Nam ubi causa manifesta non occurrit, & ventilatio impedita non est, nostræ facultates nobis sufficiunt ad humorum integritatem. Verum hæc dicto in loco latissime docuimus, redeo ad institutum. Sunt etiam multifariæ alterationis phlegmones, quia particula inflammata potest esse, aut prope, aut longe sita à visceribus multi sanguinis: & sanguis totus est, aut biliosus, aut melancholicus, aut pituitosus, aut spirituosus (adde etiam, aut serosus) atque hæc omnia plus aut minus. Certè in his omnibus illud vnum videtur difficile, quod bilem dixit esse sanguine calidiorem: cum tamen idem author primo de temp. cap. vlt. dicat calidissimum eorū quæ sunt in nostro corpore, esse sanguinè. Sed nos huic quæstioni dedimus caput quindecimum libri primi controuersiarum, ubi monstrauimus Galenum. 1. de temperamentis, loqui de solis alimentis. 10. de simpl. medicam. facult. cap. 12. (nam illic dicit bilem esse succum calidissimum eorum quæ sunt in corpore) de excrementis: hinc de omnibus simul, excrementis & alimentis. Monstraueramus autem nos paulo ante in eodem lib. bilem solam non posse nutrire, quare bilis sola alimentum censei non debet. Refutauimus etiam illic aliorum responsa. Modo nullum refutare volumus.

Hæ omnes inæqualis corporis intemperies sunt, maximè quidem inflammato eo qui in phlegmone est sanguine, deinde eo qui in visceribus habetur, & in corde. & huius maximè qui in sinistro eius ventriculo est: in quem si viuo etiam animante, nullaque adhuc febre tentato, dimittere digitos velis, vt in opere de administrandis dissectionibus scriptum est, vehementissimum senties calorem: quo magis cōsentaneum est, ubi totum corpus præter naturam incalescit, hunc ad summum peruenire calorem: quippe tenuissimum, maximeq; spirituosum sanguinem continet, ac perpetuò mouetur.

A Dhuc Galenus perstat docere modum quo febris generatur ex inflammatione, ita enim fit inæqualis intemperies totius, ex intemperie partis. Proinde quoniam institutum adhuc idem est, malim hanc particulam capituli ultimam haberi quinti, quàm primam sexti, vt apud plerosque

A commentatorum. Ergo docet modo, cum ex inflammatione fit febris, præcipue incalescere sanguinem in inflammata particula: deinde eum qui est in visceribus, maximeque eum, qui habetur in sinistro ventriculo cordis. Vbi nolente intelligere sanguinem in inflammata particula maximè omnium incalescere, plus enim censet Galen. incalescere eum qui est in sinistro ventriculo cordis, cum paulò infra dicat, hunc ad summum peruenire calorem, sed illud præcipue græce, *μάλιστα* hoc in loco ordinem significat, scilicet, calefit primum is qui est in inflammata particula. Deinde qui in visceribus, & in sinistro ventriculo cordis, isque maxime. Nam esse hunc ventriculum adeo calidum vt si viuo animali digitos in illum immittas vehementissimum calorem sis percepturus, docuit Galenus septimo de anatomicis administrationibus. Quin etiam libello de vsu pulsus, aliud longe maius dixit, si quis in cordis sinistrum sinum hominis præ frigore iam mortui, digitum immittat, percepturum magnum calorem. Aristotel. tertio de part. anim. capit. quarto dixit, sinistrum hunc ventriculum esse pauci sanguinis, & frigidi, eoque sinistram animalis partem esse imbecilliorum. Cæterum anatome ipsa & experimento redarguitur. Neque vt pars dextra animalis calidior sit, opus est ventriculum dextrum esse calidiorum sinistro, sed satis est: magna causa est fitis dexter hepatis, visceris dempro corde, quod est in medio thoracis, calidissimi. Præterea accedit arteriæ arctæ distributio, quæ in hanc rem videtur comparata: nimirum multo amplior sit is arteriæ processus, qui abit ad dextrum latus, cum arteria, quæ ad superiora tendit, secatur in duos ramos, statim ac erupit extra pericardion, quàm qui ad sinistrum. Ergo nihil mirum, etsi sinister cordis ventriculus plus habeat caloris quam dexter, plus tamen illius ad dextram partem animantis influere. Monstrat Galenus hinc ad summum calorem venire cum febricitat homo, quia continet sanguinem tenuissimum, & maximè spirituosum, & qui perpetuo mouetur. Quod de motu dictum est (cætera patent) videtur Ieremiæ suspectum: quandoquidem motu cor refrigerari videtur, non incalescere, nam motu vitur ad attemperationem sui caloris, qua si priuaretur, flagraret. Ergo, inquit, motus perpetuus significat ingentem calorem partis, tamen causa caloris non est. Sane hoc argumentum neque contemnendum, neque aduersus sensus iudicium, vt Fuchius dicit. Qui tamen interira nihil respondet, sed ad contumeliosa verba, imperitorum more, confugit. Ego verò dixerim, vt Hieremiam ab hæsi-

ab hēſitatione aliquando ſi poſſim, liberem, Galenum hic non reddere cauſas cur ſiniſter ventriculus cordis ſit calidiſſimus, (huius enim cauſam non eſſe in motu recte dicit Hieremias) ſed cur cum totum corpus præter naturam incaleſcit, ille ad ſummum peruenit calorem. Eſt autem ille vehementer inflammabilis, inter alia, quia in motu aſſiduo eſt. Itaque longe aliud eſt dictu, eſt calidiſſimus, quia perpetuo mouetur, aut eſt maxime inflammabilis, quia eſt in motu. Eſt enim calidiſſimum, quod per ſe habet multum caloris, inflammabile verò eſt, quod calorem qui præter naturam venit, promp- te ſuſcipit.

CAP. VI.

CAeterum in omnibus id genus febribus, calet quidem aliquando vniuerſus ſanguis, & calorem illum præter naturam, qui ex humoris putreſcentia eſt obortus, concepit, non tamen arteriarum aut venarum tunica, aut aliud vllum vicinorum corporum, prorsus iam temperamentum ſuum mutauerunt, ſed adhuc mutantur atque alterantur incalſcentia. Quod ſi longiore tempore hoc patiuntur, etiam vincentur aliquando. Prorsusque mutabuntur, ita vt non amplius caleſcant ſed iam ſint præter naturam caleſcēta. Terminus autem alterationis cuiusque particula, actionis eius eſt læſio, ad quem vſque terminum latitudo, via eſt in id quod præter naturam eſt, veluti mixta communisque ac media ex vtriſque contrariis compoſita, eo ſcilicet, quod eſt exquiſite ſecundum naturam, & eo quod iam eſt præter naturam. Toto autem hoc tempore corpus incalſcens pro quantitate alterationis, proportione etiam reſpondente dolorem obtinet. Cum verò omnes corporis particula prorsus excaleſcēta fuerint, eiſmodi febris hectica vocatur, ceu quæ non amplius iam in humoribus & ſpiritu ſolum, ſed etiam in corporibus habitum iam habentibus comprehenſa ſit, hæc doloris expers eſt, putantque, qui ita febricitant, omnino ſe febre carere, neque enim eius calorem ſentiunt, omnibus ſcilicet eorum partibus aque excaleſcētis. Et ſane congruunt hæc, cum iſ quæ natura periti viri in diſputationibus de ſenſibus tradunt. Neque enim ſine alteratione eſt ſenſus, neque in iſ quæ iam perfecte ſunt alterata dolor. Quocirca etiam hectice febres omnes, cum ſine dolore ſunt, tum ab iſ qui iſ ſis laborant, prorsus non ſentiuntur. Non enim ex eorum partibus, hæc agit, hæc verò patitur, quem omnes inter ſe iam ſimiles ſint reddita ac vnicam habeant conſentientem temperiem. Quod ſi autem hæc quidem calidior eſt, illa verò frigidior, at eatenus calidior, vt vic. nam nihil offendat. Alioquin ſic vtri que partes, quæ ſecundum naturam ſe habent, mutuo ſe offenderent, quoniam temperamentis diſident. Caro namque, calida particula eſt, os verò, frigida. Cæterum tam harum partium, quam reliquarum omnium doloris expers eſt

A inæqualitas, ob exceſſus mediocritatem. Si igitur neque aer qui nos ambit prius offendit, quam ad immodicum frigus, aut calorem eſt immutatus, huius verò quæ in medio ſunt differentia, tamen ſi numerosa, & manifeſtum exceſſum obtinentes, citra moleſtiam ſentimus.

Vbi nos vertimus calet, Linacrus vertit caleſcit, atque adeo videtur cum diſtione græca *ἐξ ἀσυνείκητος* melius congruere, tamen ſenſus ipſe, & ſequentia verba ſatis declarant, accipi debere verbum illud præſentis in ſignificatione præſentis. Nam in febribus putridis calet potius ſanguis, quam caleſcit, eoque addidit, & calorem qui ex putredine eſt obortus, concepit. Docet modo Galenus generationem intemperiei, æqualis totius, ex inæquali. Eſt eadem prorsus generationis ratio, quam quarto capite deſcripſit. Nam idem modus eſt generandi intemperiem æqualem ex inæquali, ſiue intemperies ſit partis cuiuſpiam, ſiue corporis totius. Scilicet per febre putridam, quam monſtrauiſmus eſſe intemperiem inæqualem, humores calent, membra caleſcunt. Sed durante hac affectione corrumpitur pedetentiam temperies membrorum, figiturque in eis calor febrilis, labefactata temperie naturali. Cumque hoc factum eſt, non amplius incalſcunt membra, ſed calent, facta eſt hæc commutatio cum particularum actiones naturales ſunt inſigniter læſæ. Nam terminus huius mutationis eſt, vt paulo ſuperius etiam dixerat, actionis non quidem ſublatio integra, vt quarto capite explicuiſmus, ſed læſio, vt Galen. hic dicit. Ad hunc terminum via eſt, ea pugna, quam illic etiam deſcripſimus, alterationis præter naturam cum temperie naturali. Symptoma etiam quod conſequitur hanc intemperiem inæqualem totius, eſt dolor, & æqualem indolentia, eadem ratione quam de intemperie partis diſputans dixerat prius, & modo repetit: quia ſcilicet omnes partes æque excaleſcētæ ſunt, & non amplius iam calor in humoribus, & ſpiritu ſolum, ſed etiam in corporibus habitum iam habentibus ſit. Dolor verò non ſit in iſ quæ plene alterata ſunt, ſed in iſ quæ alterantur in hac diſtione. Vt recte notat Fuchius; à Linacro male particula illa ſolum, græce *μόνον* prætermiſſa eſt. Videntur enim illa prætermiſſa in illius verſione ſignificare verba illa, per hecticam febre in ſolis membris eſſe calorem, quod tamen falſum eſt, nam & ſpiritus & ſanguinem neceſſe eſt eo tempore habere calorem. Vbi verò & Linacrus & Fuchius legunt, ſed etiam in corporibus quæ habitus rationem habent, ego non ita, ſed habitum iam habentibus. Nam præterquam quod ego aperte expreſſi vim horum verborum quæ

Galenus scripsit *αὐτὸν ἰσχυρῶς τοῖς ἐπιπέτοις, αὐτὸν ἐχθρῶς* quæ habitus rationem habet, est obscura dictio, & vix intelligas, an ipsa membra habitum esse dicere, an potius qualitatem illorum dicat. Sed habitum iam habentibus, aperte admodum significat, calorem, quamquam per hecticam febrem in tribus substantijs sit, non tamen in omnibus eodem modo. Nam humores & spiritus habent caloris dispositionem, membra habent iam habitum. Nimirum est in illis siens, in his factus. Verum reddit Galenus rationem, qua intemperies facta, in hectica non sentitur. Non enim, inquit, ex eorum particulis, hæc agit. Hæc verò patitur, cum omnes inter se similes iam sint reddite. Quibus verbis, quis non intelligit Galenum dicere, inæqualem intemperiem dolorem facere, quia partes inter se sunt diuersimode affectæ? & ideo mutuo in seipsas agunt? quamquam Leonartus Fuchius contumeliosè agit in Ieremiam, quod hæc non intellexerit, nihil tamè ipse interim docens, consonum, & distinctum, sed obscurans nescio quibus sermonibus nitidum satis verborum Galeni sensum: sed vide, vt sit hic verborum Galeni sensus. Hectica, inquit, affecti omnino non sentiunt se febricitare, quia in illis non hæc pars agit, & hæc patitur. Ergo in illis qui sentiunt se febricitare, quales sunt qui laborant diaria aut putrida, hæc pars agit & illa patitur: nam aliter, si neque in his neque in illis agerent in se mutuo particulæ, non esset illa causa indolentiæ, aut insensibilitatis. Rursum Galenus inquit, in illis qui laborant intemperie æquali, non hæc pars agit & hæc patitur, quia omnes inter se similes iam sunt factæ: agit verò hæc, & hæc patitur, in quibus dolent, dolent quibus sunt intemperies inæquales: ergo illi laborant intemperie inæquali, in quibus non omnes inter se partes similes iam sunt factæ. Est ergo intemperies inæquales secundum affecti corporis partes inæqualis. Sed cum in his ambo errent, Ieremias & Fuchius, grauius peccat Fuchius, qui ignorat vim consequentis. Verum hæc ijs quæ mox subdit fiunt manifesta: addit enim, cum corpus habet secundum naturam, partes quasdam esse calidiores, alias frigidiores necessario. Nam caro calida est, & os natura frigidum, quare in ipso viuente corpore, quantumuis omnia calida sint actu, maior calor erit in carne, quam in osse: tamen non fit ab hac inæqualitate naturali dolor quia non eatenus inæquales sunt vt se mutuo offendant. Hoc nihil aliud est, quàm quod nos superius diximus in primo cap. inæqualem intemperiem esse, cum membra in suis temperamentis non seruant proportionem naturalem. Vbi legimus quod si autem hæc quidem calidior est, illa verò frigidior, at ea-

tenuis vt vicinam nihil offendat. Fuchius addit, ne sic quidem dolet. Tamen verba illa in nullo græco codice sunt, neque ad sensum sunt necessaria, immo verò dictionis elegantia multum detrahunt. Nam is est verborum sensus, non dolent hectici quia in illis non est hæc pars calidior illa frigidior, aut si est, certè non eatenus, vt proximam offendat. Est oratio concilla, & elegans, & nihil desideratur ad sensus perfectionem.

C A P. VII.

EX ijs igitur fortasse & illud probabiliter dici videtur (vt alicubi Hippocrates ait) omnes morbos vlcera esse, quippe vnitatis solutio est vlcus. Immodicus verò calor, ac frigus, proximè accedunt vt vnitatem soluant. Plurimus namq; calor eo quod segregat, ac diuidit substantia continuitatem: summum verò frigus, eo quod stipando & introrsus pariter trudendo, hæc quidem exprimit, illa verò conquassat. Atq; hunc quispiam terminum immodici caloris & frigoris statuens, fortasse non absurde sentiat, siue hic, siue alius quispiam immoderationis terminus est, certè omnem moderationem ad aliquid referri iam liquet, non enim pari ratione à calidis, aut frigidis omne corpus afficitur: quocirca fit, vt aliqua animalia, conuenientes inter se humores habeant: aliqua, non solum conuenientes, sed etiam corruptiuos. Veluti homo & vipera, viriusque enim salua alteri est perniciofa. Ita vtrique & scorpionum necaueris, si ieiunus illi inspueris, at homo non interimet hominem morsu, neque vipera viperam, neque aspis aspidem. Quod enim simile est, id familiare amicumque esse solet, quod verò contrarium est, inimicum ac molestum. Augetur igitur quidq; & nutritur à similibus, perimitur autem ac corrumpitur à contrarijs. Quapropter etiã sanitatis tutela p similia perficitur, morborum sublatio per contraria. Verum de his alius est sermo, hectica vero febris, que iam habitum corporis occupauit, laboranti est insensibilis, aliarum autem febrium nulla non sentitur, sed alia magis, alia minus egrotantibus sunt molesta. Sunt ex ijs & que rigorem inferant. Fit enim id quodq; symptoma, veluti alia multa, ab inæquali intemperie. Modum tamen generandi eius in presenti libro tradere non licet, priusquam de naturalibus facultatibus demonstratum sit, quor hæc, qualesq; sint, tum quid agere quæ licet sit nata. Verum in libro de symptomatum causis, de omnibus dicitur.

EX hoc capite ego intelligo, quod in quinto libro controuersiarum medicarum confirmavi, & paulò superius in hoc libello dixi, quamquam dolor nonnunquam fiat à solutione continui, nonnunquam ab intemperie per se, tamen sine solutione continui nunquam fieri. Nam, inquit, Galenus omnem morbum esse vlcus, id est omnem morbum fieri cum vlcere. Est verò hoc probabile, vt inquit, ipsemet Galenus, in

commen-

commentario eiusdem sententiæ. 3. de fracturis. 35. de morbis qui dolorem faciunt. Rationem verò reddidit in præfenti loco, nam, inquit, solutio continui, ipsum vlcus est. Calor aut frigus nō ante sunt morbi, quam sint in immodico excessu (nam paruos excessus non curant medici) sed quum primum sunt immodica soluant continuum, vt monstratum etiam est. 4. de simplic. medic. facultate, calor segregando & diuidendo, frigus exprimendo, constringendo, & conquassando, atque inquit, recte definitur terminum excessus immodici, eius inquam qui iam est morbus, & notatu dignam facit actionis læsionem, in cuius genere est dolor, per solutionem continui. Ergo calor & frigus (eadem ratio est aliarum intemperierum) non ante possunt dolorem facere, quam continuum dissoluant. Itaque solutio continui est passio necessario coniuncta cum dolore, tamē non est causa doloris, semper & per se, vt nonnulli neotericorum putant, Gal. opinari. Assertio illa, omnis morbus vlcus est, simpliciter est falsa, neq; alicubi ab Hip. absolute cōcessa. Non enim ille inquit in nuper citato loco ex lib. de fracturis, morbus omnis vlcus est, sed, omnes morbos esse vlcera probabilitatem quandam habet, quod ipsum dicit Gal. modo. Itaque falsam esse hanc assertionem Hip. ipse sentit, sed probabilitatem quandam habere. Falluntur itaque qui putant hanc limitationem esse potius ex Galeni modestia amicē interpretantis, quam ex ipso Hip. sensu: sed quæ est hæc modificatio? quæ Gal. dixit in commentario, omnes morbos dolorificos esse vlcera. Alij dicunt omnes morbos temperamenti esse vlcera. Verum hæc interpretatio, aut redarguetur facile, aut negabit hecticam febrem esse morbum, nam hæc neque dolorem facit, neq; solutionem: faceret enim ita dolorem. Et sane si quis rigide velit loqui, & de vltima hecticæ specie intelligat, de ea inquam in qua nihil adhuc fit, quæque omnino sine dolore est (prioris enim aliquatenus sentiuntur) vere dicet illam morbum non esse, sed inutilem quandam & vitiosam naturam. Nam dictum in superioribus, ipsum morbum migrasse in naturam factumque esse iam corpori naturalem: cessauit ergo iam morbi ratio, quæ in eo quod præter naturam est, consistit. Itaque supererit, omnem morbum temperamenti esse vlcus, cum omnis talis tristem sui sensum nostris corporibus exhibeat. Verum cum dictum sit, qualitates has quæ alterant, non semper dolorem facere, sed cum earum excessus immodicus est, definit modo Gal. excessum modicum, aut immodicum, ad aliquid dici, non absolute. Non enim idem qualitatis gradus est omnibus immodicus, neque qui vni est immodicus, reliquis erit

A perinde. Nā frigidi plus mouentur à calidis, calidi à frigidis, & res omnis à suo contrario plus dolet, suum simile amice recipit: quod multa rerum exempla manifestant, salua scilicet hominis hominem non lædit, neque viperæ viperā, sed salua hominis, ieiuni potissimum. (Docetur iterum ab eodem Gal. 10. de simpl. med. fac. cap. 15.) viperam, & viperæ hominem necat. Nimirum homo homini similis, & viperæ temperamento valde contrarius. Sed qua ratione hæc cohærent cum aphorismi. 3. 3. sectionis commentario, quo Galenus inquit, ætates sicuti & naturæ, frigide quidem ad calida, calidæ verò ad frigida melius habent? certe vt docetur à Gal. libello de optima nostri corporis cōstitutione, frigidi homines à frigidis causis, calidi à calidis citius afficiuntur. Tamen vt hoc loco dicitur, cum semel calidi à frigidis, & frigidi à calidis affecti sunt, grauius laborāt, vt calidi à calidis, frigidi à frigidis, minus grauius. Nā vt dicitur in apho. in morbis minus periclitantur, quorum naturæ ætati habitus & tēpori magis congruit morbus, quam quibus secundum nihil istorum congruit. Itaq; res omnis conseruatur, nutritur, & augetur à simili. & perimitur à contrario: eoque (inquit Galenus) sanitatis conseruatio similibus agitur, morborum sublatio cōtrarijs. Sed hæc alterius loci sunt, attingunt enim nō tractationem de inæquali intemperie, sed de tuēda valetudine, de qua seorsum à Gal. scripti extant libri sex, & de morbis curandis de quare extant quatuordecim libri methodi, præter multa alia curatua eiusdem authoris opera. Nos an conseruatio omnis agatur per similia disputauimus secundo capite sexti libri controuersiarum, an curatio omnis agatur per contraria primo capite libri octaui, quibus in locis nostram sententiam, quam & Galeni esse monstrauimus, aperuimus, & confirmauimus. Res est longior, quam vt transcribi debeat obiter, præcipue cum illic diffuse satis scripta sit. Itaque inquit hecticam febrem non sentiri, aliarum verò febrium nullam esse quæ non sentiat, quamquam & inter illas aliæ plus, aliæ minus sentiuntur. Nonnullæ illarum rigorem habent. Est enim rigor vt multa alia symptomata inæqualis intemperiei. Rigoris naturam non explicat modo Galenus, quandoquidem exigi dicit ad illius declarationem, facultatum naturalium plenam notitiam, eoq; ad librum de symptomatum causis lectorem remittit, ad secundi, scilicet lib. cap. 7. & 8. Posset etiam remittere & ad libellum cui titulus est de rigore, tremore, & palpitatione. Nos ad caput decimum tertium libri quinti controuersiarum medicarum remittimus. Illic enim quam potuimus distinxit eius naturam enarrauimus, dicemusque statim

in hoc ipso libello, de rigore non nihil.

C A P. VIII.

Sed reuertor ad inæqualis intemperiei differentias. Nam quemadmodum ex phlegmone febris nascatur, tum quod omnis febris & omnis phlegmone præter heclicas nominatas ex morbis inæqualiter temperatis sint, iam à me est expositum: porro accenditur etiam febris citra phlegmonem, ex humorum putredine. Neque enim ea solum quæ impacta sunt, & perspiratu carent, putrescunt, verum ea quidem celeriter, & maxime: cæterum putrescunt & alia multa, quæ putredini sunt opportuna. Dicitur autem de horum opportunitate alio loco. Quin etiam alio quoque modo, inæqualis in toto corpore oritur intemperies, modo quidem fuliginoso vapore detento, modo ab excitationibus pluribus, aut laboribus adauctis: modo ab ira sanguine immoderatus feruente, modo ex solis quadam vstione incalescentis. Quod verò etiam in omnibus eius febribus, quemadmodum etiam in ijs quæ à phlegmone excitantur, supra est dictum, tum pro effectricis cause robore, tum pro corporis ipsius affectu, alij magis febricitent, alij minus, alij haudquaquam, manifestum esse arbitror: æque verò, & quod intemperies ipsa nonnunquam spirituosam tantum inuadit substantiam, nonnunquam etiam humores ipsos, clarum esse reor. Sed neque minus illud, quod in omnibus huiusmodi, si diu durauerint, heclica succedet. Iamq; sermo noster propemodum ostendit, inæqualem hanc intemperie aliquando ex calida, frigidaue substantia, quæ in particulam aliquam incidit, accidere, velut in his quæ phlegmone infestantur dicebatur: sæpe non ita, sed ipsa corporis temperie in qualitate mutata. Tum quod alterantium eam, quadam ab ipso corpore ortum habeant, quadam extrinsecus ab ipso quidem corpore, cum ex putredine tantum aliqua, vel phlegmone excitatur febris, extrinsecus autem, à solis vstione, vel excitatione. Dicitur autem de his fusius in libro de morborum causis.

Redit Galenus ad intemperiem inæqualem, quanquam nihil docet nouum, sed eandem rem quam superius in vnico exemplo phlegmones, & febris ab ea excitatæ docuerat, transfert modo ad alia exempla: dicitque non aliter quam ex phlegmone excitatur febris, excitari etiam alijs occasionibus, nimirum sine phlegmone partis cuiuspiam fieri febres putridas, & alias etiam, sine putrefactione fieri ex causis euidentibus, vt ex astrictione cutis detento fuliginoso vapore, & excitatione immodica, & ira, & alijs talibus causis. Hæ sunt febres diariæ, quæ spirituosam tantum inuadunt substantiam. Quanquam his verbis ne intellige, per febres diarias solos spiritus habere calorem. Monstratum enim prius est

A membra etiam calorem habere: immò verò febris ipsa non in calore spirituum habet essentiam, sed in calore corporis affecti: sed intellige quod in principio primi de diff. febrili à Galeno dicitur, per febres diarias calorem factum esse in solis spiritibus, sientem in alijs duabus substantijs, per humorales in humoribus factum, & in reliquis fieri: vt in heclicis, factus est in membris, & in reliquis fit. Hæ omnes febres, quæ diariæ & putridæ sunt, sunt inæquales intemperies, si non sumus oblitum, monstratum esse in primi capituli commentario, omnes intemperies sientes, esse inæquales. Reliqua omnia quæ in hoc capite dicuntur, sunt manifesta. Sed illud perpendi velim, quod Galen. inquit. Neque enim ea solum quæ impacta sunt, & perspiratu carent, putrescunt, verum ea quidem celeriter, & maxime: cæterum putrescunt, & alia multa, quæ putredini sunt opportuna.

C Nam ex hoc loco satis constat, de sententia Galeni non omnis putredinis causam, esse prohibitam transpirationem, contra ac plerique neotericorum intelligunt, sed citra illam etiam putrescere, etiam humores in nobis. Verum ex quibus causis possint putrescere sine impedita transpiratione, & quibus in affectibus docuimus lib. 1. controuersiarum cap. vltimo, & in commentarijs quarti libri meteororum Aristotel. vbi etiam diximus, quæ sint putredini opportuna. Quare modo illud vnum dicamus quod & præsens locus continet, non omnia putrescere ex prohibita ventilatione. Nam si quis redundans multa humiditate degit in aëre pestilenti, inficietur putredine quantumuis habeat ventilationem copiosissimam.

C A P. IX.

Tanquam autem ex deustione gignitur febris, alterato corporis temperamento, iridem nonnulli sæpe ex frigore refrigerati toto corpore vehementer sunt, aliqui verò etiam perierunt. Iam quod hi omnes etiam dolent, ne id quidem latet. Porro dolent, & qui ex frigore ingenti vehementer refrigerati sese celeriter excalescere properarunt, & multi eorum cum confertim manus igni admovent, ingentem circa vnguium radicem sentiunt dolorem: & quisquam cum tam luculenter videat intemperiem inæqualem doloris esse causam, etiam de internis doloribus dubitet, aut miretur, quo pacto citra phlegmonem sæpe, vel colo intestino, vel dentibus, vel alia quavis particula hominis doleat.

Hactenus locutus est per omnia exempla inæqualium intemperierum, de calore modo transfert sermonem, ad alias qualitates. Non enim febres solæ, aut calidæ intemperies particularum, inæquales intemperies sunt, sed vt ex vstione fit febris, ita ex frigore refrigeratio, aut totius corporis, aut partis.

Aliqui

Aliqui verò adeo sunt oppressi hoc malo, ut etiam perierint. Sunt verò hæ omnes inæquales intemperies. Nam quod hi omnes doleant non latet, dolorem verò monstratum est paulo ante symptomata esse proprium inæqualis intemperiei, ut æquali est contraria. Dolent etiam & qui vehementer refrigerati cum sint, sese non paulatim sed repente excalefacere properarunt, ut cum manus illi admouent igni ingentem dolorem sentiunt circa radices vnguium. Sed quomodo dices, non sit à ratione alienum, quod de dispositione præter naturam ad naturalem mouetur, dolere, eo quod repente id fiat, cum id ipsum, repente fieri maioris voluptatis deberet esse causa? quare præter rationem videtur id accidere, & falsum esse quod à Galeno dicitur. 12. methodi, ubi ita est scriptum. Videntur autem corpora non solum cum in naturalem habitum conferuntur aguntur tristem grauemque mutationem sentire, sed etiam in ipso ad naturalem statum reditu nisi eum paulatim recipiant, cruciari, libro, s. controuersiarum medicarum controuersiam hanc decidimus, dicentes si quando repentinus reditus ad naturalem dolorem facit, non aliter facere, quam quod quia repente fit, inæqualis fit alteratio: id quod præsens locus confirmat, & ipsa ratio. Nam si reditus æqualis partis, ad naturalem statum, dolorem posset facere, eo quod repentinus esset, quo in tempore locum haberet sententia illa ex primo de causis symp. quod ad suam naturam vniuersim, & celeriter redit, iucundum est, quod autem sensim, & paulatim fit, sensum later? certe si tota particula secundum se totam æqualiter rediret ad naturam, quo celerius id faceret, eo plus delectaretur. Ergo dolet, quia alteratur inæqualiter, idque secundum diuersas partes corporis, quod redit ad naturalem statum. Nam inæqualitas alia, id est pugna inter naturalem & non naturalem dispositionem, non potest abesse à re, quæ alteratur versus suum statum, sed aliqui ex hoc reditu, quantumuis sit celer, non dolent, immo verò delectantur eo amplius, igitur inæqualitas quæ facit dolorem, est inæqualitas secundum diuersas partes. At verò Gal. toto hoc libello locutus est, de inæquali intemperie, quæ facit dolorem, ergo inæqualis intemperies de qua disputat, est inæqualis secundum partes subiecti corporis. Quare miror vehementer inertiam Ieremie & Fuchij, qui ex hoc loco intelligunt, inæqualitatem intemperiei esse, in eadem exacte particula. His dictis, addit Galenus: cum intemperies has inæquales partium externarum, experiamur multorum, atque adeo grauissimorum dolorum esse causas non

esse quòd dubitemus, internarum etiam partium dolores quosdam, sine inflammationibus, ex similibus, intemperiebus inæqualibus, fieri: quales sunt, dolor colicus, vel dolor dentium. Nimirum hi etiam dolores fiunt à temperamentis inæqualibus, præter naturam.

CAP. X

B Neque enim talium affectuum vllus mirabilis est, neque quemadmodum aliqui ægrotantium simul rigeant, & febricitent: nam si pituitosus humor frigidus, quem Praxagoras vitreum appellat & amara bilis & calida, simul abundant, & per sensibilia corpora moueantur, nihil mirum est vtrumque ab ægrotante pari modo sentiri. Neque enim si hominem in sole calido statuas, & aquam illi frigidam infundas, fieri potest ut non simul, & à sole calorem, & ab aqua frigus sentiat. Verum hoc casu ambo extrinsecus sunt & secundum magnas portiones insunt, in febribus epialis: tum intus & secundum paruas, & propter hoc totum corpus videtur ambo sentire, quippe minimis portionibus aspersum est tum calidum tum frigidum: neque est aliquam eius partem sensibilem accipere in qua non alterutrum sit. In ipsa quidem paroxysmorum inuasiōe aliqui febricitantium, tum rigent, tum sicut, tum ambo sentiunt, frigus immodicum & calorem, verum non in eodem loco, quippe possunt quæ excalefacta sunt partes, manifeste à refrigeratis discerni. Nam intus & in ipsis visceribus calorem in externis vero partibus omnibus frigus sentiunt, tales perpetuo sunt febres, quæ lypiricæ vocantur. Præterea genus quoddam febrium ardentium perniciosarum, quod igitur in his magnis portionibus accidit, hoc in epialis paruis, contingit. Inæqualis namque est & harum febrium intemperies, sed neque minus reliquarum omnium, exceptis tamen heclicis.

H Actenus explicuit Galenus intemperies inæquales simplices, modo incipit differere de multiplicibus, per quas corpus affectum contrariis qualitatibus distemperatum est. Contrariarum alterationum sensus non potest fieri secundum eandem exquisitè partes, monstratum enim id à nobis est, cum alibi, tum etiam in commentario primo libelli huius, tamen possunt simul sentiri ab eodem corpore secundum partes sensibiles, ut in rigoribus qui contingunt, per febrium inuasiōes, & per febres lypirias, & per febres alias ardentes, quæ perniciosæ sunt, cum ad vitæ extremum ægrum iam deducunt. Nam in his omnibus aperte sentimus alias partes ardere, internas scilicet, alias refrigerari scilicet externas. Possunt etiam calefactio & refrigeratio, aut earum sensus, secundum tam paruas partes fieri, ut omnino sint insensibiles, eo que

distingui non possint incalescentes à refrigeratis, & totum corpus secundum se totum ambas affectiones pati videatur, quod accidit per febres epialas, quæ fiunt, cum simul per membra deferuntur. pituita vitrea, & amara bilis, humores, frigidissimus alter, alter calidissimus: vel cum vitrea pituita putrescentes habet aliquot partes, & alias putredinem nondum expertas. Aliæ enim illarum particularum putredinali calore calefaciunt, aliæ naturali frigore refrigerant. Sunt itaque omnes febres (concludit Galenus) inæquales, exceptis hecticis. Hoc loco Galen. non de manifestis solum, sed de immanifestis etiam inæqualitatibus locutus iam est. Nam non omnes fere febres, exceptis hecticis esse inæquales, ut in primis libelli verbis dixerat, sed missa particula, fere omnes febres, demptis hecticis, dicit esse inæquales, alias nempe inæqualitate manifesta, alias immanifesta. Vbi nos legimus tales perpetuo sunt febres, quæ lypiriæ vocantur, vertit Linacrus, tales perpetuæ febres sunt, & quæ lypiriæ vocantur. Tamen incaute satis: nam præterquã, quod versio illa minus quadrat græcæ literæ, quæ ita habet *ἐπί τῆς ἐπιπύριου καλοῦ μέρους πύρετος δὲ πᾶντα τοῖς οὗτοι*, falsum etiam sensum reddit. Nam nullæ febres minus habent inæqualitatem illam ex qualitatibus contrariis, potissimum secundum partes sensibiles, quam continuæ, & perpetuæ; tamen in Galeni verbis scriptum est illud *διὰ πάντων* admodum significanter, est enim febris lypiria, non quæ cum frigore extremorum habet internum calorem (nam omnis tertiana intermittens, id habet in inuasionem, & omnes febres malignæ cum prope exitum iam homo est) sed quæ perpetuo, id est per totum morbi tempus habet externorum frigus cum internorum ardore, est quæ ita signum proprium & inseparabile febris lypiriæ. Sed de his alius est sermo, præsens caput non exigit plura.

CAP. XI.

Quin etiam inæqualis est intemperies, ijs qui rigent, nec tamen febricitant. Rarum tamen est id symptoma, incidit vero omnino mulieribus, tum quibusdam aliquando viris. Oportet autem omnino desidem & otiosam præcessisse vitam, aut ciborum copiam longiori tempore hominem sumpsisse, ex quibus tardus, frigidus, crudus, & pituitosus nascatur humor, qualem Praxagoras vitreum existimauit. Olim, ut consentaneum erat nemo ita laborauit, quod nullus adeo otiose, & in tanta saturitate viueret. Quapropter à veteribus medicis scriptum est, rigorem sequi febrem. Veruntamen tum nobis ipsis, tum multis alijs iunioribus medicis sæpenumero visus est rigor quæ nulla secuta sit febris.

Refert modo quandam altam inæqualem intemperiem, quam solent homines pa-

Ati, rigorem scilicet solum, quem nulla febris sequatur. Hip. libro primo de morbis ita reliquit scriptum. Mala porro supra mala fieri necesse est, ut si rigor corripuerit, ardor igneus superuenit. Quæ res effecit, ut Galenus libro secundo de febrium differentia dixerit, Hippocratem non vidisse rigorem sine febre, quod nos in dubium vertimus quinto libro controuersiarum, quandoquidem Hippocrates. 1. epid. parte. 3. Epycratis uxorem refert riguisse non consequuta febre. Sed quod probabilissimum videtur, illo in loco diximus: modo saltem illud vnum dicimus, quod & Ieremias notauit, non valde probabile esse, parsimoniam antiquorum in causa fuisse ut rigore sine febre non corripuerentur, ut Galenus dicit hoc in loco & 2. de causis sympt. cum laborauerint febribus epialis, quæ ut paulo ante Galenus ipse dixerat non minus quam rigor solus ex vitrea pituita pendet. Reliqua omnia quæ causam & generationem huius affectus attingunt, docuit Galenus, 2. de causis symp. & in hoc ipso capite fatis luculenter.

CAP. XII.

Porro componitur ex hac intemperie, & ea quæ febricitantium est epialis: appello ita febrem illam cui ambo semper accidunt. At in qua rigor quidem præcedit, febris sequitur, veluti in tertianis & quartanis, hanc epialum non voco. Ita ex duplici inæquali intemperie epialis componitur, & alia etiam febres, præter hecticas, ferre omnes.

Quod à nobis dictum est paulo ante epialum esse intemperiem inæqualem duplicem, explicat Gal. modo apertissime: est hæc superius dictorum repetitio, gratia maioris perspicuitatis facta.

CAP. XIII.

Similiter & qui particula alicuius, cum tumore, morbi sunt, ij quoque omnes, perinde ac phlegmem, cum inæquali intemperie consistunt: cancer, erysipelas, carbunculus, herpes, œdema, phagedana, gægræna. Quippe communis omnibus est, ut ex fluxione humorum sint orta: dissident autem in eo, quod alij ex pituitoso humore, alij ex bilioso, vel melancholico, alij ex sanguine, vel calido & tenui, feruenteque, vel frigido & crasso vel alio quopiam modo affecto, fiant. Manifestabitur enim, alio loco horum particularim differentia diligenter. Quod vero ad præsentem sermonem attinet, hoc tantum dixisse sufficit, quod qualicumque est fluxio, eadem ratione quodque prædictorum malorum creabitur, quæ prius ex calida & sanguinea phlegmonem signi monstrauimus, & quod similitum ac simplicium corporum singula, à fluxione affecta, ad inæqualem intemperiem deuenient. Cæterum extrinsecus calefacta, aut refrigerata, aut exiccata,

aut

aut humectata, qualiscumque fuerit fluxio, ad profundum vsque, nondum similiter sunt affecta. Quod si verò tota per tota mutata, & alterata fuerint, statim quidē fuit doloris experientia. In difficiliore tamen sic constituentur affectu. Hæc prænouisse, ijs, qui opus de medicamentis sunt percepturi, & post illud medendi methodum, abunde mihi satis videtur.

Qvandoquidem Galenus cum multorum tumorum præter naturam meminisset, solius phlegmonis generationem decuerat, & ab illius exēplo ad reliqua omnia docurrerat, volens modo præsens opusculum finire, epilogum facit eorum quæ dicta sunt, de inæquali intemperie, & æquali: idque facit, monens perinde fieri alia tumorum genera, ex aliis humorum fluxionibus, vt ex influxu sanguinis fit phlegmone: perindeque ex illis fieri inæqualem intemperiem, dum non est victa omnino temperies particulæ: cum verò iam est omnino victa fieri æqualem. Reliqua omnia quæ di-

cuntur sunt perspicua de tumoribus, præter naturam scripsit Galenus seorsum libello in id solum parato, & libro. 3. de causis sympt: quibus in locis & in alijs innumeris, docet, tumorum differentias pendere ex differentia humorum influentium. Verba illa quæ ad finem huius capituli scripta sunt (cæterum extrinsecus calefacta, aut refrigerata, aut exiccata, aut humectata, qualiscumque fuerit fluxio, ad profundum vsque nondum similiter sunt affecta) continent manifeste illam rationem quam nos in superioribus reddidimus, quæ omnes intemperies, pendentes ex causa, sunt inæquales. Nimirum cum à fluxione humoris pars alteratur extrinsecus, & iuxta ipsum humorem alterantur plus, in profundo autem, & penitius quam humor possit cōtingere, alteratur minus. Neque enim omnes partes potest humor æquè imbuere, neque causa alia quæpiam, potest rem aliam æque respicere. Ergo de inæquali intemperie dicta est res tota.



FRAN-



FRANCISCI VAL-
LESII COVARRVBIANI,
IN SCHOLA COMPLVTENSI PRO-
FESSORIS PRIMARIJ, AC NVNC POTENTISSI-

mi Regis Philippi, cubicularij medici, in tertium de temperamentis Gale-
ni, & quinque priores libros de Simplicium medica-
mentorum facultate, Commentaria.



*Q*uod quidem igitur quod-
cunque actu calidorum &
frigidorum, & siccorum &
humidorum, aut quod sum-
mam habeat qualitatem ta-
le esse dicimus, aut excessu ali-
cuius ipsorum, aut cū symme-
tro eiusdem generis conferentes: aut cum quocun-
que occurrentium prius dictum est. Demonstratum
verò etiam quo maxime modo possit quis ea digno-
scere. Reliquum est de iis quæ potentia, talia sunt
disputationem persequi ipsum in primis nomen in-
quirentes, quid significet, quod potentia.

Tendentes in enarrationem librorum
de simplicium medicamentorum fa-
cultatibus, utilissimum fuerit ab hoc tertio
de temperamentis incipere, vt & Complu-
tensis scholæ sanctione iubemur quia hic
continet illius tractationis principia, &
ob medicamentorum naturas scriptus à
Galeno haud dubie hic libellus est, alio-
qui medicis minime necessarius: verum
ad has indagandas necessarius est omnino, vt
ipse decursus declarabit, ac declarare etiam
possit caput duodecimum, primi lib. Con-
trouersiarum, quo omnia quæ hoc libello
continentur compendio explicuimus, nihil
arbitror, quod ad rem faceret dimittentes:
atqui rei ipsius, & doctrinæ gratia, non opus
esset commentariolo (esset enim satis in ca-
put illud lectorem remittere) verum quia ip-
so sermone verba multa, & integræ oratio-
nes sunt, quæ difficultatem magnam conti-
nent & quæ nisi recte explicentur, videantur
absurdum aliquid aut repugnans continere,
ad Gal. lectionem volentes suadere studio-
sos, libuit hunc etiam breuibus commenta-
riis prosequi. Hac breui oratione quam præ-

scripsimus reuocauit Gal. in memoriã om-
nia quæ duobus primis libris docuerat, &
argumētum totius huius tertij complexus
est, nam quia calidum, frigidum, humidum,
& siccum dici potest aliquid quod actu tale
sit, aut quod potentia, hætenus actum est
de iis quæ actu dicuntur, agendum est de iis
quæ potentia, & incipiendum à definitio-
ne: cum enim nominis rei de qua disputatio
instituitur, non est vsus vulgaris, non aliun-
de melius incipitur.

*Prompta autem facillima & manifesta est in-
dagatio, quod enim nullatenus est tale quale
dicitur, aptum verò est fieri, potentia dicimus ip-
sum esse.*

Hæc definitio non congruit solis iis quæ
calida, frigida, humida, aut sicca poten-
tia sunt vt exemplis sit mox apertum: sed
quanquam disputatio ob hæc sit instituta,
& in hæc tendat, incipit tamen vt in omni
methodo instituta doctrina oportet, ab iis
quæ vniuersim dicuntur, itaque hæc ratio
est qua potentia dici potest res aliqua esse
aliquid, siue substantia, siue quale, siue quan-
tum, siue aliud quiduis, sed quorsum ten-
dit tam late patens disputatio? In naturas
medicamentorum, vt iam diximus: quia
medicamenta, potentia sunt id, quod esse
dicuntur, quod ita esse, ex ipsa definitio-
ne patet. Nam si potentia est quod non est
tale quale dicitur, aptum verò est fieri, actu
tale sit quod actu est quale dicitur, sed medi-
camenta non sunt actu talia qualia dicuntur.
Nā castoreum, euphorbium & huiusmodi,
non sentiuntur calida vt esse dicuntur: si verò
essent actu, sentiuntur, cū calor tangibili-
lis qualitas sit. Si quo ergo modo sunt qua-
lia esse

lia esse dicuntur, sint certe potentia. Ob hæc A igitur instituitur disputatio de iis quæ potentia talia sunt.

Rationalem igitur nuper natum hominem, volatilem autem auem, & venatorem canem, velocem autem equum: quia futurum est quodcumque horum tale, nullo impedimento externo accidente hoc quasi iam sit dicentes: vnde arbitrator & potentia hæc dicimus esse non actu, perfectum enim quiddam & iam præsens, actus: quod potentia autem imperfectum quiddam & futurum adhuc, & velut paratum, ut sit, nequaquam autem existens quod dicitur: neque enim infans rationalis iam, sed futurus est, neque nuper genitus catulus iam venator, nihil dum videns: quod autem possit si ad perfectionem veniat, venari, ita nominatur.

Hæc exempla sunt præscriptæ definitionis, eorum quæ potentia dicuntur esse aliquid.

Propriissime igitur illa sola potentia dicimus, ex quibus natura ipsa ad perfectum perducitur, nullo externo impedimento ipsis facto: statim verò & quæcumque materia continentem eorum qua sunt sunt, nihil autem interest continentem dicere, aut familiarem, aut propriam: ab his enim omnibus significatur quod proximum & non per mediam aliam mutationem, velut si sanguinem potentia carnem appelles, exigua mutatione indigentem ut caro fiat, non quidem cibus in ventre concoctus materia continens carnis est, sed per medium sanguinem adhuc autem magis maza, & panis longe abest, tribus enim indiget mutationibus ut caro fiat. Verum & hæc omnia potentia dicuntur caro, & ante hæc, ignis, aer, aqua, & terra & materia horum ipsorum communis. Omnia igitur hæc abutentibus nobis magis aut minus dicuntur. Primus autem modus propriissimus est eorum quæ dicuntur potentia aliquid esse: proximus autem qui secundum propriam materiam, velut si fumidam exhalationem flammam esse dicas: aut vaporem aerem potentia.

Quoniam in definitione eius quod potentia, dicitur, aptum verò est fieri (sunt autem non omnia æque apta fieri id quod fieri possunt, sed quædam aptiora, quædam minus apta) necesse est esse multos modos quibus potentia aliquid res quæpiam sit. Hos modos nunc refert Galen. quos eisdem Arist. docuit nono metho. c. Primo modo dicuntur potentia esse aliquid quæ per se nata sunt fieri illud, si tamen non impediuntur: velut puer recens natus est rationalis (rationalem vocat eum qui potest nunc ratione uti) & catulus venator: alio modo quæ etsi per se venire in eam perfectionem non possint, tamen apta sunt il-

lud fieri si accesserit causa quæ faciat. Et horum quædam sunt proxima materia eius quod fieri possunt, quædam remota, idque plus aut minus. Proxima materia esse dicuntur quæ ut illud fiant vnica commutatione indigent remota quæ duabus, remotior etiã quæ pluribus. Vnica quidem ut sanguis est potentia caro, quia vnica commutatione fieri potest caro (ponatur hoc nunc ita habere, non enim singula exempla sunt examinanda scrupulose) chylus verò est etiam caro potentia, sed remotior, quia non potest fieri caro nisi per medium sanguinem, remotior adhuc maza & panis, & adhuc magis ignis, aer, aqua, & terra, remotissima autem materia prima dicitur tamen hæc etiam esse potentia omnia. Itaque omnia huiusmodi dicuntur esse quæ fieri possunt, sed non æque propriè: omnium autem propriissimum modum dicit primum, quod secundum Arist. etiam loco citato dicitur, quæ scilicet nisi impediuntur suapte natura sunt talia: secundo loco quæ proxima materia sunt: hoc est quæ vnica commutatione fieri possunt: reliqua quodammodo etiã dicuntur potentia esse, sed abusiue, plus aut minus. Tres esse concoctiones quibus cibus indiget ut caro fiat, recte dicit, tamen aliis locis soleat quatuor dicere separans ea quæ in venis ab hepatis actione, & alicubi concoctionis in ore seorsum mentionem facit, & alibi eius quæ perficitur in intestinis. Nam etsi (modo res intelligatur) nihil interfit, siue tres dicas, siue plures, exactius tamen dicitur tres esse solum, quia motus non accipiunt differentiam à loco neque à causa faciente, sed à fine: tres autem formæ solum comparatur illis mutationibus: chyli quæ inchoatur in ore, fit in ventriculo, perficitur in intestinis: sanguinis, quæ inchoatur in mesenterio, fit in hepate, perficitur in venis: substantiæ cuiuscunque quæ agitur & perficitur in parte quacunque.

Dicitur autem aliquando quod potentia & quod secundum accidens oppositum est, velut si frigidum lauacrum in iuvene bene carnosum calefacere quis dicat corpus secundum accidens, non propria vi: tot igitur modus & quæ potentia frigida, & sicca, & humida & calida dicuntur,

Adit alium modum dicendi potentia aliquid esse, maxime omnium improprium atque abusuum, ad eò, ut fortasse ad præsentem tractationem non pertineat. Nam inquit hoc est ut si quis dicat lauacrum frigidum esse calidum medicamentum, quia ut dicit Hipp. Apho. 21. quintæ in iuvene bene carnosum aliquando soluit conuulsionem, vocari quodam modo potentia calidum, vult, arbitrator, Galenus, quia illud lauacrum non videtur esse actu calidum,

dum, cum sit actu frigidum, si quo ergo modo est, videtur esse potentia. At verò si quis rationes ipsas appellationum consideret illud actu est tale per accidens: actu quidem quia non facit hoc, quod fiat aliquid aliud, per accidens verò quia natum est per se facere contrarium. Atque si quomodo, dici debet illud potentia tale, sit quidem eo quòd potest calorem facere, et si frigidum sit, ea verò ratio est potentiae actiuae, quod possit scilicet aliquid facere, non quod possit aliquid pati. Galenus autem loquebatur de potentia passiva, & alij omnes modi passivae potentiae sunt. Quare hic modus velut ab aliis longe diuersus, & in ea potentiae ratione de qua hic agitur valde abusiuis, merito dictus est seorsum. Sed vt hoc apertius euadat considera, quod etiam cap. citato primi Controuerfiarum diximus, posse dici rem aliquam potentia esse aliquid, potentia actiua: aut potentia passiva, actiua potentia dicitur, quod dicitur tale, quia potest aliquid facere: passiva quia potest aliquid fieri: velut si dicas solem esse calidum etiam si actu talis ille non sit, quia potest calorem facere, & oleum resinamve calida, quia possunt facile calida fieri, solem quidem diceres, potentia actiua calidum, oleum verò & resinam potentia passiva. Vulgares omnes philosophi atque adeo medici minus intelligentes quæ Galenus docet hoc libello, atque volentes, vt arbitror, dubitationes declinar, edicunt medicameta esse potentia actiua, talia nimirum habere vires talia facinedi etsi talia non sint, hæc alij vocant qualitates virtuales alij, virtutes alij proprietates, prætereuntes ita omnem difficultatem. Cæterum rationi & doctrinæ veterum philosophorum est magis consentaneum quod ad qualitates primas attinet (calidum dico, frigidum, humidum, & siccum) nullas statui virtutes à quibus agatur præter qualitates ipsas actu. Nimirum qualitates sunt virtutes primæ corporum sui similitium factrices ab aliis quidem per se non natæ fieri, quia aliis omnibus sunt priores. Proinde merito Galen. censet, quæ calida actu cum non sint, calorem faciunt, calida actu fieri, antea quam faciant, atque ita potentia calida dicit, quod possunt actu calida fieri, & potentia passiva. Atq; quia huc tendit hæc doctrina, modos potentiae passivae recensuit omnes, præter hunc postremum, qui in hac tractatione est valde abusiuis. Fortasse tamen hunc quoq; voluit recedere, ob tractationem de medicamentorum facultate, ad quam parantur hæc omnia, nimirum vt primo libro eius operis dicitur & procedente hoc ipso sermone, nihil ad explorandas eorum vires magis studendum, quam separa-

re id quod per se facit quæcunque res admota, ab eo quod per accidens. Sed vtunque hoc sit scitu necessarium, maiorem proprietatem habebit sermo, si per accidens tale dicamus, quam si potentia. Dicatur verò sic quoque abusiue.

At qui dubitauerit aliquis cur castoreum aut pyrethrum aut ephorbium: aut struthium aut nitrum, aut mysi, calida dicimus: aut lactucam, vel cicutam, vel mandragoram, vel salamandram, vel papauer frigida: nunquid dictis modis comprehenduntur, aut secundum aliquem alium dicuntur, qui nullatenus dictus sit, asphaltus enim & resina & seuum, oleumque, & pix, potentia calida: quia facile actu fiunt calida, etenim inflammantur celerime: & corporibus nostris admota calefaciunt manifestissime, chalcitis autem & mysi, & synapi, & nitrum, accorung, & meon, & costus, & pyrethrum nobis quidem admota calida videntur: alia quidem magis alia minus, non tamen inflammari nata sunt. An igitur decipiunt ipsi seipos, qui hoc solum speculantur si non facile inflammantur? Oportebat enim non ita, sed an non fiant carbones speculari, quasi non minus ignis, quam flamma carbo sit, sed flamma aere ignito, aut corpore aliquo aereo: carbo vero terra, aut aliquo terreo sit, atqui hucusque consentaneum esse videtur sibi ipsi sermo omnino. Videtur enim quæcūq; igni admota pharmaca facile ignis fiunt, eadē etiā nos calefacere, nisi si quod eo quod crassarum partium sit, non penetrat facile intra corpus. Desinitur enim amplius de his in libris de medicamentorum facultate. Quæcūq; igitur corpus nostrum videntur calefacere, hæc prompte ignis fiunt.

Expositis iam modis quibus dicitur res aliqua potentia aliquid esse propius iam accedens quo tendit, vult explicare quo dictorum modo dicantur medicamenta esse calida, frigida humida, aut sicca: dici enim talia potentia ex ipsa definitione ipsius potentia esse, iam putat indicatū, quadoquidē non sunt actu talia, qualia esse dicuntur. Incipit à dubitatione, dicens, dubitare posse aliquem quomodo castoreum, euphorbiū aut pyrethrum, & reliqua huiusmodi calida: lactucam, cicutam, & opium, & reliqua huiusmodi, frigida dicamus, an aliquo dictorum modorum: an alio præterea, qui dictus non sit. Aperit causam dubitandi, dicens, videri nullo dictorum modorum posse dici calida aut frigida, si quo enim dictorum, maxime quod possint facile fieri talia: at vero hæc ratio non videtur congruere medicamentis omnibus, quia etsi quædam sint, quæ vt nostra corpora calefaciunt, ita facile inflāmantur velut asphaltum, resina, seuum, oleum, & pix, atq; vt semel dicatur omnia pinguis & resinosa, tamen alia esse videntur, quæ calida

& pyrethrum. Respondet Gal. eos qui hæc dicunt decipere seipſos, quod tantum considerent an facile inflammentur, cum oporteret considerare, non id solum sed an facile ignis fiat. Ignis enim est, non minus pruna quam flamma, hæc tamen ratione differens, quod flamma aëre, aut aërea substantia ignita sit, pruna verò terra, aut terrea substantia. Itaque dicit, hæc quæ postremo memorauimus, etsi non inflammentur, fieri prunas, atque ita facile ignem fieri: itaque videri, consentaneum huicque esse sermonem sibi ipsi, & quæcunq; facile ignis fiunt, eadē nobis admota calefacere, nisi crassities partium impediatur penetrationē: quod (inquit) in tractatione de medicamentis definitur: & quæcunq; nostra corpora calefaciunt, facile ignis fiunt, flamma scilicet aut prunæ, Hæc Gal. Atque adeo secundum rationē videtur euenire, vt quæ facile in ignem mutantur calida medicamenta sint, & quæ calida sunt, facile in ignem mutantur. Nam quæ facile in alia mutantur, analogiam videtur cū eis habere: igitur quæ facile abeunt in ignē ignea sunt, ignea verò omnia calida: igitur quæ facile ignis fiunt calida medicamenta sunt: sed & medicamenta omnia calida videntur necesse esse, vt facile ignis fiant: nam medicamenta calida participatione ignis sūt talia. Quæ enim alia causa myſi, chalcitis, & sory calida sunt, potius quam cicuta, aut mādragora, quam quod plus ignis in sua elementis compositione receperunt? Quod si ita est, eadem ratione necesse sit, vt nostra etiam corpora calefaciāt calida enim sint, si ignis habent exuperatiam. Igitur ratio quoque subscribere videtur Gale. assertioni. Nihilominus constat, experimento non respondere hæc, neque quæcunq; sunt facile vribilia esse calida, neque quæcunq; calida sint, facile ignem fieri, nam oleum facile inflammat, calidum tamen non est medicamentum sed vt Ga. ipse dicit, de medicamentorum facultate temperatum & mediocre. Deinde stipulæ omnes aridæ, & sicci calami arborum etiam & herbarum frigidiorum, facile vrūt, etsi profecto ariditate calidiores non fiunt, sed cum frigiditate sicciores, nā & Ga. ipse paulò post ita dicit, ligna vniuersa ex sua natura frigida, sed quæ sicciora sunt & gracilia, ea facile mutantur in ignem. Itaque frigida cum sint, facile mutantur in ignē. Nō igitur quæcunq; facile mutantur in ignem calida sunt. Atqui rationi etiam est consentaneum ita habere: nam aër potentia ignis est (vnica enim commutatione & ea facili ignis fit ob substantiæ modum similem) at verò eum calidum non esse, sed in hac oppositione temperatum, monstratum mihi est. lib. Controuersiarum. Quæ igitur aërea sunt merito sint facile inflamabilia, ta-

men non proinde medicamenta calida. Deinde quæ valde sicca sunt, etiam si sint frigida, sunt secundum alteram qualitatem symbolum habentia cum igne, quare merito in ignem mutantur (facilis enim est commutatio inter symbola) erunt igitur quæ talia, potentia ignis, non tamen medicamenta calida. Sed neq; altera ex parte respōdet, quod scilicet quæcunq; sunt medicamenta calida, facile ignis fiant. Nam tyrtimalum & struthium, viridia quis facile in ignē mutari dicat? ac multo minus aqua vitæ, & liquores alios, quorum nonnulli sunt vel vrentes, tamen qua ignis fiant, nulla ars est. Atqui neque ratio videtur refragari, si enim medicamenta, quantumuis calida sint, multa abundant humiditate friabili & aquea, ea impedit vſtionē, quare fuerint calida, inepta tamen vſtioni. Neque verò fieri non potest vt medicamento, cum aqueæ humiditatis copia ignis insit, nullum est enim adeo simplex medicamentum vt partibus diuersis, ac plerisque contrariis non constet. Quod si interrogas, cur ea humiditas, vt vſtionem impedit, non impedit etiam calefactionem? Certe facit, vt aqua ipsa qua vtimur quæ calefactioni non admodum resistit (caleſcit enim facile) vri tamen nequaquam potest, sed ignem omnem extinguit, etiam feruēs. Indicauimus igitur exemplis, & ratione, non sibi respondere hæc omnino, si mulque argumentis à contraria parte respondimus. Concessimus enim quæcunq; mutantur in ignem facile, analogiam quādam cum igne habere: indicauimus verò nō inde fieri, vt calore ignea sint. Sunt enim quædam secundū siccitatem analogæ, quæ frigida etiam esse possunt, quædam secundum substantiæ modum aëreum, quæ temperata. Præterea diximus nō esse opus, vt quæ igne multo participant facile vrantur, quod aqueæ humiditatis admixtio id possit impedire. Sed hæc. 1. de sim. medicamentis explicabimus, vbi Gal. ipse diffuse aget de hac quæſtione. Quid ergo, nūquid Gale. nunc repugnamus? Non certe, neque enim Gal. affirmat consentire hæc semper atque in rebus omnibus, sed hæc tamen, hoc est in exemplis positis illis scilicet resinosis & pinguibus & metallicis, quæ nominata sunt. Quoniam verò non in omnibus respondere illa duo intellexit, aliā rationem explorandi medicamenta adiecit, quam enarrabit mox, nimirū quæ à nostro calore facile caleſcūt. Alioqui nō opus esset ea ratione explorandi, sed facilius esset igni ad mouere omnia, vt quæ vrerentur facilius censerentur calidiora, qua ratione calidiores essent paleæ & stupa, quam piper. & cassia lignea. Dicemus itaq; Ga. non affirmare, respondere duas illas rationes examinandi calida in omnibus, sed solū hæc tamen, & in iis

solam quæ exempli gratia nominauerat, hancque esse Galen. sententiam. de simp. facult. videbis, vbi ipse adhibebit quasdam siue exceptiones, siue limitationes. Dicere etiã possimus (si ita magis placet) respondere etiam quodam modo in omnibus, & quo calidius aliquid est, eo citius inflammari, & quo citius inflammetur eo esse calidius, si solũ addamus, collatione facta inter genere similia, & eodem modo habetia, in etate, & præparandi ratione, similia dico genere, ne conferatur lignum cum aqua, aut hæc cum herba, aut hæc cū resina: sed resina cū resinis, gummi cum gummi, succi cum succis, pinguesque, cum pinguibus, aquosi cum aquosis: ætate vt non conferatur lignum virens cum arido, aut etiam herba, sed virens cū virenti, aridum cū arido, præparatione, vt non conferatur integrum cum comminuto, sed integrũ cum integro, cõminutum cū cõminuto. Nam his omnibus ita definitis respondebunt illę rationes. Nam lignum aloes: aut casisæ æque aridum facilius vretur quã fagi aut ilicis, & aqua vitæ vocata, facilius absumetur ab igne quam aqua rosarum: & gũmi Iuniperi, quam pruni: aut cerasi, & stipulæ seu paleæ spicæ nardi: quam tritici aut hordei, & struthium quam lactuca. Itaque quodammodo etiam respondent hæc, sed hæc ratio manca est, quia non docet conferre quæcunque cum quibuscunque, sed certa cum certis. Ga. hac in initio sermonis prælibata, tendit ad rationem aliam explorandi medicamenta, certiorẽ, & vt ita dicatur, sufficientiorẽ. Nam quo quicquid facilius & plus, admotum vt oportet, à nostro calore incalescit, eo calidius medicamentum est. Sed nondum videtur Gal. vindicatus à contradictione, cum hic ponat oleum in calidis, quod. i. simp. vocat temperatũ. Verum vt dixi nuper, exempla non sunt examinanda scrupulose, licet enim ea accipere ex alienis sententiis præcipue si illæ communes sint, & vt dicere sæpe soleo, autoris sententia propria non vbique captanda est, sed vbi agit ex professo de re quacunque. Primo igitur de simplicibus vbi singulorum medicamentorum examen ingrediebatur, & de solo oleo instituit sermonem longum, apperuit exacte sententiam propriam, hic verò vbi sermo habebatur generatim de modo quo medicamenta sunt talia: vsus est exemplo secundum sententiam philosophorum, atque ad eò medicorum plurimorum censentium oleum esse calidum.

Quomodo igitur, dicunt, tangentibus non videntur calida? Hoc non intelligo qua causa dicant, si enim actu & specie calidum diceremus quodcunque dictorum esse, esset vtique mirandum, quo pacto tangentibus non videntur calida. Nunc

A autem quod possint facile fieri calida potentia talia vocabamus. Nihil igitur miri habet, si nullatenus calefaciant tangentibus se: vt enim neque ignis augetur priusquam ab ipso victa ligna mutantur, & in aliquo omnino tempore fit, itaque neque calorem animalium nisi prius ab illo ipso pharmaca mutata fuerint. Alio enim modo is qui à igne aut sole tepescit, calefit: alio autem qui à quocunque dictorum medicamentorum. Illa enim actu calida, medicamentorum autem nullum. Igitur neque calefacere nos potest priusquam actu fiant talia, esse autem actu à nobis ipsis accipiunt, vt sicci calami ab igne: ita ligna, frigida quidem omnia secundum suam naturam, sed que sicciora & exigua, facile in ignem mutantur, que verò humidiora, & magna, pluri indigent tempore. Nihil igitur mirandum, si etiam pharmaca, primum quidem nõ exigua & tenuia comminui opus sit, deinde tempore quodam etiam si minimo nostris corporibus coniuncta esse: vt calida fiant. Tu autem si neque comminuens ipsa, neque calefaciens prius, veliam fieri calida, quid significet potentia calidum oblitus esse mihi videris: vt enim actu calida, ipsa exploras. At qui neque illud mirandum quod calefieri prius indigeant, vt recalefaciant: fit enim hoc quoque & in exemplo lignorum: euanescentem enim flammam seruant simul & auget, calefacta prius ab illa ipsa. Neque igitur, alien est, calorem, qui in animalibus existit, velut alimento quodam vt huiusmodi pharmacis, vt ignis lignis. Ita enim etiam videtur fieri: si vero refrigerato corpori admoueat quodcunque ipsorum etiam si exacte tenue feceris, omnino non calefit: & ob hoc fricamus plurimum refrigeratas partes huiusmodi pharmacis, simul quidem apponentes fricatione calorem, simul autem rarum facientes quod à refrigeratione erat densatum, & vt intro penetret pharmacum & coniunctum cum naturali animalis calore mutetur, & calefiat. Etenim si particula ipsius minima actu habeat calorem, in toto ita transfundet secundum continuitatem, velut si vras extremum tede exigua scintilla. Omnem enim depascetur facile ignis, nihil amplius indigens scintilla. Quia nullum igitur potentia calidorum habet iam in sua natura calidum præualens frigido, in propinquo autem vt redundet est, vt exiguo quodam exterius indigeat adiutorio, vt vincat. Et hoc quidem aliquando affricatio est sufficiens tribuere aliquando verò, aut ignis aut aliquid natura calidorum corporum admotum. Igitur non ad eò mirabile est dicere, cur quædam mox ac admouentur nostro corpori, nos calefacere nata sunt, alia pluri tempore facere hoc. Etenim & eorum que admouentur igni, alia quidem statim vruntur vt clychium, & tade tenuis, & pix, & sicci calamus: alia autem nisi pluri tempore commouentur, non vincuntur, vt lignum viride.

Perstat

Perstat explicare quomodo medicamen-
ta sint talia, calida scilicet, frigida, humi-
da, aut sicca. Atque in primis dicit non esse
mirum, dici quædam calida, quædam fri-
gida, tamen id tactu non agnosci, nam etsi
calor & frigus tangibiles qualitates sint, ta-
ctu verò agnosci non possunt, nisi ubi actu
insunt: nunc verò dicuntur potentia cali-
da quòd facile fiant actu calida. Non igitur
calefieri noster tactus poterit ab eis, ante-
quam ea calefacta sint. Habet enim se medi-
camentum calidum ad nostrum calorem, vt
vribilia ad ignem. Iam hinc aperte dicit Gal-
non omnino esse eadem potentia ignis, &
potentia calida, neque se inuexisse hæc de
vribilibus quod medicamenta recte ad
ignem examinentur, sed vt comparatione
quadam exponat modum, quo medicamē-
ta sunt potentia talia, & quomodo differant
quæ sunt potentia talia ab his quæ actu. Di-
cit igitur habere calida medicamenta ad no-
strum calorem, vt ligna ad ignem; quia vt li-
gna non augent ignem, nisi ab eo vsta sint,
vsta verò iam seruant & augent, ita neque
medicamenta augent nostrum calorem, ni-
si calefacta sint ab illo. Itaque inquit calesci-
mus à medicamentis non vt ab igne, & sole,
hæc enim calida sunt, sed vt ignis augetur à
lignis quæ à se vruntur: hic solis nomine o-
portet intelligere aërem à sole illustratum.
Constat enim philosophis ipsum solis cor-
pus calidum actu non esse, vt neque vllam a-
liam cæli partem itaque calida actu, tactu di-
scernuntur, quæ verò potentia, non ita,
sed quod nostris corporib. admota calefcat
ab eis, & ea recalfaciant. Explicat deinde
quo pacto hæc medicamentorū exploratio
agi debeat. Non enim necesse est, vt vtcunq;
admota calefiat & recalfaciat statim, sed vt
quodcunque admoueri debet, & iustum tē-
pus manētia: aliis enim admotio sola est sa-
tis, modo iustum tempus maneant, alia cō-
minutione, alia affricatione forti etiam in-
digent. Scimus verò omnem naturalem
mutationem alicuius ab aliquo, indigere
admotione idonea, & iusto tempore. Per-
stat in comparatione, dicens, nam neque
ligna vtcunq;, tangētia ignem, vruntur.
Ligna (inquit) frigida sunt omnia secun-
dum naturam suam, sed quæ sicciora, &
exigua, facile in ignem mutantur, quæ
verò magna & viridia longiori indigent
tempore. Duo continet hæc breuis dictio
exempla, alterum eius quod est potentia ta-
le, ita vt distet plurimum ab eo quod actu,
quia ligna etsi frigida sint natura, sunt potē-
tia ignis: alterum, præparationis quia indi-
gent etiam ea quæ sunt potentia aliquid
vt fiant actu illud. Nimirum etsi ligna om-
nia materia ignis sint, tamen magna & vi-
ridia tardius sūt ignis, arefacta, & in frustra

A secta cito. Verum cum dicit ligna omnia fri-
gida esse natura, intelligi debet de vulgari-
bus lignis, quibus ad nullos medicos vltus v-
timur, sed solum vt sint ignis materia. Non
enim lignum aloes, & lignea cassia, sed ne-
que Iuniperum, diceres natura frigidum.
Eodem modo dicit & medicamenta calida
sunt, vt quoddam alimentum caloris natu-
ralis, velut ligna ignis, indigere modo quo-
dam appositionis, vt calida actu fiant. Cau-
sa qua alia leuiori admotione, vel citra com-
minutionem calefunt, alia nō nisi commi-
nuta, aut, etiam affricata, esse potest, vel in
ipso medicamento, vel in corpore, in ipso
quidem quod sit calidius aut minus caldū
(sunt enim etiā plus aut minus, & certi gra-
dus, in eis quæ sint potentia talia, vt mox di-
cetur) aut sit crassiorum, aut tenuiorum par-
tium. Nā calidiora facilius fiunt calida, quæ
crassiora sunt cōminutione, magis indigēt,
C in ipso corpore, quia quo pars cui admoue-
tur est frigidior, eo maiori admotione, & lō-
giori tempore est opus: aded vt si omnino
frigido admoueat corpori nihil possit fa-
cere, si refrigeratæ parti, indigeat affricatio-
ne forti, vt calor excitetur in parte. Quod
sane euident argumentum dictorum est,
puta calida à nostro calore calefieri, ante quā
recalfaciant. Iuuat affricatio vt motu partis
calor excitetur, & partes quæ concretæ er-
ant rarefiant, & medicamenti particule
penetrent. Quæ enim penetrauerint, attingen-
tes partes altiores, facilius calefunt, ca-
lefactæ verò per continui alterationem ca-
lefacient, etiam alias, quæ nō penetrauerint.
Vt si quis scintillam immittat in extremam
partem gracilis tedæ, aut palearū, aut stupæ
etiam si scintilla mox excutiat serpet in re-
liquas partes ignis. Quod dicit nullum po-
tentia calidorum habet iam in sua natura
calidū præualens frigido, falsum esse videtur,
nam qua alia ratione castoreū, & euphor-
bium calida: sunt la stuca, & papauer, frigi-
da, quam quod illa in naturali mixtione qua
primum concreta sunt, plus ignis, hæc plus
frigidorum elementorum receperunt? quod
sita habet, profecto habent in sua natura
(quæ enim alia corporum natura quæ ex ele-
mentis attēperatio?) ignē præualentē frigi-
dis elementis. quare calidū præualens frigi-
do, ego quidē non nego calida medicamēta
pluri igne participare quam frigida, atque
aded eius participatione calida esse, non ta-
mē proinde necesse est vt talia sint actu, quia
elementa non sunt actu sed potentia atque
ita ignis non manet qualis est, sed velut su-
meus & potentia existens, atq; ita & calor.
Itaque eū dicit non habēt in sua natura cali-
dum præualens frigido, intellige actu, hoc
est non habet actu calidum præualens frigi-
do, sed in propinquo est, vt redundet actu.

Sed illud potius definire equum est, cuius de
 monstrationem in libris de naturalibus faculta-
 tibus trademus, ex hypothesi autem presentium
 gratia etiam nunc ea utemur, quatuor esse di-
 centes totius corporis potentias proprias: tractri-
 cem quidem familiarium unam, alteram eorun-
 dem retertricem: tertiam alteratricem: & quar-
 tam ipsarum alienorum segregatricem, esse eas-
 dem potentias totius substantia cuiuscunque cor-
 porum quam ex calido, frigido, humido, & sic-
 co constare dicimus. Cum autem secundum
 unam aliquam qualitarum qua in ipsa sunt,
 corpus mutat quod illi admouetur: neque secun-
 dum suam totam substantiam accipiendum est,
 tunc operari, neque assimilari posse quod muta-
 tur: quare neque nutrire quidem possit unquam
 quod ita mutatum aliquod eorum quae mutat: si
 autem illud mutet hoc est secundum totam suam
 substantiam operetur, reddet sibi ita simile, &
 nutrietur ab eo quod mutabitur: neque enim ali-
 ud quidpiam nutritio est, quam perfecta assimi-
 latio. Quoniam autem hoc definitum est, inde rur-
 sus exordiri oportet sermonem. Animal quodcun-
 que propriis nutritur alimentis: proprium autem
 est, cuiuscunque alimentum, id omne quod potest
 simile fieri corpori quod nutritur. Oportet igitur
 totam substantiam eius quod nutrit, cum tota e-
 ius quod nutritur, natura communionem quan-
 dam & similitudinem habere. Omnino non exi-
 gua ibi consistente differentia secundum magis &
 minus. Quaedam enim magis propria sunt & similia:
 alia autem minus, proinde & actione, alia quidem
 vehementiori & longiori: alia autem debilitiori: alia
 debilitiori simul & breuiori, indigent. Auium igitur
 caro minori: porcina autem maiori: bouina adhuc
 maiori: minima autem indiget mutatione vinum
 ad assimilationem: quare & nutrit & roborat ce-
 lerrime, omnino quidem etiam hoc manere oportet
 in concoctoriis instrumentis, ventre, hepate, & ve-
 nis, in quibus antea elaboratum nutrire iam potest
 corpus: prius autem quam in his mutationem reci-
 piat, non potest alimentum animalis fieri: etiamsi
 rotam diem & noctem admotum corpori exterius ma-
 neat: multo autem minus panis exterius admotus,
 vel beta, vel maza nutrire possit. Quae igitur om-
 nino similia sunt: alimenta alia autem omnia,
 pharmaca vocantur.

Distum est pharmaca calida à nostro ca-
 lore pati anteaquam operatur, postea
 verò quam perpeffa sint, augere & seruare
 eum ipsum calorem. Videtur autem hoc ali-
 mentum etiam esse: hæc enim etiam com-
 mutantur à nobis, commutata seruât natu-
 ralem nostrum calorem. Quoniam verò hoc nõ
 eodem modo accidit medicamentis & ali-
 mentis, sed duplex differentia est, prima quod
 non eodem modo patiuntur à nobis: secunda
 quod neque idem præstant nobis, volens Ga.
 simul id quod medicamentis accidit expli-

care, & differentias inter hæc statuere, incipit
 à facultat. naturalibus, de quibus proprio
 loco scripsit diffuse suo more, nunc breui agit,
 dicens, quatuor esse proprias cuique parti vi-
 uenti, tractricem, retertricem alteratricem, &
 expultricem quam hic vocat segregatricem:
 quanquam ut alio loco diximus si quis exacte
 examinet, segregatio non à sola expultrice,
 sed concoctrice etiã atq; aliquando tractri-
 ce operantibus agitur. Has facultates dicit
 sitas esse in tota partium substantia, ea scilicet
 quæ calidi, frigidi, humidi, & sicci mixti-
 one constat, non in vlla qualitarum seor-
 sum. Agere igitur ventriculorum & partes a-
 lias in alimenta commutatrice facultate, ac
 proinde & tota substantia, atque ita ea mu-
 tari secundum substantiam & reddi similia ei
 à quo mutantur: in medicamenta verò cali-
 da agere solo calore atque ita illa secundum
 calorem solum pati, neque assimilari, sed cale-
 fieri: cum dicit neque enim aliud nutritio est,
 quã perfecta assimilatio, ne intellige simpli-
 citer & omnino, sed in viuentibus, alioquin
 ignis omnium maxime nutriretur & viueret.
 Porro cum dicit neque viuum neque vllum aliud ali-
 mentum nutrire posse nisi in ventre, hepate, &
 venis commoratum & commutatum fit, acci-
 pere debes iuxta prælens institutum: non e-
 rat enim hic locus examinandi exacte, an ali-
 quid possit nutrimenti præstare etiam si in
 ventriculorum assumptum non sit: neque an
 quod in ventriculorum est ingestum, nutrire
 possit anteaquam in hepar & venas prætere-
 at, sed solum enarrare modum quo alimen-
 ta nutriuntur, is verò est per concoctiones quæ
 dictis organis aguntur, præter has omnes,
 & præterquam in dictis partibus, exiguum
 & minime momentaneum est quod agi potest,
 quodque hoc loco, quo non agitur ex profes-
 so, sed ob aliud aliquid de alendi modo, nihil
 intererat definire. Constat verò eam chyli
 partem qua ventriculorum nutritur, nutrire ni-
 hil in hepate perpeffam, & quandoquidẽ de-
 bilibus clysteres ex succis nutrientibus vti-
 liter immituntur, quin & cataplasmatum for-
 ma alimenta admouentur, constat nutrire
 quaedam ventriculorum non ingressa, quan-
 quam illud perexiguum est.

Duplex autem & horum natura, aut enim qua-
 lia accepta sunt manentia vincunt & mutant cor-
 pus, sicut illud cibos: & hæc omnino pharmaca de-
 leteria & corruptiua natura animalis sunt, aut
 mutationis principium à corpore accipientia, pu-
 trescunt tunc & corrumpuntur, ac deinde cõputre-
 faciunt & corrumpunt corpus: deleteria autem sunt e-
 etiã hæc. Tertia autem est in ipsis species pharmacorum
 eorum quæ corpus recalescunt, nihil autem mali infe-
 runt: & quarta quacumque faciunt aliquid & paciẽ-
 tia: vincuntur tandem & perfecte similia sunt accidit
 autem his simul pharmaca & alimenta esse.

Ut res

VT res elatior euadat enumerationem facit eorum quæ à nobis patiuntur aliquid, & faciunt aliquid in nos, enumerat verò quatuor differentias: primam eorum quæ non vincuntur à nobis, sed talia manet qualia accepta sunt, nihil perpeffa nisi forte solâ comminutionem, non autem calorem, neque assimilationem, sed ipsa potius vincunt corpus & mutant, sicut illud cibos. Ne intellige collationem fieri in cõmutandi modo, sed in ipso cõmutari. Non enim vt vetriculus reddit sibi similes cibos, & hæc pharmaca vincunt corpus, sed refrigerando illud. Sūt verò hæc omnino deleteria, & corruptiua naturæ animalis, venena scilicet frigida. Secunda species est eorum quæ mutationis principiu accipientia à nostro calore, putrescunt & corrumpuntur, atque cõputrefaciunt & corrumpunt, hæc sunt venena calida. Tertiam speciem esse dicit eorum quæ à nobis calefiunt & nos recalefaciunt, nihil autem mali inferunt. Hæc sunt medicameta calida, quæ non sunt venena. Intellige verò nihil mali inferre, si recte & vt oportet suscipiantur, alioqui quid impedit medicamentis lædi? Quartâ speciem dicit eorū quæ facientia aliquid, & patiētia, vincuntur tãdem & perfecte similia fiunt. Hæc dicit esse quæ simul sunt alimenta & medicameta. Quare cū dicit faciētia aliquid & patiētia, intellige secundum qualitates, & alteratã corpus. Nã hoc est medicamenti alioqui soli alimeto congruit, vt faciēs aliquid & patiēs, tãdẽ vincatur & simile fiat. Nã cum alimētum cõmutatur agit, & patitur, non vt medicamentū, hoc enim alterat corpus, vt in fine actionis calidius, aut frigidius maneat, alimentū verò non ita, sed solum substantiã reponit, & hæc est secunda differentia alimētū & medicamenti, quæ capitur ab eo quod verūque facit. Cui igitur accidit alterari & alterare, simulque simile fieri substantia, vtrunq; est, medicamentum scilicet & alimentum. Hæc sunt quatuor species quas enumerat. Sed cur non aliam apposuit medicamentorum frigidorum præter venena frigida, vt commemorauit, medicameta calida præter venena calida? an quia medicameta frigida à frigidis venenis remissione sola differunt, eodẽ enim modo operantur, ac illa, et si debili: calida verò non ita, sed deleteria, cū putrescentia, medicamenta, citra illã? an etiã quia pro medicamentis omnibus exẽpli loco calidis vtitur? alioqui alia etiã species siccorū, & alia humidorum fuisset enumeranda. De venenis. 3. lib. de simp. facultate agit Gal. vbi calida venena simpliciter venena esse vult: frigida verò non simpliciter, sed quantitate. Quare non idem est quod illic dicit simpliciter venena, & quod hic omnino venena, omnino enim venena, sunt etiã frigida, nõ

tamen simpliciter, quia exigua quantitate accepta, & multo tempore immorata vinci possunt. Sed hæc illius loci sunt.

Nihil autem habet admirationis quedam exigua opem accipientia, maximam mutationem accipere veteris natura. Conspiciuntur enim huiusmodi multa in externis. In Misa enim Asia domus aliquando flagrauit hoc modo, erat proiectum columbinum stercus, cui iam patri, & excalesfacto, ac vaporem edenti & tangentibus admodum calido, in propinquo fenestra fuerat, ita vt iam contingeret eius ligna, quæ large nuper illita resina fuerant. Media igitur estate cum sol plurimis incidisset, accendit tum resinam, tum ligna, hinc autem & fores quadam alia, quæ prope fuerant, & fenestra nuper etiam resina illita, ignem conceperunt, atque ad tectum vsque transfuserunt. Vbi autem excepta simul à tecto est flamma, celeriter in totam domū est grassata. Hoc arbitror modo aiunt & Archimedes hostium triremes vrentibus speculis incendiisse. Porro succenditur his prompte, lana, stupa, elychinium, ferula. Quicquid denique similiter his siccorum rarumque est. Flammam edunt & lapides attriti, atque hoc magis si quis sulphure illos illeuerit: tale erat medicamentum Medes: quippe quod quibus est illitum, omnia, vbi in id incidit calor, accendit, constat id ex sulphure & humido bitumine. iam illud ceu rem mirandam quidam ostentauit lucernam, ac rursus muro admouens, accendit: alter lapidi eam admouit: fuerunt autem & murus & lapis sulphure contacti: quod vbi deprehensum est desit mirum videri quod ostentabatur. Ergo omnia id genus medicamenta perfecte calida adhuc non sunt, apertissima tamen vt calida fiant: atque iccirco potestate calida dicuntur.

Diceret aliquis fieri nõ posse vt medicamenta quæ à nobis recipiunt calorem nos recalefaciant, si enim accipiunt à nobis, non possint accipere maiorem nostro, alioqui daret corpus nostrum quod non habet, & minor calor maiorem gigneret. Respondens tacitæ huic obiectioni dicit, quædam esse quæ ab externis recipientia exiguū, mutationis initiū, per sese plurimum mutatur ob dispositionem materiæ, quin etiã aliqua quæ nullū initiū recipiunt externum, tamẽ ob materię aptitudinẽ subeunt mutationes: quod probat exemplum multarum rerum, quæ quia ad ignem concipiendum sunt paratissima, inflammantur partim ab externo nullo perpeffa, partim exiguū aliquid à sole, aut lucerna extincta. Ita igitur sunt quædam medicamenta ea natura prædita vt exiguū alterationis initium cõsequuta à nostro calore per sese deinde incalescant supra nostri caloris gradum, non vi facientis causæ (qui enim posset?) sed ob materiæ dispositionẽ, atque hinc nascitur ipsa ratio medicamenti

potentia calidi, quod natum ut incalere
 plus eo à quo calebit. & ita recalere: atq;
 quoniam hoc non æque inest omnibus ne
 dicamentis calidis, sed ab eodem naturali
 calore cepta moueri: quædã nata sunt, plus,
 quædã minus in calore progredi, fit vt non
 omnia potentia calida sint æq; intenta, sed
 in hoc quoque calore qui potentia inest, sint
 quædã in inferioris, quædã superioris ordi-
 nis, aut gradus. Neq; verò philosophiæ natu-
 ræ aduersus est, generationes & alteratio-
 nes fieri ob dispositionem materiæ, nulla pe-
 culiari causa præsentē, quæ per se sit id nata
 facere. Nam maioris operæ est substantiæ
 formam gigni quã qualitatem: ea verò si ma-
 teria satis disposita sit, & quã physici vocant
 vltimam dispositionem receperit, necessario
 succedit, quia propriæ formæ cuiusdã dispo-
 sitio, dispositionum omnium aliarum formarum est
 corruptiuam: corruptis, nisi hæc succedat,
 manebit materia omnibus formis vacua q;
 multo minus fert natura quã locum omni-
 bus corporibus. An verò tales seu generatio-
 nes seu alterationes, sine effectrice causa cõ-
 tingat, in physicis disputauimus: mihi enim
 neq; hoc videtur consentaneum, sed esse qual-
 dã alias causas superiores quæ harum inferio-
 rum suppleat vicem, cum ea incidit naturæ neces-
 sitas. Sed quoniã de philosophia naturæ seor-
 sum scripsimus, satius sit hic stylum sistere,

Ac de his quidem nulla est dubitatio, sed nec cur
 vinum bibitum quidem valenter corpus calefa-
 ciat. Monstratum enim supra paulo est, id non sim-
 pliciter vt calidum medicamentum, imo vt con-
 ueniens nutrimentum calefacere animal. Tanquã
 enim ignis idoneum alimentum ignem ipsum au-
 get, ita quicquid corporum natura calidorum
 proprium & naturale est nutrimentum, id ea
 semper non solum roborabit, sed etiam insitum
 eorum calorem augebit. Atque id quidem omnis
 nutrimenti communis effectus est. Vno autem
 præter cetera proprium ac suum est, mutatio-
 nis celeritas: ita vtiq; vt rede, elychnij, stupæ,
 picis. Im verò ab ignis exemplo non digressi,
 admoceamus rursum de lignis humidis, quæ
 ipsa quoque ignis nutrimentum sunt. Cete-
 rum non statim aut continuo, eoque sæpenumero
 igni iniecta, non solum flammam quasi sopiunt,
 sed si imbecilla est, & parua, corrumpenda quo-
 que eius periculum afferunt. Sic profecto & in
 animalibus cibi qui vti profus assimilantur, & cor-
 pus nutriant, spatio egent, hi frigus vniuersi po-
 tius quam calorem adferre in presenti videntur.
 Ceterum calefaciunt hi quoque tandem non se-
 cus ac reliqui cibi, si semel vt corpus nutriant,
 sint consecuti. Omne enim nutrimentum qua-
 tenus nutrimentum est, animalis calorem au-
 get. At si deuoretur quidem vt nutrimentum
 nec tamen superetur, id erit quod Hippocrates
 dixit, nomine quidem nutrimentum, re autem

minime. Quippe cum trifariam nutrimentum di-
 catur, sicut ipse docuit his verbis. Nutrimentum
 est, & quod nutrit, & quod veluti nutrimentum
 est, & quod futurum nutrimentum est. Quod
 vtiq; iam nutrit & corpori adiungitur, nec
 amplius futurum est, id proprie nutrimentum
 appellatur. Idem verò & corpus quod nutrit,
 excalerefacit, quod reliquorum neutrum facit:
 quod scilicet proprie nutrimenta non sint,
 sed alterum eorum veluti nutrimentum, alterum
 tale futurum. Proinde nec vinum ipsum semper a-
 nimal calefacit: æque vt nec oleum flammam ac-
 cendit, tametsi aptissimum est ignis nutrimentum.
 Imo si imbecilla & exigua flamma confertim
 multum oleum infundas, suffocabis eam profus-
 que extingues potius, quam augebis. Sic igitur &
 vinum vbi plus bibitur, quam vt vinci possit, tan-
 tum abest vt animal calefaciat, vt etiam frigidiora
 vitia gignat. Quippe apoplexia, & paraplexia, &
 quæ Grace caros & comata vocamus, & neruorum
 resolutio, & comitiales cõuulsiones, & tetani im-
 modicum vini potum comitantur: quorum vnum-
 quodq; frigidum est vitium: generatim enim que-
 cunque assumpta in corpus vt nutrimentum cale-
 faciunt, hæc interim frigescere deprehendas, æque
 scilicet, vt flammam ab eadem materia non au-
 geri modo, verum etiam aliquando extinguui. At-
 que hæc quidem omnia, tum his quæ de elementis
 tum his quæ de temperamentis sunt prodita con-
 sentiunt.

Vinum cuti etiam impositum calefacit e-
 xiguũ quiddam, multa enim cataplas-
 mata vino potius quam aqua confingimur:
 vt calidiora euadant: neque mirum,
 non enim alimentum solum sed medica-
 mentum est, sed habet alimenti multo plus,
 & vulgaris eius vsus est, potionis nutriti-
 cis: quod respiciens Gal. interrogat cur cum vi-
 num bibitum calefaciat, ad motum exterius
 nõ calefaciat, intellige vt bibitum, responderet,
 quoniam non vt medicamentum, sed vt ali-
 mentum calefacit animal: nimirum vt imur
 eo vt alimento, estque alimentum potius
 quam medicamentum: alimenta verò vt di-
 ctum antea est, non augent naturalem ca-
 lorem nisi interius commutata: sed vt men-
 tem Galen. allequaris, quæ non admo-
 dum in promptu est, considera, eorum quæ
 alimenta & medicamenta sunt, quædam esse
 alimenta magis quam medicamenta: quæ
 scilicet præstant alimenti multum, & altera-
 tionis non adeo multum, vt vinum (plus enim
 valet hoc nutriendo quam alterando) quædam
 medicamenta magis, quæ scilicet
 alterationem præbent magnam, nutriti-
 cis verò omnino exiguam, vt piper & sinapis
 quædam etiam alia, quibus æque videtur
 inesse vtrunque, vt buglossum aut lactuca,
 hæc enim & medicamenta & alimenta sunt
 debilia

debilia: quæ alimenta magis sunt, illa eam ipsam alterationem quam inferunt, interius accepta inferunt, exterius vero non nisi languide: illud enim est alimentum, hoc medicamentum est verò illis magis alimentum quam medicamenta esse quæ medicamenta magis sunt: velut piper, ea exterius etiam admota possunt exercere suas vires, atque quasdam ob causas nonnunquam exerunt euidentius, vt mox dicetur, hac itaque causa, vinum calefacit magis epotum quam admotum, dicit communem effectum esse omnis nutrimenti, augere & roborare naturalem calorem: constat id quidem, quia nutritione id præstat animanti. vt reponatur naturale calidum, & humidum quod assidue dissipatur, sed non omnibus æque inest, neque hoc dicit Gal. vino enim magis inest quam plerisque alijs, quia calidum etiam est, vt medicamentum non nihil: alia vero sunt quæ etiam sunt frigida vt medicamenta, sed ea etiam augent substantiam naturalis caloris, hoc est præstant naturali calido materiam: itaque proprius effectus alimentorum omnium est, augere calorem, substantificè, vt ita dicatur, verum dicit commutari debere, vt id præstent, in commutata enim refrigerare potius quam calefaciant, atque proinde primo occurru anteaquam commutari incipiant, refrigerare, atque si quis pluri cibo vtatur quam possit coquere, morbos frigidus inde fieri etiam si vtatur alimentis calidis: nam vel ex vini nimio vsu fiunt passiones multæ frigidæ: nimirum vt obrui potest flamma oleo, ex hoc loco intelliges legitimam causam, qua debiles & senes recens accepto cibo frigescunt: non enim quia calor se colligit ad ventriculum vt coquat, alioqui cur non etiã petit in crus ad dissoluendum oedema si quod inest? & in epigastrium hydropicorum ad absumendam aquam? si scit pro indigentia cuique succurrere? certe non est ita, sed primus occurru cibi & potus refrigerat os ventriculi, hoc fortis facultas contemnit, debilis verò læditur, & eius læsionis sensu colligitur ad interna calor, velut rigoris initium quoddam perpessus, porrò cum Gal. enarrans nutrimenti differentias, ex Hippocr. libello de alimento in quem ego scripsi commentaria cum extarent iã nulla veterum, dicit, idem verò (quod scilicet iam nutrit) & corpus quod nutrit excalefacit: quod reliquorum neutrum (neque scilicet quod quasi alimentum, neque quod futurum alimentum) facit: intelligendum est, vt illud, substantificè scilicet. Nam constat sanguinem calefacere corpus, qui tamen est non proprie iam alimentum, sed quasi alimentum. Non calefacit tamen calidam substantiam augendo vsque dum sit proprie alimentum sed fouendo, velut aqua calida, itaque cum

A de alimentis loquitur vocat calefacere, substantiam calidam augere, & cum dicit neutrum aliorum corpora calefacere, intelligit eo modo quo id quod est proprie alimentum. Vsque ad eam attentionem est opus, ne plerique huius libelli loca calumniæ pateant.

Illud fortasse dissonare videbitur quod ex his quæ vt nutrimentum comeduntur, aliqua cuti imposita hanc erodunt, atque exulcerant, sicut sinapi, muria, allia, cape. Verum hoc quoque cum positum à principio hypothesebus concordat. Etenim propterea quod tunc in ventre concoctum, tum in venis in sanguinem versum, mutantur, alteranturque. Propterea quod vno loco non permanent, sed in multas partes diuisa quoquo versus feruntur. Adde & quod non solum multis succis miscentur, sed etiam cibus, cum quibus sumuntur.

C Ad hæc quod celeriter eorum & concoctio & partium separatio perficitur, ita vt quod conueniens in eis est adsimiletur, quod supervacaneum & acre per aluum, vrinas, & sudorem excernatur. Propter hæc inquam omnia, quod foris impositum exulcerat, id comestum non exulcerat: quamuis si vel vnum quodlibet prædictorum accederet, satis esset ad ea quæ foris sunt integra seruanda: verbi causa, mutatio ipsa prima. Si namque non maneat synapi, quale extrinsecus fuit, cum est assumptum, manifestum est nec vim eius manere censendum. Quod si tum dirimuntur eius partes, tum purgantur, multo vtique magis sic censendum. Iam satis erat, quod nec eodem loci manet. Cum nec circa cutem aliquid efficere posse videatur, nisi diutius immoretur. Sed nec mixtio ipsa cum multis cibus parum momenti habet, si enim id citra alium cibum solum assumas, facile intelliges, quantum molestia & rosionis ventriculo sit allaturum. Quin etiam si plurimo dulci admixtum succo cuti id imponas, quam nihil adferat incommodi. Cum igitur prædictorum vnum quodlibet per se satis prohibere possit, quo minus sinapi quod foris facit, idem facere intus possit, multo (arbitror) magis, vbi multa simul coierunt. Nam & coquendo alteratur, & secernitur, & expurgatur, & cum multis alijs miscetur, & variè distribuitur, & in omnem partem fertur, nec in vlla moratur. Quod autem si acrimoniam suam seruaret, interim quoque omnino exulceraret, ex his quæ sponte accidunt vlcibus intelligas. Gignitur enim non raro, alijs ex vitioso cibo, alijs ex quapiam in ipso corpore corruptela & putredine vitiosus succus: quem cacochymiam vocant, his aliquando interiorum quoque aliquid exulceratur, magna tamen ex parte cutis: quoniam in hæc excrementa, quæ in habitum corporis colliguntur, natura expellit, multis & assidue vlcibus afficitur, quippe cæcri, phagedæna, herpes erodentes car-

bunculi, & quæ hironia, & celephia vocantur, milleque alia vlcerum generatidnes, ab eis sino-
di cacochymia nascuntur. Neque igitur talium
quidquam est dubitandum. Sed ne cur medica-
mentorum nonnulla cum nihil nos extrinsecus
offendunt, intro assumpta, magnum afferant
malum. Aliqua rursus intro assumpta nonnun-
quam ledant, nonnunquam conferant. Aliqua
non solum intro assumpta, sed etiam extrinsecus
applicata offendant. Quippe vt semel dicam, nihil
foris intrusque parem agendi facultatem habet,
neque enim aut viperæ venenum aut rabidi canis
spuma aut aspidis virus (quæ tamen si extrinse-
cus corpori occurrant, offendere creduntur) pa-
rem vim habent, vel soli cuti applicata, vel in-
tro assumpta. Sed nec illud est mirandum, si cer-
rorum medicamentorum vis ad profundum non
peruenit. Neque enim necesse est, vt omnia pa-
rem habeant vim. Quod si ex ijs qua intro su-
muntur, non pauca certo tempore, & certa
quantitate, & in mixtura cum ceteris accepta
conferunt, intempestiue autem & largius: nec
cum alijs admixta ledunt, ne id quidem dubi-
tationem vllam disputationi pariat. Siquidem
id tum cibus, tum igni, tum vero omnibus: vt sic
dicam, quæ corpori occurrunt, accidere solet.
Nam & mediocri nobis flamma nonnunquam
opus est, eaque vsi plurimum ex ea iuuamur, cum
tamen immodica flamma nos vrar. Ad eundem
modum & frigida potio qua mediocris est con-
fert, qua immodica est maximam adfert lesio-
nem. Quid igitur miri est, esse medicamentum
aliquid adeo calidum potestato, vt si multum eius
sumatur, ac in vacuum corpus inferatur, erodat
prorsus vrarque. Sin verò exiguum sit, & cum
ijs qua vehementiam eius remittant, coniun-
ctum, non modo nihil incommodi afferat, ve-
rum etiam calefaciendo iuuat? Lachrymam e-
nim vel Cyrenaicam vel Mediam, vel Parthicam
ipsam quidem per se citra incommodum sumere
non est. At si omnino exigua, vel cum alijs in
tempore congruente sit sumpta, magnopere con-
ducit. Atque ad hunc quidem modum quacunque
corpus excalfaciunt, vbi mutationis principium
in ipso, sicut dictum est prius, acceperit, recalfacere
illud sunt apta.

MAioris claritatis gratia, causas reddere
tētat, omnium eorum de quibus quis
possit dubitare hoc loco. Dixit iam, cur vi-
num & quæcunque alimenta magis quam
medicamenta sunt, interius accepta calefa-
ciunt manifeste, exterius admota exiguum
aut nihil: nunc quærit: cur in alijs quibus-
dam contra fiat, quæ cuti admota exulce-
rare possint, tamen deuorantur cum cibus
citra exulcerationis internæ periculum, vt
in api, muria, allia, & cæpe. Huius præcipua
imaque causa est, quam nuper coactus

A sum obiter reddere, quia calefaciunt magis
vt medicamenta, quam vt alimenta: proinde
cum ad actum deducuntur secundum me-
dicamentosam qualitatem, vt exterius ad-
mota, vires suas retinent integras, cum se-
cundum substantiam etiam mutantur, vt
deuorata, vires amittunt nimirum commu-
tationibus quas subeunt, quæ comesta sunt,
in ore, ventre, hepate, & venis, semper sua
natura spoliatur, & trahuntur in naturam
commutantis. Hac causa dicit Galen. alibi
medicamenta quæ ore accipiuntur, tanto
debere esse vehementiora ipso affectu qui
curatur, quanto pars affecta profundior est,
& à ventriculo longius abest: quia tanto
plus virium amittet in via. Addit alias causas
congruentes quidem omnes fati, quòd
scilicet deuorantur talia, admixta cum potu
& alijs cibus, & quod non hærent vni parti
ventris affixa, vt cuti cum exulcerandi gra-
tia admouentur. Probat deinde has esse ve-
ras huius dubitationis causas, quia cum suc-
ci acrimoniam retinent, etiam interius ex-
ulcerant, hinc enim in ijs qui maligna cac-
ochymia laborant, nascuntur vlcera spon-
te facta, nonnulla quidem interius, pluri-
ma exterius secundum cutem. Si igitur ea
quæ interius sunt. Cum acrimoniam retinēt
exulcerant, vt non exulcerent, euenit, quia
non retinent. Alia dubitatio est multo le-
uior: cur quædam cum exterius admouen-
tur, nihil lædentia, deuorata lædunt pluri-
mum, vt plurima venenorum. Quid enim
miri habet interius deduci ad actum, exte-
rius non posse? nam hac ipsa causa rhabbarum
admotum non expurgat, vt deuoratum.
In venenis alia ratio accedit, quòd à cute nū-
quam nisi quædam vehementissima, à ven-
tre facile in cor deducuntur. Alia dubitatio
huic similis est, cur quædam vtroque modo
lædant, quanquam inquit, nulla sint, quæ
interius & exterius sumpta, parem habeant
vim operandi, nam vel venena quæ exterius
admota necare solent, vt salua viperæ, scor-
pionis, & canis rabidi, hæc ipsa si potu den-
tur, vt in pharmacis quæ solent à veneficis
parari, lædunt citius, & magis. Respondet
huic dubitationi, id fieri quia quorundam
tāta vis est, vt etiam è cute subeat in profun-
dum, quorundā non. Nimirum non est om-
nium neque venenorum, æqualis vis cor-
rumpendi, aut alterandi, sed quædam plus,
quædam minus id habet. Ratio qua ea qua
litas quæ potentia inest, possit intensiorem
& remissionem, & diuerfos gradus accipe-
re dicta mihi antea est. Alia dubitatio est om-
nium leuissima. Cur homines aliquando læ-
duntur ab eisdem, à quibus aliquando etiam
iuuantur, neque solum diuersi homines, sed
homo idem. Facilis responsio est, om-
nia enim, siue alimenta siue medicamenta,
quantum-

quatumuis vtilia sint, idonea indigēt quantitate, & accipiendi occasione lædant. Producit rei apertissimę multa exempla, quæ non sit opus repetere. De calidis medicamentis satis superque actum est.

Quæ verò refrigerant, veluti papaueris succus hæc à nostro corpore ne vel paululum quidem demutantur, sed ipsum statim vincunt, ac mutant, etiamsi calefacta prius dederis. Est enim eorum natura frigida quemadmodum aqua. Quare illud recte ab Aristotel. sicut alia multa, dictum est, calidorum, frigidorum, siccorum, & humidorum corporum quadam esse talia per se, quadam ex accidenti, sicut aqua per se quidem frigida est, ex accidenti verò aliquando calida. Verum adquisititius eius calor breui perit, naturalis frigiditas manet. Tanquam igitur calida aqua flammæ iniecta, eam extinguit. Sic mæconium, si id quantumuis calefactum dederis, & calorem animalis perfrigerabis, & necis periculum adferes. Omnia igitur id genus medicamenta si exigue sint data & vna cum ijs quæ vehementiam frigoris eorum castigare valeant, nonnunquam usum aliquem corporibus nostris præstant, quem admodum in opere de medicamentis dicitur: si quidem medicamen id quod cantharides recipit, hydericis prodest: tametsi cantharis ipsa vesicam omnino exulcerat. Verum vbi per ea quæ admiscuntur, castigata est: ac corpori quod plurimo humore grauat, tum offertur, illum per vrinam expellit. Maxime igitur est attendendum in omnibus quæ potestate calida frigidave dicuntur, sint ne ex natura eorum quæ nutrire corpus possunt, an eiusmodi quæ exiguum alterationis momentum nata, deinde secundum propriam naturam alterata, corpus ipsum aliquo modo afficiunt. Tertio loco an nullo pacto ab eo quicquam alterentur. Si namque ex nutrientium sunt genere, si quidem vincuntur, calefaciunt: si non vincuntur refrigerant. Sin ex ijs sunt quæ exiguum quippiam alterantur, omnino calefaciunt. Si verò ex ijs quæ omnino non alterantur: maxime refrigerant.

Medicamenta frigida dicit refrigerare, quia non vincuntur à nostro calore, sed nos potius vincunt, etiamsi calefacta deglutiantur. Itaque medicamentorum frigidorum naturam esse dicit, quod non vincantur neque calefiant, ac proinde manentia frigida nos refrigerent. Dices, quo pacto ergo dicentur medicamenta hæc esse potentia talia? Si enim non refrigerant frigore quod recipiunt à nobis: sed eo quod habent, profecto actu talia sint, non potentia, si modo Galenus benè definiuerat, potentia talia esse, quæcunque non quod talia sint, sed quod talia fieri possint, talia dicuntur. Certè non dubium est frigida non

A posse dici potentia talia, tam propriè quàm calida. hæc enim calefaciunt quia calefunt: Sed dicendi potentia frigida, duplex est ratio, alteram docet hoc loco: ea est abusiua locutio, quia non calefunt, itaque dicentur potentia frigida (vt ita dixerim) negatiuè, quia non sunt potentia calida, hoc est quia omnino non, aut vix possunt caleferi: alteram docet. 3. de simpliciũ facult. cap. 19. quod principium etiam quoddam agendi recipiant medicamenta frigida à nostro calore, quia ab eo comminuuntur & deducuntur, quibus actis refrigerat multo magis. Verum hæc ratio venenis solum congruit, vt necet, ea enim necare non possunt sine delatione ad cor: refrigerare verò, & ea, & reliqua medicamenta frigida possunt, hærentia ventri, quinetiam & externæ cuti. Proinde Galen. ibidem dicit, si quis hanc causam dicendi potentia minus exactam censens, velit dicere medicamenta frigida non potentia, sed actu esse talia, se non repugnaturum, modo res intelligatur: atqui profecto mihi ita videtur. Quis enim nos obligauerit huic assertioni, omnia medicamenta esse potentia talia? certè satius sit singulorum generum naturas perpendere. Calida omnia potentia esse talia rectè dictum est. Ignem enim nemo recenset inter medicamenta, etiam si ad calefactionem igne vtimur ad quosdam morbos, sed inter elementa. Frigida non sunt proprie potentia talia, sed si quomodo, certè negatiuè (vt explicuimus) quia non vincuntur, à nostro calore, neque calefunt, sed si hoc ita est, cur refrigerant cum calida actu accipiuntur, hanc dubitationem diluit nunc comparatione quadam vsus, procedente sermone diluet fufius. Dicit ergo rectè illud esse dictum Aristotel. calidorum, frigidorum, humidorum, & siccorum, quadam esse talia per se, quadam per accidens vel ut aqua per se frigida est, cum autem calet, est calida per accidens, ac proinde calor aquæ quippe qui aduentitius est, breui perit, frigus quippe quod est naturale, diutius manet, hæc verba continent totam quæsitæ dubitationis causam, quam tamen vt dixi paulò infrà explicabit, interim comparatione vsus aquæ calidæ & flammæ respondet. Vt inquit calida aqua flammæ iniecta eam extinguit. Sic mæconium si id, quantumuis calefactum dederis, & calorem animalis perfrigerabis, & mortis periculum adferes. Comparatio hæc non est vt verum fatear, admodum exacta, quia aqua calida non extinguit ignem frigore, sed humore, & substantiæ modo, hoc est humore crasso & friabili. Extinguitur enim etiam à vino calido. Sed postea veniet sermo ad exactiorè: illud etiam videri posset parum attète dictum, omnia eiusmodi medicamenta (inquit) si exigue sint data & cum

& cum ijs quæ vehementiam frigoris castigare possint, nonnunquam vsum aliquem præstare, moxq; apponit exemplum chantaridis, & medicamenti ex chantaridibus: agit enim haud dubie de venenis frigidis, nam de illis est nunc sermo, & ipsemet dicit quæ vehementiam frigoris castigare possint, tamen chantaris est venenum calidum & corrosiuum. Dicere possis, hoc quod dicitur de chantaridibus non accipiendum vt exemplum, sed vt comparationem, quasi diceret, sicut chantaris vesicam exulcerat, verum per ea quæ admiscuntur castigata, vt est in medicamento ex châtardibus, hydropticis prodest, (hoc dicitur secundum Hipp. 4. de ratione victus in morbis acutis in calce operis) ita mæconiū & alia id genus medicamenta per sese & magna quantitate data necant, temperata verò aliorum admixtione profunt, vt Philonium medicamentum. Atque aded tam exigua quantitate, & ita emendata dari possunt, vt vel nutriant, vt. 3. de simpl. facult. dicitur. Sed dices rursus quo pacto hæc constare possint? Dicit siquidem Galen. eodem tertio venena calida genere venena esse & omnino: atque idem. 6. Epidem. parte. 6. cap. 5. dicit propriè venena ea solum esse quorum nullus sit in re medica vsus. Sed quo pacto hæc? Si enim omnia venena calida sunt genere, & omnino venena, non solum quantitate, vt frigida, & nulla venena quæ propriè id sunt, habent in re medica vllum vsum, nulla venena calida possint vsum præstare, quantumuis exigua quantitate, & vt cumq; emendata, accipiuntur. Nosse oportet duplex esse genus venenorum, quædam enim esse tantum venena, quædam venena & medicaméta. Quæ tantum sunt venena nullum vsum præstare possunt, quæ simul sunt medicamenta possunt. Veneni enim est necare, medicamenti præstare vsum, quare inest vtrumque ijs quæ vtrumq; sunt. Frigidum nullum est venenum tatum, quia omnium est vsus aliquis saltem ad somnum inducendum, & tollendos dolores, quin etiam possunt hæc victa nutrire: vt cum non posse vinci toto hoc lib. à Galen. dicuntur? impossibile accipiatur pro difficili vt ab Aristot. etiam solet, calidorum etiam sunt quædam, quæ etiam vtrumque sunt. Omnia enim medicamenta quarti gradus perfecti sunt venena. Quorū nullus est vsus, vt salua viperæ, & canis rabidi, & succus cuiusdam buffonis, & alia huiusmodi, quibus venefici nonnunquam, medici nunquam vtuntur. Gal. igitur loco citato ex. 6. Epidem. loquitur de postremo hoc venenorum genere, quæ nihil sunt aliud quam venena, hic de alijs duobus. Rursus repetit differentias eorum à quibus nostra corpora aliquo modo afficiuntur, dicens maximè igitur at-

A tendendum in omnibus quæ potestate calida frigidave dicuntur, sint ne ex natura eorum quæ nutrire corpus possunt, (hoc est alimenta) an eiusmodi quæ exiguum alterationis momentum naçta, deinde secundum propriam naturam alterata, id est per sese id est sua natura vterius in alteratione progressa, corpus ipsum aliquo modo afficiunt (hæc sunt medicamenta calida) tertio loco an nullo pacto ab eo quidquam alterentur. Hæc sunt venena frigida, quod ipsemet interpretatur dicens, si namque ex nutrientium sunt genere, siquidem vincantur calefaciunt, si non vincantur, refrigerant, si ex ijs sunt quæ exiguum quippiam alterantur, omnino calefaciunt: si verò ex ijs quæ omnino non alterantur, maximè refrigerant, hæc Gal. videtur autem huic sermoni deesse non nihil, quod ego addam. Nunquid omnia frigida medicamenta talia sunt, vt nihil vincantur? Nulla igitur frigidorum differentia secundū gradus est, sed omnia summe refrigerant, si autem non, sed quædam nihil vincuntur, quædam vincuntur exiguum quiddam, refrigerant, tamen quia non vincuntur satis, atq; in hoc plus & minus inest, incautè videtur Galen. dicere. Sin autem ex ijs sunt quæ exiguum quippiam alterantur, omnino calefaciunt. Nam quæ refrigerant etiam alterantur exiguum quippiam nisi sint quarti gradus. Certe ratio frigidorum est, quod non vincantur, hoc verò non inest æque omnibus: vt neque ipsum frigidū esse, sed quædam omnino nihil patiuntur, & hæc sunt summe talia, quædam exiguum, quædam aliquanto plus, nulla tamen aded vt vsque ad mediocritatem trahantur. Et quia vsque ad mediocritatem nunquam calefiunt, frigida sunt, eo autem plus, quo vincuntur minus, verum quod dicit Galen. quæ exiguum quippiam patiuntur calefacere, intellige quæ patiuntur secundum eandem qualitatem qua faciunt, vt calida quæ calorem recipiunt & calefaciunt, frigida verò tam longe abest, vt ita patiantur, vt etiam patiantur secundum contrariam: nimirum refrigerat etsi à nobis exiguum quippiam calefiant.

Attendere autem, vt dictum est, quam maximè oportet, ac discernere quæ per se sunt, ab ijs quæ per accidens, non in calidis & frigidis modo; sed nihilo etiam secius in siccis & humidis: quippe aliqua talium cum siccam substantiam sint fortita; vbi largo calore sunt liquata, humiditatis phantasiam præbent, veluti as & ferrum. Quædam per se humida, vbi in syncero frigore sunt morata, apparent sicca, sicut glacies. Minime igitur de ijs omnibus faciendum absolute & sine vlla exceptione iudicium est, sicut in superioribus monuimus, sed cum eo, vt

eo, vt quemadmodum sese in calore frigoreque habeant, consideretur, siquidem si exiguo praedita calore, nihilominus humida cernuntur, talia esse ex propria natura sunt censenda: tamen si cum copioso calore sint sicca. Quae verò vel sub feruente calore fluunt, vel sub puro rigore sunt concreta, ne horum quidem altera per se humida, altera per se sicca sint censenda. Ergo tunc ad hunc modum distinguere conueniet quae per se sunt, ab ijs quae per accidens, cum ad haec ipsa spectantibus eorum quae potestate calida, frigida, humida, siccae sunt, iudicium faciendum. Non enim ad id quod secundum accidens est, respicientibus: sed ad id quod secundum se, id quod potestate est, iudicari debet. Porro communis in omnibus vnaque iudicandi ratio, est alterationis celeritas. At cum calidum, frigidum, humidum, & siccum dicantur quovis quod scilicet alia per id quod exuperat, alia quod eam qualitatem, à qua sunt denominata. Summam habeant, in verumque horum prompte vertitur, de quo agitur iudicium, tale potestate fuerit. Oleum namque calidum potestate est, nimirum quod flamma facile fiat. Eodem modo, resina, bitumen, & pix. Vinum autem quod facile fiat sanguis. Pari modo mel, & caro, & lac. Atque haec quidem totis ipsorum alteratis substantijs nutrimenta se alterantium sunt. Quae verò vnaquolibet qualitate alterantur ac mutantur, ea medicamenta tantum sunt. Medicamenta itidem sunt, & quae nulla mutata substantia sua parte, sed tota seruata integra corpus ipsum afficiunt, ceterum graua & naturam animalis corrumpentia. Vnde & totum eorum genus deleterium & pestilens dici reor. Quippe haec non eo minus genere deleteria sunt dicenda, quod vbi planè minima exhibentur, nullam inferunt insensibilem noxam. Sic namque neque ignis ipse calidus sit, neque nix frigida. Nam horum quoque si quid prorsus exiguum est, nullum euidens in corporibus nostris excitat affectum. Quippe centesima vnius scintilla pars, est quidem omnino genere ignis: ceterum adeo nos non urit, excalesciatve, vt corpori incidens ne sensum quidem vllum sui excitet. Ad eundem modum frigida asperginis centesima porro non modo nihil offendat, aut refrigeret, sed nec sensum sui vllum praebeat. Nequaquam igitur sic iudicanda deleteria sunt, imò totius natura sua contrarietate. Porro iudicabitur contrarietas ex ea, quae medio intercedit, mutatione. In elementis, verbi gratia, neque aqua mutari potest in ignem, neque ignis in aquam, sed ambo in aërem, is verò in vtraque: at illa in alterutrum nullo modo. Ergo continens & sine medio est aquae mutatio in aërem, itemque ignis: non continens ignis & aquae in alterutrum. Haec igitur inter se contraria pugnantiæque sunt. Non dissimili ratione papaueris succus hominis corpori

A prorsus est contrarius, vt quod in eum quicquam agere ne vna quidem qualitate possit. Multo minus tota sua substantia possit. Atque vnum quidem deleteriorum genus eiusmodi est. Alterum eorum quae ex nostro calore momentum aliquod mutationis accipiant, ac deinde in multifarias alterationes vertuntur, quibus corrumpi naturam nostram accidit. Eiusmodi enim omnia deleteria genere sunt. Etiam si propter exiguitatem nunquam nihil quod sentiat, efficiant. Atque corporis naturam rodunt, putrefaciunt, & liquant, merito potestate calida nominantur. Contra quae refrigerant, & sensum auferunt, torporèmq; notabilem afferunt, frigida.

D E calidis & frigidis dixit haecenus, nunc agit de siccis & humidis medicamentis. Quae vt dignoscas, iubet excludere frigus quod concretionem possit facere, & calorem qui liquationem: his verò exclusis, tale esse quodcumque, quale sentitur. (Dicit enim quae refrigerant, haec à nostro corpore ne vel paulum quidem demutantur, sed ipsum statim vincunt, ac mutant, etiam si calefacta prius dederis. Est enim eorum natura frigida, quemadmodum aqua.) Mirum verò est, quod dicit medicamenta humida & sicca potentia talia esse, & tamen tactu faciendum eorum iudicium, excluso calore aut frigore externo. Si enim tactu sit iudicium, & quod excluso magno calore videtur esse humidum, humidum est, & quod excluso magno frigore videtur siccum, est siccum, certè sequitur humida & sicca actu talia esse non potentia. Nam actu tale definiatur, quod tale est quale apparet: & merito quidem, quia vnumquodque sentitur secundum id quo sensum afficit, verbi gratia ignis dicitur actu calidus, quia afficit sensus nostros calore. Glacies vero dicitur actu frigida, quoniam eam nostri sensus percipiunt frigidam. Facit verò vnumquodque, secundum id quod habet actu, igitur est vnumquodque actu, quale sentitur, nisi sensus praeter naturam affectus sit, vt hac causa eueniat decipi. Certè sicca & humida medicamenta quam plurima sunt, quae actu sunt talia, neque vllam reductionem ad actum patiuntur à nostris corporibus. Nam quis neget succum lactucae, & cremorem hordei, & oleum, & huiusmodi alia, actu esse humida, nec vllam humiditatem à nobis recipere? Eodem modo pulueres aloes, panacis, iridis, & spongiae vltæ, quis non videt actu sicca esse? Et à partibus quibus admoventur nullam siccitatem recipere? Sed aliquando etiam fortasse humiditatem vt cum

vt cum in vlcera injiciuntur: aliqua etiã sunt in humidis & siccis quæ quodãmodo sunt aliud actu ac potentia, velut succi & auxilia omnia quæ siccant, vt lixiuium, & marina, & muria actu humida sunt, quandoquidem fluunt & male continetur termino proprio, & bene alieno, tamen siccandi vim habent, & ad mota nostris partibus siccantur, & siccant: contra, quæ dura & concreta cum sint, sunt facile liquabilia, vt cera, & pinguedo caprina. Hæc enim continent sese suis finibus, & consistentiam habent, tamen ad mota funduntur, & humectant. Sed neque humida, neque sicca sunt potentia, tam proprie quam calida. Sunt enim talia participatione partium actu talium. Velut lixiuium participatione cinerum: marina salis: pinguedo & cera, partium oleosarum: & ea reductione ad actum, quæ fit cum nobis sunt ad mota, non fiunt illæ partes siccæ aut humidæ (inerat enim actu) sed deteguntur quodammodo: humida quidem, quia absumuntur partes aqueæ, quæ siccas impediabant: sicca quia funduntur liquata. Itaque Gal. non dicit calida, frigida, humida, & sicca potentia esse talia, quod omnia sunt potentia eodem modo (maximè enim talia sunt quæ calida, reliqua quodammodo, vt explicatum est) neque quidem quod omnia quæ ad quodcunq; horum generum referuntur (multa enim sunt humida & sicca, quæ nullatenus id potentia habent) sed quod in omnibus his generibus sunt aliqua potentia talia. Quod dicit venena contrarietate naturæ quam cum nostra substantia habent esse talia, contrarietatem verò hanc agnosci ex ea, quæ media fit, mutatione, velut aqua quia contraria est igni non potest nisi per medium aërem in eum mutari, animaduersione indiget. Nam si mutatione media agnosceretur contrarietas, tanto contrarietas esset maior, quanto plures mutationes mediæ essent necessarie, at verò pluribus est opus vt panis caro fiat, quam vt aqua ignis, siquidem hæc per medium aërem, ille per medium chylum & sanguinem, & rorem proprium partium. Magis igitur contrarius esset panis nostræ carni, quam aqua igni. Porro cicuta nutrire potest, atque cum nutrit, totidem solum commutationibus, quot & panis & carnes, mutatur in substantiam nutritiæque igitur essent hæc, venena nobis, atque illa. Igitur hæc substantiæ contrarietas quæ alterum alteri venenum esse facit, non tam agnoscutur multitudine mutationum quæ in medio sunt, quam mutationis difficultate: vt contra, ea similitudo aut analogia, quæ alterum alteri facit esse alimentum, non tam paucitate mutationum, quam facili commutatione, neque sanè difficultate mutationis secundum sub-

stantiam, contrarietas illa agnoscutur. Multa enim sunt quæ omnino non possunt esse alimenta, quæ tamen non sunt venena, quin etiam quæ fortasse sunt secundum medicamentosas qualitates amica, vt aurum, & lapides multi. Igitur illa contrarietas agnoscutur difficultate mutationis secundum qualitatem in frigidis, & in calidis secundum substantiam, cum maligna & corruptiua qualitate.

B ET priora quidem nihil non rationi consonum, nec ipsa pati, nec in corporibus nostris efficere videntur. Si quidem calido corpori applicata, & mutationis momentum aliquod hinc adempta, partim eorum ad summam caliditatem, partim proueniunt ad putredinem. Iure igitur pro affectu quem ipsa consecuta sunt, etiam corpus animalis afficiunt. At quæ corpus, tamen si ipsa calida sunt, applicata tamen refrigerant, non paruam dubitationem afferunt, virius potius natura sint. Nam si energia semel calida sunt reddita, cur animal non calefaciunt, si nondum sunt calefacta, quomodo apparent calida? soluetur dubitatio, si distinguatur, quod per se frigidum est ab eo quod est ex accidenti, ita vt Aristoteles docuit. Perit namque celeriter eorum, quæ ex accidenti sunt calida, acquisitius affectus, ita vt in priorem natura suam statim facile reuertantur. Porro in applicandis his nobis quæ natura quidem sunt frigida, sed per accidens calida, duo hæc contingere est necesse: & vt acquisitius, illorum calor pereat, & propria eorum temperies à nostra nihil immutata frigida perstet. Et quid miri, si papaueris succus, mandragora, vel cicuta, vel similia aliquid, quamuis exhibeantur calefacta, paulo post euadunt frigida? cum idem patientur ptisana, & lac, & far, & panis vbi in imbecillum ventrem dimissa. Ab eo non superantur. Euomuntur enim non raro abunde frigida, & quod his maius est, quodque Hippocrates norauit. Pituita ipsa quamuis iam succus sit, atque ex cibis in ventre iam concoctus nata, nihilominus frigida tangentibus sentitur. Neq; id modo dum in ventre consistit sed postquam à venis ipsis purgantibus cuiuspiam medicamenti vi est detracta. Tamen si enim quam tenacissima est, ac per vim ducitur, attamen ipsa quid tractus violentia calefieri potest. Quid igitur miri, si etiam papaueris succus quod natura nostra tam contrarium medicamentum est, quam celerrimè refrigeretur, etiam si calefactus sit exhibitus, refrigeret autem vna secum & corpus? quippe acquisitium calorem non seruat, propterea quod natura frigidus est. At quia eius substantia à nobis non alteratur, imo potius non alteret, & nutriat, idcirco nec à nobis quidquam recipit caloris. & pro sua natura nos afficit. Itaq; cum frigidus natura sit & nos vtiq; refrigerat. Nihil igitur in dictione nostra est dubitationis reliquum. Enimvero quod horum omnium quæ frigida natura sunt, quicquid plus iusto calefecerit, ex propria id natura recedat, prater-

præterquam quod nullam dubitationem habet, etiam prædictus à nobis affert testimonium. Sicur enim salamandra ad certum vsque terminum ab igne nihil patitur. Vritur autem si longiori spatio igni sit admotæ; sic & mandragora & cicuta, & psyllium breui spatio igni admotæ proprium adhuc temperamentum seruant, largius autem excalescunt illico corrumpuntur, nec quicquam efficere quæ prius poterant. valent.

Dubitationem diluere vult Gal. cur medicamenta frigida euenit refrigerare, etiam si calidis actu vtamur. Dicit id fieri, quia calor ille aduenticius est, & per accidens inest, quæ verò ita insunt qualitates, facile pereunt & in naturalem sibi statum faciles reuertuntur. Itaque quæ natura frigida sunt refrigerant, et si calida adhibeantur, quia calida non manent diu. Sed redeunt in suum frigus. Indicat autem Galen. multarum rerum exemplo, non mirum esse venena frigida, et si calida admoueantur nostris corporibus, paulò post euadere frigida. Ego causam huius rei reddidi primo libro controuersiarum, quam nunc quoque breui dicam. Quia talia sunt medicamenta frigida vt calorem à nobis difficile, & quædam eorum vix vnquam recipiât, neque retineri in calore à nobis possunt. Nimirum eadem facultate opus est ad conseruandum, quod præter naturam rei alicui inest, quæ ad gignendum. Quia cum sponte res labantur in ea quæ sibi secundum naturam congruunt, non minus repugnant retinentibus, quam agentibus extraneis naturas. Velut profecto non minori facultate opus est, vt sustentes pondus, quod desuper incumbit, quam vt subleues. Hippoc. primo libro de natura humana dicit, quod Galen. hic refert, pituitam vomitu aut deiectione reiectam, tactu etiam videri frigidam, at qui certè non tantum excretam iam, cum potuerit ab ambienti aère esse alterata, sed & intra corpus aliquando esse satis frigidam, indicant cruciatus illi maximi colicorum, quos vitrea pituita, non aliter quam refrigerando, solet inferre. Mirum quod psyllium ponit in venenis frigidis, cum tamen idem Galen. dicat octauo simplicium esse secundi ordinis refrigerantium eius semen, & in humiditate, ac siccitate mediocritatem obtinere. Dioscorides lib. 6. ponit illud inter frigida venena. Dicens illud epotum corpori toti frigus & torporem, cum exolutione afferre. Mesues sentiens illud non esse adeò frigidum dicit, constare diuersis facultatibus, esseque corticem tertio ordine frigidum, medulam quarto calidam & corrosiuam, itaque esse venenum calidum, ac proinde integrum tuto sumi, comminutum verò non sine maximo periculo. Ego vero

A dixerim, psyllium nullo modo esse venenum sed medicamentum moderate frigidum, leniens ventrem. Nam eo vsus sum sæpe in pueris laborantibus cruditate ventriculi, atque puerulis nunc integrum deglutientibus, nunc mandentibus etiam, nihil noxæ vnquam euenit, ne minimum quidem. Galeno verò licuit hoc loco, secundum communem quæ de psyllio habebat, opinionem exemplo vt, vbi de eo peculiariter egit, optimè est eius naturam interpretatus.

B Actalium quidem omnium natura hominibus maximè est contraria, (sane naturam cum dicò vniuersam substantiam ac temperiem, quæ ex primis elementis constat significo, calido, frigido, humido, & sicco) eorum verò quæ celerrime nutriunt, conuenientissima. Reliqua omnia media inter hæc sunt: quorum alia magis, alia minus agere ac pati à corpore nostro possunt. Si quidem castoreum & piper, agere magis in corpus nostrum quam pati ab eo valent. Vinum & mel & ptyssana pati magis quam agere. Ergo hæc omnia tum agunt circa corpus aliquid, tum verò patiuntur. Omnino enim, vbi duo corpora inter se commissa aliqua multo tempore pugnant certantque, de alterando, vtrumque eorum tum agere, tum pati est necesse. Fortasse autem etsi non multò tempore id fiat, attramen agit etiam id quod vincitur, in id quod vincit, verum ita exiguum, vt sensum effugiat.

C Neque enim si acutissimo ferro mollissimam ceram toto die ac nocte incidis, fieri potest vt non fiat manifestè obtusius. Ita nimirum illud commode dici videtur: Assiduo illisu durum cauat vndula saxum. Quippe ita quoque factum cernitur. Caterum vno aut altero ictu nihil adhuc euidentem videre in talibus licet, ex quo factum arbitror, vt quædam ab admotis sibi nihil prorsus pati opinati nonnulli sint. Et cedendum quidem est ita loquentibus. Sæpe verò nobis quoque ipsis ita plerumque loquendum est, nisi sicubi ad vltimum examen disputationem perducimus, quemadmodum in presentia facimus. Sic igitur à *επιπέδω* id est nunquam deficientis affectionis dogma, hys vtrique qui solum id ratione ipsa extimant, valente demonstratione non caret. Non est tamen eius ad priuatas singulatum obeundas actiones vllus vsus. Si namque adeò exigui affectus sint, quibus assidue afficimur, vt nulli actioni sensibile & manifestum incommodum afferant, facile profecto contemneri sunt, atque ei qui affectus id genus nullos esse dicit, non repugnandum. Perinde igitur habet & in hys quæ nutriunt propè dixerim omnibus: quippe quæ ipsæ quoque in corpore hominis aliquid faciunt, sed nec sensibile aliquid prorsus nec euidentem: diuturna tamen eorum exhibitio magno pere alterat, mutatque tam corpora. Sunt enim & quæ primo statim vsu manifestam alterationem suam indicent, veluti lactuca, quæ eos

quibus venter quidem aestuat, manifeste refrigerat, atque à siti vindicat, quibus autem refrigeratum est, manifeste ladit. Conducit verò & ad somnum non parum, neque id alia ratione vlla, quam quod frigido temperamento & humido est, verum sic est humida & frigida ad hominem, & alia quae ab ipsa nutrire sunt apta sicut viridia ligna ad ignem. Quare rationabiliter cibi id genus vtrumque praestant, & quod veluti medicamenta corpus nostrum afficiunt, & quod nutriunt, toto quidem concoquendi sui tempore, vt medicamenta, vbi iam nutriunt, ac prorsus sunt assimilata. Vt quae nihil in nos agant, sed naturalem calorem augeant, ceu prius est dictum, quippe id omnium quae nutriunt commune est. Nec est quod miremur, si modo exempli viridum lignorum non sumus immemores, esse aliqua quae priusquam assimilantur & nutriant, dum adhuc concoquuntur refrigerant, cum assimilata sunt. Ac iam nutriunt, calefaciant. Itaque vsus quoque talium omnium duplex medicis suppetit, nunc vt ciborum, tum vt medicamentorum. Fac namque mutata sit alicui optima ventriculi temperies ad calidiorē, is profecto quamdiu lactucam concoquit, refrigerabitur, & mediocritatem temperamenti assequetur. Vbi verò ex ea iam nutritus est, insiti caloris substantiam augebit. In eo igitur vel maximè sese fallere videtur iuniorum medicorum vulgus, quod ignorat in nobis aliquando qualitatem caloris intendi, aliquando substantiam eius augeri: tum quod vtroque genere veteres calidius factum animal dicant, quando etiam calidius sit, siue calorem eius intendas, siue substantiam in qua primo consistit, inaugeas. Finge namque ex his quae in animalis corpore continentur, sanguinem per se calidum aut si magis placet, flauam bilem: reliqua omnia ex accidenti esse calida vtrique quod horum aliquam habeant partem, nunquid necesse erit animal bifariam calidius esse, vel quod plus calidiorum succorum sit sortitum, vel quod calidiores eos habeat, quam ante? Mihi plane ita videtur, ad eundem modum arbitror & frigidus erit bifariam, vel quod plures illi succreuerint frigidi succi, ceu pituita & nigra bilis, vel quod eorum omnium modo non mutato sola qualitas sit intentata. An igitur miri quicquam est, si corpus quoad concoquitur, qui frigidus natura cibus est, sicut portulaca, & lactuca, frigide qualitatis non parum percipiat, percocto autem ac iam in bonum sanguinem verso calidi succi accessione calidius quam prius euadat? At qui si nihil horum aut huiusmodi est, quod fieri nequeat, aut etiam adhuc mirum, desinant iam obstrepere, qui vnum eundemque cibum, tum nutrimenti, tum medicamenti, vsus corpori praestare negant. Tanquam enim si omnino non percoqueretur, perpetuo maneret medicamentum, sic quum iam est percoctum, ambo efficitur. Pone enim prorsus non coquatur lactuca, vel si ma-

uis, succus ipsius, quando is si liberalius sumatur, similem in homine cum papaueris succo effectum habet, nonne hoc casu medicamentum tantum erit, an non? Nemo (arbitror) de ea re dubitet. Ergo habet omnino lactuca & medicamenti facultatem, at verò habeat & nutrimenti, quippe quae persepe nutrit. Ambas igitur facultates simul in se continet, non tamen similiter ambas ostendit. Verum vbi plus egit in homine quam sit passa, medicamenti potius indicat facultatem, vbi passa plus est, quam egit nutrimenti. Nec mirum illud est, si lactuca tum agere, tum pati contingit. Quando eni quoque ceu paulo ante diximus, non solum in ceram agere, sed etiam ab ea pati accidit. Caterum eo quod multo amplius est quod agit, quam quod patitur, alterum later. At si durissimum illi ferrum admoueas, contra magis pati quam agere tibi videbitur, tamen si agit aliquid tum quoque sed negligitur pro exiguitate eius vis. Itaque de omnibus prorsus cibis illud pronuntiare non dubitemus: quod non solum à nostris corporibus pati, sed etiam aliquid agere in ea possunt. Iam verò & de quibusdam quae plane scilicet & luculenter videmus agere, quod non tantum cibi sint, sed etiam medicamenta. Et lactuca quidem tam cibus quam medicamentum frigidum est. Erucata cibus quam medicamentum calidum. Quod si castoreum quoque spatio concoquitur, erit id quoque simul nutrimentum, simul medicamentum calidum. Ad eundem modum synapi, & piper, ex heruis quoque anethum, & ruta, & organum, & pulegium, & calamynthe, & thymbra, & thymum: quippe haec omnia tum cibi tum medicamenta calida sunt. Prius enim quam in sanguinem sunt mutata, dum scilicet adhuc concoquuntur, medicamenta: mutata verò in sanguinem, non vtrique iam medicamenta, sed nutrimenta, secunda nimirum nutrimenti significatione, quae id significatur quod nondum est alimentum sed veluti alimentum. Ergo sicut de lactuca paulo supra fecimus cum duos ventres alterum iusto frigidiorē, alterum iusto calidiorē finximus: ita nunc quoque pro contemplandis his quae potestate calida sunt, proponamus eosdem ventres, ergo eum qui frigidior iusto est, quo ad in eo continentur, ac concoquuntur, omnes id genus herba, calefaciunt, atque ad temperamenti aequalitatem reuocabunt, prodeuntque vt medicamenta: alterum verò qui calidus est, inflammabunt, ac magnopere ladent. Atque has quidem alterationes qualitate sua inducent, nam omnino percocta, & mutata, ac in sanguinem bonum iam versa, naturalis in animali caloris substantiam augebunt, non qualitatem intendent. In eorum enim siue frigidus siue calidus potestare cibus sit, posteaquam in sanguinem conuersus est, naturalem calorem similiter augebit. Quo ad autem ad sanguinis formam tendit, nec dum plane sanguis est redditus, refrigerat, excalefacitque animal medicamenti ritu.

DICIT,

DICIT, inter venena quæ nostræ naturæ sunt valde contraria, & alimenta quæ admodum similia, esse alia omnia quæ scilicet sunt simul alimenta, & medicamenta, explicatque multis verbis horum naturas, explicans quæ sit ratio alimenti, & quæ medicamenti, & vt possit eisdem congruere vtrumque, & vt sint quædam medicamenta magis quam alimenta, quædam contra: dicit rationem medicamenti esse agere in nostrum corpus, calefaciendo, refrigerando, humectando, aut siccando: alimenti verò pati à nostro corpore, & in illud nihil agere, nimirum, simile reddi corpori illud verò non mutare. Quoniam verò fieri non potest vt patiat, quin aliquid agat, cum omnium quæ in se sunt mutuo commutabilia, actio sit reciproca, vt à me quoque primo controuersiarum medicinalium monstratū est, explicat quo pacto dicat pati & nihil agere, quod scilicet nihil quod sentiri possit agat, omnino vero necesse esse vt agat aliquid qui quid patitur, probat multis exemplis, quibus eisdem ille crebro vtitur, gutta scilicet excauatū lapidē, & cere heberatū ensem, eundem hunc locū & eisdē exemplis tractat cap. 2. primi de locis patientibus: sed res est aperta satis, cuius ego causam loco citato ex controuersis reddidi. Itaque alimentum re vera aliquid facit in nos dum commutatur, id vero est tam exiguum & insensibile, vt liceat dicere nihil facere, sed pati solum. Nobis igitur ita dicentibus, alimentum est quod nihil facit sed patitur solum, quæ verò alimenta dum commutantur faciunt aliquid quod sentiri possit, vt lactuca, portulaca, & piper, hæc medicamenta simul sunt & alimenta. Sed quandoquidem alimentis vtimur seruandī naturalem calorem causa, videtur necesse esse vt alimenta calefaciant: atque ita dicitur rem habere: calefacere scilicet alimentum omne, non tamen vt medicamenta, hæc enim alterant secundum qualitatem, alimenta non ita, sed secundum qualitatem, vt dictum est, nihil facient, sed substantiam augent calidam. Hoc vt intelligatur, explicat multis, vt differant calefacere secundum qualitatem, & secundum substantiam: illud dicens esse augere qualitatem, hoc augere substantiam calidam, etsi eam non facias calidiorē. Dicit igitur alimenta omnia vno modo calefacere, quod augeant substantiam calidam sanguinem scilicet, interim verò quæ simul medicamenta sunt alterare corpora secundum qualitates, calefaciendo aut refrigerando, vt vnum quodque est, idque fieri dum adhuc commutantur. postquam enim commutata sunt & in sanguinem abierunt, omnia alimenta dicit similiter calefacere, augendo scilicet substantiam cali-

Adam, alterationem vero quam vt medicamenta inferunt, cessare, hæc docet hoc loco Gal. Sunt verò quædam assertiones, quæ maiori enarratione indigēt, ne quemquam perturbent. Dicit in principio præscriptæ dictionis, castoreum & piper agere magis in corpus nostrum quam pati ab eo, hoc verò videtur non posse ita habere, nam si medicamenta calida sunt potentia talia, necesse est eam qualitatem qua nos recalefaciunt, à nobis recipiant, nō potest igitur esse plus quod faciunt, quam quod acceperint. Deinde piper calefacit, & nutrit, alterat igitur secundum qualitatem & patitur secundum substantiam magis ergo patitur quā facit. Facere vocat Gal hoc loco, illud alterare, quod medicamenti est, pati verò ipsum nutrire, quia medicamenta faciendo aliquid nos afficiunt, alimenta verò patiendo nutriunt, & ipsum nutrire pati est, simile scilicet fieri: & alimentum nomē est rei victæ non vincētis: cum itaq; dicit, plus facit quam patiat, perinde est ac si diceret, plus alterat quā nutrit, quia scilicet calefacit multum, & nutrit parum: quod in calore dictionis habetur, possit etiā suspectum videri: dicit siquidem, omnino, n. siue frigidus: siue calidus potestate cibus sit, postquam in sanguinem conuersus est, naturalem calorem similiter augebit, quo ad autem ad sanguinis formā tendit, nec dum plane sanguis est redditus, refrigerat ex calefacitve animal medicamenti ritu. Hæc dicit, Videtur verò non vsq; ad formā sanguinis, sed postea etiā magnam differentiā afficiēdi corpora esse, in cibis calidis aut frigidis. Nam ex calidis calidus, ex frigidis frigidus sanguis gignitur: constat verò magis calefieri partes à calido sanguine & bilioso, quā à frigido & pituitoso. Certe cum dicit Gal. siue calidus siue frigidus sit cibus, naturalem calorem similiter augebit, postquā in sanguinem conuersus est. Intelligere debes illud similiter, non quod eque (nā haud dubie quædam calefaciunt magis, quædam minus vt alimenta etiam, quia quædam augent substantiā calidam magis, quædam minus, vt quæ sanguinea aut biliosa quā que pituitosa aut melancholica) sed similiter, id est, eodē modo, hoc est substantiam calidam augendo, nimirum omnia alimenta postquā mutata in sanguinem sunt, sunt calida vt alimenta, quia augēt substantiam calidam, & tamen quædam plus, quædam minus omnia tamē calefaciunt. Omnis enim sanguis calidus est, atqui, etsi fieri possit, vt id quod reponitur, minus calidum sit quam quod est absumptū, tamē alimentū per se calefacere nō nihil, constat, quia si omni alimento priuaretur corpus, magis frigeret. Itaq; refrigerare quodammodo potest cibus, per accidens scilicet, minus calidum reponendo, calefacit tamen per se ali-

quid quicumque, cum iam in sanguinē mutatus est: eo usque potest alterare, ut medicamentum, atque ad eō refrigerare: quæ tamē alteratio, confecto iam sanguine cessat. Quia sanguis nullus ad eō frigidus est ut nō calefaciat partes: constat, quia omnis, sanguinis effusione refrigeratur. Itaque iam post sanguinis generationē cibi omnes plus aut minus calefaciunt, estque illud iam alimenti, quæ alimentum est dicit. Finge ex his quæ in animalis corpore continentur sanguinem esse per se calidum. Aut si magis placet, flauā bilem. Vult scilicet deuitare quæstiones quæ alterius loci sunt, an sanguis sit per se calidus, an caleat alieno calore, ut Arist. visum est, & vter succus calidior sit sanguis, an bilis, an præter hæc sit aliud in nobis primo calidū, ut spiritus, aut cor ipsum per se. Nimirum hic locus non est de succis, aut partibus in homine, sed de temperamentis. Inter erat verò ad disputationem præsentem scire, esse in nobis aliquid per se calidum quo caleant reliqua, quod in hoc microcosmo sit ut ignis in rerū vniuersitate. An id sit sanguis, an bilis, an spiritus, an aliquid aliud, scire non intererat. Proinde neq; Gal. decidit: sed ponit esse omnino aliquid. Usq; ad eō authores graues, & q̄ methodū scribēdi nacti sunt, curarunt semper, ut quidque suo loco diceretur, neque ut plerisq; huius seculi, multis illis quidem, sed a methodis scriptoribus euenit, omnia in omnibus. Mihi sane dictæ nūc cōtrouersiæ, inter alias medicinales decissæ sunt: quorum verò ego diuertam ad ea quæ ipse autor consulto curauit declinare?

Sane omnis hac disceptatio ab vno principio pendet. Quo magis seruandum id, memoriaque tenendum perpetuo est. Cuilibet corpori proprietatem quandam temperamenti esse, quæ huic quidem natura sit consentiens, ab hac verò sit dissentiens. Tum si quod conueniens sibi est, in suam naturam transmutet, eo pacto caloris sui substantiam augere: sin ipsum sit mutatum, duorum alterum illi contingere, velut calorem quandam conquirat, vtrique si id à quo mutatur, excalfacit, vel propriū calorem amittat, si id non calefacit. Liqueat igitur ex ijs, quod eiusmodi omnia ex eorum sunt numero, quæ relata ad aliquid dicantur, quum ad proprietatem mutatis natura quicquid assumitur, vel nutrimenti vel medicamenti, vel vtriusque rationem sortiatur. Verbi gratia, cicuta a sturno nutrimentū est, homini medicamentum. Rursus coturnici veratrum nutrimentum est, hominibus medicamentum. Siquidem coturnicum temperies a similitudine sibi veratrum potest, quod hominum temperies non potest. Ergo manifestum iam arbitror factum quod iudicium eius quod respectu nostri calidum, frigidum, humidum, & siccum dicitur, non ex ijs, quæ extrinsecus sunt posita sed ex ijs quibus ipsi afficimur, certum exactumque fieri possit atque

A id tanquam primum ac maximè sit spectandum, deinde si res exigit, etiam quod ab externis petitur. Nam si euidentis sit ad sentiendum & clarius sit adhibiti medicamenti effectus, huic reliquis notis omnibus posthabitis credendum: sin debilis, & obscurus, atque etiam mixtus, aut vllam dubitationem sit exhibens, tum vtrique ad externa omnia conferentes de eo iudicandum. Ac neque horum quidem ad ea quæ longius absunt, sed neque ab ipsa quæ sit a rei substantia sunt desumpta. Verbi gratia, si oleum calidum est, non id inde spectabitur quod glutinosum aut pallidum, aut leue est, sed quod facile inflammatur. Id namque erat illi calidum potestate esse, quod celeriter in energia calidum mutatur. Ad eundem modum & in corporibus nostris, non vtrique id expendendum, an crassarum partium, an tenuium, aut humidum, aut leue, aut glutinosum, aut pallidum. Sed an calefaciat ad motum. Aequè verò an dulce sit, an aluum deiciat, an sanguinem, si instiletur, faciat in missione fluxibilem. Quippe hæc quoque superuacanea sunt, cum aestimare liceat, an calefaciat, cum admouetur. Ergo si notabiliter id valenterque faceret, quæ admodum piper, vtrique clarum id proculque dubio esset. Nunc cum minimè valenter id præstet: merito in quæstionem venit. Multò verò magis de rosaceo, & aceto dubitatur à medicis, atque ambiguitur, calida ne hæc, an frigida potestate sint. Agendū igitur id est, ut in omnibus quæ potestate calida, frigida humida siccaue dicuntur, exactas aliquas clarasq; discretiones inueniamus, sicut ante de energia sic dictū fecimus. Porro incipiendum arbitror ab ijs quæ euidentissima sunt, quando in ijs exercitatus facile consequitur ea quæ minus sunt euidentia.

Hactenus explicuit Galen. naturas calidorum, frigidorum, humidorum & siccorum, rationem inuestigans qua vnumquodque eorum tale est: nunc incipit docere modum dignoscendi cuiusque medicamenti facultatem, ac iudicadi calidum sit an frigidum quæ doctrina ad libros de simplicium medicamentorum facultate pertinet, quam calidum frigidum humidum & siccum, medicamentorum sunt primæ facultates: pertinet verò ad hunc, quæ sunt differentie temperamentorum: atque proinde hæc tractatio coniungit hunc librū cum opere illo. Tamen in hoc solum agitur de medicamentis calidis, frigidis, humidis, & siccis: in illo verò etiam de alijs facultatibus, ut de adstringentibus, laxantibus, expurgantibus, diureticis, & aliud quiduis facientibus. Nimirum hæc posteriores facultates, & si à cuiusque temperamento procedant, tamē differentie temperamentorum non sunt, vtilis primæ. Agere itaq; incipit, de ratione agnoscendi calidum, frigidum, humidum, an siccū, medicamentum quodcumq; sit, dicit verò procedere totam hanc doctrinam ab vno hoc principio, calidum, scilicet, frigidū, humi-

midum, & siccum potentia, non simpliciter sed ad aliquid dici, id quia non tantum in medicamentis, sed in alimentis etiam. Nimirum neque medicamenta, neque alimenta, sunt eisdem animantibus omnia, sed sua cuique eorum generi: atque adeo quod vni est medicamentum, euenit alteri esse alimentum, atque quod vni alimentum, alteri venenum. Velut veratrum nobis est venenum, coturnicibus alimentum, vt primò de plantis dicitur ab Arist. & cicuta, quæ nobis venenum est, sturno est alimentum. Huius causa, generatim (præter peculiare quædam quæ in singulis est,) in differentia nature contingit. Cui enim vnicuique generi sit natura sua, ab aliorum omnium naturis diuersa, euenit vni simile & analogum esse, quo alteri est contrarium & contra. Igitur medicamenta non sunt simpliciter & omnino, atque omnibus quæ sanitati aut morbo sunt obnoxia eadem, sed vt cuique animantium generi sunt sui cibi, ita sua medicamenta, vt inquam est cibus hominum, equorum, & bouum, sic medicamenta hominum. & belluarum: tamen si eueniat quibusdam generibus quædam medicamenta esse communia, vt & quædam alimenta medicamenta: itaque ad aliquid dicuntur. Igitur ratio vera explorandi quale quodcumque medicamentum sit, est, ab eo quod facit, cum admoventur ei ad quod dicitur, vt puta homini. Nam hæc ipsa est ratio qua talia sunt. Nimirum calidum hominis medicamentum est, quod hominem calefacit, frigidum quod refrigerat, humidum quod humectat, siccum quod siccatur. Proinde dicit, hinc esse iudicandum cuiusque temperamentum, non ex iis quæ extrinsecus sunt posita, hoc est non ex iis quæ non sunt in ipsa ratione & essentia qua talia sunt, sed accedunt: huiusmodi sunt cuiusque rei color, odor, sapor, durities, densitas, pondus, & aliæ qualitates. Non ergo tetandum est ex iis agnoscere temperamentum, sed ex modo quo ab ipsis afficimur, & ea debet censerī propria, certa que ratio dignoscendi: deinde verò, ac secundario, licet vt etiam ea coniectura que ab externis petitur: nimirum cum effectus medicamenti non est satis manifestus, sed dubius quodammodo. Vt autem medicamenti natura dubia sit, duplex est ratio, altera quod sit eius facultas & alterandi vis exigua, altera quod constet contrariarum facultatum partibus. Tunc igitur licet externa etiam adiungere, atque ita iudicare, sed ne tunc quidem quæcumque externa consideranda, sed quæ propius accedunt ad quæsitæ rei substantiam. Nimirum externa quædam longissime absunt à temperamento, quædam propius accedunt, & coniectura quæ ab illis capitur propius accedit ad certam cognitionem. Velut, (& si à

mentum accipiatur) multo magis ex odore & sapore coniectare licet, quam ex colore. Itaque maxima firmissimaque coniectura, ex modo quo nos afficiunt medicamenta, capitur. atque, quæ manifeste nos afficiunt vt piper, aperte cognoscuntur, quæ verò obscurius vt rosaceum & acetum, ea merito in quæstionem veniunt. ac varias opiniones. Acetum quidem quia contrarijs partibus constat, rosaceum quia quàm minimum recedit à mediocritate. Hæc præfatus, incipit docere regulas, quas in explorandis facultatibus medicamentorum, tenere oportet.

Ergo statim vt corpori hoc vel illud medicamentum cibive admoventur, expers esto omnis acquiritiij caloris vehementis & frigoris. Quam enim in superioribus determinationem innumus, cum sicca & humida corpora dignoscenda proposuimus, eadem nunc nobis quoque in iis quæ potestate calida frigidaque sunt, non minus erit utilis. Nam siue potest esse frigidum cum id applicas, manifeste calefacias, siue calidum refrigeres, corpus primo occursum qualitatis acquirite, non eius quæ propria est rei ad mota sensu afficietur. Vt ergo ad mota rei vera sincera que natura exploretur, tepidum quoad fieri maxime potest esto nec vllam extrinsecus notabilem alterationem valentis caloris, frigorisve caperit. Ac prima quidem ad mota medicamenti præparatio talis esto.

Prima hæc præceptio pertinet ad medicamenti cuius vires volumus explorare, præparationem: ea est, vt admoventur expers caloris & frigoris externi, & aduentitij: alioqui aqua putetur esse calida, si quis calida ea vtatur, quia calefaciet, vinum putabitur frigidum, si quis refrigerato vtatur, quia refrigerabit.

Applicatur autem, cum eius vim exploras, non cuiuslibet corporis affectui, sed simplicissimo, & quoad fieri maxime potest, summo. At si summi quidem caloris affectioni ad motum frigoris sensum exciter, erit profecto sic frigidum. Pari modo si frigido affectui applicatum, calidum statim appareat, id quoque erit calidum. Sin vel calida affectioni calidum, vel frigida frigidum sentiatur, non est quod hoc calidum, illud frigidum omnino pronunties. Est enim aliquando summi caloris affectus quem mediocriter frigidum medicamen adeo non alterat, vt refrigerando densandoque summum extrinsecus corpus, calorem intro concludat, ac diffusi veter, indeque affectum magis accendat. Ita verò & si quod frigido affectui admoventur, nullum adferat calorem, videndum est num id, cum sit aliquid mediocriter calidum, nihil erit in affectum, quæ summi indiguit caloris.

Secunda hæc præceptio pertinet ad corpus, seu affectum, cui debet adnoueri, applicari scilicet corpori affecto morbo simplicissimo, & quoad fieri possit summo. Certe multo exactior certiorque explorandi modus est, adnouere corpori temperato & optimè habenti. Hunc docebit primo de simplicium facultate, nunc docet modum explorandi in corporibus egrotantium. Iubet ergo adnoueri in simplicissimis affectibus: nam in complicatis, fieri potest, ut ob coniunctum alium morbum medicamentum proficit, & ad præcipuum morbum putetur profuisse, & ob id decipiatur is, qui caprat experimentum. Constat verò simplicissimos affectus hic dici debere, non solum eos, qui cum morbis alijs complicati non sint, sed qui nulla ratione habeant contrarias indicationes, sed intentione vnica curari possunt. Nam euenit non solum ob affectum alium, sed etiã ob vnici affectus causam aut symptoma, prodesse calida in calidis, aut frigida in frigidis morbis. Velut extinguit febrem medicamentum expurgans, alioqui calidum, & prodest in colico dolore opium, alioqui frigidum. Dicantur igitur hic simplicissimi affectus, qui vnica curantur indicatione, ut interperies calida, aut frigida tantum, & sine humore. Summis etiam morbis iubet adnoueri, quasi in exiguis affectibus debile argumentum capi possit. Ratione verò argumendi dicit esse hanc, si corpori summe calido admotum, frigoris sensum excitat, frigidum est: atque si in summe frigido, caloris, calidum. Et si verò in summe calido videatur calorem excitare, aut in summe frigido, frigus, non proinde certò possis argumentari, calidum esse aut frigidum, quia fieri potest, ut quod summe calido adnouetur, frigidum sit, tamen quòd sit debile non refrigeret, quin etiam aliquando, ut calefaciat, cohibendo calorem: & ut, etsi quod adnouetur summe frigido calidum sit, tamen quòd sit debile, non possit calefacere. Hæc Galenus quæ tamen videntur esse à ratione alienissima. Videtur enim potius, tanto certius esse argumentum, quanto medicamentum adnouetur affectui minori. Nam quodcumq; in corpore parum calido, aut temperato, frigoris sensum præstat, frigi iū est, & quod in parum frigido, aut temperato, calorem, calidum. In summe verò calido calidum etiam, quod remisse id sit, potest videri frigidū. Velut viua, (ut ipsemet dicit. de simp.) videtur frigida calentibus ex balneo, atqui constat eum qui summa febre vratur, non solum frigida, sed calida etiam aqua recreari. Fallacissima igitur regula est, medicamentum applicare summo affectui, nisi aliquid aliud addatur. Certe cum Galenus dicit si

A calido affectui admotū refrigerat frigidum esse, intelligi debet, si ita refrigerat, ut cum idonea perseverantia, & repetitione, possit integre persanare, hoc enim non euenit simili remissioni, sed contrario, neque qualicumque contrario, sed æquali. Atque ita capitur maius frigoris argumentum, si sanat calidum summe, quam si mitius calidum, quia agnoscitur esse non solum frigidum, sed & summe frigidum: in minoribus verò affectionibus est argumentum minus, quia curari possunt à minoribus. Hæc igitur ita intellige.

Ergo nec si admoti medicaminis exploranda vis est; nec si ex accidenti aliquid efficiat, non per se. Iudicabis autem quòd ex accidenti aliquid facit, tum ex affectu ipso, tum tempore. Ex affectu, si is simplex est, ac vnus. At a tempore determinabitur iudicium ad hunc modum, quod

C protinus ut admotum est calefacere vel refrigerare manifestè cernitur, id vtrique & ex se & per se tale fuerit. Quod tempore id facit, fortasse ex aliquo accidenti hoc est factum. Velut iuueni quadrati corporis tetano, æstate media laboranti, frigida liberaliter affusa caloris repercussum facit. Ceterum quod aqua frigida per se non calefaciat, ex primo eius occurso patet. Sensum namque inuehit frigoris. Præterea cutem quoad ei affunditur, frige facit, tum calorem nec in omni corpore, nec dum affunditur, inuehit. Imò tantum in iuvene quadrati corporis, & æstate media, & postquam à perfundendo est cessatum. Sicut igitur frigida quibus incidit, hæc illico perfrigerat, siue animata corpora sunt, siue inanimata, siue calida, siue frigida: ita si quod esset tempus, vel corporis natura, vel affectus vllus, in quo frigida primo statim occurso calor sensum inueheret, iure quæri possit, calefacere ne an frige facere per se nata esset. Nunc autem cum omnia tum

E animata, tum inanimata, protinus & perpetuo ab ea frige fieri cernamus, quibus autem insitus calor veluti sors quidam ignis in visceribus est, his adhibita, repercussum aliquando calor facit: rationabile arbitror ex accidenti, non per se talia calefacere sed nec latet qua ratione illud accidat: siquidem stipata clausaque corporis summa facie, repercussus refractusque sit calor eius, qui à profundo ascendit, quique simul propter diffinitatem inopiam est acervatus: simul propter frigiditatem circumstantis violentiam, in altum recedit simul ex succis istis habitis nutritur. Quippe ubi collectus nutritusque calor ad summa corporis violentius ruit, sit quidam caloris repercussus. Iudicium verò ac documentum, quod frigida nequaquam per se calorem auxit: Nam per se quidem cutem perfrigeravit, frigus verò eius, densitas & reditus calor ad profundum sunt consequenti: rursus horum densitatem quidem, diffusio prohibet, reditum verò ad interiora, concussio, consumatioque, qui

isti sunt succorum, est adsequuta. Horum verò, A
 d'fflatus prohibitio, caloris colligendi, succorum
 concoctio, eiusdem generandi, fuit occasio. Porro
 horum utrunque natui caloris sequitur auctio. Er-
 go intercedentibus & medijs vtrisque, frigida in
 animalis corpore caloris aliquando excitat in-
 crementum, per se nunquam. Sed non minus
 calor est, quando ex accidenti refrigerat, vri-
 que intercedente vacuatione, sicut perfusio phle-
 gmonem. Cum enim ex calida fluxione phlegmo-
 ne consistat propria quidem eius curatio, vacuatio
 superflui est, vacuationi autem particule, quæ per
 phlegmonem excalescens est, omnino succedit
 refrigeratio. Ergo cum duplex in ijs quæ phleg-
 mone laborant, particulis affectus sit: vnus quidem
 in quantitate, ex superuacui nature modum exe-
 rit abundantia, alter in qualitate, qui ex caloris
 spectatur ratione, sequitur prioris eorum curatio-
 nem, etiam posterioris curatio: Fiuntque ex
 accidenti quæ vacuant, calentis materia reme-
 dia, & inflammationis particularum refrige-
 rantia.

Tertia præceptio est videre quid per se
 faciat medicamentum quod adinoue-
 tur, & quid per accidens. Appellationem
 enim recipere par est, non ab eo quod per
 accidens facit, Sed ab eo quod per se. Non
 enim aqua debet dici calida, quia curat ali-
 quando tetanum, neque medicamenta res-
 soluentia, debent dici frigida quia tempe-
 rant aliquando male affectæ partis calorem.
 Quia hæc medicamenta, faciunt hæc per
 accidens, aqua quidem cohibendo cali-
 dum effluuium, calida resoluendo phle-
 gmonem. Dignosci quod per accidens fit,
 & quod per se, dicit Galenus ex duobus, ex
 affectu & tempore. Ex affectu si is simplicis-
 simus est, hoc est vt diximus, qui curetur v-
 nica intentione. Si enim talis est, id quod
 fiet, per se fiet in non adeò simplici, poterit
 fieri per accidens. Ex tempore: quia (in-
 quit) quod medicamentum primo occurfu
 facit id putandum est per se facere, quod po-
 stea succedit, potest per accidens succedere.
 Velut aqua quæ tetanum soluit, primo oc-
 cursu refrigerat, atque adeò quandiu infusio
 nõ cessat, postea neque id quidem in omni-
 bus neque semper, sed in quibusdã, & quo-
 dam tempore, succedit calefactio. Medica-
 menta etiam quæ resoluendo phlegmonem
 curant, primum quidem calefaciunt, quia id
 sunt nata per se facere: deinde succedit per
 accidens partis affectæ refrigeratio. Probat
 verò hoc ita debere fieri, quia per accidens
 dicitur hoc loco quod, per aliud fit, per se quod
 fit nullo alio intercedente. Ergo quod primũ
 facit, & antequam aliud quippiam interce-
 dat, per se facit: quod verò aliis iam interce-
 dentibus, postea fit, per accidens fit. Velut
 aqua per se mox refrigerat, calefacit verò

non statim, Sed postquam refrigerationi
 successit obturatio cutis & repercussio cali-
 di effluuii: itaque hinc nascitur alia ratio di-
 gnoscendi id quod, per accidens fit: considerare
 scilicet rationem faciendi. Semper enim quod
 per se fit, fit nullo intercedente, & illud cau-
 sa est eius quod per accidens fit. Vt aqua fri-
 gida calefacit postea, quia primum refri-
 geravit. Constat verò illud resoluenti. Nam
 calefacit quia cohibet calidum effluuium, co-
 hibet quia cutem densat, densat, quia re-
 frigerat. His itaque modis separare o-
 portet id quod per accidens ab eo quod
 per se fit, vt agnoscat quale sit medicamẽ-
 tum quodcumque. Sed obiciet videri Gale-
 num contraria docere: quia primo de sim-
 plicium medicamentorum facultate dicit, ad
 explorandum facultatem medicamenti nõ
 esse considerandum quod primo occurfu fa-
 cit, sed quod perseveranter admotum. Nam
 aqua calida primo occurfu calefacit, tamen
 non proinde dices aquam calidam natura
 esse. Hæc nullam repugnantiam continet.
 Siquidem hic intelligit, cum adhibentur
 medicamenta expertia omnis qualita-
 tis externæ, velut in prima præceptione di-
 cebatur, illic verò non ita, sed vtrũque adhi-
 beatur. Constat verò cum expertis omnis ex-
 ternæ qualitatis adinuetur medicamentũ,
 idem facere primo occurfu & perseveranter.
 Porro cum dicit hoc loco quod primo oc-
 cursu faciunt id per se facere, intelligendũ
 est postquam sint in actum deducta. Nã me-
 dicamenta calida non calefaciunt vique dũ
 sunt facta actu talia, & vt dictum antea est a
 alimenta, & si omnia sint calida qua alimẽta,
 tamen primo occurfu refrigerant, neque ca-
 lefaciunt antequam coqui & vini incipiunt.
 Itaque primũ occursum hic intelligit, post-
 quam sint ad actum redacta, in iis quæ red-
 ductione indigent, frigida enim reductio-
 ne nulla indiget neque humidorum aut sic-
 corum quamplurima.

Ergo tum hæc discernere oportet, nõ id agere, vt
 pro modo simplicis affectus etiam virium medica-
 menti inueniatur modus. Verbi gratia: si calidus
 in summo affectus sit, frigidũ quoque, in summo me-
 dicamentum pareretur. Sin affectus a summo paulo
 recedat, medicamentum, quoque a summo paulũ
 declinet. Si plus a summo calore absit affectus ad
 portionem absit a summo frigore medicamentum.
 Quippe si auspiciatus a tali coniectura examen eo-
 rum sis, facilius propriã cuiusque, inuenias vim. Ad
 summã enim in omni simplici affectu calido quod-
 cumque adhibitum medicamen primo statim oc-
 cursu frigoris sensum intulit, id frigidum pote-
 restate est, ac multo profecto magis, si post pri-
 mam exhibitionem tale perpetuo manet. Quod si
 calidum affectum prorsus sanet frigidum id ex ne-
 cessitate fuerit.

Videri possit alicui nunc Galenum nu-
gas agere, siquidem docens modum
explorandi quale sit medicamentum quod-
cunque, iubet ut ad hoc ipsum examen faci-
endum accipias contrarium æquale affectui
corporis cui admoventur, ut pro summe cali-
do summe frigidum, pro remissius calido re-
missius quoque frigidum. Sed si agnosco me-
dicamentum esse tale & huius gradus, quid o-
pus est hoc examine: si autem non agnosco qui
possim accipere? duplex ratio est examinan-
di medicamenti cuiusvis vires: prima quidem
investigare cuius facultatis sit, an calidum
an frigidum: Secunda est, cum cuiusvis
qualitatis esse dicitur, experiri an reuera ta-
le sit. Prima quidem arte utimur ad medi-
camenta nova, & quorum historia nondum
in antidotariis scripta est, qualia sunt quæ
ex Indis nunc denuo deferuntur, & alia eti-
am eorum quæ apud nos nascuntur, quorum
tamen notitiam veteres nobis non relique-
runt, aut ea excidit: Secunda utimur ad alia
omnia quorum historiam habemus scri-
ptam in antidotariis. Primam docuerat ha-
ctenus Galenus, secundam nunc docet.
Si enim legis plantaginem frigidam esse
secundo ordine, visque experiri an
talis reuera sit, adhibens affectui secun-
do ordine calido, eius rei certior fiet. Si
enim refrigerat statim, ac multo magis,
si etiam perseveranter, atque usque dum
perfanet, talis certe est. Animadvertite Gale-
iam non docere, si in calido affectu frigi-
dis sensum moueat frigidum est, sed si cali-
dum affectum prorsus fanet: quibus verbis
aperte incidit in enarrationem, quam ego
antea dixi, usque ad eam ad assequendam ex-
acte auctoris cuiusvis de re aliqua senten-
tiam, non sunt excipienda verba quædam
pauca seorsum, ut à calumniatoribus so-
lent, sed legedi integri libri, qui de ea re scri-
pti extent.

Adhibendum verò est, cum exploratur om-
nino tepidum, ut prius testati sumus. Vbi iam
cognitum est tale esse, deinde curationis causa
tale petitur, rectius frigidum sumitur. Nisi si
medicamen summi sit frigoris, morbus in summo
caloris non sit. Atque hæc quidem diffusius
tum in opere de medicamentis, tum curandi
methodo traduntur: ad presens illud saltem no-
uisse oportet, si quod calido & simplici affe-
ctui adhibetur medicamentum, tum protinus,
tum toto deinceps tempore frigoris sensum, ac fa-
cilioris tolerantie iuuamentique laboranti affert,
id frigidum necessario est, tametsi in alijs nonnun-
quam videatur calidum. Deprehenduntur enim
in illis, si diligenter exploretur, non utique
per se, sed ex accidenti excalescere. Cum per se
dicimus, vel primum, vel nullo intercedente me-
dio, omnibus eiusmodi verbis idem potestate signi-

ficamus. In quibus omnibus lectorem in opere
de medicamentis proprijs exemplis exercita-
bimus.

O Biter hic tetigit præceptum quod ad
curandi artem pertinet: cum iam co-
gnita vis medicamenti est neque exploran-
di gratia, sed curandi adhibetur, non esse ad-
hibenda tepida, sed satius esse ut quæ frigi-
da sunt, & admoventur ut refrigerent, frigida
admoventur: quæ calida, calida. Nisi, in-
quit, cum medicamentum quo utimur ma-
ius est quam pro morbi magnitudine, ut si
morbus calidus sit sed non summe, medica-
mentum verò summe frigidum, tunc enim
si refrigeratum etiam admoventur, læderet
multo magis, debet potius emendari quali-
rate contraria, ut si scilicet frigidissimum est
potentia actu calidum admoventur: si cali-
dissimum, actu frigidum. Alij etiam sunt ca-
sus quibus frigida medicamenta tepida de-
bent admoueri, ut cum ob naturam partis
aut positum timetur primus occurfus: & alij
etiam sunt modi corrigendi medicamenta
quæ videtur esse maiora morbo: nam & ad-
missione cum alijs, & detractione quantita-
tis corriguntur. Sed hæc alterius loci sunt:
hæc obiter dicta à me sunt, ut & ab ipso Gal.

D Nunc recensitis his, quæ ante iam dixi, propo-
sito libro commodum imponere finem tentabo.
Cum nanque calidum corpus multifariam di-
catur, nam & quod summam eiusmodi ha-
bet in se qualitatem, ipsum scilicet elemen-
tum, & quod propter eiusmodi qualitatem pol-
litem, nomen est sortitum, ad hæc quod colla-
tum ad aliud dicitur, vel ad id quod mediocre
eiusdem sit generis, vel quicquid fors tulerit, sic
& quod potestate calidum est, energia verò non-
dum dici potest, intelligi probarique multis mo-
dis oportet. Quo utique minus recte si quid non
statim inflammatur, id aliqui ne ut ad nos
quidem esse calidum potestate putant. Nam si-
ue facile concoquitur, & cito nutrit, erit ut
ad nos calidum: siue admotum veluti medica-
mentum calefacit, erit id quoque ut ad hominem po-
testate calidum. Sic nimirum & per singulas ani-
malis species ipsum potestate calidum, siue est ut
medicamentum, siue ut nutrimentum, ad illud tã-
tum animal calatum dicitur. Est enim ex his quæ
ad aliquid referuntur, quicquid potestate ali-
quid dicitur. Quare & probatio qua propria
est, melior utique est, quam quæ ab externo
petitur. Propria verò est una in singulis, uti-
que si celeriter tale fieri appareat, quale id esse po-
testate diximus. Est enim potestate ignis quicquid
celeriter in ignem vertitur: potestate verò calidum
ut ad hominem (est ex speciebus eorum quæ ex
eo quod in ipsis præpollet dicuntur) quicquid ho-
mini applicatum naturalis eius calor vel quali-
tatem auget, vel substantiã. Eadem mihi & de a his
censeri

257
conferi dicta velim, quacunque scilicet potestate frigida, vel sicca, vel humida dicantur, quum hec quoque partim veluti ad ipsa elementa, partim veluti ad ea, quæ ex præpollente sunt nominata, tum intelligi, tum explorari, tum doceri conueniat. Patet verò eius quoque qui iudicat tactum, omnis acquisitionis caloris & frigoris expertus esse debere, sicuti de medicamentis ipsis prius est dictum.

E Pilogum facit dictorum omnium, & concludit librum. Narrata satis iam sunt, omnia quæ ille repetit, quare opus non est ut & ego repetam. Illud vnum lubet animaduertere eum hic aperte docere (tamen si in initio videbatur contrarium insinuare) non eadem esse calida, ad ignem & ad nos. Nam inquit, quo utique minus rectè si quid non statim inflammatur, id aliquine ut ad nos quidem esse calidum potestate putant. Constat hinc rursus (quod antea monui) ad eruendas autorum sen-

tentias, legendos esse integros libros, qui de re quacunque sint. Illud vnum dicit denovo in hoc capitulo (posset etiam tacere) tactum quoque eius qui iudicat, omnis aduentitij caloris & frigoris expertem esse debere, sicut de medicamentis ipsis prius est dictum. Nam si ad agnoscendas facultates medicamentorum intelligit, frustra requirit tactum medicorem: quandoquidem ea non tactu, sed effectu iudicanda sunt. Si verò intelligit tactum eius hominis cui experiundi causa adinoueretur, cum ille hoc opere non præceperit admouere temperato homini, sed summe calido aut frigido, non potest habere tactum expertem caloris aut frigoris. Sed hoc accipiatur dictum in communem, non ob medicamenta, solum, sed omnia temperamenta, spectetque ad epylogum: non tantum tertij huius libri. Sed totius operis cuius sunt etiã duo libri primi, quibus agitur de calido, frigido, humido, & sicco: quæ actus sunt.



DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM FACULTATE,

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

VANTVM conferat simplicium medicamentorum exacte facultates cognoscere, tum ad variorum compositionem, tum ad inuentorum opportunum usum, non habeo nunc ostendere. Nam illud in opere de medicamentorum compositione: hoc in curandi methodo monstrabitur. Verum quod succedit tractationi de temperamentis, id in præsentia dicetur: ubi videlicet prius vocabulorum, quibus in hoc volumine libro, significata definiuimus. Medicamentum, omne id dicimus quod naturam nostram alterare potest, sicut (puto) nutrimentum quicquid substantiam augere. Refertur enim vtrunque ad aliquid. Porro medicamentum simplex & ipsum per oppositionem ad compositum appellatum est. Est autem id, quod secundum naturam suam sincerum est. At facultas, causa quadam est effectrix. Ea quæ partim actu siue energia est, alia in futuro tempore. Actu quidem ut calefaciendi in igne refrigerandi in glacie. In futuro autem ut calefaci-

endi in pyrethro, & castoreo, & similibus: refrigerandi, in alterco, mandragora, & id genus. Sane quandam esse facultatem in purgatorijs quidem medicinis purgatoriam, vomitorijs vomitoriam, sternutatorijs sternutatoriam bechicis (hoc est, quæ tussim, vel sedant vel cient) bechicam. & vnoquoque in opere peragendo, quæ denominetur ab eo quod ipsa efficit, ferè non est qui ambigat. At quæ sit huius facultatis essentia, quidam certe non posse agnosci existimarunt: quales sunt Sceptici Philosophi, & qui inter medicos vocati sunt Empirici. Sed & qui nosci posse arbitrantur, inter sese dissident. Quidam enim ad magnitudines & figuras corpusculorum ac meatuum, quos *ὄργανα καὶ πόροι* appellat, referunt. Alij ad caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ac siccitatem, pro sua videlicet vtrique prima elementorum constitutione. Quare & nos, quia libro de elementis secundum Hippocratem, ex calido, frigido, sicco, & humido, cum aliorum omnium corpora, tum animalium constare ostendimus: has effectricium facultatum essentias tum in alijs omnibus, tum in medicamentis

camentis statuemus. Sic autem & in tertio de temperamentis demonstratum est. Ac qui volet quæ nunc dicenda sunt assequi, in eo tractatu se prius exerceat oportet: quippe cum illic quæ vniuersim ac in genere de medicamentis nouisse conueniat, exposita sint, nec hic toto vrigi, in genere quicquam noui dicemus, verum quæ illic generatim sunt scripta, ea hic speciatim elaborauimus.

Hoc opus succedit tertio de temperamentis. Nam in eo agitur de simplicium medicamentorum facultatibus, quædam autem facultates eorum sint ipsæ temperamentorum differentia, calor scilicet, frigus, humor, & siccitas: reliquæ his succedunt. Hæc doctrinæ pars est medicinæ therapeuticæ seu curatiuæ. Nam ad eandem artem pertinet opus suum exequi, & materiam propriam agnoscere: ita ad eandem medicinæ partem agnoscere medicamentorum vires, & eis uti. Ad duo enim præcipue dicit esse necessariam hanc doctrinam, ad medicamenta componendum, & ad recte vtrudum medicamentis. Nam nisi scias qualia sint singula simplicia, qua arte possis recte componere? aut medicamentis quorum non agnoscas facultates, benè uti? Sed horum alterum in libris de compositione medicamentorum secundum locos & secundum genera docetur: alterum in libris de methodo medendi. Nimirum medicamentis uti, nihil aliud est quam mederi. Igitur hoc opus ad reliqua Galeni eum habet ordinem, ut libris de temperamentis mox succedat, antecedat verò libros de compositione medicamentorum, & de methodo medendi. Explicat in primis Galen. huius operis argumentum, definiens singulas partes tituli, qui est de medicamentorum simplicium facultate. Interpretatur ergo quid sit medicamentum, & quid simplex, & quid facultas. Medicamentum (inquit) dicimus quod naturam nostram alterare potest: ut nutrimentum, quicquid substantiam augere. Refertur enim vtrudum ad aliquid. Hoc plus satis explicatum est, tertio de temperamentis. Medicamentum simplex dicit esse, quod secundum naturam suam syncerum est. Intellige hic syncerum secundum naturam dici, quod nihil habet præter id quod natura habet, nihil scilicet compositionis ex arte accepit. Fieri enim potest ut medicamentum ex multis, atque adeo facultate diuersis partibus, constet, ut lés ex cortice & medulla, atque adeo compositionem habeat naturalem, sed quia nullam compositionem habet ex arte inter simplicia recessetur: quia scilicet syncerum est secundum naturam: hoc est solum habet, quod est sibi naturale. Facultas est causa quædam effectrix, hoc est ea vis qua medicamentum aliquid facit, ut vis qua calefacit, qua refrige-

rat, qua adstringit, qua laxat, aut aliud quidpiam facit. Ea vis effectrix, seu facultas (inquit) partim actu est, partim in futuro tempore, hoc est partim potentia, & fieri potens magis quàm iam existens: actu quidem, ut calefaciendi in igne, refrigerandi in glacie: in futuro autem, seu potentia, ut calefaciendi in pyrethro, & castoreo, & similibus: refrigerandi in alterco, mandragora, & id genus alijs. Tamen si tertio de temperamentis dixerat, omnia medicamenta calida, potentia esse talia, tamen hic dicit quibusdam inesse actu facultatem, quibusdam potentia. Nimirum illic medicamenta vocare volebat, nisi quæ ad nostrum corpus essent talia, & à nostro calore ad actum deducerentur, reliqua, ut igne & aqua, elementa potius vocabat. Hic verò vocari vult medicamenta, quæ vim habent nostra corpora alterandi, siue eam habeant actu, siue potentia, quia vtrisque possumus mederi. Nam & igne, & frigida aqua utimur ad quosdam morbos. Sed tamen interim scias, quod dicitur, medicamenta ad aliquid esse, de iis solum intelligi quæ potentia sunt talia: nam quæ actu, non alterant potius hæc quam illa, neque viuientia potius quàm in anima, sed in differenter omnia quibus adiuuentur. Ignis enim non calefacit potius hæc quam illa, aut aqua refrigerat, sed in differenter omnia. Non enim ut operetur accipiunt aliquid ab hoc potius quam ab illo, velut quæ potentia sunt, quæ in ea tantum sunt nata operari, à quibus possint ad actum transferri. In hoc itaque opere agendum est de medicamentorum simplicium facultatibus. Duo autem sunt inuestiganda. Primum quæ causa sit in quâ facultas quæcunque referatur. Deinde quæ facultates sint in vnoquoque eorum quibus medici utuntur. Primum quidem docetur physice, primis quinque libris in quos nunc paramus commentaria: secundum, reliquis sex, qui nullis commentariis indigent, cum extent quæ Mathiolus scripsit in Dioscoridè. Itaque in primis his libris, quot & quæ facultates medicamentorum sint, inuestigandum, & in quam causam quæuis earum referatur. Quot & quæ sint ex modis quibus nos alterat agnoscitur, potentia enim agnoscuntur ex actionibus. De causis verò variè sunt sententia philosophorum & medicorum: alijs quidè negantibus sciri eas causas posse (in quibus sunt philosophi Sceptiti vocati qui fluxerunt à quodam Pirrhone, & medici Empirici) alijs affirmantibus, sed per differentia placitorum quæ sequuntur, afferentibus causas diuersas. Præcipua autè differentia est in sententia quam quis habet de elementis rerum, nam in ipsa elementa, necesse est referantur omnia quæ insunt concretis: atque ita (inquit) qui omnia componi volunt ex corpusculis & inani

& cinani, omnium facultatum, vt expurgatorie, vomitorie, & bechicæ, & aliarum caulas referunt in modum quo habent corpuscula & pori. Qui omnia ex calido, frigido, humido, & sicco componunt, in ea referunt causas omnium facultatum medicamentorum: Atque ita sibi faciendum dicit, referendum, scilicet omnium caulas, in calidum, frigidum, humidum, & siccum: quandoquidem sequitur sententiam Hippocratis de elementis. Verum cum Galen. dicit se relaturum omnium caulas in calidum, frigidum, humidum, & siccum, noli ea quatuor nomina pro qualitatibus accipere, sed pro substantiis, quasi diceret, in ignem, aërem, aquam & terram. Neque enim idem est, nam multarum facultatum causæ, vt processus ipse indicabit, non referuntur in calorem, frigus, humorem, aut siccitatem, sed in modum substantiæ, qui attenditur in modo corporaturæ, qui penes crassitiam, tenuitatem, densitatem, aut raritatem, & huiusmodi alia est. Atqui is ipse modus substantiæ, refertur in elementa, quia non potest aliunde nasci, quam ex eorum proportione & mixtionis modo, tamen non refertur in calorem, aut frigus, neque humorem, aut siccitatem, alioqui non possent esse diuersi substantiæ modi cum eodem temperamento, vt certe sunt sæpe. Non igitur refertur temperamentum in modum substantiæ, neque contra, sed vtrique in elementa, quia elementis singulis est qualitas aliqua actiuarum, & sua etiam corporis modus, vt sua tenuitas, aut crassities, raritas, aut densitas, durities, aut mollities. Neque in elemento nascitur vlla qualitas ex alia, vt in libris de natura monstraui, sed omnes insunt illis primo & per se. Non enim resolui possunt elementa nisi in principia, hoc est materiam & formam. Omnia igitur eorum accidentia fluunt per se ex forma, & non alia ex aliis: atque ita facultatum medicamentorum causæ referri possunt in substantiæ modum & is substantiæ modus, in substantiæ modum, qui est in elementis, quin veniat resolutio ad calorem, frigus humorem, aut siccitatem. Igitur vt dixi, cum dicit Ga. se relaturum omnium caulas, in calidum, frigidum, humidum, & siccum, perinde accipe, ac si diceret in ignem aërem, aquam, & terram. Atque id memoria retine ad totum hoc opus: alioqui in quam plurimis videbitur tibi doctrina esse manca.

CAPVT II.

In primis quidem, ac maxime sumendum est iudicanda facultatis experimentum ab eare ad quam dicitur. Siquidem non protinus si hominem refrigeret cicuta, & sturnum refrigerabit aut si sturnum nutriat, nutriet & hominem. Eadem ratione neque si hominem purget veratrum, continuo pur-

A gabit & conturnices: neque etiam si hos nutrire valeat, consequens statim est, vt & homines. Proximum est, vt quod ex accidenti est, distinguatur ab eo quod primario ac per se. Nam aqua frigida calorem quandoque reuocat, cutem refrigerando, contrahendoque, ac condensando. Ad id enim caloris consequitur reuocatio, velut in tertio de temperamentis ostendimus. Rursum calida quoque ipsa sepe numero refrigerat, excalescens nimirum humorem digerendo. Nam si his ad amissum distindis, ad inquirendam facultatis explorationem accesseris, haud facile, mea quidem sententia, falli queas. Caterum a nullo alio desumi iudicium, quam ab eo ad quod dicitur, id quidem per facile est, non videlicet an insecta animalia oleum interimat, neque an pingue, aut lentum, aut leue sit considerantes, cum an calefacere, aut frigidificare, aut humectare an siccare corpus humanum valeat, inquitur: eundem in modum, neque an colore sit rubro rosa, neque an albo cerussa: si quidem necessarium non est, quicquid rubrum sit, esse calidum: neque quicquid album, esse frigidum, sed an admota corporibus nostris primario ac per se excalescant, ac non interueniente quopiam, neque ex accidente. Ac si ita quidem, facultate esse calida: vt si refrigerent, frigida. Nam per deos immortales, vnde nam dicere possumus an calidum sit facultate album piper granum cnicum cnicus calx, & veratrum album? aut vnde quod frigidus sit samis aster, terra selinusia, cerussa, nix, & lac. Omnia enim ea coloris sunt candidi, viribus vero vel maxime pugnant (sunt ergo nix & calx colore similima, viribus autem pugnantissima) sed pugnantiam sensus diiudicat. Siquidem niuem applicatam protinus ac primo statim occursum frigidam percipimus, & quoad tangatur magis semper magisque frigidificare sentimus. Videmus porro ipsam neque durare, neque seruari posse, si vel leuis calor eam occupet. At calx, neque primo occursum refrigerare percipitur: & vsque dum applicata manet, perspicuo magis ac magis semper excalescit. Hinc constat ex eo quod semper vnum idemque efficiat, quoad nos contingit medicamen propria eius iudicandam esse facultatem. Etenim quod ab initio ad finem vsque dum applicatum est, magis semper calefacit: id non ex accidente, sed ex sua natura est tale. Sic etiam quod a principio ad finem vsque refrigerat, ex sua facultate est frigidum, non ex accidente. At sane si nihil moratus atque ex posteriore, ac post oblationem eius facultatem expendere voles, sepe numero falleris. Ac forte non nunquam aquam frigidam, non frigidam modo, sed & calidam possidere facultate dices: vbi videlicet frigidificare semper dum nos contingerit apparebit, frigidam: vbi vero calorem reuocabit, calidam. Quare hac indiscriminata relinquenda non sunt, dandaque insuper opera, vt quodcumque medicamentum in iudicium vocare velis (id quod in

libris

Libris de temperamentis monuimus) omnis sit ex-
pers aliena tum frigiditatis tum caliditatis, ne vi-
delicet naturam eius facultatem ad scititia qua-
litas adulteret. Ad hæc, quæ & ipsa præcepimus,
nutrimentum à medicamento distinguito. Atque
ea vtraque ad aliquid dici memento, tum circa
eandem sæpe substantiam consistere, velut & id
quoque monstrauius. Nec secius quod quædam
tota substantia in sese mutuo & agant & patian-
tur: quædam verò vna duntaxat, aut duabus qua-
litatibus. Super hæc, alia tamen esse tenuia siue
tenuium partium (Græci λεπτομερῆν vocant) alia
crassa, siue crassarum partium παχυμερῆν, (Græci
nominant) tenuia quidem, quæ facile in tenues
comminui partes possint: crassa, quæ cōtra. Atque
vt semel dicam, omnium meminisse distinctionum
oportet, quas in tertio de temperamentis posuimus,
vt secundum illas medicamentorum omnium spe-
cies facultas explorari valeat.

CONSTAT rursus ex his quæ de crasso di-
ximus (quod. 4. etiam de physica do-
ctrina in Aristotelem edito cap. 9. indicauimus)
longe differre (quanquam vulgus philoso-
phorum aliter putat) crassum & tenue, à ra-
ro & denso, atque densari multa quæ non
crassescant, vt glaciem: nimirum crassities
& tenuitas consistit in partibus: raritas &
densitas in magnitudine & exiguitate por-
orum. Cum igitur medicamentum aliquod
rarum esse dicemus, intelligemus multis &
amplis poris: cum dēsum, exiguis & paucis:
cum crassum: quod nisi in crassas partes dif-
ficile distrahatur: tenue, quod in exiguas fa-
cile secetur. Vnde fit vt tenue natum sit per
alia penetrare, quia facile extenuatur in exi-
guas vsque particulas: rarum verò contrā fa-
cile peruadi possit, vt quod per poros facile
in sese præstet aditum. Hæc memoria tene-
ri oportet ad multa eorum quæ dicuntur.
Quanquam oportet te scire non esse omni-
no idem dicere aliquid crassum & crassa-
rum partium neq; tenue, aut tenuium par-
tium. Nam crassarū partium dicimus quid-
quid difficile diuiditur in exiguas vt autem
aliquid difficile diuidatur in exiguas fieri
potest, vel quod lentum, diuidi facile in exi-
guas potest, vel quod vere sit tenue, vel quod
friabile. Constat enim facilius diuidi terræ
glebam quam massæ triticeæ frustum, tam-
etsi terra crassior est haud dubie, nam &
grauior. Causa verò qua cum sit tenuior dif-
ficilius diuiditur in exigua, est, quia lentor
est causa indiuisibilitatis. At verò causa len-
toris, vt in commentario quarti Meteoron
indicatum est, non est crassities sed permi-
stio fortis humidi cum sicco: ergo difficilis
diuisionis in exigua, quod est esse παχυμερῆς
non est sola crassities, sed crassities aut len-
tor: contra facilis in exigua diuisionis,
quod est esse, λεπτομερῆς, causæ sunt tenui-

tas, aut friabilitas. Igitur omne crassum cæ-
teris paribus in lentore, est crassiorum par-
tium quam quod tenue, & omne lentum,
ceteris paribus in crassitie, quam quod fri-
abile: causæ tamen sunt duæ, crassities, quæ
quidē nascitur ex abundantia elementorū
grauium, & lentor qui nascitur ex forti per-
missione. Atqui profecto ad difficilem diui-
sionem in tenuia, plus facit lentor quam ve-
ra crassities. Nam terra ipsa comminuitur
facilius quam pituita. Tamen Galen. nul-
lius alterius tenuitatis aut crassitie memi-
nit quam eius quæ in facili aut difficili diui-
sione in exigua, spectatur, quia ad medica-
mentorum facultates eā solum nosse oportet.
Physici qui ob ipsarum naturarum con-
templationem disputant, separabunt λεπτομερῆ
seu tenue, & λεπτομερῆς & παχυμερῆς seu crassum;
& παχυμερῆς. Quorum gratia hæc dicta à me
sunt, Hæc quæ modo dicit Gal. satis super-
que enarrata sunt libro tertio de tempera-
mentis, solum adiicit dictis res qualdam
esse tenuium, quasdam crassarum partium.
Nam quod dicit: Quædam agere & pati to-
ta substantia, quædam vna aut duabus qua-
litatibus, si de medicamentis dictum intelli-
gatur, nouum quidem sit, neque dictum
prius: non tamen dicitur nisi de medicamē-
tis & alimentis, est quæ nihil aliud: quam
quod in tertio de temperamētis longo habito
de naturalib. facultatibus sermone dixit, ali-
menta pati secundū substantiam totā, medi-
camenta secundum qualitates agere & pa-
ti. Quod tenue vocant Græci λεπτομερῆς, hoc
est, tenuium partium, quod crassum, παχυ-
μερῆς, id est crassarum partiū, quia hoc ipsum
est esse tenue aut crassum, esse scilicet cras-
sarum aut tenuium partium, non quidem
quod corpora constant corpusculorum cō-
gerie, & quædam constant maioribus, quæ-
dam minoribus corpusculis, continuata e-
nim sunt, & perpetuitatem habētia corpo-
ra, neque partes villas magnitudinis habent
actu, sed potentia, quod separata quidem nō
sunt, possint autē diuisione separari. Dicuntur
igitur alia tenuia quod in minores partes di-
uidi possint, alia crassa, quæ in maiores neq;
sane quod simpliciter possint (nam cū nul-
lius corporis diuisio possit vsque ad indiui-
sibilia perducī, sed omnia sunt diuisibilia in
infinitum, nullum erit corpus quod non
possit diuidi in partes minores quibusuis
certis) sed quod facile in exiguas partes cō-
minuatur, aut quod difficile, nisi in magnas,
quod 4. lib. Meteoron explicauimus.

DE AQUÆ FA- cultate.

CAPVT III.

Esse sane prima nobis in contemplationem
proposita aqua: quod nimirum ea, & communis-
sima

siua hominibus omnibus sit, tum sanis, tum egrotis & ad vitam maxime necessaria. Primumque eucrato, siue temperato corpori applicator ipsa neque frigida insigniter, neque calida: deinde is qui natura sunt intemperati: tertio qui affectu aliquo tenentur. Nam hoc pacto exacte in omnibus propriam eius facultatem perpendere. Igitur temperato admodum plusculo tempore, ipsum omnino refrigerabit: intemperato vero, cuius quidem refrigerabit id quod frigidius natura fuerit: tardius vero, quod calidius. Semper autem omnia refrigerabit, etiamsi non multis deinceps diebus, sed vel vna quis hora aut pluribus ea utatur. Nec enim talis in vilo omnium calorem reuocare poterit. Nam quae summe frigida est si quadrato ac iuuenili corporis natura pauculo tempore adhibeatur, caloris molietur reuocationem, sin aliter vteris, semper refrigerabit: quin etiam si is quoque qui simplici laborant morbo (siue calido natura, siue frigido) eiusmodi admoueatur aqua, hos etiam manifesto refrigerabit. Nam simplex sit affectio oportet, quemadmodum vtrique in tertio de temperamentis definitum est, quo videlicet quae adhibetur ex sua natura refrigeret, non ex accidente quopiam quippe cum frequenter, vbi compositus fuerit affectus, aliud primario medicamentum efficiat, aliud ex accidenti eueniat: velut in phlegmone. Est enim ea affectio calide copiosaque fluxionis soboles. At quae modice excalescunt pharmaca, cum superfluitatem euacuant, protinus, opinor, & quod affectum est, frigidius efficiunt. Verum cum simplex vnaque fuerit affectio, quod ex accidente sit, in ea prouenire non potest. Ergo si hac ratione expendas, aqua potabilis omnino videbitur frigida. Non est tamen eadem aliarum aquarum naturalium quae sulfur, bitumen, aut nitrum, qualitatibus suis referunt, facultas. Si quidem earum omnino nulla, vbi aliena, tum caliditatis, tum frigiditatis expers adhibita fuerit, frigescere conspicitur. Quinimo nec marinam ipsam priusquam adscititium frigus summum acceperit, admodum refrigerare apparet. Nam si quis in potabili aqua totum diem innatet, ut etiam non admodum sit fridiga, sed velut ex sole tepens, necessario tamen refrigerabitur. At mare complures iuuenum interdum pertulere non per diem modo rotam, sed etiam adiuncta nocte. Ex quo liquet, aquam potabilem cerre, & dulcem, secundum naturam suam semper esse frigidam. Mare vero non equè. Quod si non semper in sermone adiciam, potabilem, sed dicam simpliciter quantum ex se est, aquam esse frigidam, haud calumniari oportebit, tanquam insufficienter, & indistincte locutum. Nam quae exacte ac sincera aqua est, omnis alterius substantiae missione vacans, ea ex necessitate & sua facultate est frigida. Si quae vero per bituminosa, sulfurosa, nitrosa, aut aluminosa loca distillans substantiae eorum aliquid absterferit, secunquae traxerit, mi-

stiam ea est, non autem exacte aqua: velut si ipse quoque volueris, aut salem, aut alumen, aut aliud id genus affatim aquae miscere potabili, sicut sane saepe numero facere cogimur in marina inopia, quando muriam facere volumus. Tunc enim salem aqua indimus: ac tantum ipsa facultate iam disidet, ut si aqua dulcis, videlicet quae neque insigniter, aut calida, aut frigida sit, sed velut ex sole tepida, erysipelati perfundatur, noxam omnino nullam hominis corpori sit allatura. At si marinam aquam muriam, aut id genus aquam mistam, bituminosam videlicet aut sulfurosam admoueas, vsque adeo hominem offenderis, ut partem ipsam sis adustus. Aqua igitur ipsa ex sese frigida est facultate. Porro si extraneum sibi calorem adeptam corpori humano perfundis, putabis forsitan simplex quoddam & naturale adhibitum medicamen: at ea quoddam vtrique modo composita est, aut igneae essentiae partem aliquam nata, aut certe omnino ipsam qualitatem. Ut enim si salem illi miscueris, ex confesso fuerit composita: sic multo magis si igneam, aut essentiam, aut qualitatem adieceris, compositam quodammodo effeceris. Est porro etiam aqua limosa quadam tenus composita, velut est aqua Nili qui in Aegypto est. Sed ea per fictilia vasa percolata, plane pura efficitur. Oportet autem non semel, aut bis, terue percolare, quando ne sic quidem forsitan ad amissim puram queas efficere: verum quando qui aquae infertur limus, omnem effugerit sensum, satis tunc est, ut queas dicere tales, ut ad vsus eiusmodi, puras esse aquas. Iudicandum autem hac tribus sensibus, nempe gustu, visu, & odoratu. Gustu pura est, si nullam offerat qualitatem, sed ad vngue qualitatis expers appareat: visu, cum sincera fuerit, ac plane pellucida. Sic nec odoratu vllam praeseferre qualitatem debet, ut sunt quaedam extremae prauitatis, quae aut aciditatem, aut acrimoniam, aut salidinem, aut putredinem, aut aliud indicibile aliquod vitium praeseferunt. Igitur aqua quae absque his est omnibus, ut ad naturam suam certe, ne ipsa quidem ad amissim sincera fuerit: sicut nec aliud vllum quatuor elementorum sensibilem, sed ut ad sensum & vsus sincera est. Talis ergo ut est propositum secundum suam naturam frigida est. Quippe si valde excalescit, non modo aquam, sed vel mandragoram, vel altercum, vel cicutam, vel meconium admoueris, non solum excalesceris sed etiam vsus corpus humanum. Omnia itaque quae examinanda venient medicamina, omnis extranea valentique, tum caliditatis, tum frigiditatis aliena sumpto, ne dum aqua. Porro quod aqua omnis dulcis per se, ut frigescat, hinc quoque didiceris. Ceratum humidum si ex aqua frigida subactum accurateque madescit, calido cupiam affectui imponas, protinus ipsum frigescat. Oportet autem quam plurimum admiscere ipsius aquae: mistioque hoc maxime modo optime perficitur. Ceram quantum fieri maxime

potest purissimam oleo liquantes humidum facere cerarum oportet deinde refrigeratum, rasum, sordibusque purgatum in mortario manibus subigere, aquam affundendo frigidam quantum nimirum ceratum accipere valet, ac nondum aqua supernatat. Id refrigerat & eos qui in febre vruntur, si hypo. hondrijs superponatur, & omnem phlegmonem similiter herpes, quoque & carbunculos, tñ erysipelata, & phygethla. ac breuiter omnes morbos calidos. Ergo si non aquam dulcem, sed marinam, aut muriam illi admiscens in vno predictorum, quouis vti volueris, non paruum omnino differentiam conspicies: quippe cū id medicamentum adeo nullam propositarum affectionum amplius refrigerabit, vt insuper accendat potius. Adeo multa est diuersitas potabilium aquarum, & murie, seu marie: similiter verò & earum quacunque sulfur, aut bitumen, aut nitrum, aut chalcantum aut misy, aut chalcitin, aut simpliciter dicam, quæ calidorum natura medicamentorum gustu aliquod referunt. Inimicæ enim sunt omnes calidis corporum nostrorum affectibus. Ex quo claret, has omnes facultatibus esse calidas, solam verò aquam potabilem, frigidam.

A Qua videtur esse simplicissima omnium earum rerum quibus vt medicamenti vtimur, ac proinde merito ab ea incipitur, nam igne etsi nonnunquam ad curandos vtamur morbos, nulla tamen tractatione opus est ad disquirendam eius naturam. Adeo enim est conspicue calidus, vt nulla videatur ars esse, qua deponat summi caloris vel tantillum. Aquæ duplex vsus est, nunc enim vt potu: nunc vt medicamento vtimur: vt potu quidem, cū accipitur vt vehiculum sit alimenti: vt medicamento, cum accipitur, vt alteret, velut cum refrigerandi gratia per febres accipitur, aut in balneum ægrotus mittitur. Nunc qualitas eius medicamentosa inuestigatur ea methodo, quæ partim in hoc ipso, partim in tertio de temperamentis dicta est. Quanquam hætenus vnica ratio admouendi medicamenta dicta est, & ea quidē postrema: adhibere scilicet corpori ægrotanti, morbo, quoad fieri possit, simplicissimo, nunc tres docet: primā quidem admouere corpori temperato & optime habenti: alteram, corpori intemperato secundum naturam, vt bilioso aut pituitoso: tertiam, ægrotanti iam, & affecto morbo simplici. Omnium facillima & certissima explorandi ratio est, admouere temperato, & optime habenti. Nam nulla intemperies, neque naturalis, neque præter naturam est, quæ possit iudicium interturbare, quo minus quod calefacit, sit calidum, & quod refrigerat frigidum, & quod neutrum facit, temperatum. Intemperatis verò, aut etiam ægrotantibus, cum admouentur, maiori animaduersione est opus, & intemperiei siue

A naturalis, siue morbosa, haberi debet ratio. Nimirum pro secundum naturam intemperatis, hæc est regula, quod lædit facilius ac magis calidos quam frigidos, calidum est, quod frigidos quā calidos, frigidum: quia vt Gal. alibi dicit, similes à similibus causis facilius læduntur, & difficilius à contrariis. Pro affectionibus præter naturam, hæc quæ morbos frigidos curant, & calidos augent, calida sunt, & quæ calidos sanāt, & frigidos augent, frigida, quia contraria contrariis curantur. His tribus regulis monstrat Gale. aquam frigidam esse interim iubens separare id quod per accidens fit. Dicit verò hoc intelligi de aqua potabili: & quæ qualitatum alienarū expers sit, alias enim omnes aquas spōte nascētes, esse calidas. Merito addit, spōte nascētes, multæ enim aquæ arte factæ sunt frigida, vt stillatiæ ex rosis, plātagine, intybo, & quibus incoctæ res frigida sunt, vt cremor hordei, aut lactucæ: spōte tamen nascētes, non potabiles, sunt, salsa, nitrosa, aluminosa, sulphurea, chalcantum, aut chalcitidem referens. Quas omnes calidas esse eisdem argumentis constat. Nimirum temperatum calefaciunt: calidum natura lædunt magis quam frigidum: laborantem morbo calido, vt erysipelate, lædunt: laborantes frigidis morbis, vt pituitosis fluxionibus, iuuare solent. Dicit nihil interesse, siue dicatur aqua potabilis, siue aqua simplex, siue simpliciter aqua, frigida est. Quia nulla aliarum est aqua sola, sed cum alio quopiam permista, vt cum sale, nitro, alumine, aut sulphure, nihil enim interest, siue miscuerit pharmacopola, siue ipsa aqua præterlabens aliquid illorum detulerit. Quin etiam aquam potabilem calefactam, dicit non omnino simplicem esse, sed quodammodo compositā, quia habet aliquid igneæ, vel substantiæ, vel qualitatis: substantiæ quidem si continet intra sese exhalationes aliquas igneas, quæ ex igne accesserint: qualitatis, si nullas tales habeat, sed qualitatem solum alienam. Certe mihi non videretur satis proprius sermo quod qualitatem alienam recepit, mistum appellare. Siquidem mistio substantiarum miscibilium est, non substantiæ cum qualitate: sed quoniam adiecit Galenus illud quoddammodo, intelligens videlicet, non esse eam propriam mistionem, loquatur vt lubet. Illud licet hinc colligere quod certe est valde consentaneum, quantum, vt Arist. prima sectione problematum dicit, sint multa aquæ genera, omnia tamen ea ex mistione differentias accipere, neque simplicis & puræ aquæ esse differentias vllas, sed si alia crassior, crudior, tardius permeansq; alia est, id habere ex mistione, & optimam aquam esse eam quæ est simplicissima, vtque aliqua ab optima deficit, ita deficere

CAPVT IIII.

deficere à simplici optimam & purissimam .A
 Tribus sensibus agnosci dicit, gustu, visu, &
 odoratu. Est enim simplex aqua, quæ omni
 caret sapore, & odore, & colore, & est pellu-
 cida. Atqui, inquit, etsi nullum omnino, ne-
 que saporem, neque colorem, neque odoré
 sentiamus, ea tamen non fuerit exacte sim-
 plex. Nam neque vllū aliud elementū exacte
 simplex est, neque esse quidem potest, vt in
 comm. 4. Meretoron probauimus, est tamē,
 quod ad medicos vsus attinet, simplex. At
 que ita ad parandum balneum ex aqua sim-
 plici, aut ceratum refrigerans Galeni, satis
 est accipere aquam in qua nullam earū qua-
 litatem percipias. Sed quandoquidem quæ
 illis caret, non est exacte simplex, constat es-
 se compositam, neque sane eius compo-
 sitio erit indiuisibilis, poterit ergo etiam
 earum in quibus nihil sentitur tale, alia quā
 alia esse simplicior & melior. Igitur digno-
 scendi meliorem à minus bona, aliam o-
 portet rationem adiungere. Ea est à pon-
 dere leuitateuè, & à facili aut difficili in ca-
 lorem & frigus mutatione. Nimirum cæ-
 teris paribus in pelluciditate, & saporis ac
 odoris vacuitate, quæ leuior est, melior est
 quam quæ grauior, & quæ facilius in vtrū-
 que mutabilis, quia vtrunque horum est
 nata facere tenuitas: leuitatem dico & mu-
 tabilitatem. Nam cum experat rerum cor-
 porearum naturalis ordo, vt tenuia sint su-
 per crassis, tenuitas faciet vt res superferan-
 tur, & leues sint. Porro collatis eiusdem na-
 turæ rebus, velut aqua cum aqua, aëre cum
 aëre, tenuiores facilius in vtranque partem
 mutantur. Tenuitatis igitur aquæ est vtrun-
 que dictorum: Cum igitur ea semper crasse-
 feat mistione substantiæ alicuius crassioris,
 erit quæ tenuior, etiā simplicior, & melior.
 Verum Galenus noluit hic docere omnem
 rationem deligendi meliorem aquam, sed
 satis fuit pro instituto, docere notas aquæ
 ad sensum simplicis. Omnis enim simplex
 est frigida & humida, tamen in ipsis simpli-
 cibus & potabilibus sit alia melior alia, illud
 verò potius expectat ad potus, quam ad me-
 dicamentationem. Est enim melior, quia
 minus moratur in hypochondriis, facilius
 distribuitur & velut alimentum. Hic autem
 nō qua potus, sed qua medicamentū venit in
 disputationem aqua. Ceratū quod ex aqua
 potabili componi docet, est, q̄ refrigerans
 Ga. vocamus, cuius compositionem ille do-
 cet. 10. Methodi. Illud vnum monere lubet,
 decipi nonnunquam pharmacopolas, qui
 vt frigidior aquam infundant, accipiunt
 putealem, non admodum considerantes an
 ea sit salsa, vt puteales sæpe solent, cum ta-
 men Galen. moneat simplicem esse debere
 aquam salis verò compositam, & vt me-
 dicamentum, minus frigidam esse.

Ceterum quod hac quoque propositarum om-
 nium aquarum sola sit humida, plane ex ea-
 dem discas methodo. Nam vlcera quæ supra modū
 squalida siccaque sunt si hac irriges, statim admo-
 dum humida molliaque reddes, cum alia aqua vni-
 uersa vlcera desiccant. Tum piscatorum vlcera
 aded videntur sicca, ac si forent salita. Contra
 eorum qui in balenis versantur, humida appa-
 rent ac molliora. Quin si imbutum linamen-
 tum vlceribus imponere libeat, humida quidem
 à potabili, sicca à muria marinaque reddi com-
 peries. Aquæ quin etiam aluminosa, quales sunt
 in Italia vocata albula, cum alijs vlceribus idonea
 sunt: tū verò quæcunque fluxionibus tentantur, ea
 persacile desiccant. Sic nec caterarum aquarum
 vlla humectare potest, quod videlicet non sint exa-
 cte aqua, sed mista, & adulterata, accepto nimirū
 aut alumine, aut chalcite, aut sale, aut id genus a-
 liquo. Quocirca earum nonnulla vlcera quoque
 exasperant, nempe quæ acres admodum sunt &
 mordaces. Quin etiam sitienti dulcis aqua re-
 medio est: catera verò acerbiora etiam sitim
 relinquunt. Tum aqua inter cutem laboranti-
 bus aduersissimum est & poculum & lauacrum a-
 qua dulcis: & salsarum verò, ac nitrosarum, & sul-
 furosarum, bituminosarumque omnium sane per-
 vitile. Imitari autem pores sicut maximam, sic
 aliarum quamlibet, substantia videlicet admista
 quæ in quaque vincere conspicitur. Nam sulfure
 in aquam dulcem indito, sulfurosam effeceris, a-
 lumine, aluminosam: ac eodem modo aliarum
 vnamquamque. Hac ergo propria aqua natura, hu-
 mida est & frigida. Porro aliunde calorem ade-
 pta, excalfacit quidem & humectat quibus est
 admoda: verum haud similiter ambo prestare po-
 test. Summe namque humectat seu tepida sit, seu
 temperata, seu etiam calidior: summe autem non
 calefacit, nisi quæ extreme ferueat. Quod dico, in
 temperata primum exploremus natura. Igitur si
 huic aquam afferas temperate calidam, siue la-
 uans, siue persundens: in ipso quidem persusio-
 nis tempore calidior simul & humidior partem
 ipsam efficies: quod si deinde quiesces, nec
 corpus frigidæ vsu postea contrahes, constipabis,
 ac densabis, paulo post seipso frigidius relinqui cō-
 spicies: quippe cum corpus rarefactum transpi-
 rante immoderatus calore natiuo, frigidius effi-
 ciatur. Non tamen sicut frigidius postea calidæ
 vsus corpus destituit, ita & siccius. Quanquam
 profecto videri id possit, tum ob spiramentorum
 raritatem, tum ob corporis mollitiem, tum ob
 substantiæ fusionem: plusculum siquidem in his
 affectibus euaporetur, necesse est. Atqui vapor
 humor est extenuatus. Verum non ita habet rei
 veritas. Nam mollities quam calidæ aquæ lotio-
 nibus acquirunt corpora, solius humiditatis pro-
 prium ac inseparabile signum est in animatis vi-
 delicet corpore: velut in opere de temperamentis

est demonstratum. Sane ulceratarum partium caro, id ipsum perspicuo ostendit, ut quæ in his ex aqua calida perfusionibus mollis atque algaritu fluida efficitur. Quanquam sane corpus illiusmodi affectionibus inuitur, ut minus tunc in sese habeant humoris quam antea. Viderique venia digni possunt, qui per calidas lotiones, atque aqua moderate calida perfusiones siccare corpus existimant. Nam similis horum est error, atque illorum qui credunt senes adolescentibus esse humidiores. Pluribus namque senes excrementis humidis redundant, sed genuina partes (quæ *περὶ τὴν φύσιν* nuncupant) organicaque adolescentibus magis sunt humida: ut id quoque in secundo de temperamentis monstrauimus. Perinde se res habet in perfusionibus, ac lauacris, omnique simpliciter ex aqua calida irrigatione. Siquidem humores qui in vasis alijsque inanibus spatij sunt, exhauriuntur omnes: at ipsa vasorum corpora & vniuersum genus carnosum se ipso fit humidius. Atque hanc so am facultatem, ut consentaneum est, nunquam aqua deponit. Neque enim cum feruens corpora exurit, quæ vsta sunt redduntur sicca, vti que ab igne sunt asca. Rursum nec cum summa adepta frigiditatem per diem totum aut etiam longiori tempore parti curpiam perfunditur, eam sicciorem efficit, tamen si rugosa atque admodum exilis apparet. Verum hæc eueniunt, quod qui in vasis alijsque spatij est humor, exhaustus sit. At partes genuina solidaque, nulla sui parte sicciore euadunt. Huiusque semper meminisse oportet, tum toto sermone perpetuo obseruandum: ex euidenter apparentibus colligendam cuiusque medicamenti facultatem: ac semper ad quod quid dicitur calidum, frigidum, humidum, aut siccum, ad id esse aestimandum.

Aquam duleem humidam etiam esse, re- aliquas sponte nascentes omnes siccas, probat eadem methòdo, quia scilicet ita afficiunt temperata corpora: deinde quia dulcis aqua morbos humidos auget, & ita laborantes lædit, reliquæ contra morbos siccos augent, & humidos curant, velut ulcera, fluxiones, & hydropem. Docet præterea facultatem humectandi ita inesse aquæ, ut etsi vim calefaciendi ad mota igni amittat, humectandi verò amittere non possit: sed siue tepida, siue valde calida, siue etiam frigida sit, summe humectat, atque ad eò res quæ versantur in aqua feruenti, ut quæ elixantur carnes, non siccescere, ut Arist. 4. Me. visum est, sed humectari. Dicit verò videri dignos venia eos, qui dicunt, carnes elixatas siccare, quia re vera exucces fiunt, quia extrahit aqua calida succos. Verum non idem est minus in sese continere succi, & siccius esse: quia siccius aut humidius esse, non ob succos qui contineantur, aut non contineantur, dici debet, sed ob qualitatem propriæ substantiæ.

A Senum enim corpora sicciore sunt iuuenilibus, tamen constat ea plus humorum excrementorum continere: ita carnes elixæ minus continent succi, quam crudæ, & quæ alæ, tamen humidiores substantia propria esse, earum emollitio indicat. Quod dicit aquam summe humectare, nihil moror. Nam etiam si velimus hac in parte ab Aristotelis de humiditate aëris sententia non recedere, dicere possimus, quod primo libro **B** Con. med. diximus, esse aquam summe humidam, ut medicamentum, ac proinde summe humectare, aërem verò ut elementum, etiam si ob substantiæ modum humectat minus. Causa qua aqua humorem amittere non possit, etiam si primum humorum non sit, frigus autem amittit, etsi sit primum frigidum, in ipsarum qualitatum natura consistit. Nimirum cum humor ad materiam & modum substantiæ pertineat, magis quam ad vires & efficaciam, mutari non potest, non mutata ipsa substantia. Calor verò ad humorem, habet rationem facientis & formæ: atque ita, ut euenit formam commutari manente materia, euenit commutari calorem manente humore, & substantia.

CAPVT V.

Porro si quis velit ex superabundanti, à rebus **D** externis probationes ducere, ne id quidem prohibeo: verum animum huic diligenter aduertat consulo. Nam admodum lubrica res est, nec paucos obtinet fallendi modos, sed hos in consequentibus edisseram. Cæterum quod solum quis ab externis sumpserit, ut id quod iudicium subit medicamentum, aut excalefacere, aut refrigerare probet, id in ignis commercio conspicitur. Neque enim vsque ad eò absurdum est, quod facile in ignem vertitur, id calidum facultate putare. Memoria enim, opinor, tenemus omnia huius vocis (facultas) significata, que in tertio de temperamentis definiuimus. Vnum igitur ex his erat, & id, quod ex propria eius quod dicitur, materia existit, tale est facultate. si quid enim facile in ignem vertitur, id facultate est ignis, non actu scilicet. Nam hoc quod est facultate ex aduerso ei diuiditur quod est actu. Alterum verò quod est per se, ei quod est ex accidente. Hanc ergo iudicij rationem **F** considerare ac distinguere conuenit. At quibus consilium est tuto à rebus extraneis ad corpora transire animalium, videre primum debent, an tenuis sit essentia, an crassa quod explorandum venit: secundo, an sibi continuum densumque ac solidum totum an interuallis interceptum, ac rarum, Quocirca his immorandum prolixius est. Videtur enim id quoddam esse principium, ac velut elementum multam considerationem postulans. Igitur eorum quæ in confesso est facultate esse calida: nullum omnino apparet nos excalefacere priusquam in tenuia sit comminutum. Nam si quis prius per soli-

per solidum cuti inspergat, nullam plane caliditatem percipiat, admiratione, si quis vel lingue imponat, aut deglutiat, aut alio pacto utatur integro, haudquaquam diligenter trito & cribrato, ac non adeo comminuto, vt pollinem tenuitate referat. Nam quod pollinis instar cuti inspergitur, excalescit, ac maxime si affricueris, praeterea quod lingua admotum fuerit, aut in ventrem deuoratum. At quod solidum integrumque imponitur, nec cutem calescit, & lingue ventrique exiguum duntaxat caliditatis sensum mouet: itaque cum tenuium esse partium dicantur quae facile in tenues partes comminuuntur, solidarum crassarumque partium quae contra, tum dura viscosaque agre ac difficulter, aut omnino in tenues comminui non possint: friabilia vero, & quae citra viscositatem mollia sunt, prompte in tenues soluantur: hinc constare arborum, multa esse facultate calida, ac facile accendi, verum nos haud facile excalescere. Nam ignis, vt qui omnium est tenuissimus, simulque calidissimus, & in profundum facile penetrat, & comminuit, & vincit, extenuatque, transmutat, atque in suam denique naturam conuertit, vnde quaque scilicet contingens, & quod contingit exuperans: At nostra caliditas supra quam quod crassa sit essentia, & habitiosa, insuper infirma est, vt non facile mutet quod contingit. Ostensum est autem in tertio de temperamentis (quo sine, quae hic dicuntur assequi est impossibile) nullum eorum quae nos excalescere apparent, perinde vt ignem posse calescere, verum vt materiam accendi facilem. Siquidem mutationis principium à nostra caliditate accipientia, vt calami aridi ab igne, nos contra calesciunt, & velut partes sunt quadam caloris natui, sicut illi ignis. Nam quod prius erat calamus, id nunc fit ignis, vt mutantis ipsum ignis essentiam totam adaugeat. Monstrauimus autem, quadam, vbi vel leuem extrinsecus fuerint mutationem adopta, secundum naturam deinde suam ad plurimam mutatione procedere. Quamobrem mirandum non est si quadam medicamenta, prime quidem mutationis principium à nostro calore nata, inde iam pergant eum quoque qui mutabat superare. Nam cum corporis cuiusque proprietates alia habilis sit ad suscipiendum calorem, alia inhabilis sit vt paria principia non sequatur par incrementum. Quin etiam quod corpus admodum exile facilius alteratur, mutaturque ab eo cui admotum est quod autem grandius est non nisi temporis spatio, ac vix tandem etiam sensibilem alterationem sustinet: id cum non modo à phisicis naturam scrutantibus sit demonstratum, sed cuius etiam homini rei ipsius experientia notum, satis magnum affert testimonium: huius quo modo dicebamus. Quippe si piperis particula à nobis accipere debent mutationis initium, eoque accipiant facilius, quo fuerint minores: mirandum non est si eas tanto citius excalescere, experiamur, quanto accuratius in minimas fue-

rint comminuta. Quin etiam quod extrema cutis superficies callosa sit duraque & frigida, quod vero sub ea est totum, quanto profundius subeas, tanto sit calidius, nemo ambigit. Huic sane rationi si duo etiam principia in alijs à nobis tractationibus demonstrata adiecero, ita denique vniuersum possis colligere. Alterum quidem ad demonstrationem principiorum, siue lemmatum, siue axiomatum, siue propositionum, siue vtrunque nuncupare volueris in commentarijs de temperamentis demonstratum est, cutem videlicet omnem in primo statim ortu sibi esse continuam, ac temporis spacio perforari, ac plurimanancisci spiramenta, ritu criborum. Altera vtilium ad ratiocinationem propositionum est, corpus vniuersum expirabile esse, ac inspirabile, vt inquit Hippocrates: Fusus autem de hac dictum est in libro de vsu pulsuum, vbi demonstrauimus arterias, vbi se dilatantes vnde quaque, & per omnes meatus in seipsas attrahunt: non aërem modo halitumque attrahere, sed quicquid trahi etiam facile, ac tenue sit ad spiritalis essentiae motum impetumque expedite consequi. Quibus sic se habentibus, multa vena arteriaeque aperiuntur in cutis meatus & in ipsius superficiem internam, ac in meatuum perforationes haud pauca peruenire venarum arteriarumque oscula existimandum est, nihilque secius ad extimam superficiem, ita vt ipse osculis ibi finiant: tum quicquid piperis ad exactissimum redactum fuerit pollinem simul cum ambiente aëre ab arteriis attrahi, ipsumque protinus à calore natiuo alterari, idque tum ob prauitatem, tum ob ingenitam vt à calore alteretur aptitudinem. Siquidem haud aliud illi erat facultate esse calido: quam facile posse incallescere. Quod si semel id insit, non mirum est, per omne corpus tempore perlatum, ipsum recalescere, ac proinde primum maximeque ob id genus medicamenti incallescere partes quas primum contigerit, deinde quae his sunt proxima & continentes ac sic deinceps tertio quartoque loco, pro situs videlicet vicinitate, cum ea quae primo incaluerat, incallescere. Haec scientifica constant demonstratione, non tamen huiusmodi satis credibili qui in primis non fuerint exercitati. Oportet enim in huiusmodi quae de elementis sunt ratiocinationibus esse versatum, atque in commentarijs de temperamentis & vsu pulsuum & ante haec omnia in demonstrandi me hodi peritum. Sane paucis datum est omnia percurrere. Verum his quidem suffecerit (mea sententia) in euidentibus duntaxat versari paucis attractis communibus rationibus, siue epilogismis. Itaque causam quamobrem non excalesciunt corpora humana, ea quae crassa adhibentur, etiam si natura sint calida, huiusmodi duntaxat qui assequi valeant, dictam esse reputent, sibi que satis esse persuadent, quod euidenter sensibus apparet. Apparet autem euidenter crassorum omnium nullum priusquam ad vnguem comminuat, extenueturque, neque ipsum

a corpore nostro quicquam perpeti, neque rursus in nos posse agere. Neque enim solum in pipere, napy, canchry, ceterisque omnibus que nos excalescunt, ita se res habet, sed eque item in facultate frigidis. Nam si quis radicis mandragora corticem in magnas partes contractum cuti imponat, aut illinat aut degluriat, plane nihil efficiet: at si admodum sit comminuta, refrigerare potest. Sic etiam papaveris semen, & cicutæ (tamen si hoc sit omnium refrigerantium valentissimum) tamen antequam exacte comminuetur, cuti nostræ impositum plane est imbecillum. Ne te ergo magna teneat admiratio, quod calami aridi pilique tamen si accendi promptissimi sunt, non tamen nos contactu excalescunt: quippe qui plane à nostro calore mutari nequeant, ut sic recalesciant, quod videlicet pollinis ritu comminui non valeant: quandoquidem calamus indicus, quem & odoratum appellant, cum tundi, cribari, ac plane magis quam qui apud nos nascitur, comminui valeat, clare nos excalescere conspicitur, sicut vno ore omnes qui ætate nobis maiores sunt medici consistunt. Porro considerandum (quemadmodum proposui) non solum crassarum sit partium, aut tenuium, explorandorum medicaminum substantia, verum etiam rara ne, an spissa: densave. Voco sane rarum, cuius partes spatii manibus interceptæ sunt: intelligentibus videlicet nobis ac semper recordantibus, quo pacto dicatur spatium inane ab iis qui vnitam esse dicunt substantiam non quemadmodum Epicuro & Asclepiadi est visum: imo aere plenum est in raris omnibus corporibus spatium inane. Vbi ergo eiusmodi spatii multis corpus fuerit distinctum, facilius quam spissum accenditur, etiam si quod ad caliditatis frigiditatisque attinet temperiem, similiter illi sit affectum. Nam qui in iis spatii continetur aer, cum sit ad patiendum promptissimus, primo statim ignis occursum accendit, atque inflammatur: vna verò secum corpus vniuersum accendit, vnamquamque eius partem nimirum occupans. Ergo si parua corpora, cingente ea circumquaque flamma promptè accenduntur (nam id clare conspicimus) non siue ratione corpus rarum celeriter accenditur, vi pote cum profundas eius partes omnes flamma contingat. Sic itaque calamos aridos ignis celeriter exurit, tamen si minus sint alia substantia calidi: idque ob meatuum multitudinem, quos aer quidem prius occupabat: vbi verò ignis contingit, flamma depascitur. Aer enim accensus, flamma est: terra verò, carbo. Porro, quod aeris plenus meatus multos aridos calamus obtineat, summum argumentum est ipsius leuitas. Nam siccum natura corpus leue esse alioquinqueat, nisi inani sit præditum. Eundem in modum pumex & spongia sicca, atque omnia adeo quacunque fistulosa sunt, multumque vacui obtinent, pondere sunt leuia. Sic sane & calamus non eo duntaxat quod siccus est, sed quod plurimi aeris est particeps, promptè

accenditur. At à nostro corpore ægre proinde calefieri potest, quod essentia sit crassa: Quando igitur medicamenti cuiuspiam ex ignis commertio temperiem colligentes, scrutari statuimus an aduersum nos eodem modo se gerat, substantia eius respicienda constitutio est. Nam si tenuis quidem sit, sed sibi ipsi continua, eandem, & in nos naturam ostendet, quam prius in ignem. Sin autem rara sit & crassa, fieri potest ut ab igne quidem perfacile alteretur, non tamen à calore nostro, ac proinde nec nos recalesciat.

SI nihil aliud agendum esset, neque vlla alia ratione inuestiganda medicamenti cuiusque facultas, quam ab eo quod admotum humano corpori facit, dicta esset iam res tota, neque opus esset vterius hoc opus procedere: liceret saltem accedere ad historiam singulorum quæ sex vltimis libris continetur, misis iis quæ dicuntur quinque primis: verum et si satis certa firmaque ratio nulla alia sit quam Empyrica, quæ iam dicta est, est tamen etiam aliqua coniectura quæ ab externis rebus, & à sensibilibus qualitatibus, ut odore, sapore, colore, & substantiæ modo, hoc aut illo, capi potest, quæ proxime accedet ad certam notitiam, si idoneæ, siue distinctiones, siue limitationes in singulis adhibeantur. Proinde rationem etiam philosophicam de medicamentorum facultate tractare volens Galenus in exemplo proposito de aqua exorditur à modo quo medicamenta habent ad ignem, ut inde agnoscamus calida sint an frigida. Disputatum mihi est tertio de temperamentis non longe à principio, an respondeant sibi duo hæc, facile vri & esse medicamentum calidum, ita ut cui vnum inest, inest alterum quoque, dictumque est quod res habet, nunc tamen oportet id ipsum fusius explicemus, Gale. sententiam exponentes, atque si quid ab eo dissentimus, aperte nostram statuentes. Galen. tertio de temperamentis non videtur aperte protulisse suam sententiam, sed productis quibusdam exemplis, dixisse, videri respondere sibi hæc, hoc est in illis exemplis duo illa, atque ita, velut res alibi explicanda integre foret, breui præterisse. Nunc aperte dicit quod sentit: id verò est, non omne quod facile vritur esse calidum ad nos: eo quod quædam facile vrantur, tamen ob crassitatem partium à nobis calefieri non possint. Tamen enim crassities, & partium magnitudo, per se quidem obitet, quominus res tam facile patiantur, non solum à nobis, sed ab igne etiam, quam si in tenuia & parua essent com-

comminuta, tamen constat non quancum- que crassitiem, quæ nostri caloris actionem prohibere possit, prohibitorum etiam vim ignis, quo nihil est in rebus corruptibilibus violentius. His accedit raritas, quæ vt facile res inflammetur, facit plurimum, quia quæ rara, sunt plena aëre, qui facile flamma fit, atque ita penitissime tanguntur flamma, vt autem à nostro calore quidpiam patiat, raritas nihil aut exiguum præstat, sed tenuitas. Duplices ergo res erunt, quæ facile inflammantur, tamen non ita sint nobis calidæ, quæ erunt crassiorum partium, quàm vt nobis admotæ, possint facile penetrare, non tamen quàm vt possint pati ab igne (huiusmodi dicit esse oleum) & quæ erunt crassæ & raræ, vt ligna arida. Nam quia raræ vrentur facile, quia crassæ non calefcent facile à nobis. Debent igitur, dicit, excipi hæc, crassities, seu lentor, qui etiam facit ad difficilem diffusionem, & penetrationem, & raritas cum crassitie. His exceptis quæcumque erunt facile vribilia, erunt etiam calida medicamenta. Quæcumque enim tenuia (hoc est tenuium partium) & densa, & facile vruntur, & medicamenta calida sunt, vt calamus aromaticus, casia lignea, & alia huiusmodi. Hæc Galen. Quæ vt facile intelligantur, non parum refert, me nuper explicuisse, vt differant crassum à denso, & tenue à raro, vtque alterum sit in partibus, alterum in poris. Quod Gal. quoque hic luce clarius indicat. Interim docet quæ comminuta in exigua sunt, facilius pati quàm quæ integra & magna, & hæc ipsa nostris corporibus admotæ facilius per poros penetrare, & arteriarum motu intro assumi, & quæ intro penetraverint, promptius calefcere quam quæ hæreant in cute: quòd cutis frigida & nervosa sit, sub ea verò lateant calidæ partes. Hæc promptum est intelligere: referuntur vero ea omnia in id quod diximus, omnia quæ facile vruntur, futura etiam calida ad nos nisi lentor in quibusdã prohiberet à nobis incallescere, & raritas in alijs faceret faciliorem vstionem, quam alioqui foret: verum ob hæc, non respondere sibi hæc duo, facile vri & medicamentum esse calidum. Respondere tamen, si quis adhibens dictas limitationes, dicat, quidquid carens lentore & densum facile vratur, est medicamentum calidum. Cæterum Galenus toto hoc sermone videtur sentire, eandem esse naturam in rebus, & idem principium quo facile vruntur, & quo sint medicamenta calida, atque vt calidum actu, eadem est natura qua calida sunt putrefacta, qui in calido simpliciter intensior, in calido per exuperantiam, remissior, ita ca-

lida potentia idem esse principium, quo sint potentia ignis, & quo medicamenta calida, esse tamen id magis in illis, in his minus: idque principium esse naturale temperamentum ad calidum vergens, & præter id esse quædam accidentia quæ deductionem hanc, aut illam in actum iuuent, aut impediunt. Vt crassities impedit calefactionem à nostro calore, vstionem non aded potest impedire, quanquam eam quoque non iuuat: raritas iuuat vstionem, calefactionem à nostro calore non iuuat. Mihi verò non videtur posse idem omnino esse principium quo aliquid sit potentia ignis, & medicamentum calidum. Nam hæc dicuntur potentia, & ad aliquid, alterum quidem ad ignem, alterum ad nostrum calorem. Quandoquidem igitur quod potentia, dicitur ad aliquid, ad id scilicet quod actu, ita ipsa different, vt ea ad quæ dicuntur: vt igitur ignis & noster calor differunt, ita & ipsæ potetie ad ignem, & ad nostrum calorem. Est autem ignis calidus, siccus, & tenuis: calidum nostrum, calidum, humidum, & crassum, vt Galenus ipse restatur. Igitur calor, quandoquidem communis, & igni, & nostro calido, principium erit ad vtrumque, & vt facile res vrantur, & vt facile à nobis calefcant, eruntque quæcumque calida natura, facile combustibilia, & medicamenta calida, nisi quid impediatur: tamen tenuitas & siccitas principium quidem sit facile vrendi, non facile calefcendi à nobis, nisi simul sint natura calida. Quia quæ tenuia & sicca, sunt secundum eas qualitates analogæ cum igne, non tamen cum nostro calore, nisi simul calida sint. Atque ita etsi raritatem iuuare vstionem, & crassitiem impedire posse calefactionem, recte probat Galenus, tamen cum res aliqua facile vratur, neque ita facile calefcit à nobis causam esse semper in crassitie, aut raritate, non censuerim, sed præcipuam ac maximam esse in rei cuiusque natura, & insito temperamento, & quod habeat res per sese potentiam patiendi vtrumque, aut alterutrum. Si quidem monstratum est diuersa principia esse earum potentiarum. Velut oleum dicit, quandoquidem facile inflammatur potentia esse calidum, tamen quia est lentum, & cuti hæret, non calefcere nos. Tamen constat si ob lentorem & partium crassitiem solum, non calefceret, calefacturum quidem, cum actu calidum admoueretur, quia si natura esset calidum, etsi à cute vtpote frigida non caleferet, calefactum verò semel, retineret calorem. Nam quæ suæ nature congruunt, res omnes vt facile accipiunt, ita diu retinent: at verò non ita est, sed admotum etiam calidum tepescit

facile, neque calefacit insigniter. Præterea, infusum in vlcus profundum & recens, vt caro adhuc naturali calore abundet, aut si etiam mauius labia vlceris inflammata sint, calefaceret, nam penetrat altius quàm piper cuti inspersum, occurrit non duræ & callosæ cuti, sed carni altæ, sed ne tunc quidem calefacit, sed mitigat potius. Præterea bitumen & resina sunt crassiorum partium quam oleum, & inflammatur minus quam illud: tamen calefaciunt nostra corpora plus. Igitur illud, neque quia calidius, facilius inflammatur, neque quia crassius minus calefacit: sed necesse est id fiat, quod habeat principium ardendi, calescendi verò à nobis non habeat. Duo autem talia principia esse possunt tenuitas aut siccitas. Aliud enim principium erat commune vtrique potentia. Siccitatem tantam in oleo non esse ex ipso substantiæ modo constat, superest vt sit id principium tenuitas. Sed quæ tenuitas, cum lentum & crassarum partium sit? Certe aëris participatio. Nam vt lentor sine pinguedine, qualis qui in maza, aut melle est, admistione aquæ cum terra fit, ita qui cum pinguedine, fit admistione aëris cum aqua. Quod constat, quando quidem pinguia efferuntur in aqua. Eodem ergo argumento constat oleum aëris habere plurimum, quo Galenus probat ligna arida. Si igitur oleum aëre abundet, inuenta est causa facillima, qua ardeat facile, & medicamentum calidum non sit. Nimirum aër ipse est potentia ignis ob tenuem substantiam, tamen ad nos neque simpliciter est calidus, sed temperatus. Et tenuitas quidem sine naturali calore facit vt res facile caleseat. Nam & aqua facilius calefcit, quam alia minus frigida & crassiora. Verum tenuitas sola non potest facere vt res initio calescendi aliunde accepto, per sese procedat ad calorem maiorem quam sit in calefaciente, sed tantum vt facile caleseat ad æqualitatem cum calefaciente, quod occurrit. Aër ergo ab igne ignis facile fiet, à nostro corpore fiet calidus æque ac ipsum corpus: quod quidem vt medicamentum calidum sit, non est satis: nam debet recalefacere, quod quidem nisi calefaciente calidius fiat, fieri non potest. Constat igitur ex dictis, oleum non ob lentorem ardere, sed ob aërem. Porro ligna quæ natura frigida sunt, arefacta facile vri, non facit sola raritas (tamen hæc admodum iuuat) sed præcipue ac maximè siccitas, quæ analogum facit cum igne, & consumptio aquosæ humiditatis, quæ igni erat apprimè contraria. Et quod hæc ipsa non calefaciat nos, neutiquam causa est in crassitie partium, sed in natura eorum frigida. Nam etsi minutissima, & in tenuissimam caviem dis-

A soluta, admoueatur nostris corporibus, aut etiam demittantur in alta vlcera, non calefacient: atque etiam si contussa & compressa admoueantur igni, vrentur facile: hoc quidem quia sunt sicca, illud quia sunt natura frigida. Galenus igitur dicens, oleum quia lentum, etsi facile ardeat non nos calefacere, causam reddit per accidens, nimirum quia ille pinguis lentor sit aëris participatione, & aëris participatio causa est per se: ita etiam cum dicit arida ligna non calefacere nos quia sunt crassa, quia crassities ea in rebus solidis nascitur ex frigida natura (ignis enim infinis extenuat) & hæc obstat per se quò minus nos calefaciant. Si igitur volumus argumentum vllum accipere ab igne ab exploranda calida medicamenta, latius sit distinctiones adhibere petitas ex causis per se, quam quæ per accidens. Nam minus nos fallere possunt, cum quæ per se sunt, semper idem faciant, quæ per accidens non semper. Velut si lentor prohibet oleum calefacere, cur non idem impedit, & resinam, & picem, & bitumen? Certe quia non erat ea causa per se. Dicemus igitur nos quæcumque facile vruntur, cum non sint aërea, quod ex pinguedine agnoscitur, neque valde sicca, & rara (iuuare enim etiam plurimum raritatem non negauimus) ea sunt etiam medicamenta calida. Atqui profecto hæc explorandi ratio nihilo neque obscurior, neque difficilior est, & procedit per legitimas causas. Sed nunquid etiam quæ medicamenta calida sunt (lubet enim hoc etiam addere, etsi Galenus non attigerit) facile vrentur? Certe, nisi quid sit quod impediatur. Impedire autem potest aquæ admistio. Cum enim hæc omnium maximè contraria sit igni omnium rerum minime vri potest, & omnium maxime vstionem impedire. Non ita tamen impedit calefactionem, caleferi enim facile potest aqua, vri nunquam, quia vt à Galeno indicatum antea est, aqua calore facile spoliatur, humore nunquam, vt vratur autem necesse erat spoliaretur vtroque. Igitur quæcumque natura calida aquea humiditate abundabunt, veluti calidi liquores non pingues, quo in genere sunt plurimæ stillitiarum aquarum, calida erunt medicamenta, etsi vri non possint. Nihil autem mirum esse quæ cum aquea humiditate habeant partes calidas natura mistas, cum arte liceat facere talia quamplurima, vt aquam sulfuream, & aluminosam. Itaque si tres iam limitationes adhibuerimus, licebit, facere mutuam consequutionem, hoc modo, quæcumque vruntur facile sunt medicamenta calida, & quæcumque calida, facile vruntur, nisi ob aëream humiditatem, aut siccitatem nimiam.

cile, vruntur, aut ob admisionem aquæ vri non possint, etiam si natura calida sunt, atque his tribus limitationibus semper adhibitis licebit dicere, non solum, quæ facile vruntur calida sunt, & quæ calida sunt facile vruntur, sed negatiue etiam quæ non facile vruntur calida non sunt, & quæ calida non sunt non facile vruntur. Ex dictis facile constat, multo maius argumentum calidæ naturæ esse, facile à nobis incalescere, ita vt medicamenta calida sint, quàm facile vri, quia vt medicamenta calida sint, opus est calefiant, non solum ad mensuram calefacientis, sed plus etiam, quando quidem debent recalefacere, id verò non possit accidere, nisi calido natura: tamen quod vratur cum non procedat per se in calorem vllum, sed trahatur in eum à quo commutatio fit, pati quidem id possit ob quancumque analogiam quam cum igne habeat, vt ob siccitatem, aut tenuitatem, etiam sine calore. Quare non vt in ijs quæ actu sunt calida, calidius est quod simpliciter tale quàm quod exuperantia, ita in ijs quæ potentia, quin potius euenit vt quæ sunt potentia calida simpliciter, hoc est ignis, minus calida natura sint, quàm quæ secundo modo calida potentia, hoc est, per exuperantiam vt medicamenta, Quin etiam in ijs quibus inest vtrumque, mihi non videtur esse argumentum à maiori, vratur facile, ergo est medicamentum calidum, sed potius contra, est medicamentum calidum, ergo facile vratur, quia quò vis effectrix est maior eo minor materiæ præparatio sufficit, noster autem calor minor est quam ignis: igitur lege consecutionis, & demonstrandi melius dicitur, est medicamentum calidum: ergo facile vratur, quàm facile vratur: ergo est medicamentum calidum. Verum Galen. incipit à facili vstione, non vt à principio vnde medicamentosa qualitas demonstraretur, sed vt à signo quodam à quo coniectura indicetur. Nam & id quod ex alio sequitur eius est signum. Sed & ea significatio, & coniectura indiget dictis limitationibus: si enim sine illis quæcumque vruntur facilius, dicas esse calidiora, sæpe decipieris. Quod igitur ad hanc rationem coniectandi atinet satis dictum est. Obijciat tamen aliquis Galeno, quod ipsemet alijs locis dicens, sibi videtur repugnare. Dicit enim: igitur eorum quæ in confesso est facultate esse calida nullum omnino apparet nos excalefacere priusquam in tenuia sit comminutum: hinc colligit quod crassarum est partium etsi vratur facile non tamen nos calefacere, vt oleum quia summe cuti frigida est hæret, neque penetrat in interiores & calidas partes. His videtur contrarium

A quod lib. quinto, cap. quinto, caustica quæ constat esse summe calida, dicit, esse crassarum partium neque penetrare, sed cuti hære, his verbis. Quippe quod in crassa essentia crusticum est, id cuiusque in hæserit parti stipitis ritu infixum excruciat. His videtur Galen. docere eo pertinacius calefacere, & magis vtere quod inhæreat cuti non penetrans: quo pacto ergo dicit nunc quæ crassarum sunt partium, etsi sint natura calida non calefacere? Porro libello artis medicinalis capite secundum partitionem vulgarem 89. dicit: si curetur affectus in alto consistens medicamentis calidis cuti admotis, vtendū esse non solum ijs quæ affectio petat, sed tanto intentionibus, quantum virium amittere poterunt intro penetrantia, antequam affectam partem attingant. Habent igitur medicamenta calida vim maiorem mox in ipsa cute, atque interioribus iam occurrentia, amittunt potius quàm comparant vires: id quod etiam videtur rursus docere cap. 95. eiusdem libri, dicens: cauenda quæ sunt vehementissime calida, tunc præsertim cum patiens locus inter summa fuerit, neque enim paruus excitabitur dolor. Nimirum quia ad locum qui non est inter summa ex solutis iam viribus perueniunt medicamenta. Igitur in eximia cute maxime exerunt suas vires medicamenta, quo magis penetrant eo magis exoluuntur: crassities ergo medicamenta non prohibet calefacere, vt nunc docet, sed iubet potius, siquidem penetratio vires adimit. Hæc sane loca prima facie videntur contraria, re vera non sunt. Non enim hic dicit Galenus, nulla quæ crassarum sunt partium calefacere nos, sed esse quæ etsi calida sint natura, non calefaciant, quòd crassarum sint partium. Nimirum crassities causa esse potest qua quid non calefaciat, cum verò ea non sit per se huius causa, non semper neque in omnibus idem facit, vt diximus, sed sunt etiam aliqua calida quæ crassities partium iuuantur, & hac ipsa causa operantur vehementius. Quæ autem erunt vtraque? Certè crassities impediuntur, quæ non poterunt à cute ad actum deduci, sed maiori calore indigebunt, vt qui in partibus sub cute est: iuuantur verò quibus calor cutis erit satis, vt ad actum deducantur, vbi enim hoc tactum fuerit iuuantur tenacitate & fixatione. Mora enim non parum facit ad actiones naturales. Igitur cum ea quibus potentia inest minor maiori indigeant commutante, & quibus maior minori, constat moderate calidorum actionem impedire posse crassities partium: vehementissimorum, autem, cuiusmodi sunt caustica, non posse, sed iuuari etiam aliquando. Vnde rursus prodit nouum argu-

gumentum, esse diuersam naturā qua quidpiam dicatur sitque potentia calidum ad ignem, & ad nos. Nam oleum facilius vritur quam arsenicum: hoc verò facilius à nobis calefit quàm oleum. Si igitur quod facilius calefit à nobis, non ita etiam patitur ab igne, diuersa natura est, ex qua potentia vtraque proficiscitur. Non enim vlla crassities aut densitas prohibere possit ignem magis quam calorē nostrum: sed naturæ analogia, aut contrarietas quæ cum hoc, aut illo magis intercedat, vt explicatum est. Alterius etiam obiectionis similis quædam dilutio est. Nimirum penetratio quædam tenuis auget calefaciendi vim, vltius producta exsoluit. Quæ scilicet penetratio est necessaria, vt actu fiat tale medicamentum, auget, quo in actu iam constitutum vltius procedit, eo magis minuitur, quia patitur à partibus, quas alterat passione reciproca.

CAP. VI.

POSTQVAM igitur hac eum in modum definita sunt, rursus ad sermonem de aqua redeamus. Nam quod tenuis sit essentia, argumento est quod promptissime per pilos & vestimenta perfluat. Nam propter humiditatem molliemque quæ nihil habeat adiunctum viscositatis, diuisibiles partes obtinet, & quæ facile in minimas possunt distrahi, talis cum sit, tamen neque nos ex sua natura calefacit, neque proprium est ignis nutrimentum, imò omnino contra aduersatur, & disfidet, atque extinguit, vt quod illi sit aduersissimum. Nec mirum est, si cum igne natura tum calidissimo, tum siccissimo, pugnet aqua, quæ frigida est & humida. Coniectura quidem igitur ex ignis sumenda commertio, quo pacto quodque medicamentum in calore frigoreque se habeat: non tamen protinus existimandum, tale ad nos videri, nisi tenuium partium, & spissum. Sic oleum tametsi facile in flammam vertitur, non tamen admodum celeriter nos excalefacit, nimirum lenta, crassaque substantia sua tenaciter is inherens, quæ primum contingit: proindeque longissime omnibus perdurat quibus fuerit illitum, scilicet nec ab ambiente facile, aut extenuari, aut digeri potens, nec intra corpus prompte transumi. Aqua verò e contrario & celerrimè in halitum soluitur, atque expedite digeritur. Proinde etiam si in idem vas coniectam aquam oleumque decoquas, prior tamen aqua absimitur. Sic item si lithargyro, aut cerussa, aut id genus aliquo cum aqua diligenter commisto simul ambo decoquere voles, priorem digeri aquam experire. Non ergo simpliciter quod citius accenditur, protinus ad nos apparet calidius. Siquidem ante estensum est, vt

A calefacientium aliud simpliciter erat calidum, vt ignis: aliud exuperantia calidum, velut qui nobis est calor: sic eorum qua facultate sunt calida, aliud esse eiusmodi, vt ad id quod primo & absolute est calidum, aliud verò vt ad id quod per exuperantiam dicitur. Quamobrem non absolute ab ea quæ aduersus ignem est in iudicium venientium medicaminum dispositione, ad nos transire expedit, sed adiecta limitatione proposita.

FACTA digressione ad sermonē de ratione explorandi medicamenta calida ex igne, redit ad aquæ naturam cuius occasione js sermo incidat. Definitum iam est eam esse frigidam & humidam, nunc dicit tenuem esse, signum est, quod promptissime per pilos & vestimenta perfluat. Causa autem quia propter humiditatem & molliem, quæ nihil habet admistum lentoris, diuisibiles habet partes, & quæ facile in minimas distrahuntur. Talis cum sit, tamen non nos calefacit. Non enim quia dictum est, quæ crassa sunt non calefacere et si natura calida sit, vt omnia quæ sunt tenuia, calefaciant. Sed quæ calida sunt natura. Aqua verò est igni aduersissima, frigida cum sit & humida. Redit rursus ad dicta, facitque epilogum, dicens coniectura igitur ex ignis commertio sumenda, quo pacto, quodque medicamentum in calore & frigore se habeat: non tamen protinus existimandum tale ad nos videri, quale ad ignem, nisi tenuium sit partium, & densum. Si verò aliquid tenuium partium & densum existens, facile vritur, illud, medicamentum quoque calidum sit. Neque huius regulæ vlla, arbitror, exceptio sit. Dicitis his probat, oleum crassarum esse partium, contra ac aquam, quæ tenuium est, argumentum, quod siue sola oleum & aqua misceantur, siue cum re vlla alia ambo, vt cum cerussa aut lithargyro, absimitur aqua prius quam oleum.

CAP. VII.

EADEM hæc limitatio itidem necessaria est, quando ex eo quod quid facile congelatur frigidum esse colligimus. Nam in is quæ eandem habent aut tenuitatem, aut crassitudinem consistentiæ, quod ocys à frigore congelatur, temperamenti est frigidioris. Nam si alterum sit tenuius, puta exempli causa vinum: alterum crassius, vt oleum: non est necesse, aut citius, aut magis concrescere quod est frigidius. Verum si quanto alterum est frigidius, tanto alterum quoque crassius sit: similiter ambo concrescunt. Ceterum magis concretum videatur, ipsa videlicet consistentia duritia, quod fuerit essentia crassioris.

Nam

Nam rationale est, reor, similiter congelatorum quod crassioris fuerit essentia, itidem fieri durius. At si vel alterum plus sit frigidum quam reliquum essentia crassioris, aut contra non frigidius quidem alterum, sed alterum crassioris essentia, haud etiam pari tempore hac congelasce-re est possibile: verum quod plus est frigidius quam alterum essentia crassioris, minori temporis spatio: quod verò minus est frigidius quam reliquum essentia crassioris, maiori sic magis minusque alterum videri durius, id pro excessu portione euenire est necesse. Hac ergo memoria mandare oportet, tum quòd non idem sunt congelari & refrigerari, & quòd illud maximè à refrigeratione proueniat. Nam refrigerari est frigidam accipere qualitatem. At congelari est dure-scere pro frigore. Ergo quaecunque corpora tenuis sunt essentia, cum facile perpatiantur, promptè tum incalescunt, tum refrigerantur, at non eque promptè congelantur, vt aer & ignis. Nam hic plane non congelatur: ille, autem, nempe aer, non perinde, vt vitrum, vt pix, vt cera, resina, bitumen: tamen si bitumen sit vel calidissimum: verum essentia eius crassities, ac terrenitas, ad congelationis celeritatem adiuvat: ac si terigeris calidum etiamnum, plane tamen congelatum reperias: & sicut (puto) & plumbum & stannum, nò aliter concreta sunt etiamnum feruescentia. Sic aquam Hippocrates, quæ celeriter & incalesceret & refrigeraretur, semper esse leuissimam retulit. Nam quanto tenuior fuerit, tanto pati prom-prior est. Atqui quæ tenuior est, minimum habet huiusmodi terrestris. Non ergo absolute, nec temere ex passionibus materia ad ignem conijcere eius ad nos facultatem oportet, verum adiunctis limita-tionibus supra positis. Quare nec aquæ securum iudicium, quam id quoad nostrum corpus quid examinamus. At, qui hoc etiam ulterius tran-scunt, plane in multis errorum periculis versan-tur. Quanquam id faciunt medicorum complu-tes, alij omne quod viscosum est, calidum asseren-tes, alij quidquid adstringit, nonnulli quidquid est dulce, quidam verò etiam quod austerum acerbum ve est. Sunt autem qui singulis illorum contraria defendant. Sed qui in istis errores committantur, postea narrabo, nunc autem presentem sermonem consilium est absoluerè, nempe vt si quis ex ignis commertio materiam iudicare volet, non absolute, neque circa limitationem id faciendum, neque perinde ad ignem & hominem habere quicquid indicatur, putandum. Nam aqua igni aduersis-sima est, vt qua facultatem sortita est frigidam & humidam. Muria verò, marina, bituminosa-que & sulfurosa aqua, non eque: quippe cum id genus omnes ab aqua ad calidius receberint. Verum de sponte natis aquis (Græci οὐροῦν vocant) vel hac sufficiant. Siquidem vbi medicaminum v-niuscuiusq;, quorum qualitates accipere aquam ostensum est, sermonem sigillatim tractabimus: si nunc aut obscurius quippiam, aut imperfectius

A sit dictum, id tunc adijcietur.

Nunc de argumento quod à contrario ducitur, hoc est à congelatione agit, dicens, non quod facilius congelatiatur esse frigidius, nisi adhibeatur eadem limitatio, quæ adhibebatur, in argumento ab igne. Nimirum vt illic dicebamus, non quod v-ritur facilius, ad nos etiam calidius est, si crassius etiam est: ita hic quoque dicendum, non quod facilius congelatiatur esse etiam frigidius, si crassius est. Nam vt fieri po-est, vt et si sit natura calidum non calefa-ciat, quia est crassum, ita fieri potest, vt et si frigidum non sit, concrescat facile, quia est crassum. Verum in priori argumento adhibebantur plures limitationes, in hoc autem vnica hæc. Consideranda igitur eius quod facile concrescit, crassities: quod si ea vt res concrescit facillime, ita est ma-xima, non est quòd putetur esse frigida, nam calidissimæ etiam res si sint crassis-simæ concrescunt, vt bitumen. Hanc ob causam dixi ego alibi argumentum quo A-ristotel. adducitur, vt putet sanguinem frigidum esse, quia facile concrescit, esse leue, cum sanguis crassus, & vt ipsemet dicit fibrosus sit. Dicit itaque et si concre-tio à frigore fiat, tamen disferre refrigerationem & concretionem, & esse quæ fa-cile refrigerentur, & difficile concrescant, & quæ facile concrescant, & difficile re-frigerentur. Nimirum quæ frigida & ten-ua sunt, vt aqua, facile refrigerantur, tar-dius autem concrescunt: quæ crassa & ca-lida vt bitumen, tardius refrigerantur, sed cito concrescunt. Nam videmus quæ val-de sunt crassa, etiam adhuc calida & vren-tia esse concreta, vt bitumen, plumbum, ferrum, & æs. Sed dices quo modo er-go imputari potest ea concretio frigori? Certe frigoris esse constat, quia ea ipsa tan-dem soluantur augefcente & perseverante calore: sed crassities est maxima mate-riæ dispositio & potentia ad concrescen-dum: dictum verò est quo materiæ cuius-que potentia est maior, eo minorem vim facientis sufficere. In ijs igitur quæ aded sunt crassa, vel minima feruoris remissio est satis, vt concrescant. Sed exclusa crassitie, recte dicetur quod facilius concrescit, frigi-dius est. Nihil hominus dicit Galenus, nul-lum esse aded securum iudicium medica-mentorū, quàm quod accipitur ex eo quod faciunt, admota corpori: & eos qui vterius progrediuntur nollètes argumen-ta capere à rebus externis. Versari in multis erroribus, quod proce-dente opere indica-bitur.

DE

CAP. VIII.

SED ad reliqua nunc liquidorum medicaminum transibimus inter quæ vel maxima est controversia de aceto alijs frigidum alijs contra calidum. Astringentibus nonnullis calorem quendam illi concedentibus, sed quendam etiam auferentibus, velut qui acetum vinum esse mortuum asserunt. Nam hi propriam vini caliditatem perdidisse quidem: verum ex putredine assumpsisse aliam quandam contendunt. Atque ego sane non multum abest, quin illorum laudem sententiam, in eamque prompte accedam, proq; hac assertione atque opinione periuula omnia subeam, si quam machinam, aut artem inuenire queam, sicut in lacte contrariarum partium separationis, ita hic quoque. Nunc autem quod lac vniuersum non sit homoimeres & simile, neque vndequaue sibi idem, clare monstrat coagulatio, excogitata videlicet multis hominibus ratione, qua partes caseosæ a serosis separari possint. Atqui neque tale quid reperiunt, neque manifesto demonstrare possis, quod quantum eius est tenue, atque exactè humidum, hoc refrigeret: quod verò secundum fecis substantiam in eo defertur, velut in vinis, calefaciat. Nam ea solum ratione aperte quis probauerit, ex contrarijs ipsum partibus consistere, sicut lac. Sane in omnibus liquoribus, quos expressis fructibus conficiunt, crassum defertur quippiam, quod temporis spatio subsidit: sex vocatur in vino, in oleo autem amurca. Sed & in omnibus alijs inest quod illis proportionate respondet, tamen si proprium nomen sortitum non sit, quod velut sex est in illis. Vriq; & in aceto est huiusmodi quippiam, & forsitan ipsum est quod caloris est particeps quod verò frigoris, id quod tenue est. Fortassis verò & in ipso tenui exiguum quiddam defertur multo tempore præparatum, alterius naturæ quam ipsum sit totum. Nam quod maiori parte frigidius sit quam calidius liquido is appareat arbitror, qui verè facultatem eius expendunt.

POSTEAquam mox egit de aceto, utpote liquore etiam secundo loco maximi usus, & hominibus familiarissimo, ac præterea, quia de eo maxima fuit controversia, & sententiæ variæ. Fuerunt verò hæ præcipuè tres, alijs summe calidum, alijs summe frigidum, dicentibus: alijs etiam dicentibus habere partes alias frigidas, & alias calidas, eò quod sit vinum mortuum. Ut ergo in animali mortuo partes quæ natura calidæ erant, refrigerantur, aliæ calorem putredinalem comparant, ita in aceto partes vinosas extinctas & refrigeratas esse, alias verò esse putrescentia factas calidiores. Has dicit esse feces, & præter eas, aliquas etiam tenuium, quæ scilicet in vino erant aquosæ: nimirum in vino, ut procedente opere dicet, sunt partes quatuor, flos, sex, aquosa, & vinosa pars: ut in lacte

A butyrum, caseus, lac, & serum. Flos & vinosa pars quæ sunt natura calidæ, emoriente vino frigescent, reliquæ duæ, quæ vini calorem temperabant, putrescentia sunt calidæ, verum quia in vino plus calidarum partium est, constat fore in aceto plus frigidarum. Hanc sententiam sequitur Galenus, ut alijs probabilior, ac ob id tantum non affirmat esse euidentem, quod non sit ars vlla qua partes illæ aceti separentur, ut partes lactis. Vtique ad eò Galenus, non audet fidere rationibus vel probabilissimis, quæ sensus testimonio confirmari non possint. Sed videri possit, in calce huius dictionis male coluisse, cum dixit, fortasse & in aceto est huiusmodi quiddam, & forsitan ipsum est quod caloris particeps, frigoris verò quod tenue: fortassis verò & in ipso tenui, exiguum quiddam defertur in multo, dispersum, alterius nature, quam ipsum sit totum. Nam quod maiori parte frigidius sit quam calidius, liquido is apparere arbitror, qui eius facultatem expendunt. Videtur enim hic Galenus, ita collegisse, fortasse præter fecem, habet ipsius etiam tenuis partem quandam, alterius naturæ quam totum sit, hoc est, frigidam, quia totum frigidum est: videtur autè contrarium fieri, ut totum calidum sit, si non solum crassas, sed quasdam etiam tenues partes, calidas habet. Hoc ut intelligas, scias, ubi legi exiguum quippiam in multis dispersum, sequutum me esse codice Aldinū, in quo ita legitur *μικρόν τι ἐν πολλῷ παρασκευασμένον*. In alijs verò legi *ἐν πολλῷ παρασκευασμένον*, id est, in multo præparatum. Quod et si in idem redeat (nimirum utrisque significatur, illud exiguum calidi tenuis, non multum elucere, quod per multum frigidi dispersum sit, aut quod in multo velut temperatum, & conditum) tamen apertius multo dicitur, quia exiguum in multo dispersum. Cum igitur addit: nam quod maiori parte frigidius sit constat, ne intellige, quia eas partes calidas habet, sed duorum alterum, eum affirmare aut frigidius esse maiori parte, quia et si præter crassam, ipsius etiam tenuis quiddam pars calida est, ea tamen est exigua, & in multo maiori dispersa: ut ipsum explicare verba proxima. Dixerat enim alterius naturæ quam ipsum totum, indicat ergo se hac periphrasi intelligere calidum, nam ipsum totum acetum, frigidum esse constat.

CAP. IX.

NEC satis mirari queo, quæ arati ne ducti quiddam, usq; ad eò calidum esse acetum pronunciarint, ut cauterio ipsum assimilarent. Nam hæc, inquit ratione sanguinis eruptiores (μεγίστην: Græci vocant) reprimunt. Primum enim tanta caliditas sensum nostrum non fugeret. Deinde ad illorum

illorum calidorum imaginem omnino vtrique crustam efficeret, calidis medicinis similiter. Nam id plane conspicimus, vbi per ea sanguinem sistere statutum est, crustam relinqui haud exiguam. Si quidem nisi crustam effeceris, sanguinem haud represseris. Nam ea velut operculum fit corporibus sanguinem profundentibus. Proinde sane etiam cauteria plane candentia illis applicare consuevimus: compertum nimirum habentes, quae non sunt eiusmodi, praeterquam quod nihil proficiant, insuper ledere, ac sanguinis profluuium irritare. Nec sane ignis ex sua ratione, aut quod calefaciat, ipsum sistere potest: verum idcirco, quia cum vrit quae contrigerit, quod ex vrsione reliquum est, operculum subiectis partibus relinquit, id quod Graecis appellari consuevit, *εργασμα* (Latini autem crustam vocant) At acetum haud perinde vt crustam facientia medicamenta, sed potius vt adstringentia citra crustam, sanguinis fluores cohibet. Itaque hac quidem ratione non excalescere, sed refrigerare putetur. Praestat tamen, vt & supra monuimus, à talibus coniecturis recedere, vtpote quae iudicium ad sensum haud referant, neque ex prope positis, aut vicinis, sed è longinquo longis lemmatis, siue sumptionibus rationem colligunt. Apperiam autem copiosius illarum absurditatem in libris sequentibus.

Quidam affirmabant acetum calidissimum esse, aded vt effet causticum, ducti hoc argumento, quod sistit fluxiones sanguinis, quod idem facit cauterium. Horum sententiam refutat duobus argumentis: primo quod non posset tantus calor nostrum sensum latere: secundo quia faceret crustam, si ita sisteret sanguinem: cauterium enim non aliter sistit quam crustam in ducendo.

C A P. X.

NOS autem secundum methodum, siue rationem ab initio positam, vim eius experiemur: primum in ijs quibus inculpata constat sanitas, mox in intemperatis, deinde & in agrotantibus. Itaque spongiam aut lanam aceto madentem cuius sani corporis parti superponemus: deinde, vt ante est positum, protinus rogabimus, idiotas scilicet, atque ex plebe aliquem (nam illorum in istiusmodi incorruptum est iudicium, quia nulli videlicet dogmati seruiliter sunt addicti) nunquid calorem an frigus percipiant. Id verò satis constat, quod illud nec summe frigidum, nec calidum admovebimus. Nam & de hoc supra verba fecimus. Sane si tale fuerit quod applicatur acetum, potissimum si non admodum inueteratum, neque extreme acre, manifestum principio frigus percipient itidem & post vnam, duas, tresve horas postea vero, post sublationem scilicet, sensim nascentis in parte caloris phantasia ac opinionem habebunt. Porro si vehementer acre acetum extiterit, & hoc etiam refrigerari se principio dicent, celeriter

A tamen recurrentem calorem sentient, non autem longo post tempore, velut in recentiore, ac non valde acri aceto. Ex quibus constat, omnino frigidum quidem esse acetum, sed quendam etiam obtinere calorem, qui acrimonia ratione per accidens spatio temporis mediocriter corpora excalescat, tametsi id non vbiq; sed in quibusdam duntaxat possit efficere: nam laxis, ac doloris expertibus tumoribus, neque protinus, neque postea caloris sensum aceti vsus commouet: mordicatio tamen in illis quadam percipitur, ob quam saepenumero ijs qui diutissime vtuntur, tenuis quidam recurrit rubor. Itaque neque primario, neque proprio ordine excalescere videri possit, sed acrimonia morsu irritare. Porro quandoquidem à sanis corporibus ad affectus semel delapsi sumus, suggeramus quae in calidissimis & frigidissimis affectibus efficere queat. Ergo si quis ab illita thapsia vratur, ardor aceto restinguitur. Id quod cui libitum est, experientia discere licet: velut nos profecto fecimus in nobis ipsis, quo accurate medicamento potentiam experiremur. Illitis enim multis in locis tibijs, vbi post quatuor, quinqueve horas inflammari coepissent, huic quidem parti acetum, illi aquam inspersimus, alij vero oleum, alij rosaceum intinximus: & alijs atque alijs alia atque alia, quae aut acrimoniam hebetare aut calorem refrigerare creduntur: sed eorum omnium acetum compertum est, efficacissimum. Quocirca manifestum est, non eo quod acrimoniam, ac mordacitatem obtundat, sicut oleum & rosaceum (nam id praestare haec possunt) sed quia refrigeret, tale esse. Quippe si excitatas à thapsia phlegmonas aliter sanare non liceat, nisi aut refrigerando, aut morsum, siue acrimoniam obtundendo, nec alterum praestare valeat, consequitur vtrique necessario reliquam vim sanasse. Alias parò reliquas calidas passiones omnes phlegmonas puta, herpes, phygethla, erysipelata, carbunculos, alias plus, alias minus refrigerare consuevit. Quapropter nisi vehementia illi atque asperitas facultatis molesta inesset, haud alio sane villo vtendum ad refrigerandum foret.

Proposita à principio methodo inuestigat facultatem aceti, ab eo scilicet quod facit admotum temperatis, intemperatis, & agrotis. Constat verò ex omnibus quae narrat, euidentiore esse in eo refrigerandi vim, atque eam per se, quia cum admoveatur expers alienarum qualitatù, primo cursu refrigerat, insinuare tamen etiam esse quandam calitatem praecipue in valde acri, quae non satis constat, an sit ex quarundam partium calore, an ex mordacitate. Ipsa enim mordacitas nondum definitum est, vnde nascatur.

C A P. XI.

TAMETSI quidam reperiantur, qui maximum id caliditatis eius argumentum consti-

stant. Non enim inquit, neque acye neque mordax neque asperum, neque erodens foret, nisi affirm illi inesset caliditas. Nam sicut frigidus est contrahere, ac refrigerare, ita calidus secare: atque diuidere: id quod in primis efficere acetum valet: quippe quod secet atque erodat, non modo animalium corpora, sed & grumos, callos, lapides, fictile, aes, ferrum, plumbum, ac tantum non velut ignis cuncta peruadat, ac penetret, nec vlla possit substantia penetrationis eius vehementiam, aut sustinere, aut illi reluctari ac resistere. Nam subtile haud secus esse atque ignem, non leui testimonio illi tactum esse: quin & gustantibus ita videri & per subtilissima vestimenta promptius aqua perfluere, omniaque excedere, vti paulo supra diximus. Et quidnam, obsecro, aliud ipsum his verbis quam ignem pronuntiant? Non aliter quam qui frigore grumos ipsum soluere contendunt, premendo videlicet, densando, ac omnia vndiquaque stringendo, ac si quis digitis amplectens compresserit. Nam hi rursus adeo excedunt, vt & niue frigidius ipsum adstruant. Sed vtrorumque castiganda immoderatio est. Neque enim vt frigidum sit, iam niue frigidius: neque vt calidum, omnium, calidissimum pronuntiandum est. Siquidem nisi iuxta medium foret, ac longe ab extremorum vtroque distitum, non tanta incidisset de facultate eius controversia. Nam de cicuta, aut mandragora viribus nemo ambigit, neque de nasturtij, & canchryos, verum illa omnibus medicis in confesso est facultate esse frigida, haec vero calida: eundem in modum altercum & meconium frigida piper & napy calida. Adhaec innumera sunt alia quae aut esse calida, aut frigida, vno ore medici omnes fatentur. Ceterum acetum, sicut vtrique & rosaceum, neque esse summe calidum neque rursus summe frigidum, vel ex ipsa dubitatione satis constat. Neutrū enim horū sit necesse est. Siquidem cum neutra tripliciter dicatur, vti diuisit Herophilus, partim amborum extremorum participatione, partim neutrius, partim nunc illius, nunc huius, omnino & haec aut aliquo significatorū, aut aliquibus, ex neutrorum natura fuerint. Mihi sane magis videtur vtriusque extremorum participatione, & quod nunc sensibilibus calefacere videatur, nunc rursus refrigerare: sic ergo neutra dici possint acetum & rosaceum. Quod si quis ea neutra ostendere conetur, quia neutro participent ne illi quidem etiam forte probabiles quadam rationes, deerunt, sed non erunt demonstratoriae ac scientificae. Id me exacte compertum habere confido, & maxime de aceto. Nam quod suae vtriusque sint rationes probabiles, tum is qui frigidissimum demonstrat, tum is qui calidissimum, non paruum iudicium est, ipsum vtriusque esse participes. Admodum tamen difficile est rationi contrariorum participationem concedere, cum non liceat substantiam eius aut soluere, aut scindere, velut in lacte facimus, & alijs compluribus, quae omnia sermonis progressus apperiet. Proinde euidentius magisque periculo vacans principium optamus assequi.

A Porro vt mihi quidem videtur, indagandum illud principium est ex natura tum tenuitate, tum crassitie, de qua dictum quidem supra est, verum nunc quoque copiosius de illa differere expedit, quandoquidem & Plato de principijs longum haberi sermonem oportere prodidit.

V Trofque, & qui calidum, & qui frigidum esse affirmant acetum errare, dicit, quod immodice id dicant. Illi enim dicunt ipsi igni proximum esse, quod tenuissimum sit, & per omnia penetret, omnia diuidat, vel lapides ipsos, grumos dissoluat, mordeat, haec vero omnia esse propria igni: ita liquorem hunc esse igni proximum: hi dicunt, acetum dissoluere grumos comprimendo, vt si quis manibus dissolueret. Constat vero quod adeo praefrigore premeret, fore frigidius niue, vt quod adeo igneum esset, omnium medicamentorum foret calidissimum: neutrum tamen horum habere cuius constat. Proinde colligit temperandum esse vtrorumque sententiam, & dicendum, acetum esse neutrum primo & tertio modo, eorum quos recensuit Herophilus, quorum in initio artis medicinalis, etiam meminit Galen. scilicet quod participet vtroque contrario, cum habeat partes calidas & frigidas, & quod aliquando refrigeret, & aliquando calefaciat, vt dictum antea est. Temperandum vero etiam non nihil est quod Galen. dicit. Non enim iuxta definitionem quam ipsemet profert ex Herophilo, est acetum neutrum: quia non aequaliter participat vtroque contrario: si vere dictum antea est, maiori parte frigidius esse quam calidius. Dicit tamen potest quodam modo neutrum, quia etsi non aequae participat, tamen vtroque contrario: rosaceum vero non video cur dicat neutrum, cum constet rosa frigida, & oleo temperato. Oleum quidem ipsum dici possit neutrum secundo modo, hoc est priuatione vtriusque contrarij: rosaceum vero in frigidum incipit inclinare.

C A P. XII.

I GIVR nemo aërem non dicit esse tenuē, quod videlicet in tennes facile partes comminatur, quodque corpora densissima expedite penetret: aut si ex alia re quapiam tenuitatis vocabulum illi attribuant clare nos doceant. Non enim ex corpusculis exilibus tenuibusque, vt alterius sectae principes asserunt, & nos quoque, aërem constitui fatebimur. Nam continuus est, totusque vnus, nihil ysquam in se vacui continens. Porro in eiusmodi corporis natura tenuitas intelligitur ex sola in tenuia diuisionis celeritate. Verum si ea ratione ignis est tenuis, haud omnis ignis tenuis iudicabitur: quippe cum aes, ferrum, lapis, lignum, atque adeo quicquid in carbonem verti potest, sit ignis, non tamen quam antea tenuius: flammæ tamen.

cum

cū aliud sint ignis genus, re vera tenues sunt. Quocirca non omnis ignis est tenuis, neque quicquid tenue protinus & ignis fuerit. Siquidem & pruna ignis quidem est, sed non tenuis, & aer tenuis, verum non ignis. Quid ergo tam in promptu habent hanc propositiones utraque tum medici, tum philosophi paulo minus omnes, omnem ignem esse tenuem, & quicquid tenue sit, esse igneum? Nam si acris quis attenderit, animūque diligenter aduertat, haudquaquam dixerit, prunam aere tenuiorem. Memoria namque repetamus ambientis nos aeris puritatem ac partium tenuitatem in vehemente frigore & boreali constitutione ipsamque si lubet cum ferro componamus ignito: manifesto enim ex illiusmodi exemplis cognoscemus, frigidum quid esse quod sit exacte tenue, & calidum quod sit crassum.

Quandoquidē à tenuitate aceti argumentabantur quidam medicorum illud esse igneum & calidum, indicat neque ignem omnem esse tenuium partium, atque ita multo minus tenuium partium esse omnia quæ calida, & quando neque solus ignis tenuis est, sed aer etiam, neque omnia tenuia sint calida. Sed quod dicit quendam ignem esse tenuem, quendam crassum, constat, non de igne ipso per se, ut si quis fingat merum ignem vsquam esse, is enim sit haud dubie corporum omnium tenuissimum, sed de his quibus vtimur flamma & prunis, quæ ignis quidem non sunt, sed ignita corpora. Flama videlicet fumus ignitus, prunæ ignita ligna, aut lapides. Quoniā enim igni omnia subiecta sunt ut materia, nunc tenuem flatum tenet, nunc densas substantias. Sed hoc de igne quo vtimur vere dici, satis est ad id quod Gal. vult docere. Nam etsi ignis ipse per se crassus esse non possit (qui ne esse quidem omnino potest ut ego existimo) si tamen corpora quæ tanto igne participant, ut ignis vocentur, crassa esse possunt: quod ignis cum multa terra esse possit, multo profecto magis possint crassa esse medicamenta, quantumuis sint naturalia calida: cuiusmodi certè sunt caustica vocata & scharotica, nimirum ea calida sunt quarto ordine & crassarū partium, quia multum ignis & terræ pariter acceperunt.

CAP. XIII.

Quo circa haud concedendum arbitror quibusdam qui acetum ex tenuitate sua mordacitateq; calidum esse colligunt. Nec enim quicquid tenue fuerit, id & calidum est, forte vero ne quicquid mordax fuerit, & tenue. Verum in presens id illis detur: tamen si adferre liceret, niuem & boream, aquam frigidam non oculis duntaxat, sed & vlcibus, & raris corporibus omnibus mordaces: uti Hippocrates, inquit vlcibus

bus frigidum mordax. Verum etiam si quis & illud, ut dixi, concedat, quicquid mordax fuerit, esse tenue, non statim & calidum concesserit. Itaque nec acetum proinde quod mordax sit, calidum fuerit, sed tenue, uti aer borealis, non tamen calidum.

Quia quidam à mordacitate aceti argumentabantur esse tenuium partium & calidum. Dicit illos multis modis decipi, primum quod non omne quod tenue calidum (nam ut dictum antea erat, borea est frigidus & tenuis) deinde quod neque omne mordax tenue. (Siquidem caustica mordacia sunt, & crassarum partium) deinde quod etsi quis illis hoc concedat, omne scilicet mordax esse tenue, non tamē omne quod mordax, & tenue, sit calidum. Siquidem nix, aqua frigida, & borea, tenuia sunt & mordacia, non solum oculis & vlcibus iuxta id quod Hippocrates dicit, partim quinta Aphor. partim libello de alimento, sed etiam corporibus omnibus raris: quæ tamen constat frigida esse. Igitur (colligit) acetum non quia tenue & mordax est, fieri ut necessario sit calidum, sed posse esse, tenue, mordax, & frigidum, ut boream. Hæc docet Galen. locus autem videtur esse corruptus, quia verba videntur ferri in sensum absurdum. Siquidem illis verbis incipientibus à particula aduersatiua, tametsi adferre licet niuem, boream aquam frigidam, videtur insinuari niuem, aquam, & boream esse crassarum partium, dixerat tamen nuper, ac paulo post iterum dicit, boream esse tenuem. Legendum ergo censo citra particulam aduersatiuam: pro tametsi, atqui, utrumque enim significat particula *καὶ τοιούτῳ* scilicet nunc est aduersatiua, nunc continuatiua.

CAP. XIII.

Vndenam igitur quibusdam obscure cuiusdam caliditatis sensus oboritur? Fortassis ut ante dixi, ex contrariis facultatibus compositum est, perinde ut lac. Forte verò calor ipsius reuocatione. Possit autem, cum asperum molestūque habeat transitum, dolorem inde vere, atque eum in locum calidam elicere fluxionem. Siquidem id palan est, partibus dolentibus quippiam insuere. Verum multum quidem insuere nequeat: quandoquidem acetum frigidum est, & proinde id quod accurrit, repellens. At quod plane tenue est, id medicamenti ansas effugiens, praterlabitur, neque in parte figitur, haud etiam retrorsum, sicut id quod crassum est, repulsum. Sane ad vnguem tenuis quidam est florescerubor in partibus ab aceto irritatis conspicitur. Forte vero alia causa est, quæ comprehendi nequeat. Nam ob id ipsum procul ordiendam facultatis explorationem prohibui-

mus. quia in naturalia incidere problemmata necess est, ea quæ non leuibus ambiguitatibus perplexa. Nobis igitur haud statutum est. sicut is qui naturam rerum scrutantur, omnes omnium rerum causas exquirere, verum medicaminum facultates cognoscere, quo & illis dextre vri & boni compositorum euadere artifices possimus. Nam quod sit impossibile aut probe ipsum medicamentum componere, aut eo quod ab alio compositum est, aduocare vri, antequam simplicium medicaminum facultates peruenieris, abunde in libris tum de curandi ratione, tum de medicaminum compositione conscriptis ostenditur. Cum ergo is nobis in hac tractatione propositus sit scopus, vbi primum quod ab illis vrile est inuenerimus, à physicis problematis recedendum est, quæ innumeris dubitationibus sunt intricata: quippe cum in qua in vniuersum temperatura, aciditas, dulcedo, lentities, amaritudo, salsedo, austeritas, acrimonia, & aliarum qualitatum singula prouenire sunt nata, physici viri scrutari nituntur, hasitationes cum plurima, tum maxima in oratione existere asolent. Has ego non secus vitandas censeo, quam quædam præcipitia, cum præsertim ad manum sit via regia, qua medicamenta iudicare liceat. Primumque quod paulò ante præcepi, perpendendum nullam in ambiguo esse facultatem eorum quæ vehementer aut excalescunt, aut frigescent: verum de quibus ambigitur, neutra sint necesse esse, deinde pleraque, vt ad sensum simplicia, ex pugnantibus constare facultatibus. Non enim solum lac, sed etiam sulfurosa, bituminosa, nitrosa & quæcunque eius sunt generis sponte prouenientium aquarum, ex pugnantium facultatum mixtura nascuntur. Siquidem aqua ex sua natura frigida est, & humida, bitumen autem, sulfur, misy, chalcitis, & eius generis alia, calida: meminisse vero etiam oportet, calidorum haud pauca crassa esse essentia, nec pauciora si gidorum, tenuis: ac secundum hæc principia tutò de medicaminum viribus pronuntiare. Sat igitur fuerit, tenuis, refrigeratorium, exiccatoriumq; acetum dixisse, omisus super illis rationibus nimis physicis, quæq; magis ad naturam rerum scrutantes attinet. Nam ex illorum scientia, quo pacto alijs medicamentis misceri ipsum licet, cognoueris.

Galenus dicit, inutile esse medicis, problematis physicis sese implicare, atq; nihil verum esse censere, præter id cuius possint causas reddere: satius esse multo, res ipsas experimento explorare & agnoscere: vbi agnitæ sint, inuestigare, si fieri possit, causas, & nihil certo affirmare, quod non sit euident: cætera affirmare esse probabilia solum: quod si nullam omnino causam, quæ placeat satis, inuenire possis, non tamen proinde non censere esse verum, quod confirmetur experimento. Velut nunc, rogat, vnde sit vt ex aceti admotione obscuræ cu-

Aiusdam caliditatis sensus oboriatur? Respondeat, fortasse fieri quod et si frigidum est, ex contrarijs partibus compositum est, vt lac: fortasse calefacit per accidens, caloris reuocatione, vt aqua curat tetanum: fortasse quia mordet, & mordicatione conuocat calidos succos: siquidem palam est semper influere aliquid dolentibus partibus: ac fortasse, inquit, nulla horum causa est, sed alia quæpiã quæ comprehendi nequeat, non erit tamen negandum, quod re ipsa ita fieri constet. Hæc sunt quæ de hoc problemate responderi posse videntur, quæ omnia cum dubitatione quadam profert Gal. qui nihil eorũ possit euidenter indicare: certè quæ ille maxime probat sententiam est, acetum constare partibus contrarijs, frigidis pluribus, calidis etiam nonnullis, sed quia non potest eas partes separando indicare vt in lacte, ne hoc quidem certò affirmare vult, est verò hoc probabilissimum. Quod vel aliarum resolutionum refutatione constare possit. Si enim reuocatione calidi calefaceret, vt frigida infusio, in alto sane posset calorẽ gignere, cutẽ verò omnino refrigeraret, at verò ciet caloris sensum & ruborem in cute, non ergo hæc est causa. Porro si mordendo conuocaret, cur non procederet ea conuocatio plus, vt vel phlegmone excitaretur in parte? Huic obiectioni tacitæ respondet Gal. ipse quantum mordendo conuocet, non posse tamen multum influere, quando quidem acetum ipsum, frigidum cum sit, repellat: itaque morfu trahit, & frigore repellit, ac proinde trahitur aliquid, multum vero non potest, quia ipsummet quod trahit, influxui oblit. Sed non videtur fieri posse, vt ab aceti frigore repellantur crassa, non repulsis tenuibus: facilius enim videntur tenuia repelli. Non igitur fieret ille rubor à tenuibus, sed potius his repulsis, hærent in parte crassa. Rursum respondeat Gal. fieri hoc quod aceto comprimente tractos succos, tenues: velut effugientes vim repellentium, inter crassos erumpunt in ipsam cutem, & ibi hærent, crassi verò repelluntur. Hæc Galen. mihi verò figmento similis videtur postrema hæc responsio. Nam reuera tenuia vt facilius trahuntur, ita facilius repelluntur, & hæc est facilis ac expedita causa. Scilicet, quia repercussio repugnat, debilem fieri trahendi motum, per debilem autem, trahi exiguum & tenue, plus aut crassum non posse. Hæc ratio hucusque producta non est improbabilis: hæc verò non tollit priorem, quam & Galeni esse sentio, constare scilicet partibus contrarijs, quin potius in idem incidit. Nã calidis partibus mordet, & frigidis repellit. Quæ verò frigida, quia plures sunt, prohibebunt aliarum vim calefaciendi, mordendi autem non prohibebunt obadiun-

adiunctam partium tenuitatem, & penetra-
 tionem, probabilius est dicere, etsi calidæ
 partes frigidis admistæ sint, eas tamen non
 calefaciēdo ruborē illum ciere & mordere,
 sed mordēdo calefacere. Itaque videtur po-
 strema hæc problematis responsio, primæ pos-
 se probabiliter adiungi. Sed hæc omnia pos-
 sunt disputari probabiliter. His misis, quæ
 dimitti Gal. iubet, addamus positiones qua-
 sdā ad alia omnia quæ hoc opere tractanda
 sunt quas ipsemet ponit. Prima est, eorū de
 quorum facultate multum ambigitur, nullū
 vehementer calefacere aut refrigerare. Nam
 quæ vehementer alterutrum faciunt euidē-
 tem habent agnitionem. Secunda pleraque
 ad sensum simplicia, naturalem habere cō-
 positionem, & constare ex pugnantibus fa-
 cultatibus, hoc est contrarijs facultate parti-
 bus. Tertia, multa calida esse substatiæ cras-
 sæ, & multa frigida tenuis. His positis in-
 quit, possis tuto de medicaminum viribus
 pronuntiare, misis physicis problematis.
 Velut nunc, satis fuerit dicere acetum esse
 frigidum, siccum, & tenue, omisissis de eo
 rationibus nimis physicis.

CAP. XV.

QVOCIRCA non possum eos non culpāre, qui
 de viribus eius proluxa quedam nugantur
 & garrunt magis etiam paulo minus me-
 dicos omnes, quibus cura non fuit simplicium om-
 nium medicamentorum in maioris minorisque ra-
 tione vires discernere, sed satis eis fuit hæc quidē,
 verbi causa, calefacere dixisse illa vero refrigera-
 re, tum hæc humectare, ista exsiccare. Non enim ab-
 solute sic nouisse expedit sed quatenus psyllium re-
 friget quatenus iolanum aut scādix, aut cerussa,
 aut portulaca, aut lactuca. Tū quatenus ex calefa-
 ciat castia, quatenus cinnamomum, aut ammōmū
 aut cardamomum, aut maiorana. Sic & in hu-
 mectantibus & exsiccantibus pharmacis. Non
 enim vtile est generale solum nouisse, verum quid
 primum recesserit à symmetro & medio contra-
 riorum facultatibus: deinde quid illi proximum:
 tum tertium, quartum, quintūque si fieri potest,
 recessum siue ordinem, planis limitibus discernen-
 tem, desinire oportet, quandoquidem in tali facul-
 tatum notitia, tum artificialis simplicium vsus
 constitutus est, tum à ratione proficiscens ac me-
 thodo compositio. Facitque præter hæc, vt quæ
 composita iam sunt, rite vsui accommodare possis.
 Sane id quidem difficultatis atque laboris plenissi-
 mum est, multāque poscens tum diligentiam,
 tum vsū. Ab experientia verò auspicari in id ge-
 nus omnibus necesse est, velut iam propositum est:
 tum tuto ac diligenter colligere, ab ambiguis quæ-
 stionibus cauendo. Eoque mirari quispiam possit
 eos qui talia exquirunt, cum illos implicantes sese
 questionibus scriptisq; animaduertat, quemadmo-
 dum consuevit Herodorus.

MEdici ante Galen. non definiere quo
 gradu medicamentum quodcunque
 tale sit, sed satis eis videbatur dicere cali-
 dum, frigidum humidum aut siccum esse,
 cum tamen neque ad eis rectè vtendum,
 neque ad pharmaea rectè componendum,
 neque ad rectè vtendum bene compositis,
 satis sit, nisi gradus singulorum definian-
 tur. Non enim solum curantur contraria
 contrarijs, sed etiam æqualia æqualibus,
 quare nisi scias quo gradu sit medicamen-
 tum, non possis scire an huic morbo qua-
 dret, præterea vt Galen. toto opere de com-
 positione pharmacorum secundum gene-
 ra docet, & ego nono controu. indicaui fa-
 cultas compositi medicamenti nascitur ex
 ratione & proportionem simplicium, qua
 ignorata non possis rectè componere, ne-
 que bene antea compositis, rectè vti. Hoc
 in quo veteres defecerunt, Galenus addet
 libro quinto.

CAP. XVI.

SI QUIDEM ab omni vetustissima composito-
 rum medicaminum historia orsi, ad expen-
 denda quæ in illis sunt simplicia transeunt. Ac quo-
 niam his exempli causa, calefacientibus medica-
 menti admistum inuenitur acetum, proinde &
 ipsum esse calidum contendunt. Neque enim an
 rectè admistum fuerit, constare potest priusquam
 eius seorsum vim totam perspexeris. Neque si id de-
 tur etiam, nota est componendorum medicaminum
 ratio, per quam iudicantes inueniemus, qua ra-
 tione multis ex calefacientibus medicamentis v-
 num admistum sit frigidum, aut certè refrigeran-
 tibus quod calefaciat. Porro, vbi etiam latentes
 affectus memorant, ad quos congruere videantur,
 ac deinde dogmaticis opinionibus paralogismos
 connectunt, ex querendis, querenda, ex obscuris
 obscura inuicem colligentes, tum profectò vel ma-
 xime alys suas produnt ineptias ac nugas. Nam
 quod ex æquo compositis facultatibus omnibus si-
 dem habeant, tanquam fieri non posset, vt pars
 magna earum errore non vacaret, perperamque
 esset composita, talia iactando, Empiricis repre-
 hensionis locum ipsi exhibent. Dicent enim, ar-
 bitror, sicut sane dicunt, frustra non primas esse-
 tricisque cuiusque medicaminis facultates ex-
 quirere, cum ab experientia inuenta iam antea
 sit, tum compositorum, tum simplicium medica-
 mentorum innumera multitudo, quibus & ipsi
 fidem habent qui frustra primas facultates exqui-
 runt. Quippe si particulares eorum vsus omnes
 comperti sint, eosque vnanimiter omnes prædi-
 cent, ceterum de causis ob quas agunt nondum
 conueniant: liquet non ex primarum facultatum
 notitia medicamentorum tum vsū, tum com-
 positionem esse inuenta. Sed ea composuisse ex-
 perientiam, at rationem nihil aliud quam proba-
 bilitatem consequi. Hæc atque eiusmodi alia mul-

ta, qui experientiam ac vsum profitentur medici, rite in illos dicere videbuntur, qui omnibus quomodocumque conscriptis pharmacis fidem habere non verentur, causas tamen interim titulis virium ac promissis eorum aptare nituntur. At ego nec illud quoque in illos addere grauaabor: Herodotum alias sectas omnes prauas reputantem, prater eam que spiritibus omnia tribuit. (νεφελαιμνίη Græci vocant) Metrodorum omnes prater Asclepiadem, & Zenonem, praterquam quæ ab Herophilo inuenta est. Et Hermogenem prater eam quæ Erasistratum autorem habet, & alium atque alium omnes damnantem extra suam: de compositis tamen medicamentis citra iudicium atque experimentum scriptis omnibus fidem tribuere, siue à sectæ suæ hominibus sint scripta, siue diuersa, siue etiam à quopiam ex plebe: quin verò etiam causas subinde reddere conantur probabiles medicamentorum pessima ratione compositorum, & (quod hoc est mirabilius) etiamsi nullum eorum quæ laudant, fecerint periculum, sed alijs duntaxat credant: quemadmodum cum quidam nuper mirificas multasque podagrici medicamenti laudes iactasset, atque eo etiamnum loquente, forte fortuna aduenisset podagricus quidam, qui tam mediocriter laborabat vt incedere etiam posset, nosque iussissemus in illo primum præberet experimentum, ille acquiescens pedi pharmacum apposuit. At vir ille noctem totam in somnium egit, ac postero die tantum abest, vt commode sicut antea incederet, vt ne gestari quidem posset. Ad eò citra vllam explorationem ac temere tum alijs quidem fidem habent, tum alios alijs scientes ac sponte fallere gaudent. Porro etiamsi omnes medicamentorum quæ memorant, compositiones probe essent comparata, veruntamen speculationis eorum vsum ijs quæ faciunt euertunt. Aiunt enim ad præparanda medicamenta composita, eaque rite vtenda, simplicium facultates inspicere ac considerari, in quod eorum testimonium tantum non omnes veterum citant, Erasistratum, Herophilum, Philotimum, Dioclem, Praxagoram, & ipsum etiam Hippocratem. Porro vbi ad exploranda ea accedunt, ita nobiscum agunt, si ac omnes perspectas iam haberemus facultates compositas. At qui inquiet, opinor, ad eos quispiam: quo pacto non frustra simplicium quaratis facultates, si omnes compositorum iam noscitis? Nam si quarum gratia simplicium facultates inquiritis, eas omnes iam nouistis, superuacaneum est illas exquirere. Ceterum si vel hoc quoque quis illis concedat, saltem id quod & supra positum est quo pacto perferat, cum pugnantia cum rebus apparentibus, prolixis rationibus adstruere conantur.

Perstat Galenus refutare rationes argumentandi, quibus antiqui vtiebantur vt inuenirent facultates simplicium medicamentorum, ac nunc quidem duas refutat,

A alteram à compositis ad simplicia: alteram à morbo ad facultatem medicamenti. Nimirum ita argumentabantur, recipientes velut vera & citra dubitationem, quæcumque de compositorum facultate à veteribus erant prodita, inde argumentabantur facultates simplicium, quæcumque in compositione calidorum inuenirent, calida esse putantes, & quæ in frigidorum frigida. Secundo proponentes, vnusquisque iuxta suam sectam nomen morbi cuiuspiam, id à quo curaretur, contrarium esse affirmabant: velut methodici, cum omnes morbos in laxis aut adstrictis ponerent, omnia quorum vsum est in morbis: quos illi vocabant laxos, dicebant adstringere. Hinc eueniebat vt plurima vocarent adstringentia, quæ re ipsa talia non sunt. Nimirum quia ipsi, sectæ suæ studio, circa morborum naturas fallebantur, multos ponentes laxos, aut adstrictos, qui tales non sunt: atque ad eò, quia non distinguebant curandi modos, neque curatorias indicationes, vt paulò post explicabimus. Nunc priorem argumentationem inuestatur, quæ re vera est absurda. Nam est, vt si quis colligat, opium esse calidum, quia est in ijs quibus theriaca componitur: aut piper frigidum, quia ex eo inter cætera constat Philonium. Constat verò esse hanc rationem fallacissimam, quia non solum commiseri contingit similia, sed sæpe etiam ob quorundam attemperacionem, aut facultatum multitudinem, commiscuntur contraria, velut in his nobilissimis medicamentis est videre. Præterea constat, composita medicamenta talia aut talia esse, quia talibus aut talibus constant, non contra. Quare rationi consonum est, compositorum facultates ex simplicium facultatibus colligere: non tamen simplicium ex compositis. Præter hæc obijcit illis, fore vt vel ipsis Empyricis videantur ridiculi, cum profiteantur se esse dogmaticos & experientiam vituperent: tamen omnibus quæ de facultate compositorum scripta reperiunt, fidem habent citra vllam ratiocinationem: quin etiam, quum certent de sectis, & quibus vituperet omnia præter sectam propriam, tamen medicamentorum vires omnes vnanimiter recipiunt à quocumque, siue suæ siue alienæ sectæ autore, scripta sunt.

C A P. XVII.

SI QUIDEM in quendam etiam incidi tanta stupiditatis hominem, vt contemnendos esse sensus existimaret. Quæ cum rogasset quis, num ipsi pip albū videretur calidū, itaq, vt par erat, annisset, rursumq, alter percōraretur vnde id sciret, ac ille responderet, tale apparere, merito ab ijs qui præsentibus

senes erant derisus est, qui quod diceret non intelligeret. Ipsum enim hoc tale apparere, fidem haberi ab illo, sensui indicabat, quem paulo ante tanquam fallacem contempserat. Nam, per deos vnde ignem scimus calidum? Aut quo syllogismo docti, aut qua demonstratione persuasi? Tum vnde glaciem frigidam esse didicimus quam ex sensu? Ac postea reperiantur qui ipso sensu neglecto physicis problematis libròs impleant. At non illo ex genere est, quam ob causam acetum terram fermentat? Licet enim nobis dicere quod nos lateat, sicut talium problematum plerique. Si verò quis prompte dicat, quia aut calidum sit aut frigidum (virumque enim dicunt) in ambiguas obscurasque rationes se ipsum conijcet. Mecum certe probe actum putem si que sensui apparentibus vicina sunt, atque in propinquo posita, exacte inuenire possim, discernēs in eis ac separans quod ex se est, ab eo quod ex accidente prouenit: velut aestiuo tempore oxycrati potu quidam plane refrigerantur, atque expertes sitis permanent: sed nondum constat, an id aceti gratia eueniat: pauculum siquidem eius copiosa aqua mistum, non calidum, sed quam fieri potest maxime frigidum ebibunt. nam dixerit forte quispiam, quia tardiuscula sit aqua, & plurimum temporis moretur in hypochondrijs: nec deorsum concedens, nec in corpus se diffundens idcirco illi acetum misceri tanquam in omnem partem ferenda futurum vehiculum. Sic etiam si cum vino bibatur aqua, sitim efficacius extinguit quam si sola, scilicet vino ipsam ad distributionem promouente. Itaque refrigerationem, sitisque sanationem ab aqua prouenire, vt quæ frigida natura sit, & humida: ceterum adminiculo esse, ac velut alas illi ad omnes corporis partes permeandas addere tum vinum, tum acetum, quæ ipsa nequaquam frigida sunt & humida. Siquidem prestaret, sic sola exhiberi potius, quam cum aqua quando ea facile præ tenuitate in corpus digerantur, & ab hypochondrijs recedant. Porro quoniam semel in hunc sermonem deuenimus: nihil obstat quominus omnem exacte perficiamus. Nam quod fieri possit, vt & aquam acetum deducat, nec tamen ipsum refrigeret, & non deducat solum, sed etiam refrigeret, certo certius est. Verum vtrum cum veritate coniunctum sit, id considerationem postulat. Distingui autem id possit tantum modo, si cui exhibeas acetum & vinum, vtrumque seorsum & per se. Apparet enim a vino homini semper sitim incrementum, ab aceto verò epoto interim quidem augeri, interim verò sedari. Quippe cum & sitis duplici ratione prouenire soleat, partim humoris inopia, partim caloris copia. Quamobrem mirum videri non debet, si priorem quidem sanare nequeat alteram possit. Siquidem humectare nequit, at refrigerat non instrenue. Quapropter neque à sicca dispositione prouenientem sitim, neque à calida & sicca vnquam sanare queat epotum ace-

atum. At si quando in vnum cocant humiditas atque caliditas, eiusce quidem sitis optima medela acetum est. Rara sane eiusmodi affectio est, in aqua inter cutem affusionibus (παραχύσεις Græci vocant) nonnunquam proueniens: congesta nimirum in ventre falsi humoris copia: tum etiam si quibus pituita salsa ventri illita inhaerit. At qui aliter siti premuntur, puta in febribus ardentibus, & aduersus omnibus, qui que aestate laborant: ac in graui aestu, composita ijs est affectio, ex caliditate videlicet & siccitate: quare non iniuria composita illis medela est acetum, vt quod strenue refrigeret, & quouis expedite perment, & aqua quæ supra quam quod refrigeret, omnium sit vel humidissima: nihil est enim aqua humidius.

Inter philosophos etiam, vt apud Aristotelem videre est, fuit hæc contentio, quibusdã omnia esse qualia viderentur dicentibus neque villo modo contingere sensum decipi, aliis sensui fidem omnem abrogantibus. Vtrique fallebantur, oportet enim sæpe rationem sensui adiungere, quod sensus multæ illusiones sint: multo tamen falluntur magis, qui omni sensus indicio destituti, solis syllogismis volūt agere de rebus physicis. Nam cum hæc sint corporeæ & sensibiles, necesse est eos qui procul à sensu ductis argumentis vtantur, multa nugari. Neque enim sensibilis naturæ notitia vlla esse potest, quæ non inceperit à sensu. Aristot. ita censet, qui cum ea de quibus agitur sensu agnosci possunt, melius inquit, habemus quam ratione indigere. Galenus dicit bene secum actum putare, si exacte inuenire possit, quæ sensui apparent, & quæ sensui apparentibus proxima sunt, relictis iis quæ procul abunt à sensu. Sed quæ sunt sensui apparentibus proxima? Ea quæ et si per sese non agnoscantur sensu, adiuncta tamen ratione, ex sensu petita, non per multas ambages agnosci possunt. Velut oxycrati potum per astatem refrigerare, & sitim extinguere, magis quàm aquam solam, experimento constat. Sed an id fiat ob acetum, quod aqua frigidius sit, an non, sed solum quod aquam deducat, faciatque distribuere, ita scilicet vt vinum, (nam & vinum dilutissimum extinguit sitim, magis quam aqua, tamen vinum calidum est) non constat sensu, inuestigari tamen potest, ratione non longe petita à sensu: hac scilicet, exhibere sitientibus vinum & acetum, vtrumque seorsum ac per se: ac videre quid vtrumque faciat, inde enim facile cõiectabis, qua ratione vtrumque eorū admixtū aequè sitim sedet, & an eadem, an diuersa. Nam quia vinum quibuscunque sitientibus tribuitur, sitim auget, acetum verò non omnibus, sed quibusdam, cõstat non omnino eadem ratione

utranque facere, cum miscetur cum aqua. Cum enim satis ob calidam & siccam intemperiem fiat, aut simul, aut seorsum, itaque fitiat quidam ob calorem solum, quidam ob solam siccitatem, quidam ob ambo hæc, si vinum merum omnem sitim auget, constat utraque intemperiem augere, calorem dico, & siccitatem: si verò acetum sitim illam quæ à calore fit, aut solo aut cum humiditate extinguit velut hydropicorum & febricitantiū ex salsa pituita: illam verò quæ à siccitate, aut sola, aut cum calore, auget, constat illud refrigerare, nō tamen humectare, sed sic care potius, atque ita vinū aquæ mixtum non alia ratione augere vim extinguendi sitim, quā iuuando distributionem: acetum verò & augendo vim refrigerandi, & distributionem. Fuerit itaque oxycratum quam acetum accommodatius ad sitim extinguendam, & quod magis refrigerat quam sola aqua & quod non siccet ut acetum. Aqua enim aceto detrahit vim siccandi, & acetum aquæ auget vim refrigerandi. Ecce ut inuenimus qua ratione acetum in oxycrato faciat ad sitim sedandam, non sensu per se sed ratione non longe petita ab ipso sensu. Ab hoc enim oportet physicas ratiocinationes non valde recedere, ut antea dictum est. Sed videbitur oportere iuxta hanc ratiocinationem, ut sitim hydropicorum, & febricitantiū ex salsa pituita, acetum non extingueret, sed auget potius. Nam ab eodem Galeno dictum est, in hoc ipso sermone, salis aquam siccandi vim habere, atque experimento constat, cum carnes salitæ adeò sicce reddantur, atque adeò, vel suillæ carnes quæ per sese adeò sunt humidæ, muria sicce fiant: quin & ipsa hydropicorum caro sicca euadit, & salitæ similis. Sitim ergo à causa sicca ortam, cur tolleret acetum, si siccum esset. Certe mihi hydropicorum sitis non ob calorem solum videtur fieri, quin potius, si verum aperte fatendum est, ob siccitatem potius. Nam febris hydropicorum exigua est, ac nonnunquam etiam nulla, salsa verò siccant insigniter: atque ita non solum, quia frigidum, sed etiam quia acidum, videtur mihi acetum illorum siti occurrere. Nam salis sapor sitim maxime parit, temperatum verò quod salsum acido optime, ut in salisamentis constat: itaque acetum refrigerans & saluginem cohibens, sitim primo occurrit solatur: deinde verò absumentes causam, paulatim etiam prodest. Rursum dubitet aliquis hoc loco, cur vinum augeat sitim omnem, & siccitatem, humidum cum sit natura. Certe quia calidum impense est, cum merum bibitur, siccitatem auget ex accidenti. Hinc fit ut ad sedandam sitim dilutissimum vinum efficacius sit consuetis vino uti, quam sola aqua,

quia scilicet distribuitur magis, & vinū humectandi vim non tollit, & vim calefaciendi multæ aquæ immixtione amittit. Accedit ille sapor vinosus, qui salis & amarum humorum, qui in lingua & faucibus sunt, saporibus obfistit. Aqua enim sola, quia qualitatum experta est, facile accipit alienas quascunque. Quam ob causam aqua dicitur ab Hippocrate esse biliosa, quia scilicet facile cum amarum amarescit. De his igitur problemmatibus hæc videntur esse probabilissima, & proxima sensui.

CAP. XVIII.

Quemadmodum ergo haud satis secunda est procul à sensu ducta de explorando medicamento ratiocinatio, ita nec ipsius alteri cupiam permitti usus. Siquidem ipsum per se solum quod iudicandum venit, expendere oportet tum in sanis corporibus, usque temperatis & intemperatis, tum in morbo alicui obnoxys. Intemperatis quidem, velut supra positum est: in intemperatis, sicut dixit Hippocrates, naturis pycrocholis, hoc est, quæ amaræ bilis succo abundant, vtilissimum esse acetum: qui verò temperaturam sortiti fuerint melancholicam, aduersissimum. Porro in morbo aliquo affectis si simplex fuerit, in simplici exploretur affectu si mistum alicui, necesse est quod commiscetur, temperatura sit medium, sicut in aqua & cerato simplici superius declaratum est. Rationabile quippe arbitror, quod nulli diuersi temperamenti sit mistum, sed quam fieri queat medio coniunctum, ipsum eorum quæ perficiuntur, causam existere. Nam simplici cerato, quod neque calefaciebat, neque refrigerabat, aqua admista frigida, refrigerauit: quippe quæ temperiem habebat frigidam. Quod si ex calefacientiū quippiam eiusmodi cerato commiscuisses, profecto calidum id medicamentum euasisset: quemadmodum in affectibus compluribus sæpenumero euphorbium, aut castorium temperauimus. Sic si acetum simplicem ad amussim cerato commisceas, cerato ipso longe frigidius medicamen effeceris: tanquam nimirum quod admistum est, sit frigidum. Eritque tibi id remedium vel optimum ad eryspelata, plegmonas, herpes, carbunculos. Sin autem quod mistum est, tanquam simplex expendas (nam id etiam moliuntur) longe maxime hallucinaberis. Nam vlcera glutinatoria non acetum, sed oxycratum dicendum est, aliam multo naturam ab aceto obtinens. Siquidem quemadmodum carnem producere nequit arugo, sed ceratum exiguum quiddam habens aruginis: ad eundem modum, neque acetum conglutinat, sed aqua aceti pauillum accipiens. Ipsum verò per se ac sincerum acetum vlcera quæ glutinationem desiderant mirum in modum exasperat. Vt pote tenuitate erodens: ac dolorem excitans. Quamobrem haud merito, nec conuenienter talia dicitant, nec melius item faciunt

ciunt, cum ignotis ignota connectunt.

Rursus probat, ex Hippoc. 3. de ratione victus in acutis, iuxta dictam methodū acetum esse frigidum & siccum: quia inquit pycrocholis esse vtile, melancholicis aduersissimum, id verò est quia illos refrigerat, hos siccatur. Monet medicamentum cuius experimentū sit, accipi debere simplex ac per sese, aut permixtum, cum aliquo eorum que moderata omnino sunt & in nullā partem inclinantia. Nam si talia sunt quibus cum admiscetur, quidquid facere deprehenditur medicamentum compositum, impunitabitur medicamento illi, vtpote aliis nihil mentione dignum potentius facere. Sed hoc animaduersione indiget, nam videtur, hac ratione ceratū ex æruginē cera & oleo, non posse esse sarcoticum, siquidem ærugō ipsa per se talis nō est, aut si ceratum tale esse deprehenditur, oportere vt ærugo sola insperatā carnem generet: nam ceram & oleū ponit ipse Ga. exempla moderatorum: probat siquidem acetum refrigerare, quia admixtū ceræ & oleo refrigerat. Præterea constat medicamentā mediocria minuire vires quorumcunque immoderatorum cum quibus miscentur. Si enim calida à minus calidis, remissiora fiunt, & frigida à minus frigidis, multo magis vtraque à mediocribus. Non igitur est satis certa ratio agnoscendi vires cuiusque medicamenti, vti composito cum mediocribus. Certe ad agnoscendum gradum medicamenti non est satis accipere compositum cū mediocribus, sed opus est accipere simplex omnino, ac per sese. Tamen species vtraque ratione agnoscitur. Speciem dico, vt an calidum sit, an frigidum: gradum, vt an sit primo, an secundo, an tertio ordine tale: sed neque ad agnoscendam speciem facultatum omnium est satis accipere compositum cum mediocribus, sed solum primarum. Nam calidū sit an frigidum: humidum an siccum medicamentum haud dubie agnoscat admouens compositum cum mediocribus, non tamē an carnem generans an epuloticum, an exedens, nisi admotum per sese ac solum id sentiat facere. Huius causa est: quia permixtio etiam medicamentum mutat facultatis gradū, sola autem mutatio primarum qualitatum secundum gradus, mutare potest speciem posteriorum virtutum, vt quod est epuloticum remissione siccitatis fit sarcoticum. Igitur exacta prorsus ratio explorandi medicamentorum vires est vti simplicibus per sese: est tamen etiam ad quædam sufficiens ratio, vti composito cum mediocribus, ad agnoscendam scilicet speciem facultatis primæ. Vti tamen composito cum immoderatis prorsus est fallax. Et hinc eue-

A niebat priores de facultate aceti falli. Censebant enim esse frigidum quia adstringit, adstringereque quia agglutinat, agglutinare verò quia experiebantur oxycratū agglutinare. Tamen male argumentabantur a cōposito ad simplex, agglutinatur enim oxycratum non acetum. Optime autem contulit Gal. oxycratum & acetum, cum æruginē & cerato ex æruginē. Nam ærugo sola non gignit carnem, quia acrimonia exedit, ceratū verò gignit, quia cera & oleum tollunt acrimoniam, velut acetum, quia exasperat & erodit agglutinationem impedit, oxycratum verò agglutinatur, quia aqua tollit aceto vim corrodendi

CAPVT XIX.

Qvippe cū nihil seorsum de agglutinandis, aut carne implendis, aut cicatrice obducendis vlcibus demonstrarint, ex inductione tamen colligunt, adstringentia omnia dicentes glutinatoria. Oportet autem non ex inductione, sed per demonstrationem in genere talia accipere, quemadmodum nos facturi sumus in curandi rationis commentarijs. Imò absolute quidvis tale dictum, non modo indemonstratum est, sed etiam falsum. Neque enim chalcitis, neque galla, neque malorum puniceorum putamina, neque omphacium, neque alumen, multoque minus as vstum, neque aris squama, neque mysi, vlcera glutinare possunt, aliaque innumera sunt inter adstringentia, que glutinare nequeant. Porro si quis non hoc, sed glutinatoria omnia adstringentia dixerit, proferentur & hic quoque non pauca que citra adstrictionem conglutinent. Neutra igitur vera oratio est, si simpliciter atque indiscrete efferatur: tum ea cum dicunt, adstringentia omnia vlcis glutinatoria. tum ea cum aiunt, quacunque glutinantur, adstringentium beneficio glutinari. Porro multo sane etiam magis tum absurda, tum falsa, ac præter sensum asserunt, cum mordacia acris, amara salsa, ad hæc que mollissimas iucundissimasque sortita sunt qualitates, adstringere dicunt: tamque gustus non ad sensorium pertineat quod adstringit, sed ex illorum impositione atque arbitrio debeat accipi. Malum enim granatum, & malum, verbi causa, & mespilum & pisorum quedam genera, & myrta, & sorba, vinumque tum aminum, tum marsum, euidenter nos adstringunt. At triticum, & zea, & milium, Herodotum forsitan adstringebant, aliorum autem omnium neminem. Sexcentos enim quandoque super his sum percontatus, & in primis super amylo: nam & ipsum adstringere, ait Herodotus, sicut & piper, quod nec ipsum vllum omnino aliorum hominum qui sincere & incorrupte qualitates expendunt, adstringit. At Herodotus cuncta confundere non est veritus: aitque & que acerrima sunt facultate, & que summe rodunt,

merodunt, & que mollissima sunt, ac mitissima, omnia adstringere, tanquam in hoc vt quosdam sensu defraudet, victoriam statueret. Verum non ita se res habet, cum ea vel maxima futura sit prauitatis dictorum eius probatio.

Errare etiam dicit priores medicos, quod dicerent adstringentia omnia agglutinare, & agglutinantia omnia adstringere, vtrumque enim falsum esse. Videbitur tamen alicui Galen. sibi ipsi repugnare, negans agglutinantia omnia adstringere. Nam. 3. libro methodi, cap. 4. definiens medicamenta agglutinantia, distinguensque à sarcoticis & epuloticis, dicit ea esse sine extersione siccantia, plusquam sarcotica, simulque adstringentia: sarcotica verò esse sine adstrictione extersione & siccantia moderate. Si igitur ratio agglutinantijs medicamenti est, sine extersione siccare & adstringere, omnibus agglutinantijs insit necesse est, quare temere videatur nunc Gal. carpere eos qui affirmabāt omnia agglutinantia esse adstringentia. Sed scire oportet, duplex genus esse agglutinantium, quædam enim agglutinant ob lentorem & tenacem substantiæ modum. Huiusmodi enim est quod homines vocant glutem, paratum ex farina, & huiusmodi sunt gummi omnia genera, & maza ex amylo, & albumen oui, quæ omnia citra adstrictionem ob solam substantiæ tenacitatem agglutinant: alia sunt quæ agglutinant quia adstringunt multum, & siccant secundo ordine, citra irritationem & extersionem, velut cerusa & lythargirus cum emplastrica aliqua substantia permixta. Gal. nunc nomine glutinantiũ vtrumque genus intelligit, atque ita negat omne agglutinantium adstringere. Nam neque amyllum, neque albumen oui adstringunt, quæ tamen agglutinant. Tertio methodi agglutinantium nomine intelligit solũ secundum genus. Primum enim poni, arbitror, volebat in iis, quæ admouendo labia per accidens faciunt agglutinationem, vt in ligaturis, fibulis, aut futuris. Nam & Hip. solet inter hæc cataplasmatum meminisse.

CAPVT XX.

Quemadmodum verò & Asclepiades Metrodorus tanquam illum etiam superare contēderet, adferendis de sensu mendacijs, cum alia quadam, tum resinam & bitumen calefacere nos deneget, atque adstringentia omnia refrigerare dicit: cum si nihil aliud, saltem chalcitis, chalcanthos, & misy, quæ valenter adstringunt, tantam affecuta sint caliditatem, vt nos etiam exurant. Nihil est ergo mirandum, si proluxa quadam nugetur seipsum nonnulli fallant, cum de manifesto apparentibus, verum fateri non audeant.

Asclepiades, quia statuebat omnia adstringentia esse frigida, negabat resinam

A & bitumen calefacere. Verũ inquit eum falsi, quod falsum acciperet, cum plurima sint, etiam exurentia, quæ adstringunt, vt chalcanthum, chalcitis, & misy. Itaq; non omnia adstringentia refrigerat. Tametsi enim frigus densat omnia, & calor dissoluit, non tamen omnia sunt ob frigus adstringentia, sed esse potest alia causa in modo mentionis elementorum, & participatione partium crassarum quibus cum esse posse caloris & ignis multum, indicatum iam antea est.

CAPVT XXI.

Deinde quidam ex eis, vt Herodotus & Dioscorides, medicamenta quadam ex eo quod fluuijs, aut dysenterijs medentur, adstringere colligunt: quanquam ne minimum quidem habeant adstrictionis, imo prorsum contra rarefacientiam mirũ sunt & laxantia. cum alioqui quæ adstringunt corpora contrahant, condensent, constipent, atque constringant. Nam semel sensibus pro nihilo habitis, atque contemptis, euerterunt, confuderuntque omnia que plane sensu dignoscere est, hæc parua ratione asserentes. Nam adeps caprinus omnibus quæ aut gustu, aut facultate sunt adstringentia, aduersissimus est, velut etiam farina triticea, & amyllum, & innumera eorum quæ vim habent tum emplasticam, hoc est illinendi, tum mitigatoriam, atque acrimonias hebetandi, eaque ratione ijs qui acria mordaciaque per aluum excernunt, auxiliantur. Sane esto & oleum ex adstringentium numero, quoniam sæpius ijs qui grauiter mordicabantur, insusum proiicit. Esto verò etiam & cera, & adeps suillus, tum gallinaceus, & anserinus, chondri, tragique succus. Nam hæc quoque insundimus, & ceratum, quandoque ijs qui mordicantur, sicuti & adipem caprinum. Verum efficacius **E** auxiliũ affert caprinus: quia scilicet facilius & concrescit, & intestinis inungitur, plurimoque tempore inhaeret. Porro siue ob crasitiam, siue aliam ob causam celeriter concrescat, non est opus in presentia inquirere re ipsa euidenter apparente. Verũ quemadmodũ quod ocysime concrescat, atque intestinorum morsus obtundat, ex rei euidentia credibilis est: sic sane etiam quod nulla insit aut frigiditas, aut adstrictio. Atque hi quidem ex obscuris ratiocinantur de apparentibus: imo autem, si verum fatendum est, seipsum potius decipiunt. At nos tanto decet magis ad sensum accedere: tantoque diligentius perpetuo illi attendere: quanto plura in eo peccent sophistæ omnes falsaque de eo asserant. Rursum ergo, vbi prius memorauerimus quæ idiotas non fugiunt, ipsique haud ignota erant, cum nondum contendendi libidine in sensus peruenissent contemptum, postea autem per superuacancam sapientiam amiserunt, ad id quod continuum orationi est transibimus.

Vete-

Veteres illi, vt dictum est. plurima quæ adstringentia, ea præcipue ratione ducti, quod morbos cum laxitate consistentes sanare viderentur. Nimirum amyllum, farina triticea, & cera, & ceratum simplex, ex cera & oleo, & adeps omnis præcipue caprinus, & succus chondri & tragi, profunt dysentericis, & ore accepta, & immissa in aluum. Atqui hoc argumento vtentes, videntur sequi propositam à Galeno methodum, agnoscere scilicet medicamentorum vires ex eo quod faciunt ad mota corporibus ægrotantium. Verum dictum iam antea est, in hoc ipso lib. & tertio de temperamentis, cum methodus ea enararetur, non debere experiendi gratia admoueri, vtcunque ægrotantibus, sed iis qui morbo simplici tenerentur, morbum verò simplicem vocari, qui simplici indicatione curaretur, qualis sane non est dysenteria, non enim vna, sed multis indicationibus curatur, alia (quin & aliis) ab vlcere per se, alia à symptomate, hoc est, ab ipsa euacuatione, alia ab ipsius causæ multitudine, alia ab eiusdem mordacitate, & si quæ etiam alia sunt. Nunc igitur hæc non adstringendo profunt dysentericis, sed obtundendo succorum acrimoniam: quod quidem illis oportuit distinguere, ne fallerentur. Dicit obiter adipem caprinum præstare reliquis ad hanc curationem, quod citius concresecat, & hæreat diutius intestinis: id verò fieri ob partium crassitiam.

CAPVT. XXII.

Vnaquæque sensibilibus natura priuatim subiecta est, tactui quidam caliditas ac frigiditas, durities ac mollities: albedo verò, nigredo, flauedo, rubor, atque vt summatim dicam, vniuersum colorum genus visui: amaritas, dulcedo, austeritas, acerbitas, aciditas, salsedo, acrimonia, gustui: planeque demens videatur, si quis gustu colores indicare tentet, aut sapores visui: eodem modo de tactu cognoscendum est, reliquisque sensibus. Siquidem tactu indicanda sunt differentia tangibiles, auditu audibiles, odoratu odorabiles. Quæ cum sic se habeant, audiamus quæso Platonem gustabiles differentias exponentem. Haud tamen animus ipsius physiologiæ attendendus est. Nec enim nunc tempestiue eius numero: neque in hoc viri testimonium cito: sed tantum vt dicam qua de re quodque nomen esse Græcis mos est. Ausculta ergo differentem: Platonem Feruntur à lingua venula ad cor, saporum nuntia in quas si qua tra incidit, vt rariorem mollioremque carnis partem penetrantia, terrestri sua natura liquifacit, venulas contrahant atque desiccant: siquidem asperiora sint, acerbata: sin minus aspera austeraque nuncupentur. Ceterum quæ eas abstergunt, totamque linguam ablu-

unt siquidem id supra modum efficiant simulque aliquid absument, vt de natura aliquid colligent (qualis est nitrorum facultas) amara omnia appellantur. At quæ nitri virtute inferiora sunt, ac moderata vtuntur abstersione, falsa citra asperam amaritudinem, & grata nobis magis apparent. Quæ vbi oris caliditati applicata, ab eoque mollita, & feruescunt, ipsum vicissim recalescunt, atque accendunt, præque leuitate ad capitis feruntur sensus ac quæque obuia incidunt, talia omnia has ob vires acris nuncupata sunt.

Eadem verò ista interdum à putredine attenuatas & angustas ingredientia venas, partes inibi tã terrenas, quam quodammodo aëreas mutuo incursu mouent, ac misceri compellunt, commistas verò circumlabi alias, & alias ingredi, ingressuque suo penetratas, concauas, circumtensasque efficiere, easque humore circumfuso concauo, interim terreno, interim liquido vascula aëris ex aqua concaua rotundaque effici: ac quæ ex puro constant perlucida sunt, & vocatur ampulla: quæ verò ex terrestri agitato elatoque ebullitio fermentatioque nuncupantur. Harum affectionum causa acidum cognominatur. Omnibus verò quæ de istis dicuntur affectio contraria ab occasione nascitur contraria. Porro vbi ingredientium constitutio in humidis familiaris lingue habitui existit: quæ exasperata quidam fuerint, lenit: quæ verò præter naturam aut coierint, cõstiterintque, aut fusa laxaque fuerint, partim contrahit, partim laxat, omniaque quæ maxime ad naturam statum reducit: quicquid eiusmodi est, iucundum, suauisque & cognatum est omnibus violentarumque passionum remedium ac medela, nominaturque dulce. His verbis Plato, quæ nos vocare solemus austera, quæ acerbata, quæ salsa, & nitrosa, quæ amara, quæ acris, quæ acida, quæ dulcia, exposuit. Id videlicet quod à nobis: *κόποι* siue adstringens dicitur, ipse austerum nuncupans: nam sic à vetustioribus Græcis appellari solet. Non tamè omnia in vnum confundit: sicut if faciunt qui & piper adstringere dicunt, cum ex acrum sit natura, & acetum quod ex acidis est: nec sane etiã

veriti dulcissimorum quædam adstringentium numero adscribere. Ex quo fit cum omnia confundant, vt protinus nec facultates inuenire omnino valeant. Omnis enim inuentionis, demonstrationisque principia sunt, quæ sensui, atque intellectui euidencia sunt. At isti hæc ambo perturbant, atque omnes in vnum confundunt cū sensuum actus & passionum, tum multo etiam magis intellectus ac rationis: nimirum haudquaquam in speculatione lo-

gica versati. Itaque opera pretium est, nugacem illorum loquacitatem omnibus modis effugere: ne quid nobis quoque affricetur vitij ex tam prolixa illorum futulique nugatione. Porro haud leue negotium est dedocere ac transmutare eos qui ab illis vsque aded peruersi sunt, vt & sensum contemnant, & nequaquam in speculatione logica se exercuerint, planeque rudes sint rationum quas de natura philosophi considerant. Omnino enim saltem

vel id dicitur

vel ut didicissent, quæ in illis sunt ambiguitates, fugiendas esse. cæterq; obseruandas: tum sensibus magis super simplicium medicaminum facultatibus, quam rationibus haud satis integris confidendum. Verum tales dedocere, ac velut trāsformare est impossibile. At aliorum tamen gratia, nimirum quos conatus noster iuuare poterit, resumenda est diligenterq; definienda, tota de proprijs linguæ sensorijs oratio. Nuncupatur igitur tum à Theophrasto, tum ab Aristotele, tum à Dioscorido medico gustandi facultatis. Græce χυρός (nos saporem dicimus) secunda syllaba à μ litera incipiente. At ex humido siccoq; consistentia, eorum videlicet quæ à calore concocta χυρός (nos succum dicere possumus) à litera λ secunda incipiente syllaba. Tamen si ab ætate illis maioribus non modo Atheniensibus, sed & Ionibus vtrinq; per μ literam scribi consueuerit. Si quidem & apud Platonem, & apud Hippocratem, veteresque comicos sic scriptū reperitur. Vocetur autē in presenti quidē opere, clarioris doctrina gratia, gustatoria facultas, siue qualitas siue vt cūq; cuique appellare libet, per literā μ, χυρός: (nos saporem nominabimus) humore autem incrassatus tum in animalibus, tum in plantis, χυρός, secunda syllaba à litera λ incipiente (nos vt diximus, succum vertemus) sciendum ergo, sapores, qui tum in vno quoque animali, ac planta, tum in terra inueniuntur, plurimos esse, nec facile specierum numero comprehensibiles, cæterum differentias gustabiles, alijs octo visas, alijs numero septem, nonnullis autem & his quoque pauciores. At Plato in Timæo in supra posita dictione primum duos sapores memorat eiusdem speciei, sed in ratione maioris ac minoris differentes: eorum alterum austerum, alterū acerbum nominat: fuerit autē austerus, quem σῶ πορτα (adstringentem voco) nuncupamus: porro acerbus huius intensione prouenit, velut & ipse Plato significauit. Atque hos sane pro vna specie numerabimus. Altera est eorum quæ illis opposita sunt, nitrosorum videlicet, salforum, & amarorum: & in his quoq; amarus ex nitroso prouenit intensione. Salsus verò aut nitroso imbecillior, aut adstrictionis quoq; assumens aliquid. Deinde à Platone acris expositus est, mox acidus, postremo dulcis. At à Theophrasto additus est vinctuosus, siue pinguis: à Platone quidē in sermone de proprijs linguæ sensorijs prætoritus, verum paulo ante plantarum succis adscriptus, vbi vinosum ab oleoso & melleo discernebat. Porro in illo sermone vnum adiecti succi genus vna appellatione comprehensum, δῶδον nominans: vbi autem ad gustus sensoria transit, protinus dulcē memorauit: nihil enim retulerit, dulce an melleū dicas, velut nec pingue, an oleosum: omisit autem pingue, vt qui ad gustum nihil attineret. Quale autem eorum sit vnum quodque exponere quidem exacte est impossibile quandoquidem nec aliam vllam sensoriam passionem, verum ei qui eodem sensu communicat licet suggerere. Ergo si quis aut cydonia (aut mala aut mespila aut myrta gustauerit, proculdubio cognoscet aliū nobis ab his in lin-

A
 quæ moueri sensum: alium ab adstringentibus corporibus. Nam quæ adstringunt, aut refrigerant introrsum pellerē contactam nostri partem ex omni parte apparent, idq; æquabiliter, velut pellentia, ac stipantia, contrahentiaq;. At austerum in profundum etiam subire videntur, atque asperum quendam inaquabilemque mouere sensum, tanquam resiccantia & humorem omnem corporum sensibiliū depascentia. Ex quo fit vt alia sit passionū proprietates, quæque haud facile lucideq; explicari possit, tum ab adstringentibus nos corporibus, tum ab austeris saporibus. Sed quis tamen qui homo est, facile quod dico comprehenderit. Porro quando quod linguæ nostræ admotum fuerit corpus, valide desiccatur, contrahitur, & in multam profunditatem vsque illam exasperat, sicut pira syluestria immatura, & corna, eiusmodi omne acerbum appellatur, ab austeris intensione duntaxat diuersum. At quod nos adstringens vocitamus haud temere à Theophrasto dictum reperias. Videtur autem idem significare, quod austerum, aut certe commune esse genus tum huius, tum etiam acervi. Quæcumque vero linguam dum contingunt non contrahunt, neque constipant, velut adstringentia, imò contra plane agere apparent, nempe detergentia & abluentia, etiamsi adstringentium quippiam adiunctum sit, hæc omnia salsa cognominamus. Atque his etiam magis detergent, adēo vt etiam exasperent, amara nominantur. Porro quæ mordicant roduntque, idq; cum valida quadam caliditate, acria vocantur: sin hæc absit, acida: cæterum hæc fermentadi quoque vim obtinent: at quæ velut inungunt, atque implent, ac in statum suum restituunt exasperatas, ac veluti erosas linguæ particulas, hæc si cum voluptate manifesta contingant, dulcia: sin hæc sine pinguiâ vocitantur: Atque hoc quidem pacto, quantum in me fuit, res explicatu longe difficillimas verbis exponere sum amixus. Miror autem qui tam prompte omnia adstringentia nominent, siue acria sint, siue amara, siue dulcia, siue pinguiâ, siue acida: cum iam olim rebus ipsis imposita sint nomina, atque affectuum sensibilibus non exigua in nobis differentia sit. Præstitisset forsassis, si quidem naturales scrutari rationes voluerunt, appellationes non emertere, nec appellationes confundere: verum inquirere cuius temperamenti, aut dispositionis, aut corporis constitutionis, aut quomodocumque nominare velint, soboles sit adstrictio, cuius falsedo, amaritas, acciditas, acrimonia, dulcedo, pinguitudo, quæ Plato, Aristoteles, ac Theophrastus conari sunt definire. Clarum quippe est si ex calido, frigido, humido, siccoq; coeuntibus omnia sunt mista, etiam dictarum quamque qualitatum ex horum constare mixtura. Itaque si quemadmodum dictorum saporum quisque proueniat, exponere conarentur: lubens equidem auscultarem, gratiamque habere nō exiguam. At si neque hoc efficiant, imò insuper sensorias omnes differentias in vnum confundant, vt parum absit quin corpora omnia adstringentia nuncupent: sane nec audire ipse velim illosq; obser-

nam vt inane contentionem relinquunt.

Q Vando quidem multa sint dicta à veteribus de cognoscendis facultatibus medicamentorum ex sensibilibus eorum qualitatibus, & in hoc ipso opere agendum logicè est de his ipsis, necesse est in primis definire omnes earum differentias, atque explicare cui qualitati quodcunque nomen detur, nisi enim primum hoc conueniat, nulla ratio esse potest, neque alios refutandi, neque vera dogmata statuendi. At qui quanquam omnium sensibiliu genera attingit gustabiliu solum differentias persequitur, quæ hæ qualitates sint, quæ plurimum possunt conferre ad cognoscendum temperamentu & naturã rei. Colores enim & sonitus longe absunt à tangibilibus, quibus præcipue constat reru natura, odorum agnoscimus per paucas differentias, & hæ quas agnoscimus, analogæ admodu sunt cum saporibus, & hi cu tangibilibus, cu gustus quidam tactus sit. Hæc itaque ob causam persequitur aded differentias saporu. Nulla autè alia est ratio satis idonea definiendi differentias qualitatũ sensibilibum, quã ex differentia passionũ quas inferunt sensui. Nam hoc ipsam sensibile esse nihil est aliud quam posse sensus efficere, principium ergo differendi sit illis, ita afficere. Proinde Galenus explicare contendit, quomodo à sapore quocunque pati solear nostra lingua, vt ita saporibus seorsum definitis, nomen quodcunque suæ reddatur qualitati. Quod quidem omnium diligentissime fecerat Plato in Timeo, longa hac dictio ne, quam præsentis capite citat, & enarrat. Plato vt Ga. narrat posuit saporibus quodammodo octo, acerbum, austerum, acidu, salsum, nitrosu amarum, acre, & dulce: quodammodo quinque, acerbum, & austerum quasi eandem speciem statuens, differentia solum secundum plus & minus, atque eodem modo, salsum nitrosu & amarum. Quamquam salsum, præter nitrosi remissionem, videtur accipere differentiam speciei, ex quadam adstrictione, quam adscit. Medici addunt aliũ, quem vocant adstringentem, quẽ Plato cum austero intellexit. Nimirum nil aliud est quam austerus remissus: qualis scilicet est in malo cytonio & medico. Theophrastus addidit vntuosum, seu oleosum, seu pinguem. Hunc tamẽ Plato non posuit in differentiis saporum sed potius in differentiis succorum. Nam re vera vntuosum esse admodu substantiẽ succi pertinet, non ad saporem: neq; eius iudex est gustus, sed tactus, qua lenitatem agnoscit. Quod si lingua etiã agnoscimus re esse pinguem, id quidem fit quia lingua tactu etiã fruitur, atque aded acutissimo, sed videbuntur alicui adstringens & acre huiusmodi esse. Nã nerui & os vtri-

A culi mordetur manifestè ab acrib. atq; aded os vetriculi sentit se adstringi esu adstringentiũ, quæ tamẽ partes solo tactu præditæ sunt. Igitur hæc ad tactum pertinet, non ad gustu. Quare agnoscentur etiã à lingua, vt tactus sensu prædita, velut de pingui dicebamus. Certe non solum ab his, sed ab acidis etiã & salis, atque aded aliis omnibus patitur. Nam si neruum aut vlceratam partem, acetotangas, aut salem affrices, aut nitrum, dolorem feceris, tantum vt conuulsionem etiã fortasse intuleris. Iam verò amaroru influxu os vetriculi morderi, notius est quam vt indicare opus sit. Ab his igitur omnibus patitur tactus, quin etiã, vt alibi monstrauimus, omnes gustus passionibus, à tactus passionibus exordium sumunt. Sed cum omnia gustabilia sint etiã tangibilia, & lingua ante etiã quam gustus tangendi sensu prædita sit, præter eam quam vt tactum habens subit à rebus eiusmodi passionem, subit etiã quandam aliam propriam, qua habet gustum, & quod ea passione agnoscit, sapor est, qui tactum quidem fugit. Itaq; acidum & acre & adstringens, & alia etiã, quodammodo dici possunt ad tactum, & qua dicuntur ad tactum & gustum, eisdem rebus insunt, sed non vniuoce dicuntur. Neq; enim acrimonia piperis, quam os vetriculi sentit, sapor est, vt, quam lingua & palatu. Ita dicit. Hip. dulce etiã dici ad tactum & ad gustum. Dulce inquit ad potentiam, dulce ad gustu. Signa vtrorunq; vlcera, oculi, & gustus. Itaque sapor est, non omne quod lingua sentitur, sed quod ab ea solum cuius sunt dictæ, siue octo siue nouem differentia. In harum singulis sunt innumere species saporum, rebus quibusdam propriæ, qui omnes neque dici, neq; intelligi possunt nisi ex ipsis rebus quaru sunt. Vt sapor vini sapor lactis, sapor mellis. Nulli autem tales saporibus sunt extra dictas differentias, sed sub aliqua, aut aliquibus earu (coniungi enim multis modis possunt) substantia consistentes, ex propria cuiusque rei proprietatem comparant indicibile. Velut sapor lactis, & mellis, & medullæ cassiæ fistularis, dulces sũt, sed sua cuique est proprietates, quam sermone definire, non sit tam facile, quam expertis iam antea, lingua dignoscere. Iam verò vinum, nunc est austerum, nunc dulce, nunc acre: quodcumque autem horum sit, proprietatem illam vini habet indicibilem quã si quis exacte consideret, intelligat, neque octo illas primas differentias saporum dici aut defini, nisi per passionibus tangibiles quæ necessario coniunctæ illis sunt, vt quod scindat, corrugent, aut radant linguam, quæ tactus esse constat: nã passionibus illæ vltiores quæ propriæ sunt gustus, quæ sunt etiã ipsæ saporum, vt ita dicam sensationes, quæ per se, vt in contra-

ueris indicant, neque dolorem, neque voluptate faciunt: sermone definiri non possunt, exercitatione tantum dignoscuntur, ut dicitur lib. 4. huius operis, ubi hæc omnia dicitur apertius. Quod de nominibus *χυμωσ* & *χυμος* monuit, vocandum quidem toto hoc opere gustabilem qualitatem *χυμωσ*: succum verò rei cuiuspiam *χυμος* lecturis quidem Græce erat necessarium præfari, nobis verò qui Latine scribimus & enarramus minime. Dissident enim Latina nomina plurimum, neque vlla est homonimia cū dicatur alterū sapor, alterum succus. Videri possit Ga. affirmare, omnia frigida esse adstringentia, cum dicat, nam quæ adstringunt, aut refrigerant introrsum pellere contractam nostri partem ex omni parte apparent, idque equabiliter velut pellentia, ac stipantia, contrahentiaq;. Quasi perinde faciant omnia, quæ refrigerant, atque quæ adstringunt, atque ad eò omnia refrigerantia sint adstringentia. Quod certe falsum esse cōstat, siquidem neque lac neque succus melonum, neque ipsa aqua adstringentia sunt. Certe cum non omnia adstringentia, sine frigida, ut indicatum antea est, sed multa etiam valde calida, cōstat non ob frigus esse adstringentia, neque frigore adstringere, sed ob talem substantiæ modum. Cur ergo dicit quæ refrigerat? an quia frigus per se constringit, & cōstipat, velut calor laxat & dissoluit? Quæcunque igitur refrigerant vehementer, constringunt, non tamen proinde adstringentia sunt, nisi sua substantia sint talia. Nam si quis in frigida aqua moratur adstrictionem patitur pororum, non esse tamen aquam ipsam per se adstringentem, sed ex accidenti ob frigus, inde intelliges, quòd si tepida admouetur (quomodo admo- ueri debere ea quorum exploretur facultas dictum prius est) non tantum non sentietur adstringere, sed etiam laxare. Itaque dixit quæ adstringunt, aut refrigerat: quia duplex hoc rerum genus constipat, & quæ constringentia sunt, & quæ refrigerant valde, etiam si cōstringentia nō sint: nimirū ipsum per se frigus est constringens.

CAPVT. XXIII.

AT nos equidem in consequentibus ostendere conabimur, cuiusnam temperamenti saporū quisq; sit soboles. In presenti autem discipulos ad experientiam accessuros id modo abuescere velim, ut quòd ad artem est vtile, seligant, ubi iudicare velim quo pacto vnumquodq; nos medicamentorum afficiat. Quippe non quale ex se sit, & ad totam naturam consideramus. Nam hoc pacto neque acetū,

neque marinā aquā nos exiccare posse, aut sicca esse facultate dici manifestum est. Siquidem verumq; illorū actū est humidū. Verum si nos exiccare appareant, sicca dicentur, ad nos videlicet, & nostram naturā pare siccandi potestate obrimentia. Quinetiam & calida, & frigida, & humida eodem dicitur modo, ubi nos scilicet calefaciant, refrigerent, atque humectent, ea quæ ad nos, non ad totam naturam, nec ex se. Atqui si huius duntaxat meminerimus, certissima omnium erit iudicatrix experientia. Quam qui relinquunt, atque aliunde ratiocinantur, non solum falsa pro veris dicunt, sed etiā tractationis vtilitatem destrunt. Proinde nobis propositum non est, quale ex sua natura quodque sit medicamentum exquirere, verum quid in nobis efficere possit. Atqui hic primi libri finis esto. **A**t in secundo deinceps, oleo ac rosacco in sermone exemplorum vice positis, prauas & imbi ratiocinandi vias monstrabimus. Quibus cum medicorum cōplures vtantur, in primis quidem seipsos decipiunt, secunq; alios multos in errorem pertrahunt. Porro ubi id erit absolutum, ad tertium commentariorū transiens, quæstiones logicas quæ vniuersam de simplicibus medicamentis enarrationem antecedunt, explicare conabor. Ut videlicet in quarto ipsas iam facultates omnium definire liceat, quas protinus à principio fuissem aggressus, nisi plena paralogismis atq; erroribus omnium prope iuniorum essent volumina. Quos prius extergere, atque ex animis discipientium delere oportet, ne quid veritatis obsistat, nam vt Hippo. inquit sic etiam ait. Plato, non solū impura corpora quanto plus nutrias, tanto magis ledas: verum etiam impuris animis si nutrities sermones offeras non modo nihil profis, verum etiam magnopere obsueris. Itaque his de causis, tum etiam quia amicorum plerūq; visum est vt iuniorum medicorum argueremus errores, non tantum in congressibus, quos quotidie cum illis habemus, sed etiā hisce commentariis, necesse mihi fuit diutius prioribus istis duobus immorari, quo videlicet in tertio purū animi auditorem nactus, quiq; veras assequi rationes possit, tum ea exponam, quæ de huius speculationis principis nouisse oportet: tum deinceps omnes medicamenti cuiusq; facultates enarrem. Id autem fiet in vniuersum, vt reor, libris vndecim. Ea ferme magnitudine constantibus cuius est hic, qui est omnium primus. Qui cum conuenientem, nunc nactus sit modum, finem per hanc dictionem accipiat.

Fransgressionem cōtinent postremum hoc huius primi libri caput, ad sequentes & totius operis in vndecim libros partitionem.

DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORVM FACULTATIBVS.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Rolixa nobis vt sit de simplici-
um medicamentorum facultati-
bus oratio, limites suos exce-
dentes sophista efficiunt. Nam
cum procul principia ducant,
sensumque pro nihilo habeant,
sefeque in illa conijciant, que
philosophis etiam ambigua sunt: simul & ea que
ipsi ignorant, & ea que aperte cognoscuntur, sub-
uertunt. Eaque plerique eorum faciunt non modo
naturalis speculationis, sed etiam logicarum me-
thodorū imperitia, quibus vtatur necesse est quis-
quis demonstrare quid aggredditur. Itaque cum ne-
sciant cum ea que bene a physicis sunt inuenta, tū
etiam ea de quibus non iniuria illi dubitarunt, v-
trisque tamen contraria asserere sepe numero non
dubitant. Sed Deum immortalem age obsecro,
si nunc ego sic orsus dicere, quod cum quatuor sint
elementa, aer, terra, aqua, & ignis, nulli alij tamen
congenita sit albedo, ac splendidus color, extra
splendorem & ignem: ac deinde citato Empedo-
clis, ac nonnullorum physicorum aliorum testimo-
nio, splendida corpora omnia plurimum in se ignis
habere dicam, haud curans aut niuem, aut cerus-
sam, aut glaciem, aut alia innumera tum splendi-
dissima, tum frigidissima inspicere: ac mox sug-
gerente quopiam procedentem a sensu consutatio-
nem tergiversatus, ad rationem acedi iubeam, ac
per eam de rerum natura cōsiderandum, haudqua-
quā sensibus irrationalibus vniuersum committens
dum censeam, nunquid mentem habentibus insa-
nire videar, haud intelligens vnde rationis desum-
psissem inirium? Nam mea quidem sententia, ex
sensu & per sensum omnia id genus sumuntur a-
xiomata, nempe solem esse splendidum flammam
substantiam, carbonem plerosque flauos. Ergo si a sen-
sibus recedendum est, nulla suppetet demonstratio,
neque nobis eorum que modo diximus, neque Em-
pedocli, cum ait.

Vndiq; splendentem solem, calidumq; videre.

Quæ si vera sunt, perspicuum est, multo ante
illa fidem habendam sensibus. Imo inquirunt mor-
tales cum simus, a sensibus auspicemur necesse est:
verum illis haudquaquā perperuo immorandum:
sed ad partem diuinorem accedendum, nempe
rationem. Nam sensum & animantibus rationis
expertibus inesse, rationem solam hominibus esse

cum Deo communem. Atque in longum orationem
extendunt. Quin etiam ex illis quidam & Anaxa-
goram in testimonium euocant, qui niuem pronū-
tiari non esse albam. Hic, inquirunt, vir physicus
excelsior, ac supra sensum extitit, atque eius con-
temnit phantasmata. Ad rationem ire pergit ea-
que duce rerum naturam scrutatur. At si me quod
in mentem venit: sari oportet, qui liber sim scili-
cet, & in tota adeo vita extra veritatē studuerim
nihil: ad insania extremum & ultra, peruenisse
eos arbitror, quos talia rugari non dispudet.

Nam si que per sensus euidenter apparent, euer-
tāt: vnde sumant demonstrationum principia non
habebunt. Sin autem ab his tanquam a fide di-
gnis exordiantur, quo iure isdem postea dissent-
tur? Nam demonstrationum principia certiora
sunt quam ea que per illa demonstrantur: quip-
pe cum illa aliunde fidem mutuuntur, demonstra-
tionum verò principia non solum ipsa per sese: ve-
rumeriam ad querendorum inuentionem qui-
bus credatur idonea sint. Equidem optarim nul-
las non res clare sub sensus nostros cadere: nec
quicquam esse quod illos fugeret. Hoc enim pa-
cto, nihil dubium, nihil ambiguum, aut anceps
vsquam foret. Verum quoniam illos quadam
effugiunt, rationem illis super inducere conan-
dum est, sic tamen, vt non procul, vt illi fa-
cilitant, nec confusa & infinita colligamus. Ve-
rum ante omnia, nominum significata diligen-
ter definiamus, ne quis postea per equiuocatio-
nem falli possit. Deinde quod ex se quid agit,
ab eo quod per accidens separeretur. De quibus su-
pra accurate differuimus, significataque eorum
que facultate aut calida, aut frigida, aut sicca,
aut humida, aut quiduis aliud dicuntur, discreui-
mus. Tum quo pacto propriam cuiusque medica-
menti facultatem ab his que ex accidenti sunt segre-
gans inuenire quispiam possit, generatim quidem
in tertio de temperamentis expositum est: atque
in hoc tractatu, membratim enarrabimus, cui
in primo iam libro cœpimus: vtque ibi in ace-
to & aqua, ita hic in oleo & rosaceo facturi
sumus, si modo prius ostenderit, quantum
delinquant medicorum nonnulli, qui longe demon-
strationum ducunt principia. Nam quid opor-
tuit olei aut rose respexisse colorem, quando rebus
ipsis varie vti liceat, nec in sanis solum corporibus,

sed egrotantibus? Quippe cum ipſus per ſe roſas aut ſuccum earum expreſſum corpori tum ſano, tum ſimplici affecto morbo, vt ſupra diximus, liceat imponere, atque oleo dulci miſcentes, corporibus aut valenter refrigeratis, aut excalefactis applicare, ſiue aſſicando, ſiue perſundendo, ac irrigando, tum in corpus quoque aſſumere, idque, aut ſuperne per os, aut inferne per ſedem, ac ſi tandem quid ad vnumquenque uſum proueniat, inſpicere. Nam hoc ſane nomine medicamentorum omnium vires contemplantur, vt ſit quo vti liceat, hypochondriis, aut capite ardore afflictiſ, aut refrigeratis, aut exulceratis, aut phlegmone occupatis, aut id genus aliud perpeſſis, tum ipſis, tum alijs omnibus corporis partibus. Ergo cum tam perſpicua ſimul ac compediola adſit via ad ea que inquirimus, etiã ne colores eſtimabimus aut odores, aut conſiſtentijs, aut formas medicamenti cuiuſque. Perinde faciſtantes, atque y qui ex imagine, aut ſicta, aut picta cognoſcere quempiam volunt, cum ipſum aſſpicere non denegetur, quem agnoſcere cupiunt.

EXpurgat ſe quod prolixius agat de ſimplicium medicamentorum facultate, culpam reiiciens in Sophiſtas, qui ſenſum prætereuntes aut pro nihilo habent ſ, rationibus agunt inanibus & plurima nugantur. Qua de re dictum ſatis eſt antea, in ſermone qui hunc antecelſit, vbi etiam nos diximu (quod nunc lubet iterum admonere) non ita eſſe ſenſui ſidendum, vt ind ſtinctè putemus talia eſſe re vera omnia qualia apparent, alioqui Gnomonem, quinimo & ipſum ſolem putabimus emper quieſcere, & cœlum hoc quod conſpicimus eſſe ceruleum, & iridem varicolorem, cum tamen ſol rapidiſſimè ſemper feratur, & meteorologica illa, colorum quædam phantaſmata ſint, potiuſquam vericolores. Itaque aliquando oportet et ſenſum corrigere, cum eueniat falli. Sed quo pacto corrigendus? Certe non ratione ſola, ſed ſenſu, aut ratione quadam proxime ducta à ſenſu, vt dicebamus. Non enim credimus ſolem moueri, etſi quieſcere videatur quod non ſit conſentaneum ſubſtantiam corpoream ad eò præſtantem, motu omni eſſe vacuam, neque poſſit vllum aliud habere quam lationem, cum corruptione careat: tamen ſi enim ratio hæc probabilitatem magnam præ ſe fert, credendum tamen potiuſ fore ſenſui quam rationi, quantumuis probabili. Deprehenditur tamen ſenſus deceptio, ipſo ſenſu. Nimirum videmus ſingulis horis tenere ſolem alium & alium locum, & ad nos, & ad cœlum & aſtra reliqua, atque ita breui epilogiſmo, proxime ducto ab eodem ſenſu, colligimus mo-

ueri. Iridis etiam agnoſcimus non eſſe veros colores, quia videmus nubis ad ſolem aſpectu mutato, ſubſtantia nulla genita aut corrupta, varie mutari. Atqui profecto ego eadem ratione affirmare auderem quod vltra inſaniam eſſe Galenus dicit: nimirum neque niuem neque glaciem eſſe alba verè, ſed videri ſolum eſſe talia. Nam ſi verus eſſet glaciæ color, eundem retineret liquata vt cera, & concretum mel, & quæcunque alia vero aliquo, ac proprio affecta colore, concreta ſunt. At verò glaciæ, cum nihil ſit aliud, quam concreta aqua (quod diſſolutio indicat) nullum habuerit verum colorem magisquam aqua, ſed fuerit vt illa diaphana, hac ſolum ratione diuerſa cum concreta ſit, ſplendor aëris in ea magis denſetur, & proinde candoris phantaſiam generet. At qui neque hoc eſt ſenſui tollere fidem ipſo enim ſenſu vtor, vt hoc deprehendam, liquatione explorans. Verus enim color fuerit, qui non aliter quam mutata ſubſtantia, eius cui inſit, mutari poſſit: apparens vero qui mutationibus etiam externis, integra ſubſtantia mutari ſolet, itvdenſatione, aut rarefactione, aut etiã mutato poſitu, aut ad rem aliam aſpectu. Velut nunc, quia glaciæ color ſola liquatione amittitur, conſtat eum non eſſe verum, & ei ſubſtantiaæ proprium. Conſtat porrò ex dictis, ſemper haberi fidem ſenſui ſiquidem & cum non habetur, corrigitur ſenſu. Reliqua omnia præſcriptæ dictionis, ſatis ſunt manifeſta.

CAPVT II.

ATque hac vtrique parte non leuiter peccare mihi videntur: multo etiam magis cum infinita atque inde monſtrata nugantur demonſtrandi rationis plane imperiti, nam donemus ignem aut ſlauum, aut rubrum eſſe, aut vt cuius voluerint, nec enim reſert. Quid ergo id facit ad hoc, vt omne rubrum ſit calidum? Nam omnis, verbi cauſa, ruber dicendus eſt: at omne rubrum ignem dicere, ridiculum eſt: multo que etiam plus, ſi omne rubrum calidum quis dixerit. Nam ſi principio aſſumptum eſet in oratione, omne calidum eſſe rubrum, licuiſſet fort aſis mutua axiomatis conuerſione rubrum omne calidum concludere: licet non obſcure & illic peccetur. Nam qua mutua conuertuntur (quod ἀντιπερὶον vocant) (non qua ſimpliciter conuertuntur quod eſt ἀντιπερὶον) orationes, vere de ſe mutuo dicuntur. Verum tamen propinqua ea fuerit, opinor, deceptio. Atque quoniam nec illud orationis initio aſſumptum erat nempe omne calidū eſſe rubrum: haud licet mutua conuerſione omne rubrum calidum eſſe colligere. Tribus ergo modis in ſermone peccant, qui aiunt roſas temperatura calidas, quod ſint rubra. Primum quod

quod non demonstrata hac propositione omnis ignis rubet, conuertere ex hac aliam videlicet omne rubrum est ignis, tanquam veram conantur. Secundo, quod nesciunt orationes, qua mutuo conuertuntur cum veris, & reciproca sunt, veras & ipsas esse non autem conuertentes. Tertio quod etiam si mutuo conuertentur, non tamen omne quod colore sit rubro, calidum esse, ex mutua illa conuersione sequatur: sed alterum quoddam eius tale axioma rubrum omne esse ignem. Porro quod talia in rem presentem non modo sint inutilia, sed etiam patia falsa, cuius notum est. Debemus enim non an omne rubrum sit ignis, sed quod omne rubrum calidum sit, ostendere. Nam si quicquid rubet ignis fuerit, erit nimirum & rosa nobis ignis. Ceterum logicas methodos ignorantes medici, primum in hoc maxime peccant, quod propriis finibus excedant, nimirum cum sufficiens sit experientia, iunctis saltem paucis quibusdam epilogismis, medicaminum vires exquirere. Deinde tam soede in rationibus hallucinantur, ac pueri modo speculationem logicam ingressi. Eisdem erroribus tenentur, qui ex odoribus medicaminum facultates coniciunt. Nec enim quicquid bene redoleret, calidum est (quod quidam dicitant, haud intelligentes quo pacto inaudire oporteat quae ab Aristotele, & Theophrasto super hac re sunt prodita, ea quae nos in quarto harum commentationum definiemus) neque quicquid calidum est, bene olet. Quin etiam neque si quid graue olens est, calidum etiam fuerit: neque si calidum, etiam graue olens. sic nec si quis quicquid graue olens, frigidum dicat: nec si quicquid frigidum sit, graue olere, verum dixerit. Siquidem calidorum innuenera sunt, partim bene olentia, partim graue olentia, partim neutra: similiter quoque frigidorum. Quamquam quid calida dico, ac frigida? Cum debeam dicere calefacientia, nos, ac refrigerantia, quae vtrique inquirimus? Nam nec enim quod absolute calidum est, aut quod ad hoc expenditur, nunc considerare propositum est, sed quod corpus humanum excalfaciat. Nec sane etiam quod absolute frigidum, sed quod hominem refrigeret. Denique ergo hic hallucinatur in homonymia haud distinctis nominum significatis, tanquam si quis de cane terrestri differens ad marinum se oratione transferat, existimans ut animantis vtriusque nomen vnum, ita & naturam quoque vnam esse. At nobis demonstratum aperte est in commentariis de temperatura (quos & hanc antecedere tractationem protinus in initio commonescimus) aliud esse facultate calidum, aliud actu & huius quod actu videlicet calidum est, aliud absolute dici calidum, aliud per exuperantiam, aliud ad symmetrum sui generis, aliud ad quiduis obuium collatum. Quin & hominem non absolute calidum, ut ignem, sed exuperantia calidum diximus. Siquidem in eo maiorem calidi portionem inesse, quam frigidi. Ergo & quaecumque ad hunc dicuntur calida potest esse, illum excalfacere dicuntur: facileque de illis in iudicium

A & per experientiam expenditur, paucis indigent (ut supra commonui) epilogismis. Quos cum sophistae excedant, & tempus adolescentulorum frustrate runt, & sophismatis cauillibus, homines seducen- tes eorum soluendorum imperitos, falsis eos dogma- tis opinionibusque, implent. Debeant enim neque colores commemorare, neque odores, imo neque consistentiam, neque leuitatem aut asperitatem, aut eius generis quodcumque. Nam quid refert oleum an lentum sit, aut leue, aut splendens, aut liquidum, aut pallidum, aut pingue, aut lubricum, aut quod egre corporibus illitum exiccari possit? Quippe cum ex nullo omnium eiusmodi colligere possis, ipsum esse facultate aut calidum, aut frigidum aut humidum, aut siccum. Siquidem ex genere splendentium, leuiumque & lentorum, partim sunt quae plane nos calefaciant, partim quae refrigerent, tum alia quae exiccant, alia item quae humectent. & in ipsis accidentibus non tantum in oleo, sed etiam in aliis omnibus, nihil reperire est, quod solidum perpetuumque sit, ut in eo generalem constituere propositionem liceat. Nam omitto, quod non scientificis in omnibus id genus sint vsi rationibus Sophistae, ad inuenienda lenimata, sed ex inductione & quod omnium pessimum est, quod nec quae sit inductionis natura vniquam inspexerint. Quod si quis eos in id prouocet, neque sequi audent. & si de demonstratione quis quid agat, increpant. Imo, quod etiam deterrius est, non ex inductione solum ratiocinari assueuerunt, sed nonnumquam etiam ab exemplis, tanquam rethores. Nam qui frigidum esse oleum asserit, proinde quod lentum sit ut pituita, is per exemplum concludit par robur tribuens demonstrationis, atque is qui ipsum calidum contedit, quis lentum sit ut viscum. Nec secus is qui calidum dicit quoniam facile in flammam vertatur ut bitumen, atque is qui frigidum probat, quod facile cogatur ac concresecat ut aqua. Nam differt, ab exemplo siue exemplis quid suadeas an ex inductione. Siquidem qui ab exemplis fidem facit: vnum aut duo generis eiusdem asserit, aut certe plane paucula plerisque scilicet praeferit. Qui vero ex inductione omnia comprehendere nititur quae per experientiam sunt cognita: nec quicquam praeferit, quo ad eius fieri potest, quod apertum vulgo atque perspicuum sit, studet, nisi quod occultum est & paucis comprehensum. Quamobrem violenta est, & vehementer persuadet quae ab omnibus quae experientia sunt cognita, ducitur inductio, solisque iis mendacium perspicui potest, qui in demonstratoris methodis sunt exercitati. Quare nos de ea copiosius in demonstrationis libris differuimus, ac sorte etiam seorsum de ea sola librum componemus.

Multis modis peccasse dicit priores medicos in facultatibus medicamentorum inuestigandis, primum ut dictum est, quod scilicet fidem sensui abrogarent: deinde & quod cum essent logicae ignari, illegitime concluderent argumenta: postro-

mo quod non videntur scientificis rationibus, hoc est argumentis ex vniuersalibus colligentibus, & legitime conclusis, sed inductione, quæ vim monstrationis non habet, & quod est etiam deterius, exemplis solis aliquando, vt rethores, interim dicit obiter neque de sapore neque de odore aut alia vlla secunda qualitate, dici vniuersim temperamentum aliquod, neque omnino ita posse constitui vllam vniuersalem assertionem. Illegitime eos concludere argumenta probat producens simul & refutans argumentum quo probare nitentur, rosam esse calidam. Id verò erat huiusmodi. Omnis ignis est ruber, igitur omnia rubra sunt calida, rosa est rubra, ergo est calida. Tribus modis dicit eos in hoc argumento peccare. Primo quod procedunt ex assertionem, neque euidenti neque demonstrata. Secundo, quod etiam si detur verâ esse hanc, omnis ignis est ruber, tamen assertiones huiusmodi vniuersales in quâ, & affirmâtes, non cõuertuntur simpliciter quod Græci vocabant *αὐτὶς ἐπέκεινται*, sed conuertuntur quodam modo & ex parte, quod vocabât *ἀνὰ σπέκεινται*. Nâ quia omnis homo est animal, non fit vt omne animal sit homo sed vt animal, sit homo, aut vt aliquod animal sit homo. Ita ergo si omnis ignis est ruber, non fit vt omne rubrū sit ignis. Tertio quod etiam si des assertionem illam conuerti simpliciter (quod tamē alienum à Logica arte est) tamen retineri debent eadem voces in ambabus orationibus quæ conuertuntur. Quare colligendum esset omnis ignis est ruber, ergo omne rubrum est ignis, non ergò omne rubrum est calidum. Vnde fiet vt rosa non solum calida sed ignis etiam sit. Quod affirmare est dementia extrema. Hæc obijcit Galenus, ego verò non censeo, illos ita argumentatos quod ex forma recte concluderentur hæ rationes, sed potius ex materia, vt plerique aliarum quibus in physicis vtimur. Non enim dicent, ignis est ruber, ergo omnia rubra sunt calida, quod omnes consecutiones eadem forma Logica constantes, recte concludantur (neque enim hic tanta formæ Logicæ cura erat) sed quod in hac materia, obiplas subiectas naturas, sit necesse illud uenire si hoc sit. Redigi autem possunt hæ consecutiones, quæ valent ex materia, in legitimam formam supplendo quasdam alias assertiones, quæ subaudiuntur. Velut si quis iuxta illorum opinionem diceret, concreta omnia accipiunt colorem ab elemento, aut elementis quibus cõstât, igitur & omnia rubra ruborem, nullum autem elementum est à quo possint accipere ruborem præter ignem quia id solum elementum rubrum est igitur omnia rubra accipiunt ruborem ab igne. Porro omnia accipiunt colorem ab

A elemento quod in ipsis redundat, igitur in rubris omnibus redundat ignis, rursum omnia in quibus redundat ignis sunt calida, in omnibus rubris redundat ignis, ergo omnia rubra sunt calida. Possentus certe his argumentis facile respondere, negantes esse rubrum ignem. Nam re vera nullum elementorum colorem vllum habet, sed ea passio concretorum est. Sed quia nō ita possumus negare, habere tenuitatem aut crassitiam, pondus aut leuitatem, & alia quædam, à quibus nihilo magis licet colligere, medicamentorum facultates quam à coloribus, oportet rationes has argumētandi semel excludamus, explicantes qua in re fallantur, qui ita argumētantur. Certe si ignis esset ruber & nullum aliud elementorum esset tale, fieret vt concreta corpora ignis participatione essent rubra, & vt quæcunque essent rubra ignem haberent, non tamen vt redundantem, ad eò vt calida etiam essent, non enim necesse esset, vt quod tribueret colorem tribueret etiam, temperamentum. Nam si quis in succo cicutæ, aut papaueris, dissoluat crocum, prius reddiderit rufum, quâ calidum, ita etiam, si in succo titimali rubricam prius rubrum quam frigidum. Quanquam igitur ignis, vt est calidus esset ruber, non esset necesse, vt quibus alterū præstaret, præstaret vtrūq; , sed posset mixtionis modus & aliorum proportio, hoc aut illud, plus aut minus impedire aut iuuare. Itaque omnia huiusmodi argumenta hanc ob causam fallacia sunt.

CAP. III.

D *Alam autem fiet nihil secius & nunc quoque ipsius inductionis natura, multoque magis exempli. Nâ omnia in summa percurrere statutu est qua de olei facultate à medicis sunt prodita, ea que probabiliter quidem quod ita viderentur: at non vere. Ac primum illud quod à Diocle in Archidamo scriptum est, quod Archidamus durefcere vtrique cutem is qui in eo fricarentur existimari: E quapropter etiam siccam frictionem prætulit. Oleum enim accendi atque exurere cum à frictione incalesceret, putabat: ac propterea admodum humorē exhaurire atque siccare, non secus atque ea asforum qua vngi soent. Nam & ipsa magis durefcere: quam si ea citra oleum assaueris. Præstat autem ipsam totam adscribere dictionem Dioclis. Habet autem ea hunc in modum: at cum oleo fricare non perinde probabat. Primum enim inaequalem fieri huiusmodi frictionem putabat, quod manus laborentur scilicet, nec aque carnem apprehendere propter pinguedinem possent. Præterea durefcere, atque aduri cutem in illis magis qui sic fricarentur existimabat, quam qui sicca vterentur frictione: oleum quippe accendi & vrere à frictione incalescens, quemadmodum in asis que vincta sunt, magis quam non vincta, vbi oleo accenso in*

fo incalescunt, & valde exiccantur, indurescuntq;. Similiter quæ in oleo coquantur, dura, exustaq;, effici eandem ob causam. Ad hæc quæmadmodum lingua & coria, & alia complura quæ ex oleo fricantur oleum intro imbibunt, ita putabat & corpora. Quod cum fieret, multa quæ solita essent cum spiritu destuere per carnem, ac foras prorūpete tunc concludi arbitrabatur: ceu cum cribris, linteis, lana omnibusq;, adeo per quæ percolari quid assolet perfunditur, atque inungitur non æque liquores stueri per ea valent. Porro vbi huiusmodi excretio intercepta est, quadam intro recurrere, quadam acruata inuicemq; implicita meatus opplere retenta scilicet ab oleo, quod visco quid simile habeat: oleum sicut in alijs omnibus apparet quod pingue est, pulueris, ac festucas omniaq; eiusmodi consecrari. Denique vbi obstructi iam meatus fuerint, perpetuo ac sensim omnia deterius perfici est necesse, quam in ijs quæ pro consueto geruntur natura modo. Putauit quoque oleo inesse mordacitatem, cuius vi oculi illachrymarent, & guttur in tussim ciceretur (quod *νεγρο* vocant) tum alius raderetur, excrementaq; redderentur sanguinolenta eo bibito: proinde qui circa frictionem vngerentur nihil affligi, infirmo-rem enim esse mordicationem quam quæ sensum aliquem mouere possit. At si per frictionem carnem subintret, mordicationem moliri maligno-rem: velut multa medicamentorum. Vbi enim illinuntur, minus valent ac compressa introq; subeuntia magis agunt: sicut sane si vtricis & alijs multis sensim quempiam contingas, nihil laeseris, sin ferias aut premas, vtrique offenderis. Hæc ergo sunt quæ Diocles in Archidamo prodidit, quorū si multum probabilitatem, tum prauitatem conspiciere est. Si quidem quod quicquid in oleo coquitur, propria amittat humiditatem, ac friabile durumq;, celeriter reddatur, cum alioqui nihil in aqua tale perperiat: ipsa nos docuit experientia. Quamobrem hac vtrig; parte nihil Archidamus mentitus est: debet tamen sicut Aristoteles & Theophrastus, alijsq; non pauci philosophi eiusmodi problemmata in physicis questionibus & proponunt, & soluunt: ipse quoque (si quidem omnium rerum causas scrutari voluit) perinde vt illi vti, proponere, sic quoque soluere. At cum id minus facere appareat, in hoc vel maxime mihi delinquere videtur. Nam quod apparet euidenter, id semper primum ponendum est: ac deinde, si cui libeat, causam eius inspicere debet, physica problemmata hunc in modum componens. Cur oleum quæ in ipso coquantur sicca & friabilia efficiat: aqua vero, humida & mollia. Aut, quamobrem in oleo cocta siccescant: at quæ aliter in eo madidata sunt, magis propriam seruent humiditatem, quam si omnino non essent madidata. Quæ ratione scilla & vrtice morsus sanet. Quæ de causa his medeatur, cum ipsum oculos mordicet. Qui fiat vt reliquum corpus vniversum non mordicet, sed oculos duntaxat. Quare igitur exasperet, vlcera verò leniat. Quo pacto ventrem subducatur. Quo modo lasitudines sanet. Quamobrem innun-

Actos tneatur à frigore, Quare animalia insecta interficiat. Cur lora & coria emolliat: atque in ipso coquantur duriora ferè omnia efficiat. Atq; hoc vnum est problemmatum genus, ad physicum duntaxat attinens. Alterum verò, quod commune quoque eorum est, qui artem quamuis exercent, est tale, quam ob causam carnes piscesque assantes coci, oleo prius illinant. Quid sit quod Athletas oleo fricent gymnastæ. Quod etiam, quod pueros pædotribe. Nam cuiusq; talium problemmatum ab experientia profectam causam assignare liceat: cocis nimirum responsuris, propterea se pisces ac carnes oblinire, quod sicca adustaq;, extima eorum reddatur partes, si citra pinguedinem assentur. Athletas vero se ex oleo fricare dicitur gymnastis, tum quod quæ ante inerant lasitudines ipsum exoluat, & quæ futura sunt mitiget, tum quod frictionem æqualem & mitem plane efficiat, corpusque ad motus futuros præparet. Eas ob res ipsi quoque pædotribe pueros se & ante & post exercitia inungere dicent. Cur autem oleum lasitudini medeatur, haud etiam nouit, nec gymnastæ pædotribe, nec medicus experientia curans: nec tamen quia id nesciant, ab euidenter apparentibus recedent. Siquidem tamen si ignorant, quamobrem veratrum album sursum purget, nigrum deorsum detrahat: neque comperitum habentes, quare cnicus pituitam ducat, atram verò bilem epithimum: tamen medicamentis ad ea vtuntur, ad quæ vtenda docuit experientia: & eos quibus est opus curant, & euidenter apparentibus fidem habent, eosque qui contraria rationi adstruunt, derident.

Diocles scripsit librū de Archidami placitis quem ob id Archidamum appellauit, ex eo libro decerpta est longa hæc dictio sententiam eius totam de oleo continens. Affirmabat verò Archidamus oleum esse medicamentum calidum & siccum, calefaciens, mordens, & digerens corpora, vnde illud eueniebat paradoxon, magis siccati corpora frictione ex oleo, quam sicca, argumento ducto ab ijs quæ friguntur in oleo, quæ quidem siccantur, contra ea quæ coquantur in aqua. Porro obstrui poros ab oleo & ventilationem corporum impediri, mordax verò esse quia mordet oculos, & tussim mouet. Verum dicit Galenus deceptum Archidamum quod non rectè processerit. Oportuisset enim ante omnia obseruare ea quæ oleum experimur facere, & ad quæ illo homines vtuntur, atq; eorum omnium inuestigare causas, nō quidē præteritis causis ab ijs quæ facit argumeta eius nature accipere. Velut dicit siccare corpora quæ cū frictione vnguntur, quia siccat ea quæ in eo friguntur. Debuisset autem prius considerare cur siccescunt quæ friguntur, si enim quia oleū siccat, cur non siccantur quæ in oleo non calere immoratur, sed humectantur potius? Porro

dicat esse acre quia mordet oculos, debuisset autē prius perpendere cur oculos mordeat, si enim mordax est, cur non etiam alias partes mordet, saltem exulceratas, aut etiā nudatos nervos? Hæc igitur & alia quamplurima quæ oleo insunt quadam admiratione digna seorsum sunt perpendenda, velut cur oleum interimat animalia insecta: cur ventrem subducit, aut lassitudinem tollat, cur inuncta oleo equabilius assentur quam non inuncta. Nā illud norunt gymnastæ, hoc coci. Sed horum omnium problematum solutiones sequens tractatio continebit.

CAP. III.

AT Archidamus præterquam quod multa qua perspicud apparent contemnit, in super & hac quoque parte taxandus mihi iure videtur, quod dicat meliorem esse frictionem siccam, quam qua cum oleo adhibetur, quia corpus durius & siccus is qua vnguntur, efficiatur: mollius autem is, qui fricantur siccis, fiat. Dicit porro nihil secius & in illa ipsa dictione. Paulum progressus, ligna, pelles, aliæ, qua ex oleo fricantur, ipsum in profundum vsq; transmittere idq; maximum esse testimonium, quod in corporibus nostris intro subiens meatus oblinat, ac humidorum prohibeat, effluxus. Atq; ego quidem quomodo hæc consonent, nescio. Si enim humorum effluxus prohibet oleum, haudquaquam siccum dicendum foret, ac proinde frustra id tanquam desiccans in frictionibus repudiat. Falli præterea in hoc mihi videtur, quod similiter affici putet tum ea qua in oleo coquantur, tum eos qui fricantur. Nec enim eadem agere dixerim oleum calidum, frigidum, temperatū, tepidum, aut feruens, sicut nec aquam ipsam. Apparet enim & ipsam si frigida applicetur, condensare, constipare, contrahere, constringere, & repercutere: sicut si extreme feruida, adurere. At si temperata adhibeatur & moderate calida, laxare, rarefacere, fundere, digerere. Porro si nec insigniter calida nec frigida admoueatur, sed velut qua fontana vulgo dicitur, tūc propositorū nihil efficiet: verum propriā sui facultate exeret: sic si quis oleum expendere volet ab omni prius liberum alieno tum calore, tum frigore ipsum efficiat, atque ita demum ad explorandū accedat: quippe quod summe frigidum fuerit, non ex sua duntaxat facultate, sed ex aliena facultatis excessu nonnihil in contrāctis operabitur. Ita quoq; quod magnopere calidum. At si utroque ipsum liberans, sic demum examinare voles, hoc duntaxat pacto propriam olei vim inueneris. Quapropter cū quis ex more oleo fricatur, sicut gymnastici omnes, in solo fricatur oleo, quod nimirum absq; omni sit aliena qualitate: at si admodum excalescēto, aut summe utatur refrigerato, iam compositam educationem necesse est, nempe ex propria olei facultate & aliena qualitate. Sape verò propriam cuiusque medicamenti facultatem obscurari omnino necesse est, vbi admodum valentem aliunde quali-

tatem acciuerit. Itaque qui simile fuerit, herbas in oleo feruente coquere ac exercitantium corpora fricare? Maxime siquidem vti supra ostendimus, extrinsecus ductas probationes fugere oportet, cum liceat nimirum propriam cuique adhibere experientiam. Quod si quando tamen id quispiam facere volet, certe similia comparare conabitur, sicut in corijs faciebat & loris. Nec enim oleo in ignem præcalescēto, neque in niue refrigerato, sed quolibet & obuio accepto vnusquisque corium ac lora conficit. Ita puto & pædotribæ quolibet obuio oleo fricant, neutiquam aut igne excalescēto, aut in niue refrigerato. Alioqui sanè & nos non raro caput ardore grauatū olei admodum frigidi perfrusione refrigerabimus. Porro si salis nihil oleo sit inditum tanto magis refrigerabit, sin etiam quod res, hoc est crudum fuerit, multo profecto etiam amplius.

CArpit Archidamum quod dixerit meliorem esse frictionem siccam quam cum oleo: quia oleum siccatur corpora ut quæ friguntur. Atque in primis acculat eum contradictionis quod dixerit siccatur corpora, rursumque paululum progressus dixerit ipsum oleum intro subire in corpora, & humidorum effluxus prohibere. Si enim (inquit) humidorū effluxus prohibet oleum, haudquaquam siccum dicendum foret. Deinde carpit eum quod argumentum accipiat propriæ olei facultatis ab eo quod facit affectum calore aduentitio, cum neque aqua idem faciat utcumq; habens, sed longè diuersa cum feruet, & cū calet, & cum tepida est, & cum friget. Nimirum medicamenta examinanda sunt omni aliena qualitate vacua. Nam & oleo ipso aliquando utimur ad frigidus affectus, aliquando ad calidos, ad illos scilicet calescēto, ad hos refrigerato, præcipue si etiam sit oleū expers salis & crudum. Hæc obijcit nunc Galenus Archidamo, fortasse autē videbitur Archidamus posse primæ obiectioni facile respondere. Nimirum posse oleum etsi siccum sit, prohibere effluxus humidorum. Nam & aqua frigida est, & sic prohibet effluxus calidorum. Possit igitur (dicet Archidamus) oleum siccando cutem poros contrahere, & humidorum effluxus prohibere, atq; ita lædere duplici ratione, & quod carnes siccet & humidis excrenentis repleat. Nam & senum corpora talia sunt, sicca scilicet & plena humidis & crudis. Mihi sane videtur Archidamus posse se à contradictione expedire, tamen decipi quod siccatur & contrahere partes dicat reliquis obiectionibus satis aperte indicatur.

CAP. V.

PORRO præparare illud solemus non aliter atq; aqua, nempe ipsum prius excalescentes, ac deinde aqua mergentes summe frigida: at si etiam

fons in ipsum cum strepitu decidat, vasculo nimirum, cui inest oleum, ante diligenter ocluso, magis quoque ac magis ita reddetur frigidum. Multum item frigesceris, si prae calefactum in puteum ita demittas, ut aquam contingat: quanquam quod aquam nondum tangit frigidum item euaserit, sed non perinde. Atque hoc pacto preparando frigidum reddimus oleum: contra, calidum. Quo sane modo etiam utimur in refrigeratis corporibus, in aluum olei calidi demittentes, quibus pars quae priam obstupuit, aut tremuli sunt, aut conuulsione, aut palpitatione tentantur, aut motu sensive priuantur, aut etiam egre sentire possunt, aut eiusmodi quippiam perpeffos. Ergo si quis ex vniuerso vsu de medicaminum facultate pronuntiet, nunquid excalescere aut refrigerare, tum exiccare & humectare nos oleum, velut Dioclis Archidamus, siquidem pugnantias considerare, animaduertereque nesciat, putabit. Nam cum exiccari & fragilia effici que in oleo coquuntur dixit, exiccantem & digerentem eius facultatem ostendit. At ubi intro in coria subire, porosque nostros oblinire, ac naturales humorum effluxus prohibere: rursus sanè quodammodo contrariam eius facultatem ex hisce demonstrat, tum digerentibus, tum exiccantibus. Atque in istis vel adhuc quae apparent proferens, de illis non rectè ratiocinantur.

Quia dixerat refrigerato oleo curari passionibus calidas docet modum refrigerandi oleum, similis porrò est ei quo refrigeratur aqua. Causa quae & oleum & aqua & quicumque alius succus admouetur niui antea calefactus refrigeratur magis quam si admouetur frigidus est, quia quae calent rariora & laxiora sunt quam quae frigida. Per rationem ergo aqua facilius extruditur ignis qui intra eam continetur praeternaturam, atqui cum incalente aqua contineatur eius plurimum, ceterum magis eius motus extrorsum, atqui ita, modico eo, qui in aqua mediocriter habente continebatur, prosequente motus eius ignis qui calefactione accesserat, euenit aquam magis exhauriri vacuarique igne. Indicatum enim mihi est alibi aquam nisi quid ignis contineret, ne fluere quidem, sed summo frigore rigere esse natam. Porro frigescit aqua facilius cum circumducitur intra frigidam immersa, aut ipsa frigida in eam incidit agitata, ut quae ex fonte descendit cum strepitu, quod agitatione ipsius aquae id ignis facilius excernatur, quam si quiesceret, extruderetur. Verum scire oportet ad refrigerandum, siue aquam, siue vinum, siue aliud quiduis tale, conferre agitationem non quantantalem, sed quadam tenus productam. Nam ut quaedam agitatio facit à substantia quantantalem, aliam quae contineatur secerri, ita viteius producta facit rursus confundi ac

A commisceri quod secretum erat. Velut agitatione cribri separantur attriticos ordes si verò his secretis rursus agitetur cribrum, diffunduntur iterum.

C A P. VI.

AT ubi de mordicatione agitur, non ea omnia commemorat. Nam quod oculos mordicat, quod guttur exasperet, siue ad tuissimum prouocet, quod ventrem radat, atque secessus sanguinolentos efficiat: abunde magna testimonia sunt, mordacem illi inesse facultatem. At quod vlcera dolore liberet, & ventris mordicationes aut irrigatum, aut insusum omnino sanet, quaeque morju irritantur mitiget, tum & ipsa non parua sint contraria ipsius facultatis indicia plane ommissa sunt. Caterum si vtriusque propositi quis ratiocinari volet duorum alterum eueniet: aut enim id faciet ut Empiricus (qui experientia omnia tribuit) dicetque se in collatione ad aliquid cuiusque medicamenti facultatem per experientiam cognoscere, ipsius autem per se propriam ignorare naturam, aut ut rationalis, contrarias inesse ipsi medicamento facultates, mordicantem & lenientem: ac deinde opinor ingenti tenebitur anxietate causam dicturus cur interim altera earum agat sensibiliter, interim altera, reliqua autem perdita, aut non clarè apparente. Quarum omnium dubitationum solutiones, siquidem ut physica proponantur problematica: sane quam difficiles sunt sin ut ad vsu referantur artis, multam requirunt experientiam: epilogismos autem non ita multos, sed exactos ac definitos. Nam primum, an omne oleum oculis mordax sit, nec ne, experienti incunctatè definire praestat, haud quaquam ex tempore in vtramque partem rhetorum more differere: tum omne equè guttur exasperet, aut ventrem subducatur, aut radat, ut nonnunquam cruetas moueat excretiones, an oleorum hoc quidem hac faciat, illud verò non: & aliud magis, aliud minus. Olei differentias nunc recenseo: ne quis heterogeneis siue alterius generis existimet, sicut cicini, raphanini, caryini, balanini, ac similibus. Nam & horum vires medicus noscat oportet sed in praesentia eas enumerare non expedit. Satis est enim mea quidem sententia, principio propriissimum & quod maxime ab omnibus hominibus vocatur oleum, considerasse: quando & ipse fructus ex quo ipsum sit oleum, solus ex omnibus oliua nuncupetur, & arbor olea (Graece vtrumque ἔλαια vocatur & ipsum oleum ἔλαιον) ipsumque simpliciter primario oleum dicitur: at reliqua omnia per translationem & abusum. Huius sane quod proprie oleum appellant, de quo omnis in praesenti sermo habetur plures dico esse differentias secundum etatem quidem, cum aut recens est, & velut mustum, aut etate vrigente aut vetus. Secundum preparandi modum, cum aut simplex soluxque & impermixtum fuerit, aut cum sale preparatum. Secundum fructus ipsius diuersitatem, cum is aut immaturus, aut maturus extiterit, secundum inductam arte alterationem, cum aut quomodo

modo ab initio preparatum fuerit ita seruetur, aut candidū efficitur. Scriptū verò est de albificatione eius & ab alijs non paucis, & nos quoq; in sequentibus de illo nonnihil trademus. Horum omnium oleorum facultates ipse equidē experiri studui: quid autem in quoque fieri deprehenderim, postea exponam. At nunc absoluerē statui primum quod erat in manibus. Perperam enim mihi videtur medicorum pleriq; tum experiri medicamenta, tum de viribus eorum ratiocinari. Quippe cū experiri solum oporteat quæ impermissa sunt, & ab omni extranea qualitate aliena: eaq; primum in optima corporis cōstitutione, deinde in intemperatis, demū in morbis simplicibus: sicut in libro hunc antecedente, & in tertio de temperamentis desinitum est. Ratiocinatio verò, id quod ex accidente est, semper ab eo quod per se est, distinguit. At nonnulli medicorum non in istis modo hallucinantur, verum etiā in opinionibus quas habent de affectibus. Nam oleum quod lasitudinibus remedio sit, omnes propemodū fatentur: ceterum quis affectus sit lasitudo, non cōsentiant. Hic enim articularum esse ait siccitatem, ex motionibus desiccatorum: alter & musculorum adyct: alius porro contra quam hi, humiditatem multam, & tensionem, & caliditatem: fluxione nimirū partibus vehementer agitatis effusa: alius non humorum multitudinem, sed qualitatem solā causatur: provenire inquit in motionibus immoderatis pinguedinis carnisque teneræ colliquationes quasdam, quarum pars soras transpiret reliquum retineatur in corpore: & hoc cum acre mordaxq; sit, affectionem efficere vlcerosam. Itaque etiam si in hoc conueniatur, quod lasitudines sanet oleum: attamen ob ancipitem atq; ambiguum corporis affectum, nihil queat certi de olei facultate colligi. Atq; id sane non tantum in lasitudine vsu venit, verum etiam vbi doloris causa, aut mordicationis aut phlegmone gratia bibendū oleum exhibemus, aut per sedē perfundimus. Siquidem vlcerebus phlegmone affectus non solum, sed & cum aqua moderate calida ipsum perfundimus, vt in lasitudinibus cum lauacro aquæ dulcis: sed nec quæ sit in phlegmone affectio, consentiunt. Porro vbi per se ipsum ingerimus, aut bibendum offerrimus, ne tunc quidem cognoscimus euidenter, cui nam corpori ipsum applicamus, an pituitæ, an bilis, an aliorum liquorum recremētorum pleno. Constat enim non perinde hominem affecturum vbi pituitæ viscosa intestinum omne simul cum ventre plenum offenderet, atq; vbi biliosis excrementis refertum, aut alijs quibusdā acris humoribus, aut stercore multo, aut horum quidem nullo: sed incidet in ventrem intestinaq; vndiquaq; pura: aut præterquam quod pura etiam exasperata reperiat. Itaq; negligenter admodum & segniter de his omnibus medicorum pleriq; ratiocinantur, haud indicantes nec quo pacto affecto homini oleum exhibent, nec quale nam ipsum, ac mox tandem dicunt alij mordicare & radere prorsum partes corporis internas. alij verò etiā si præfuerit mordicatio & huic mederi. Nec enim

parum interest, an inijciatur in ventrē pituita scātentem oleū omnino expers salis (Græci ἀναλον vocant) & quod reuera oleum est: an quod plurimum accepit salis, in ventrem purum. Vtrūq; enim aliū subducit: diuersis tamen facultatibus. Nempe illud quod sale vacabat, in pituitoso vtre per lubricitatem, similiter maluis, blitis, moris. Quod verò salem habet in puro per acrimoniā, perinde vt muria & marina aqua. Et sane hoc quidē radet, alterum non radet. Ergo nec absolutē oleū quodvis interna omnino radere diximus, aut deiectiones moliri cruentas, neq; mordicationes lenire: verum id cui sal est inditus, in puro ventre radere: cui autem non, in pituitoso non radere.

CArpit nunc Archidamum quod cum oleum faciat quædam quibus videtur habere facultatem mordendi, & alia etiam nō pauca quibus videtur habere contrariā, illa solum considerauit, dicens, mordere oculos exasperare guttur, radere intestina. Hæc omisit, nō dicens vlcera dolore liberare, ventris sanare mordicationes, & quæcunque mordentur mitigare, cum tamen oporteret nihil eorum omittere. Si ergo (inquit) propositis vtriusq; quis velit de facultate olei ratiocinari, si Empyricus sit, dicit sibi satis esse nosse quid cuiq; parti ad motum faciat, vtq; oculos mordeat, guttur exasperet, vlcera dolore liberet, lasitudines tollat, quale autem sit & quæ eius natura scire, ad se nihil pertinere. Rationalis verò qui facultates ex actionibus colligit, dicit contrarias illi inesse facultates, quandoquidem contrarias ab illo fluere actiones experimur, ceterum nō erit satis id dixisse, nisi etiam causam addat, qua cum facultates habeat contrarias nunc hæc nunc illa vtatur, cuius problematis & similitum aliorū dilutio vt medice potius reddatur ex ijs quæ experimento cognoscatur, & per breues epilogismos, quā physice & rationibus longe à sensu petitis, duo dicit esse necessaria: vt distinguantur differentiæ omnes eius medicamenti de quo agitur, & definiatur essentia, & differentia etiam omnis affectuū in quibus dicitur prodelle aut lædere, ac consideretur in medicamentū illud qualecūq; id faciat, affectu illo ex quacūq; causa ortum habere, & parte affecta vt cūq; habente, an non, sed ipsum quidem tale, aut ita præparatū, affectu à quadā certa causa orto, & parte modo quodam habente. Inde enim conijciēs facile, an per se sit tale medicamentū, an non, sed hoc faciat quia pars ita disposita est, aut quia affectus ex tali causa nascitur. Velut nunc oportet differentias olei cōsiderare, deinde essentiā, & causam lasitudinis cui medetur, & causas à quibus morderi possint intestina vtq; ea possint esse multifariā disposita. Differentias olei aperte enarrat præfatus se de proprijsime vocato oleo, hoc est

hoc est succo oliuarum differere. Nam alia etiam sunt ex quibus succus exprimitur qui ob similem substantiæ modum vocatur oleum: verum nullus eorum succus dicitur oleum simpliciter, sed cum addito, vt cicinum oleum, qui ex cicino, raphaninum, qui ex raphani semine: caryinum, qui ex nucibus iuglandibus: balaninum qui ex glande vnguetaria: ita amygdalinum qui ex amygdalis, verum hic agit solū de eo oleo quod exprimitur ex oliuis. Huius dicit esse differentias secundum ætatem, recens aut vetus: secundum præparandi modum, salis particeps, aut expers, secundum fructus diuersitatem, ex immaturis aut maturis oliuis expressum: secundum arte inductam præparationem, vt dealbatum, aut non. Videbitur fortasse, Gal. omisit alia olei differentias secundū quas dicitur Anetinum, rosaceum, chamæmelinum, & alia huiusmodi, quodcumque enim horum est oleū ex oliuis. Certe harum differentiarū merito nō meminit. Nam hæc parantur in coctis aut maceratis quibusdam rebus in oleo, quæ mistio quædam est. Hic verò agitur de simplicium medicamentorū facultatibus: quare & de simplicis olei differentijs. Nam etsi salis adiectio admistio etiā quædam sit, ea est prætenuis, & præparatio nis modus potius quam mistio esse videtur. Dicitis differentijs olei transit ad affectus, indicans nihil certi colligi posse de medicamenti facultate, nisi constet quæ sit essentia affectus cui medetur. Velut de lassitudine erant quam plurimę sententiæ, alijs siccitatem articularum, alijs musculorum, alijs vtrorumque causantibus, alijs dicentibus ex qualitate, alijs ex quantitate succorum procedere, oportet vero vnum aliquod certum de his statui, & de doloris causis, & de phlegmonis essentia, cum horum gratia vtimus oleo. Atque etiam considerari debet quomodo habeat homo in quo medicamenti periculum sit. Non enim idem facit oleum salis expers aut salem habens, neq; intestinis pituita plenis, aut bile, aut fecibus aut omnino vacuis & puris. Nam non parum interest iniiciatur oleum expers salis in ventrem plenum pituita aut etiam fecibus, an quod salem accipit plurimum, in ventrem vacuū, aut etiam biliosum. Nam etsi vtrumq; mouet aluum, non tamen eadem ratione. Nam oleum expers salis mouet leniendo & lubricū faciendū, vt blitum, malua, & lactuca, atq; vt dicūt casia fistularis: quod salē multū accipit, mordēdo. Omnia itaq; hæc distinguere oportet in examinandis medicamentis, nisi decipi velimus.

CAP. VII.

Nonnunquam verò mordicationes ex accidente quod salsuginosum est, sanauerit velut me-

Alicratum, falsugo, serum lactis. Educunt enim se cum hæc nonnunquam succum mordicationem facientem, ac mordacitatis redduntur medela. perinde vt cetera omnia quæ abluunt & abstergunt. Sed non statim vt immissa sunt hoc genus medicamenta, morsum sedant, quin potius tunc etiam exasperant. Siquidem euacuationis, haud mistionis ratione sanationem moluntur. Quippe ceratum ex rosaceo & adipe aut pinguedine infusum sepe numero, morsibus continuo succurrit, idq; mistionis ac temperationis ratione. Sed & oleum ipsum solum, sed dulcissimum id frequenter præstitit: sicut certe etiam adeps hirci, aut succus chondri, aut ceratum ex oleo dulci. Nos autem sepe numero quibus ex frigore interna dolore torquebantur, ingesto oleo calido, dolore mox sepe liberauimus: ac si maius esse frigus coniecebamus, addidimus & anethum, oleum excalfaciens: si verò adhuc etiam maius, rutam quoq; & bitumen. (Eiusmodi igitur auxilia omnia quod frigori medeantur, dolores mitigant, non propterea quod ladentem humorem attemperant aut educant.) At in idē vniuersa confusa sunt plerisq; medicorum, qui nec norunt dolorem ab intemperientia natum, ab eo qui ex cacochymia oritur, distinguere: nec quod medicamentorum quæ doloris gratia iniiciuntur, alia excalfaciendo partem refrigeratam sanant, alia humorem mordicantem euacuando, alia miscendo. Sed & subinde mista existunt affectiones ex intemperie simul, & mordicatione. In quibus vos consueuimus anethinum, aut ruta oleum infundere, an serino in eo liquato adipe: si non ad sit, saltem gallinaceo si nec is quoque, vel aliorum aliquo: quod si horum nullus ad manū fuerit, ceram miscemus mordacitatis expertē (voco autem sic eam quæ loca est) aut certe oleum ipsum quod effectum est candidum, infundimus. Nam id ceræ mordacitatis experti proportionale est. Temeraria itaq; pronuntiatio est atq; indefinita, tum eorum qui oleum omne, omni tempore mordicans adstruunt: tum eorum qui leniens. Nam quod salem accipit, mordax est: quod autem eo caret, & dulce est, quod quidē ex se est, lenire potest. Nā videri possit & ipsum quandoq; pro affectibus quibus applicatur, haud etiam eiusmodi. Vnumquodq; enim temperantium medicamentorum (Græci *πικροδυνα*, siue *πικροδυνα* nuncupant) ubi valentius euasit humoribus mordicantibus, morsum eorum retundit. Verum si aut valentioribus facultatibus, aut multis paucum mistū fuerit, vna & ipsum corrumpitur, alitq; cacochymiam, siue succi malignitatem. Quamobrem proutinuo euacuandi sunt qui ab ijs quæ temperandi naturam habent, irritantur, atq; asperantur: vt pote qui multa nec facile mobili corruptione sint repleti.

DE LACTE.

Sic sane lac frequenter simul atque sumptum fuerit, alijs aciescit, alijs in nidorem vertitur, priusquam probe concoctum corruptionem temperet. In quibus vtique primum maxima cacochymie pars

pars euasuari debet, atque inde exhibendus chondrus, & ptissana, & lac & alia, quæ ubi probe fuerint cocta, conferunt ad euchymiam, hoc est succi in corpore bonitatem. Non tamen quod ad hoc attinet, omnia existimare oportet, aut deteriores, aut contrarias in sese obtinere facultates, neque in sermone scientem eorum quæ eueniunt partem alteram omittere: id quod fecit Archidamus in oleo. Siquidem memorabat oculos ab eo mordicari, guttur ad tussim excitari, & ventræ radi. ceterum quod stomachum sepe cum valenter mordetur, oleum protinus dulcissimum sanauit, & iniectum totius ventris mordicationes leniit: & à taphia, vrtica, & scilla in cute excitate sedauit, eorum mentionem non fecit.

Non posse colligi neque quod aliquid mordicationes tollat mordax non esse, neque quod augeat, mordax esse: eo quod sæpe mordacia ex accidenti curent mordacitatem (vt melicratum, & falsugo, hoc est muria, & serum lactis, quorum hæc duo falsa sunt, illud primum acidum, quare omnia mordacia) & quæ *ἄτηραγμῶν* seu attemperantia vocantur, aliquando augent mordicationem. Sunt verò hæc quæ mediocria sunt aut mediocribus proxima temperamento, saporis autem omnis & secundæ facultatis insignis expertes, vt aqua dulcis, lac, ptissana, succus chondri & amyllum, & pinguedinis multa genera, & oua recentia, & alia huiusmodi. Aliquando igitur euenit vt dysentericæ mordacium vsu curentur, & vsu temperantium ingrauescant. Quia illa extergendo & rodendo educunt secum morbi causam, hæc verò à vitiosis succis corrupta, accipiunt illorum qualitatem & augent cacochymiam. Nimirum quæ mediocria sunt facile corruptibilia, & vt quæ in medio posita sunt & omnium qualitatum expertia facile trahuntur in quancumque corruptionem. Ea igitur natura sua apta sunt omni qualitati extremæ occurrere, atque ita mordicationem tollere, idque faciunt per se, & cum possunt mordacia, vincere: cum verò non vincunt, vincuntur, & augent malum, contra ac mordacia medicamenta quæ augere mordicationem sunt nata, verum cum causam pellunt ex accidenti, mordicationem tollunt. Euenit hoc iuxta id quod Hippocr. 6. Epid. sectione. 2. dicit, curantem simile facere vt dolor dolorem tollit, & dissimilia vt

A eo quod contraria contrarijs curentur. Certe non corrui. Dicitur enim iam sæpe ab eo est, examen medicamenti in morbo simplici fieri debere, explicui autem ego simplicis nomine intelligi qui simplici indicatione curetur. Dicitur quoque debere separari id quod per accidens ab eo quod per se. Vtraque ratione quæ modo dicuntur nihil derogat dictæ prius methodo. Nam neque dysenteria neque vllus alius morbus qui pendeat à causa curatur simplici indicatione, cum præstetur altera à causa, altera ab effectu. Porro acria & falsa mordacitatem tollere diximus, & epicerastica augere, non per se ex accidenti: ratio autem cognoscendi an id quod curat mordacitatem, aut id etiam quod auget per se id faciat an non, hæc est. Siquidem à principioque mitigat mite est, etiãsi deinceps succedenteque ei corruptione aliqua, augeat: contra si à principio mordet, mordax est, etsi deinde affectione curet. Quia quod per se curat proxima causa curationis est, & per sese attingit morbi corruptione, quod verò per accidens est, remota causa, neque potest facere id quod ita facit antequam mouerit causas quæ in medio sunt, non potest ergo ita facere primo occurfu. Proinde qui in dysenteria vitur lacte, aut amylo, aut dulcissimo oleo, primo quidem occurfu semper sentit voluptatem putatque se adiutum, etsi cum causa adhuc interius latet multa aut maligna, euenit postea vitari illorum vsu multo magis: contra qui vitur oxycrato, aut muria, aut sero mox quidem sentit se morderi magis, postea autem euenit iuari causæ educatione. Proinde huic curationi insistendum initio est, vsque dum minuta insigniter sit causa: postremo illi. Nimirum in omni morbo debet indicatio à causa antecedere indicatione à morbo nisi quæ urgentia cogat præpostere operari. Cauenda verò sunt epicerastica, præcipue quæ inter ea sunt facilius corruptibilia (non enim hoc illis æque inest) dum adhuc corpus valde cacochymum est. Nam augent cacochymiam. Hac causa non pura corpora cibis redduntur impuriora, & aqua ipsa biliosis natura biliosa est: & lac alijs accescit facile, alijs in nidorem vertitur vt quisque cacochymus. Antè horum itaque vsum magna cochymicæ pars deponenda est.

CAP. VIII.

EGO verò non ambiguo, neque fidem non his qui aiunt, rebus propemodum omnibus multas ac diuersas inesse facultates: quin ostensurum me id ipsum polliceor in libro sequenti. Attamen non proinde adstruo eam quæ in quoque exuperat, non posse cognosci. Verum si quod ex accidenti est ab eo quod per sese distinxeris, omnia clare cognoscet. Contemplator enim vtrunque, in exemplis propositis videlicet exempli causa duobus hominibus, quibus simi-

bus similiter os ventris mordicetur, & qui pariter aut succum priffanae, aut panem lotum sumpserint: deinde alteri mordicationem restinctam, alteri vero in auctamposito: obsecro, nunquid succus priffanae, aut chondrus, aut panis ex se mordax est, per accidens autem in altero hominum morsum non modo non inauxit, sed mitigauit, an quantum ex se quidem erat mitigauit, per accidens vero in altero irritauit? Ego sane ex sua natura epicerasticum esse dico succum priffanae & chondrum, & panem, & per louem lac quoque. Caeterum in altero homine morsum auxisse, quod properasset à corruptione superari. Atque ea utique est (certo scio) veterum prope omnium sententia, quemadmodum & recentiorum optimi quique ita sapiunt. Verum si quis fuerit quem ego nesciam (nec enim est quod non audeant iuniorum medicorum quidam) qui contendat, ex sua natura corruptiones augere chondrum, panem, aut priffanam, caeterum in quibusdam, ex accidenti nimirum, mitigare: is inquam qui talia iactabit, nullam assertionis suae demonstrationem afferre poterit. At nos dicimus quod si priffana natura foret cacohymos malive succi, haud vnquam mordicationem mitigaret. Atqui conspicitur frequenter tum superne sumpta, tum per sedem iniecta mitigare. Ex quo patet per suam quidem naturam boni esse succi: verum interdum vna cum ijs succis qui mordicationes excitant, corrumpi, & ipsum augere symptoma. Fortè igitur nos roget quispiam, an nullum vnquam cacohymorum mordicationem curauerit? Equidem id non raro factum cognoui: verum ea dico non temperando, verum id quod mordicabat vna secum educendo, mordicationes sanasse. Ac proinde & statim, & vsque dum euacuentur, hominem mordicare & insuper euacuata asperum relinquere sensum in partibus, aliud medicamen requirentem. Quod non faciunt qui boni sunt succi & dulcis (Graecis ἰσχυρὰ & ἰσχυρὰ nominatur) & tenui & protinus mitigant, & absq; vlla euacuatione, tum sensu asperum nullum inducunt, quin potius ipsi contra sensuum medentur asperitati. Itaque chondrum, lac, priffanam in eiusmodi affectibus, & edenda praebemus, & sedem injicimus, vbi videlicet melle aut quopiū eiusmodi, quod infestabat exterferimus: quo tempore opportunus est & adeps, & ceratum dulce, & oleum dulce. Porro & in presenti, & in sequente deinceps sermone omnia me dulcia dicere existimato, tum ea quae salem non sunt experta, tum ea quae sunt elota. Quatuor itaque indicijs ac notis, cum possis quod per se lenit distinguere ab eo quod per accidens, facile cuiusque talium medicamentorum facultatem inuenies. Primum quidem indicium est, an statim mitiget, an non. Secundum, an simul vacuet molestantia, an nō. Tertium, an asperitatem quandam in corporibus relinquat, an non. Et quartum, an non ita affectus vrile & commodum videatur. Nam cum nec protinus mordicatione sanatur verū maiore cum vehementia excernitur, neq; intus medendo remanet, & molestam corpori-

bus asperitatem relinquit: quam si denuo offeratur, exasperat. argumentum est rodentis ac mordicantis esse naturae, caeterum ex accidente quandoq; morsus sanare. At quod & cōtinuo mitigat, & nullam excretionem prouocat, sed nec exasperat dum intus manet, imo exasperatorum medela existit ipsum quidem natura bonum est, verum interdum à cacohymia, quae ipsum alterat corrumpitq; mordax efficitur. Atq; haec ita à me dicta sunt: vt simul vtriusq; medicamentorum generis & tempus, & vtendi modum, simulq; facultatis inuenienda rationem docuerit oratio, demonstraueritq; & priffanae succum, & chōdrum, & tragū, & lac, & panem elotum, ex genere esse euchymorum: quin & piguedinem, & adipem, & oleum dulce, & ceram dulcem ex mitigantium esse natura. Fuerit autem cera dulcis, quae & natura est talis (nam quaedam gustantibus amarae sunt) & quae praterquam quod est talis, in aqua bona elota est.

C IN eadem prorsus doctrina perstat, neque quidquam praeterea adijcit noui. Verum considera, quod dicit eū medicamenta contrarijs participat facultatibus cognosci posse vtra earum exuperet, debeatque medicamento appellationem tribuere, non aliter quam distinguendo id quod est per se ab eo quod est per accidens, intelligi debere de his medicamentis quae secundum easdem prorsus partes faciunt contraria ob diuersas vtēdi occasiones, vt lac idem secundum easdem partes hunc dysentericum laedit, illum iuuat, quia hunc temperat, & ab illo corrumpitur. Nam sunt alia quae contrarias facultates habet secundum diuersas partes, vt brastica, beta, & aloe, laxandi & adstringendi. Haec enim cum vtramq; facultatem habeant secundum partes quae actu insunt, vtramque etiam habent actu, atqui etsi non aequaliter, sed alteram plus, alteram minus facultatem habent, non semper operantur secundum eam quae magis inest, sed nunc secundum hanc, nūc secundum illam, vt corpus est paratū ab his aut illis partibus moueri, aut vt indiget hoc aut illo adiutorio. Natura enim comparatū est vt partes nostrae vtantur ijs quibus indiget, & ea quibus nō indiget respuat. Quo fit vt aloe qui profluuio laborat, adstringatur, qui adstrictione, laxetur. Non igitur in his satis est ad agnoscendam facultatem quae in eis praevalet, separare id quod per accidens ab eo quod per se, sed alia ratione est opus. Ea fuerit duplex, prima quidem separare partes si fieri possit & vtriusq; seorsum vti, vt quae vtraeque faciunt perpēsis, possis agnoscere vtrae sint valentiores. Separantur verò multis modis, coctione enim & ablutione & aliae etiam facilius, vt detractis corticibus cum in eis cōtraria facultas inest. Detrahuntur verò betae partes soluētes aluū, prima elixatione, bis cocta adstringit, aloe detrahū-

tur lotura. Secunda ratio est tribuere corpori bene habenti & in eo facultatis propriæ medicamenti periculum facere, aut si id videatur periculo non vacare, saltem ægroto, in nullum tamen extremum eius affectionis de qua agitur inclinanti, vt cacochymo quidem, sed neque id nimis, neque adstricto aut laxo plurimū secundum alium. Sed hæc obiter à me dicta sunt. Galenus de ijs solum agit quæ cum mordacia sint, per accidens curant mordacitatem, inter quæ & epicerastica quatuor statuit discrimina, primum, mordacia non statim mitigare sed mordere potius: secundum non mitigare nisi simul, aut prius etiam euacuent: tertium, postea etiam quam euacuauerint, & curauerint mordicationem, relinquere in partibus quandam asperitatem: quartum ipsismet affectis non videri ita vtilia, eo quod cum quadam difficultate medeantur. Epicerastica enim contra, cum sanè possunt, facilius & suauius id faciunt, statim enim mitigant etsi nihil euacuent, & nihil relinquunt asperitatis, sed ipsi ægroto iucunda sunt.

CAP. IX.

Laudanda porro est non tantummodo cera, sed & pix, & resina, & oleum, & quicquid aliud eiusmodi aqua misceri non patitur. Primumque modice concalescitur, mox in vas lati oris magnum, cuique insit aqua copia, purissima simul & omnis qualitatis expertis, infunditur. Nam in ea quicquid id sit quod abluatur, acrimoniā suam exiit. Deinde conterito, tundito, frangito, manibusque impense subigito, vt vnaqueque videlicet abluendi medicaminis particula aquam possit contingere. Denique effusa priore aqua, rursum quod lauatur excalfaciens, in aliam aquam aequè sinceram inycito, rursumque diutissime contundito, donec qualitatem suam in aquam deponat. Id autem gustu datur cognoscere. Mox verò & tertio, & quarto, & sepius deinceps idem faciendum, donec aqua nullam etiam ex abluto medicamento qualitatem recipiat. Atque hunc in modum omnia que excalfieri & fundi sustinent, lauabis. At si que sint lapidosa & dura, velut cadmia, & aris squama, & as vstum, ea exactè in tenuia comminuentem, plurimum in aqua terere fontali purissimaque oportet, subinde priore effusa, quoad nihil in aqua innatet, maneatque aqua prorsum à contriti medicaminis qualitate immunis. Nam quamdiu aut qualitatis eius quippiam in gustu appareat, aut aliquid innatet, tamdiu terendum atque effundendū est. Nam si hoc pacto quiduis eorum que iuuari possunt, abluas, mordacitatis expertis euadet. Et sane oleum non tantum mordacitatem exiit, sed etiam candidius interea efficitur. Oportet verò ipsum non perinde vehementer verberare vt picem aut ceram, aut resinam, ne videlicet adeo aqua miscetur, vt agre postea separari possit,

A sed ita, vt vbique quiescere paulisper sueris, facile possis innatans detrahere. Sunt & alij modi quibus oleum efficere possis candidum, quos scriptos inuenies apud eos qui praparationum libros conscripsere, & qui de materia prodidere, vt & apud Dioscoridem in primo. Verum plerique eorum consumentes quod in oleo aqueum, ac rufum est, reliquum candidum efficiunt. At hic abluendo, veluti ipsum abstergendo ac detergendo, candidum efficit. De medicaminum quæ lauari candidaque effici solent, dispositione, aliàs dicitur: nunc ad propositum reuertor. Oleum quod non sit omphacinum vocatum, hoc est, crudum (id enim adstringit) neque cū sale praparatum neque recens, ac velut etiamnum feruens, ad hæc omnia accurate lotum, id neque epotum, neque infusum mordicationem exercebit.

QUÆ de ratione abluendi liquida & solida & quæ contundi & quæ subigi possunt, aperta sunt satis. Manifestum etiam est id quod in principio capitatis dicit, ea solum lauari posse quæ cum aqua non miscentur facile. Quo enim pacto lauare possis vinum, lac, aut acetum? Porro abluendi medicamenta maximus est usus, sæpè enim opus est mordacitatem illis detrahere, quod res scilicet ea potest esse noxia, ita corriguntur metallica quæ deuorantur, & plurima eorum quibus vtimur ad vlcera, siue externa, siue interna, & quæ parantur ad oculos, atq; vt semel dicam omnia quæ mitiora volumus reddere.

CAP. X.

QUOD si guttur ad tussis impetum prouocet, non idcirco mordax dicendum erit, nam quicquid mordax est & acre, ad tussim impetum prouocat: non tamen quicquid impetum ad tussim prouocat, mordax est, & acre: hoc enim dūtaxat pacto mordax esse oleum conuiceres, si quicquid ad tussim impetum mouet, mordax esse confessum fuerit. Occurrit itaque denuo hic error non leuis, sed perniciosus, in conclusi conuersione commissus. Cōfessum enim est, omne mordax impetum ad tussim mouere, & confessum est, oleum omne ad tussim, mouere impetum: verum his sappositis, non conficitur oleum esse mordax, neque si categoricas, neque si hypotheticas efficiamus propositiones: quod scilicet ex duabus vniuersalibus affirmatiuis nihil concludi in secunda figura possit, nec conclusio ex necessitate sit vera. Fient autem in syllogismo categorico duæ propositiones istæ, omne mordax ad tussim impetum ciet: sed & omne oleum ad tussim impetum ciet: quibus confessis nihil concludi, poterit. Hypotheticam verò propositionē, quam Chrysippus *ἡ ὁμοῦ ἐκ τῶν ἀπορροῶν* nuncupat, verum accipere nō licet neque a sensu neque ex sensu, neque ex consequētia rationali: à sensu enim, aut per sensum, aut ex sensu

sensu, aut vt cunque nominare placebit, id genus
 ad iuxta desumpta sunt: nempe, omne mordax
 ad tussim impetum ciet: & si quid mordax est,
 iterum & ad tussim impetum ciet: & non si omne
 mordax ad tussim ciet impetum, procinus quicquid
 ad tussim ciet impetum, mordax erit: neque omni-
 no ad hoc, si quid mordax est, hoc & ad tussim im-
 petum ciet, sequitur in vniuersum istud; si quid ad
 tussim impetum ciet ipsum & mordax esse: sed id
 quidem, si non ciet ad tussim impetum, haud-
 quaquam mordax esse, id inquam verum est quip-
 pe cum mutuo conuertantur. Non tamen si quid ad
 tussim impetum ciet, continuo & mordax est. Sim-
 pliciter enim hoc conuertitur, & non mutuo. De-
 monstratum autem in methodis logicis est, quae ex
 mutuo veris conuertuntur orationes, ipsas quoque
 veras esse: at quae simpliciter conuertuntur, non per-
 petuo esse veras. Illas quidem *ἀπὸ τῆς ἀπορίας* vocant,
 has verò *ἀπὸ τῆς ἀπορίας*. Igitur si non ex necessitate
 verum est, si quid ad tussim impetum mouet, idem
 mordax esse, neque sane oleum proinde quod ad
 tussim impetum moueat mordax esse concludi po-
 terit. Hoc enim duntaxat pacto, nempe si in con-
 fesso esset, omne quod ad tussim impetum moueat,
 idem mordax esse, verè talem conscribi conclusio-
 nem inueniretur. Si ad tussim impetum mouet
 oleum, vtrique & mordax est: quod videlicet ad hanc
 sequatur orationem, facta tali assumptione: at-
 qui ad tussim mouet impetum oleum: sequitur ergo
 iuxta primam orationem indemonstratam,
 mordax igitur oleum est. Verum enim verò non
 hoc pacto colligendum illis fuerat, quod si quid
 mordax esset, continuo & ad tussim moueret: sed
 quod sola mordacia ad tussim impetum prouocant,
 ita enim concluderetur, quicquid ad tussim moue-
 ret impetum, esse mordax. At hoc ipsum, sola vide-
 licet mordacia ad tussim impetum cieri videri, &
 alienè à sensu dicitur (quippe cum & pinguis mo-
 uere ad tussim impetum appareant) & quod qua-
 ritur, prompte assumptum est neque ex sensu, neque
 ex demonstratione. Præterea hominum id est igno-
 rantium, quam sit ad tussim impetum mouen-
 di affectio, quam fortassis ipsis exponere prestite-
 rit. Contingit autem ad tussim impetum cieri in-
 equalitate quadam in gutture præter naturam
 proveniente quippe cum spiritus per puram leuem-
 que ferri viam consuetus, si quando in eminentia
 quadam impingat, tumultum quendam ac velut
 inaequalem concussionem in gutture efficit, atque
 ita ad tussim animal prouocat: nam vt alias quo-
 que multas natura hominibus salutis gratia inge-
 nitas indidit passiones ad eundem modum & ster-
 nutationem, & tussim sternutationem quidem, vt
 ea quae in naribus infesta molestaque sunt, propel-
 lerent: tussim verò, vt quae in gutture. Porro du-
 plex ea affectio est, aut resiccata exasperataue quae
 in arteria est membrana: aut inaequali in ea cor-
 pore delato, siue id liquidum sit naturâ, siue soli-
 dum. Hinc, seu panis micula, aut alterius cuius-
 quam edulij nobis inuitis in spiritus meatum deci-

dat, tussire adigimur, seu si bibentibus affatim
 ipsius potus quippiam eò instuat, similiter irrita-
 mur, atque ad tussim compellimur. Percolatur e-
 nim perpetuo per asperam arteriam in pulmonem
 ipsius potus tam exile quippiam, vt protinus ab in-
 strumentis raptum per facile quocumque distri-
 buatur, nec tamen vsquam acerrimè in spiritus se-
 mica consistat, neque animal ad tussim irriter. At
 vbi vel id ipsum plusculum, vel aliud quodpiam seu
 liquidum, seu solidum corpus in aspera defertur
 arteria, iam in de tussire necesse est, donec à spiri-
 tus vehementia quod molestat propulsatum eycia-
 tur. Proportionale huic accidit quippiam, vbi in
 membranam ipsam internam arteriae exasperatam
 spiritus impingit, nisi quod hæc affectio alia à iam
 dicta sit. Nunc enim ab arteria membrana, aufer-
 tur, abraditurque quippiam: intus verò adhaeret
 aliquid in priori affectu. Porro vtrique communis
 est spiritalis via inaequalitas. De quibus fusius in
 causis symptomatum differimus. Cæterum in
 præsentiarum cognouisse sufficit quod mordacia om-
 nia gutturis exasperatione, oleosa verò & pinguis
 illitu inaequalitatem & ad tussim impetum effi-
 ciant. Quicquid enim extra naturam in arte-
 ria incidit tunicam, tenaciterque illi inhaerent:
 tum organus ipsis, & qui per ea defertur spiritus in-
 solens est, tum animanti quoque molestum. Nec id
 nunc dico, quin pleraque ex oleis qualitate mor-
 dicantia sint. Nam & quae admistum habent sa-
 lem, & prorsus recentia sunt, ea omnino morda-
 cia quoque sunt: non propria sui essentia, sed quo-
 niam omnibus plantarum succis geminum insit
 excrementum (quod abundè indicabit Theophras-
 tus & nos postea comòstrabimus) alterum crassius,
 ac velut terrestris; alterum tenuius, & velut a-
 quosius. Sane & oleo ambo hæc insunt, ad conco-
 ctionem & secretionem tempus postulantia. Por-
 rò tempore quidem alterum residet, alterum verò
 consumitur, ac primum quidem, quod videlicet &
 terrestris est & crassum, subsidit, amurca nuncu-
 patum: alterum verò, tenuius, ac velut aquosius,
 quodammodo & ipsum compositum est, ex aërea
 scilicet essentia, & tenui serosa.

Duplici ratione diluit argumentum Ar-
 chidami, quo ex irritatione ad tussim,
 colligebat esse mordax, primum quidem
 ex forma argumenti, deinde ex materia. Ex
 forma indicat argumentum illud illegitime
 & præter Logicam artem concludi: ex ma-
 teria, docens alia ratione posse tussim cieri,
 quam mordicatione. Nam ille ita argumen-
 tabatur. Oleum mouet tussim ergo mordax
 est. Aut ergo subaudiatur hæc propositio
 prima, omne mordax tussim mouet, aut
 hæc omne quod tussim mouet mordet. Ex
 prima non rectè colligitur. Nam sit hoc ar-
 gumentum, omne mordax tussim mouet,
 oleum tussim mouet: ergo oleum est mor-
 dax. Fit syllogismus in secunda figura, in

qua scilicet medium utrobique prædicatur, ex propositionibus affirmatiuis, quod est præter artem, quod si velis hunc reducere ad primam figuram conuertens primam propositionem hoc modo, omne mordax mouet tussim: ergo omne quod mouet tussim est mordax, erras etiam, quia conuerti mutuo non potest vniuersalis affirmans. Quod si non conuertas mutuo, quod vocant Græci *ἀντιστρέφειν*, sed simpliciter, quod vocant *ἀναστρέφειν* dicens omne mordax mouet tussim: ergo aliquid mouens tussim est mordax, tunc procedet argumentatio ex solis particularibus quod illegitimum etiam est, hoc modo, aliquid mouens tussim mordet, oleum mouet tussim, ergo oleum mordet. Neque quidquam refert siue faciat syllogismum categoricum, id est, constantem ex propositionibus vocatis categoricis, siue hypotheticum, id est, constantem ex propositionibus hypotheticis, ut si dicas si quid est mordax mouet tussim, oleum mouet tussim, ergo est mordax. Et eadem erunt omnino vitia & eadem refutationes. Nam assertio illa conditionalis æquiualeat vniuersali, hæc scilicet, si quid mordet mouet tussim, huic, omne quod mordet ciet tussim. Quod si Archidamus non ita procedebat, sed accipiebat hæc propositionem, omne quod mouet tussim est mordax, accipiebat gratis, petens, ut dicunt, principium, quod neque sensu erat cognitum, neque vlla ratione monstrari poterat. Hæc pertinent ad formam argumenti. Ere ipsa, & ut dixi ex materia, refutat rationem argumentandi Archidami, docens obiter alio quam mordicatione posse tussim excitari, nimirum illata gutturis internæ parti asperitate. Quæ fit quoties aliquid eminet in eius extremitate, seu superficie, aut aliqua ratione excuatur aut finditur ea extremitas, ut cum exeditur aut exulceratur. Potest igitur oleum mouere tussim quod ob suum lentorem incidit inæqualiter, velut in guttulas concrefcens pendentes, quæ spiritui impedimento sunt velut micæ panis aut guttula potus cum in medium guttur incidunt. Verum dicit Galenus se non hæc dicere, quod neget oleum fere omne particeps esse cuiusdam mordacitatis, quæ etiam mordacitas faciet ad tussim mouendam non parum, sed ut indicet non ob solam mordacitatem id facere oleum, & Archidamum male collegisse, quia mouet tussim mordax esse, cum sit alia ratio qua posset id facere, etsi mordax non esset.

CAP. XI.

CAETERUM serum istud ruffi coloris est, à crasso illo terrestrique subsidente scilicet qualitate absterfa. At oleum ipsum tum mini-

Ame mordax, tum candidum sua natura existit: quapropter vbi tenet hoc excrementum separatum fuerit, candidius etiam dulciusque seipso efficitur. Separatur vero multis modis. Aut enim in sole feruenti lati oris vasculo olei pleno deposito, conchis in altum sublatis, subinde cum strepitu desuper conturbant, aut calidum vasculum oleum continentibus cineres subiiciuntur, solarem quam fieri possit maxime calorem imitati (maiolem enim idcirco vitant, quod ipsum in qualitate alteret, promptèque fumum excitet) aut nucleos oluarum, aut frumentum circum circa apponunt: aut medicamenta vasis ipsis inuiciunt. In summa, quod aqueum est, exigunt atque consumunt, reliquum autem seruant. Itaque si tam dulci candidoque accepto oleo, cuique ab initio sal inditus est, ipsum insuper, ut antea positum est, laues, id tibi medicamentorum omnium minime mordax erit. Ac nos quidem persape oleum eiusmodi bibendum nonnullis exhibuimus, nosque ipsi experimenti gratia sumpsimus, prorsumque nullam intestinis mordacitatem attulit, gutturi que minime ad tussim impetum commouit, cumque oculis esset infusum, sensum mouit exiguum, ipsa potius nouitate sola atque insolentia, quam acrimonia molestum. Atque eiusmodi sane oleum, ad vnguem oleum existens cuncta tum humectat, tum emollit, vbi nec summe (ut monuimus) frigidum, nec calidum applicetur. Porro cui iniectus sal est, nonnulla quoque inest necessario mordacitas. Verum mirer sane si quis tantum indat salu ut oleosam pinguemque substantiam exuperet, ut quæ Archidamum scilicet referrat, qui ait cutem adiri hys qui in oleo fricantur: quandoquidem & id sæpenumero factum vidi, cum aliorum nonnullorum gratia, tum podagre & arthritidis fricant enim quidam partes affectas trito in poculo oleo sale multo, idque per intermissiones, haudquaquam in paroxysmis, tum ut superfluum omne exiccet atque discutiant, tum ut partibus infirmis bonam comparent habitudinem ac robur.

E Atque in hoc quidem sal exuperat, in oleo vero superatur (potiusque eorum que in oleo rigata sunt, facienda comparatio est, quam que in eo decoctas) utpote qui hominem feruenti nequaquam oleo decocturi sumus, verum temperato vincturi. Præstat enim, id quod aliquoties supra monuimus, ipsum rei euentum sensu perceptibilem & exacte manifestum inspicere. Neque enim sane extrinsecus quæ sitis opus exemplis est, in rebus nimirum que tam clare cognosci possunt. Quin si quando forte obscurem sit quod queritur, adeo ut ex alijs sibi fidem poscat, neque illic sane remotissima dissimillimaque, propinquis præteritis, accessenda sunt querende facultatis testimonia. Sane euident luce que clarus omnibus quod frictio ex oleo magis quam sicca laetudinem auferat, corporaque emollit, cohibens occludensque quicquid nobis foras effluere est natum, haudquaquam digerens & exiccans. Id ipsum & Diocles ipse confessus est, ut qui oblinire poros oleum dixerit, quæque effluunt cohibere, eam coria emollire.

lire. Quod si verum euidentia illi non sufficebat, ac proinde extrinsecus adducere coniecturas potius illi visum est, ea quæ in oleo frigido rigatur, memorare, non quæ in feruenti decoquantur asferre debebat.

O mnes hi modi dealbandi oleum, & si qui alij excogitentur huc redeunt, vt calor moderatissimus, & solari similis paretur, quod tenuem humiditatem absumat, oleum non inflammans. Sed quæ de oleo dealbato affirmat consideratione indigent. Nam dicit: nos ipsi experimenti gratia sumptimus: prorsusque nullam intestinis mordacitatem attulit, gutturiq; minimè ad tussim impetum commouit, cum quæ oculis esset infusum sensum mouit exiguum. Hæc Galenus, si verò redditum album nullam tussim mouet, certè ob mordacitatem mouebat, non ob lentorè. Nam dealbatione mordacitatem amisit. Præterea Galenus tamen si disputationi huic ad Archidamum finem iam imponit, nondum dixit causam quæ oleum mordet oculos cum alias partes non mordeat, etsi exulceratæ sint. Nam mordere dicit ob succum illum mordacem quem dealbatione deponit, sed cur ob illud ipsum non mordet vlceras, non dicit. Ipsum enim met oleum quod oculos mordet eodem modo habès, vlcerum mitigat dolorem, quare alia causa opus est, quæ quandoquidem non est in differentia olei (cum idem sit & eodem modo habès) in differentia partium sit necesse est. Hanc ego reddidi in commentatione libelli de alimento, quam & nunc repetam. Cum dura sit aded ac solida membrana oculi coniunctiua vocata, sit vt oleosum & crassum in externa eius superficie hæreat, penetret autem nihil præter synceram illam humiditatem, tenuem, & mordacem, per carnem autem vlceratam totum simul oleum penetrat, quod mordax autem est, non seorsum, vt in oculis. Quod ad tussim attinet, monuimus antea Gal. non negare oleum mordacitate mouere tussim, sed docere esse aliam rationem qua faciat, puta tenacitate. Cum ergo nunc dicit, dealbatum minime tussim mouere ne intellige omnino (sibi enim repugnaret) sed minime vt ante quam dealbatum esset. Nimirum cum duas causas tussis mouendæ antea haberet, atq; altera, quam ego censeo esse efficacissimam, sublata sit, necesse est nunc multo minus moueat. Cætera enarrata iam sæpe sunt.

C A P. XII.

Quemadmodum in talibus rerum transgressus est euidentiam, ita illic quoq; dum ait inaequalem esse ex oleo frictionem, manibus videlicet lubricis labentibus. Nam contrarium omnes manifeste percipimus, nimirum cum quæ ex oleo sit frictio, æqualis existat: inaequalis verò sicca. Cu-

A rem verò in frictionibus siccis manus coadducunt, ac velut duplant, violenterq; ac præter naturam complicant. Deinde vbi non amplius prior velut duplatis labentes sequi manus potest: ipsa quidem recurrit, atque ad continuum reuellit: manus verò semel ac vno impetu in alteram cutis partem trahunt, inferiorem transgressa duplatis partem. Ac proinde inaequalem, duram, laboriosam talem sentimus frictionem: duram quidem, quoniam cutis violenter tenditur, & concutitur: eisdem de causis & laboriosam: porro inaequalem, quandoquidem non in omnes cutis partes fricantes incidunt manus: verum infernam duplatis partem perpetuo transiunt: id quod fit tum ob naturales cutis asperitates, idq; potissimum in natu gradioribus, tum quod laxa est, cum alijs prope omnibus cutis, tum gracilibus maximè & senibus. Quippe si leuis æqualiter tota, & tensa exacte cutis foret: haud facile plicari posset, nec inaequales in se manuum efficere decursus: verum facile reor antrosum percurreret, à primis ad reliqua delabentes: nimirum cum nullam secum cutis partem ducerent. Atqui cum laxa sit & aspera, externo quoque medicamento indiget, quod & rugas eius impleat, & fricantibus manibus lubricitatem præbeat: quas ad res oleo nihil aptius inuenias. Mirerisq; profecto Archidamum, qui nec rei sit reueritus euidentiam, nec quæ eius sit causa inuenit, sed in vtrisque pronuntiarit contraria: quippe cum inaequalis sicca appareat frictio: æqualis verò quæ administratur cum oleo: his attestatur non minimè ratio, causam exponens.

Hæc satis sunt per se perspicua, neque enarratione indigent.

C A P. XIII.

Verum de Archidamo & Diocle satis in presentia. Volo enim quandoquidem semel aggressus sum prauam facultatis inuenienda viam ostendere, oleo pro exemplo vsus, omnem celerissime orationem absoluerè.

Demisso iam tandem Archidamo vno capite comprehendit Gal. omnes quæ de oleo erant sententias & argumenta quibus earum assertores utebantur. Sunt verò illæ plurimæ, atq; aded valde diuersæ, quidam enim valde calidum, quidam valde frigidum affirmabant, alij valde humidum, alij valde siccum. Argumenta porro omnibus his accipiuntur ex quâ plurimis, quæ Gal. festinater proponit, neque pro sua sententia respondens vtrisque, ego proinde, seorsum enarrabo singula, singulis respondens pro Gal. assertionem quæ & verissimam censeo, esse scilicet oleum temperatum, neque calidum, neque frigidum.

Igitur cum veteres philosophi calidum esse oleum asseuerant, non paruo (vt putant) argumento quod celeriter scilicet in flammam vertatur: contradicentes quidam id illi accidere aiunt, quod niam tenuè est & æreum.

Hic argumento quo quidam volebant indicare oleum esse calidum quia facile in flammam vertitur, nos eodem modo respondemus quo veteres illi qui frigidum esse affirmabant. Scilicet inflammari quia est aëreū: in de vero non fieri ut sit calidum, nam neque aër calidus est quantum ego existimo, et si ob tenuitatem & analogiam in substantiæ modo facile fiat flamma.

CAeterum frigiditatem eius inde aded monstrari quod hyeme ocyssimè concresecat: neque enim vino solum acetoq; sed etiam aqua ipsa promptius à frigore deuinci.

Hoc frustra hic est interiectum, repetitur enim mox, atque à me ibi enarrabitur.

A De ea vero rursus contradicentes alij aëreum quidem esse nō negant, idq; ex leuitate perspicuo apparere dicunt: non tamē frigidum esse facultate fatentur: quippe cum aër omnis sit natura calidus.

Respondebant oleum frigidum esse stantes, dicentibus esse calidum, non ardere facile oleum quod calidum, sed quod aëreum. Respondēt nunc alij rursus, hac ipsa ratione fieri ut sit calidum quia scilicet aëreum, cum aër calidus sit.

VT generatio quoq; eius indicio est: nimirum cū extenuata solutaq; calore aqua, aër efficiatur.

Certe hoc argumentum satis est debile ut indicetur aërem calidum esse, quia à calore fit ex aqua. Nam tunc solum valet argumentum à causa faciēte cum actio perfecta editur: voco nunc perfectam actionem qua causa efficiens trahit in se materiam: ut cum ignis ignem generat, alioqui multa frigida generatur à sole. Quin potius consentaneum est quod facienti causæ non sit simile, sequi materiæ conditionem, ut aër frigidus potius sit, quia ex aqua, quam calidus quia à calore.

Constat iam inde maximam eos ingredi questionem clarissimis philosophis dubitatam. Siquidem Aristoteles, quiq; eum sectantur, calidum esse aërem existimant, at Stoici frigidum.

Qvando quidem conueniebat iam inter utrosque oleum esse aëreum, constat necesse esse in questione de aëre an calidus sit an frigidus, quæ proprio capite primi libri controuersiarum à me agitata & decisa est, ac fusius utraq; sententia proprijs argumentis confirmata, nos mediā inter eos tenuimus sententiam, affirmantes neq; calidum esse, neque frigidum, sed inter hæc contraria temperatum. Sed frustra repetentur modo quæ ex illo loco licet cuius petere. Illud vnum capiat hinc argumentum, quod ea quæ inter plerosq; conuenit aërea esse, ut oleum & ceram, omnes medici affirmant esse medicamenta temperata.

Porro ad celerem olei congelationem, quod visum est illis qui frigidum ipsum afferunt: hi qui calidum contra contendunt, non tam valide concredere ut aquam contra opponunt: neque enim congelationem ab eo esse aiunt: si exacte expendamus sed velut consistentiam & incrassationem quia videlicet crassum est & viscosum, non quia frigidū. Itaque rursus & hic utrinque in ambiguum oratio perducitur. Illis quidem ex eo quod celerius à frigore vincatur oleum, quā aqua: his vero ex eo quod aqua oleo plus congeletur, contraria adfruentibus.

NOS recipimus quod utriusque dicunt, atque dicimus oleum non tam concrecere quam crassefcere ac conturbari frigore, idque fieri nō ob frigus, sed ob partium magnam inæqualitatem tenuium & crassarum velut in vrinis euenit: atque etiam quia calidum non est: tardissimè autem venire ad duritiem & concretionem, & ob hanc ipsam causam, quod scilicet tenues partes facile elabantur à crassis, neq; facile condensentur, & quia frigidum ut aqua non est. Itaque cum ex altero constet calidum non esse, ex altero non esse frigidum, sit ut sit temperatum & mediocre.

AD hoc itaq; quod de his addubitent, neque quod aëreum sit omnibus cōfessum est. Etenim leuitas quidem (inquunt) huius inditium foret: at crassities non paruum affert concretionem, ipsum esse terreum. Porro quidam ambo componentes aërem simul & terreum constituunt. Sunt qui eos deridētes, id quod cū primis oleo inest, nempe humiditatē, adimere ipsos oratione dicāt.

Plurimi, ut dictum est, consentientes oleum aëreum esse, de eius temperamento dissentiunt, quod neq; de ipsius aëris natura eandem habent sententiam. Sunt etiam alij plurimi qui neque aëreum esse concedunt. Sed de elemento etiam à quo appellationem debet accipere, dicit esse quatuor sententias, quosdam enim dicere acreum, quia est leue, & aquæ innat: quosdam terreum quia est crassum: quosdam aëreum simul & terreum, quia leue & crassum: quosdam alios deridere hos omnes quod adimere videntur ab oleo humiditatem, cum aqueum esse non dicant: itaque hi dicunt, aqueū esse, quia est humidū. Mirū verò nisi sint alij qui dicant esse igneū, quia facile in flammā vertitur. Ego ex his omnibus rursus colligo esse temperatū, aereūq; in primis, quia cum calidū valde nō sit facile inflammatur, secūdo loco terreū, quia crassum, tertio igneum, quantum scilicet frigori terræ valeat obistere, calidū insigniter facere non valeat: aqueū verò minime, quia aquæ admistio admodū posset prohibere facilem inflammationem. Humiditatem verò habet ex aere, non enim solū aqua humida est, ut qui quartam asserunt opinio-

opinionem videntur opinari, sed aer etiam, atque ut nonnulli putant etiam magis. Verum oleum non humectat ut alij liquores qui aquei sunt, quia aer ut medicamentum haud dubie minus humidus est quam aqua.

A D hac nonnulli ex eo quod viscosum sit, frigidum esse contendunt, alij vero calidum, nonnulli siccum, postremo quidam etiam humidum. Etenim nisi contracta compactaq; partes eius forent, & inuicem exacte adhaerent viscosum haud fore: atqui illos omnes frigoris esse effectus. Nam fundere, extenuare, soluere, partes a se inuicem separare, eam vero esse calidi naturam. At alij contra viscosum nihil fieri pronuntiant citra calidi victoriam velut in succorum omnium patet decoctione, tumorum qui ex herbis exprimuntur, tum qui ex fructibus, quippe qui cum aquei principio sint ac consistencia tenui liquidatq;, vbi decocti fuerint crassi viscosiq; euadunt. Quin et ex particularibus vtrique exemplis contraria probabiliter adstruunt: alij viscum mel, picem liquidam, resinam, & alia id genus que aperte & viscosa sunt & calida proponentes: alij eicut a psyllij, atriplicis, blitiq; succum memorantes, & ad hac veluti colophonem quendam orationis, piritam proferentes: liquido enim ipsa ea & viscosa esse & frigida videtur.

Q Vandoquidem ex lentore quidam arguuntur oleum esse calidum, quidam frigidum & vtrique producere possunt multa exempla, constat neutros recte colligere verisimumq; esse, quod Gal. saepe iam docuit, non licere ex substantiae modo temperie alicuius argumentum capere, eo quod quiuis modus cum quavis temperie possit coniungi: porro argumenta ab exemplis rethorum esse magis quam philosophorum. Viscositas neque ad calorem, neque ad frigus refertur, sed magnam humidam cum sicco permissionem, ut quarto libro Meteoron dicitur.

Q Vin & ex eo quod quibus vena sectione sanguis detrahatur, oleum instillatum fluidum reddat sanguinem, vtrorsq; contraria adstruere videre est. Alij enim tanquam calore fundens, alij vero tanquam frigore lubricitatem praebens, non secus ac gaciam fluxibilitatem ipsum facere asserunt. Atque inde alio versi, de lubricorum omnium natura disceptant, ad extremam vsq; garrulitatem orationem promouentes.

O Leum ad motum vlcusculo ex quo sanguis fluit, facit ipsum melius fluere, non sane quod calore fundat (inopinabile enim est) sed ob lubricitatem: verum lubricitatem frigori debere imputari falsum est: nam etiam si glacies lubrica est, non tamen id habet ex frigore sed ex superficiei lenitate. Omnia enim nimia leuigatione lubrica sunt, ut in terfis, siue lignis, siue lapidibus constat. Eam vero esse in glacie causam lubricitatis inde agnosces, quod in locis frigidissimis, ut tuto possint pedi-

A tes & equites per glaciem ambulare, ferreis quibusdam instrumentis eam exasperat, Olei vero lubricitas nascitur ex pinguitudine. Itaque duplex causa est lubricitatis, pinguedo & leuitas. Ac fortasse pinguium etiam lubricitas redigitur ad lenem tactum, frigus autem nunquam lubricitatis causa est, nisi forte ex accidenti, ut quia concrecionem leuitatem fecit

P Orro horum errorem condemnantes quidam ut ipsi aiunt, pinguedinem proponunt, quae proxime ad olei naturam accedit, & euidenter deprehendi potest cuius sit temperamenti: quippe quae in nobis meritis consistat, nec fallere nos queat. Nam in sanis inquit, & bene curatis corporibus, multa prouenit pinguitudo, quae ne insanus quidem frigida dixerit, talia enim fieri robusta natura: quam omnes naturales philosophi calidam esse rem consentientur. Sed his est diuerso quidam in frigidis temperaturis pinguedinem prouenire aiunt: velut foeminae indicant,

C quique ociosam vitam transigunt tam vero & inter gentes vbi frigus quidem superat, pingues: vbi vero calor, graciles esse homines asserunt: proferuntque exempla, Gallos, Thraces, Pithynos, Ponticos, Galatas sicut frigida regionis incolae, ita quoque in vniuersum pingues: Arabes vero, Libyes, Aegyptios, Aethiopes, quique terram inhabitant calidam, graciles & aridos omnes. Nonnulli vero citra particularia exempla, vniuersali inter seferatione contendunt, partem pinguem in nobis succum prouenire non posse, nisi probe a natura cibi conficiantur asserentes, partim in cibis quidem contineri consentientes, a nostro tamen calore consumi, velut a flamma oleum qui vbi infirmior est redditus, in corpore aceruari. Sunt qui animantia quoque sermone proponant, ut quae natura frigidiora sunt pinguiora omnia reperiantur, ut vrsi, oves, sues: quae calidiora, itidem & sicciora gracilioraq; & pinguitudine vacantia, ut leones: pardales, canes.

E X analogia quam oleum habet cum pinguedine accipiunt argumenta: non tamen in eandem partem omnes, sed ut quisque sentit de pinguedine. Nam de huius etiam natura est magna controuersia, de qua actum mihi seorsum est capite proprio lib. 2. controuersiarum secundae additionis, vbi locum hunc enarraui, produxiq; quam potui firmissima argumenta vtriusque sententiae, affirmantium inquam pinguedinem esse calidam, & affirmantium esse frigidam, & affirmantium eam esse partem humidam in calore mediocrem, aut ad frigidiorum exiguum inclinantem. Quamquam non omnis pinguedo eiusdem exacte est temperamenti: sed ut animal animalis frigidius est aut calidius, ita pinguedo pinguedine. Rationem etiam qua gignitur ibidem explicui, quare hic nihil aliud opus sit quam monere ex hoc quoque loco capi argumentum medicis olei temperatura: quandoquidem & pinguedo exiguum abest a mediocritate.

Preterea inde quod madefacta oleo apes, muscæ, vespæ, formicæq; intereant, alij quidem calidū, alij frigidum comprobare ipsum terant, ac rursum alij humidum, atq; alij succum. Etenim cum iam dicta animantes exangues sint, ac proinde frigida, quidam eas celeriter refrigerari ab oleo aiunt, atq; ita mori: quidam contra dum calefunt haud posse in contrarium mutationem perferre. Quin & quod immoderate exiccantur, alij quippe, cum natura iam antea exiccata sint, immoderationis ratione offendit: alij verò, quod humectentur, idq; natura ipsorum contrarietatem.

Animalia insecta inuncta oleo perire celebratum quidem est Galeno, Aristoteli, & Theophrasto, verum qua causa id fiat nō explicant. Nullam enim harum sententiam probat Galen. neque dicentium, inquam, calore ea necare, neque frigore, neque humore, neque siccitate. Quare à me oportet nunc legitimam huius problematis causam referri: quod fecerim productis primū quæ ad hanc rem pertinentia apud philosophos qui de historia animalium egerunt, scripta reperi. In primis insecta animalia vocantur animalcula quædam vilia quorum corpora nodis quibusdā dissecta sunt, velut arbores in fitione ex aliis facta: horum quædā alas habent, quædam minus, hoc in genere sunt multi vermes, & formicæ, & muscæ, & apes, & vespæ. & papiliones, & id genus alia. Hæc omnia oleo perire Galen. hoc loco recipit: maximo esse odio his animalculis oleū multi narrat. Nā Plinius li. 15. ca. 17. dicit vas oleo irrigari, aduersus vespas esse remedio, quod scilicet vespæ oleum deuant quasi mortiferum. Theophrast. 6. de causis plantarum. cap. 4. dicit apes vehementer oppugnare eos qui oleo sint uncti, quasi arcere velint eos qui mortiferū eis succum deferunt. Sed qua causa mortiferum eis sit nondum dixi. Videor autem mihi eam causam non posse melius inuenire quam ex alio eiusdem olei effectu huic simili. Dicit Theo. 4. de hist. plantarum capite vltimo, mortem asserre plantis præcipue nouellis, si oleum in earum radices infundatur. An igitur eadem est causa qua plantas & insecta animalia enecat? ego quidem suspicor, quandoquidē eorum animalculorum vita & gubernatio, nō longe abest à natura plantarum. Viuūt enim seorsum illorum partes decissæ, ac durarent quidem, nisi alimento destituerentur, quod & arboribus euenit. Qua ergo causa possint oleo periri arbores? Certe, nisi calore aut frigore, nulla alia causa quam quod alimento priuet. Id verò est admodum consentaneum: quia cum arbor aquosum alimentum ex terra radicibus sugat, & aquam oleum tantopere arceat, necesse est vt oleo occupatis radicibus alimento arbores priuen-

Atur, non potente scilicet aqua in imbutas oleo partes penetrare. Simile quiddā euenit insectis, atq; ita fiat, vt velut arbores irrigatæ radicibus oleo extinguuntur, magis quā vlla alia parte, ita hæc animalia inuncta capitibus, ita enim dicit Aristot. 8. de hist. animalium cap. 27. interire insecta omnia tacta ex oleo, sed celerrime si capite illito exponatur foli. Nimirum quod est arbori radix, animati est caput. His verò animalculis caput non facultatem vt perfectioribus, sed principium alimenti præstat vt plantis. Eis igitur euenit quod non habeant vias alimenti & vitæ aded expeditas vt animalia perfectiora, sed angustos prorsum poros, & exiguam organizationē, imbui oleo ac velut obturari, vt alimentum roridum quo plerumq; vtūtur, ingredi prohibeatur, & ita intereunt, vt & plantæ. Neque tamen quia hanc noxā preuident vespæ deuant vas, & apes oppugnat tinctos oleo. Nam qui possint? Sed quia hic succus his animalculis futurus erat mortiferus natura eorum odoratum (habere enim ea odorandi vim Aristot. indicauit) ita temperauit, vt haberet cum oleo antipathiam, essetque illud eis ingratisimum.

Atque quod ex insectis animantibus contraria inuicem colligant, mirum fortassis videri non debet, sed quod ex his, quæ nobismetipsis accidunt in vtramque partem diserunt, id verò admiratione dignum est. Quippe alij plus, alij minus sudore nos inuicunt, si quis in balneo vngatur. Nec tamē ij qui plus asserunt de facultate eius vniuersali inter sese conueniunt, neq; ij qui minus: verum ex his qui plus nos sudare asserunt, quidam calori acceptum referunt, quidam verò viscositati: priores quidem calidum sudores prouocare naturam dicentes, viscosum verò alteri. Quippe venandi & acruandi eorum, quæ hæcenus celeriter destuebant, proindeq; sensum sallebant, facultatem obtinens manifestā, ita sudorum copiam efficere. Porro qui minus sudare volunt eos, qui in balneis aut exercitijs vnguntur, alij quidem illinendi facultatem, alij verò refrigerandi vim illi attribunt. Quin etiam ex apparentibus alij resiccare, alij humectare ipsum dicunt: humectare quidem quotquot plus sudare inunctos censent, resiccare verò alij.

Multo magis, inquit, mirandū, quod & de his quæ nobis ipsis eueniūt ambigitur, atq; alij affirmat eos qui inunguntur in balneo, aut exercitijs sudare, plusquā qui citra vntionem lauantur aut exercentur: alij minus. Sed mirandū etiam, quod vtriq; & qui plus & qui minus sudari affirmant, accipiunt inde argumenta in sententias contrarias. Nā alij dicunt oleum sudorem elicere calore: alij viscositate, ac fortasse etiā frigore, quod cogat & denset exhalantes vapores, atque ita faciat, vt quod hæcenus fugiebat sensum

nunc sensibilibus exfudetur. Alij dicunt cohibere sudorē frigore, alij viscositate, ac mirum nisi alij dicant calore sudorē minuere, quod siccat & sudoris materiam extenuet. Porro qui sudari copiosius ab inunctione dicunt, humidum esse volunt, qui parcius, siccum. Quo pacto autem habeat hoc & quibus sudorem augeat inunctio, & quibus cohibeat Galenus ipse dicit paulo infra.

Quinimo & quod à frigore tueatur inunctos, alij quidē crassitudinē viscositatēq; instar vestimenti ac munimenti frigus arcere, alij verò per calorem naturalem contactu excalescere referunt.

Hoc quo se modo habeat dicit paulo post Galenus.

Porro etiam ex eo quod quæ in libris atramentis conscripta sunt nihil vitiet aut deleat, cum reliqua liquida omnia deleant: quidam siccam, & velut exuccā eius naturam adstruunt. Similiter arenæ & cineri, quidā vero partium crassiorū ac minus elaboratarum. Sic & quod alijs nō commisceatur, hoc alij quidem tenuitati, partiumq; tenuitati, alij verò crassitudinē viscositatēq; adscribunt cum succis sui similib. misc. atur. vt mala decocto. Eadem asserunt, & de hoc quod terra nō probe oleo irrigetur, tamen si alijs liquoribus madescat, vt vino aqua aceto. Ac nonnulli quidē hic essentia causantur siccitatē, alij tenuitatem. sunt qui crassitudinē. Etenim qui tenuitatem pro causa asserunt, intactos transire poros terræ aiunt: at qui crassitudinem, omnino ne ingredi quidem illos asserunt. Neutros verò arguere queas, cum vtraq; de causa quædā ne progrediatis commisceantur, prohiberi possint. Si quidem physicorum nonnullis meatum commoderatio, mistionis esse causa videtur.

Horum omnium causa, quod inquā atramentum non deleat, terram non irriget & humectet, eadem est, quod scilicet male cum rebus quæ sibi non sunt substantia similes misceatur. Nā quia non miscetur cum atramento non delet literas, quia nō miscetur bene cum terra eam nō humectat. Omnium igitur dicta sit causa, si solum dicatur, cur non misceatur. Misturam prohiberi aliquando tenuitate certo certius est. Ob id enim si quis vas vitreum rotundum angusti oris aqua plenū, in vas aliud latioris oris plenū vino inuersum ore immittat, videat vinum per aquam immisum ascendere, descendente aqua, ita, vt paulo post commutatis locis, infernum vas aquam, & supernum vinum teneat. Constat verò idem esse dicere huius tenuitate prohiberi mistionē, & illius crassitie. Nam si est hoc ad illud tenue, sit illud ad hoc crassum. Prohibere itaque potest quarundam rerum mistionem alterius tenuitas & crassities. Verum neq; tenuitatem nec crassitiē causam esse qua oleū alijs ma-

Ale miscetur, inde agnosces, quod alia oleo tenuiora, vt vinum & acetum, bene miscetur cum terra, quare & alia crassiora quam oleū miscetur bene cum alijs etiā tenuiorib. quā oleum. Nā terra cum aceto. Causa igitur est dissimilitudo illa quam habet in modo substantiæ, cū omnibus quæ pingua, aut saltem leta non sunt. Nā cum similibus bene miscetur, vt oleum oliuarum cum oleo nucū, aut amygdalarū, aut liquata cera, aut pinguedine, atq; aded (etsi cū his minus) cū succo ma-
Blū, aut decocto feminis lini ob lentorē, Itaque ob pingue substantiā non bene miscetur. Quia quod pingue, est lenū, & lubricū, & ob illud male diuiditur, & penetratur, quod verò non penetratur, neque penetrat, ob hoc effluit facile à quibusuis secundum extremitatem solum tangens.

Atq; ego nunc sane illa, in summatantum re-
Alatis solum ratiocinationum occasionibus, commemoro. Quod si quis sigillatim vnumquodque extendere velit, atque hinc inde in vtramque partem disserere, non vnum ille volumen, sed etiam plura meo iudicio explebit. Licet enim vel iam nunc prospicere, quam non longus solum orationis hic euasurus sit error (nec enim tolerari posset) verū quod summam etiam interim attinget physiologiam, sic vt dyudicari nonnunquam nequiret. Porro si cui constaret omnino inutile esse medicis, longe etiam magis eam rationē viam arbitror effugeret. Non enim absolute an calidum, frigidū, humidū, siccum, **D**ue vnumquodq; medicamentorum sit, inquirimus: neq; an formicas, apes, vespas, aut aliud animalium humectare valeat, aut resiccare, calescere, aut frigescere, sed quomodo ad corpus se habeat humanum. Cum diceat igitur in hominibus experimentum capere, non recte ad alia vertuntur.

Dvplex vitium esse dicit in ratiocinationibus, dictis & alijs similibus: primum esse eas incertas & ambiguas, vt dictum est, deinde etsi tales non essent, tamen esse medicis inutiles. Nam ad medicum non pertinet scire calida an frigida simpliciter sit res quæpiam, aut ad formicas, aut rem aliam quampiam, sed solum qualis sit ad hominem, hunc enim curandum suscipit.

CAPVT XIII

At recta experiendi ratio, in primis quidem ea est, quæ in corporibus habetur temperatis, deinde ea quæ in intemperatis, mox vt sepe numero antea monuimus, quæ in calidis, frigidis, humidis, ac siccis morbis. Vbi animum aduerte-
Fre iussimus, vt quod per se quid ageret ab eo quod ex accidenti, distingueretur. Id quod futurum est, primum quidem si quam fieri potest simplicibus affectibus admoueas: deinde si an proxime ab initio quod sensu possit percipi, suam vim exerrat: consideres, an post temporis aliquantū aut denique vbi ablatum fuerit, velut aqua frigida quæ
caloris

caloris efficit repercussum ad hæc aliena qualitatis A
mistura expers ut sit danda quã maxime opæra est.
Quomodo ergo oleum quid tale efficiat, supra po-
situm est, verum quomodo simplici morbo applica-
ri queat nunc dicitur: id modo prius commemorã-
tes, quod, in morborũ differentijs ostensum est, cor-
pora quoad ad calidius versa videri citra aut malũ
succum aut pectoris viscerisue inflammationem,
velut in ingentibus exustionibus euenire afolet:
quodã vero ad frigidius ut vocatis iã passim cõsueto
nomine persfictionibus (Iupõs Græci vocant) in B
talibus itaq; affectionibus si oleum adhibeas mani-
festo comperies, refrigerare nos an calefacere, sit
natum. Sed illud tamen constat, ut omni profum
aliena vacet qualitate vehementi. Id enim perpe-
tuo in omni medicamento memoria tenere oportet.
At que hæc quidem summa est rationis.

Dicta sunt iam hæc antea nõ semel qua-
re indigent enarratione noua. Illud so-
lum animaduertere, Galen. nunc explicare
(non enim antea fecerat) quem vocet mor-
bum simplicem. Non enim simplicis nomi-
ne intelligit nunc eum qui cum alio morbo
complicatus nõ fit: sed ut ego antea monue-
ram qui ne causam quidem vllam habet in-
ternam quæ prestare possit indicationem di-
uersam ab indicatione morbi, sed intẽtionẽ
simplici curatur velut intemperies simplex
& quæ vocatur nuda. Nam describens affe-
ctum simplicem ut id nomen hoc loco acci-
pitur, dicit, corpora quẽdam ad calidius ver-
sa videri citra aut malum succum, aut pecto-
ris viscerisue inflammationem. Itaq; & ma-
lus succus facit ne intẽperies simplex mor-
bus sit, ut hoc loco accipitur nomen.

CAPVT. XV.

AT opus ipsum quod persficitur, experientia con-
monstrat. Nam qui ardore tenentur, tantum
abest, ut à calore liberentur, ut etiam magis ex-
stuent, & precedente tempore calidiores euadant.
At algentibus, ex olei inunctione perspicua nulla,
aut noxa, aut utilitas assertur. Ex quo liquet, quod
et si nos calefacere sit natum: non tamen admodum
id posse nec euidenter, sicuti resina, pix, bitumen.
Inaudienda est nunc pix non sicca, itidem nec re-
sina, nec bitumen siccum. Nec enim ipsis inun-
gi si quis possit, neque item, quæ sol liquarit: quip-
pe huiusmodi, nec simplicia, nec sponta nata fue-
rint medicamenta: verum resina quæ Græcè τὸ
πόρος, à spontaneo fluxu dicitur, (quam in Laconia
& Cilicia optimam provenire nouimus) aut tere-
binthina, aut lentiscina, quæ liquida etiamnum ac
recens sit: aut ex pinea: quæ in scilicetibus superne o-
leiritu innat: pix autẽ liquida aut potius quod
oleosũ in ea superne fluitat quod vrig, πικρὸν ἔλαιον,
hoc est, picis florem nuncupant: est enim re vera tã-
quam picis slos: sic bitumen adhuc liquidum quod
ex Media importatur: omnia enim hæc pingua
sunt, plurimũq; oleosa natura possident, velut myr-

rha, stacte, & picinũ, iuniperũ, cedrinum, lauri-
numque oleum, & alia eiusmodi clarissime refri-
geratos recalfaciunt, exastuãtes vero summe ex-
cruciant. Atq; hæc quidem virisq; excalefacere,
confectum est: at oleum neutris admodum, neq; re-
frigeratos scilicet excalefacere, nec excalefactos of-
fendere non tamẽ obscure ijs qui ex ardore febrici-
tãt fastidij cuiusdã causa est, caloremq; augere ap-
paret quemadmodũ in exquisitis erysipelatis, quip-
pe quæ biliose sunt fluxiones, manifeste enim in hi-
calorem adauget, etiam si applicetur vel frigidissi-
mũ. Etenim in ardoribus si salis sit expers aliqui
etiam candidum, nonnullum sane solatium, si mo-
do frigidum perfundatur, assertur: in erysipelatis au-
tem, quantumuis sit frigidum, nihil iuuert: ceterum
ledere omnes, quæ ex pura bile sunt fluxiones, vel
maxime est notũ. At quæ ex sanguine constant illi
permisto, hæc quidem minus, non tamen vulgariter.
Porro istis etiam minus, sed tamen perspicuo affli-
git inflammationes etiamnum feruentes. Ex qui-
bus omnibus coniecturam ducenti mihi, visum est
tandem calorem parẽ eis quibus applicatur, ac-
cendere. Apparet enim corporibus mediocriter ca-
lidis admotum moderatẽ illa excalefacere: quæ ve-
rò valide, validum accendere calorem

Iam tandem Gale. suæ methodo insistens
incipit olei facultatem inuestigare, produ-
cens in medium quæ ipsum humano cor-
pori admotum facere experimento conspi-
citur. Quæ verò dicit ita nos oportet accipe-
re ac si quiuis nostrum ad hanc ipsam dispu-
tationem suscipiendã millies captasset ex-
perimentum. Par enim est fidẽ hac in re ha-
bere auctori diligentissimo & prudentissimo.
Dicit itaque admotum corpori præter na-
turam calẽti augere calorem, ac multo ma-
gis si cum bilis redundantia secundum par-
tem quampiam, vel etiam secundum totum
corpus exuratur: admotum verò corpori fri-
gido nihil videri neque noxæ, neque utilita-
tis afferre. Hinc apertẽ dicit colligi oleũ non
calefacere, ut quod calidum medicamentũ
fit, sed alia quapiam ratione (ea explicabi-
tur paulo post) nam quæ talia sunt necesse
est, ut simili morbo affectos lædant, ita affe-
ctos contrario iuuent. Velut pix liquida, &
resina & bitumen, cum illinuntur refrigera-
tis corporibus calorem manifeste mouent,
ut pote quæ calida sunt: eodem modo & o-
lei calidi omnia genera, ut richinum, laurinu
rutaceũ, cõstinum, & vulpinũ. Vulgare igitur
oleum quod refrigeratos illitũ non ca-
lescit, calidum medicamentum nõ est, sed
ratione alia quapiam calefacit, alioqui præ-
ter naturam calentes, ut mox dicitur.

CAPVT XVI.

Dictum est igitur in tertio de temperamentis,
venitq; nunc iterũ dicẽdũ, quod vnumquod-
que medicamentorum, quæ corpori applicantur,
quæ

qua quidem calida esse facultatibus diximus caloris sui principium a nobis accipiens, partim similiter nos recalefacit valentius. Atque ex his quæ nos equaliter recalefaciunt, oleum mihi esse visum est, particulares eius vires inspiciendi. Comperi enim perpetuo ipsum calorem efficere tepidum in his corporibus quæ mediocriter essent calida, feruentem in feruentibus, proindeq; mihi est visum, neque conuulsiones, neque tremores, neque sensum tum difficilem, tum deperditum, magnopere, aut iuuare, aut ledere. Quippe iuuare nequibat, cum valenter excalefacere non posset, nec ledere item valebat, cum omnino non refrigeraret. At ubi adscititium comparasset calorem vehemetem, multum prodesse, nempe ubi in alucolos olei calidi, in quo radices quadam aut herba excalefaciendi facultate polientes incoctæ erant, ita affectos demissimus, unde merito velut materia quadam cæterorum fuerit medicaminum. Nam si frigida illi commisceas, frigidum efficietur quod mistum erit: si calida, calidum (quippe quod ex media temperie est, ut si frigidum inferuit) utpote quod si calido commiscetur, id quod ex ambobus mistum erit, frigidum efficere non valeat, nempe cum ipsum non sit frigidum, neque si frigidum, calidum: quippe cum ipsum non sit calidum. Itaq; non immerito alij calefacere ipsum aiunt, alij vero negant. Calefacere enim videatur cum ad parem calefacienti corpori calorem peruenit: hæc enim ratione recalefacere rursum potest. Quod verò quam acceperat augere caliditate non potest, haudquaquam calefacere videtur. Quippe cum non quam accepit, seruare, sed augere, calefacientis sit opus.

Dicit quædam esse quæ admota nostris corporibus calefaciunt ad æqualitatem, quædam plus etiam: oleumq; esse in iis quæ calefaciunt ad æqualitatem. Oportet verò explicemus quid sit ad æqualitatem calefacere, utitur enim Galenus hac voce sæpe, & libro quinto dicit suppuratia calefacere ad æqualitatem. Videtur autem ipsa dictio repugantiam continere. Nam aut calorem qui inerat augment, aut non, si augment, non ad æqualitatem solum calefaciunt, si non augment, omnino non calefaciunt. Certe quod olei inunctione calefit, calorem comparat maiorem priori, alioqui non calefceret. Verum modo quo calefacit differt à calidis medicamentis. Nā hæc calefaciunt quoniā calefiunt ab ipsis corporibus ad eum usque gradum quo ipsa calent, & accepto ab eis hoc principio per se ob potentiam materiæ, ut tertio de temperamentis explicatum est, procedunt ad calorem maiorem, facta autem calidiora ipsis corporibus recalefaciunt ea, repèdientia plusquam acceperint, ac proinde supra æqualitatem calefacere dicuntur: oleum verò, & quæcunque alia huiusmodi sunt; calorem corporis cui admoventur recipiunt, ad maiorem autem non procedunt, sed calefacta vs-

que ad equalitatem faciunt ut pars calefcat magis quam si vncta non esset, fouendo, velut manus manum, & arcendo externam attemperationem, & cohibendo effluuium calidum. Igitur quia pars hoc fomento contacta calidior fit quam si non contegeretur, calefacere dicimus hæc, quia verò non id faciunt alterando per se supra gradum caloris partis, neque calefiunt à parte, nisi ad æqualitatem cum parte, dicuntur ad equalitatem calefacere. Quod fortasse diceres proprius, ad æqualitatem calefacta, calefacere.

CAPVT XVII.

Eiusmodi porro ambiguitatem tria sunt principia. Quod non distinxerint genera eorum quæ nos excalefacere dicuntur & quod homonymis siue æquiocationibus vtantur confuse, & quod nihil relinquunt medium. Itaq; calefacere nos dicuntur, & quæ energia siue actu sunt calida, vt ignis ipse, & quæ potestate. Tum quæ potestate sunt calida, partim alimenta sunt, partim medicameta, partim tegumeta. Porro calidum quoq; ipsum, & quod actu est ita nominare consueuimus, & quæ potestate, velut subinde ante monuimus. Sed & calidum actu est, & quæ simpliciter est calidum vt ignis: & quod per exuperantiam, vt animal: & quod ad sui generis symmetrum comparatur, & quod ad quiduis obuium. At quæ potestate dicitur, primum quidem distinguitur contra id quod est ex accideri, deinde totidem habet significationum differentias, quot actu calidum. Etenim cum sit velut apta quadam materia ei quod est actu calidum, partim ad ea quæ absolute calida nuncupantur, partim ad ea quæ per excellentiam quantam, tum ad quiddam sui generis aut speciei, denique & ad obuium quiduis collatum, propria utiq; fuerit materia. Quocirca ea consideremus, quæ cum referuntur ad hominē vt alia prorsum omittantur, æquum existimamus. In istis ergo omnibus peccare solent: qui de medicaminum viribus considerant: & præterea quod mediocritates tum in naturalibus nostris temperaturis (vt in opere de temperaturis ostendimus) tum in medicamentis expendendis prætereant. Siquidem tanquam necessario id cuius perpenditur facultas, medicamentum aut calidum, aut frigidum, aut humidum, aut siccum esse debeat: ita verba ipsi faciunt, ac si non fieri posset, vt in calefacientium nos ac refrigerantium medio quiddam consistat, atq; aliud rursus inter exiccantia & humectantia. Ad eum inuenire est quosdam stupidos, vt ne ubi audierint quidem veritatem, asequi possint. Itaq; quosdam etiam noui, qui contra contendere adstruereq; conarentur, nihil temperamento esse medium. Verum hos in libris de temperamentis vstis consulatimus rationibus, nihilo secius idem in sequentibus facturi.

Tria principia dicit esse deceptionis veterum medicorum in medicamentorum inuestigandis facultatibus: primum quod non distinguit genera eorum quæ talia dicuntur, secundum

secundum, quod neque homonimiam seu æquiocationem, cum tamen calefaciens, humectans, & siccās, multis modis dicatur: atque adeo de quibusdam dicatur æquiuoce: tertium quod nihil statuunt medium, sed quasi sint hæc omnia contraria proxima & medio careant, si quid non videtur esse calefaciens, frigidum esse mox statuunt, quasi non possit esse horum mediū. Hac occasione persequitur modos omnes quibus dicitur aliquid calidum aut frigidū, quos utpote sæpe iam dictos, mihi non lubet rursus repetere. Solū illud lubet animaduertere. Cū dicit id quod dicitur potestate tale, ut potestate tale distingui contra id quod ex accidenti non id dicere, quod sint hæc contraria, quod potestate & quod ex accidenti (nā ei quod potestate contrarium est id quod actu, contrarium autem vni vnū est, non plura) sed quod velit id quod potestate, subdiuidi in id quod potestate per se, & quod per accidēs. Quod scilicet & tertio de temperamentis dixit, quodāmodo etiam sit potestate tale, quod est ex accidenti: censet itaque omne quod per accidens tale, esse potentia tale, fortasse quia nihil est per accidēs actu tale. Mihi autē videtur, si lubet exacte vti nominibus, quod est per accidēs tale neque actu, neque potentia esse tale, sed partitionē hanc illorū esse solū quæ per se. Nam quod per accidens, neque quia actu est tale, neque quia potest fieri tale, tale dicitur, sed ob aliquid quod accedit. Aquæ enim infusio, neque quia est actu calida, neque quia potest fieri per se, neque per accidens calida, curat tetanū. Sed quia recurrere facit ad interna naturale calidum, id quod facit refrigerando. Itaque ego hoc neque actu nec potentia tale dixerim, sed ut tertio de temperamentis dixi, solū ex accidenti. Verū hæc quæstio de nomine est. Nihil temperamentum esse medium post Gal. etiam secula opinati sunt quidam, non tantum in iis quæ potentia dicuntur ut medicamēta, sed neque in iis quæ actu per exuperantiam ut in hominibus. Refutatus tamen est mihi eorum error libro primo cōtrouerfiarum vbi de numero temperamentorum disputauī.

CAPVT XVIII.

Hic autem libro finem iam imponere studens, ad oleum reuertor. Accidit enim illi ut fortassis tanquam alimentum nos excalefaciat vbi scilicet intro in corpus assumitur: probatis enim quibusdam, tum medicis tum philosophis, sicut ex cibis, ita ex oleo corpori fieri appositionem visum est. Accidit verò illi ut tanquam medicamen medium sit nos calefacientium & refrigerantium, tum etiā velut tegmen nos excalefacit: naturaque eius vel maxime propria esse imago videtur eiusmodi. Nā quemadmodum vestimenta à nobis ipsis excalefaciunt rursus nos excalefacere consueverunt, ita & o-

Aleum. Sed quemadmodū illa excalefaciente corpora calidiora non euadunt, ita quoque nec oleum. Recte autem perpendas rem totam, non ad presens modo, sed & ad futura omnia vtilem, si aeris nos ambientis memineris: qui interim eo qui in nobis est calore, vsque adeo redditur frigidior, ut munimentis quibusdam aduersus eum, tegminibusque sit opus: interdū verò vsque adeo rursus calidior euadit, ut ferre nequeas, fugiasque sub tectum aliquid vel vmbra: est autem etiam quando tanta est moderatio præditus, ut neque tepescientia, neque refrigerantia exposcas, sed citra omnem molestiam sensumque in eo verseris. Tertiam hanc temperiem quam modo dicebam, symmetram moderatamque atque aliarum mediam esse statuo: ac corpus nostrū neque excalefacere, neque refrigerare: cum aliarū duarum altera nos excalefaciat, altera verò refrigeret. Similemque esse dico mediam, & temperatam aeris nos ambientis temperaturam, tum qui à vestimentis, tum qui ab oleo protenit, calorem. Porro si ne sit quidem etiam clarum euasit quod indicare volo: at illo saltem modo apertius opinor intelliges. Duos mihi animo intelligito homines corpore similiter temperatos, mutuo sese contingentes vel pedore & ventre solo, vel manibus & cruribus. Quod si eandem duobus istis hominibus nactus sit temperiem aer illos ambiens, ut in tribus istis corporibus par insit calor, nullus ab altero tunc excalefieri diceat. Nā quæ similia vndiquaque corpora se mutuo nullam accipiunt mutationem. At si frigidum sit ambiens, mutuo se calefacere ij homines dicetur: tametsi haudquaquam excalefaciant, sed frigus modo arceant. Vulgo itaque, assueti abuti vocibus, id quod frigus arceat, excalefacere aiunt, haud sane recte. At qui permittendum ipsis est, ut prout velint appellent, caterum per calefaciendi verbum in vtraque dictione idem significari, id verò neutriquam concedendum: haud enim idem est. An ex se quid cuiusque calorem prabeat, an frigus prohibeat. Quibus sic se habentibus, quacumque foris nobis immede eandem corpori caliditatem obinent sine à se ipsis, siue ab alijs, siue à nobismet ipsis, eam nacti fuerint, exacta loquendi ratione, neque calefacere nos, neque refrigerare dicendū. At si cui abuti libet, non repugnandum: modo in dictione significationum differentiā commemoret. Siquidem alio quodāmodo calefacere nos dicitur aer calidior, atque alio modo qui sit moderatus. Respondet autem proportionem aëri calidiori, pyreticū, napy, piper, moderato autē, pinguitudo & oleum: actu enim aëres sunt calidi potentia verò medicina, aërem enim calidū haud ipsi efficiunt, sed quoniam in eo versando talem ipsum experimur, ita nuncupamus. At medicamenta, sicuti in tertio de temperamentis demonstratum est, principium ad excalefaciendū transmutationis à nobis accipientia, partim aque nos calefacere sunt nata, partim plus, partim minus. Ex genere autem eorum quæ aque nos recalfaciunt, oleum est: cui eide quoque, à viscositate, ac quod difficulter etiam desinat, tum quod meatus infarciat, prohibet.

obstruatq; duplici ratione, vt excalescere videatur, euenit: tū inde aded quod instar vestimenti aut manimetri illinatur: tū quod meatus infarciat, prohibeatq; foras effluere magnam vaporosi intus caloris partem. Eadē ratione, neq; vt resiccantur corpora nostra permittit, nisi sane applicetur calidum id, plusculo tēpore. Has itaq; vires eius cū homines oēs experientia cōpertas habeāt, quos largius sudare volunt, siue à balneo, siue balnei expertes: ijs nō protinus ab initio oleum admovent: verū in ijs qui morbo laborauerint, vbi sudare inceperint, tū excalescētū perfundunt. In ijs verò qui etiam nū laborant, vbi abunde iā satis sudarint. Porro in sanis, siquidē ex lōgo itinere, aut exercitatione, aliove quouis pacto corpus ipsis exhaustū est, eis inungi & ante sudorē permittunt, verum quibus cruditas est, aut corpus habent plenum, quod πυθωγιον vocant, his neq; in balneo inungi concedunt.

Iam tandem dicit cuius naturæ sit oleum, primum secundum calorē & frigus, deinde secundum humorem & siccitatem. Duobus modis dicit calefacere, alio temperatum esse & mediocre. Nimirum calefacit vt alimentum, vt aliud quoduis. Omnia enim alimēta, qua talia, calefaciunt, vt tertio de tēperamentis dictum est. Calefacit etiā vt indumentū, hoc est arcendo frigus externum & detinendo effluuiū calidū. Verū vt medicamentum, neque calefacit, nec refrigerat, sed tēperatū est. Qua autem ratione constet, cū calefacere sentiat, id tamē non facere vt medicamentum sed vt indumentum, antea dictū est. Quia scilicet calefacit ad æqualitatem, hoc est calore quem accepit, calorem corporis fouet, & seruat, per sese verò non delabitur in maiorem quam acceperit. Explicat nunc quibusdam exemplis quale sit medicamentum, neque calidum, neq; frigidum, sed temperatum, & quo pacto à temperato qua medicamentum est, eueniat caleferi vt indumento, aut omnino vt operculo. Et primum quidem exemplum accipitur ex analogia quadam. Nimirum vt est aer nonnunquam etiam est qui nos exurit, ac nonnunquam qui nos facit vel rigere frigore: nonnunquam qui nostra corpora omnino non mouere videtur, vt qui nobis, neque calidior sit neque frigidior: ita sunt medicamenta quedam. Respondet enim proportione aëri calidiori, pyrethrum, napy, piper: vt etiam frigidio cicuta, & papauer, & hyosciamus: temperato verò alia quedam, vt pinguedo & oleum. Hoc solū interest quod illis aëres actus sunt tales, hæc verò medicamenta, potentia. Consentaneū autē est easdē has differentias esse in potentia talibus que sunt in actu talibus. Alterū exemplū indicat quomodo calefaciat quod indumentū calefacit. Duobus enim modis id faciat vt dictū est, prohibendo refrigerari ab ambiente, & detinēdo ca-

lidam euaporationē. Vt si duæ manus æque calidæ sese comprimant, siue in aere exactē temperato eodē modo quo ipsæ manus, siue in frigidiori paulo post ambē euadēt calidiores, in aere temperato quia mutuo sibi erūt opercula, & mutuo sibi continebunt effluuium calidū, quo vtraque ab altera calefcer, & alterā recalefaciet, ad æqualitatē tamen, quia neutra rependet plusquā acceperit: in frigido aëre quia etiā liberabit vtraque alterā ab externo frigore. Hoc modo, inquit, oleum calefacere nos, minime autē vt medicamentū, ac proinde neque sicari sinere corpora, nisi applicetur calidū. Ob hasq; facultates quas experimēto habēt homines perspectas, quos largius sudare volunt, siue in balneo, siue extra balneū iis nō protinus ab initio oleū admouet, sed in ijs qui ex morbo aliquo conualescūt, vbi sudare inceperint, excalescētū perfūdūt, in ijs qui etiā nū laborāt, vbi abunde iā sudauerint: sanis quib; ex lōgo itinere, aut exercitatione, aut alia quouis occasione corpus exhaustum est, inungi ante sudorem permittunt, quibus verò non exhaustum, sed plēthoricum, aut cruditatibus abundans est, iis neque inungi omnino concedunt. Hæc cum methodo medendi admodum coniuncta sunt, quæ tamem Galidicit propter veteres, inter quos vt nuper dictum est, non conueniebat, an olei inunctio augeret sudorem, an cohiberet. Sed dicit aliquis omisisse Galen. id quod maxime dici debuit, quo pacto vtantur oleo ad sanos, neque exhaustos, neque plēthoricos neq; cruditatibus plenos. Certe id fecit quia his nemo vnquam curat sudorē copiosum mouere. Quorsum enim? Itaque decisio est hæc. Corpora aut sunt sana, aut ægrotantia, aut conualescentia, sana; aut exhausta, aut plēthorica, aut cruditate laborantia, aut habentia mediocriter: aut sunt ægrotantia, aut conualescentia. Mediocriter habentia non est quod quisquam balneo, neque vnctione, neq; aliter cogat sudare, in exhaustis prohiberi sudor debet: ac proinde si quis horū sudare velit, mox vel ante sudorē inungi debet, non quidem hic calido, sed frigido, aut quale occurrit. Prohibet enim ita sudorem, vel copiosam fieri non permittit, quia meatus infarciat, prohibetque foras effluere: in cruditatibus aut multitudine laborantibus, omnino concedendam non esse inunctionem dicit. Neque sane repugnat Hippocrati (quanuis videri alicui possit) qui quarto de ratione victus in acutis, quiete, panis, & inunctione iubet cruditati subuenire, & concoctionem procurare. Nam Hippocrates iubet id facere cum euacuationibus laxatæ sint venæ, vt in principiis morborum solent, & inchoatę concoctiones bono victu: Gale. verò prohibet, antequam hæc

uant. Quia inunctio ex oleo frigido obturat cutem, ex calido, fundit succos. Vtrumque vero periculosum esse in summe crudis, & in multis non dum laxatis vasibus notissimum res est. Itaque morbi crudi curationem inchoare ab olei inunctione, non consuluerim, sed finire nisi prorsus putetur esse exigua affectus, nec ex multa pendens causa. In conualescentibus si quis sudorem copiosorem fieri velit, vngat calido non antequam iam sudare coeperint. Quia si prius vngatur corpore fortasse prohibebit oleum sudorem magis quam qualitate iuuerit. Facile enim prohibentur motus qui nondum sunt inchoati, cum vero iam fluit iuuerit qualitate satis, sponte iam fluentem, corpore vero prohibere non potuerit, quia ipse sudor, qui preuenit effluere, impedit haerere cuti oleum. In egrotantibus vero ut inunctione sudor augeatur non tantum expectandum est donec coeperit, sed donec copiose iam fluat. Quia in egrotantibus facilius cohibetur sudor quam in conualescentibus, in his enim ipsa natura perfectis concoctionibus, ad euacuationes conuersa iam est: in illis autem intendens concoctioni potius retinet, aut faltem non tam facile demittit.

CAPVT. XIX.

A Tunc hic quoque mihi videtur oleum esse medium inter humectantia nos & resciccantia, velut inter excofacientia & refrigerantia medium consistere supra demonstrauimus humectat enim aqua, exiccatur vero tum laurinum, tum cedrinum oleum. At quod simpliciter sic admouetur, citra vllam videlicet ex arte conciliatam à nobis aut caliditatem, aut frigiditatem (huius enim in omnibus semper meminisse oportet) talem seruat nostram temperiem, qualem scilicet accepit, quam fieri possit maxime vaporosas omnes corporis expirationes prohibens. Porro si plusculum membra frices oleo calorem ex frictione adscititium comparabis. Atque hac interim ratione lassos non parum iuuabis, partim quod in minutos corporis meatus pingue ingreditur, & qua in durata sunt emolliat: partim quod humiditatem acrem ac subtilem, quae in lassitudine ex colliuatione praenians sub cute latebat, per halitum digerat. Conspiciuntur enim exercitibus tum foras effluere sudores, tum intus in ventre non pauca defluere excrementa, quae velut liquamina sunt. Ex hisce autem colligendum est complura toto in corpore eiusmodi relinere, quae euacuatione deponunt. Quippe duplex in lassitudinibus affectio nascitur, sicut alibi ostendimus. Nam similes quidem animatis partes resciccantur, humectantur vero vacua spatiosa, non vtili, & naturali humore (nam sic foret plethora siue repletio) sed tenui & acri mordacitate, quae pinguis remedijs indiget duplicibus cum his quae siccitatem corporis irrigent tum his quae humorem acrem euacuent. Itaque ad haec ambo aptissima sunt dulcium aquarum lauacra, nimirum quae humiditate sua instumentorum corrigant siccitatem, & caliditatem tenuem, atque acrem humorem eliciant. At si corporibus inhaerere pos-

A ser aqua, nec facile deflueret, ipsa quidem perses ussi ceret. Atqui cum ea quae foris circumfunditur, facile defluat, & quae in poros ingressa, corporis nullam habent ansam, prope effluat in hoc sane ipsum vtiliter miscetur oleum, maximeque iuuat, si ex utroque quis diutius fricetur. Id quod veteres Graecae *χυτλοσδα* nominabant: cui oppositum imposuerunt vocabulum *ξηραλοσδαι* quod est sicca utri frictione. Est sane, & hoc quoque quodammodo lassitudinem sanare potens, sed multum relinquatur ab eo quod *χυτλοσδα* nuncupant. Nam ut reliqua taceam, vbi cum oleo aqua committitur, reteriturque, haud facile solubile mixture coit, ut quibus ita corporibus inungatur oleum necesse sit & plusculum inherere aequum. Quare hic item velut materia est quaedam oleum, humectantium exiccanti, quae sicut ante ostensum est, excofacientium & refrigerantium. Quippe quod si exiccanti commisceas, totum effeceris exiccans, si humectanti, & ipsi humectans reddideris. Sapeque ex ambobus constat maiorem adipiscitur humectandi facultatem, quae id quod primario est humectans: quod in aqua accidit. Nam ea primario madefacit. Verum cum ita diu inhaeret, nec actione obtineat diutius, leuiter utriusque praedest. Cum ergo illic velut vinculum fiat oleum: cogaturque plurimum quibus auxilio eius opus est inhaerere, longe omnium optimum redditur remedium exiccatis squalidisque corporibus. Sed si exiccans oleo medicamen commisceas, puta calcitum, aut pyrethrum, aut gallam, aut struthion, siccans erit quod ex utroque commissum fuerit. Itaque cum omnibus quae sibi commiscantur, subserviat, recta ratione velut omni existit materia: tamen utriusque necessario propriam eorum actionem retundit quidem ac minuit, non tamen vtilitatem: imo est vbi eam quoque adaugeat. Haud est enim idem (quod forte quis autumat) actionem augere cuiusvis, & vtilitatem: quippe cum actio secundam propriam cuiusvis facultatem, vtilitas vero nonnunquam ex accidenti agat. Discremus autem postea verius de vtilitate quae per accidens euenit, & nunc quoque haecenus ea dicitur, quatenus de ipsa est commodum. Quippe commista cum oleo aqua, quod hydraleum vocant magis auxilio est lassitudinibus, quae si esset sola non quidem quod sua vires intendantur, sed quod quibus opus est, diutius inhaeret. Quod autem nisi modicam habeat temperiem id, quod ea quae primario quibus opus est auxiliantur, velut deuincat, saepe numero ipsorum repugnabit actionibus, ex ipsa medicaminum natura generatim addiscere liceat, speciatim autem ex medicamentorum historia: generatim quidem, quoniam id quod miscetur, si in contrarium retrahat, admisti sibi facultatem medicamenti vincere interim poterit, & in alteram plane speciem quod ex ambobus miscetur transferre. Si quidem quod materia ratione in mistura praestabit nullam in signem, neque speciem, neque facultatem, exerat oportet. In particularibus vero experientis hoc maxime pacto addiscas, non debere id quod materia ratione obtinebit, neque excofacere neque refrigerare: neque humectare, neque resciccare si primum quidem in memoria reuocet quae supra de resina & pice ligda, myrrha, bitumine, tum cedris, & laurino, ceterisque, quae excofac-

excalfaciunt cōmemorauimus. Hæc oīa in aqua tri-
ta ad modū olei calefaciunt magis quā refrigerāt, de-
siccāt plus q̄ humectāt. quāobrē lassitudinis sensus
non admodū soluere valent: haud enim enadē cū
aqua vim obtinet, quō scilicet auxilio magis sint q̄
aduersetur, neq; mediā inter extrema naturā sorti-
tasūt, vt videlicet tāq; materia quedā inseruiat pri-
mario ageri desiccāt enim & excalfaciunt potius:
nō humectāt ac frigerāt, velut aqua. Si verō excalfaci-
entiū admodū resiccātūq; cuius aquas misceas
nō modo nihil eorū que agere nata est fieri videbis,
sed pr̄sum obscuratū tanquā omnino admista non
esset, si quidem chalcitis, sandarachæ, misy, ceteraq;
qua nos vehemēter tū excalfaciunt, tū resiccāt vali-
dus etiā nū suas vires etiā aqua permista obtinent.
Omnino ergo constat mediā obtinere tēperaturam
debere q; vtriq; extremis tāquā materia inseruiet:
quē in ordinē oleū si statuas, nihil vtiq; peccaueris,
quippe cū oīa sigillatim opera tibi cōsentiat. Et ac-
cusabis p̄lixitatē nō nos vtiq;, sed q̄ recta via præ-
terita prauā p̄lixāq; sectantur: quorū sane causa
hūc nos sermonē extendere sumus coacti: ipsa enim
veritas celerrimā inuentionē obtinet, vt quæ ab eui-
deter apparētib; exoriatur. Haud quāq; tamē eo v̄f-
que orationem plōgati, quousq; licuerat, oīa quæ
prauē ab ipsis p̄dita erāt scripturū, causasq; erro-
rū edōcturū pollicito sane causas dixisse necesse for-
tassis fuerit: nepe quo q̄ ex ipsis p̄ueniūt paraligis-
mos in tota particulariū medicamentorū iudiciādi
ratione cauere possis, verāq; doctrinā cū maiore sci-
entia percipere, crescit enim nobis de reb; fides, vbi
non solū ipsā veritatem cognouimus, sed etiā para-
logismorum omnium causas edidicerimus. Quod
sane in sequentibus efficiemus.

Este oleum mediocre etiam inter hume-
ctantia & siccantia, vt inter calefacientia,
& refrigerantia, his argumentis probat: pri-
mum quia si admouetur expers caloris &
frigoris externi: humectat solum ad æqua-
litate ipsas partes humidiores nō reddēs,
sed humiditate quæ inerat prohibens sicca-
ri: deinde quia oleum est non solum calefa-
ciētibus & refrigerantibus, sed etiam hume-
ctantibus & siccātib; accōmodata materia.
Esse verō accōmodatissimā, atq; aded medi-
am exacte tēperiē inter hæc habere probat,
quia nisi mediam haberet temperiē, cū per-
miseretur cum aliis, quæ humida essent aut
sicca, sæp numero eorū repugnaret actioni.
bus, id est, in cōtrariam facultatē trāsferret,
at verō id nunquā facit, est igitur exacte me-
dium, & sane hæc consecutio necessaria est,
si enim facultatem vllā haberet citra aut vl-
tra mediocritatem, dari posset medica men-
tum aliquod contrariæ facultatis remissius,
quod si oleo admisceretur, traheretur ab eo
in facultatem contrariam, potiusquā traher-
et in suam. Si igitur nullum medicamentū
est cuius conditionē non sequatur, si cū eo
miscetur, certe omnimū est materia, & ex-

A acte temperatū. Hæc duo argumēta cōtinet
hoc caput: interim docet modū quo oleum
soluit lassitudinem cōmēdatq; ad eū vsum,
aquam dulcē calidam magis quā oleū, & hy-
dræleū magis quam aquā & oleū seorsum:
quod etsi actionē seu vim maiore habeat a-
qua habet tamen hydræleum maiore vsum.
Neq; enim idem est. Nam potentia est in eo
quod res est nata facere: vsum verō in eo q;
facit. Aliquando autem facit plus aut minus
quam pro sua potentia, ob commoditatem,
B aut incōmoditatem quampiā, hoc autē ex
his quæ dicūtur facile intelliges. In lassitu-
dinibus duplex, inquit, affectio nascitur, si-
cut alibi (libro scilicet tertio de tuenda vale-
tudine) ostendimus: simplices enim partes
resiccantur, pori autem replētur tenui, acri,
mordaciq; humore. Hoc de lassitudine in-
telligendum est, quæ ex nimio labore cōtin-
git. Nam per spontaneā non necesse est resic-
cari partes. Cum verō defatigantur labore
C partes, siccantur præ dissipatione, & ob hęc
ipsam & calorem quem motus ciet, & do-
lorem quem labor, trahunt ad sese humores
imbibuntque suis poris. Necesse est autē tra-
hi ichores sanguinis exustione, aut partium
colliquescentia genitos. Duplicibus igitur
remediis indigent, tum iis quæ siccitatem
corporis irrigent, tum iis quæ humorem a-
crem euacuent: ad ambo autem hæc nihil
videtur per sese aptius esse posse quam dul-
cium & calidarum aquarum lauacra, nimi-
rum quæ humiditate sua instrumentorum
corrigant siccitatem, & caliditate tenuem
& acrem humorem eliciant. Hoc tamen de-
est aquæ vt ad hunc vsum accommodatiss-
sima sit, quod facile effluit, neque adhæret,
qua causa vtiliter ei admiscetur oleum. Ni-
mirum hoc cum eā mistum facit vt aqua
partibus magis immoretur, atque ita plus
iuuet Hydræleum igitur calidum, quam a-
Equa item calida, ad dicta duo præstandum,
magis accommodatum est, quia plus hęret,
etsi virtutis minus habeat ad humectandū.
Cum enim aqua humidior sit oleo, necesse
est eius mistione aliquid illi virtutis hume-
ctandi detrahatur. Habet igitur minorem
facultatem & maiorem vsum. Eadem ratio-
ne constat: non solū in defatigatis, sed & in
hecticis, & quacunq; ratione arecentibus,
quib; humida irrigatione est opus, sati⁹ esse
vti irrigationē ex hydræleo, quam ex sola a-
qua, præcipue in iis quos nō potes intra bal-
neum submersos aqua continere. Si enim
potes solo balneo aquæ vti, & à balneo inū-
gere oleo quale occurrit, erit satius. Aqua e-
nim cū quieta adhæreat humectabit poten-
ti⁹, & imbibetur, oleū prohibebitq; fuerint
imbibita dissipari, & admotū quale occur-
rit, neq; sudorem prouocabit, neque insensu-
lem euacuationem. Porro hydræleum, cum

eo erit vtendum,paretur aqua & oleo vehementer contusis & versatis, vt quoad fieri possit, plurimum cōmiscantur. Non vt sepe incautē facimus, qui cum velim^o, oleo, oleis uē cum aqua aut quibuldam decoctis vti in embrochis, leuiter hęc miscemus, & vsus tēpore illis seorsum effluentibus in primis infundimus solū oleum. (Hoc enim superuehitur,) deinde solis aqueis decoctis. Quo nihil inutilius. Oleū enim hēret cuti primum, & prohibet deinde cadentem aquā vel acce-
B dere, nedum penetrare & imbibi. Hactenus omnia pro capitis enarratione ex Gal. sentētia dicta sunt. Ego verō (si mea quoq; sentētia dicenda est) censuerim oleum non tam esse mediū inter sicca & humida, quā inter calida & frigida, sed in illa oppositioe ad humidorum naturam inclinare. Nam præterquam quod naturæ quam ex elementis accepit, hoc est conforme, aereum cum sit Gal. ipse dicit hoc ipso capite, quæ indurata sūt emollire. Quod qua quæso ratione facit? nō
C profecto quod in eo genere emollientium sit, quæ Gale. ipse libro quinto huius operis describit. Vult enim ea esse calida & sicca, oleum verō negat calidum esse: igitur, superest, vt molli blandiq; substantiæ modo molles reddat partes quas contingit: nihil autē potest emollire citra calorem colliquantem quin humectet: humectat igitur. Præterea Gal. ipse dicit, si oleum vt lædit exustas partes iuaret etiam refrigeratas, fore calidum: si igitur iuuat partes siccatas, & lædit humectatas, est humidum. Iuuat autem siccatas in lassitudinib. lædit humectatas in vlceribus, quibus est aduersissimum, quia, vlcera omnia sicari postulat: est igitur humidum.
D Neque video qua ratione possit quispiam repugnare. Nihil verō eorum quæ accipit in suæ lententiæ confirmationem Gal illi facile concesserim. Censeo enim vsu olei multo temperati corporis humiditatem nō seruatam solum sed etiam auctum iri, quāquā non plurimum, neque sane pro propriæ olei humiditatis intensioe. Vt enim hydræleū humectare magis quam aquam, etsi hæc sit humidior, Galen. dixit, ita censeo in simplicibus quædam esse quæ humiditate propria quā humectandi facultate, præstent, quædā contra: idque ob modum aliquem substantiæ contingere. Huiusmodi videtur esse oleum, humidum scilicet per sese valde, quia aereum, verum humectās non aded, ob im-
E permiscibilitatem & lubricitatem: hinc ergo factum censeo vt Gal. ad æqualitatem solum humectare videretur, quod scilicet non aded multum humectet sed multo minus quam aqua, atque aded quam pro humiditate propria. Iam verō quod vtamur oleo vt materia, non fit vt sit vt exacte medium. Nā vtamur cera ad cerata, & oleo ad ea quæ ve-

teribus vocabantur vnguenta. Vtimur etiā aqua ad balnea & irrigationes, admiscentes illi aliquid salis, nitri, aut sulphuris, vt balnea esse volumus, aut incoquentes semina, herbas, aut huiusmodi: aquam tamen temperatā esse Gal. negauit, sed frigidam & humidā. Sed quo pacto potest quod idonea aliorum materia est, non esse temperatum? Cū materia debeat esse formarū expers? Certe duobus modis potest esse aliquid medic. materia, aut exacte, vt nullum sit aded debile medicamentum cuius si cū eo misceatur, nō sequatur conditionem: aut nō aded exacte, sed quod ijs cum quibus miscetur parum detrahat, & per pauca ac per exigua sint, quorū cōditioe nem sequatur. Primo modo non potest esse materia, nisi quod exacte sit mediocre, quod Gal. optime indicauit. Secundo autem modo potest aliquid esse materia duabus de causis, vel quod sit mediocri proximū, vel quod etsi qualitatem aliquam insignem habeat, eam facile deponit. Hoc enim etiam euenit reb^o quibusdā ob suę substantiæ modū, velut aquæ, q̄ per sese frigida est & humida: vtroq; autem priuatur facile, & in cuiusque naturam & facultatē venit. Aqua igitur hac causa est materia, non exacte, sed secundo modo. Oleū calidis & frigidis primo modo est materia, si quidem in ea oppositioe mediocre esse est indicatū, humidis verō & siccis secundo modo concesserim esse materiā, idque non quod facile mutetur vt aqua, sed quod parum distet à mediocritate humectantium & siccantium, quam medicamentum. Itaq; negauerim, nullum esse medicamentā siccans in cuius naturā non trahatur. Neq; enim censeo rosaceum, neq; camelinum, siccare, etsi rosa & camemelum tantulum siccantia sint. Sed de oleo satis.

CAPVT XX.

Nunc autem vbi de rosaceo ad ea quæ ab initio sunt dicta adiecerimus, orationē hoc in loco si stemus. Igitur dictum est q̄ neq; odorib. neq; coloribus, neq; alijs omnino accidentium animū adhibere in expendendis facultatib. rationabile sit, sed ijs q̄ perspicuo apparent, tum in sanis corporibus, tum in agris. Ostensum etiam est oleum vbi salis expers purumq; ad vnguē fuerit, ex media esse materia. Consciendū itaq; rosaceū, q̄ exactū simul ac simplex, neq; vera rosaceū erit, ex hoc videlicet oleo, dādāq; opera, ne quid in se medicamenti contineat, vt apparare solēt vnguentary, quo videlicet tū magis duret, tū odoratius euadat oleū videlicet prius quā rosas inijciant: odoramentis præcondientes. Ac præstiterit fortassis, ipsis etiā nominibus ea distinguere: quod veteres fecisse constat. Oleū enim rosaceum nominare ad solent, q̄ absq; odoramentis præparatum est: cui autem & horum aliquid inditum fuerit, non id etiam oleum, sed vnguentum cognominant. Itaq; cum oleum velut materia quadam sit ex-

fit excalfaciētium refrigeratiūq; medicaminū, ex media videlicet tēperatura, cōfietq; ex oleo & rosis rosaceū, est vtiq; & ipsum talis tēperaturae, qualis est rosarū succus. Sane verò faciliū fuerit, nō modo rosarū succi p se, sed oleo quoq; rosaceo confectō, in sanis pariter atq; egrotis (vt iam frequēter monuimus) virium eius periculū facere. Experieris ergo eos qui adustione tentantur, adeo refrigerari, priusq; vtilitate aliquam percipere, q; verò refrigerati sunt oēs ledi, vti facile ex vtroq; intelligas vires eius refrigerare magis q; excalfacere. Nō tamē valida à rosaceo apparebit refrigeratio, sed q; prima videatur tēperiei media. Voco autē id genus medicamenta, lucidioris doctrinae gratia ex prima natura ordineq; refrigeratiū, sicut rursum q; paululā à media tēperie ad calidiore declinarunt, ex primo recessu & ordine excalfaciētū. Atq; hac quidē in praesentiarum de rosaceo nouisse oportet. Neceße

enim erit, & in sequenti libro ipsius medicamenti meminisse, & quae reliqua sunt, dictis adijcere.

DE rosaceo libro tertio acturus est fulius proinde nunc pauca de eo dicit. Quod dicit illud talis esse tēperaturae qualis rosarū succus, non in intensione, sed specie intelligendam venit. Nam cum rosaceum si tfrigidum ob succum rosarum, succus ipse frigidior fuerit. Quandoquidem igitur is est talis primo ordine perfecto, fuerit rosaceum in prima parte primi. Ponit enim Gal. lib. 5, capite vltimo, cuiusque facultatis esse gradus quatuor, & cuiusq; gradus partes tres. Quod de vsu nominum, olei & vnguenti aput veteres dicit, Dioscorides sequutus est olei genera & vnguenta seorsū scribēs, quae non alia ratione differūt, quā quod hęc accipiūt odoratorum aliquid, illa nihil tale.

FINIS SECVNDI LIBRI.



DE SIMPLICIUM
MEDICAMENTORVM
FACULTATIBVS.

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.



QUOD equidem nihil nisi quod vtile curandis morbis foret, hoc tractatū scribere decreuerim, primo potissimūq; Deos huius rei testes habeo, deinde & amicos meos, qui me (tū vt hoc opus aggrederer, tū, vt qua ab illis perperam de medicamentorū simplicium facultatib; sunt prodita quoad liceat commemorem) assidue hortari non destiterunt. At si quis erit qui orationis nimia grauetur prolixitate, non id mihi iure imputauerit, sed ijs medicis, quibus pro veris probabilia potius scribere studium fuit. Nam & ego nunc quidem etiam magnopere vereor, ne quia nimis paucis illos consutauius, sophismata quedam conuersantes cum illis adolescentulos à recti opinione deijciant: quandoquidem si in dialectis methodis exercitati, aut captiorum soluedarum periti ad libros legendos accederent, tum sane, & ab ijs qui falsis demonstrationibus vtuntur magis sibi cauere, & nos qui veritatem compendiosius tradimus, rectius intelligerent. Quoniam verò vel ipsorū medicorum pleriq; nequaquam in istis sunt exercitati, tum inter illos quoque nonnulli reperiuntur ingenio natura tardiusculo: ij nisi no-

stris suppetijs: qui sophismata arguimus iuuentutis non agre persuasi in sophistarum sententiā perdudentur. Itaq; quod ad istos attinet deesse huic etiā operi quippiam videatur. Verum enim vero quando ad omnes mihi orationem accommodare non licet, cum tanta sit eorum qui hac legent, non modo naturarū, sed etiam atatis & habituum diuersitas, quod vtiq; visum est fore maxima parti vtilissimū orationis genus, id superioribus duobus commentarijs secuti sumus. In quorum priore quidē de aqua aceti que viribus contemplati sumus: in secundo maximam partē de oleo peregrinus pauculis postea de rosaceo adiectis. At in hoc tertio libro eiusmodi vtentur oratione, qualem ad initio protinus habere institueramus, idq; definitis primum vocis cuiusq; significatis. Deinde tractatus huius totius velut elementa tradituri, mox velut ad syllabas accedemus, ex quibus operis finis ad quem contendimus prompte sequetur.

CAput hoc praemium est libri tertij, neq; quidquam aliud continet expurgationem, quod tam prolixa vtatur tractatione: reuicet culpā in veteres. Porro breui repetit ea de quib; libris primo & secūdo est actum, dicitq; de quibus sit agēdum. Agendum ve-

ro iam hinc dicitur misis magna ex parte veterum magis, de medicament. facult. primū quidem de his quæ sunt vt literæ, deinde de his quæ sunt vt syllabæ. Quas vocet literas, ipse met paulò post explicabit, qualitates scilicet seu facult. primas, calefaciendi scilicet, refrigerandi, humectandi, aut siccandi. Hæ, enim videntur esse primæ & simplicissimæ, aliæ autem sunt his posteriores, & quæ videntur ex illis fluere, vt vis adstringendi, aut laxandi, emolliendi aut duritiem inferendi, quæ proinde ad primas habent, vt ad literas syllabæ. Neq; verò hæc tantum est facultatū partitio, neq; quæ primæ facult. non sunt, æque sunt posteriores, sed sunt in illis quædam propiores primis, quædam posteriores vt videantur esse quædam vt syllabæ, quædam vt verba, quædam etiam vt orationes. Sunt enim priorum & posteriorum in his quatuor gradus, ac possit qui velit plures ponere, verū hi fuerint satis, vt primæ virtutes dicantur, calefaciens, refrigerans, humectās, & siccans: secundæ quæ mox videtur ex his nasci, vt adstringens, laxās, molliens, durius faciens, pus mouens, & resoluens: tertiæ vt expurgans, diureticum, sputum educēs, lac gignēs, & huiusmodi: quartæ hæc ipse, partes quasdam respicientes, vt si quid est cephalicum, stomachycū, purgans ex capite, & huiusmodi. Itaq; facult. etiā quæ non sunt primæ, videtur aliæ aliis priores, & multis gradibus esse ordine positæ. Gal. secundum legem methodi, cui Aristoteles, & omnes alij probati authores insisterūt, incipere vult à primis & quæ ad alia rationem habent elementorum, & procedere ad posteriora, quæ que ex his nascuntur. De his autem ipsis agit primum, quinque inquam prioribus libris vniuersim, deinde sex posterioribus venit ad singula, quod vt ostēdimus libro primo de physica doctrina in Aristotelem, omni artis constitutioni debet esse commune.

CAPVT II.

Cæterum vocum definitio nihil accuratius edocebit quam quæ tertio de temperamentis simulq; in primo commentariorū istorum sunt prodita: repetam tamen eā nihilo secius & in presentiarum. Corporum vnum quodq; aut calidum, aut frigidum, aut humidū, aut siccū, & dicitur & apparet, interim quidē ex sua natura, interim autē ad uentitia qualitate adsumpta. Consueuimus autem quod ex sua natura est primario & secundū se, & per se, potētia tale & esse & videri dicere: q; verò adscititiū acquiserit qualitatē ex accidenti quopriā esse videriq; eiusmodi. Porro eorum q; propria sua natura aut calida, aut frigida, aut sicca, aut humida, dicuntur quædam actu seu energia talia existunt, alia potētia: differente quidem hoc potentia modo quem nunc dicebamus, ab eo quem paulo ante diximus. Illic, enim ex aduerso diuidebatur ei quod

A ex accidenti dicitur, hic verò ei quod actu. Sed & eorum quæ actu dicuntur aliud quidem absolute est calidum, frigidum, siccum, aut humidum, velut elementa: aliud excessu, vt homo, equus, bos, canis, & vniuersa animalia: aliud ad symmetrum seu generis sui, seu speciei, vt verbi causa, leo cū homine cōparatus, homo autē atate florens cū puero: aliud ad quiduis obuiū, vt Diō ad Theonē. Quin & corporum q; potētia talia, aut talia dicuntur vnum quodq; vt ad id q; est actu relatum dici necessario monuimus. Id quidem quod facile accenditur, ad id q; actu est absolute calidū. hoc vero quod alia calefacit, ad id quod per exuperantiā. sic quod hominē calefacit, esse vt ad hominem potentia calidum: q; verò bouē, aut equum, vt ad bouem & equum. Similiter hoc huic verbi causa, homini, illud verò illi calidum, frigidum, siccum, aut humidum est. Illius vnius natura cōparatum. Ex hac nominum discretionē ad assequendā iudicij ipsorū cognitionē non parū sumus adiuti. Siquidē si ad hominē, qd dicat calidū, frigidū, humidū, siccū, à ceteris omnib. recedendum & in ipso duntaxat homine periculū sumendum explorandumq; cōsuimus: si verò quid ad equum, bouē, ceruum, aut aliorū animalū quoduis, in ipso rursum solo periculum faciendū erit. In his verò & illos quoq; castigauimus qui ex consistētia, colore, odore, sapore, grauitate, lenitateq; cuiusque medicamenti, existentem in singulis: facult. inuenire tentarunt. Atq; hæc omnia utiq; recte nominū distinctioni cōsentanea videtur. At q; velut elementis huius esse tractationis, apposuius in primarum cōsistere qualitatū cognitione ostendimus. Quas quidem in libro de elementis secundum Hippocratem, humiditatem, siccitatem, caliditatem, frigiditatemq; esse demonstrauimus: propemodum verò harum quoq; intentionem assequamur, ex significatis nominum recte distinguēdis. Etenim cū medicamentum ab alimento discernemus: q; medicamentū in qualitate alteraret alimētum verò substantia corporis assimilaretur, recte hinc ad alteratiū nos qualitatē inuentionem perducti sumus.

Sihæc vocum definitio nihil accuratius edocet, quam quæ tertio de temperamentis, & primo huius operis, posset fortasse nunc eam Galenus silentio præterire. Cum præcipue pluries iam repetita sit. Nam præterquam quod repetita toties nihil affert nouæ utilitatis, affert illud molestiæ, quod sermonis de eadem re varietas semper offundit rebus à principio explicatis aliquid obscuritatis, & doctrinæ cursū remoratur, velut nunc, cum satis esset dicere quædam esse actu talia, quædam potentia, addit differente quidem hoc potentia modo quæ nunc dicebamus, ab eo quem paulo ante diximus. Illic enim ex aduerso diuidebatur ab eo quod ex accidenti dicitur: hic verò ab eo quod actu. Quod dixit alludēdo ad id quod capite. 17. libri proximi dixit. quo loco

loco ego explicauit, quod potentia duobus modis dici apud Gal. primo id omne quod actu non est, secundo id quod nec actu nec ex accidenti. Atque eam quæ opponitur ei quod actu, esse diuisionem, qua ei quod ex accidenti, esse subdiuisionem. Interim ego eo loco dixi, quem loquendi modum maxime probem, nunc satis fuerit, quem tenet Gal. interpretari. Porro cum paulo inferius dicit, aliud ad symmetrū seu generis sui, seu speciei, ut verbi causa leo cum homine comparatus, homo autē ætate florens cum puero. Ne intelligas aut ætate florētem aut puerum esse symmetrum suæ speciei. Neque enim est. Nam et si quam maxime intelligi velis id de temperato, neutra tamen earum etatum est temperata. Sed intellige cum quis interrogat vter calidior sit ætate florens an puer, perinde esse ac si interrogaret, vter à symmetro suæ speciei, calore plus recedat. In humana specie in idem incidit per exuperantiam calidum, & ad symmetrum, & ad quemuis obuium, ut Dion ad Theonem. Quia cōtingit idem esse symmetrum simpliciter, & eius speciei. Reliqua capituli manifesta sunt: ferè enim continent dictorum repetitionem.

CAP. III.

Porro cum duplices sint in genere alterationes, alia specificæ quæ proprie sane & primario dicuntur alterationes, alia verò quæ contundunt & contrahunt corporis nostri particulas, quas vtique potius per abusionem quam proprie alterationes cognominat. In primo genere medicamentorum contineri facultates censemus. Nec enim quicquid ex specie in specie mutari queat citra excalēfactionem, refrigerationem, humectationē, & resiccationem. Dico autē ex specie in speciem, velut cum ex pane, prissana, lente, sanguis, pituita, bilis, tum staua, tum atra. atque ex his iterum adeps, os, neruus, caro, arteria, vena, atque adeo ceterarū animantium partium vnaquaque gignitur. At si secando nos quippiam, velut vitrum & ensis, aut contundendo, ut lapis, & plumbum, aut segregata coarctando, ut vinculum quadā tenuis partes alteret, ea haud pharmaca fuerint quippe cum eiusmodi alterationum nullæ rerum omnium ex propria recedat natura. Et enim siue minutim panem frangas concidasque, siue minutim concisum colligas, non tamen propria ideo formā exuert, neque caro ex pane fiet per contusionē, neque os, explegratia per coarctationem. Verū dū in ventre venis, & cōcoquitur, in sanguinem pituitāque, abire: atque inde existit, in os, carnē, & alias corporis partes tota sua substantia alteratur, veteremque naturam exiit, in aliam transiens speciem. Nec tamen ab aliquo quopiā quā calore, frigore, humiditate siccitateque, eas quæ fiūt in aliam essentia speciem alterationes, mutationesque, singuli corporis affectus accipiunt, ut demonstratū est. Atque hæc ratione primas & elementarias specificas qualitates quatuor esse diximus, humiditatem siccitatem, caliditatem, & frigiditatem, quæ

Arimusque, quam harum medicamentum vnum quodque in mistura pollentem possideat. Atque, protinus in hoc primum plerique eas inquirentium lapsi mihi videntur, quod videlicet pollentem absolute tanquam naturales quidam philosophi considerarent. Præterea complures quoque eorum decipi videtur, quod sine certa methodo Aristoteles, Theophrastique libros perlegant.

Dictum est proximo capite primas virtutes medicamentorum, ac quasi aliarum elementa esse, vires calefaciendi, refrigerandi, humectandi, & siccandi, ab hisque incipiendum esse in simplicium medicamentorum examine. Nunc probat Gale. has esse primas virtutes. Ratio vero qua vititur Gal. ex ea ducitur qua Aristot. 2. de ortu & interitu probat calorem, frigus, humorem, & siccitatem esse primas elementorum virtutes, & corpora quibus ea primum insunt, esse elementa prima, nimirum quia rerum omnium ortus & interitus & in sese mutuo commutationes, his qualitatibus agi videmus. Nullas, enim earum quæ corporibus insunt videmus principium cōmutationis rei alicui præstare, neque omnino alterare, neque sibi similem qualitatem gignere. Non enim quod aliquid proximum sit duro durefcit, nisi siccefcit, neque quod molli, mollescit, nisi humectetur. Hanc ob causam colligit Arist. necesse esse has elementorum primo. Nam elementa sunt quorum mutua commutatione res mutationes subeunt & ortus & interitus, ergo hæc sunt eorum qualitates primæ, quæ & horum sunt effectrices. Hac eadem ratione dicit nunc Gal. fieri ut hæc sint primæ virtutes elementorum, quia inquit, hæc sunt quæ propriissime dicuntur & sunt alterationes, & quæ solæ ducunt ad substantiæ mutationem. Non enim scissio aut contusio, compressio aut laxatio, aut distensio, aut omnino passio alia talis mutationem substantiæ facere possit, sed modum quendam solū. Nam siue comminuas, siue diuidas, siue distrahas panem aut carnem, panis semper fuerit aut caro. Neque aliter hæc aut vlla alia res mutare possit naturam quam ab aliqua dictarum qualitatū incipiente cōmutatione, ut si vratur, aut in ventriculo hepateve commutetur. Sed obijcies videri posse rem aliquam corrumpi sectione & compressione non minus quā dictis alterationibus. Nam interire potest homo non minus ense & laqueo quam igne. Certe res quæ natura sunt dissimilares & organica cuiusmodi animalium corpora, quia vt viuunt nō solo ex primis elementis temperant. Et cōtenta sunt, sed certa quadā constitutione & cōformatione indigent, non alteratione solū: sed & diuisione, & organorum quacunque corruptione interire possunt, sed neque hæc possunt circa alterationes dissolui perfecte, vsque ad similitudinē

corruptionem; & ita ut nullum sensibile remaneat. Itaque cum Gal. dicit nihil corrum-
pi sektionem aut compressionem, solis de simi-
laribus intelligendum venit. Obijcies rur-
sum & hæc posse diuisione corrum-
pi, siquidem Arist. videtur docere. 4. ca. 1. lib. de phy-
sica doctrina omnium esse fines certos cres-
cendi & decrescendi. Certe mihi in commē-
tarijs eius capituli monstratum est, quæ simi-
laria sunt ex accidenti habere solū fines ma-
gnitudinis, quod ne capi quidem mundo pos-
sit quantacūque moles, nec tueri sese res vlla
sub quacumque; exiguitate. Si igitur ex acci-
denti indiget certa magnitudine, ex accidē-
ti quoque; poterit diuisione corrum-
pi, non per se. Superest igitur res homogeneas à solis il-
lis alterationibus posse agi per se in substan-
tiæ propriæ mutationem: obijcies iterum videri
non solo calore ventriculi panem in chy-
lum vocatum mutari, sed alia quapiam facul-
tate, nam si in virem aut rem aliā iniiceretur
quæ eodem omnino gradu caleret quo ven-
triculus (quid enim prohibet?) Non ageretur
ea commutatio. Non ageretur profecto
eadem, quia quamuis instrumenta essent ea-
dem, agens præcipuum longe differret. Neque;
verò ita tribuimus vim commutandi, calori,
frigori, humori, & siccitati, ut augmentia præ-
cipua tollamus, sed quia omnes commuta-
trices virtutes, quæ rebus quibuscumque; in-
sunt, dictis qualitatibus vtantur ac sine illis
ne incipere quidem posset vlla cōmutatio.
Alteratur enim panis calore verum in hanc
substantiam trahitur à substantiali quæ tali
facultate & hoc calore vtitur. Verū sicut faber
lignarius sine instrumento facere, neque
arcam, neque mensam aut lectum posset, ita si
calorem actu ventriculus nullum haberet, e-
tiam si substantiam propriā ac temperamētū
quod vocant radicale adhuc retineret, ciborum
commutationem ne inchoare quidem
posset. Quia omnis cōmutatio naturalis ca-
lesfaciendo, refrigerando, humectando, aut
siccando, agatur necesse est. Sed vnde fit vt si
naturalium mutationū hæc sunt causæ, sint
etiam primæ facultates medicamentorum?
Certe quia tales sunt indicauit Aristot. esse
qualitates proprias elementorum, vnde fit
vt earum attemperacione cōstet natura par-
tium simplicium, & vt recessus ab ea attempe-
racione primi morbi sint, quare virtutes qui-
bus primi morbi curantur sint primæ medi-
camentorum virtutes constat vero calidam,
frigidam, humidam, aut siccam intemperiem,
refrigerando, calefaciendo, siccando, aut hu-
mectando curari. Hanc causam colligit, quod-
cumque; medicamentum in examen veniat,
primum inquirendum esse, calidum, frigidū,
humidum, an siccum sit.

CAP. IIII.

A Siquidem permagni refert, an totius natura re-
spectu, an hominum dūtaxat, de calido, frigido,
humido, siccoque; definiamus. Nam totius natura re-
spectu bifaria horum vnumquodque; dicitur, partim
absolute, partim per exuperantiam. Absolute quidem
vnumquodque; elementorum: homo vero, equus, & bos
per exuperantiā. Iam autem cum ad aliquid respec-
tando exploratio fiat, illud modo considerandū erit,
quod nam sit illud ad quod dicitur. Nos vero medici
querimus, non an in aqua marina humidi simplici-
ter plus sit quā sicci (id enim clare conspiciamus) sed
si ad hominē conferendo nec tamen rursus ad hūc
simpliciter, perinde ac si leonem illi compares quip-
pe cum sic homine humidior marina fuerit. Quo-
nā igitur pacto scrutabimur, an sicca sit facultate
marina? Quoniam alio obsecro, quam an corpus hu-
manum in equalitate quadā resiccare valeat? Itaque;
in hoc vnum modo, ceteris relictis, intendendum.
Atqui contra faciunt medicorum plerique;. Nam ad
quiduis potius respiciūt quam ad hoc. Quomodo er-
go ad hoc solum conuersi, reliquis prætermisus, qua-
nam in hoc agēdi facultate polleat marina, cogno-
scemus. An videlicet corpori applicantes, sicque; peri-
culum eius quod factū sumentes, lauando, rigando,
fouendoque; tum subinde lanam, aut spongiā marina
madentē partibus applicādo, ad hæc emplastra, ce-
ratisque; miscendo, atque; in his omnibus, ab eo quod ex
accidenti quandoque; euenit, id quod à propria ipsius,
medicamenti vi proficitur, distinguendo? Nam
D in hoc omnis inuentionis summa consistit, quam
solam vix quisquam illorum attingit. Sed eos phi-
losophorum verba decipiunt, haud potentes homo-
nymiam percipere.

VT inuestigemus quale sit medicamētū,
non est curandum qua sit simpliciter &
per sese, sed ad hominē. Non enim semper in
idem incidunt hæc duo. Nam marina aqua
simpliciter & quæ res quædam humida est,
(plus enim habet partium humidarum quam
siccarum) verum quæ medicamētū & ad ho-
minē est sicca, quia siccatur. Neque; certe ita de-
bet dici ad hominē, vt cum conferimus leo-
nem cum homine. Illud enim est considera-
re simpliciter illorum naturā, & inter se con-
ferre. Qui enim confert leonē cum homine,
dicitque; leonem calidū esse, significat in leone
esse maiorem caloris exuperantiā quā in
homine (itaque; ibi calidum aut calidus dicitur
actu & per exuperantiā, quod libuit
Gal. nunc vocare simpliciter) qui vero dicit
marinam esse siccam ad hominē, dicit esse po-
tentia siccam, & siccare hominē. Qui fieri pos-
sit vt marina cum habeat humidi plus quā sicci
siccās sit ad hominē, magna ex parte dictum
est in calce libri primi cum de causa qua al-
quid medicamentorum idonea materia est,
ageretur. Scilicet quia aqua eam habet sub-
stantiam & proprietatem vt alias virtutes
facile recipiat. Neque; cōtra est quod Gal. lib. 1. di-
xit aquā nūquā depōere vim humectandi, in-
telli-

377

telligendum enim id venit, alteratione sola, A
vt calefactione, humectat enim etiam fer-
uens, mitione. Però facile siccantem fieri, o-
mnia balnea naturalia indicante.

CAP. V.

NAm non solum, vt modo dictum est aliud sim-
pliciter, aliud per exuperantiã ab ipsis dicitur
(simpliciter enim ignis calidus est, per exuperantiã
homo) verum quod per exuperantiã dicitur, bi-
fariam quoq; dici autumant: partim secundum
substantia molem (velut vt nos quoq; in tempera-
mentorum cõmentarijs diuisimus) vt si cados duos
aque summe feruentis vni cado aqua maximè al-
genti infuderis partim vero secundum qualitatum
effectum. Atq; hoc quod ad dogma consequitur, ita
dicunt, non iam ex ijs que euidenter apparent (sed
per syllogisnum) accipientes. Nam supponetes frigi-
dum contrahere constipareq; & substantiã red-
dere immobilem, aut agre nobilem, calidum vero
rarefacere, fundere, coquere, mouere, rationabiliter
in plãris omnibus vincere calidum pronuntiant: si-
quidem haud aliter neq; nutrimenti ex terra dige-
stionem prolixissimam, neq; alterationem eiusdem,
neq; concoctionem, quã neq; incrementum prorsum
plantarum, neq; germinationem, neq; fructuũ ge-
nerationem, perfici posse, nisi calidũ superaret. atq;
ita rursum inter plantas ipsas, alias calidiores, alias
frigidiores constituunt. Ex eadẽ ista hypothesi pen-
det ea ratio qua rosas esse calidas contenderunt. Si-
quidem in illis, si in alijs vllis plantis, plurimum vin-
cit caliditas. Ex altera rursum hypothesi dependet
quod de oleo & adipe adstruunt. Nam quod ocys-
sime inflammetur idcirco calida esse ea facultate in-
dicant. Et alio rursum modo quacumq; dulcia sunt
(calida esse dicunt:) siquidem quod familiarissima
sint, simillimãq; temperaturis nostris qua calida na-
tura sunt, idẽ & ipsa quoq; calida esse volunt. Atq;
philosophis quidẽ, vt puta qui de tota natura scru-
tantur, recte talia & queruntur & dicuntur. At
medicis, quibus alius est scopus propositus, haud pe-
rinde recte: quippe cum in rosarum effectibus cali-
dum non vincat, neq; sane quoduis aliud planta ge-
nus, eo quod planta est calidum dici debet quoniam
nos haud ita calidum querimus, sed vt ad homi-
nem. Siquidem si quia in actionibus superat cali-
ditas, propterea calidũ quid dices: planta vnaqua-
que calida erit multoq; magis animalia omnia. Di-
cant igitur, si lubet, papauer, mãdragoram, cicutã,
salamandram esse calida, verum nemo id dicit, sed
velut vno ore omnes esse frigida hæc omnia pronun-
tiãt. At qui animal est salamãdra quod & nutritur
& crescit, & mouetur, qua sane calido in mistura
vincente provenire asserunt. Quid ergo in istis qui-
dã ad hominẽ respiciunt, in alijs vero ad totã natu-
ram primarũ qualitatum actiones? At ego non sa-
lamãdrã modo aut cicutam, vt ad hominem frigi-
da facultate esse, dici oportere cõseo, sed alia omnia
ad eundem modum indicanda. Siquidẽ cicuta stur-
nos non modo non refrigerat, & enecat, vt nos, sed
& alit quoq; & nimirum etiam excalescit. Quic-

quid enim substantiã alit calidam, calorẽ eius qua-
damtenus & auget & tuetur. At qui corpus sturno-
rum calida est substantia, non modo qua animalia
sunt, sed etiam qua sanguine prædita. Sane subinde
in alijs multis tractatibus demonstratũ à nobis est,
amicitias quasdam pugnantiasq; qualitatu omnib.
reb. inesse: ac quod familiare est expedite asimilari
quod vero contrarium, ad interuiccionẽ ducere tũ a-
nimalia, tum plantas: præterea familiaritates illas
à totius substantiã proprietate oriri, id quod sapen-
mero à me, & dictum est & ostensum. At isti cum a-
gre id capere possint, segniter & falso de compluriũ
medicaminum virib. pronuntiant. Vna enim dun-
taxat illorum examinãdorum regula est, nempe, ea
qua ad hominẽ sit exploratio, id quod secundũ ac-
cidens, ab eo quod est per se semper distinguẽdo. Cui
si quis animum intendat, is nec acetum, nec rosa-
ceũ calidum vnquam dixerit: quippe cum vtrum-
que nos primario & per se refrigeret: acetum qui-
dem valide, leuiter autem rosaceum.

P ER exuperantiã calidum, frigidũ, humi-
dum, aut siccum duobus modis dici, ait,
philosophis aut per exuperantiã secundũ
substantiã molẽ, aut secundũ qualitatis ef-
fectum, hoc est duob. modis posse fieri aliqd
tale, vel quod substantiã talis accipiat plus,
vel q; intensius & fortius, hoc fortasse dicit
proptermarinã quã dixerat plus habere par-
tium humidarũ esse tamen siccã. Quẽ pro-
inde dicitur rectẽ secundum substantiã mo-
lem, per exuperantiã humida, secundum
qualitatis effectũ sicca: q; scilicet minus illud
sicci q; inest efficacius sit quam humidum, &
magis natum exerere vires suas quam hu-
midum: quod, vt diximus, aptum est alienas
facile recipere. His positis hypothesibus di-
cit philosophos suo modo recte procedere,
& quod illis videtur, consequẽs ratiocinari,
medicos vero nõ debere ita procedere, neq;
eorũ argumentis vt, vtpote qui nõ de eodẽ
modo calidis, frigidis, humidis, aut siccis a-
gant. Illi enim simpliciter talia inquirũt, me-
dici vero nõ ita, sed ad nos vt expositum est.
Profert exẽpli gratia tres ratiocinationum
modos quib; vtuntur philosophi, & à quib;
medici, in medicamentorum viribus inuesti-
gandis, debet abstinere. Verum oportet hoc
loco præfari Gal. iam hinc multas philoso-
phorum ratiocinationes commẽdare, & as-
sertiones citra refutationes admittere, nõ q;
veras esse putet, sed quod præfenti doctrinã
nihil officiat. Velut pmittit dicere q; omnes
vitales actiones calore aguntur, viuẽtia o-
mnia esse per exuperantiã calida, & hominẽ
per exuperantiã calidum esse, quẽ non esse
propriã sententiã, qui legerit libros de tẽpe-
ramentis, facile intelliget. Sed illud solum
vult Gal. nunc statuere, vt cumq; philosophi
de rebus sentiant nihil nostrã huic doctrinã
officere, eoq; aliter nos vtamur calidorũ &
frigido-

frigidorum nomine quam illi. Hoc nisi prius animo conceperis putabis Gal. in ijs quæ sequuntur, sententias quas alibi optimè confirmavit, nunc perdere. Prima itaq; philosophorum ratiocinatio est, frigidum cōtrahit, constipatq;, & reddit substantiam immobilem, aut ægre mobilem: calidum cōtra rarefacit, fundit, coquit, mouet, sed non aliter potest agi nutritio, neque incrementum, neque ortus plantarū, quam rarefactione, fusione, & motu, & cōcoctione. His enim agitur ductio alimenti & commutatio, & quarundam partiū dilatatio, & pororū apertio: igitur necesse est calidum vincere in plātis omnibus, atque eadem ratione in omnibus uiuentibus, atq; ita, uiuentia omnia esse per exuperantiam calida. Hoc eodem argumento colligunt rosas esse valde calidas, siquidem in illis, si in alijs vllis plantis plurimū vincit caliditas. Quia scilicet cito augetur id arbutum, & cito facileque producit multas rosas magnitudinis insignis. Siquidem igitur hæ actiones caloris sunt, videntur rosæ calidæ esse satis multū. Est alia philosophorum ratiocinatio, oleum & pinguedo omnis facile inflammantur, & in ignem vertuntur, sunt igitur calida. Alia ratiocinatio est, dulcia omnia sunt naturæ nostræ familiarissima, & nostra natura est calida, vt prima ratiocinatione efficiebatur, igitur sunt omnia dulcia calida. His omnibus respondet vno verbo nūc Gal. hæc rectè & quæri & dici à philosophis, vtpote qui de tota natura scrutentur, medicis verò quia alius est propositus scopus, puta corporibus humanis mederi, non rectè. Neque enim nos quærimus calidum per exuperantiam, vt philosophi, sed ad hominem. Proinde inquit, neq; quod in rosarum affectibus calidum vincat, aut aliud quoduis plantæ genus calidum dici debet, sed ad nostra corpora examinandum. Nam (inquit) si ad actiones illas respicias, dices omnes plantas esse calidas, & multo magis omnia animalia: quia pluribus actionibus vitalibus gaudent animalia quam plantæ. Dices igitur papauer, mandragoram, & cicutam, & salamandram esse calida: quæ tamen omnes vno ore affirmant esse frigida. Nam illa sunt medicamenta stupefacientia: salamandram verò dicunt esse aded frigidam vt contactum ignis possit multo tempore sustinere. Redarguit ergo medicos, qui rationibus illis physicis vtuntur, dicens eos in alijs ad totā naturam respicere, in ijs verò ad hominem: cum tamen eodem modo agendum sit in omnibus, atq; vt Galen. censet omnia sint ad hominem examinanda. Nec sane ita ad hominem vt ad aliud quoduis animal possis examinare, non enim ab eisdem medicamentis omnia eodem modo afficiuntur, sed vt tertio de temperamentis dixerat,

A vt sunt cuius animanti sua alimenta, sunt etiam sua medicamenta, & euenit quod vni est vel venenum, alteri esse alimentum: velut cicuta quæ est sturnis alimentum & nobis venenum. Calida igitur est ad sturnos, nam omne quod nutrit esse calidum, quia subiectum calidum auget aut tuetur eodem lib. 3. dictum est. Vbi non minus dictum est, causam huius euentus esse, quod sint rebus quibusdam cum quibusdam alijs sympathiæ & repugantiæ. Vnicam igitur dicit superesse regulam, examinandi medicamenta nempe ad hominem explorare. Quod si recipiat (inquit) quis, neq; acetum neque rosaceum calidum dum dixerit, cum vtrumq; horum nos refrigeret leuiter. Videtur sane toto hoc capite concessisse, uiuentia omnia, oleum quoque & pinguedinem, & dulcia omnia calida per exuperantiam esse etiam si vt medicamenta, quædam eorum talia non sint. Cui assertioni repugnat quod de oleo proximo libro dictum est, vbi respondentes innumeris problematis indicauimus, omnia attestari mediocrius naturæ: & quod paulo post, hoc ipso opere Gal. indicabit, ex nullo sapore cognosci posse certam vllam temperiem, & naturā: & multo magis, quod primo de temperamentis Gal. asserit, hominem temperatū exacte, & omnino temperatum esse. Certe vt diximus Gal. hoc loco nō cōcedit ea calida esse, sed quasi de ea re nolit hic contendere, vtpote ad præsentem tractationem minime necessaria, permittit illis dicere vt lubet, & respondet, & si illi vera dicerent, posse quædam eorum esse frigida, vt de frigidis & calidis agitur à medicis. Certè primo de temperamentis huic eidem argumento quod de calida viuētium natura hic proponitur, aliter respondit. Videlicet, quod actiones omnes vitales caloris sint, non fieri vt uiuentia omnia calida sint per exuperantiam, sed solum vt ea omnia calorē habeant. Itaque dicit fieri vt omnia viuētia calida sint ad ipsamet de mortua, non tamē etiam vt omnino. Et merito quidem Gal. vbi de temperamentis ageretur respondit argumento exactius, nihil præterire sinens, quod non censeret esse verum, quia in illo opere Gal. agebat de calido, frigido, humido, & sicco, per exuperantiam & actu, vt & philosophi: hic verò aliter, de potentia scilicet tali & ad nos, quare hic nihil intererat rationi illi exacte respondere. Et quod de oleo dicitur tertio de temperamentis etiam respōdimus, indicantes exēplo lignorum calidorum nō omnia quæ vruntur facile, esse calida, neque quod facile vruntur, fieri vt sint calida actu, & per exuperantiā, sed potentia ad ignē, id verò frigidis etiam posse, alijs causis, accidere. De dulcium temperamentis postea agetur.

CAP. VI.

Porro quid nam hoc sit leuiter exponam. Vna enim cum eo tota medijs temperamenti medicamentorum omniū ratio cōspicietur, cuius in præcedente libro mentionē fecimus, vbi de oleo differebatur. Si quippiam est ex applicatis nobis, seu corporibus, seu medicamentis, quod actu sic calidū sit, vt ad nos, aut ex cōtactu similiter calidū euadat, id ex media est temperie: cum nobis nimirum collatum siquidem secundū se queat per exuperantiā dici calidū, sicut & nos quoq;. At si quid nondum adeo calidum est vt nos, neq;, admotum tale redditur, id temperie bumana frigidius est, quantuncumq; in eo caliditas exuperet. Etenim nobis admotū calorem, qui in nobis præerat, auferet detrahetq;: quippe si datis duabus aquis calidis, quarum altera plus, altera minus caleat, misceas magis calentem minus calenti, huius sane feruorem extrinxeis. Sic si in caliditatem rosacei, que tepida est vt ad temperiem humanam, caliditatem indideris humanam, prorsum ab hac quidem detrahes, & refrigerabis.

Ad huc procedit iuxta positiones philosophorum, indicans eas medicinæ nihil officere, quia aliter accipiunt hæc nomina quā nos. Atq; ita si quis ponat hominem per exuperantiā calidum, fiet vt medicamenta aliqua sint per exuperantiā res calidæ, tamē medicamenta frigida, quæcumq; scilicet intererunt inter naturam hominis & mediocritatem totius naturæ, ea enim quia plus quā mediocria, erunt calida per exuperantiā, sed quia minus calida quā homo, erunt frigida ad illū. Nam non tantum à cōtrarijs sed à similibus remissiorib⁹ euenit alterari, vt proximo capite dicit Gal. diffuse.

CAP. VII.

Non ergo stupenda magnopere res est, si quicquam eorum que propriè, & per se sunt calida, cum calidior altero commistum, frigidius efficiere ipsum queat. Ea est communis alterabilitum corporum omniū natura. vt in se & agant, & patientur ad mota: quodq; minus est calidum, à magis calida calidius euadit: quod vero magis calidum à minus calido cōtra afficitur. Nam id vel ex ipso tactu clarissime discas. Etenim eadem subinde illi tum calida, tum frigida esse videntur calidiori quidem facta, frigida: frigidiori vero, calida. Proposuit autem mihi dudum quisspiā, quamobrem in balneis frigidum meiamus, foris vero calidum haud intelligens, in balneis vrinā quidem ipsam perinde ac foris tepidam esse, verum nos non aque extrinseca corporis superficie, & dū lauamur, & ante affectos esse. Nā in balneo ipso calidior ea nobis est quā vrina, extra autē frigidior. Quare vrina nō abs re illi calida extra balneum apparet, in balneo autē frigida. Quod enim minus quā ipsa calidum sentiuur, velut refrigerās habet, quod autem magis calidum, tanquam excalefaciens. Liceat vero tibi, periculi facienda causa, postquā abunde lauando incalueris, pelui a-

A qua modicè tepida intro iussu tuo akata, in eā manum aut pedem immittere: apparebit enim aqua non tepida sed admodum frigida. At si protinus balneum ingressus, aquam peluis tetigeris, minus videbitur frigida, perpetuo enim quāto plus fueris præcalefactus, tātō apparebit frigidior. Nec mirum videri debet, si pure aliam aquarum plerūq;, que videlicet fontes profundos admodū habeāt, cōtracta hyme videantur tepida. At si à balneo manibus cōtingas calidis, multoq; magis si etiam in lauacro cōsistens, haud profecto apparebit tepida. Itaq; tactū calidi normāq; dignoscendi frigidū ponētes, ac eius dispositioni iudiciū ipsorū tribuētes merito sane crebro fallimur, vt qui quod aut ex se est frigidū, id frigidum esse dicamus: quod vero calidum ex se nō est, id esse calidum pronūtiemus. Hinc fit vt dum lauamur, frigida esse vrinam: contraq; frigore rigentes, aquā è puteis haustam calidā existimemus. At si affectionum in quibus eramus dum vtrāq; cōtingeremus, obliuiscamur, ac solius eius qui in nobis factus est sensus meminerimus, periculum est, ne forte aquam aliquando absolute dicamus calidā, vrinam verò frigidā: at qui neutra absolute aut calida aut frigida est, sed vt ad nos. Nec vt ad nos rursus absolute, verū hoc videlicet pacto affectos, Absolute autem vtrāq; qualis ad nos est, dici possit, ad mediam, eandemq; optimam nostri temperiem collata: vt si ad hominem absolute expendatur, omnino sane ad temperatum & eucratum expendi oporteat.

Non solum à contrario pati solere res, sed à simili etiam minori, docet Galen. indicatq; quibusdam exemplis. Quæ assertio, & ad curationē recte peragendā, & ad medicamentorū permissionē est apprīmē necessaria. Nimirū remissū remittere intentum & intēdere remissum vsq; ad gradū medium cuius rei causam refert Gal. in alteram assertionem de actione reciproca. Nimirum cōmunis est omniū alterabilitū natura, vt in se mutuo agāt & patiatur ad mota. Hoc est, ea est natura corū que à se mutuo sunt alterabilia, vt quicquid ab aliq; patitur nō nihil etiā in illud agat. Recte autē adiecit Gal. ad mota. Quia vt à me dictū est, i. lib. cont. cap. 1. reciproca actio nō inter quæcumq;, sed inter proxima solum agentia est. Porro hæc assertio de actione reciproca, refertur etiam rursus ad aliam, quam etiam lib. eodē cont. cap. 4. probaui, manere simul in quacumq; materia alterabilitū contrarias qualitates secundum quas alterari euenit, ita vt ex altera aut ex ambabus semper sit summa latitudo perfecta. Si enim ita est, necesse est vt quo aliqd habet minus caloris, eo habeat plus frigoris, & quo plus caloris, eo minus frigoris, & vt calore frigori, & frigore calori repugnāte mutuo patiatur, & æqualiter in sese mutuo alterata in mediū gradum incidant. Verum quia de his omnibus hypothesibus satis superq; actū mihi est dictis capitibus, & capite nono libri noni eius.

eiusdem operis, non est, quod in eis confirmādis immoremur. Sed exēpla quibus Gal. vritur perpendamus. Probat in primis quod calidius est refrigerari à minus calido, quia cum in balneo sumus sentimus vrinam frigidam, cum extra balneū, calidam: quia scilicet sumus nos in balneo calidiores quam vrina, extra vero frigidiores. Itaque probat nos refrigerari ab vrina quia sentimus vrinę frigus. Vnde constat iuxta Gal. sententiam nullas esse tangibilium qualitatum, sensibiles species præter ipsas qualitates, nec aliter pati tactū, calorem sentientem, quam calefendo. Alioqui enim posset eas species recipiens sentire frigus, neq; refrigerari, quare illa cōsecutio nihil valeret, sentimus vrinam frigidam, ergo refrigeramur ab vrina, quæ nisi valeret, nequaquam effectum esset, vt quod calidius est à minus calido refrigeraretur. Sed hoc quoque lib. 3. contr. cap. 29. disputatū est. Quod dicit aquas puteales videri frigidæ æstate, quod nostræ manus calidę sint, non ita est accipiendum quasi frigidæ reuera non sint magis quam hyeme, sed videatur solum, sunt enim reuera, vt & animalium ventres, sed quasi hæc quoque ratio accedat. Nimirum illæ frigidæ sint, quod calidæ exhalationes in spatiosum aerem effusæ cauernas terræ destituerint. Et ob nostrum calorem videntur eo tempore frigidiores. Hoc enim etiam facere plurimum, nouerūt quicumque iter meridiano tempore æstate agentes, fonti cuiusdam occurrerint, aut sub vmbra quampiam, aut in humilem quāpiam domum æstuantem se receperint, videntur ea omnia ita affecto valde frigida, & iucunda, quę alioqui vt calidissima detestaretur. Sed hoc quoque cap. 5. primi contr. dictum est, vsque adeo nihil continet hoc caput, quod alibi non sit enarratum abunde. Vt solum opus fuerit loca in memoriā tibi reuocare.

CAP. VIII.

Sane & hæc quoque peccata omnia à nominum definitione dependent, quā paulo minus omnes habent contempserunt. Etenim cum calidum & frigidum partim absolute dicatur, partim per exuperantiam, partim vt ad symmetrum sui generis comparatum, partim vt ad quiduis obuium collatum: iure optimo in homonymijs identidē fallimur, nescij quidem quoniam horum modorum quid calidū iudicemus, ad alterū tamē transeūtes. Verum sexcenties nunc dictū est, diciturque, quod in quarto & vltimo, eorum quę modo recensuimus significatorum de medicamentorum viribus cōsiderare oporteat. Nō enim an absolute vnumquodque ipsorum calidū sit, vt ignis (nam id omnino etiam foret impossibile) aut an per exuperantiam, vt sanguis, cōsiderare propositum est, neq; an vt ad symmetrum sui generis aut speciei dicatur calidum, vt leo in animantibus

A & quod florentis ætatis est (in quauis specie) ad aetate prouectum: sed an ad hominem sit calidū, frigidum, humidū, aut siccū medicamentū vnumquodque id verò inquirere statutum est. Neque rursus ad hunc tanquam id quod ad aliquid aliud comparatur, sed si facultate, hoc est si ad motum ipsi, eam partem quam tetigerit reddat aut calidiores, aut frigidiores, aut humidiores, aut sicciores. Itaque in experientia & iudicandi & dignoscendi consistet ratio.

B Licet medicorum plerique, exuperantia posthabita, an rubra sit rosa, an bene olens, considerant, negligentes vbi caput ipsi exæstuat, coronis ex rosa cōtextis, capitique, impositis, aut succo eius, aut oleo rosaceo sic vel ipsa experientia id quod res est discere. Nam si excalesciat, magis etiam calida fuerint: sin refrigerentur, frigida: quod perinde est atque refrigerandę humane naturę facultatem possidere. Nam id perpetuo memoria tenere oportet, quod tametsi sexcenties dicere non grauat us sim, tamē multi nec sic quidem id capiunt: atque ignoscendum sane illis est, vt quos Sophista prolixis suis nugis peruerterūt. Et profecto experientia quidē ratio tam facilis est, cum in rosis, tum in ceteris medicamentis omnibus. Nam rosis aut coronari liceat, aut eis contritis hominis æstuantis os ventriculi illinire, aut succū earū expressū ebibere, aut oleo aquaue mistis aliquā corporis partē conficere. (Sed quid hæc multis cōmemoro) cū nonnulli mistum opobalsamo rosarū succum sub canis ardoribus refrigerari causa corporibus inungant, experientia videlicet ipsa docti abunde refrigerare? At Herodotus medicus præ eximia videlicet sapientia, ne mistum quidem aceto rosaceum, quod propriè oxyrhodino vocant, refrigerare nos cōcesserit. Postea memor illo se vti in principijs morborum phreneticorū, nec ignorans quantā sibi contradicentiū turbā inde ciceret (quippe omnibus prope medicis confessū est, ad eum vel Theffali sequaces, homines imprudentissimi, negare non audeāt repellendū refrigerandumque in principijs esse, potius quā calefaciendū aut laxandum) non refrigerare ipsum inquit, sed adstringere. Atqui difficile sane illi neuū quam fuisse, si quando æstu nimio affligebatur, (nā & homo erat, opinor, eiusdem obnoxius passionibus quibus & nos) caput oxyrhodino persundere, sicque experientia medicamētū effectū cognoscere: imò facilius puto fuerat refrigeratū eo vti, caput persundendo, auribusque, instillando, ac naribus infundendo, totāque ad eum frontē perficādo, quemadmodū amaricino, vino, ceterisque eius generis vnguentis calidū vti affuenimus: cū non mediocriter quidē secundū eum calefaciat oxyrhodino, ex duobus calidissimis scilicet confectū medicamentis. Ceterū si Herodotus eo vti ausus non est, equū arbitror, vt qui nūc viuunt, eius in sese medicamētū periculū faciant, vbi aut algent, aut æstu laborāt: velut nos sæpe in nobismetipsis experti sumus: aliorumque complurium æstuantium caput persudimus. Præstat enim ipsos prius in sese quę proferunt expertos, ita d. n. q. ea nobis consulere, ac literis posteritati prodere.

Caput

CApur hoc nihil cōtinēt noui, satis enim erat refutatus Archidamus, & satis iam superque erant distinctæ nominū significaciones. Condonādū est hoc Gal. quid facias?

CAP. IX.

Verum enim uero tametsi contradicere nemini statueram: tamē nescio quo pacto huc illorum me impudentia adegerit, rursum itaq; redeo ad id quod ab inuitio proposueram, nempe experiētia iudicandas medicamentorum potentias: idq; tū in ijs qui inculcata sanitate fruuntur illis utendo, cum in ijs, qui quo ad fieri licet, q̄ maxime simplicib; tenentur egritudinib; aut calidis, aut frigidis, aut humidis, aut siccis. Itā enim si iudicaueris, oleū neq; calidum, neq; frigidum, ut ad hominē temperatū inuenies: rosaceū uero aliquatenus iam eo frigidius. Non autem uehemētē frigidum: uerum ut ego nominare consueui, in primo ordine seu limite refrigerantiū. Nam ut aqua, uerbi causa, alia ad uinguem tepērata est, alia aut calidior, aut frigidior, non adeo tamen ut possis extreme frigidam aut calidā dicere: ita in medicamentis quoq; oleum quidem ex media existit temperie: at rosarū succus ex frigidiore quidem, sed nō ita multo, uerum caloris est, ut diximus, tepidi. Eiusdē cum illo ordinis est, quod ad calorem tepidū attinet, lino spermon quod uocant, uerum essentia sua crassitudine non paruo discrimine ab illius natura recedit, cum rosarū succus exquisitē tenuis sit essentia: cui rei inditio est, q̄ celerrime arefcit, neq; quicquā obtineat viscositatis, tum ceterorū uinguentorū odores exoluat ac obsuret. Neq; enim alia re efficere id uidetur, quā q̄ odoratus meatus opplere præocupet. Nā cum trāsire ac penetrare illa cūctātur, ante ipse præoccupat, atq; illos implet. Est & chamæmelū tenuitate q̄dē rosa persimile, calore uero ad olei vires magis accedens, homini tū familiaris, tū tepēratas. Quapropter lassitudini, ut si qd aliud cū alijs cōfert, doloresq; sedat, mitigat uer: præterea tensa remittit & laxat: quæq; mediocriter dura sunt emollit, quæq; cōstipata rarefacit. Ad hæc febres quæ citra uiscerū alicuius inflammationem infestant, dissoluit: ac præsertim quæ ex humoribus biliosis, aut cutis densitate proueniūt. Quæ de re & ab Aegyptiorum sapientissimis Soli consecratum est februm q̄ omnium unīcū putatur remediū. Verū hæc quidem in re à ueritate aberrāt. Solas enim quas dixi febres sanare potest, easq; percoctas: licet sanè pulchre etiā reliquas omnes adiuuet, quæ melancholia sunt aut pituitosa, aut ex uiscerū inflammatione prognata. Nam & harum remediū chamæmelum est, uel strenuissimum, ubi cōiunctis adhibetur scilicet: quapropter & hypochondrijs, ut si qd aliud, gratum existit. Quin & tale quoq; esse lini semen uetus sermo prædicat. Nā & ipsum quoq; reuera quæ circa hypochondria sunt uisceribus gratū est, minus tamen chamæmelo: quippe cū & minus calidum sit, ut est dictum, & præterea essentia crassa. Verum rosa illis nequaquā his in reb; p̄p̄inqua est: tametsi q̄ ad caloris tepiditatem & essentia tenuitatem attinet, per q̄ sane & ipsa inflammationibus in

A hypochondrijs consistentib; uilis esse possit, nisi adstrictio (quæ unā quoq; illi inest) multifariam lederet, quæ maxime ijs obest, in quib; chamæmelū præcellit: nempe condensata corpora rarefaciens: indurata molliens, tensa relaxans. Nam ijs omnibus inimica adstrictio est. Attamen ad ascensus augmentaq; inflammationum, ac potissimū earum quæ in exteriorib; membris extant, chamæmelo rosaceū præfertur: quippe cum hæc tepida caliditate cum leui adstrictione indigeant. In principio enim quæ refrigerant, atq; adstringunt per incrementa uero tepida, & mediocriter constringētia: at in vigore statū uē inflammationum, quæcunq; tum moderate calefacere laxareq; (per declinationes quæ rum calefacere, tum ualenter discutere ualēt) magis competūt. Ac de istis omnib; fusius in libris de Medēdi methodo tractauimus. Nunc ad propositum cōuertor.

Cum dicit Galen. rosarum succum esse caloris tepidi intellige esse frigoris exigui: rursum cum dicit lini semē eiusdem esse ordinis cum illo, quod ad calorem tepidum attinet, non intelligas eodem gradu esse calida, aut frigida. Nam succo rosarū est frigidius primo ordini: lini semen esse calidum primo ipsemet dicit lib. 7. huius operis, sed dicit esse eiusdem ordinis, quia ambo sunt moderati caloris, hoc est mediocria in hac oppositione: & ab exacta mediocritate parum declinantia. Nimirum statutum est modo Gal. recensere naturam eorum quæ sunt moderata, & ob id dicit in hoc ordine esse omnia quæ caloris & frigoris tenēt medium, aut ab eo parum declinant. Huiusmodi sunt rosaceum, lini semen, chamæmelum & chamæmelinum, quin & anethinū, quamquam hoc tātillum iam est calidius. Eodem modo accipiendum quod dicit chamæmelū ad olei vires accedere, quod scilicet ab eo p̄quam exiguum recedat uersus calorem. Dicit itaq; hæc tria rosarum succum, lini semen, & chamæmelum, eiusdem esse ordinis, quia hæc omnia sunt leuiter alterantia, quamquā semen lini & chamæmelum calida: rosæ autem succus est frigidus. Omnia autem hæc primo ordine. Porro dicit lini semē esse crassarum partium, succum rosæ & chamæmelum tenuium. Rosæ tamen succum adstringētē, chamæmelum laxās. Quapropter ad ea omnia, dicit esse uile, quæ præstat inunctionio olei calidi: soluere enim lassitudines, mitigare dolores, tēsa laxare, dura mollire. Unde fit merito ut eadem desideretur corporis præparatio quæ ad usum calentis olei. Diximus autem antea, neque plenis, neque cruditatibus referis, uilem esse inunctionem ex oleo, antequam soluta plerhora, & cruda cepta coqui sint. Igitur & chamæmelo utēdi occasio sit hæc eadem, & profuerit quidem in febribus omnibus, uerū uacuata iam bona ex parte multitudine, & coqui ceptis hu-

moribus, & inflammationibus si quæ sunt, inclinantibus. Cum dicit chamæmelum & lini semen esse si quid aliud hypochondrijs conuenientissima, non ita est accipiendum, quæ eis solis ut liceat, cum nihil sit à Gal. magis celebratum tota medendi methodo & in arte medicinali, quam medicamentis quæ ad hypochondria parantur admisceri debere aliquid adstringens: sed quod ea conuenientissima sint ad coquendum & emolliendum reliquis, quas pars ea præstat, indicationibus non speretis. Rosam etiam dicit esse utilem inflammationibus, consistentibus circa hypochondria, verum non eadem occasione qua chamæmelum. Nam hoc laxat & calefacit illa adstringit & refrigerat. Quapropter ad principia incrementa quoque inflammationum, præcipue verò earum quæ in exterioribus membris extant, præstantius esse dicit rosaceum chamæmelino. Quia phlegmones illis temporibus frigore & percussione indigent: adstrictio autem minus est incommoda in externis, quia minus indiget penetratione cui ea possit ob stare: quam ob causam, rosaceum aut rosa ipsa contusa, aut succus rosarum inflammationibus externis recte adhibentur: internis verò non nisi cum aceto quod vocat oxyrhodinum. Hinc accepta occasione dicit qualia medicamenta petat inflammatio, secundum enim differentiam quæ ex temporibus vniuersalibus accipitur. Qua de re videtur non eodem modo ubique sensisse, nam hic dicit ad mouenda in principio quæ refrigerant & adstringunt per incrementa tepida, & mediocriter adstringentia: in vigore mediocriter calefacientia. In inclinatione quæ calefaciunt & discutunt vehementer. Itaque resolutio solum: tamen in i. cap. sexti de compositione secundum locos ita inquit: quemadmodum in principio comoda sunt pharmaca repellentia, sic post principium usque ad finem opus est pharmaco ex utrisque mixto, repellente videlicet & discutiente, ac primo quidem tempore (primo scilicet post principium, hoc est incremento) adstringens præcellere oportet: ad finem vero (hoc est in inclinatione) discutiens: interposito vero tempore (hoc est in vigore) æquales utrorumque partes esse conueniet. Itaque hic solis resolutiuis uti vult in inclinatione, illic admisceri etiam aliquid repellens, fortasse non id dixit vniuersim, sed propter oculos in quibus etiam in inclinatione est quæ in multis alijs partibus nouæ fluxionis maior timor. Qui timor si tolleretur è medio etiam in vigore esset vtendum solis resolutiuis, quia iam cessauit penitus fluxio. Sed ad medendi methodum iam pertinent hæc.

CAP. X.

Etenim quæ media sunt temperatura & quæ vtramuis in partem leuiter declinant medicamenta, interim calefacere videbuntur, rursusque re-

A frigerare: interim vero neque excalefacere, neque refrigerare sed sicuti corpora acceperunt, ita ea seruari. Nec id illis ab re accidit. Siquidem aqua tepida & vrina in balneis quidem frigida, argentibus vero calida apparent. Cum ergo ex eo quod affecta corpora varijs subinde modis disponantur: ipsum quod afficit, varie quoque agere contingat: liquet ex hoc, non rosam, non oleum, non chamæmelum, non lini semen, sed neque anethum, neque farinam, aut sceni graeci, aut triticæ, neque alia sexcetera, quæ partim ad amustum mediâ temperiem sortiuntur, partim paulum ab ea recedunt, eandem ubique editura esse actionem: quâdo nec sani eandem omnes temperaturam obtinemus nec eisdem moribus affligimur egroti. Iam rosaceum mediâ inter oleum & rosarum succum temperiæ possidens (illo enim minus est calidum hoc aut magis) refrigerat quidem exustus idque caliditatis suæ repere: argentes verò paulum etiam calefacit, quod videlicet is quoque effectus caloris sit tepidi: quem admodum balnea rigentes quidem excalefaciunt, & stuant es vero frigefaciunt. Quocirca si aut refrigerantibus medicamentis, aut excalefacientibus rosaceum indideris, sicut non magnopere obfueris, ita nec admodum profueris. Nam caliditas tepida nec est sufficiens quæ refrigerata sunt ledere, nec eadem curare potest. Etenim quicquid curari debet, ab immoderatione seu ametria ad commoderationem seu symmetriam reducitur, non id quod bene temperatum sit requirit, verum id quod contrariam habeat in temperaturam. Siquidem si aquam frigidam temperatam efficere studes, temperatam ei misceri non oportet (sic enim tepidum euadet, quod ex utrisque compositum erit) sed feruens petenda est, eaque frigida miscenda. Hactenus quoque moderata calidior esse debet ea qua frigidam temperare voles, quatenus videlicet & frigida ipsa symmetriam frigiditate exuperat. Nam sicut quæ leuiter tantum symmetria frigidior est, ab ea quæ multo est calidior, mediâ non recipient temperiæ: sic nec quæ longe frigidior ab ea qua paulo calidior. Verum si quod curationem postulat, multo est frigidius, nec esse est, quod ipsum curabit, multo quoque calidius existat: sin paulo frigidius, paulo etiam quod curabit, calidius erit.

AB eodem medicamento variè affici corpora, ut ipsa scilicet variè affecta sunt, atque adeo quæ mediæ sunt temperaturæ, aut ei proxima, calida refrigerare & frigida calefacere dictum antea satis superque est. Illud occurrit nunc consideratione dignum quo pacto non repugnet sibi ipsi Gal. dicens, exustos refrigerare, argentes paulum etiam calefacere, cum cap. vi. lib. 2. dixerit exustos quidem eius vsu refrigerari, & protinus vtilitatem aliquam percipere: qui verò refrigerati sunt omnes lædi? Si enim refrigerati paululum calefiunt, iuuantur etsi non persanentur: si autem iuuantur non læduntur. Si igitur læduntur, non calefiunt, sed refrigerantur. Mihi videtur rosaceum non eodem modo affecturum exustos omnes, neque argentes

gentes omnes, etiam si æqualiter ardeat, aut rigeant, sed interesse etiã multum qualis sit cuiusq; hominis natura. Si enim homo non tantum præter naturam nunc algeat, sed natura etiam sit frigidior quam ipsum rosaceũ, quia ad eum hominem rosaceum non frigidum, sed calidum fuerit, neq; refrigerabit, neq; lædet, sed calefaciet & iuuabit nõnihil, etiam si ob debilitatem non persanet. Si vero homo qui alget natura calidus sit, aut etiam temperatus (nam ita quoq; erit calidior quã ipsum rosaceum) calefiet etiam nonnihil ad motu rosaceo, quia remissum remittit intẽsum, tamen læderur nihilominus. Quia illud cum sit frigidius quam pro natura hominis, pugnabit aduersus hominis naturam. Lædet igitur, vt quæ contra naturã pugnant medicamenta: atq; tamen qua remissiora morbo pugnent contra morbum, qua vltra naturam hominis inclinãt in ipsam morbida intemperiem, pugnabunt etiam cõtra naturam. Minuent ergo morbum & lædent. Sed quo pacto? Certe facientia morbum intentione minorem, sed deteriorent. Vt si faciant minorem, sed pertinacius hærentem, & ad habitus naturam magis inclinantem. Id verò non fiet vnica ad motione, sed longiori vsu. Itaq; Gal. non libi repugnat dicens rosaceũ lædere algentes, & calefacere, vtrũq; fieri potest, vt indicauimus, atq; fit reuera cũ homo ita affectus tẽperatus est (ita enim par est intelligere) & aliquamdiu quis vti eo perseueret.

CAP. XI.

VT autem vno verbo exprimam, tanto abesse à medio quod medebitur, quanto ipsum cui medela adhibetur, oportet: nimirum cum in contrariũ vtriusq; vergat excessus. Nam quod eandem in parte cũ corpore curando, idq; æquo tẽperamẽto recessit, id quidem idoneũ non est qd alterationem vllam inuehat: quare affectum neque lædet, neq; iuuabit. (Quod aut minus aut plus recessit alterabit quidẽ omnino affectum. Sed qd longe plus distat, protinus etiam nocebit.) At qd minus est, iuuabit quidem, nõ tamen psanabit. Ergo si affectio quidem frigida sit, at calor medicamẽti tepidus, necesse est omnino affectum iuuet quidẽ, verum haudquaquã ad naturalem symmetriam reducere poterit: quare nec persanabit. Rursum si affectio quidẽ sit parua, nempe vt à symmetra natura caliditate ad tepiditatẽ quãdam declinet, sitq; medicamẽ frigidum, omnino refrigerari affectum, ladiq; à frigore necesse erit. Eodẽ quoq; modo si calidior sit moderata tẽperatura affectus, à similibus ipsius medicamentis in eodẽ statu seruabitur: lædetur autẽ à calidioribus. Porro iuuabitur quidem ab ijs quæ se sunt minus calida, nõ tamẽ penitus persanabitur. Sane & hic quoq; rursum homonymia in totam extensa vitã, crebroq; nos salens occurrit. Etenim quod mediocriter est calidũ, id interdum calidum appellamus, sicut balneum qd

A est eiusmodi, ac poculum tum id quod ab hoc multum etiã desit. Ad hæc quoq; & quicquid calidius est. At si exquisita nominum vtremur appellatione, & symmetrum est, nõ calidum, sed eucratum, hoc est temperatum nũcuparemus. Quod autem ab huius excederet modo, si ad calidius quidem immo-deratione sua accederet, tum plus, tum minus calidum: si ad frigidius, plus minusq; frigidum. Sic opinor in medicamẽtis si exquisitè loqueremur, quiddã vocaremus eucratum & mediũ, velut oleum. Si qd autem eo esset calidius, calidum, vt sœnum grecum: si frigidius, frigidum, vt rosam. Ceterũ huiusmodi nominum abusus causa extitit, quod non omnia corpora ab id genus medicamentis refrigerentur, quale est videlicet rosaceũ. Nam cũ alia per æq; illi frigida sint, alia etiam frigidiora: illa quidem prorsum ne alterat quidem, hæc verò etiam calefacit? Saneq; absurdum videri possit, si cum qd excalefacere fateamur, tamẽ frigidum vocitemus: ac si quis aquam putealem: quæ hyeme manibus refrigeratis tepida videtur frigida appellaret. His ergo occasionibus perturbatus confususq; nominum vsus, rerum quoq; vna cõfundit notitiam. Similiter vero de sicco & humido, confusis eorũ nominibus, rerum quoque notitia confusa est. Ac tamen si exite videatur nominum significata probe distinguere, attamen maximum habere momentũ & facultatem ad rerum cognitionem deprehenditur. Sed de humido & sicco paulo post dicitur, vbi videlicet omnem de calido & frigido sermonem perfecimus. Nam non multum etiam reliquum esse videtur, vbi videlicet iam semel apparuit, nihil miri esse, ab eodem medicamento corpora diuersa alia quidem excalefieri, alia vero refrigerari, alia autẽ neutrum omnino perferi. Etenim in eo qd ad aliqd, facillimũ est ad particularia accedentem dicere, quod eiusmodi corpori ad motum rosaceum, in qua ipsum temperie nãctum est, in ea seruare potest: alteri verò illiusmodi applicatum excalefacere, alij autẽ refrigerare. At in vniuersum de facultate eius, pnuntiare, id verò difficile est, absq; vt nomina distinguas, atq; de ijs conuenias. Fuerit autẽ, tũ distinctio tum conuẽtio talis. Quãdo quidẽ corpora humana, tum ijs quas ab ortu nãctã sunt tẽperaturis, tum ijs quas ex arate postea acquirũt, tũ ijs quæ ex vitæ cõsuetudine postea adueniunt, plurimum inter se differunt, ab eisdem eã medicamentis varie alterentur necesse est. Quippe si iuuenem natura calidum, ex vitæ instituto artificium exercentem, vetula muliercula eidemq; natura frigida compares, non minus illum excellere comperies, quam si valide calefacientium medicamentorum quippiam cum refrigerantibus cõponas.

Quantum agitur in ea indicatione quæ ab ipsis morbis accipitur, nisi quæ alia intercurrat indicatio, quæ id fieri prohibeat, fieri debere curationem vsu contrariorum æqualium, longa disputatione probatũ mihi est lib. 8. contr. cap. 4. vbi omnia quæ ad hoc pertinent explicata mihi sunt. Illud solum lubet modo monere, illud mediũ à quo

æqualiter debet distare morbus & medicamentum, non esse mediocritatem temperamenti exactam, & quæ simpliciter dicitur, sed eam in qua eius hominis qui curatur consistit sanitas. Quia nolumus eum quem curamus ad temperiem optimam transferre, sed ad sanitatem propriam. Quare recte monet rationem habere qualis sit cuiusque temperatura, tum ea quæ à primo ortu inest, tum ea quæ ex ætate aut viuendi modo accessit: quia ob hæc variè ab eisdem medicamentis alterentur homines necesse est. Porro illo loco monuimus quod Gal. dicit curationem agi debere contrarijs æqualibus, non ita debere intelligi, quasi minoribus, aut maioribus fieri non possit, sed quia non expedit, quia minoribus non potest curari nisi tardius, maioribus non sine labore facultatis, aut translationis in contrarium morbum, periculo, debet autem vtrumque in curationibus artificiosis deuitari. Itaque cum Gal. dicit minora non posse persanare, intelliges, nisi tardius quam expedit: cum dicit maiora lædere duobus modis intelliges, mox atque apponere incipis per symptomata quæ inferunt, aut post multas appositiones per translationem in contrarium morbum. Sed hæc & alia omnia quæ ad hæc doctrinam spectant, loco citato pertractata sunt, licet cuius ea huc transferre. Mihi enim inutile semper visum est, quæ semel videntur esse recte demonstrata, repetendo fortasse reddere obscuriora.

CAP. XII.

Medium ergo horum mihi quempiam intelligas, qui & natura protinus ab initio sit eucratum, hoc est temperatum, & moribus ac consuetudine conuenienti hæc tueatur eucrasiam: deinde tres hosce tanquam temperata scopos animo comendes, ac circumspectas, quod in genere calidum est, aut frigidum, aut siccum, aut humidum medicamentum, cuius ex ipsis temperie respectu tale appellare sit optimum. Nonne ad temperatissimam, quæ vnica est, pariterque reliquarum media? An ad immoderatas & imtemperatas, atque indefinitas, ac propemodum numero infinitas? Sane mihi ne conferenda quidem distinctio videtur, neque vlla prope consideratione indigere, sed homini vel paulum etiam ingenij habenti perspicua esse corpus omnibus numeris absolutum & decorum, simplexque & vnum, velut regulam quamdam & scopum propositum, ad quod ipsum omnia alia dirigenda esse. Esto ergo nobis corpus hoc medicamentorum facultatis regula, quodque similem illius temperie caliditatem accendit, vocetur temperatum, etiamsi vel maxime excalefacere senem refrigeratum videatur. Quod vero calefacit aut refrigerat corpus eiusmodi, illud quoddem calidum, hoc vero vocetur frigidum. Esto autem quo hæc dilucidius tradatur, ipsorum excessum ordo ad frigidum quidem primus, cuius dicas rosaceum: secundus, cuius sit ipsa rosa post hæc tertius & quartus, quoad sermone ad frigidissima pertigerimus,

A nempe cicutam, succum papaueris, mandragoram, hyoscyamum. Rursum ad calidum, anethum, quidam, & fenum græcum, prima. Secunda vero deinceps, quacumque videatur secunda, tertiag, & quarta donec ad exurentia peruentum sit. Ad eundem modum in medicamentis humectantibus ac siccantibus rursus à symmetro exorsi, ordines deinceps ad summa usque constituamus. Nam huius notitia ad medendi methodum non paruum est usus, si verum dicere oportet, imò nisi quis hoc pacto desinat, officiet magis legentibus quam proderit. Siquidem medici multi, qui nunc quidem simplic. medicament. vires exponunt, propter alia multa quæ delinquant, hoc maxime noxiū est cernere, nempe quod in calidis, verbi gratia, anethum, & fenum græcum, & calcem, indifferenter numerent: in frigidis rosaceum, mandragoram, & cicutam, tamquam scilicet propinquum sit aut calicifenum græcum, aut cicutæ rosaceum, ac non multis medicamentorum ordinibus disiuncta. Verum nos pro viribus rem tam immensam, tamque operosam in ordinem redigere tentemus, exponamusque quæ viribus propinqua sunt, quæque valde distant. Atque id quidem efficiamus, non probabiles sermones, sed certam ac definitam experientiam pro iudice sumentes: velut & id quoque superius saepenumero ad monuimus. Enimvero eiusmodi iudicium vt tutissimum quidem erit, ita prolixum quoque, ac plenum laboris, dum propositi finem per hanc consequamur. Eos tamen qui hoc relegere volent, hoc vnicum ac solum efformare, atque artificiosos reddere poterit, ac velut oculum quo veritate agnoscat, præbere. Ergo quæ adhuc reliqua sunt ad totam velut elementarem constitutionem postquam ea hoc libro consecerimus, in quarto de saporum viribus differemus: quandoquidem & hoc quoque visum amicis est: in quinto autem de omnibus in genere simplicium medicaminum secundis quidem ac compositis facultatibus atque ita ad particularia in ijs, qui deinceps sequentur libris, transibimus.

AD mediocri temperaturæ hominem dici debere medicamenta talia aut talia, & corpus eucratum esse velut regulam quamdam & scopum, & ad id reliqua omnia dirigenda docet. Atque conandum esse invenire non solum quale sit medicamentum quodcumque, vt priores medici & philosophi fecerant, qui scripserant de facultate medicamentorum, sed quo quodque illorum gradu sit. Nam cum curationem agendam esse non solum contrarijs, sed ijs æqualibus, neque maioribus, neque minoribus monstratum sit, non satis sit scire quæ calida sint aut frigida, nisi etiam sciat medicus quam sint calida aut frigida. Illud vnum lubet nunc monere, non esse requirēdos homines exacte & quod ad pondus dicunt, temperatos, vt medicamentorum examen fiat (quotus enim quisque erit eiusmodi?) sed eos qui aperte imtemperati non sint, censeri medicis temperatos.

CAP. XIII.

Reliquum autem est id cuius subinde iam ante necessario mentionem quidem fecimus, verum absolute nondum exposuimus. Est autem istud, nempe omnia prope modum medicamenta licet sensu simplicia appareant, natura tamen esse composita: quia & subinde quoque diuersissimas in se continere facultates, nempe excernendi & sistendi, in crassandi & extenuandi, rarefaciendi & condensandi, illinendi atque abstergendi, tendendi & laxandi, ceterasque oppositiones vniuersas, vt in sequenti hunc libro ostendimus. At mirum hoc videri minime debet in id genus facult. cum vni & eidem vim calefaciendi & refrigerandi inesse appareat, aut exiccandi & humectandi, aut tenui partiu & crassarum. Quippe nisi prima efficacissimaeque virtutes hoc pacto complicarentur, haud sane quae ex illis consequuntur, similiter complicata foret. Quin si nos ipsi rhu siccum, verbi gratia, melli commiscuimus, quae ex ambobus mistis confectum est, non modo adstringendi, sed etiam abstergendi potestatem facultatem concedemus: nec cohibendi solum ventris sed & euacuandi. At in lacte duas contineri facultates nempe excernendi, ac ventrem sistendi, haud itidem concedimus: tamen si id per facile in serum ac caseum congregetur, confessumque sit omnibus illud quod vetere subducere, hanc eundem cohibere. Quod vero & brassica duas easque contrarias in sese facultates obtimeat, neque id quod etiam facile concedimus. Nam si succum eius expressit aut soluit, aut cum melle hausimus, expurgare ipsum cernimus, attamen quoniam reliquum est, edere nequeamus, adstrictorium esse dissidimus, sed si totam ipsam concoquas, primamque eius aquam in qua succum deposuit effundas: iterumque eam alteri aquae purae iniicias, rursusque concocta eximas, succum quidem purgare offedes, brassicam vero ipsam ventrem adstringere: multo que magis si non bis duntaxat, sed ter aut quater aquam effuderis. Nam quanto exquisitius in aqua succum suum deposuerit: tanto & illi quidem maiorem purgandi vim adiciet, & reliqua sui substantia, quae velut oleris ipsius caro est, restringentem efficiet. Eadem est ratio in beta, atque adeo in omnibus ferme alijs quibus sapor aut acris, aut nitrosus, aut salsus inest.

Incipit nunc multis exemplis & argumentis indicare quod antea etiam dictum erat, omnia fere medicamenta licet sensu videantur simplicia, natura tamen esse composita, atque adeo multa habere facultates diuersissimas & contrarias. Vbi nota Gal. hic non loqui de prima compositione quam medicamenta habent ex elementis, ea enim neque est ex actu existentibus, neque facit aeternogenum. Si actu enim detur medicamentum quod eam solum habeat compositionem quam ex elementis accepit, id sit sensu & natura simplicissimum medicamentum. Loquitur igitur de compositione quae etiam non sensu, natura tamen facit aeternogenum, quae scilicet est ex diuersis partibus actu existentibus. Atque dicit, cum videamus multa continere partes contrarias secundum posteriores virtutes, vt excern-

Anentes, & sistentes, & adstringentes, & laxantes, non esse mirandum, si etiam sint aliqua quae habeant partes contrarias secundum primas & efficacissimas qualitates, vt calidas & frigiditas, humiditas & siccitas. Quippe (ait) nisi prima hoc pacto complicari possent, neque quae post has, similiter complicarentur. Haec consequutio valet, non quod semper haec posteriores virtutes nascantur ex primis qualitatibus, cum vt dictum a me iam antea est, aliquando referantur ad ipsum substantiae modum: sed quia nascuntur semper a primis illis, aut a substantiae modo, ambo autem haec nascuntur in medicamentis ex elementis, quorum etiam prima sunt prima illae & efficacissimae virtutes, atque ita qua ratione elementa possunt parere complicationem partium contrariarum secundum facultates posteriores possint etiam secundum priores, atque si secundum has non possent, nec possent secundum illas. Accusat deinde hominum ruditatem, simul probans quod dictum est, dicens, si nos ipsi miscemus contraria medicamenta, vt si rhu siccum cum melle, cognoscere & fieri medicamentum quod constet contrarijs partibus, tamen in ijs quae natura talia sunt, haud ita concedere, quamquam saepe facillimum cognitu sit, atque adeo facile illae contrariae partes separantur. Velut lac partes habere quibus soluat alium, & quibus adstringat, non facile concedunt nisi periti, constat tamen separato sero a caseo, Hic enim adstringit, illud soluit. Brassica etiam & beta sunt huiusmodi, videtur scilicet simplicia, tamen habere partes contrarias constat, quia earum cremor soluit, ipse vero herbae si bis aut ter coctae fumantur, adstringunt. Quia deponunt quiddam acre quod habent in cremorem, reliquum vero est crassum, terreum, & adstringens.

CAP. XIV.

Qvippe & lenticula ipsa, tamen si satis magna adstringendi potentiam gustu refert, tamen eiusmodi quid sortita est. Nam & huius decoctum, ventris soluendi vim obtinet, verum hic succus etiam, si degustes, perspicuam misturam repraesentat, tanquam si nitroso austerum quid commisceas.

Hipp. 4. de ratione victus in acutis ita dicit, Hic lenis adstringit atque turbationem facit, si non detracto cortice ingeratur. Turbationis causas Gal. refert in partes contrarias quibus constat. Sed quomodo eis constat, non est omnibus eadem sententia, quibusdam videtur adstrictionem esse in crasis partibus, atque in corticibus, etiam magis quam in medulla, solutionem in succo nitroso: alijs, extergendi vim esse in corticibus, adstringendi in medulla, ego meam de hac sententiam in commutatione illius loci aperui: utrumque tamen hoc habeat, constat verissimum esse quod hoc loco docetur, constare eam partibus contrarijs atque cremorem eius soluere ventrem quia in cremore partes nitrosae facile deponuntur, siue corticis sint solius, siue totius lentis.

Sed & conchularum maris, ceterorumq; fere ostreorum succus plane tum salus est, tum ventrem soluendi vim obtinet: quamuis eorū caro ventrem reprimat. Verū q̄ dico deprehendes, si ea quoq; quomodo brassicā cēsumus, preparare nō graueris.

O Stracoderma etiam omnia dicit esse huiusmodi. hoc est habere quiddā salum, q; in decoctū deponunt, quodq; aluū soluit, etiam si eorum caro aluū sistat. Hanc ob causam, & quia lib. de cibis boni & mali succi dicitur omnium eorum succum aluum solvere nō secus ac ferū lactis, solidiores verò partes serius ob crassitiem cōcoqui, crudum q; & crassum & frigidū humorē gignere, multi medici negāt deberi testitudines dari tabescentib. quanquā alij cōplurimi earum vsum maximè probēt, ne quis areseat. Ego non semel eis vsum sum cum magna, quantū intelligo, vtilitate, certe cum felicissimo successu. Quo autē modo eis vtar, & quā habeam de eis sententiā audi. Earū carnes eis qui ob totius corporis habitus calorem igneū & dissipationē alimenti maximam, velut per bulimiam tabescūt, vtilis sunt, alijs verò hecicis minime, quia sunt cōcoctu difficiles. Ad hos quoq; vtor iusculo ex testudinib. ita parato. lubeo ex iugulatis sanguinē educi, atq; ea mox detractō corio in frusta secari ac lauari pluries, & elixari, & primū eorū cremorem effundi, postea iterum elixari, & cū hoc secundo cremore sanguinem dissolui & cōcoqui, ac si placet gallinæ quoq; aut caponis partem in cocturam adhibeo, ac nonnunquam porcinae maxime salis expertis, & ita paratum ius præbeo, quod humectans est & refrigerans, neq; expurgans, neque concoctu difficile. Ipsas verò carnes abijcio.

Nam & gallorum veterum ius ventrem ducit: tametsi caro eundem sistere potest.

Ivre galli veteris, agitati præcipue, vtuntur medici ad expurgandū, quoniā vero leue id medicamentum est, nō nisi ad eas passiones vtuntur quib. censent nō lōgē à vijs esse malos succos, vt ad voluulosos, aut colicos affectus. Machinatur etiam quiddam aliud, replentes galli ventres herbis, aut medicamentis alijs expurgādi vim habentibus, quaratione possint reddere ius expurgans quantum libuerit. Possis enim mercuriali infarcire, quo exiguum plane vis addideris, potes addere hermodactilos, vt addas aliquanto plus & cnicum, sed & scammonij aliquid potes his adijcere, aut quiduis aliud. Id solum curandum est, ne iusculū fiat prorsus insuaue. Nam si tale fiat, certe minori dispendio possis vti, alijs quā plurimis medicamentis.

Ineris autem squama, sicut duplex qualitas, ita gemina quoq; facultas inest. nam & astringit &

A mordicat: quare adstrictione quiddē siccatas vlceratarum carnū cicatrice obducit, mordicatione verò præhumidas colliquat. Quod si intro in corpus sumatur, purgat quidem ventrem, verum nō cohibet. Vincitur enim ea adstringēdi facultas ab acri purgatoriāq; tanquā si rhu succū scammonæ commisceas. Nam quod ex ambobus mistum erit soluet ventrē, haud sistet, licet gustu austeritas exuperet.

B In squama quoq; eris, & ipso cre, præcipue vsto, & in eius æruginē, & in squama ferri, & stomomate, & in eius squama, & huiusmodi metallicis, nam & in stibio, est duplex facultas diuersarum partiū misturā indicās, adstringens & rodens, mordēs ac colliquās, quia hæc omnia vlceratas partes nisi sint valde præparata, aut aliorum permissione temperata excauant, & liquando humectāt, interius accepta succos crassos extergēdo vacuant, & cōtumaces, ac difficiles obstructiones aperiant. Quam ob causam stomomate, aut camlybe præparato, hypochondriorum obstructiones demolimur, & ad hypochondriacos vocatos vtimur stibio, & ad hydroxicos squama, aut æruginē æris. Et aqua in qua ferrum ignitum, aut calybs extinctus sit, non ob adstrictionem solum mihi probatur ad dysentericas passiones, sed q; huic habeat adiunctam extersionem. Nam quod tale est adstringit partes, extergēs simul excremeta, inditio est quod & ad lienosos vtilis ea potio est, quanquam ad tales scoria ferri, aut eo quod ex ignito ferro excutitur vtor potius, q̄ ipso ferro, aut puro stomomate. Hæc omnia cum dictas duas habeant facultates, quædam quibusdam hac aut illa præstant, vt æs & quæ ex eo fiunt, præstant ferro & stomomati vi radendi, vincuntur vi adstringēdi. Omnia tñ vstione, mordacitatis, lotionē verò adstrictionis accessionem comparant. Cæterum vt interius accipiantur longē maiori præparatione indigent quæ mordacitatem cohibeat, ne plus satis rodant, nā vel ea quæ exterius admota siccare, & adstringere possunt, deuorata soluunt aluum, quia intra corpus ingestis medicamentis, etiam exigua facultas expurgādi si in sit, emergit, & præualet adstringēti, cuius causam iam apponam.

Sic autem non pauca purgantium medicamentorum cum carne mali cydonij exhibitā, gustu quidem fallunt, at effectu solo quid valeant demonstrant. Datur verò quadā cum palmule carne, alia aut cū myrtis, alia cū mastichæchia, aut alio quopiam eorū que tum grata sunt stomacho. tñ adstringunt, quo scilicet gustū fallūt. simulq; stomachū minus euertāt. Verum tametsi ea que gustu percipiuntur qualitate, expurgantia ab adstringentib. vincantur, alia tamē facultate ipsa vincunt: per sepe enim lingua à materia victa est copia: ceterū actio pro facultatis virib. ac robore perficitur. Itaq; cum substantia exigua

exigua quidē, sed validis prædita virib. mista alteri substantiæ plurimæ, eidemq. imbecille, in corpus intro peruenit gustum quidem fallit, atramen effectū quam illa efficaciorē exhibet. Sane p. multos huius rei admiratio detinet, remq. rationis expertem absurdamq. existimant, si corpus quodpiam adstringens purgare queat, velut aloë & eris squama, atq. as vstum. Nam cōtrarium potius oportebat, aiunt, nempe ventre reprimere, haudquaquam ciere. Ceterū quod malum, verbi causa, cui indita est scammonæa adstringens purgat nemo miratur: tametsi hinc orsis facilius erat opinor, & in aloë mistam inesse facult. colligere. Ac si p. ex ea purgat, ab eo quod nō purgat segregari posset, non etiā admiratione afficeret: quamquam id sane quodammodo præstare queat. Nam si aloë accurate lauatur: aut debilitur, aut plane nihil vitrem subducit. Idem vsu venit eris squama, erig. vsto: quippe qua nos diligenter elota obscurā modo purgandi vim retinuisse sumus experti.

Exemplo multorum quæ arte parantur indicari potest q. diximus, puta paucissimarum expurgantium cum multis partib. adstringentibus mistione fieri medicamenta expurgantia. Nimirum sæpe ægrotos fallimus ne abhorreāt & auerſentur phar maca, cum gratis & esui aptis rebus aliquid purgandi vim habens admiscētes, velut affantes cytoneum, aut malum aliud quod iucundū sit, exigua scāmōnij parte indita, aut radice helebori nigri quam cocto assovē malo reuicimus, aut etiā rhodofaccarū parātes cū infusione succi rosarū qui acceperit aliquid scāmōnij, aut etiā bolos tabellæ ex saccharo & eo succo. Nimirū in multis huiusmodi, & in ea quæ gustu percipitur qualitate expurgantia vincuntur ab adstringentibus, ceterū actiō ab expurgantibus perficitur. Quia scilicet hæc sunt efficaciora, & illa plura. Dices eadē causa deberent & linguam magis afficere, quia efficaciora. Sed nō ita est, quia qualitas illa expurgans, multitudine adstringentium obruitur, & ita later sensum. Adde rursū eadem ratione debere priuari actiōne quia obruitur. Quid enim aliud est impediri quominus afficiat linguā quā priuari actiōne? Eadem igitur ratione debet & interius priuari. Huc ergo redit tota hæc quæstio. Cur hæc exterius adstringant, & interius soluāt præcipuē. Huius causa est in ea partium separatione quam ventriculus facit. Cū enim partes expurgantes non separantur ab adstringentibus obruuntur, vt à pluribus, separatae verò operantur vt præstantiores.

Quoniam ipse quoque, qualitatis medicaminosus sapor primo statim gustu facult. mistionem demonstrat. Nā si vnica sc̄p. qualitas vniciq. gustu adstringentium medicaminū inesse, haud sane inter ipsa alia esui apta alia medicaminosa forent, sed tantū in plus, ac minus adstringendo differēt. At non ita se res habet. Nā hæc quidē adstrictio mitis, ac suavis

Apparet, alia molesta ingrataq. & medicamentosa, velut piri qdē mali, & mali punici, suavis: squama verò aloës, & eris ingrata, atq. medicamentosa: tametsi malo cydoneo eris squama minus adstringat. Quæ obre nec adstrictiōnis vehemētia eā qualitatē absurditatē inebit similiter vero & alia eorū q. esui sunt, aloë, eris squama, & ipso etiā cre vsto plus adstringunt. Atq. in hisce utiq. substantiæ mēsurā clare p. spicitur. At in aliis, etiā si non appareat, tamen eā ratione colligere oportet, ac nō putare aliud in aloë adstrictiōnem moliri, aliud in malo. Vnum enim in omnib. efficere p. sua natura non adstrictiōnem modo, sed & aliarum qualitatum vnāquāq. rationi consentaneum est. Ceterum quia nullum omnino ab alijs qualitatis syncerum reperitur, idcirco diuersi effectus, ab alijs atq. alijs adstringentium, edē cōspiciuntur. Nā alius est effectus mēspili, alius squama eris, alius aloës, alius mororū, exēpli gratia, aut gallæ, aut corticis mali granati, aut aluminis, aut rhu, præstitissetq. forsità q. de adstringentiū medicaminum viribus pronuntiare sunt ausi, in genere de ipsa potius adstrictiōne, quam de adstringentibus dixisse. Nam quod adstringit non adstringit modo, sed & præter adstrictiōnem acre est, aut pingue, aut dulce, aut amarū, aut salsum, aut acidū. At adstrictiō vnū id solum perpetuo est, q. est vt & salfitas, & dulcor & aliarum qualitatum vnaquālibet. Quod si vt adstrictiō, ita adstringens vnum esset, sane vnumquoq. perenniter eius esset opus. Verum cū præter adstrictiōnem in super alias qualitates recipiat non paucas, semper quidem omnibus illis ager, sed euidētius alias per aliam, nempe vincentem idque vt ad corpus scilicet cui admotum est affectiōne: quippe cum & lac, & lens, & brassica: horum interim citare aluum, illorū verò sistere cernuntur. Et causam quidem quamobrem nō perpetuo euidēter agat in corpore vnoquoq. vnica dūtaxat qualitas, visq. medicamenti, eā quidem iam mox in sequenti sermone edifferā: in præsentiarū verò id quod res habet cōmemorare proposui, tantū ne quis plerūq. medicamenti contrarias tū qualitates, tum fac. inesse diffidat: sed et ipsum illud multam considerationem, & distinctiōnes non paucas requirer, tametsi omnibus per facile videatur, contrarias inuicem & qualitates & facult. inuenire.

Ex differentia saporum quæ in adstringentibus reperitur, probat composita esse pleraque eorum quæ videntur & dicuntur esse simplicium. Tanta enim est differentia vt quædam eorum sint esui apta atque adeo suauissima, vt citonea, mēspila, & sorbæ: alia insuauissima, & horum quædam amara, quæ dā falsa, & alia nitrosa, alia prorsus acerbæ. Quam differentiam ex diuersorum saporum mistura cōstat nasci: quare & diuersas partes indicare dicit. Proinde censet eos qui de medicamentorum facultatibus scribentes, de adstringentibus caput aliquod seorsum egerunt, aut de amariis

aut de pinguibus, aut aliquibus aliis huiusmodi melius facturos, si non de adstringentibus, sed de ipsa adstringendi vi agerent. Quia ipsum adstringens esse, vnum est, & vnâ natura adstringentia verò longe diuersa ob facultatum cõpositiones. Itaq; vel hinc liquet, omnia huiusmodi diuersis facult. esse prædita. Cur autem non semper operentur medicamenta eadem secundum eandem: sed idem medicamentum hunc laxet illum adstringat, sequenti sermone promittit dicturum. Constat tamen ex dictis, eam esse in differentia hominum qui eis vtantur. Nimirum quod ex adstringenti & laxanti temperatum est, laxiorem (siue talis sit natura, siue nunc per morbum) quam pro ea attemperate, adstringet, adstrictionem verò laxauit.

Ergo citra controuersiam omnes propemodum adstringens contrarium ei quod purgat, esse statuunt. Verum neq; vllõ modo huic contrarium est: quod nos procedente sermone declarabimus. At in presenti ex superabundanti illud quoque monstrauimus, etiamsi quis ea esse contraria ponat, nihil inde sequi absurdum, cum fieri possit vt in vnâ substantiam conueniant, vel maxime contraria tum qualitates, tum facultates: quippe cum supra ostenderit, in succis aliud esse quod grauissimum est, aliud leuissimum, aliud tertium toti succo permixtum. Nec miri quidquam est si & in rosæ succo aliud quidem est grauissimum, amurcæ & sæci proportionale. aliud leuissimum & ipsum proportionem respondens flori in quoque succo supernatanti: aliud tertium quale est quod in musto feruet: ad hæc quartum ipsum scilicet purissimum & sincerissimum, cuius hæc tria excrementa existunt. Euenit autem alios quidẽ vniuersos succos aut acescere aut putrescere sola vero oleũ, mel, & vinum in longi temporis spaciũ perdurant. Itaq; neq; per ebullitionem, neque per secretionem horum succorum has excrementorum species inuenire. conspicuo licet: verũ primum ab initio coctione quadã illis est opus aut saltẽ alicui alterius perdurantis succi mistura. Nã sic rosæ succũ melle miscentes, aut oleo incoquentes, aut totas rosas ei immergẽtes, reponimus. Ceterũ q; & in his quoq; probabile sit quatuor illa inesse genera, propriũ ipsius succi videlicet, & tria excrementa intellectũ clarũ est, ac potissimum quia qualitas earũ nõ simplex est, imo adstrictionẽ quoq; quãdã obtinere rosam si dentibus mandere ipsa volens, videtur. Habet autem & dulcedinem, & amaritudinem, quasi que mordicationem quãdam leuem.

Vls adstringendi non est contraria expurgati. Nam expurgatio agitua tractione succorum ex toto corpore: adstrictio adductione partium in sese, hæc verò neque per se sunt contraria, neque ex contrariis causis. Nam tractio nascitur à similitudine substantiæ & calore, adstrictio à crassitie & terrea

A natura. Indicat rursum esse succis omnibus partes diuersas, etiamsi in esse nõ videantur, argumento ducto à quibusdam in quibus manifeste videntur, vt oleo & vino, in vino enim aperte, vt certe & in lacte, apparẽt substantiæ quatuor, atque etiam in oleo, etsi in hoc meo iudicio non adeo euidenter. Sunt tamen reuera in quocunq; succo fructus seu herbæ, seu rei cuiuscũq; naturaliter maturefcentis, nam est pars crassa quæ in vino fex, in oleo amurca vocatur, vt in lacte caseus: est etiam tenuis & leuis quæ in vino & oleo dicitur flos. Et humiditas quædã alia serosa quã dicit esse quod in vino feruet, & præter hæc quiddã aliud q; vile & est substantia mediocre, quod est ipsum vinosum, seu oleosum. Sed cur dicat humiditatem illã tenuẽ feruere, cũ feruente vino oēs eius partes agitari videamus? Certe quia ea est pars in quam præcipue agens calor feruorem illum commouet. Eadem autem est ratio feruoris vini & omnis naturalis maturationis. Nimirũ in omni seu fructu seu re, maturitas agitũ calore naturali absumente humiditatem quãdam tenuem & inutilem, & secerente partẽ crassam & sæculentã, & secretis his duobus excrementis, cætera miscẽte, humidũ vile cum vili sicco. Itaq; quatuor sunt, duo tenuia & duo crassa, duo vilia, duo inutilia, quorum duo separantur, duo permiscentur. Vt hæc in quibusdam conspicuo apparent vt oleo & vino, ita oportet (inquit) putare esse in aliis, vt in succo rosarum, & huiusmodi aliis. Reddens causam qua hæc non in omnibus succis eque apparere possunt, dicit quosdam succos durare diutissime vt mel, vinum & oleum, alios verò vt succũ rosarum & aliarum rerum citilissime corrumpi, atq; aded non posse durare nisi alicuius primũ succorũ admistione, aut etiã elixatione. Ita seruant pharmacopœæ succos in serapiis, feruefactis scilicet cũ melle aut saccaro, vel citra hæc oleo in eos iniecto. Sed quorsum hæc? Certe vt dicat, in illis succis cum durent diutissime, tempore separari partes illas, verum in his non ita, quia præueniunt corrumpi. Nihilominus verò concedendum (dicit) rosæ inesse longe diuersas partes: quia id vel mandendo sentitur, cum illa præ se terat velut misturã quãdam saporũ. Causam qua vinum, oleum, & mel sint aded diuturna vt mel tardissime (nisi quid externum in illud incidat) corrumpatur, olei corruptionem videri nunquam contingat, vinum verò duret vel annos viginti alicubi, Gal. nõ reddit: constat verò eã esse in substantiæ perfectione, & mistione perfecta. Nam & in ipsis vmis quæ generosa sunt diutius seruantur, quæ vilia, est cum non possint durare annum, atque aded in omnibus rebus perfectio substantiæ facit ad incor-

in corruptibilitatem. Si enim causari velis in vino calorem, in oleo lentorem, in melle crassitiem, obiciam stillatitios succos acriū herbarum quorum quamplurimi sunt vino calidiores, & adipem omnem quæ oleo æque pinguis & melle crassior est, quæ tamen corrumpuntur facile. Est itaque illud in substantiæ perfectione, & mistione optimū. Quo fit præciosi, & plurimi vsus sint tres dicti liquores.

CAPVT XV.

Verum satis erat, etiam si horum nihil gustantibus deprehendi posset, tamen ex eo quod non extreme adstringat, aliorum quoque saporum misturam intelligere. Etenim si solus sit austerus: si minus in idē fieri. At si nō sūmus, sequitur q̄ nec etiā solus. Quā enim proposui adstrictionis generationē esse si solā citra aliā inesse cogites, summa hæc sit neceesse est, quomodo si soli corpori cuidā caliditas summe inesse, id ignis vtiq̄ foret. Nam contrariorum mixtura summitates ipsas frangunt. At qui in similaribus quidem partibus calor, frigiditas, siccitas, humiditas particulares omnes differentias efficiunt: in dissimilaribus, verò acrimonia, aciditates, austeritates, acerbitates, dulcedines, amaritates, salitates, aquositates, & vntuositates. Itaq; vnaquæq; familiarū in ipsis partiū nō multas, sed vnā qualitatem obtinet: q̄ verò totū est dissimulare, complures. Nam simile, exempli gratia, hoc in cyatho huius succi corpora contineantur dissimilaria fieri potest vt centum adstringant, sexaginta mordicent, sexcēta sindulcia, ducēta amara, quadraginta salsa: sicq; mutua mistione temperata hæc omnia sint, vt partem nullam sensibilem accipere sit, quantumuis parū quā non sit omnium particeps: vt in lingua contactu omnes quidem agant, diuersa tamen vna. quæq; eius parte nepe cui ipsam appropinquare contigerit: ipsa verò affectio, ex eo q̄ primo affectū est, in totam eam diffundatur: veluti si in frigore ingēti digitum vnum in aquā gelidam repetere immittas, tota interim manu horrebit, sapenūmero verò & corpore toto. Nam velox est ex eo quod primo affectū est in corporibus, sensibilibus in totū animal diffusio, vt videlicet eum calefacto vna cōcalescat: refrigerato, simul refrigerescat: siccato, pariter siccescat: humectato cohumescat: atq; adeo frequenter etiam contraria vno tempore perpetiatur.

Galen. ita argumentatur inesse omnibus adstringentibus admistionem aliquam partium diuersarum, quia si solus inesset sapor adstringens, is etiam esset summus, quia summæ qualitatis cuiusque intensio remittitur admistione contrariæ: quibus igitur talis sapor summus non est, sed remissior vt rosæ, neque solus est, sed alterius habens permissionem. Secundum hanc sententiam dicunt quidam Aristotelicorum fieri, vt calor aeris & ignis diuersæ fiat specie

A qualitates, quia alioqui possent æqualem accipere intensiōem, quare cum calor aeris minor sit reliquū suppleret admistū frigus, haberetq; idem elementum qualitates tres ac duas contrarias, verum ego nihil improbabilius cenleo quā calor esse species multas. Facit enim ignis calor ex aqua acrem, acereū calorem gignedo, quia scilicet calor calorem similem sibi qualitatem parit. Quare dicendum duorum alterum, aut singulas inesse elementis qualitates easque summas, aut si summis minores habent, eas in elementis his quibus vtimur (quæ sane mistione quadā participiant) contrariarū mistionē habere: si quæ tamē essent pura & sincera, ea habitura remissas eas per priuationē. Velut ego cenleo acrem hunc quem respiramus participatione æquali esse temperatum, si quis tamen simplex esset, futurum talem vtriusq; caloris inquam & frigoris, vacuitate. Sed hæc ad aliā contemplationē spectant, redeamus ad medicamenta. Non videtur recte colligere Gal. austera quæ non sunt summe talia diuersis partibus constare, nā tantū videtur fieri vt facult. contrariæ sint, eæ vero esse possint in eadem parte velut calor & frigus in parte quæ remissa est aut calida, aut frigida. Verum consequutio hæc procedit ex his quæ Galenus mox coniungit dicens, atque in similaribus quidem partibus, calor, frigus, siccitas, humiditas, particulares omnes differentias efficiunt: in dissimilaribus verò, acrimonia, aciditates, austeritates, acerbitates, dulcedines, amaritudines, salsedines, aquositates, & vntuositates. Itaq; vnaquæq; familiarū in ipsis partiū non multas: sed vnā qualitatem obtinet: q̄ verò totum est dissimulare, cōplures. Quibus verbis nihil aliud dicitur quā qualitates primas posse in solis simplicibus partibus esse, & secundum gradus quibus miscentur differentias facere: verum secundas has non posse ita esse, sed secundum diuersas partes inesse semper diuersas, neque vni simplicique inesse posse nisi vnicam, & illam quidem summam, quia sine contrarii admistione. Iuxta quā hypothesim cōstat fieri vbi vnicam est, esse etiā summā. Verū de hac re multum cogitans, nō video cur nō hæc secundæ qualitates, possint simplici parti inesse intensiores & remissiores: neque quæ necessitas cogat dicere simplicissimas partium quæ sapore aliquo præditæ in re quavis insunt, esse omnes summe & eque tales. Quod si nō dicat, sed esse alias aliis remissiores, admistionem contrariarum qualitatum habere, eas quæ remissiores sint, statim dices: cū contrariorū mixturæ sint quæ summitates frangunt: præcipue in mistis corporibus, quæ qualitatum quas possunt habere, nūquā habent vacuitatem. Quod si magis placet dicere,

cere, nullas simplicium partium esse aliis remissas flores, statim videris mihi teneri dicere hoc idem de coloribus (non enim minus sunt secundae qualitates, quam sapores) atque ad id nihil simplex esse rubrum, aut pallidum, aut viride, sed omnia nigerrima aut candidissima, illa vero mixture partium diuersarum fieri, & videri potius quam esse veros colores. Dura autem sunt haec omnia, nam mox videtur idem profus dici posse de calore & frigore, atque ita fortasse procedet quispiam, ut plurimi antiquissimorum processere, usque dum omnem alterationem tollat, & mutationes mixture seu congregatione aut segregatione fieri possunt. Nam si dicas longe aliam rationem esse quia primae qualitates sunt primo corporum simplicium, secundae vero primo sunt concretorum: nihil hoc ad rem facit. Nam secundae qualitates ex primarum mixture natae sunt fieri, atque idem & elementorum. Mixture vero elementorum non facit aetereogeneum, sed solum mixtum corpus. In mixtis autem sunt homogenea & aetereogenea & in ipsis aetereogeneis sunt actu homogenea. Ob id ego non omnino acquiesco in Gal. opinione hac in parte, sed censeo idem accidere posse saporibus & alijs patibilibus qualitatibus, quod in coloribus experimur. Nimirum videmus quaedam colore quodam medio esse, ut pallida, aut viridia, aut cerulea, equaliter secundum se tota: quaedam alia, referentia quodammodo aliquem terminum colorum, quod secundum particulas minimas sunt variegata. Cuiusmodi sunt telae multae sericae aut lanae, quas texunt ex variis coloribus filis, species colorum mediocrius ita fingentes. Itaque aliquid quando fiunt colores medijs (si modo mixture non accidentium licet dicere) contrariorum secundum substantiam totam, aliquando mixture partium diuersarum, & colore differentium. Ita etiam arbitror & sapores & patibiles aliquas qualitates fieri siue primas, siue secundas. Atqui hos modos quibus euenit diuersas facultates, inesse sensus ipse distinguit. Nam ipsum sentiendi instrumentum inaequalitate quadam passionibus percipit, cum diuersarum partium commixtione, comperatio illa constat. Argumentum igitur Gale nihilominus procedit non simpliciter, sed de iis in quibus sentitur diuersitas illa partium. Quod fit cum a diuersis particulis, etiam insensibilibus, incipiunt passionibus diuersae & in totum instrumentum simul refunduntur, ita ut alterationes diuersas aut etiam contrarias simul lubeat.

CAPVT. XVI.

Quo autem facilius id quod dicitur intelligas, alteri etiam exemplo adhibere animam praestiterit. Vidisti opinor, quandoque coniecto in aqua quietam lapide, ex hoc quidem moueri aquam incipientem, in orbem autem motum extendentem, tanquam centrum sit id quod percussit. Cum ergo vno tempore in diuersas, placi-

da, & tranquilla aqua partes, duo lapides coniecti duos effecerint circulos, qui per se inuicem ferantur contrarios conspicias in quatuor aqua particula motus. Quae res virus etiam naturae studiosis dubitatione non parua attulit, nisi alia partes ab veroque motuum, an eadem ab utroque mouerentur. Nam quod circulus circulum non sinit, neque ultra prorsumque ferri cohibeat, id manifestissime cernitur. Id ipsum fieri mihi intellige, cum eodem tempore pedes quidem in frigidam, manus vero in calidam indideris. In totum enim corpus utriusque affectionis motus peruenit, contrariusque inuicem occurrunt. Referatque, forsitan nihil etiam si contraria non incedant semita, sed vnus ab vno, alter ab altero pede profisciscatur. tunc enim nec nihil patitur totum corpus, nec ab altero duntaxat pati dicere queas. Nam & manifesto patitur & ab ambobus patitur, incalescens simul ac frigesceus. Quod utique & in febribus, lepra, & hepatis euenire autumno extra quam quod id illis non extrinsecus, sed ex ipso corpore caliditatis frigiditatisque affectus exoritur. Quod si quis dicta nunc assequi nequeat, certe ex eo quod iam dicitur facillime periculum facere possit. Etenim non longe ab his quae inquirimus abest, sed ipsorum lingua affectuum quaedam existit. Nam si partem ab synthy portionem melli exquisitae commixtam, lingua imponas, γλυκὺν μέλιον (quemadmodum poeta cognominant) hoc est, ex amaro dulce, quod ex ambobus mixtum fuerit videbitur: mirum cum haud alio tempore mellis sapore lingua sentiat, alio vero ab synthy neque, alterum solum, verum perpetuo ex utrisque, insolentem quandam mixturem permixtam. Tale quod euenit cum in vnum succum coierint austera & nitrosa facultates, siue id natura miscuerit siue a medico fuerit compositum. Nam eodem tempore lingua utriusque succi qualitate percipit, ac si percipit, nimirum & afficitur, idque per familiaribus illorum viribus. Necesseque est quaedam aliarum corporum partium similiter affici, etiam si qualitates ipsas non sentiant. Neque enim in partiendo aut non patiendo, ab alijs linguam differre putandum, verum eo quod ipsam nihil familiarium affectuum ob exquisitam sentiendi facultatem latere possit. Quod si ad id non nihil facit ipsius raritas, quippe succi facilius in profundum penetrantes atque in molliculas partes actionem exercentes tum validam quidem affectionem, tum vero sensum eius imprimunt euidentiore: veritamen maior vis in sensu accurato potiusquam in affectionis robore consistit cum affectionis robur nihilo secius & in exulceratis partibus fiat, sed quia exacte sentiendi vi carent, idcirco succorum qualitates non percipiunt, liceat vero cum illis tum etiam ante illas, nondum videlicet cute exulcerata mixta ex contrarijs facultatibus actionem simul, in corpore fieri colligere. Etenim si parti inflammatae solani succum imponas, densari eam constiparique, & cohiberi transpiratus conspicias. Itaque si plusculo id ipsum tempore facias, non liuida seruabis particula, sed aut liuida atra efficiet: id quod assidue in erysipelatis a medicis plerumque fieri videre est, nam & eodem tempore dura atraque, immodice refrigerando efficiunt. Quod si ergo non solani sed anthemida, hoc est chamamelum, parte inflammata

eam prorsum contra a fieri videbis: quippe qua rara, fusa, mollis, laxa, euadet. (Cum
 no idum cutis exculcerata fuerit) multum q̄ in ipsa
 parte superfluitatis que sub ipsa continetur tran-
 sp̄abitur, nec liuida vnuquam atraue erit, etiā si
 plurimis deinceps diebus chamemelo vtaris. Funde
 re enim hoc ac digerere per halitū potest, haudqua
 quam contrahere, condensareue, aut transpiratus
 prohibere. Quod ergo solano chamemelum contra-
 rium sit facult. illinc liquet. Quod verò etiā si v-
 trāq̄ commisceas, euidenter tamen vtriusq̄ vires
 perspicies, ego sane expertus edisseri, quā te quoq̄
 malim ipsa re experiunda experimentum cognosce-
 re, quam narranti mihi fidem habere, id q̄ scio effi-
 ciet qui quis veritatis amore tenetur. Oportet verò
 vi in re tā patenti, orationem sequentem absolue-
 re. Si enim simul positus solano & anthemide, neq̄
 ita densa, dura, tensa, liuida q̄ reddatur atq̄ si solo
 vsus solano esses neq̄ adeo rara, mollis, laxa, rubēs
 que, ac si chamemelo solo vsus fores, sed dictorum
 vtriusq̄, mediā accipere affectionē particula con-
 spicitur, consentaneū est, vtrūq̄ medicamentum se-
 cundū suam operatum esse facult. Nam si neutrum
 quicq̄ egisset, sed quieuisset vtrumq̄, quam ab ini-
 tio affectionē particula habebat, eam haud dubie
 seruasset non secus ac si omnino nihil impositum so-
 ret. Sin autem alterum quidem illorum operatum
 fuisset alterum verò penitus deuitum, non mediam
 affectionem, sed extremarum alteram perpeffa par-
 ticula esset. At si vtrūq̄ egit, ea q̄ contraria facult.
 fuere, contraria vtriq̄, eodem tempore corpus perpe-
 sum est. Nec enim partitis inter se agendi vicibus
 operabantur, tanquā si vtriusq̄, exempli causa totū
 diem impositis, sex horis prioribus medicament. al-
 terum, reliquis verò sex alterum suo vicissim mune-
 re sangeretur: nax, ax enim hac est hypothesis, nec
 solum demonstratione sed probabilitate quoq̄, omni
 destituta. Quamquam profecto nec ita quidem fun-
 di contrahiq̄, subiectam contingit substantiam, ve-
 lut in ijs qui in balneis lauantur postea q̄, ingrediū-
 tur frigidam, sed potius ita vt si lauanti frigidam
 aquam adsp̄ergas. Sic enim non diuersis temporib.
 sed eodem contraria perpetietur. Igitur quemad-
 modum in medicamentis compositis mirum non
 est si contrarij si nul affectus corporib. instigantur:
 ita neq̄, in simplicibus, cum & ipsa sensu quidem o-
 mni atq̄, cognitione simplicia appareant, verum
 natura sint composita. Quin etiam quemadmodū
 in ijs q̄ nos cōponimus ac cōmiscemus, interim si ita
 visum est plus adstringentis succi indimus, interim
 plus dulcis aut amari, aut salis, aut acris, aut alteri-
 us cuiuspiā contrariorum: nonnunq̄ verò vtrosq̄
 partib. parib. ita quoq̄, natura in arborib. fructici-
 bus, herbis, animalib. & in ipsa quoq̄, terra contra-
 rios temperare succos paribus aut portionibus, aut
 viribus alienum non est. Potest etiam quandoq̄, al-
 terum vincens efficere. Itaq̄, actiones eorum in
 misturis paribus similes euadent, in imparibus au-
 tem diuersa. Ne quis ergo putet, quod & supra mo-
 nuimus, nihil referre, adstringentem succum dicas,

A an adstrictionem. Nā adstrictio vna res intelligitur,
 adstringēs verò corpus duplex: sicut & calefaciens
 partim simplex & summum, vt ignis: partim per
 exuperantiam caloris, vt sanguis. Sic adstringens
 quoq̄, aliud summum est, vt exempli causa alumen
 & melanteria, siue atramentum sutorium, & gal-
 la, & rhus: aliud quia adstrictionis cuiusdam est
 particeps, velut pirum, vinum, malum, rose: nam
 minimum omnino est in rosa quod adstringit, mul-
 tis numeris eo quod non est eiusmodi superante.

B Quapropter non ab re exigui quoque adstrictionis
 effectus sunt tāti scilicet dum a relaxandi facult.
 que rose inest, corporum illi admatorum robur nō
 exoluatur. Itaq̄, mirandum non est, medelam eam
 esse inflammationum, ac potitissimum dū increfcunt
 adhuc atq̄, augentur. plusq̄, etiam dum incipiunt.

Vt euidentius probet Gal. contrarias par-
 tes esse in medicamento quod videatur
 exacte simplex, dicit euenire nos aliquando
 ab eodem secundum totum contrarias pas-
 siones subire, atq̄ eo vsque procedit, vt hac
 occasione probare velit, euenire eandem re
 secundum easdem partes contrariis moti-
 bus moueri. Argumentum sane recte con-
 cluditur, si hoc quod accipitur verum esse
 detur. Nam si quid ab alio contrariis moue-
 tur motibus, certe illud contrarios simul
 motus mouet, contrarias igitur habet facult-
 tates. Nam facultates per actiones distin-
 guntur. Quod si eas facultates haberet, se-
 cundum eandem partem mouere posset res
 diuersas diuersis motib., velut tepida hunc
 calefacit, illum refrigerat, aut etiam eandē re
 diuersis tēporibus, aut varie dispositā, tamen
 eandem re eodem tempore aut eodē modo
 habentē non posset. Nā idem ab eodē, eodē
 tēpore nō potest nisi vnam, & eandē subire
 passionem. Si igitur aliquid ab aliquo secū-
 dum easdem partes simul subit contrarias
 passiones, necesse est illud quod ita alterat
 contrariis partibus constare. Verum vt in
 commentariis in quintum de phlyca dos-
 trina Arist. docui, apertissime fallum est (si
 quid aliud) posse aliquid secundum idem
 contrariis moueri motibus: nam fit vt idem
 fit simul in duobus locis. Si enim aliquid
 moueri incipit ab eodē termino à quo quod
 fit B in contrarios terminos ad quos (neces-
 se est enim contrariorum motuum contra-
 rios esse terminos) qui sint, A. C. necesse est
 paulò post hoc nunc esse in spatio quod est
 inter. B. A. & inter. B. C. non potest autē esse
 idē: quia rei diuisibilis non possunt non esse
 loco diuersæ duæ medietates, sunt autē spa-
 cia inter. A. B. & inter. B. C. medietates spa-
 cij quod est inter. A. C. igitur eueniet quod
 ita mouebitur esse in duobus locis simul.

Porro monstratum est mihi libr. i. con. me-
 dicalium, necesse esse cum contrariorum
 alterum crescit, alterum minui & contra:
 si verò

si verò quid contrariis simul motibus moueretur euenire crescere ambo simul, cum necesse sit id quod mouetur accedere ad terminum ad quem. Itaq; assertio hæc Gal. falsa est, aut purandum eum non tam rigide loqui, sed quod secundum partes magnitudine insensiles sit, secundum idem corpus fieri dicere, eo quod si quis sensui credat ita putabit. Sed hoc habeat vtrunq; oportet perpendamus argumeta quibus vtitur, & eis respondeamus. Ea rediguntur ad tria. primum capitur à latione, qui est primus motu, secundum à sensu: tertium ab eo quod composita medicamenta faciunt. Lationes contrarias eiusdem substantiæ fieri dicit, cum in aquam tranquillam pueri ludetes lapillos iaciunt. Videntur enim tunc simul eadem aqua huc & illuc agi, pertuadentibus per se ipsos contrariis circularis, & ab utroq; lapillorum tota aqua quæ inter iactus illos est commota. Hoc argumentum, vt verum fatear, puerile est. Constat enim illas circulares inundationes fieri aliis partibus interiectæ aquæ huic, aliis illi iactui cedentibus. & aliis per alias penetrantibus. non tamen eisdem huc & illuc actis. Ita euenit haud dubie in epiala febre: videtur enim totum corpus simul incalescere & refrigerari quia insensiles sunt partes vtræque secundum quas patitur alterutrum. Eadem etiam dilutio est argumenti quod à sensu capitur, fit enim sensus verè patiente sentiendi instrumento ab eo quod sentitur. Si igitur contraria sentiuntur actu, à diuersis particulis instrumenti passionis incipient, & per diuersas particulas passio in totum organum refunderetur. Vel etiam cum aliquis simul aquæ frigidæ & feruenti occurrit, si ipse inquam mergatur, siue aqua infundatur in illum. Sed veniamus ad tertium. Si (inquit) quis vtitur medicamento misto ex contrariis, vt si solanum cum chamæmelo admistum adhibeat inflammationi, necesse est partem pati simul ab utroq; quare & contrarias passiones subire. Nā neque patitur ab vno illorum. Nulla enim pars eodem modo afficitur à medicamento composito, atq; ab vno aliquo simplicium ex quibus constat neq; à neutro, nam omnino nihil pateretur magis, ac si prorsus nihil admotum esset: patitur ergo ab utroque, vt inflammata pars à solano simul & chamæmelo, quare simul laxabitur, ab altero, & ab altero adstringetur, vnuquodq; enim faciet, quod facere est natum. Figmento autem est simile, si dicas ambo operari, sed alternatim. Quare superest simul partem ab utroque pati: ego sane dicerem, si simplicia, ea proportione venerint in misturam, vt æquale prorsus sit medicamentum compositum parti cui admouetur ita affectu, neutram passionem prestiturum, sed seruaturum potius quod inerat, interitum potius patietur pars secundum aliam

A qualitatem si quam medicamentum habeat, quæ earum nulli sit, neque eadem neque contraria, sed diuersa, quod si omnes tollis (tolliverò re ipsa omnes nequeunt) dicam omnino nullam passionem subituram partem talis medicamenti admotione: sin autem in mistione alterum medicaminum ita vincat, vt pars secundum eam virtutem à composito medicamento superetur, patietur ab eo solo, minus tamen quam si illud solum admoueretur. quantum scilicet contrarij admistio potest illi detrahere virtutem. Sed dices nihil ergo interest vti medicamento composito ex contrariis aut simplici eatenus remisso. Quare frustra præcipitur ad ventriculi & hepatis medicamenta adhiberi aliquid astringentis, cum sit longe facilius vti remisse soluentibus. Certe ego existimo sæpe esse vtilius compositis vti, quia quantumuis admouentur permista, fit etiã in exterius admotis aliqua particularum separatio, per eam tractationem, quæ carnes faciunt, & vtitur natura vtriusque, vt eis indiget, velut resoluentibus ad succorum discissionem, adstringentibus ad particulæ roborationem, quorum neutrum æque prestare posset simplex & remissum medicamentum. Constat verò vt hæc secundum diuersas particulas fiant. Nā neque eadem sunt quæ discutiuntur & adstringuntur, neque separatæ medicamenti partes eisdem membrorum partibus possunt occurrere. Itaque (quod est huius disputationis apex) ad artis opera vtilis est hypothesis posse corpus simul contrariis moueri motibus, non tamen omnino ita habere euidenti monstratione indicatur. Dixi omnino quia quodammodo etiam ita euenit, cum secundum insensiles partes totum corpus, aut membrum aliquod patitur vtrumque.

CAPVT XVII.

E *Rosaceum verò (vt pote cuius natura olei rosæ, in medio est) in inflammationum augmentis optimum est remedium. At oleum ipsum commodum est, vbi inflammationes maxime viget: id quod experimenta docent, causam autem nos in tractatione de medendi ratione exponemus. Porro rosaceum vt quod in medio eorum simplicium ex quibus compositum est consistit, vtiq; & in medio tempore vtilitatem ostendit. Nā p̄ initia repellere comprimereq; influxus magis oportet, in vigore autem ita per balneum digerere, vt morsus absit, at in incrementis repellere simul ac digerere. Id quod si quis nudum, citrag, in dictas rationationes audiat, fortassis fidem non habebit. Nunc autem mirer, si quis ad id sit stupidus, vt rationi nondum acquiescat. Nā semel vnoq; impetu ab astringentibus contrahentibusq; substantiis, ad laxantia fundentiaq; transire, plane absurdum est: sicuti sanè aquum est, in intermedio principij stansq; spatio, dum videlicet morbi adhuc increuit, nec plane repellere sicut in principijs, nec itidem digerere sicut in vigore, sed*

vide ut morbi cōstitutio cōditio media est inter cō-
traria ita, medicinā quoq; mediā esse oportet, q̄ vide-
licet nō vt in principijs adstringat, nec vt in vigore
digerat. Atqui mediū omne ex contrarijs mistū est,
ijsq; inuicē coris p̄ tota temperatis, aut per exiguas
particulas sensum effugientes eorū quib; apponun-
tur. Porro hoc an illo modo rosaceum mistū esse velis
ex cōtrarijs, mea certe nihil refert. nam vtroq; mo-
do, p̄positum demonstrari potest. Satis autē certo
scio firatiocinationes de his omnes, cū quas Theophrastus
memoria p̄didit, tū quas nos toto hoc tra-
ctatu complectimur, multum animo versaueris, te
secundū m̄stionis modum reuerturum. Quis & in
profundum penetrare & corpora arenia magis q̄
oleum humectare rosaceum potest. arbitrorq; sub-
inde rosaceo te p̄densas coriaceas tunicas teri vi-
disse. quoniam neque oleum, neque hydrelaū (quod
ex aqua & oleo mistis constat) eas probe mollire ac
mādesacere possit: q̄ videlicet crassiorū sunt par-
tium, q̄ vt penitus imbibit ac penetrare queāt: rosa-
ceo verò p̄ter cetera q̄ potest, paucula quaedā inest
adstrictio, haud parū huic rei conferēs. Nam q̄ ma-
gnopere austera acerbaq; sunt, primo statim cōta-
ctu externam superficiem condensantia humorem
ingredi imbibiq; prohibent: ac q̄ paululum quidem
adstringunt, ceterū plurimū in se continēt essentia
rum tenuis, tum tepida, tantū abest vt p̄ adstri-
ctione ingredi alius corpora admota prohibeātur,
vt etiā ab ea magis scilicet impellēte, inuētur. Quae
autē penitus tenuia calidaq; sunt, magis digerūt di-
scuciantq; humores ex corporib; quib; admoventur,
q̄ alios ipsa apponant. Porro q̄ frigida sunt & cras-
sioris essentia, omnino nullum introducere humo-
rē queunt. In quib; verò humiditas inest tenuis pa-
riter & tepida, hac p̄ essētie quidē tenuitate & te-
piditate p̄opte mobilia, corporū q̄ cōtingunt, meatus
subire nihil p̄hibet. Quod verò non admodum
calesciant ex eo liquet, q̄ existentē in illis humi-
ditatē non digerant. Si verò p̄terquam q̄ sunt eius-
modi, insup exactam adstrictionē possideant, q̄ te-
nues particulas meatuū iam ingressas in p̄fundū
appellere valeat, ipsamq; extrinsecus sup̄ficiē qua-
dantenus cōstringere ac cōdensare ea inter oīa hu-
meētātia efficacissime humectāt. Adstrictionis enim
natura est, vt meatus occludere p̄occupās, vicināq;
substantiā ad se cōtrahēs cōstipansq; ij q̄ humectare
valent impedimento existat. At q̄ adeo infirma
est, vt in rosaceo, quū ipsa vincatur potius q̄ vincat
tenuis calidasq; rosacei particulas p̄ueterere qui-
dem nequit, sed vbi illa alius penetrauerint, in i-
psam iam tum superficiem externam agere incipit
p̄ viribus constipando, contrahendo, ac condensan-
do. Ex quo necessario sequitur, vt q̄ ingredi meatus
anteuerterint exigua corpuscula intro appellātur,
ac meatus p̄aclusis foras regredi inhibeat.

DE rosaceo dictum iam est cap. ult. lib. 2.
quare quae nunc dicit facile est intelli-
gere: nunc verò ex professo illud commen-
dat, vt vtilissimum medicamentū ad infla-
mationum incrementa: eo quod permistū

fit ex resolvente & reperimente, tale verò
desiderari in incremento, vt in principio
quod tantum repellat, in vigore quod citra
morsum resoluat, probat, adiungens ratio-
nes quas facile est intelligere, ex his quae nō
ita pridem in hoc ipso libro diximus de me-
dicamentis, quae singulis temporibus. expetun-
tur ab inflammationibus. Dicit verò nil referre
vt hoc demonstretur, siue rosaceum mistum
sit ex rosae succo & oleo per se tota tempera-
tis, siue secundum minimas & insensiles par-
ticulas. Verum si quis recte perpēdat Theo-
phraستي de hac re monstrationes, & eas quas
hoc opere complexi sumus, inuenturum se-
cundum m̄stionis modum. Hoc dicit quia
monstratum est diuersos sapores sentiri in
rosā, & ob id eam particulis diuersis actu ex-
istentibus constare, qui est secundus m̄stio-
nis modus. Nam in primo modo non sunt
actu ea quae miscētur, sed potentia. Sunt ve-
rò ea quae fermentationem iam receperunt
mista primo modo, quae nondum receperūt
secundo. Commendat deinde rosaceum, q̄
non solum tale sit qualitibus, sed p̄ter
haec penetret & immoretur in parte: illud,
ob tenues partes quae antegressae penetrant
& alias deducunt, hoc ob adstringētes, quia
haec alias cohibent ne effluant cito, aut dissi-
pentur. Hinc fit vt ad affectiones quae in alto
sunt, & ad eas quae ad cutem, vtile sit, ad illas
quidē, quia penetrat, ad has, quia immora-
tur. Nam quae non penetrant, velut myrti-
num, & succi acerbi ad affectiones internas
sunt inutilia, quae mox effluūt, aut siccantur,
vt aqua aut acetum ad cutaneas affectiones
non latis profunt, nisi adm̄stione alicuius
reddantur crassiora, vt aqua, olei.

CAPVT XVII.

Sane ad opera eiusmodi non mediooriter con-
fert innata corporib; nostris caliditas: quippe q̄
intro ad se attrahat, & cōminuēdo extenuet. Hinc
est q̄ & q̄ natura frigida sunt medicamenta, nepe q̄
deleteria nūcupatur, vt puta cicuta, papauer, hyo-
scyami semen, mādagrora, & q̄ eius sunt generis ci-
tius magisq; in calidis naturis vim suā exerāt. Cui
& tu, tametsi vnū ex ambiguorū difficiliorūq;
problematum numero habitū id fuerit, haud dif-
ficulter, modo non segniter: ijs quae diximus aduer-
teris animum, solutionem inuenieris. Etenim cū sit
impossibile vt talia interficiant, nisi prius cor ipsum
refrigerēt, sane intro cōminuta extenuatq; ingre-
diantur necesse est. Id q̄ ex sua natura p̄stare ne-
queūt. Quippe q̄ crassarū sunt partium, nec facile mo-
ueri possūt, nec vt minutim cōcidātur, p̄suntq; se-
rātur ex sua natura obtinēt: verū adscititiā calidi-
tatē requirūt q̄ in minuta secer, extenuet, atq; cō-
minuat, quaeq; velut manu ducat, atq; in subtiles
partium oīm meatus deducat. Itaq; si quādo ea ab-
sit, cōcl̄itur tardantq; in maiorib; meatus herētia,

& venis atq; arteriis velut innatata, ac tēporis spa-
 tio interim p̄ lōgos errores at multas iactationes ab
 humorib. q̄ in eis sunt vicissim nonnihil ppetiuntur.
 Ostēsum est enim in s̄penumero, in sese mutuo
 qualitates oēs quadantenus agere. Nā & lapis ab
 assiduo aq̄ stillitido excavaatur, gladiusq; cerā se-
 cundo hebetatur. Monstratū etiā est, actiones ani-
 mantium à solidis ipsorum corporib. p̄fici: quare cū
 hæc nōdū à refrigerantib. medicamētis refrixerint,
 animās sup̄sit necesse est. Porro refrigerari nequeūt
 prius q̄ illa in proprios istorū meatū subierint, atq;
 ex sua id natura crassiorib. frigidisq; medicamen-
 tis datū non est, nisi succurat q̄ velut deducat. De-
 dicit porro vt causa primaria, arteriarū attractio
 (ostendimus enim ipsas inter dilata andū attrahere)
 vt secundaria verò & materialis, essentia tenuitas:
 q̄ cū ex natura sua nō obineant frigidiora crassi-
 orūq; partium medicamenta, ijs vtq; opus habent
 q̄ p̄beant. Corpora itaq; quacūq; temperatura sunt
 frigidiora, ea arteriarū tractum imbecilliorē q̄ ca-
 lida possident (id q̄ etiā demonstratum est) atq;
 in minutas particulis medicament. substantiam
 redigere celeriter nequeunt. Proinde medicamen-
 tum & ipsum cunctando retardandoque temporis
 spatio aliquid perpetiatur par est. Itaq; interim ac-
 cidit vt concoquatur, velut lactuca succus. Nam &
 is tempore concoquitur. At si integer ad cor pergere
 properaret, non secus atq; cicuta hominem interi-
 meret, euenit autē id ipsum alijs quoq; omnib. ad-
 modum refrigerantib. succis. Nam nisi celeriter in-
 terimere possint, sane ex hoc omnino nullius effe-
 ctus redduntur. At q̄ aut erosione aut putredine e-
 necant, ijs vt tempore inualescant accidit. Siquidē
 temporis spatio putrescunt oīa, eoq; magis quo sue-
 rit humidior calidiorq; locus. Merito ergo sit vt que
 frigore suo noxam inferunt, ijs actionis celeritas ad
 perniciem proficiat: quippe que alioqui tempore
 excallescunt, vim per quam agebant deperdant. At
 quibus actio consistit in putredine, ijs tempus actio-
 nem adauget, quoniam scilicet & putredinē. Nec
 enim animal vllum interire potest, quin cor ab a-
 gendi munere cesset: fieri porro vt cesset, nequit
 citra maximam intemperiem. Siquidem non sim-
 pliciter quam par est aut calidius aut frigidius, mo-
 ueri desinet. Eodem modo si modice sicca aut humi-
 da euadat: minus enim suo fungetur ob hæc quidē
 intēperies munere, caterū motu nō vacabit, priusq;
 eximia immensamq; aut caliditatem, aut frigidit-
 atē, aut effectricū qualitātū aliq̄ acceperit. Porro
 medicamētis q̄ frigore occidunt, vbi ad cor perge-
 re cunctantur, simile quid accidit, q̄ lignis humidis
 viridibusq; frequenter euenit. Hæc siquidē si multa
 aceruatim in ignem concijantur, eū celerrime ex-
 tingūt: sin vndiquaq; in orbem cōposita prius siccē-
 tur, ac incalescāt, & deinde sensim iniiciantur, tantū
 abest vt extingāt, vt etiā alimēto illi efficiantur. Sic
 hominē q̄dem cicuta necat tū ob meatū amplitu-
 dinem, calorisq; multitudinem, tū ob attractionis
 arteriarū robur validū, etiā ad cor ptingēs. Stur-
 nos vero ob causas contrarias haud enecat, vt puta

cum & retineatur & cunctetur, ac sese tēporis tra-
 ctu concoqui p̄parariq; à corde tanq̄ à foco praca-
 lescent. sicut non secus ac ligna extrinsecus. Quare
 nec id q̄dem mirum dubiūq; reliquitur, sed est qua-
 le lactucis accidit, quippe q̄ moderato esu hominē
 nutriant, at si quispiā expressum earū succū largi-
 ter hauserit, nō secus p̄fecto morietur, q̄ q̄ aut ci-
 cutā, aut papauer sūperint. Sic lactuca si cor refri-
 gerauerit, interimit: sin cōcoquatur, alimētū ani-
 mali efficitur. Ad eūdem arbitror modū cicuta q̄dem
 hominem celeritate q̄dem distributionis interficit,
 sturnos verò tarditate ipsa nutrit. Si verò exiguum
 quiddā sumatur mortē homini nequaquā infert. Id
 q̄ anus Atheniensis experimento docuit, cuius a-
 pud omnes p̄celebris memoria est. Etenim ea ab exi-
 gua cicuta portione auspicata, nullo detrimento
 ad pmagnā p̄gressa est copia: principio enim pau-
 cū exiguitate ipsa denictum est: aut cōsuetudo na-
 turale reddidit. Nec enim nūc locus est, vt cur plu-
 rimū possit cōsuetudo, curq; velut altera adsciticia
 natura sit, vti veterib. p̄ditum est, causam reddam.
 Nā ita mai⁹ euaderet operis accessoriū q̄ ipsū opus,
 vt omittam q̄ separatim de hoc tractauimus. Ve-
 rum connectendus est perficiendusq; presens sermo.

Venena omnia iuxta Gale. sententiam in
 duo genera rediguntur frigidorum & ca-
 lidorum, illa solum frigore necant, hæc non
 solo calore, vt ignis, sed putrefactione aut
 corrosione, quæ à calore fiunt, non simpli-
 citer, sed tali. Non enim vt quæcunque
 quarto gradu cēsantur frigida, venena sunt,
 ita & quæ quarto gradu calida, nisi etiā pu-
 trefacticia sint, aut corrosiua. Itaque ob ca-
 lorem talem sunt venena. Dicentes autem
 talem, malum modū mistionis, & substantiæ
 cōtrarietatem sermone coniungimus. Hoc
 dicit interesse, quòd frigida non sunt natura
 & substantia aduersa, sed venena solū quan-
 titate, hoc est, tam exigua quantitate dari
 posse vt vincantur, atque adeò nutriant: cali-
 da verò quia natura sunt aduersa, vincunt
 posse, sed necessario putrescere, ac cōputre-
 facere. Ob id dicit frigida venena mora in
 corpore mitescere & vinci, calida verò nun-
 q̄, sed quo manēt diutius eo fieri deteriora.
 Hinc fieri, vt frigida homines calidos & ar-
 teriosos necent citius q̄ frigidos & graciliū
 arteriarū, quia in illis facillime distribuuntur
 vsq; ad cor, in his morātur diutius, atq; fieri
 potest vt interim vincantur, neque interi-
 mant. Eadem ratione si dentur comminuta,
 aut cū potione aliqua que possit deferre, in-
 teriment citius, quā si dētur aliter. Hæc cau-
 sam esse dicit qua lactucæ totæ est maxima
 quātitate comedatur non lædunt, earū autē
 succus si largiter bibatur interimit nō minus
 quam opium aut cicuta, quia scilicet succus
 facilius distribuitur quam lactuca tota: ea-
 dem causa dicit sturnis esse cicuta cibū, ho-
 minibus venenum. Quia scilicet hominibus
 facilius

facilius distribuitur, illis tardius. Ego quidē A
hanc esse causam qua hæc fiant concesserim, non tamen vnicam, neque præcipuam. Nam in lactucis arbitror substantiam propriam esse sui succi correctiuam, alioqui neque cicuta rota comesta interimeret, sed eius succus: sturnis arbitror familiaritatem a liquam substantiæ esse cum cicuta, hominibus contrarietatem. Nam & Gal. ipse libro. 3. de temp. ita dixit. Postremo indicat venena frigida non esse genere venena, quia possunt vsu & consuetudine fieri familiaria, id quod annus Atheniensis experimento docuit. Non vult autem Gal. nunc causam reddere cur plurimum possit consuetudo, quia non pertinet ad hoc opus, & quia seorsum de assuetudinibus scripserat. Mihi etiam licet eisdem causis præterire: cum præcipuè caput quoddam satis longum de consuetudine & natura scripserim lib. 8. cõnt. quo omnia ad consuetudinem spectantia problemmata collegi.

CAPVT. XIX.

Orum ergo medicaminum qua frigore interimunt: nullum genere lethale est, sed sola quantitate. At in erodentibus, putrefacientibus, atque excalescentibus, haud ita se res habet: sed de his paulo post dicemus. Quacumque autem frigiditate occidunt, ea exigua quantitate sumpta mortem non adherent, non magis quam si copiose flammæ paucillum aquæ instillet, aut lignum iniicias humidum ac viride. Quemadmodum itaque, nisi calorem habeant abundantem qui tum comminuat, tum ad cor vsque perducatur, interficere non poterunt, sic si quod comminuit ac deducit multo valentius fuerit, prorsum deuincet, mutabitque, ac alimentum ut sibi sit, medicamentum, efficiet.

Videri possit hæc assertio. Eorum ergo medicaminum qua frigore interimunt nullum genere lethale est, falsa esse, quia fungus frigida & humida planta est, ut dicitur. 7. lib. ponitur autem in venenis genere lethali, à Gal. ca. 19. lib. 5. sed neque hæc assertio falsa esse deprehenditur à Gal. neque Gal. sibi ipsi repugnat. Nam fungus etsi sit frigidus & interminat, non tamen frigore interimit, sed quibusdam partibus corrosiuis quas habet admixtas, velut si cum multo succo lactucæ misceres aliquid de Arsenici, aut salutaræ viperæ. Itaque fungus cibus frigidus est, venenum tamen calidum. Non enim interimere fungos frigore constat, vel experimento: quia qui à fungis moriuntur non cum refrigeratione, stupore, aut sopore, ut qui à venenis frigidis, sed cum anxietatibus, ut qui à calidis intereunt. Itaque non omnia que sunt frigida & interimunt, frigore interimunt: neque quæcunque genere lethalia sunt, sunt prorsus calida, sed venena calida, hoc est calore interimitia, etiam si alioqui frigida sint, aut alimenta, aut medicamenta.

CAPVT. XX.

Quamobrem eius quoque nunc protinus meminisse oportet: veteres medicamentum a natura frigida potestate merito dixisse frigida. Nam ea quoque quadam tenore ut refrigeret potestatem à nobis accipiunt, sicut excalescendi, calida. Quod si alio modo illa, alio vero ista, nil vti que refert, generale enim idem communeque vtrisque est, nempe alterationis principium ex passuro corpore in acturum medicamentum pro eadē Nam que potestate quidem sunt calida, alterantur eo duntaxat, quod incallescant à nobis: at que natura frigida, tum quod comminuantur, tum quod ascititium accipiant motum. Cum itaque, ipsis tanquam frigidis agere absque corporis patiens auxilio non licet, iure potestate frigida dicitur. Nam ut actus nos friges faciant, non prorsum ex sese obtinent, verum à nobis prius perpetiantur, ut refrigeret oportet. Etenim in minuta conteri, & aduentitium motum accipere affectus sunt medicaminum. Attamen si cui libeat ea actu frigida nominare, haud equidem repugnare, modo omni in verbo dissentio absit, res autem vtrisque confessa. Siquidem (quod paulo supra monuimus) id genus omnia, calidum corpus, que agere possunt, postulant. Expropter meconium, hoc est succus papaueris, & cicuta, si vino mista bibantur, ocyus necant, licet non quous temperata modo. Si enim ipsa paucissima plurimo vino misceantur, prorsus deuinci possunt. Si vero pauculo multa, deducuntur quidem ad cor, vinci autem nequeunt. Si quis vero papaueris succum, quatenus interficere potest, hauserit, ac etiamnum tamen superstit, recta ratione, & hunc quoque sanabit epotum vinum vetus, & copiosum magisque etiam si generosum fuerit nam id quoque magis calescit. Quod vero cor nodum admodum refrigerit, liquer: quod quidem adhuc homo viuunt. Tum autem digestionis in corpore tarditate quadam tenore mutatum iam à corpore esse pharmacum, sicut lignum viride ubi proxime ignem aliquando iacuerit: nec id quidem obscurum est. Calidum itaque id temporis vinum ebibitum, presentissimum est remedium, nosque etiam quandam extremitate iam refrigeratum vini Lesbij portione seruauimus, potestque idem Falernum, Surrentinum, Auriusum, Tmolus austerum, ac quotquot calida simul ea exquisitè vinosa fuerint vina, eundem cum Lesbio prestare valent effectum. In summa que tenui pellucidaque consistentia est, colore vermiculo aut flauo, odore gratum, quodque multam aquam misturam exposcit, id tum admodum excalescere est natum, tum facile vndique per corpus vniuersum deferri. Tale ergo natura vinum, etate vetus, meracius mistum, eos etiam que refrigerati iam sunt per sanat, nec solum à papaueris succo, aut alio quopiam refrigerantium medicaminum, verum etiam qui in morbis aut ex stomachi, aut ex cordis dolore animi patiuntur deliquium. At quod cum refrigerantibus medicamentis, quo celeriore mortem afferant, bibitur, id nec multum est, nec generosum, sed quod comminuerit ea, ac distributionis sui impetu in cor perducere modo valeat. Atque de his quidem hæc sufficiant.

DE modo quo medicamenta frigida dici possunt potentia talia: aut non possunt, dictum mihi satis est li. 3. de temp. Porro venena frigida si detur cū re alia quę possit deducere facilius necare dictū nuper est. nunc addit. quando quidē fieri potest vt vincantur neq; tota substantia venena sunt, fieri posse vt vtu rei cuiuspiam calidissimæ, vt vini veteris generosi, vel simul cū ipso veneno, vel ab eo assumpto, liberetur quis à veneno. Recenset vina quæ Romā eo tēpore cōportabantur generosa. Mihi de vinorū differentia dictū est in comment. lib. 3. de ratione vitus in acutis quo loco ex Gal sententia diximus austerā vina, neque calida admodū esse posse, nec distributionis facilis, atque adeo vel nullo dicente videtur ex ipsa austeri natura constare. Quapropter miror cur Gal. dixerit *τρωλιχίτης το αουσινδου* id est. Tmolites q; austerū, recensens vina quæ admodū excalescere nata sunt, & facile vndiq; per corpus vniuersum deferri: neq; aliud mihi possum persuadere quā esse corruptum codicem legendūq; *ὡς αουσινδου*, hoc est non austerum. Porro commendat ad hunc vltimū vinum ætate vetus. Constat id cum quadam limitatione intelligendum, ne scilicet sit adeo vetus vt inclinet abeatq; in corruptionē. Tale enim languescit iam, vt res quęcunque alia, cum abit in interitum naturalem. Nouū igitur admittione crudę humiditatis est frigidū, veterimū caloris naturalis languore. Vetus, quod adhuc consistit, id prorsus est calidissimum. Vinum nouum fluxiones calidas faciat cum sit parū calidum, causa est, feruor crudę humiditatis, & tarda discussio.

CAPVT XXI.

Quoniam autem de ijs etiam medicamentis, quę fermentatione aut putredine interimere sunt nata, dictū me, q; tempore pnciosiora reddatur & ipso genere naturā nostrā corrūpere possunt, non modo multitudine, velut refrigerantia. sum pollicitus, tempus nunc est de his dicere. Coniuncta est enim quadantenus quæ de his habetur oratio, ijs q; de medicamentis potestate calidis dicuntur. Verisimile siquidē est pleraq; eorum etiam actu esse calida, sed idcirco nos frigesacere, quoniam aut ipsi plurimum habemus caloris, aut crassa eorum essentia sit. Redigamus enim eadem rursus in memoriam, nempe quod in balneo frigida nobis videatur vrinā itidemq; memoria repetamus, q; cum in solium calidum descendere non valeremus, aliud prius minus calidum ingressi, nullo negotio q; antea intolerandam videbatur, postea ptulerimus. Quin & aqua fontium tempore hyberno, quibus manus algent, tepida apparet, cum alijs non videatur eius modi. In summa enim (id quod antea quoq; diximus) pro suo vnumquodque affectu corpora admoda sentire consuevit. Sic ergo si manum habens frigidam, eā in tritici aceruū immiseris, luculēter ca-

Alorem percipies, si calidam, nequaquā. At si stercore columbino accumulato, potissimū syluestrium colūbarū manum inseras, etiam si calidā, manifestā tamen senties caliditatē. Sic misy, sory, chalcitis, arugo, calx, aliaq; id genus innumera, si illis acernatis manū alius inijcias, prius videbitur esse calida. Ceterū si bolū ex eis vnū aliquē acceperis, cuius extrinseca superficies ab ambiente extrinsecus aere sit refrigerata, merito nullū percipies calorem: quippe q; refrigerata tantum eius partes contingas, idq; antequam in minutas redacta sint. Ad eundem modum hyeme sæpenumero, tum putulealis aqua, tum fontalis præfertim, calida tangentibus est vsa. Verum si quis calefactis prius manibus contigerit, frigida videbitur: memorariq; sane possunt alia id genus infinita, quibus facile adduci quibus possit, vt credat medicamenta potestate, vt ad nos calida, alteri animantium generi actu esse calida.

HActenus de venenis frigidis egit, nunc de calidis agere incipit. Atqui quoniam venena calida, calida sunt eodem modo quo medicamenta calida, puta potentia, præfatur in principio tractationis quiddā ad medicamenta calida omnia expectans. Id verò est, medicamenta omnia calida, actu etiam esse calida, tamen non semper deprehendantur esse talia ob nostri sensus affectionē, aut ob alterationem quam subeunt ab ambiente aere, id quod multis exemplis indicat, quæ nulla interpretatione indigent. Id solum oportet explicemus, quo pacto non repugnent hæc ijs quæ tertio de temperamentis dicta sunt. Certe non repugnāt. Nam tamen diximus nullū eorum quæ proprie calida medicamēta dicuntur esse actu calidū, sed potentia omnia. nō tamē proinde diximus omnia medicamēta esse actu æq; frigida, neq; negauimus, calida quā frigida, actu etiā esse calidiora, atq; adeo intense calida, actu etiam esse calidiora, quam remisse calida magna ex parte, atq; adeo cum calore etiam qui est actu ac frigore res tangibiles inuicem differant, seruari hac in re proportionem quādam, & analogiam eius quod actu cum eo quo potentia. Nam merito hoc euenit, cum natura calidorum medicament in maiori calidorum elementorum participatione consistat, & hæc ipsa necessario calorem aliquē actu compositio præstet, ceterū non eundem, quem potentia tantum, sed secundum quandam proportionem. Nunc ergo dicit calida omnia calorem quendam habere actu: illic dixerat nullum medicamentorum esse actu calidū eo gradu quo dicuntur. Non enim piper, castoreum, aut aliud quodpiam dicitur hoc aut illo gradu calidum ab eo calore quem actu habet, sed ab eo quem potentia, quo scilicet recalificiunt nostra corpora.

Atq;

CAP. XXII.

ATq̄ hac quidem obiter dicta sunt. Caterū quæ nos contactu, aut per putredinem, aut per erosionem interficiunt (nam de his habebatur oratio) ea recta q̄dem ratione humane nature deleteria toto genere existimata sunt, non vt frigefacientia, dūtaxat quantitate: hac enim interdū vincuntur, & nutrimentum animali redduntur: putrefacientia autē etiam si quantitate minima sumantur, omnino tamē corrumpunt. q̄a videlicet q̄ putredini obnoxia sunt calore humiditateq̄, putrescere solēt. Atq̄ calidus humidusq̄, sanguis est. Itaq̄, putrescere nunquā cessare possunt, simulq̄, vicissim putrefacere, quæ sicut a putrefactione vocantur medicamina. Proinde longo etiam post tēpore à quo sumpta sunt nonnulla interimunt: potissimū q̄ crassa, terrenaq̄, essentia sunt. Hæc enim corporib. nostris inuentia incidentiaq̄, dein temporis spatio putrefactia erodunt corrumpuntq̄, vicinas corporis partes.

VT antea dictum est, non interimunt nos venena calida calore simpliciter, sed tali, hoc est maligno & corruptiuo, quicq̄ in substantia est nature nostræ aduersa. Nā alioqui omnia medicamenta quarti gradus calidorum essent venena, non sunt tamen, sed ea solum quæ sunt putrefactia, aut corrosiua. Hinc vt sit venenorum calidorū nullum possit nutrire nec vinci vt frigida, sed vt omnia sint inemēdabilia & genere deleteria. Vnde rursus constat, venena omnia, quæ nō breui postquam accepta sunt necant, sed longo post tempore, velut quæ à veneficis parantur, vt lente, post mensem, quædam alia etiam post aliquot menses, aut etiam latenter interimāt, in genere calidorum sint. Nam si essent frigida per tantam moram haud dubie vincerentur. Non est autem inopinabile parari posse venena eiusmodi (etiam si ea nosse non medici, sed venefici sit) nam & naturalium venenorum quædā videmus ita naturaliter operari, vt saluam rabidi canis. Non enim mox, neque paulo post quam quis morsus est, symptomata eius passionis fiunt, sed post aliquot menses cum interim nihil sentiat homo. Causam qua aliqua multo post tempore interimunt Gal. ponit in crassa terrenaque essentia. Ego arsenicum & auripigmetum terrenæ essentia habere plus quam saluam caninam nō dubito. quanquam hanc tardius corrumpere constet, proinde in modo missionis causam esse censeo, cuius indicibiles differentia faciunt, vt quædam superari possint, alia insuperabilia sint & horum quædā citius, alia tardius ad actum deducantur, putrescendo, aut corrosiuas vires exercendo: illæ etiā indicibiles missionis differentia pariunt indicibiles differentias putrefactionis, vnde mirabiles differentia læsionum & sympto-

A matum. Velut est venenum quod facit tabescere, est quod corrodit vētrem, est quod syncopē infert, & quod facit hydrophobos, est quod facit aliter furere: & quid mirū cū in ipsis etiam corporib. sponte fiant sanguinis corruptiones variæ, vt alium canina, alium vulpina, alium alia mania apprehendat. Ea igitur quæ talium passionum quales sponte sæpe fiunt, sunt factiua, talia venena sunt. Ea verò omnia sunt in genere calidorū.

CAP. XXIII.

AT quæ tenuiora sunt, etiam excerni interim cū excrementis possint: fereq̄, accidit, vt duas ob causas istas quandoq̄, medicamenta putredine erosionē necantia nō interficiant. vnam videlicet, q̄ modo admodum dicere desit, nempe cum vna cum excrementis excernuntur prius q̄ iniuria corpus afficiant: alteram, si cui accipienti bona faueat fortuna, videlicet aut cibus, aut quæ alioqui cōferunt, vtenti: aut medicum qui curando præsit, nactō. Nā vbi grauis ab ijs noxa illata est, malum neq̄, victus ratione, neq̄, generosorum medicaminum, mediciq̄, auxiliantis ope sisti potest. Quod si prorsum exile sit deleterium nihil repugnat quominus illud quoque nihil perficiat, propterea quod cum recrementis excerni possit, aut idonea victus ratione homo vti: vt puta si cantharidis sit centesima drachma particula: nam id priusquam noxam animali inferat, vna cum vrinis excernatur. Sane ebantarides vrinam ceterib. medicinis miscentur, sicut pleraq̄, alia lethalia alexipharmacis, hoc est amuletis: atq̄, id genus medicamenta cōposita si apte tēperata fuerint, omnino efficacissima sunt: quemadmodum q̄ ex cantharide conficitur, vrinæ mouende accommodum est. Feruntur enim alioqui sponte sua cantharides per vrinam ad vesicam, atq̄, sic rodendo cantharides exulcerant: verū vbi paucum ex illis multis miscetur bonis atq̄, vtilib. illa quidē velut manu ducunt rodere tamen nequeunt. Opus est enim vt quicquid agat etiā si sit valentissimū, aliquantam tamen & magnitudinem habeat. Quando nimirum & ignis ipse, si prorsum minimus sit, præterq̄, q̄ non vret, ne calefaciat q̄dem. Quippe cū & centesima semilla porriuncula sensu à nobis sit imperceptibilis. Ex quibus omnib. patet, quacūq̄, frigiditate interimunt si pauca sumatur nutrire corpus posse, velut lactucæ succum: at quæ putrefaciendo erodendq̄: ea nunquam nutrire, nec si præparitate quidem innoxie corpus permeent: genere namque talia humana aduersantur nature.

Tamet si nulla venena calida possint esse alimenta, tamen non necesse est vt semper interimant. Quidam enim ab his euadunt, eo quod aut bona fortuna, aut periti medici industria vacentur, antequam possint lædere, aut quod tam exigua quantitate sint accepta, vt operari non possint. Nulla enim vniuersarum virtutū est quæ non deficeret quantitate aliquam vt operetur, ne-

que solum possunt non interimere, sed præstant quædam eorum etiam aliquando magnas commoditates. Nam etiam nullum eorum esse alimentum potest, plurima eorum sunt medicamenta. Velut cantharides, quæ abique dubio sunt corrosivæ, diuternis autem utiliter admoventur: cum valenter ac cito movere opus est. Quædam alia sunt venena quorum omnino nullus est excogitatus usus utilis, velut fel & saliva dictorum animalium, & marinus lepus, & quoddam genus aconiti. Cantharidum electionem, & usum quæ plurimos, & veteri modum, lib. ii. cap. proprio Gal. complexus est. Vbi videas eum tantopere formidare earum usum in potionibus, ut nullum proprium experimentum iacet, sed præceptoris cuiusdam sui, nisi ad affectiones externas, ut ad vngues, psoriasis & psoram, & lepram, & ad vocatos clavos, et huiusmodi: hic dosim definit dicens dari non debere nisi drachmam compositi medicamenti, quod accipiat catharidis totius (cum alis dico pedibus capitibus & corporibus) centesimam drachmæ partem, reliquum diureticorum, & correctivorum. Ego ne hoc quidem dari velim, nisi in morbo extremo. Et merito Galenus vult totam simul cantharidem teri, quia non potest non esse in animalculo aliqua particula (quæcunque illa sit) venenosarum correctiva. Nam ita natura comparatum est, ut omni animali venenoso sit pars aliqua proprii veneni alexiteria. Od id in theriacæ trochiscos induitur vi peræ caro. Sed hæc obiter dicta nunc sint. Quod dicere instituimus est, quædam venenorum etiam calidorum ad quædam solere esse utilia. Constat ergo ut rem totam compendio dicamus cum sint tria hæc, alimentum, medicamentum, & venenum. Quædam esse quibus hæc omnia accidit esse, ut venena quæ frigore interimunt, quæ alimenta esse possunt, & sunt medicamenta somnifera & anodyna, & venena: alia quæ duo tantum esse possunt medicamenta scilicet & venena, hæc sunt multa venenorum calidorum quæ simul sunt diuretica, aut cathartica, aut aliud aliquid, & hæc tametsi medicamenta etiam sunt, nihilominus venena sunt genere: alia sunt quæ nihil sunt aliud quam venena, & hæc primo ac maxime, ac ut quis dixerit antonomastice dicuntur venena. Sed rogabis, cur frigore interimant, venena vocantur, cum nutrire possint, potius quam quæ sunt quarto ordine calida, & calore necare possunt, etsi putrefactiva, aut corrosiva non sint? Huius causa est, quia frigus per se est contrarium naturali calori, calor vero non nisi ex accidenti, nisi sit calor talis, hoc est, corruptivus, tunc enim ea ratio continet contrarietatem per se cum natura nostra.

CAPVT XXIII.

Quemadmodum in saporibus ante monuimus, nullum prope eorum aliene esse qualitatis expertem, verum siue in arboribus: siue in herbis, siue in fructibus mistos semper alterius generis esse sapores: ita in medicamentis intelligere oportet, multas diversi generis mistas esse substantias: id quod inuenias si consideres granum cnicidii hoc à cnico differre, & plurimum habeat caliditatis. Nam similitudinem vtriusque substantie tactu visusque cognoscere liceat: præterquam ea, tertium est, quod ambo pituitam detrahunt. Ostensum est siquidem nobis in commentariis de naturalibus facult. quod qualitatum quæ in substantiis sunt proprietatibus, attractiones perficiantur. Attamen grano cnicidio multum permistum caloris est, quare à cnico distat. Idcirco purgantium medic. vbi forte purgatione frustrantur, quædam extra quæ quod noxam corpori nullam afferunt, etiam alimentum homini præbent: alia vero in corruptionem, ac tanquam in venenum vertuntur. Prorsum enim medicamentum expurgans, vel cum vno saltem humorum, qui in corpore sunt nostro, similitudinem quandam obrinet, non autem perpetuo permista est illi vis quædam venenosa: quam obrem nec perpetuo licet non purget, iniuria afficiet, verum concoctionem accipiet, talemque producet humorem qualem trahere natum erat.

Quemadmodum antea ex saporum differentia indicatum est, medicamenta quamplurima eorum quæ dicuntur simplicia, natura, esse composita ex diuersis partibus, ita etiam, & ex medicamentosis facult. indicari posse dicit. Cõstat enim granum cnicidii diuersas habere partes. Nam habet quædam quibus cnico est simile, & alias quibus valde differt. Nam tangibili & visibili facult. illi est simile secundum medullam, & extrahit, ut etiam illud, pituitam: quare cum tractio partium similitudine agatur, constat partes habere similes: differt vero ab eo magnopere, quoniam granum cnicidii plurimum habeat caliditatis corrosivæ & venenosæ, habet etiam inter expurgantes quædam etiam corrosivas, ut & alia quamplurima medicamenta. Atqui quoniam multa quidem expurgantium sunt huiusmodi, venenosas inquam habentia partes, alia autem plurima benigna expurgantia, ut cnicus, rhabarbarum, & aloë, fit ut quædam vbi forte purgationem frustrantur, corpori nullam noxam afferant, sed alimentum homini præbeant, alia vero velut in venenum vertantur. Nimirum omnia expurgantia familiaritatem habent cum succo quem trahunt, quare si venenosa qualitate non participant, & manent intra corpora, coquuntur, & mutantur in succum sibi familiarem. Sed cur eueniat purgantia medicamenta, actione frustrari mox dicetur. Nunc illud solum aduertendum est cum Gal. lib. 6. Epide. dicit medicamenta expurgantia venena non esse haud

haudquaquam ita accipiendum, quasi nulla expurgantia medicamenta participet venenosa qualitate, participat enim haud dubie hebehorus quo venatores vtuntur ad necandas feras, & nos ad expurgandum: & quidē huiusmodi sunt venena in genere calidorū, quare & genere venena: Sed id dixit Galen. quia nulla expurgantia qua expurgantia, sunt venena, etiam si qua expurgantia interimāt, hoc est, et si expurgando ob multitudinem euacuationis interimant, nisi exigua dosi accipiantur. Nam vt antea diximus, non quæ vtcumque interimunt venena sunt, sed quæ per se corruptiuam habent naturam.

CAP. XXV.

Non autem me fugit, qui in naturalium facultatum commentarijs exercitatus ante non sit, hasce rationationes non satis consequi posse. Demonstratū enim ibi est, plerumque perfici attractiones qualitate familiaritate: p̄inde quomodo, sigillatim animantis particulā familiare sibi nutrimentū attrahere. Ad quā sententiam seu dogma sequitur medicamenta purgantia esse quidem derrabēdis humoribus familiaria, verū quæ attrahunt quodammodo esse efficaciora & valentiora, sicut magnes lapis qui p̄pe qui ad ferri naturam accedat, in quo ferri metallis reperitur, et quæ magnopere specie per similes sit, verū fortior est quodammodo, vt attrahere sit aptior, quā attrahi. Quin nec cnicū quoque a pituita natura alienū esse dissidendū est, vt colore suo prae se fert: sed tamē calore ipso quā pituita valentior est, vt trahere quā trahi magis par sit. Ad eundē autem modum granum chidium, sed si quando forte a corpore nostro vincatur (id quod asidūe cnicū vsu venit, rarius autem grano chidio, nimirum ob robur) vice purgationis alimentum efficitur: velut veratrum semper coturnicibus. Volo autem (quando quidem in hunc sermonem descendimus) logici cuiuspiam meminisse theorematis, quod & in commentarijs de demonstratione monstrauimus: ceterum in rem presentem haud inutile. Est autem theoremata eiusmodi, demonstrationum alia, quod ex necessitate hoc illi insit concludunt: alia, quod inesse possibile est. Harū ipsarum quaedam in id quod ex necessitate inesse recidunt, quando videlicet ex necessarijs consequuntur principijs, velut in hoc ipso quod modo monstrauimus. Siquidem in grano & cnicū pituitosum inesse succum euidenter monstrare non est: tamē posse esse, ac probabile verisimileque esse, ratione colligitur. Sed quia attractiones substantiarum fieri similitudine ostendimus (demonstratum enim subinde est, in purgationibus attractionem esse eorum quæ purgantibus medicamentis similia sunt, haud verō omnium simul succorum alterationem) similitudinem inesse quandam vtriusque substantijs, & eius videlicet quæ purgat, & eius quæ purgatur, necesse est. Porro cum quod purgatur pituita est: quod trahit, pituitosum sit oportet. Pituitosum autem esse oportere quod trahi diximus, non autem plane

A pituitam. Etenim similitudinem inesse substantijs diximus, non identitatem. contrarium enim cernimus. Nam neque ferrum attrahit ferrū, nec caro carnem sed lapis sideretis ferrum, caro sanguinē. Differunt enim mea quidem sententia, idem & simile. Quippe pituita & pituita eadem est, & cnicū cnicū, similis autem pituita & cnicus, non tamen idem. Neque enim quaecumque, aut biliosa, aut pituitosa dicimus, perinde tanquam bilem, aut pituitam continerent, sic nuncupamus. Huius enim opinionis absurditatē deteximus cum in naturalium facultatū commentarijs, tum multis alibi locis. Quapropter praterenda sunt omnia huiusmodi. Illud verō rursus repetendum est, quod ipsorum purgantium medicaminū quaedam iam etiam possidet idoneam ad attractionem similitudinem: quaedam non perfecte quidem eam obtinent, verum in animantis corpore accipiunt, nō secus atque vrentia medicamenta, quæ caustica Graeci vocant. Itaque duplex quoque in his similitudo est, vna actu, altera potentia, velut & in alijs omnibus. Quin & permixti sunt similibus in vnoquoque succis alij dissimiles, qui partim quidem medicaminosi sunt partim non. Quare vbi purgationē haud assequuntur, quaedam purgantium malum corporibus nostris inferunt, quaedam verō alimentum exhibent.

In commentarijs de naturalibus facultatibus indicatum Galeno est, tractionem similitum esse, ita enim magnetem trahere ferrum & singulas partes familiare sibi alimentum, atque ita etiam medicamenta expurgantia succos certos. Sed cur medicamentum potius trahat succum quam ab ipso trahatur, in illis commentarijs dixit causam esse in calore maiori, quod scilicet, similitum, quæ calidiora sunt trahant, quæ minus calida trahantur. hic dicit quæ trahunt esse quodammodo efficaciora & valentiora. Quibus verbis quidam intelligunt causam trahendi esse in similitudine, & perfectiori quadam natura, mihi verō probabilius videtur & Galententia magis consonum, quod ex ambobus locis colligitur, similitudinē esse trahendi causam, trahere verō quæ sunt efficaciora & valentiora, efficaciora verō esse quæ validiora. Nā tamen quaedam expurgantium videantur esse minus calida succis quos euacuant, vt rhabarbarum bile, tamen ratio non redarguitur, quia indicatum est omnia hæc constare diuersis partibus atque aded posse constare longē contrarijs. Potest ergo medicamentum, et si totum minus calidum sit succo, quasdam partes habere calidiores illo, per quas fit tractorium potius quam tractile: et si habeat alias partes similes quibus fit tractorium huius, vt bilis aut pituitæ. Quanquam verō hæctenus tantum monstratum est, fieri posse vt hoc ita habeat. Hinc etiam fit, ita esse reuera, atque aded granum chidium præter partes calidissimas quas habet, habere etiam partes pituitosas.

Fit verò hoc ex quodam theoremate quod dicit se in libris de demōstratione monstrasse. Id verò est, demōstrationū alię necessario hoc illi inesse indicant, alię posse inesse: atq; harum ipsarum, quędam recidunt in id quod necessario inest. Ita igitur secundū hoc theorema procedit ratio simatio, grano caudio nō repugnat inesse partes pituitosas, etiam si in sint alię multę valde calidę, cum igitur purget pituitā necesse est illas habeat. Nam tractationes fiunt à similibus, habet ergo partes pituitę similes, & pituitosas. Sed quia nec cnicus trahit cnicum, nec pituitam, nec omnino quod est idem, sed quod simile, cū in eo quod nullatenus differt nullum sit principium agendi, neque omnino mouendi, cōstat pituitosas partes cnici, aut biliosas rhabbari, non ita dici pituitosas aut biliosas, q̄ pituitam aut bilem in sese actu contineant, sed quod bili, aut pituitę similes sint. Huius enim (ait) opinionis absurditatem deteximus in naturalium facultatum commentarijs: hoc dicit, quia ibi refutauit sententiam quorundam veterum putantium in cibis contineri actu succos, atq; in ventriculo & hepate solum agi separationem, itaq; cibos pituitosos & medicamēta pituitosa dici, quę plurimum continerent pituitę. Verum hoc falsum est, nec enim in cibis aut medicamētis est pituita, sed pituitę simile. Itaq; quę expurgant, partim sunt succis similia, partim calidiora, & neq; hanc similitudinem, neq; hunc calorem habēt actu, sed potentia, vt de calidis medicamentis dictum est. Quod cōstat, quia trahere medicamenta non possunt antequam à nostro ventriculo perpessa sint, non quidem eatenus, vt in succos ipsos mutantur, (tunc enim non trahent, quia, vt diximus, non trahit quod est idem, sed nutriet vt ipse succus, aut immansone augetur cacochymiam) sed vt fiant similia actu illis. Itaq; neq; omnino nihil perpessa, neq; mutata plurimum, trahere possunt medicamenta, sed alterata mediocriter, hoc est, ad actum deducta, qua alteratione euenit separari partes illas diuersas quas inesse diximus, alias succis similes, alias calidiores. Quod si quando & illis omnibus partibus ad actū deductis sint succi calidiores, euenit non immerito vt expurgatio careat successu, & ipsa medicamēta in corpus distrahātur. Qua causa arbitror expurgationes non succedere dum adhuc febres sunt ardentissimę.

CAP. XXVI.

Porro quoniam semel sermonem de purgantibus medicamentis attigimus, præstitit fortassis non nihil quoq; dicere de nimis purgationibus quas Gręci vocant, quasi superpurgationes dicunt. Euenire igitur eas solent, cum purgans medicamen vsq; adeo inualuit, vt in vasorum ad ventrem pertinentium osculis mordicationem aperitio-

A nemq; multam relinquat, assidueq; irritans, conuellensq; corpora, quę in vasis sunt vires dissoluat, atq; deiciat. Nam q̄ in ventre euenire conspicimus vbi vires eius in extremam inciderunt infirmitatē, idem in venis accidere putandum. Quid porro est q̄ in ventre euenit? Vomitus totius eius quod deglurit, vbi videlicet superiores eius partes debilitas occupauit, intestinorum vero leuitas, vbi inferiores. Ostensum est autē, & de his latius in tractatu de vacuandorum causis. Huiusmodi affectum existere in venis, existimandū est in superpurgationibus. Cum autem per initia modica etiamnum sit & aperitio, & imbecillitas, tum quod & tenuissimū est, minimeq; natura familiare, excernitur. Sed vbi vtraq; aduicta est, iam tum etiam crassa, & quę natura animalium familiarissima sunt euacuatur: quā obrem flaua bilis primo, pituita secundo loco, tertio loco atra bilis, post hæc postremus omnium in superpurgationibus effunditur sanguis, vt pote qui natura succus sit familiarissimus. Ante hunc verò primus quidem qui tenuissimus, postremus qui crassissimus. Differunt autem & Hipp. in opusculo quod de natura humana inscribitur, de ordine qui in istis euacuandis seruari solet, at nunc quoq; ne quid huic sermone desit dicendum est. Etenim si quod pituitam ducat medicamētum exhibeas, prima quidem in superpurgationibus flaua, mox atra, tertio loco sanguis eicitur. At si quod flauam bilem detrahat, pituita consequetur, tertia atra, quartus demum reddetur sanguis. Quin & si atram bilem purgare sit natum, eam quidem primam euacuabit, postquam flauam deinde pituitam: omniumq; postremus sequetur sanguis, tanquam exinanitis iam vasculis effluens, vt quę summa iam debilitas occupet quoque ad extremam osculorum, aperitionem peruenierint. Ex quibus manifestum est, postremum in superpurgationibus vacuari humorem, qui idem & familiarissimus est: aliorum autem vnumquemq; prout aut crassus est, aut tenuis. Ceterū causa quā obrem, omnino, & qui alieni sunt à purgante medicamento succi, vna excernantur, in hisce tribus consistunt, vasculorum scilicet imbecillitate, osculorum laxitate, & purgantis mordicatione. Cum enim vascula non amplius in sese continere succos possunt, & oscula eorum reclusa fuerint, nec irritare medicamentum desinat, postq; non amplius familiarem trahere succum, necesse omnino est, reliquos quoq; quo diximus ordine, excerni. Satis enim erat vnica mordicatio, quę organa ad excrionem excitare posset: quanto ergo magis id fiet, vbi & aperitio & imbecillitas vasorum coierit? Fit autē vt supra diximus, aperitio ob medicamenti potentiam: ob quam videlicet mordicatio item prouenit. Vasorum autem imbecillitas, tū ob ingentē defatigationem (q̄ scilicet dum à purgante medicamento mordicarentur, ac veluti emulgerentur fieri contingit) tum ob intemperantiā, quę in superpurgationibus occupat. Quęcumq; enim humorū penitus euacuaueris, intemperantiā consequatur necesse est. Itaq; quod à purgante & alieni quoque vacuentur succi

*cas habeto causas porro quod supra dicto ordine, va-
cuandorum humorum tum tenuitas, tum crassitu-
do in causa est, & ad hæc prout magis & minus ani-
marum constitutioni succus quilibet familiaris est.*

VT nonnunquam à medicamēto expur-
gante non fit expurgatio, ita etiam ali-
quando fit expurgatio nimia, quæ vocatur
superpurgatio: est autem cum non humor
solum medicamento familiaris. Sed alij etiã
omnes vacuantur: quod quidem non fit tra-
ctione, sed irritatione, & vasorum debilitate.
Quod diserte admodum Gal. docet, vt non fit
enarratione opus. Quod de ordine suppur-
gationum dicit videbitur fortasse non respon-
dere experimento. Dicit enim euacuari pri-
mum succum familiarem quicumque is sit, de-
inde alios, tenuiores ante crassiores: verum
constat perierum esse accepto pharmaco mel-
ancholagogo, prima deiectione exire succum
nigrum, sed post vacuatas feces, & quædam
aquosa, ac biliosa etiam aliquando. Sed scire
oportet etiam superpurgationem, vt ipsum no-
mē præ se fert, dici eam euacuationem quæ
succedit expurgationi: expurgationem verò
esse euacuationem succi proprii. Ante hanc
verò solere fieri fecum & materiarum qua-
rundam communium euacuationem. Eua-
cuatio ergo non à prima deiectione semper
incipit, sed post vacuationem communium à
succo familiaris vacuatione, & ab hac sequi-
tur superpurgatio, eo ordine quo nunc Gal.
dicit, & Hipp. i. de natura humana. Duos ita-
que (vt resumentes dicamus) habere potest
exitus pharmaci propinatio, cum non euenit
recte & vt expedit exurgari, aut enim non e-
uacuatur, aut euacuatur homo plus satis. Non
euacuari euenit quod non alteretur pharma-
cum, neque deducatur ad actum aut quod alte-
retur plurimum & coquatur, aut quod di-
stribuatur, trahaturque in corpus: non alterari

euenit pharmacum, quod venter sit de-
bilis aut frigidus, simpliciter aut ad tale ra-
tum vè pharmacum, quod fit vt nonnulli mi-
nori aut debiliori pharmaco purgentur re-
cte, cum maiori aut fortiori purgari non
possent. Hanc esse causam qua successu
caruerit expurgatio, agnosces, quod mul-
to postquam fit acceptum, vomitu aut
deiectione reijcitur pharmacum integrum
sine multo humore. Alterari plurimum e-
uenit ob pharmaci exiguitatem aut tenui-
tatem ad ventriculi robur, ac tunc temporis
lædit pharmacum, vt ipsum est plus aut mi-
nus malignum. Si enim malignum plane est
veneni noxam infert: si minus, tamen auget
cacochymiam: si minime, infert insensibile
noxam. Quo fit vt multi lædantur pharma-
cis, qui si ea maiori quantitate accepissent, aut
fortiora, nihil læderentur. Distrahi in corpus
euenit ob ardorem carniū, quod cum fit
febris fit maior, & color euertitur, & morbi
regij speciem præ se ferunt, & neque forbere,
nec bibere vult æger, sed omnia abomina-
tur, vt dicit Hipp. lib. de expurgantibus me-
dicamentis. Ego vidi sæpe talibus factas esse
expurgantium medicamentorum deglu-
tione internas inflammationes. Euacuari
plurimum ac superpurgationes fieri cōtin-
git, quod medicamentum violentius, aut
maiori dosi quam expediret datum sit, aut
quod non tempestiuè, aut non bene com-
positum sit pharmacum. Velut si cum natu-
ra pararet iudicatoriè deijcere quis det phar-
macum, non mirum si pro purgatione super-
purgatio fiat, aut si medicamentum sit com-
positum ex valde diuersis & quorum actio-
nes in diuersa incidant tempora. Tunc enim
cum peracto vno alius denuo motus inci-
pit, fieri solet superpurgatio, natura, quæ v-
num sustinere possit, duos motus non su-
stinente.

FINIS TERTII LIBRI.



DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBVS.

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.



QVO pacto igitur dicatur calidum, frigidum, humidum, siccumq; facultate medicamentum tum quæ ratione id explorare oporteat, supra definitum est. Porro quoniam nonnulla emollientia dicuntur, relaxantia rarefacientia, condensantia, emplastrica, ac digerentia, multaq; his similia alia, præstiterit & de his differere: vna vero cum istis, aut etiã ante ea, de saporum omnium & essentia & facultate, de qua & in fine primi horum commentariorum verba fecimus: quando scilicet Platonis ex Timæo dictionem adscripsimus. Verum ibi quidem vt mentionem facerem passionum sensibilium quas lingua in quoq; eorum perpeti est nata: at hic de essentia & facultate saporum sermo habebitur: quod quid & alia animantis partes similiter vt lingua à facultate saporum perpetiuntur, sed passionum sensum nõ exacte percipiunt. At lingua præter quã quod perpetiatur, sensus etiam perfectionem possidens, earum omnium naturas dignoscere potest. Nec enim hoc dicendum est calidum, frigidum, humidum, siccumq; linguam calefacere, frigesacere, siccare, aut humectare posse, aliarum verò quamuis non posse, imo & vti hanc, ita & alias omnes singula afficiunt, & alterant, tantum diuersitate in ipsis existente pro minoris maiorisq; ratione: haudquaquam in ipso, vt sic dicam, affici, aut non affici. Quippe quod lingua non secus atq; alia quæuis animantis partium, calidum, frigidum, siccum, humidumq; dignoscere corpus valeat, cuius clarum est: amaritatem verò, dulcedinem, salinitatem, aciditatem, austeritatem, acerbitatem, acrimoniam, hac sola discernere creditur: ramer si passionum similitudinem inuenire est, cum in alijs partibus omnibus tum in vlceratis. Nam cutis duritas densitasq; excludit, resistit, prohibetq; quominus foris incidentium facultates intro in carnem ipsam penetrent.

Libris duobus primis actum est generatim, paucis quibusdam exemplis, de ratione inueniendi medicamentorum facultates: tertio de primis medicamentorum facultatibus, quarto & quinto agendum est de secundis, & posterioribus. Verum hoc quarto est agendum de facultatibus quæ coniunctæ sunt cum

A saporibus, quinto de reliquis. Proinde hic agendum de saporibus, de quibus etiam actum est in fine libri primi, verum illic tantum modo vt distinguerentur differentia seu species gustabilium qualitatum, hic vero vt agatur (ait) de essentia & facultate saporum. Hoc est, vt dixi, de facult. quæ cū saporib. coniunctæ sunt. Non enim si exacte velimus loqui saporum sunt facultates medicamento- læ, neq; ipsi saporibus sunt facultates aliqd agendi per se, sed earundem rerum sunt saporibus & facultates. Esse verò cum saporibus coniunctas quasdam facultates, probat Gal. quia vt habet res huc aut illud saporem, ita hanc aut illam passionem inferunt lingue, incidunt scilicet, adstringunt, aut extergunt, aut rodunt. Constat vero ea nõ solam linguam ita afficere, sed alias etiã omnes partes eodem modo, sed hoc solum interesse, quod eas passionibus sola lingua sentiat, vel quod habeat sensum exactiorem vel peculiarem aliquem sensum quo alia partes non participet. Igitur etsi sola lingua sentiat se adstringi ab austeris & acerbis, alia etiam partes adstringentur. Habet igitur quæ talia sunt vim seu facultatem adstringendi, & eodem modo quæ quocumq; alio sunt sapore, aliquid agendi. Dicendum ergo in hoc libro, quid illud sit, & quæ facultas coniuncta sit, cum sapore quocumq;, & huius causa agendum de saporum differentia, & exacta dignotione. Sed vt intelligas id quod de lingua & alijs partibus, dicit Gal. considera linguam tactum cum omnibus alijs partibus, habere commune, & exactiorem quæ earum plurimæ, & aliam quandam sensum peculiarem, quem dicimus gustum. Ob hæc, saporibus, vt dulce & amarum, sola agnoscit & tangibilia, vt calidum, frigidum, humidum, siccum, agnoscit vt reliqua, ac melius quæ eorum plurima. Ita etiam & adstrictionem, & corrosionem, & incisionem, quæ per se etiam sunt tangibilia, sentit melius quæ aliarum partium plurimæ, & præter eas passionibus, saporibus sola percipit. Probat ergo Gal. saporibus habere facultates quasdam coniunctas, atq; exercere eas in partes omnes, nõ solum in linguam, manu ductiorem faciès ab eo quod secundum communem tactum euenit. Nimirum à calido, frigidò, sic-

do, sicco, & humido æquè omnes afficiuntur partes, etiam si non æquè id omnes partes sentiunt, sed aliq̄ plus aliq̄ minus, vt queque maiori aut minori sensu prædita est: ita oportet putare à dulci & amaro & austero omnia pati (nō posteriores illas passiones, ac linguæ proprias, quæ sunt ipse gustus actus sed priores, quæ per se sunt tangibiles) etiam si eas passiones non omnes partes sentiunt, sed ex solum, quæ facultatem sensoriam saporum habent, quæ lingua est. Tamen si (ait) passionum similitudinē inuenire est in alijs partibus omnibus, præcipuè vlcera. Nam vt diximus lib. 1. differentes de eis, quædam harum qualitatū videtur pertinere ad gustum & ad tactū. Vt acre adstringens & pingue, & quædam aliq̄, sed, vt ibidem diximus, non potest esse idem sensibile proprium ad duos sensus spectās. Quare nullum illorum, vt gustu sentitur & tactu, est specie idem, sed analogia. Ob id magna proprietate dicit Gal. tamen si passionū similitudinē inuenire est. Nam ob passionū similitudinē, datur idem nomen, qualitatibus non eisdē omnino, sed solū analogia, velut acetum mordet linguā & vlcus in crure, verum per eam passionem, proprietatem quandam percipit lingua, quā dicimus saporem, quam vlcera pars non percipit. Ita etiam in pipere agnoscit lingua quendam saporem, os ventriculi mordetur solum, & dicitur quidem vtraq̄ pars sentire acrimoniā, illud verō acre analogia dicitur, quia hoc quod percipit ventriculus, est tantū tangibile, illud quod lingua, est cum tangibili gustabilis proprietate. Dico autem cum tangibili, quia vt nullus alius sensus separari potest à tactu, ita neq̄ aliud sensibile à tangibili. Itaq̄ omnia quæ sapore aliquo sunt, facultatem habent corpora nostra aliquo modo afficiendi, & eam vocat nunc Gal. saporum facultatem. Nam sapor per eam solum potest aliquo modo nos afficere, & esse utilis aut nocere, & vt lib. 4. contr. indicauimus, inferre dolorem aut voluptatem. Nam constat saporem per se (eadem est ratio coloris, odoris, & sonitus) neq̄ actiuā qualitatem esse neq̄ substantiæ nostræ naturā vllō modo posse mutare. Sed quoniā certi sapes cū certis facultatibus coniūcti sunt, necesse est, vt de singulis partibus, hoc lib. agatur. Causam qua vlcera pars acrius sentit, q̄ nō vlcera esse dicit, q̄ cutis dura obstat passioni, cū præcipue omnino ex parte fit obducta cute nō vera, q̄ sensu caret.

CAP. II.

Sic enim & illud ab Hipp. dictum est: vlcibus frigidum mordax, tamen si cuti priusquam vlcera raretur, mordax nequaquam esset. Est vero & oculis, & naribus, & ori, externis partibus animalis, frigidum mordax, nec minus internis, ventri, & intestinis, vt difficile sit nonnunquam discernere an à frigore quis, an ab humorum mordetur acrimo-

Ania. Eueniunt autem hæc non abs re. Siquidem cum frigidum quacumq̄ contingit, eorum & contrahat substantiam, & condenset, constringatq̄, primum tenues tum exercernantur humiditates necesse est, sicut ex oculis lachryma, ex naribus mucus: postea etiam mordax appareat, licet alia ratione quam calidum. Neq̄ enim erodendo q̄ continuum est, sed diuellendo, molestum ac mordax est frigidum. Quare nec duris corporibus tale apparet. Nam dum mollia contrahuntur cōprimunturq̄, humidum ipsorū exprimi contingit. simulq̄ partes diuelli humidū quidem sicut in spongia à manibus, nostris contracta cōpressaq̄; diuelli autē, sicut in ijs quæ distrahuntur diuellunturq̄, siue à nostris manibus trahentibus siue aliunde. Tale quid rara molliaq̄ corpora à frigido perpetiantur necesse est, raritate frigus prompte intro recipiēte, multoq̄ etiam promptius partibus in ea mollibus: quæ in profundo sunt, à frigore concrefcunt. Frigidum itaq̄ spiramenta cuncta in raris corporibus subies, qualia sunt vulnerata omnia tum oculi, & nares, ac os, venterq̄, omnes refrigerandorum corporum partes circumquaq̄, amplectitur, & quodammodo multis circumquaq̄, ansis eas contrahens atq̄ cōdensans à cōtinuis auellit. Quā dum patiuntur, multa fieri spatia inania necesse est: nō tantum quia tenues exprimantur humiditates: verum etiam quia substantia mollis in arctum locum contrahatur. At qui spatium inane in sibi cōtinuis corporibus, seruata etiamnum continuitate, fieri non potest. Ergo si fieri id cōstet, clarum est, illam deperdi, ac corpus continuū distrahi, ex quo molesta mordaxq̄, sensus exoritur affectio: Tamen si non eadem virisq̄, qualitatibus est, tum ijs quæ frigore mordicant, tum ijs quæ calore: sed in illis protinus & contractionis condensationisq̄, sensus percipitur, in his dissolutionis & fusionis. Quin nec par est virisq̄, affectus celeritas: verum in refrigerantibus quodammodo tardior, & cunctantior est mordacitas, at in excalescentibus celerrime penetrat. Quando igitur abunde desinitum est, tum ipsa rerum natura, tum etiam qui in nobis fit sensus, clareq̄, expositum est, quo pacto calidum, quoq̄, frigidum mordax appareat, colligere quemq̄, apud sese nunc oportet vel antequam à nobis id audiat, mordicantium medicaminum alia calida facultate, alia frigida necessaria esse: à nobis autē distinctiones cor. addiscere exacte, licebit, vbi prius commune fecerimus, poculum & balneum cum temperata sunt, calida à nobis dici nonnunquam appellacionis abusu: quādo quidem eucrata siue temperata dici debebat, ac symmetra potius quā calida. Ergo quæ sic calida sunt, gratia amicag, sunt: funditur enim quod in corporibus nostris constiterat, atq̄ cōcretum fuerat: quo maxime affectu voluptas animalibus constat. At si moram etiam trahant, sensim quoq̄, & ipsa molesta euadunt. Ad tantam enim fusionis immoderationem sic recidunt, vt substantiam nostram etiam digerant, dissoluant, atque dispergant. Verum ne sic quidem mordicatione infestant, sed animi afferunt deliquium, viresque deiciunt, vt mors quoq̄, tandem

tandem sequatur. At que his magis sunt calida, se-
cant destrahunt, diuiduntq; substantiam: quare ne-
cessario mordacia videntur, velut aqua feruens, ac
ipse ignis. Eundem in modum frigida que contra-
hunt, nondum tamen cōtracti corporis continuitatē
diuellunt, frigida duntaxat sunt, haud etiam mor-
dacia. At que supra quā quod contrahunt etiam
conuellunt, ea utiq; omnia violenta condensatione
vriuntur, quocirca & mordacia apparēt. Igitur sub
iectam materiam contrahere & condensare, frigi-
di semper proprium est fundere autē atq; liquare, ca-
lidi vtriusq; verò immoderatus aucti, cōmunis est
mordicatio. Etenim que summe frigida calidaque
fuerint, præter omnes alias, quas modo memorabā,
raras mollesq; partes, cutem etiam nostram inua-
dunt. Memini me quandoq; per niuem iter fecisse
tam altam & copiosam vt nulla terræ pars nuda
conspiceretur. Aër exactissime purus videbatur. Spi-
rabatq; à niue quidam ventus aded frigidus, vt non
oculis modo & nares, sed & totam aded faciem
mordicaret, verum etiam si quis forte manum pro-
tulisset, similiter illā afficeret. At que à summa fri-
gidity aut caliditate absunt, cutem non mordi-
cant: frigida quidem, quoniam continuitatem eius
ob duritiem destrahere nequeāt, nec in profundum
subire præ superficiēi dēfuitate valeant. Calida autē,
tum q; non erodant, sed duntaxat fundant, tum q;
interdum meatus prompte penetrent. Plurimū autē
ad id genus passiones facit essentia medicamentorū
vel tenuitas, vel crassitudo. Siquidē frigida que te-
nuium partiū sunt, magis in profundum transeunt
vehementius etiam proinde mordicant. Calida verò
que crassarum sunt partium, quoniam plus vlcera-
t, violentius idcirco etiam affligunt. Tenuiorum itaq;
partiū aër est, crassiorum terra, medium eorum te-
net aqua. Sed aër accessus sit flamma, terra autē pru-
na: at aqua vehementem sanē caliditatem accipit,
sed nec flāma nec pruna, ppter innatā humiditatē
efficitur. Siquidē flāma & pruna, ignis sunt genera:
ignis autem omnis calidus est & siccus. At aqua sic-
ca vt sit, fieri nequit, proindeq; ipsius ignis exacte
qualitatē sicut aër & terra non accipit. Nullum est
itaq; ita calidum pharmacum, vt aut flamma, aut
pruna, aut feruens aqua. Imo vt sit vel calidissimum,
omnino tamen plurimum, ab illis vincitur. Proce-
dit autē ad uestionem vsq; medicamentorum calitas,
vbi videlicet in crassa consistit essentia. Que verò
subtilium partium sunt calida, nonnunquam om-
nino non mordicant, sed calefaciunt duntaxat. Est
autem vbi & mordicent non tamen vrant.

Vlceratas partes acius sentire quam nō
vlceratas, aut (vt fortasse dicam verius)
magis dolere ab eisdem sensibilibus, cōstat,
quia vt dicitur ab Hipp. aph. 2. sect. 5. frigidū
est vlceribus mordax, non qdē solis vlcerib.
(nā & nō vlceratæ mordētur quædā partes)
sed illis magis. Hinc accepta occasiōe sermo-
nē de mordacibus & de mordacitatis causis
instituit. Dicit mordacitatē fieri à calore & à
frigore, atque ita mordaciū medicamentorū

A non vnam esse naturam, sed quēdam eorum
esse frigida, quēdam calida, atq; adeo tam si-
mitem esse ab vtriusq; passionem, vt ex ipso
modo dolendi, nisi alia adiungamus, sepe nō
possimus causam dignoscere. Multi enim
mordacem dolorem intestinorum habent,
atq; à calida an frigida patiantur causa, nisi
alia signa coniungant vel à caloris sensu, vel
ab exeuntibus, vel à febre, medici non agno-
scent. Sed quāquam vtraq; calida inquam
& frigida mordeant, non tamē eodem mo-
do id faciunt, (nam idem & eodē modo quo
pacto fieri posset à cōtrarijs?) Sed calor scin-
dendo & separando, frigus constringēdo ac
corrugando. Proprium est enim seccare &
dissoluere calor, frigoris cōtrariū. Huc re-
spiciētes veterū quidam vt refert Theophr.
cap. 1. sexti de causis plant. in quib. erat De-
mocrates, sed & Plato etiā, sensibilia corpora
ex corpusculis constare censebant, & esse fi-
guras proprias singulorum elemētōrū cor-
pusculis, ignemq; constari ex longe minori-
bus corpusculis quam alia, & habētibus mi-
nores vases, & acutiores cuspidēs, quia hu-
iusmodi sunt ad penetrandū aptissima: nos
verò, Arist. & Theophr. hac in parte sententiā
potius quā secuti, dicimus, diuidere & dis-
soluere, non accidere, quod corpuscula pe-
netrent, sed esse calori proprium, & accidere
ei per se, nō quidem per se primo vt Arist. lo-
quitur (nam ita calor est tantum caleface-
re,) sed per se secundo, quia calefaciēdo fecat
& dissoluit. Eodem modo accidit frigori
constringere. Illud ergo scindit, hoc inē qua-
liter constringēdo facit quasdam particulas
diuelli, atq; ita vtrumq; soluit continuum, &
soluendo infert sensum mordacitatis. Neu-
tra verò mordent, nisi intensa sint. Nam re-
missa non faciunt solutionem, aut non satis
magnam ad dolendum, aut non repēte. Sed
frigus sensum sui facit, & cuiusdam condē-
sationis sine morfu: calor fundit & laxat, ac
nonnunquam vsq; ad deliquium agit animi,
si diu quis in eo contineatur, nō mordet au-
tem nisi cum vrēs esse incipit. Hic locus plu-
rimum videtur fauere opinioni putantiū do-
lorem à sola solutione continui fieri, quia vi-
detur Gal. omnem causam dolendi ex calo-
re & frigore reijcere in solutionem continui,
ac dicere, hæc dolorem non inferre, antequā
sint tam intensa, vt repente ac multum tol-
uant. Sed Gal. non dicit nō dolere nos ex ca-
lore & frigore vsque dum sint tanta, sed non
morderi. Fit itaq; ex ijs quæ dicit, non quidē
dolore non fieri nisi à solutione, sed non fieri
dolorem mordacem, non autem quia nō fit
per se ab intemperie dolor mordax, omnino
non fiet vllus dolor. Constat enim cum quis
sole meridiano æstatis dissoluitur, & animo
deficit, molestiam quandam sensus pati non
exiguam, quare & dolorem quendam, etfi
non

non mordeatur. Si igitur calor aëris tunc crescat vsq; ad vrentem, accedet priori molestiti mordacitas. Est igitur vsionis sensus non simplex dolor, sed mixtus, & ex duplici causa per se procedens, solutione & intemperie, etiã quod habet mordacis, solius solutionis sit. Sed hæc obiter hic sunt dicta. Habet disputatio de dolorum causis locum proprium lib. 4. meorum contr. medicina. Dicit postremo Gal. cum calida & frigida mordacia sint, hoc tamen interesse, quod frigida quo tenuiorum sunt partium, eo magis mordent, calida vero quo crassiorum, quia frigus nisi in tenui substantia non penetrat: nisi autem penetret, non mordet, duram enim cutem non potest dilacerare, calor cum per se penetrat promptius, tum efficacior ad eum est, ut etiam si non penetret cutem ipsam exurat. Unde fit, ut medicamenta caustica sint calidissima & crassarum partium. Sed obijcies capite (secundum meam partitionem) lib. 1. dixisse Gal. calida medicamenta penetratione & comminutione iuuari, quod videtur his que nunc dicuntur esse contrarium. Indicatum vero est mihi illo loco, illa iuuari tenuitate que non sunt ad eum calida, ut solius cutis calore possint ad actum deduci, que verò sunt valde calida non indigere tenuitate. Quoniam ergo nunc dicit mordacia non esse que utcumque calida sed que vehementer, & que mordacia, & que caustica erunt crassarum partium potius quam tenuium, ut rursus lib. 5. dicetur. Porro dicit, inter alia, in huius doctrinæ confirmationem, ex aëre quidem fieri flammam, ex terra prunam: ex aqua vero ob innatam humiditatem neque flammam neque prunam effici posse. Obijcies autem fortasse, aërem etiam esse humidum, ac ut multorum fert opinio etiam quam aqua humidior. quare si ea esset legitima causa, futurum ut neque aër ardere posset. Proinde censeo intelligendum causam qua non vratur aqua humiditate esse, non simpliciter, sed cum tali substantiæ modo, hoc est humiditatem cum hac crassitie. Nam quia aqua est frigida & humida & crassa, fit ut nulla habeat cum igne analogiam, ac proinde in illi vnica commutatione abire non possit: aër verò etsi sit humidus, est, ut Aristotelici dicunt, calore analogus, ut ego censeo, tenuitate & substantiæ modo: aqua vero nulla prorsus re. Itaque concedimus Gal. ob humiditatem non vni, interpretamur vero ob humiditatem talem, hoc est, cum crassitie.

CAP. III.

Sed que tenuium partium quidam crassarum esse intelligamus, commemorare oportet. Nempe que celeriter in tenuia soluuntur, tenuium appellamus partium. At que id perpeti nequeunt, crassarum. Quod ergo ea soluuntur, calor qui est in animantis corpore cui vnquamque applicari contingit, in

A causa est. Quod autem in tenues crassiusve partes comminuantur, id a sua ipsorum natura obtinent. Quocirca refrigerantium medicaminum ea que crassarum sunt partium mordicare nequeunt, utpote que extrinsecam cutis superficiem penetrare non valeant. At que tenuium sunt partium, & persacile penetrare possunt, & in profundum subeuntia molles animantis partes mordicant. Mordicant etiam magis que cum tenuium sunt partium in super inæquabilem obtinent temperiem: sed supra demonstratam est inæquabilia esse propemodum omnia. Quippe aut impossibile est, aut perdifficile, vllam inuenire substantiam que ad amussim simularium sit partium. Vinum namque diximus vnum quidem habere in se recrementum crassarum partium: vnde dum temporis spatio secernitur, ferturque deorsum, fex consistit: aliud vero secundum, quod florem nuncupant, quod dum vinum feruet supernat, sed postea ad feces subsidit: tertium aqueum, quod toti vino permixtum est, hoc primario potissimumque feruet: quartum præter hæc, est ipsum reuera vinum. Ostensum vero etiam est, quod tam in oleo, tum in lacte tum in alijs omnib; succis eadem est recrementorum natura, multoque magis in totis plantis, metallicisque omnib; que memoria tenentes, nunc tempestiuum est, de medicamentis omnibus considerare, ac primum quoniam cauendum est, ne nobis quoque, quod plerisque omnib; qui talia scrutantur, accidat. Nam quasi omnia simularium forent partium, ita differunt, nec concedunt, neque vinum, neque oleum, neque reliquorum vllum ex diuersis facultate partibus consistere: imo multo magis mirantur, si de aceto audeamus dicere ipsum ingenitam vini caliditatem perdidisse, ceterum ex putredine aliam adeptum: cuius sane sententia est tum Aristoteles, tum Theophrastus. Nam vinose vini partes, dum ipsum in acetum transit, refrigerantur: at aqueum recrementum putrescens adscititiam caliditatem obtinet, velut cetera omnia que putrescunt: sitque acetum quiddam ex contraria facultatis partibus compositum, partim refrigerantibus partim calidis, sicuti vstorum lignorum omnes cineres. Etenim in illis aliquid velut sones quidam igneus per exiguas partes dispersum est, quod & valde calidum est, reliquum omne tum frigidum est, tum terreneum. Idcirco cum cinis aqua maceratur, ac per rariuacula quedam corpora modice collatur, fit ut calida acresque partes vna ferantur, reliquum quod est frigidum est, nempe quod igneas suas particulas in aquam deposuerit. Vocant eam aquam homines graece, ξειν, latine lixiuum: idque proportione quadam aqua marina, & murie dispositionis, generationis, & facultatis ergo, respondet: illa enim ex aqua saleque constat. At aqua que cinerem abluunt, tum ex ipsa, tum ex partibus, quas secum rapuit, composita, hoc pacto efficit nominata, ξειν, id est, lixiuum: quod nisi ante a seorsim ex aqua ac fuliginosis cineris partibus effectum forsitan simplex & incompositum esse corpus existimes. Eiusmodi quiddam in aceto nobis euenit. Nam cum nequeamus sensu cernere ipsius generationem, rationi diffidimus. Ceterum si nihil

aliud saltem considerantes omphacis cum eo differentiā, quā esse credere sciemus, quod nō acidus modo, sed & acris quidam alius ei permistus sit sapor quamobrē perfecte omphacis succus refrigerat, hinc est quod summe ardoribus prodest, siue ori ventris impositum siue totis hypochondrijs, siue cuilibet alij q̄ refrigerare libeat. secus vero habet acetum: nec enim ad vnguem vnum est, neq; tantum acidum, sed & acris alius quidam ei sapor permistus est. Itaque q̄ tantum est acidum, quicquid id fuerit, plane frigidum est, siue pirum, siue malū, siue acinus vuae, siue rubi, siue ipsius mori, siue rhas fructus hoc est mala punica siue quicuis alius tum fructus, tum succus, tum planta, vt oxylapathum, & oxalis, quam eandem oxida quoq; nominant. Quippe si gustanti vehemens atq; manifesta illi inesse aciditas appareat, nec quicquā pra se ferat acrimonia, omnino hunc succum refrigerantem reperies: quin confidenter vritor, siue ad ardores vti cōsilium est, hypochondrijs imposito, siue ad erysipelas, siue ad alium affectum calidum. Similiter quoq; frigidus affectus ab eo omnes palam ladi comperies. Porro vbi mista tibi qualitas appareat cum acrimonia, coniiciendū est caliditatem quoq; inesse. Sin iūcta sit adstrictio, aliud est frigiditatis genus: nam acida frigiditas tenuium est partium, at adstringens, crassarum.

Quia dixit calida cum crasitie, frigida cum tenuitate partium mordere magis, & quia ad multa eorum quae mordicentur est necessarium dicit quae sint crassarū, quae tenuium partium. Dixerat vero hoc idem lib. 1. huius operis cap. 1. vbi ego causas quib. aliquid contingit fieri tale explicui, indicauiq; non idem esse omnino crassam aut tenuem esse rem quampiam, & crassarum aut tenuium partium, etsi ad medicum nihil referat agere de crasso aut tenui aliter quam crassarū aut tenuium partium est, hoc est facile in partes exiguas diuiditur, aut nō. Dissoluuntur enim medicamenta à nostro calore cum ad actum deducuntur. Vt autem (inquit) in tenues crassasve partes comminuatur, id à sua ipsorum natura obrinet. Huius naturae diximus loco citato duplicem esse causam, veram scilicet crasitiam, quae cum grauitate semper coniuncta est, & ex grauium elementorum participatione procedit, & lentore seu tenacitatem. Itaque dicit frigida crassarum partium non mordere, quae verò tenuium sunt, mordere, ac multo magis si inaequalem obrinet temperiem. Causa est quia frigida adstringunt, adstrictio autem non soluit continuū, sed potius vnit partes, nisi inaequaliter fiat, inaequalis enim adstrictio facit partes molles, quae intersunt, distrahi, & distrūpi. Hinc arrepta occasione rursus repetit q̄ proximo libro tam prolixè est disputatum, non posse inueniri substantiam vllam quae exacte sit simularium partium, repetitq; rursus argumenta petita à vino & ab aceto.

A Enumerat quatuor vini partes, vt antea fecerat, ac docet aceto praeter frigiditas partes quae extinctis calidis vini, factae sunt, esse quaedam acres & calidas ex frigidis & aquosis vini factas: velut in cineribus cum multis terreis sunt quaedam igneae, vltione comparatae, & in lixiuio cum multis aqueis sunt igneae illae à cineribus depositae. Sed praeter haec, ex ipso sapore dicit facile agnosci posse missionem aceti, quia non acidum merum velut succus omphacis esse videtur, sed habere in super quiddam acris. Atq; ita quidem omphacis succus, & alia huiusmodi, ad erysipelata & ardores summe prodest, acetum non ita, quia aliquando rubrum facit & exasperat, vt disputantes de aceto, supra diximus. Ego quidem hic intelligi velim (quamquam hoc ad medēdi methodum pertinet) omphacis succum praestare aceto ad ardores externos, ad internos autem acetum, quia quod mere acidum est non penetrat. Colligit Gal. itaq; quod tantum est acidum, quicquid id fuerit plane frigidum est. Vocat tantum acidum, quod nulla acrimonia participat, vt succum omphacis, mali medici, citri, & cytoni. Sed dices fortasse, videri Gal. sibi ipsi, hac in parte & alijs quibusdā huiusmodi, repugnare. Contēderat enim multis nullam certam firmamq; rationem esse, agnoscendi medicamenti cuiuspiam temperiem & facultatem, ex reliquis acidentibus, nec aliter quam dicta methodo, ab eo videlicet quod corporibus admota faciunt, nunc vero dicit, si quid sit tantum acidum, statim esse frigidum. Licet ergo nullo medicamenti facto periculo ex sapore tantum acido, frigidam naturam ratiocinando agnoscere: sed considera etsi dicatur non posse certam cognitionem medicamentorum accipi nisi dicta methodo, non negari tamen, posse etiam ad hanc cognitionem qualitates sensibiles cōferre plurimum, praecipue autem sapores. Porro in quouis accidentium genere, sunt quaedam quae cōtrarijs hac ratione praestat, quod cum minori quantitate magis eminet in mistura: huiusmodi est in coloribus niger, in saporibus amarus, & acer. Frigidi vero sapores sunt vt colores candido proximi. Hoc cum ita sit, constat argumentum quod ducitur à sapore ad temperamentum tanto praestare posse plus ad cognitionem, quanto ducitur à sapore remissiori. Quia quanto sapor qui in mistura eminet est remissior tanto substantiae talis inesse plus necesse est. Igitur, est amarus ergo calidū, aut est acris ergo calidum, debilissimum argumentum est, tamē est acidum ergo frigidum, non ita, sed proxime accedens ad certam coniecturam, vt licuerit Gal. ita argumentari, tametsi ad omnis certam medicamenti noticiam experimentum semper satius sit adiungere.

CAP. IIII.

Sed horum paulo post probationes asseremus in medium. At quod prius consilium dari oportet his qui calia absq; sophistica arrogantiā, imo vnius veritatē gratia seruantur, id nunc tempestiuum est exponere, nempe quod non solum ratione exerceri per eas methodos logicas, ad quas nunquam heritari desino, quasq; in demonstrationum commētaris tradidi, sed etiam gustandi exercere sensum in saporib; oporteat, principioq; in his exquirendis sollicitos esse, quæ vnā quampiam habeant qualitatem in se: si enim vt si acrimoniā cogitatione complecti clare velis, id in allio, cepis, & quæ ipsis similia sunt, efficies assidue gustando, plurimumq; dentibus mandando, cum in longo vsu passionis existentis sensum memoria diligenter mandando atq; insigendo. Sim adstrictione, in galla, rhu, & similibus: si vero amaritatem, nitri fellisq; gustu: si autē dulcedinem gustu sirci & mellis. Ad hoc siue & xopv, hoc est quod qualitatis sit expers, siue qualitate quod ad sensum attineat, medium volēs comprehendere, aquam gustare iubeo, ac diligenter, memoriā commendare, eamq; potissimum quæ nullam dictarum præferat qualitatum, neq; dulcedinem, neq; amaritatem, neque acrimoniā, neq; aciditatem: præter hæc, quæ neq; supra modum sit, aut calida, aut frigida. Nam hinc exorsus propius & ad aliorum obscuriorū omnium saporū agnitionē peruenies, & ad eorū quos ego quidem dulces, alij vero aqueos appellatū: qualis vitig, est calamorum viridium & graminis (agrosten Græci vocat) ad hæc tritici ordeī, zea, aliorūq; multorum, quæ Theophrastus recenset, inquirens, an plures sint ponendæ dulcium saporum species, an vero in maioris tantum ac minoris inter se differere ratione existimandi sint. Sed de his alibi desiniam.

Præcise rationem cognoscendi sapes continet hoc capitulum, facile profus, & enarratione nulla indigentem, hoc enim, vnum quiddam eorū est, quæ fieri potius quam dici debet. An sapes dulces velut mellis, faccari, & lactis specie differant, an intensione solum, an modo quodam, inutilis profus & inextricabilis est quæstio.

Porro si qualē præbet sensum aqua plane omnis qualitatis vacua, talem in re sicca inuenias, ea nimirum extra omnem est insignem, tum caliditatem, tum frigiditatem, mediam quo ad fieri queat constitutionem obtinens, aut certe paulum ad frigidius declinans. Ac si talis cum sit in caloris frigorisq; differentia, in super consistentiam nata sit siccam: terrestris sit, ac citra morsum desiccet, neesse est. Appellat eius generis medicamenta omnia medicamenta emplastrica: velut pleraq; quæ exacte lota sunt, amyllum, pōpholyx, cerussa, calx cadmea, terra Cretensis, cimolia, chonārus, Sannus aster, macis, & fullonū terra, ex emplastricis sunt pharmacia. Sunt vero ex eis nonnulla non terrena solum, sed aquea natura. Quin etiam quædam non parum in se aeris continent, omnium quidem glutinosa, ac proinde em-

A *plastrica*. Duplex si quidem est emplastricorum medicaminum natura, altera exacte terrea & sicca, altera viscosa quidē omnino, sed ex aqua & terra, plerumq; etiam aere mista, sicut oleum dulce. Postum autem retro est, quid dulce vocitem. Ergo hoc ex aërosa, terrea, aqueaq; essentia temperatum est. At oui albumen ex eisdem quodammodo, sed magis tamen terrenum oleo est. Quin & quod lactis est caseosum emplastricum quoq; est, & suillus adeps. Nā tauri sane & hirci pinguedo, acrimoniā, & multam & igneam possidet: bouis item, ouisq; adeps acris est. Nam talium animalium pingue ob crassitudinem adeps appellatur. Est enim non calidior tantum, sed & magis terrenus suum adipe. Porro anseris & gallinacei calidior est pinguedo & sicciore, quam suum, quin & subtiliorum partium & minimū terrestris, sicut & auium omnium: quandoquidem & corporis ipsarum substantia non parum habet aeris. Sed de his alibi tractabitur. Quæcūq; ergo pinguedines nondum vllam nactæ sunt acrimoniā, emplastricam & illinendi poros facultatem obtinent, eamq; tanto efficaciorē, quanto sicciore, magisq; terrena fuerint. Huiusmodi est cera elota: deponit siquidem & ipsam quam habebat à melle acrimoniā. Satis verò constat hæc a me non dicta esse de cera, quæ natura sua amara est, qualis est pontica. Ex absinthio namq; ea amaritudinem obrinet: ac si vel sexcenties eam laueris, prorsum tamen omnem amaritudinem haud elueris. Fugienda vero etiam illa cera est, quæ ex acri & thymoso melle conficitur, cum plane ab omni mordacitate alienum præparare volēs medicamentū. Quocirca ad lauandum idonea est, quæ ex melle facta est, tum aquosiore, tum minime mordaci.

Emplastrica medicamenta vocantur, quæ illinunt obturantq; poros. Esse autē emplastrica partim pertinet ad facultatem medicamentosam, partim ad substantiæ modū. Ad facultatem, quia ob hanc ipsam substantiam nata sunt facere aliquid, quod alioquin non facerēt. Nam quia illinunt, & obturant poros, sunt accommodatissima ad suppurandum, quæcūq; emplastrica cum sint, non habent suppurationi repugnantes qualitates. Itaq; ipsum emplastricum esse multum confert ad suppurationem, quia obstruendo cutem cohibet calidum effluuium, facitq; succos in seipsis excoqui: ad substantiæ autem modum pertinet hæc differentia, quia hoc ipsum emplastricum esse, est modo quodam esse substantiæ. Qui modus est duplex, vnde fiunt duo genera emplastricorum. Accidit vero vtriusq; idem, puta esse crassarum partium & obstruens, & æquabilitatē quandam substantiæ facile recipiens, & tenaciter retinēs: ut igitur crassarum esse partium, ob duo euenit, puta ob terream naturā & ob lentorem, ita etiam emplastricum esse, ob eadem duo eueniat, neesse est. Sed sunt quædam quæ non prohibent quo minus crassarum partium

quid sit, prohibet: vero esse emplastrica. Nam neq; acrimonia, neq; acerbitas insignis, potest esse in emplastricis, tollunt enim hæc æquabilitatem partium. Sunt igitur duo emplastricorum genera, alterum eorum quæ terrea sunt citra qualitatem ullam insignem, sed apia, ut aqua, aut apijs proxima: alterum eorum quæ sunt humidiora & lenta, primi generis sunt amyllum, terra sigillata, bolus armenus, cerussa cadmia, & pompholyx valde lota & farina triticea & hordeacea, quæquã hæc minis obextersione, & alia huiusmodi, quæ omnia admisione succi equabili quoddam emplastrum nata sunt reddere. Secundi generis sunt oleum & omne genus pinguedinis, & adipis. Hinc arripit Gal. occasionem agendi de adipum natura. Sed ego lib. 1. contr. secundæ editionis, de ea longiuscule disputavi, inde potest, qui volet, meam & Galen. sententiam accipere. Porro Gal. lib. 11. pinguedinis naturæ dabit proprium caput.

CAP. VI.

A Tq; emplastrica quidem medicamenta eiusmodi sunt: sed ad acida adstringentiaq; reuertor. Adstringentia certe terrena sunt, & crassa corporis consistentia, qualitate vero frigida. Acida autem tenuitate pollent corporis, sed perinde ut adstringentia refrigerant. Vt q; gemina probatio est: nempe ex sensu, quæ ab inductione est, & ex ratione, quæ ex substantia eorum colligitur. Prior quidem probatio dicitur quæ vulgo quidem est apertior, ceterum ad scientificam demonstrationem minus habet virium. Arborum siue fructus omnes, quorū quorū nobis ubi maturuerint dulces apparent, nup̄ enati, acerbi, sicciq; sunt consistentia, p̄ sui nimirum parentis quicquid natura (ceu quodam ait loco Theophr.) oliuæ, vuc, mala punica, mora, palmule, pira: at progressu temporis huiusmodi redduntur, acquiruntq; pro acerbitate aciditatem, quam sensim exuentes postea dum maturescunt a: perficiuntur, dulces euadunt. Sunt qui non in arboribus, sed postea cum decerpti cõditiq; aliquando fuerint, dulcedinem accipiunt, alij sunt qui non in terueniente aciditate, sed palam ab acerbitate in dulcedinem transeunt sicut oliuæ. Quin q; calido maturescunt coquunturq; omnes, clarum est: tum quod id ipsum duplex sit: alterum proprium, & cuiq; ingenitum, alterum externum, a sole videlicet, sed tamen natura eorum conueniens ac familiare: si quidem meminimus q̄ nobis perpetuo p̄posita sunt elementa, & ipsum vtriq; clare cognouerimus. Porro si cū initio acerbi essent, tempore maturescences dulcescunt, sequitur ex calore ipsis provenire dulcedinem, aciditatem, acerbitateq; consistisse ex frigore. Quoniam autem principio lignosi cū sint (ut & Theophr. dixit) sicci quoque sunt simulque acerbi, verum affluctis postea humoris copia acidus efficiat: palam est saporem acerbum magis esse terrenum, acidum autem magis humidum. Itaque & Plato recte definiit, dicens: quæcumque partes eiusmodi in succos deferuntur terrestres, ea liquefacta dum contra-

A hunt atq; exiccant humidam linguam sensibiles partes: Siquidem exasperant acerbam, sin minus id faciant austera apparent. Recte autem & nos præter hæc dicemus, frigidum esse temperie saporem eiusmodi. Nã si terrenus fuisset duraxar, emplastricus, non acerbus foret. Jamq; oratio quodammodo ad essentiam ipsam transgressa saporum, demonstrationem attingit scientificam. Quippe si ab acerbissimo sapore manifeste linguam contrahi, siccare, **B** asperarique contingit, ostensumque superioribus libris est, ab unico frigido contrahi, constringi, densarique corpora, liquet plane frigidum esse saporem acerbum. Quoniam porro inæqualiter descendit (id est enim q̄ exasperat) fuerit sane omnino etiam terrenus. Siquidem aqueus omnia æqualiter penetrat, atq; peruadit, eiq; inseparabile est, ac perpetuum, etiam si diuisus sit, ut rursum uniat: ut terreno corpori q̄ in saporibus defertur, iam antea inest diuisio, simulq; ut nunquam deinceps facile coeat. **C** Quin si eius recorderis q̄ verisq; singularem passionis sensilis est proprium. Usdem ipsum subscribet ac testificabitur. Velox siquidem acidorum saporum transitus insensibilibus corporibus fieri cõspicitur, acerborum autem tardus. Tum acida quidem in alto magis agere apparent, in superficie autem acerbam. Hæc itaq; omnia crassarum esse partium acerbam corpora indicant, acida vero tenuium. Multum inter se hæc conueniunt tum ea quæ a rerū dictarum essentia, tum ea quæ per inductionem eorum quæ sensu sunt inuenta,

D E singulorum saporum facultate iam hinc agere incipit, atq; in principio agit de adstringenti & acido. Quod ut melius teneas scias esse hæc tria nomina siccitas, æquitas, & asperitas, quæ ita interpretantur, adstringens, acerbum, & austera, quib; non significantur tres differentie, sed adstringens continet alia duo. Nam quia ambo, & acerbam & austera linguam adstringunt, etiam non æqualiter, cõmuni nomine dicuntur adstringentia. Dicit ergo nunc, se acturum de acidis & adstringentibus, quia acturus est de acidis austera & acerbis. Cur autem vno nomine cõprehendi velit acerbam & austera, ex aduerso acidorum, quanquam hæc tria quodam modo sint eiusdem generis, secundum magis & minus differentia, ipse aperit, dicens, adstringentia terrena sunt & crassa corporis consistentia, qualitate vero frigida, acida autem tenuitate pollent corporis, sed perinde ut adstringentia refrigerant: hoc est hæc tria frigoris esse soboles, verum duo illa, cum partium crassitie: acida, cū tenuitate, atq; ob id, illa adstringentia esse, hæc non ita. Quanquam profecto non est negandum inesse etiam acidi quoddam adstrictionem, sed quia ea est exigua, præca quæ inest austera & acerbis, hæc sola intelliguntur nomine adstringentium. Quod quidem hæc omnia sint facultate frigida geminam probationem esse dicit, alteram ab inductione, quæ procedit ex ipsis experimentis al-

tis alteram ex ratiocinatione quæ ab eorum
essentia procedit. Quoniam si quis recte
concleret. Videat vtramq; leosum ratione
procedere sensu & ratiocinatione Nam hæc
est in ductio: videmus omnes fructus princi-
pio esse acerbos anteq̃ maturuerint, dein de
abire in austeros: inde maxima ex parte in
dulces per maturitatem, cum ergo cōcoctio
fiat opera caloris insiti, adiuuante etiam ex-
terno, cōstat acerbis & acida frigida esse, dul-
cia vero calida. Alia ratio capitur ab eo q̃ na-
ta sunt facere. Nā acerbis videmus siccare &
corrugari linguā, & exasperari, & ab austeris
etiam etli non aded, ab acidis non aded sic-
cari linguę extremitatem, sed altiores partes
morderi, & testimonio cōfirmat Platonis, &
Theophr. Cōstat ergo hæc omnia frigida esse
quia frigidi est cōstringere, caloris laxare, &
acerbis & austeris esse crassa, quia non pen-
trant acida tenuia, quia penetrant. Hæc sunt
duo argumeta quę ex inductione & ratione
procedere dicit. Interim ego te ex hoc loco ad
monitum volo recte me alibi restituisse Gal. &
Arist. q̃ diceret, quæ concreta sunt calore, li-
quari frigore. Si enim nunc vere dicit (vt cer-
te de actiuis qualitatib. intelligens, dicit) ab
vnico frigido euenire contrahi, cōstringi,
densariq; corpora, nulla recipient concretio-
nē a calore per se. Sed hæc alterius sunt loci.

CAP. VII.

Porro nihil deterius fuerit, mentionē rursum de
nominum vsu facientes, hæc quoq; adijcere, nō-
pe q̃ vtraq; adstringere dicantur, tum quæ acerbis
sunt, tum quæ austeris, sed in maioris minorisq; ra-
tione inter se differat. Tum quod multa insunt me-
dicamentis qualitates, nō diuersæ tantum, sed & pu-
gnantes, atq; interim etiā subcontrariæ. Id q̃ ante
satis ostensum est: ceterum ab eo nunc rursum ordiri
necesse est. Nam si gustati tibi idem acerbū & mor-
dax appareat, id missum facias medicamentū iubeo:
atq; illud queras, q̃ absq; mordacitate adstringat.
Ac si neq; acidum appareat, neq; dulce, neq; amarū,
sed q̃ fieri maxime possit, vnā possideat qualitatem a-
mistiōne alienā, nempe adstrictionem, ita deniq; ex-
perientia examinabis, quomodo sapennumero faciē-
dum ante ppositū. Sin adstringit simul ac mordicat
aut aliam quamuis euidentem qualitatem seu facul-
tatem adstrictioni iunctam habeat, frustra est ac su-
peruacaneum, vbi adstrictionis actionem explorare
consilium est, ad experimentū tale ducere pharma-
cū. Incertum est enim num ob adstrictionem, an ob
aliam quampiam admixturam illi qualitatem, an ob
vtraq; sic in corpore illi applicato egerit. Etenim
chalcitis missi, calchatos, sori, aris squama, cū simul
adstringat & mordicat, secundum vtraq; qualita-
tes in quouis admotorum corporū actione exerunt:
nec tamē nos ducere aperte queūt, an ab adstric-
tione vredi vim habeat an ab acrimonia. Mitti ita-
que illa profuerit, & multa deinceps alia gustare,
hinc etiā seorsum adstrictionē intuentē, ac quo ad sic-

ri possit per sese existentē: ac vbi tandem tale quam-
piā repereris, ita deniq; medicamentum iudicare ijs
methodis quas supra a me frequenter audiisti, vtrū-
te si gustati tibi balaustrū, aut galla, aut citinus, aut
hypocistis, aut solanū, aut glauciū, aut acacia, aut
succus rhu, aut id genus aliud exacte quidem appa-
reat acerbum, nec vllam manifestam habens aliam
qualitatem in hoc iam expendere ac diligenter explo-
rare adstrictionis actionē oportet. Porro exploratio
ipsa fieri (vt saepe dictū est) debet tū in optima corpo-
rū constitutione ad vnguem sanorū, tum in simpli-
cibus affectibus, seu calidis, seu frigidis, seu humidis,
seu siccis. Nā si corpus sanum manifesto refrigerare
cernatur, & calidis profic affectibus, & euidentem
quoq; laborati ipsi frigidū asserat qualitatem, auden-
dam erit de adstrictione, q̃ refrigeret, pronuntiare.
Sin cōtra appareat, sanaq; ab eo corpora incallescāt
& calidi affectus exasperentur, frigidūq; inuentur:
nō refrigerare, sed excalescere medicamentū eius.
modi, putandū est. Eodem modo de acerbis ipsis su-
mendū experimentū, in capis, allio, pipere, pyrethro,
zinzibere, struthio, helenio, calce. Etenim qui ad-
modū q̃ solani succū piperi miscuit, neutrum satis ex-
plorare potest, sic neq; a natura sunt mista. Eundem
in modū contemplandū de acida qualitate, de amara,
de dulci cōse, vehemētes nimirū & quæ quantum
licet sola sint, in exploratione legendo, & experien-
tia vires eorū scrutādo. Quippe quiduis, q̃ modo sit
aut acerbū, aut austerū, aut amarū, in experimentū
ducere tanquā in eo acerbis, austeris, vel a-
maris facturū periculū plane absurdū arbitror.
Nā si vnā dant axat qualitatem possideat, idem erit
medicamentū ipsius & qualitatis experimentum sit
multas, ex omnibus nimirum mistam actionem me-
dicamentū edet: quo fit vt qualitatis vnus eius quæ
explorabatur, actio obscura & incerta ad huc per-
maneant. Itaq; si, vt ppositū est iudicare oporteat, nō
recte senserunt qui nihil prorsum pronuntiare posse
de saporū facultatibus existimauit, quiq; aliter iu-
dicium ineundū censent. Siquidē & de ipsis aliquid
asserri potest, nec iudiciū aliter q̃ nūc est ppositū,
iniri conuenit. Sane si id modo dixissent plane opus
non esse saporū consideratione, cum vires medica-
mentorum expēdimus (nā absq; his medicaminū
vires experientia inuenire licet) laude illos potius,
quā vituperatione dignos putare. Verum vbi tan-
quā de re, necessaria quidē illa, sed incomprehensibili
differunt, his reprehendendos iudico, tum quod rem
non necessariā habeāt p necessaria, tum q̃ conse-
qui eā se posse desperant. Nā facultatis medicamentū
cuiusvis iudiciū, abunde citra saporum digno-
nē sola reperitur experientia, eum in modū habitā,
quē sexcenties iā antea posui. Atq; ego sane nunc nō
quasi aliter inueniri q̃ inuestigatur, non posset, ad
sermonem de saporib. descend. sed partim ppter eā
quæ ad principia est sequela, vt videlicet ostendere,
omnia ad elementorum rationes cōsequi, nec quic-
quā vsq; inueniri repugnās: partim vero etiā vt illos
coaxerem, qui adstringentia omnia excalescere
contendunt. Quinimo fuerit etiā nonnullus eius ad

presens negotium vsus sed hac postea monstrare conabor. At nunc ad rem propositam reuertor, moneoq; q; veritatis sunt amatores, vt ipsimet adstringentia omnia degustet, vt nos fecim: ac vbi inuenerint aliquo in corpore perfecta adstrictione, quoad liceat aliarum qualitarum mistionem alienam, tum deniq; experientia expendere tentet, frigidum sit an calidum, humidum, an siccum corpus eiusmodi. Sed hoc quisquis capiet, seorsum ipse faciet, ego vero vt aliquid de mea afferam pronuntiemq; experientia, fortassis necessarium fuerit, atq; in hoc quidem libro in genere, membratim aut in commentarijs sequentibus. Fuerit autem de omnibus generalis sermo eiusmodi. Corpus omne adstringens, ab alijs q; sensu animaduerti possit, qualitatibus. Sincerum perpetuo comperi experiendo frigidum: quin etiam nonnulla ex ijs q; qualitatibus mista erant; n. p. q; modice dulcia, aut amara, aut acris, aperte quoq; refrigerantia reperi: scilicet cum in eis adstringendi refrigerandiq; facultas ita vincerent, vt alias obscuraret. Eadem ratione acida vniuersa tum ea q; simpliciter acida esset, sicut oxalida, & oxylaparhium tum mixta quoq; alijs qualitatibus, quaedam siue dulcibus, siue acris, siue amaribus, siue acribus refrigerantia experiri sum. qualia sunt mala punicia, mala pruna, vna mora, sicus, cerasus, ipsumq; adeo acetum: sed huic vt supra positum est, permixta est quaedam acrimonia, fructibus autem ijs quos Graeci vocant, dulcedines quaedam & acerbitates: quibusdam vero etiam amaritates quaedam leues. Tum ita q; adstringunt pariter, atq; acida sunt, ea omnia quoq; manifesto refrigerare experiri cognoui. sola vero dulcia omnia pro dulcedinis modo primum etiam calorem continent. Quocirca ea q; admodum dulcia sunt, nullum omnino est frigidum. Fuerit tamen modice dulce & aliq; frigidum, scilicet quando plurima corporis ipsius substantia aquea extiterit, sed non adeo tam frigida, vt id q; adeo acerbum est, aut acidum, sed sicut alicubi retro dictum est, de illis q; tepidum calorem possident. Porro amara omnia calida sunt vt bilis, nitrum, vna valde vetusta, ac numerosa seminum copia. Nam & semina ruta, potissimum hyssopus & roridylus, & spodyli, melanthylus, & lupini, magisq; agrestes, orobi, & inter hos potius agrestes, quia a seculis pelecium nuncupatus est, reperitur aut in tritico, amygdala quaedam, q; ob ipsum amaram vocantur, & cucumerum quaedam semina, & semina mali medicum, & ad haec infinita alia amara apparere gustantibus.

Repetit nunc ac rursus explicat hypotheseos quasdam antea demonstratas. Prima est, repetere omnia saporum nomina, ac in memoriam reuocare cui rei detur quodq; nomen, qua de re actum est in calce lib. i. Ad dicitur vero nunc ijs quae illic sunt dicta, adstringentia dici tum acerba, tum etiam aspera. Altera hypothesis est medicamentis omnibus, inesse facultates multas, diuersasq; atq; multis etiam pugnantibus & contrariis. Tertia exerceri debere medicum vt certam notitiam omnium saporum compareret, & iudicium ferat de eorum facultatibus quoad fieri possit in simplicissimis, atq; ijs quae summè sunt talia. In primis ad

A eorum cognitionem exactam se comparas, mox facultatis cuiusq; periculum facies ea methodo quae sepe est dicta, hoc est ad mouendo prius sano, ac bene temperato homini, mox sano non bene temperato, mox etiam aegrotati, sed morbo simplici. His positis profert Gal. suum experimentum, dicens, quae huic insistentis methodo experimento comperit, quae quia aperte satis dicuntur interpretatione non indigent, satis enim fuerit legere simpliciter,

CAP. VIII.

Sed infra copiosius de amaribus dicitur. Nunc rursus resumpro de adstringentibus, atq; acidis sermone, conuenientem ei sinem imponamus. Ergo acidum quod sit acerbum exolutum, sensum ad memoriam reuocare oportet. At quae sit eius generatio mox dicitur. Quandoquidem corpus acerbum terrenum est ac frigidum, tripliciter necessario exoluitur, aut incallescens, aut humescens, aut vtrumq; simul perperiens itaq; si caleseat dicitur axat, nec sit humidius, nec mollius, sed durum. solum acquirere dulcedinem, velut robusta glandes, ac potissimum quae vocantur castanea. Sin tantum humescat, siquidem ea crassam sit partium & aquea humiditas, austerum euadere cuiusq; enim saporis vires aquea retundit ac habetatur humiditas: si vero tenuium partium sit, & acria, accrescet: ostensum namq; est frigidum subtile, acida efficere qualitatem. At si pariter humescat & calefiat, humiditate quidem aquea in dulcedinem, acria vero transibit in pinguedinem. Perspicuo ergo hinc iam euasit, quo pacto fructus principio acerbis cum sint processu temporis quidam plane dulcescant, quidam accrescant, nonnulli fiant austeri, aliqui etiam acerbis permant, tum quidem etiam pingues redantur. Et sane secundum propositarum qualitatum misturas variam sortiuntur mutationem. Acerbus ad extremum perseverat fructus illicis, arbuti, fagi, corni: siquidem frigidus siccusq; qualis erat ab initio permanet, tantummodo mole incresecit, nulla praeterea alia magna accedere alteratione. Nam & arbores ipsae tum densissima sunt, tum siccissima ac frigidissima. Acerbus simul & dulcis myrti fructus est, & piri agrestis, ac roboris. Magis tamen dulcis q; acerbis fructus castanea quae nominatur. Tantum acerbis vitis amicae tum fructus, tum vinum ac quotquot huiusmodi sunt. Austerus vnaq; dulcis fructus palma, & inter vna surrentinum, sabinum, albatem, vt vocant, & quae eius sunt generis. Solummodo dulce theracum, & sybeliticum, & syreum, & alia quaecumq; cum istis conueniunt pinguis exacte tum fructus tum succus olea, tum etiam alij omnes ex quibus oleum conficitur, sicut rhabdani, raphanidis & ipsa sesama, nuceq; & amygdala. Nam id genus omnia vetustate primum efficiuntur pinguis, quippe in quibus aquea quaedam excrementitiaq; humiditas digeritur, propria vero a calore nativo elaboratur, atq; exacte concoquitur.

Fructus principio esse acerbos, vt substantiae ipsorum lignorum ex quibus nascuntur proximos, dictum antea est, atque deinde maturatione exolui acerbiteriam fierique

pletos.

plerosque dulces, non omnes tamen, sed quosdam, agrestes aded esse vt semper acerbitate retineant, aliis in alios sapores finiri maturationem: nunc causas & differentias maturationum dilucide persequitur dicēs, acerbiter esse frigoris & siccitatis, proinde exolui posse aut accedēte solo calore, & talia fieri ex acerbis dulcia, vt castaneas & glādes: aut accedēte sola humiditate: ac si ea humiditas sit crassa & aquea fieri ex acerbis austera: si tenuis & aërea, fieri acida: aut accedētibus simul calore & humore, & talia fieri citra austeritatem dulcia vt vvas & ficus, & quęcunq; euadunt mollia & dulcia: atque adeo rursum hæc, si humiditas sit aquea, esse quę proprie dicuntur dulcia, si aërea, pingua. Porro dicit plurima sapores cōparare simplices, merē dulcia aut acida facta, aut manentia acerbata. Alia verō quāplurima accipere sapores cōpositos ex acerbis & dulci, aut austero & dulci vt fructus palmarum, & ex pingui & dulci, aut aliis quibusuis, quorū omniū exempla satis idonea Gal. profert. Illud vnum mihi videtur non admodum esse rationi cōsentaneum quod dicit, austera & acida differre, quod austeriorum sit aquea, & acidorū aërea humiditas. Nam vt humiditas austeriorum crassiorum partium sit quā quę acidorū, haud est opus vt illa aquea, hæc aërea sit. Nam neque ipsis aquę generibus æqualis est crassities: sed reperies aquam aqua longe & crassiore & grauiore, nedum aqueas humiditates inæqualiter crassarum partium. Sed neque si aquę genera non ita differrent, sed omnis aqua eadem esset crassities, necesse esset, vt quę essent aquea: eadē essent partium crassities. Nā pluris aquę infusio, & terrę maior secretio tenuitatem, contraria facerent crassitiem. Non esse autē acida, vt succum mali granati, aut medici, aut omphacium, aërea humiditate constat, quia si aërea accederet illis humiditas, accederet necessario iuxta sententiam Arist. calor iuxta meam tepor, aut caloris mediocritas, quapropter fierent pingua. Nam quo pacto si acerbitas exoluitur, accedente aërea humiditate, potest manere quod ita est affectū eque frigidum? nisi simul ac accedebat aërea humiditas, accedebat frigus aliunde, quod eius humiditatis calorem temperaret. Id vero fieri non potest, vt concoctio afferat. Non igitur sunt aërea quę acida: nam, præter dicta, acerbata resoluuntur in austera accedente humiditate aquea, & austera in acida, non aliter quā humiditate aucta, vt indicat succus maturarum vtiarum qui fit ex austero acidus. Non igitur differunt austera & acida humiditatis specie, sed multitudine. Porro si acidorum humiditas esset, aërea, necesse esset, efferrī succos acidos in aqueis, vt efferrantur pingues: quod non euenit.

A certe partibus reliquis crassius est quam acetum, habet enim terrę plus, si igitur acetum partes humiditas haberet aëreas, cur oleum semper veheretur in aceto? Haud dubie igitur non est ea differentia acidorum & austeriorum, sed vtraque sunt ex acerbis accessione humiditatis aqueę, & dissolutione terrę, acida autem pluri, atque vt sunt austera ex acerbis, ita ex austero: atque hac ipsa causa acida sunt tenuiora quam austera, vt scilicet austera quam acerbata.

CAPVT IX.

Quicquid ergo fructus oleosi sunt solummodo, sedendo sunt & dulces quibus verò alterascentibus amaror aduenit, si edi non possunt. Quippe amarum omne edi nequit: taleq; efficitur a caloris excessu, sicuti postea docebimus. Verum dulce omne calidum est, nec immodice calorem nostrum exuperat: imo sicut aqua calida cuius contactus voluptati est, maxime vbi fixerimus, hactenus videlicet nos excalesciens dum cōcretas frigore in nobis particulas fundat, non tamen soluat, aut secet, distrahaturue continuum, ea inquam, vt summa afficit voluptate, ac vtilissima est: sic omne edulium dulce calidum sane omnino est, sed non tantum calore excedit vt is ledet, ac molestus sit, sed inter limites se continet fundentis, leuigantis, ac mollientis. Rursum mihi hic memoria repere, quę sepe ante posui, quedam esse quę vna quedam quę duabus in se qualitatibus & agunt & patiuntur, quę dā verò etiā totis substantiis suis: quorum in numero medicamentis non pauca posui, & nutrimenta vniuersa. Horū duplex esse genus apparet, prout significauit & Theoph. Nā quedā sunt pingua velut pinguedo: quedā dulcia magis minusue, velut fructus oēs quibus vescimur, & carnes animalium: tum herbarum multa, ac radices, floresq; & germina. Nam tamen si sunt inter ea quedā acerbata, sicut pira sylvestria, & corna, omnino tamē dulcedine participant nisi sume sint acerbata velut galla, rhus: verū ob hæc ita pro medicamentis his magis quę pro cibis vrimur. Apparent enim quę citra laborant mulieres, quiq; satiari sunt, & quibus exolutus est stomachus, ea appetere degustare, cōtra verò si esuriant auersantur, tū acerbata, tū acida: experit autē ac sumunt, quę dulcia sunt & pingua, hisq; expleri desiderant. Sane verò fortassis & pingue ipsum dulce est, & quicquid nutrit ex genere est dulciū, Euenit autē id illis non abs re, sed secundū ipsam, quantum fieri potest, nutrimentū substantiā: quippe nutritio est euacuatū repletio. Atq; quę euacuatū est, familiare erat: quā obrem, & quę nutrit, familiare sit necesse est. Porro si familiare & iucundum amicumq; fuerit, primum etiā, vt ad id quę nutritur modice calidū. Sed in hoc non parua est maioris minorisq; ratio, quādo nimirū neque ad cibos accedimus plane secundum naturam affecti. Solum enim corpus eorum qui cibū desiderant, inanitū sit oportet, si exacte futuri sint

familiaris ipsorum qualitatis cognitores. Nā si prae-
 id calidiores q̄ conueniat aut frigidiores euaserint,
 seu toto corpore, seu pertinentibus ad linguam ac
 v̄trem locis, non solum qua nutriant, verum etiā q̄
 refrigerēt aut excalesciāt, postulabūt. Proinde sa-
 ne cibi quoq̄ illis aliās aliq̄ videtur iucundiores. Nā
 cum duplex sit genere iucūdū: alterū q̄ impleat id
 quod euacuatum est, cuiusmodi est nutrimentum:
 alterum quod medeatur ei quod alteratum est, id
 q̄ iam medicamentū est: euenit vtriq̄, cibi, vbi non
 modo vacuatis exhibentur corporib. sed etiā qua-
 litate aliqua mutatis, vt duob. nominib. delectēt,
 vt cibi scilicet, & vt medicinae. Sed vt medicamen-
 ta quidem refrigerando quaedā, & excalesciendo,
 & exiccando, & humectando, ex ratione inuabūt
 & proderunt: vt nutrimenta verò sola ea q̄ cogna-
 ta sunt, & familiaria totis nutriendorū substantiis.
 Protinus verò istis adest, vt cōueniēter scilicet sint,
 ad ea qua nutriuntur, calida. Quamobrem nec e-
 duliorum, nec medicamentorum vna est animati-
 bus omnib. species. Si quidem pro sua vnaqueq̄ fa-
 miliari substantia simul & affectione ea delectan-
 tur, tum iuuantur ab vtrisque. Sed si hoc sic habet,
 id quod in cibi minus erit dulce, minus quoq̄ erit
 calidum: quod dulcius, tanto nimirum erit calidius.
 quanto videlicet erit dulcius. Sin ad immodicum
 recidat calorem, nec erit modi dulce erit, sed iam
 amarum apparebit, velut mel vetustum atq̄ deco-
 ctum, iridemq̄, aliorum dulcium vnum quodq̄.

Quidam sunt fructus quorum natu-
 rae ita cōgruit pinguedo, vt tunc sint
 maxime pingues, cum maxime ma-
 turi, atque optime naturam suam sunt con-
 fecuti, & hi quidem tantum sunt pingues, vt
 oleae: quidam alij pinguedinis habent nō-
 nihil, tamen manifeste pingues, nisi vetusta-
 te & accedente quadam corruptione non
 fiunt: vt auelang, nuces, & amygdalae. Et illa
 quidem cū sint pingua, sunt etiam apta, quia
 sunt tantum pingua, aut cum dulcedine
 pingua: haec verò cū iam sint pingua, sunt
 etiam amara ac proinde edi non possunt,
 quia calore exuberante ac modum excedē-
 te facta sunt talia. Dicit ergo esui apta solum
 esse quae dulcia, & quae pingua, quia haec fi-
 unt à calore moderato, reliqua verò omnia
 fiūt à calore aut frigore immoderato, ac p-
 inde nutrire solū illa apta sunt, haec alterare,
 atque pinguedo & dulcedo ciborum sunt, re-
 liquis saporibus medicament. Nam vt sepe di-
 ximus, alimenti est citra alterationem reple-
 re, medicamenti alterare. Atq; ita quae dulcia
 aut pinguis sunt, sunt alimenta, aut si etiā
 pinguedo dulcedo quadam est, vt videtur,
 ac certe quod in pinguedine est gustabile,
 dulcedo quadam est, nam praeter illam dul-
 cedinem quam praese fert, pinguedo ad ta-
 ctum pertinet, sit vt verum sit q̄, Arist. docet
 omne nutries esse dulce. Nō certe quod ni-
 hil nutriat q̄ non sit mere dulce sed quod

nihil, q̄ non participet vlla dulcedine. Quae
 enim solum me sunt acerbata, aut amara vt cor-
 na, aut fel, nutrire non possunt. Quae nutri-
 unt ergo dulcedine quadā participant, cuius
 participatione alimenta sunt, per alios enim
 saporibus sunt potius medicamenta, quia alij
 saporibus rerum extremis temperamētis praed-
 ditarum sunt, & idonearum alteratae. Itaque
 quae mere dulcia non sunt alimenta, & me-
 dicamenta sunt, quia dulcia enim replēt, nu-
 triuntque citra alterationem, quia aliis qua-
 litatibus praedita, alterant. Fit ergo hinc vt
 omne nutries qua dulce nutriat. Hinc rur-
 sum fieri dicit vt vnū quodque animantium
 genus appetat id quod sibi dulce sit, vt eo nu-
 triatur, nam cum non omnia animantia sint
 eadē temperie, nec eadē res erunt ad eorū cor-
 pora moderata, sed alia ad hominem, alia ad
 bouē erunt moderata & immoderata, qua-
 re alia ad hunc, alia ad illū erunt alimenta, &
 medicamenta, vniuscuiusque natura appe-
 tente cū esurit quae sibi sunt dulcia, & quae
 sibi sunt moderata, quia illa sunt apta reple-
 re sine alteratione. Obiicies quosdā appetere
 quae nō sunt dulcia, aut mulieres piccala-
 borantes, & alios qui delectantur acidis. Res-
 pōdet Gal. quod diximus intelligendū esse
 de his qui bene valeant, & bene temperati
 sint, neque alia vlla teneantur passione. Sed
 tantum fame naturali, quae quidē exinanitione
 sola nascatur citra vllam intemperie. Nā
 tales cum innanitione solum laborent, de-
 lectantur tantū replentibus cuiusmodi sunt
 dulcia & pingua. Qui verò intemperati sunt,
 vt biliosi aut pituitosi, quia immoderatis
 sunt naturis appetunt immoderata. Nimirū
 vt de aliorum animantium generib. diceba-
 mus, quae moderatis sunt moderata, sunt
 immoderatis immoderata. Qui verò tenentur
 morbo appetunt non solū quae repleant
 sed quae alterent, quia vt in arte medicinali
 dicitur dispositiones naturales allicunt ad
 similia quae sunt praeter naturam ad con-
 trariorum appetentiā, hinc fit vt aegrotantes
 cibos alios extremos potius appetant q̄
 moderatos. Haec omnia consentanea ad mo-
 dum rationi esse videntur. Verū videtur hinc
 fieri (quod fortasse aliquē coniciet in dubi-
 tationē) vt omnes delectarentur iis à quibus
 iuuantur. Nā bene valētes amarēt cibos q̄ nō
 alterarent aegroti, qui curarent, expererent
 ergo vtrique ea quib. indigerent. Si verò ita
 res haberet, haud multū opus esset medica-
 arte, vniuscuiusq; natura ferente in id quod
 sibi esset futurum medicamentum. Haud ta-
 men ita videtur fieri, quin potius illud in
 omnium ore est, & in puerbiū iā venit, nullos
 cibos gratos esse nisi qui noxii. Certe neutrum
 est omnino verū, neque semper noxia sunt
 quae homines appetunt, neq; sepe vtilia, quae
 neque semper concedenda, neq; verò sepe
 denc-

449

deneganda, sed res indiget multa distinctio-
ne. Leperati homines, & qui optima vtun-
tur valetudine hoc habent inter cætera felici-
tatis, quæ sua illis natura magistra est: appetit,
quibus & quævis indiget, quare nihil oportet
his à medicis denegari, si tamen prudentes
sint. Sepe enim ob vitiosos mores etiã repu-
gnante natura appetit quæ futura sũt noxia:
quæ etiã causa est vt homines magis quã bel-
luz indigeant medico, nimirũ vt pedagogo.
Intemperati, sani tamen suapte quidem na-
tura similia apperunt, ceterum qui inter eos
prudentes sunt, experti se facile ab illis lædi,
solent etiã repugnante natura appetere con-
traria: igitur intemperatis denegari debent
ea, in quæ sua eos fert natura, concedenda
verò ea quibus experti sunt sæpe se iuuari.
Qui egrotat intemperie nuda (hoc est citra ca-
cochymiam) & nondũ facta, quæque iã na-
tura nõ corrupserit, naturaliter appetit mor-
bo contraria, quapropter in iis morbis cu-
randis haud multus medici labor est, natura
ipsa sibi quantum & quale desinente, & ip-
sa voluptate vtilitatis existẽte mēsurā. Medi-
ci tunc tēporis erit circũspicere oēs partes
corporis, ac cauere ne vlla alia affectio sit,
quæ dum hæc curatur ingrauescat. Qui ve-
rò laborant cacochymia duplici ratione fer-
ri solent in res noxias: altera quod natura
semper appetit cōtraria ipsi intemperiei in qua
morbi est essentia, homo verò plerumq; in-
dget iis quæ indicantur à causā: sunt verò
quæ morbus, & quæ causa indicant, nõ raro
cōtraria: altera, quod succo vitiosus aded im-
bibicus sit, & ita partes occupet, vt quasi na-
turalis iam sit, & ad similitum appetentiã alli-
ciat. Tunc enim & intemperiei & succo ap-
petit homo similia: quia perinde est imbibitum
valde esse succum, atque morbum ab-
iisse in naturam. Est ergo velut corrupta na-
tura, quæ appetit aliena, & vitiosa: eiusmodi
est quod euenit grauidis picea laborantibus
& alijs etiam cum feminis, tũ viris valde ca-
cochymis: quos constat expurgandos potius
esse, quam alendos iis quæ desiderant.

CAP. X.

Et enim vt à moderato calore bifariã cuiq; cor-
pori dulcedo prouenit: partim enim sunt pro-
prio & interno calore dulcia, partim verò & adsciti-
tio ad eadẽ modũ & amara. Alia enim sunt quæ su-
apte natura excalescunt p. eas quæ tēporis spatio eue-
niunt, mutationes: alia autẽ id patiuntur ab acqui-
sito calore accensa. At de amaris post dicemus. Ce-
terum dulcia omnia calore proxime accedunt ad ea
corpora quibus apparẽt dulcia sũt aut talia (vt ante
dictũ est) bifariã. Quædã pprio calore, vt mel: quæ-
dã adscititio, vt sunt omnia quæ ab igne preparan-
tur, ac proinde dum calida sunt, suauiora vsq; iis
quibus nutritione est opus apparent. Porro mustum
non suo modo, sed & acquisitio calore dulce esse

videtur. Multũ etiã ceu ardoris (Græci quibusdam
vocant) vt Arist. & Theop. censuere, ex solari calo-
re tum acinis, tum alijs, inest fructibus. à quo id quod illis
aqueum, ac velut etiamnum semicoctum reliquũ
est, ad concoctionem ducitur conficiturq; ac trans-
mutati simile redditur. Nã ex quibuscunq; pomis si
succum exprimas, eum protinus non secus atq; mu-
stum feruere deprehendes: tanto secundũ magis &
minus feruoris discrimine, quãta erit fructus à fru-
ctu in calore diuersitas. Sed vbi iam quod aquosum
ac semicoctum erat, transmutatum fuerit atq; cõ-
fectum, & is qui feruorem cõcitat ab at calor euane-
rit, iam tum deniq; quæ propria sunt succorum pro-
prietates sincere conspiciuntur. Itaq; tunc quæ p-
pria sit natura vini agnoscimus. Quam in re animo
diligenter aduerte, vt austera sensim austeritatem
deponant. Semper enim quæ inueterantur, ac redinẽ
quandam & dulcedinem adsciscunt: quæ verò prius
inerat illis adstrictio, eam tempore abiciunt. Est au-
tem in quibusdam vinis postq; efferbuerint, dulcedo
quædam sincera, suaui, & propria ipsius succi na-
tura, non qualis antea erat, mista scilicet ex ppria
atq; eo, qui circa semicoctum aquosumq; excre-
mentum erat, feruore. Igitur si consissum est, vina
omnia vetustate fieri calidiora, austera vero primo
quod tempore dulcedinem quandam atq; acrimo-
niã, deposita adstrictione, acquirere, ac deinde in-
crescente acrimonia sensim dulcedinem deponere,
ac subinde rursus maiori tempore acris admodũ
euadere, asidueq; amarescere, ac deniq; vbi crasse-
scere incipiunt penitus fieri amara: sane cõstat dulce
austero esse calidius ac dulci amarum. At qui si ve-
rum, dulcedinem à moderatone prouenire calorem,
patet adstrictionem à frigido vincente perfici.

Dulcia calore moderato esse, amara im-
moderato dictum iam est. Nunc rem
magis explicat, dicens, vtraque fieri nonnũ-
quam calore proprio ac interno, nonnunquã
externo. Velut ficus & vuz calore interno
dulcescunt, & mustum calore ignis dulce-
scit transiens in sapam, vina vetustate fiunt
amara interno calore plus satis aucto: mel
nonnunquã ad ignẽ amarescit. Ea etiã quæ
interno calore horũ aliquid patiuntur pati
euenit simul ab externo. Nimirũ autor præ-
cipuus eorum quæ sponte fiunt, est naturalis
rerum calor, iuuatur verò ab externo. Ita di-
cit fieri saporem dulce musti. Mustũ enim
dulce est, mox deponit dulcedinẽ & cõparat
saporem vinosum. Dubites ergo quo pacto
mustum sit dulce cum nondum cõparauerit
perfectã maturationẽ, & quo modo matura-
tione qua ab it in vinũ dulcedinẽ deponat?
Gal respondet dulce musti sapore fieri ca-
lore externo & solari quẽ pendens ex vitibus,
concepit, vt sapor sãpe ex calore igneo. Eum
ergo calorem, externũ inquam, facere ebu-
litionẽ vini, ac ebullitione expirare eo expirã-
te euanescere dulcorẽ qui ab eo pendebat,
manereque proprium saporem vini: quod
si aquo-

si aquosa parte vetustate consumpta calor plusquam pro rei natura crescit, euenit fieri etiam amara: quod, vt dictum est, dulcia moderate, amara immoderate sint calida. Hæc ne ita accipias dicta, quasi à solo externo calore facta sit dulcedo musti, sed quasi is iuuet. Nam si ex omphacio factum est mustum vuae maturatione, & maturatio propria ac naturalis, qualis maxima illa est, opus est naturalis caloris, dulcedo, musti naturalis caloris vuae præcipue sit opus, adiuto à solari. Sed neque musti feruorem solus ille calor facit, sed naturalis musti, adiutus hic quoque à solari: nam maturatione vuae factum est ex omphacio mustum, mutatione musti fit ex musto vinum. Atque vtrumque opus interni caloris est ab externo adiuti, & vtroque itur versus calidius. Calidius enim est vinofum quam dulce. Iam verò maturatione dulcedinis aliquid deponere, in cibis quidem non euenit, in potibus autem nihil est absurdum. Nam meta finisque maturationis in cibis est dulcedo, in potibus non item, quia non iidem saporibus sunt gratiosi in cibis & potibus, naturalis autem ciborum & potuum perfectio semper tendit in suauitatem. Hæc mihi videntur magis consentaneum dicere qua musti saporem esse velut externum & feruorem eius ab alieno fieri. Nam eadem causa est dulce mustum, qua vua, hæc verò à naturali calore, quemadmodum alia omnia quæ matura sunt. Porro si calore præter naturam ferueret mustum, & succus quicumque alius, eo ferueret plus, quo vuae aut fructus alij magis essent insolati: at verò non ita fit, sed quo potus est naturaliter calidior. Igitur & dulcedo musti, & feruor, fit ab interno calore, iuuante verò externo. Quod de amaro sapore dicitur à Galeno Auerroes non recepit, quin potius censet eum laporem fieri posse à calore & frigore extremis, argumento quòd quædam antequam maruerint sunt amara, & maturatione dulcescunt: quod cucumeribus, peponibus, & melopeponibus accidere, præterquam quod potest quibus per se ipsum experiri Gal. ipse videbitur affirmare cap. 15. huius libri. Si ergo, inquit, omni concoctione sunt calidiora, amaritudo quæ maturatione abit in dulcedinè, ex minori calore nascitur quàm dulcedo, quare cum hæc fuerit à calore moderato illa fuerit à frigore. Ego libro. 9. controuersiarum cap. 5. sententiam hanc Auerrois discussi, atque huic argumento respondi pro Gal. amaritudinem rerum immaturarum non esse earundem partium quæ coquuntur & dulcescunt, sed aliarum quæ concoctione feceruntur: sed de hoc Auerrois argumento (nulum enim est aliud in hac dubitatione magni momenti) & de mea dilutione dicto capite huius ipsius sermonis iterum agemus.

CAPVT XI.

Porro quæ & aciditas frigoris vi eueniat, & antea ostendimus: verumtamen quandoque demum presenti disputatione de naturali vinorum, quæ temporis spatium fiat mutatione docuimus, nonnihil quoque et de non naturali dicamus. Itaque, & vinum acerbum, tempore dulcius primum, mox acrius amarumque efficitur: denique, plane etiam amarum redditur: ad eundem modum quæ velut rigorem prepressum est, acidius primum redditur, ac si prorsum refrigeretur, penitus acescit. Itaque, quæ statim in fructuum collectione, vindemiæque, præcipue pluuia aliena humiditate impletum fuerit, quod que alio quouis modo humiditate accepit, leui occasione ea omnia prompte acescunt: contra euenit his quæ igni admouentur. Nam & primum statim, & temporis progressu postea semper dulciora euadunt. Quod si multo etiam tempore durauerint, & ipsa nihilominus quæ cetera amarescunt: videturque, id sibi quodammodo secundum naturalem consentaneum esse rationem. Nam si omphax acida est, vua verò dulcis, ac fructibus maturatione à solari prouenire calore, planum est, imperfectius & frigidius esse quod acidum, perfectius verò & calidius quod dulce fuerit. Cum ergo vinum perfrictione rursum acescat: manifestum est in eum illud humorem conuerti: ex quo prouenerat. Diuersis tamen hæcenus viribus omphacis aceti, succus constat: quod aceto accedat ex putrido calore acrimonia quadam. Proinde Aristoteles recte dixit acetum proprio quidem vini calore esse frigidum, adscititio calidum. At omphacis succus calorem non habet, ac proinde nec acrimonia. Accidit verò ipsis, & in eo quod tenuium est partium substantia, secundum magis & minus, differentia. Siquidem omphacis acetum tenuius est: cuius rei & sensus ad stipulatur. Excellet enim quæ ab aceto instigatur frigiditas eam quæ ab omphacis succo, vehementia & mistione: imbecillior enim est quæ ab omphace sit refrigeratio: cum etiam aliena in se caliditatis ne minimum quidem contineat. At quæ ab aceto proficitur, tanto est validior quanto & tenuior: inest verò illi & acrimonia quadam excalescens: quæ tamen satis non fit ad superandam ab aciditate prouenientem frigiditatem: verum quæ transitu celeriter eam promoueat. Nam quanto calidum frigidum facilius penetrat, tanto acris succus aptior est, qui sensibilibus corporum meatibus transeat, quam acidus. Itaque, ille velut procedens viam sternit, hic verò haud ita tarde insequitur: quo tempore sensus percipitur mistus, & quæ agre exponi queat, vt pote qui nec plane frigidum esse acetum denuntiet: quippe cum in ea igne quædam percipiatur acrimonia: nec plane calidum. Nam perpetuo quæ ex procedente sit acrimonia, calefactione, frigus ab insequente aciditate, occupans, obscurat, primumque, extinguit: quo fit vt maior multo ex frigore percipiatur sensus, & affectus, quæ ex calore. Porro si plurimo mellis aceti paucum admisceas, statim & calor & frigus manifeste percipies. Nam si paululum mellis aceto multo permisceas, magis frigidum quæ fuerit mistum, quæ calidum videbitur. Sin multo melli pauculum misceas aceti, plus calefacere quæ refrigerare conspicie-

453

specietur. & si pari mole vtraq; miscueris acetū ta-
men etiā virib. superare cōperies. Quod si, vt est di-
ctū, plus sit multo mellis q̄ aceti, equalia rursum fri-
gus ac calore, in ea mixtura conspicies. Multis enim
numeris acetū plus ab hīs q̄ moderare sunt calida ad
frigiditatem recessit, q̄ mel ad caliditatem. Proinde &
supra demonstrauimus fieri nō posse vt vehemens co-
eat cū dulcedine caliditatis: vt usq; illud verbū pul-
chre dictū est: vera inter sese oīa cōsentanea esse, ac
conuenire. Etenim ad hypochondria ardentia pre-
stantior est succus omphacij quam aceti, q̄ nec vio-
lentam ac ferientē habeat frigiditatem, nec eā mor-
daci admistā caliditati. Debent enim q̄ sic laborāt,
sine violentia mitigari, vt est dictū, nec foris vllam
adferre mordacē aut caliditatem, aut acrimoniā.
Atq; hęc q̄ de iī curandi attingūt methodū, q̄ mul-
tis in locis huic tractationi communis est. Quare hīs
denno relicti ad p̄positum reuertimur. Itaq; om-
phacij succus non acidus modo est, sed & acerbus.
Nam vt supra p̄positum est oēs probe arborū fru-
ctus ortus sui principio, testimonio etiā Theoph. gu-
statiū acerbis sunt. Dein vbi humore impletur, acce-
dit q̄ de aciditas, decedit verō acerbitas: haud tamē
& q̄ accedit, & q̄ amittitur par est in fructibus o-
mnib. neq; si speciem, neq; si genus respicias. Primū
quidem inter omph. acis alia plus acerbis atis, alia a-
ciditatis minus obtinet. Sūt & q̄ pari portione am-
bas fortitē sunt: oēs tamen ad refrigerandos ardores
non abs re cōueniunt: quippe cū non solū q̄ acidū
est frigidum sit sed & quod acerbum, velut & ante
a nobis dictū est. Recedit sane & hic rursus oratio
ad curandi methodum, quare & rursus ad p̄posi-
tū illam reuocamus. Porro p̄positum, vt reor, ab
initio fuerat, de saporibus omnibus disserere: ac nūc
quidem sere de omnib. verba fecimus: interim ta-
men orationis affinitate, & alia attingere coacti.
Nec enim de acervo modo, & austero, & acido iam
diximus sed & persape de dulci, & amaro, & acri:
reliqua tamē, quo tota oratio perfecta euadat, ad-
ijcienda etiam sunt. Atq; in astrigentibus haud
ita magnū & sermone dignum reliquum est, quod
non ex iam dictis clarum euadat.

Acidum frigoris, esse indicatum antea est
ex naturalibus mutationibus vini, &
multorum fructuum, quas, maturescentes
subeunt. Hoc idem nunc indicare vult ex nō
naturali vini alteratione, hoc est, ex corrup-
tione. Vocat nunc non naturalem altera-
tionem interitum, quia vt 4. metheorumum
indicauimus, et̄i quodammodo naturalis
sit rebus is interitus, qui vetustate confectis
accidit, tamen reuera ac omnino, nullus in-
teritus est naturalis rei quæ interit, sed vio-
lentus. Acescere interitus est vini qui aliquā-
do suo tempore accidit quod naturalis ca-
lor tempore euauerit, estque tūc vno mo-
do præter naturam, quod violentus: aliquā-
do ob malum cultū aut intempestiuas acris
mutationes, estq; tunc velut mors ex mor-
bo, duplici ratione præter naturā, quod vio-

lētus & intēpestiu⁹. Vt igitur permutatione
naturali sit ex acervo vix succo dulce mu-
stū, & ex hoc acere illud vinolum, atq; si vetu-
state reddatur calidius amarescit, ac tandem
fit plane amarum: cū refrigeratur fit acidū.
Hac enim ratione si quis mustum aut vinū
infrigidū solum sub dīo fundat, videat mox
acescere. Hac etiam ratione dicit fieri vt cū
plurimum vindemiæ tempore pluit, vinum
facile acescat, quia scilicet refrigeratur larga
lotione vva, & est exiguus calor quo fer-
ueat, ac quia multam vva habet ac superflu-
am humiditatem, quare & p̄opte putrescit
& vva & vinum, nimirum vt alia omnia quę
humiditate redundant. Cōtra euenit si mu-
stū igni admoueas, dulcescit enim primum,
deinde si plus immoretur, etiā amarescit. Se-
cundū rationem ergo (inquit) euenit vt re-
frigeratione acescat vinū. Nam ex acido suc-
co fit dulce & vinosum concoctione: conco-
ctio verō calefactione agitur. Igitur merito
refrigeratione reditur in illud ex quo calefa-
ctione ventū erat, in acidū scilicet, quare ace-
tum etiam acidū est vt & omphax. Sed hac
ratione fieri videtur vt acetū simile sit om-
phaci, siquidē vinū recidit in illud ipsum ex
quo venit, tamen non omnino ita accidit,
quia et̄i quodammodo sint similia, quia am-
bo acida, differūt etiā multū. Quia omphax
acidū tantū, aut cū aliqua austeritate, & pro-
inde crassarū partium: acetū acidum cum a-
crimonia, & cum aliqua tenuitate, atque ob
id penetrat magis acetum, omphax refrige-
rat magis, neque mordet, sed non penetrat.
Huius causa est quod acetū calidis & frigi-
dis mistū sit partibus: omphax folis constat
frigidis. Est autē acetū frigidū, quia frigidæ
partes vincūt multitudine calidas, vt si quis
miscet mel cum aceto, frigidum fuerit si a-
ceti habeat plusquam mellis, potest autem
quiuis facere, aut calidum, aut frigidum,
prout volet, augens mellis, aut aceti quan-
titeratem. Atqui, inquit si æquales sint portio-
nes mellis & aceti, frigidum medicamentū
fiet, quia acidū ex immoderatione nascitur,
dulce ex mediocritate, violentius est autē q̄
immoderatum, quā quod moderatū, atque
pari quantitate, aut etiam non valde minori
trahit in suam naturam. Causa huius tam in-
signis differentia omphacis & aceti Gal. nō
fatis explicat. Ea verō est quod et̄i ambo
constent vini imperfectione & frigore, ta-
men non eodem modo facta sunt, nam om-
phax cruditate est frigidum, acetum putre-
factione. Nō enim potest quod concoctum
est in crudum redire: si quando ergo in frigi-
dū recidit putrescentia id patitur. Differunt
autem, quod cum ambo sint contraria eidē:
non tamen eodem modo, sed quod cru-
dū priuatione, quod putre vitio & inquinamento.
Ita omphacium & acetum contraria
sunt

funt vino, illa tverò caloris sola priuatione
atque ita mere acidum & frigidum est: hoc
vicio & corruptione, sed putredinalis calor
particeps. Sed dices, si putredine vini fit ace-
tum, quo pacto fit refrigeratione? Nam pu-
trefcentia à calido externo est, nò à frigido?
Hanc dubitationem quarto Metheororù li-
bro diluimus, què qui nò attète legerit ma-
gno ad hanc lectionem carebit adiumento.
Ibi diximus refrigeratas plurimum res sole-
re putrescere facile, non quod frigus ipsum
externum putrefaciat sed quod extenuato
plurimum interno calore facile vincatur ab
externo quantalocunque. Ita igitur euenit
vino in frigidum solù fuso, vt euenit homi-
ni putres excidere pedes præ frigore. Quod
ad methodum medendi diuertens Gale. di-
cit ad hypochondria ardentia potius esse
omphacium quam acetum, intelligendum
est, vt antea etiam diximus, cum non admo-
dum penetratione est opus, alioqui ego ace-
tum dilutum præferrem, aut cum iplo om-
phacio permistum.

CAPVT XII.

AT in acidis deesse sortas etiamnum videatur,
q̄ eximios quosdã medicos sefellit. Nam eo q̄
vina inualida, vere alterantur atque acefcant, hye-
me verò suas feruent qualitates hinc adeò quibus-
dam à calore aciditatem nasci visum est. Quorum
auger opinionem & quod vehementer motum est
& quod longius aduectum: talia enim omnia cum
infirmi fuerint celerrime acefcunt. Quin etiam
quidã qui de rustica scripserunt, dolia in adibus ad
Aquilon, expositis desodienda censent: tanq̄ frigus
scilicet, qualitatem eorum feruet, mutet autè cali-
ditas. Sane verò & id sepe numero ipsa experientia
cõprobatũ constat. Acefcunt enim vina q̄dã prom-
pte, vbi in Meridianis & soli expositis locis reposita
fuerint. Videorq̄, dictorũ iam hinc orsus solutionẽ.
Etenim q̄ non omnia caliditate acefcant, sed que
initio tantũ frigidiora sunt, nec id veteri alicui ac-
cidat, id nobis ad veritatẽ viam inueniet. Quippe
causam sermo scrutabitur, propter q̄ vinum natura
frigidum, atq̄ inualidum ab extrinseco arguatur
calore. Quamq̄ per verbũ ipsum arguatur, id dictũ,
omnes prius iam dicta ambiguitates dissoluantur:
per simile enim quid vinis accidit q̄ natura frigidio-
ra, aquosioraq̄ sunt quale flammis exiguis & im-
becillis: quippe si eas ad solem feruidum exponas,
aut prorsum obscurari, aut denique etiam extin-
gui conspicias. Sic quoque si ardentem lucernam,
aut iuxta flammam vehementem magnamque de-
ponas, aut ad solem feruidum exponas, marcesce-
re vtique ac dissipari protinus videbis. Quinetiam
si validum ventum facias, infirmũ paruaq̄ flamma
citius eam extinxeris, quam iuaueris. Natura e-
nim infirma, validum, neque motum neque calo-
rem, sustinet, verum ab yis dissipatur, potiusquam
augetur & crescit. Quando quidam etiam exindu-
stria multis in locis vina & cõmouet & transportat,
sicuti sane & in solẽ efferunt, atq̄ excalefaciunt, vt

etiam quedam insuauia fiant, sumi contrahentia
qualitatem. Apud nos sane in Asia in regulas adiu
estate omne prope in lagenas transusũ imponũ,
postea in adita cubicula sub quibus inferne multa
flamma luceat, transportat: in summa autẽ ad me-
ridiẽ solẽq̄, cellas obuertũt in quib. & citius ea ma-
turefcant, & potui idonea euadant. Nam q̄ multo
tempore alijs, hoc yis q̄ sic excalefacta sunt, breuis-
simo aduenit. Porro nihil mirũ est, q̄ de colendu a.
gris memoria prodiderunt, ob eam quam de suare-
gione habebat experientiã, audacius inconsidera-
tiusue de viris omnibus desinuisse. At Theophrastum
atq̄ Aristot. experientiam etiam vltiorem nacti,
& in p̄scructandis natura rationib. exercitatiores,
ac diligentĩ omnia distinguentes, cum multa bu-
iusmodi, rum verò de vino nos docuerunt, q̄ simi-
le illi atq̄ corporib. nostris accidat. An non enim &
ipsa quoq̄, prout aut robusta sunt, aut infirma, ab
eisdem ium iuuari, tũ ladi, conspiciunt? etenim vt
exercitia, & sol, calida, atq̄ robusta corpora etiam
validiora efficiunt: prosternunt autem & digerunt
refrigerantq̄, que non sunt eiuscemodi: sic vina na-
tura calida motus velut ventilans, sol excalefaciũs,
flammaq̄, iuxta ardentes, celerius concoquunt.
Qua verò frigidiora sunt, & dilutiora, eorum ar-
guunt omnia id genus imbecillitatem, celeriusq̄ p-
peti cogunt, que alioqui post passura essent: quippe
cũ ita cõparatum sit, vt res que liber in propria ser-
netur natura calore p̄prio, corrumpatur autẽ ab
immoderatione extrinseca, nempe calorũ externa,
aut frigoris abundantia. Atq̄ q̄ ab vtroq̄, efficitur,
vñ est, non tamen vnus generationis modus: quare
nò eque ab idiotis omnib. facili cognitu est hac cor-
ruptionis ratio. Etenim vbi quid rerũ calidarum à
frigore deuictũ est, ne vulgo quidẽ ignotũ est. At vbi
circumsistente foris calore validiore digestũ ac
dissipatum est, eos sane qui circa naturam exerci-
tati non sunt latet, ignorant es caliditatem medio-
crem omnibus esse vtilem, immoderatam vero non
minus frigiditate noxiam.

QVoniam acetum putrefactione vini
fit, necesse est fiat ab externo calore. e-
tiam imputari id debeat frigori in-
terno, ac debilitati interni calidi. Quod
non intelligentes quidam & videntes vina
vere & estate, & locis calidis, acefcere potius
quam hyeme & locis frigidis adducti sunt vt
existimarent, aciditatem oẽm non fieri à fri-
gore. Auger horum opinionẽ quod qui de
re rustica scripserunt censent dolia vini de-
fodiẽda esse in locis ad Aquilonem expoli-
tis, tanquã in locis calidis, & ad Austrũ veris
facile acefcant: accedit quod multa vehemẽ-
tius mota & longius adducta acefcunt, que
tamen omnes, videntur esse causæ calidæ.
Verũ hoc non euenire à calore per se, sed ex
accidenti, inde dicit Gal. facile intelligi pos-
se, quod non euenit illud vinis omnibus:
sed debilibus. Fortia enim calidis: & tem-
pore, & regione, & adibus, & agitatione, ac
depor-

deportatione fieri meliora & potiora, quod exemplo vinorum eius Asiae quae ad Graecos spectabat, indicat. Ibi enim dicit in lagenas transfusum super testa domorum media a. state soli exponi, nedum à sole seruari, vt hic apud nos fit. Itaque non omnia vina seruari dicit melius frigore, sed vt quodcunque eorum est fortius aut debilius. Vnde manifestum est nō acescere à calore per se, quia per se à calore calida potius laederentur quā frigida. Fit igitur ex accidenti, quia calor ambientis dissipat & extenuat internum calorem vini debilis, fortis autem, non potest. Vt sol extinguit lucernam exiguam, non autē magnam facem. Itaque colligit à frigore nimio & à calore pro interni caloris vehemētia nimio, fieri aciditatem, non tamen eodē modo ab vtroque. Sed haec omnia explicata iam satis sunt. Notat eos qui de re rustica scripserunt, quod quasi ignari quae vbi que terrarum agerentur, quod ad quēdā vina attinet, quali attineat ad omnia protulerunt, ignorantēs inquam in Asia ad solem coqui. Ego verò non nihil censo temperari. Nam et si fieri possit vt fiat vina aliqua adeo fortia vt ad solem non acescant, ea tamen ibi vinosam qualitatem recipere, & propriam vini perfectionem nō existimo, sed dulcia fieri, vt nostra ad ignem. Atque fortasse id faciunt Asiani quod narrat Gal. quod delectetur vinis dulcibus potius quam vinosis, vtpote homines natura vinosi: tales enim solent vt dicit Arist. sect. 3. problematum dulcibus vinis delectari. Vnde autem hoc suspicor, audeamque de re quā non viderim aliquid dicere, audi Gal. dixerat mustum dulce esse ob calorem solarem quem conceperat, fierique ex dulci vinosum cum is calor solaris expirat, igitur sol seruabit solarem illum calorem, quare & dulcedinem produceret, facietque in vino velut sapae quoddam initium. Hoc igitur habuerint vina robusta prā debilibus, quae haec ad solem acescant, quia dissipabitur internus calor: illa non acescant, quia sunt fortia, sed dulcescant, quia nunquam satis expirabit externus calor, retēto autem vtroque dulcedo fit. Verū qui de re rustica scribunt recte mouent deuitare solem, non quidem ne acescant (hoc enim non omnium sed debiliū fuerit) sed vt propriam vini perfectionē consequantur. Porro et si vina fortia non acescere ad solem magisquam in umbra vere dicatur, non tamen eadem ratio est ventorum borealium & austrinorum, quia auster non laedit solū calore, sed calore & humore & crassitie: quapropter corruptius est, & nulli, neque vino, neque legumine, neque frumento, neque velli, neque rei alicuiquam, non est deterior ad putrescendum quam boreas. Proinde ego dixerim vina fortia nō facile acescere austro perflata, vt quae debilia, resistunt enim huic

A quoque causae magis, tamen ea quoque acescere magis flante austro quam borea. Sed stat adhuc Gal. argumentum, si vina calida non tam facile acescunt à calida causa, siue à sole siue ab austro, siue motu, quam frigida, aut debiliter calida, profecto calor ex accidenti infert eam laesionem vinis.

CAPVT XIII.

CAeterum in genere hoc nosse pulchrum est, quod aciditas in saporibus nasci potissimum videtur, dum à calido quidem mutatur, vt tamen non superet: id quod ex acidis fructibus vel maxime conygiat. Nam hi haudquaquam, vbi nulla prorsum facta est in ventre ciborum alteratio, provenire solent: quae admodum nec vbi optime cocti sed tantum vbi semicocti, vt ita dixerit quis, fuerint. Voco autē semicoctos qui à ventriculi calore alterationē ppepsi, nō etiā perfecte ab eo superari fuerint. Sic lac prorsum succus, & quaecūque, eius sunt generis, tempore aestiuo citius acescunt quā hyeme, postulantque aedes frigida: vt in his reposita plusculo tempore perdurent. Ex quibus omnibus patet, quod à calore, mutante quidem, non tamen prorsum vincere, aciditatis generetur quaedam. **C**litas: atque ob id plerisque inest fructibus priusquam maturuerint. Idque etiam quodammodo his, quae ab initio de saporibus acidis diximus, consentaneum videtur. Etenim si simile quid illis usu venit, quod borealibus constitutionibus accidit, vt tenuis scilicet essentiae sint, simulque frigidi: nasci eos haud sine calore satis constat: sicut nec illum ipsam aerem. Proinde quoque, quae summe nos refrigerant ac interrimunt, velut cicuta, papaueris succus, hrosiamus, mandragora, minime omnium acida sunt: quippe licet frigidi sint saporis acidi omnes, haud tamen eo usque refrigerant vt interficiant: non enim subtilis forent essentiae, si extreme essent frigidi: itaque non modo iam quod frigidus sit sapor acidus, sed & quatenus frigidus iam apparuerit. Exploranda porro eius natura est in oxylapatho & oxalyde: quae etiam oxyda nuncupant: est autē haec olus sylvestre: in istis enim maxime mihi syncerus est visus ac simplex: nullius particeps acerbitalis, vt solent arborum fructus. Per spicuo enim vbi cum acerbitate quadam admixta habet aciditatem sicut cum acrimonia acetum. Itaque quae proprie in saporibus appellatur acidum à sola lingua percipi potest, sicut & acre: ceterum quod vtriusque commune est nepe mordacitas, etiam in tactu sentitur. vtraque vero lingua agnoscere nata est. Nam quae communia sunt, sicut & reliqua corpora sensibilia: quae vero propriae atque gustus organum percipit: idque mihi videtur illi eximium ac peculiare esse iuxta propriarum substantiarum etiam proprietatem, tum (vt ita dicam) alienitatem. Dictum autē demonstratūque saepenumero est, nec secius alias quoque repetam, quibus sit secundum totas substantias agere, aut pati: imo verò & haecenus eius nunc meminerō, quod in rem presentem satis sit, hinc sumpto initio. Ex quatuor elementis, particulatim corporibus omnibus constant generationes, impares mixtura, ac diuersa. Si quidem quadam ignis quam aliorum elementorum

in se plus cōtinēt. quedā aq̄ sicut alia, si fors ita tulit, terra, nōnulla aeris. Ex eiusmodi itaq̄, imparitate proprietates corporū particulariū sunt p̄fecta. ex elementis quidē, plantarū, ex his autem, animalium: sicut in libro de elementis demonstratū est. Porro transeunt quedā quidē protinus in sese mutuo, nōnulla vero mediantib. alijs, velut terra in triticum, hordeū, & alia id genus, rursus horū vnūquoq̄, in carnē humanam. cū tamen ipsa terra caro vt fuit sit impossibile, eam videlicet que in medio est mutationem transiēdo. At tamen eorum que in sese mutuo transeunt, quedā promptā celeremq̄, quedam difficilem & diurnam alterationē obtinet: at que similitudinib. propinqua sunt, celere: que vero remotiora, tardiorē. Oportebat itaq̄, meo quē iudicio, in nasci animantib. organū, q̄ nature similitudines ac dissimilitudines discernendi potestate polleret: quod agnoscēs rerum naturas familiaria quidem eligeret: aliena verō refugeret. Eiusmodi ergo lingua est, que exuberantia sensu non calida modo frigidaque, humida atque sicca: sed etiam que familiaria, queque non familiaria sunt, agnoscit: in hanc enim duntaxat particulam complures inseruntur nerui: cum alia omnes aut vnus tantum aut duorum sint participes, nec eorum ipsorum ita magnorum tamen. Porro cum quedam natura nostra magis sint familiaria, quedā minus: ac partim in hac coniugatione, partim in illa: necessario plures gustus qualitates extiterunt.

ET in aciditas in vino fiat à calore, vt explicuimus, tamen nulla vnquam in re fit a calore vehementi: nam vehemēs calor quasi igneus vinum nunquam reddit acidū sed dulce: sed neque sine calore aliquo fit aciditas, sed à calore quodam exiguo. Quod exemplis quibusdam indicat. Primum quidem cōstat in acido ructu, ille enim post longas leuitates intestinorū, bonum est signū: quia indicat incipere iam calorem nonnihil alterare cibos. Summum enim frigus epēphiam integram facit: frigus minus, aut exiguus calor aciditatem: idem ipsum indicant lac, & prillana, quæ calore æstatis acetunt: calore ignis elixantur, & dulcescunt. Vnde constat ab eo qui prorsum vincat, dulciora fieri, ab eo qui tantum incipiat alterare, acscere. Similem quodammodo naturam esse dicit borealibus flacibus, & succis acidis. Frigida enim & tenuium partiū sunt: quapropter cōsentaneum similem quoque esse generationem, sed venti boreales nunquam fiunt sine calore: nam per summum frigus tranquillitas est: fiunt autem multum temporibus medioerib. veris & autumnis, sed & in æstate fiunt quidā boreales, vocati ethesiæ: igitur & acida à quodam calore fiunt. Monet aciditatem explorare in oxylaptho & oxalyde, quod sint herbe mere acidæ. Dicit obiter quod solum appellatur acidum, à sola lingua percipi, sed quod mordet, tactus

A esse, ac proinde etiam ab aliis partibus sentiri: quod ego capit. 2. huius, satis explicui ac probavi. Explicat verò nūc naturam gustus, dicēs esse facultatem distinguendi bonos cibos à malis, atque quoniā alimenti ratio, aut contrarii in eo est, quod quid facile mutetur in substantiam nostrā, aut non mutetur idq̄ nascatur ex similitudine ac dissimilitudine substantiæ: quæ similitudo non est in qualitatibus primis solū, sed in modo potius substantiæ (Nā alterare secundū qualitates medicamenti est, secundū totā substantiam est alimenti) datū esse gustū animantibus, vt dignosceret modi substantiæ differentias & proprietates, quæ admodū tactus dignoscit primas qualitates. Lingua verò tactu est præstantissimo, & præter hæc habet gustum, sensum plurimarū differentiarum exploratorem. Hanc ob causam dicit linguā pluribus & maioribus, abū dare neruis quā partes alias. Nimirum accipit neruos ex tertia coniugatione eorum qui à cerebro oriuntur gustatorios, & ex se prima motorios qui & ipsi tangendi sensum possint augere, non minus quam qui gustatorij sunt. Nam cum nullus sensus sine tactu esse possit, necesse est neruos omnes habere vim tangēdi. Neque vero cum dicimus neruum tertiæ cōiugationis esse gustatoriū quintæ auditoriū, ita dicimus quasi illi differat, alter gustandi alter audiendi solū vim, sed quod ille in gustandi, hic in audiendi organū inseratur, atque ob id ille gustui, hic auditori seruiat. Indicat enim est mihi lib. 2. contro. eandē facultatem per neruos omnes à cerebro deriuari, puta sentiendi quæ quodammodo vna (ipsum sentire vnum est) quodammodo est multa, vt euenit multis modis sentire: causam verò qua hoc gulemus, illo audiamus, esse in differentia pori auditorij & linguæ, in quæ inseruntur, vt si casu errarent, in aures tertius, & in linguam quintus, agendū etiam existimem, gustum in lingua, & auditum in auribus, etsi deterius vtrumque, quia consentaneum est, organis delatorijs cum sensorijs analogiam esse aliquam temperamenti quod si ita est, cum Gal. dicit in hac enim particula (linguā scilicet) plures inseruntur nerui. Ne ita accipias dictum, quasi hæc sit præcipua causa qua lingua sapores dignoscat, quod plures accipiat neruos: nā si errore oēs hi in aurem abirent, homo vique aure nō gustaret, neque manu, si in manus. Gustat ergo lingua, nō quia accipit tot, sed quia talis cum sit, accipit hos neruos: sed neque si talis existēs, hoc est hoc modo substantiæ, & hac natura prædita acciperet plures sed alios, vt eos forte qui in oculos aures & palatū feruntur, gustaret tā exacte, sed neque si hos ipsos sed pauciores aut minores: gustat igitur, quia talis, gustat verò exacte quia

quia tot, tantos, ac tales accipit neruos. Atq; cum dico linguam, quia est talis, gustare, non illam solum molliem & raritatem sensibile intelligo, vt videbatur Ga. cap. 1. huius quarti libri insinuare, sed proprietatem substantiæ, quam non possum alio nomine complecti, dico autē esse in tēperamento & substantiæ modo. Nam alioqui carnes molliuscule & laxæ quæ vlcerebus innascuntur haberent vim gustandi, sed non habēt, quia vt in cōmentatione illius capitis indicauimus, gustus nō differt a tactu sola perfectione aut intensione sed specie, neque ergo in vlli⁹ causæ magnitudine est, vt in neruis pluribus aut maioribus vel mollicie raritate uē maiori aut minori, sed in specifica aliqua differentia ac proprietate. Gal. visum est pro medicis operib. satis, dicere solum eam differentiam quæ sentiretur in anatome. Mihi semper est animus exacte res ad philosophicam veritatem definire, Quid enim obest hoc medicinalibus præceptis? Imo, vt dicam melius, quid nō utilitatis afferre potest? Vbi dicit. Ex eiusmodi itaque imparitate proprietates corporum particularium sunt perfectæ: ex elementis quidem plantarum: ex his autem animalium, nomine *κατά μέρος συνιστασιν*. Id est corporum singulorum, aut particularium, intelligit partes similes, Hæ enim sunt quæ proxime ac nullo alio intercedente temperatæ sunt ex elementis: aliæ per medias ipsas similes: atq; cum ipsum simile esse secundū magis & minus accidat partibus: sintque aliæ aliis simpliciores, in iis etiam quæ videntur & sunt simplices, & aliæ aliis compositiores, in iis etiam quæ dicuntur cōpositæ. Quæda p plures quæda per pauciores compositiones constant ex elementis. Quod significans Galen. dicit, ex elementis quidem plantarum, ex his autem animalium. Quod est partes plantarum cōpositas esse ex elementis, partes animalium ex partibus homogeneis & compositis, q̄ exempli gratia dicit, quia partes plantarum simpliciores sunt & terræ & aquæ propriores, animalium verò compositiores: quod præter sensibiles vtrarumque partium formas, quæ id indicant, inde intelliges, quod plantæ, terra & aqua videntur nutriri, animalium verò partes non nisi cibis compositioribus, vt ipsis herbis & fructibus, atque ad carnibus: nutriuntur vero omnia eisdē ex quibus fiunt. Ne tamen proinde intellige plantarum partes habere solam eam compositionem quæ est ex elementis. Nam indicatum à Galen. est multis argumentis: nulla medicamenta (sunt verò in his omnes plantarum partes) exacte homogenea, sed æterogenea aliquo modo: quum verò compositio ex elementis non faciat eterogeneum, constat eas compositionem aliquam aliam

habere: sed quia hanc habent longe propinquiore elementis, vt ex alimentis quibus vtuntur constat, exemplum rerum ex solis elementis compositarum esse voluit. Nimirum nullæ rerum sensibilibus minus recedunt ab elementis: nisi forte lapides saltem nullæ earum quæ alimento vtuntur.

CAPVT XIII.

Ceterum omnium q̄ nutriunt cōmunis dulcedo est. Nā quicquid nutrit aut plus, aut minus est dulce. His verò quæ non nutriunt cōmune est id q̄ per negationem ac priuationē sic dicitur, velut non dulce & indulce. Particulæ autem differentia cōplures merito euaserunt quæ id quod cuiq; rei familiare est, vnū est nēpe q̄a. & natura eius familiaris, vna: aliena verò plurima: partim pl⁹ partim minus à substantia eius disidentia. Quæ itaq; summe acida sunt, acerbæ, & amara, & simpliciter aliis quāuis qualitatē p̄ter dulcia sortita sunt: ea oīa nutriri nequeūt sicut q̄ solū dulcia sūt, oīa nutriunt: inter ea autē quæ mista sunt qualitatib. quotquot dulcia simul & acerbæ sunt, & crassioris sunt essentia, & temperatura frigida, velut paulo ante ostendimus. Quotquot vero acida simul ac dulcia, tenuiora quidē sunt q̄ acerbæ: sed & ipsa tamen refrigerant: Quin etiā amara quidē calida sunt, sed acris b̄s etiā calidiora. Nutriunt ergo hæc oīa si in eis habeat dulcedinē. Ceterum per se dictorum nullum, vt nutriat satis est. Porro duplici ratione mista esse a sol. & nēpe vt dissimiliaria sint, & diuersas habeat qualitates in diuersis partibus, aut simplicia & similia, sed q̄ in mutua eorū qua multū disident, alteratione consistat: neq; enim mel extēplo fit amarū, sed aut multa coctione aut verustate amaritudinē induit: nec id tamen illi nisi pedetērim accidit: neq; quotquot ex fructib. dulces (ex amarū) euadūt, sicut quædam cucumeres & melopepones, & ipsi repente semelq; ab initio qualitatē abiciūt. Nā iis quæ a natura mutantur sensim fiunt mutationes potissimū vbi in multū disidentes, aut plane contrarias qualitates alteratio siue transitus perficitur. Sicut ergo quod est summe dulce, aprum esui est: q̄ verò solū ac sincere amarū, esui ineptū sic quæ in medio sunt eorum, nutriunt quidē etiā, verū minus q̄ dulce. Eadē ratio est in alijs qualitatibus. Nam nutriri, præter dulcē, nullæ omnino possunt. At elementa multo sane etiam minus nutriūt nullāq; gustui qualitatē offerunt: p̄inde & terra, & aqua (sunt enim ambo gustui insipida) minime nutriri idonea sunt, sicut nec aēr nec ignis. Itaq; pro qualitatū interim admistione dulciū sepe qualitas exoluitur, aqua verò essentia in pumiliū (επιψία Græci vocant) fructib. superante (nā triticū, hordeū, faba, cicer & q̄ eius sunt generis, cū propter humiditatē principia qualitātū gustu p̄pe expertia sint, tēporis successu maturata ac siccata dulciora euadunt) terrestri verò & sicca in paleis, sceno, gramine, & arūditib. siccis, & lignis quorū tamē quæda priusq; aruerint, dulcia nobis sunt, nutrimentūq; interdū corpori ex-

*hibet, velut palma cerebrū (sic enim nominant simi-
mā et particulā) & graminis, & molles arundinū
arūdices, maxime q̄ in Aegypto proueniunt. Ad hæc
plerarumq; arborum germina. Si quidem quod nu-
trit, à similitudine quæ illi est ad id quod nutritur,
dulce apparet. à dissimilitudine vero non dulce.
Porro multæ cum sint dissimilitudines, multas pro-
inde necesse est qualitates esse non dulces: quas
verbis quidem efferi est impossibile: at tamen me-
moriam earum suggerere quodammodo licet,
cum omnes homines certissime norint, alium sic-
ri in lingua sensum atque affectum ab acerbis, ali-
um ab acidis, & alium à salsis, aliumq; ab amaris.*

Libro de sensu & iis quæ sentiuntur dicit
Aristo. alimentum ex dulce suppeditari,
reliquos sapes non alimentum, sed vsum
quendam præstare, esse scilicet pro condi-
mentis. Cui doctrinæ consonum est admo-
dum quod Galenus nunc dicit, omne quod
nutrit esse dulce, atque aded cibos omnes,
qui aliis sunt saporibus dulcedine quadam
participare, alioqui alimenti nihil præstitu-
ros. Itaq; omnia nutrientia esse dulcia plus
aut minus, quod plus aut minus aliorum sa-
porum habeant admistum: nihil verò nutri-
re quæ syncero alio sint sapore. Atq; ita quod
nutrit vnum esse, & affirmando dici: quod
non nutrit nō vnum sed plura, nec aliter di-
ci posse quam negatione, vt non dulce. Quia
nutrit quod nutrito est simile, non nutrit q̄
dissimile: simile verò vnum, nō similia mul-
ta. Itaque alimenta omnia dulcia sunt, aut
mista ex dulcibus & non dulcibus, vt quædā
ex dulci & falso, alia ex dulci & acerbo, alia
ex dulci & acido: ac nonnulla etiam ex dulci
& amaro. Dicit mox, porro duplici ratione
mista esse solent nōpe vt dissimilata sint, &
diuersas habeat qualitates in diuersis par-
tibus: aut simplicia, & similiaria, sed quæ in
mutua eorum quæ mutuo dissident altera-
tione consistit, quod nihil aliud est, quam mi-
sturam illam dulcium & non dulcium fieri
posse secundum easdem partes substantiæ,
simul consistentibus, cōtrariis qualitibus se-
cundum remissos gradus, vt in aqua tepida,
quæ secundum se tota talis est: aut secun-
dum diuersas, vt in oxymelite dulcedo & a-
ciditas. Quod quidē verissimum esse ego in
cōmentariis capituli decimi sexti, libri tertij
multis argumentis probaui. Cæterū quo pa-
cto nō repugnet sibi ipsi nunc Gale. non in-
telligo, qui illo loco contrarium prorsus as-
seruit his verbis. Atque in similiaribus qui-
dem partibus calor, frigiditas, siccitas, humi-
ditas particulares omnes differentias effici-
ciunt: in dissimilariibus verò acrimoniæ, acidi-
tates, austeritates, acerbitates, dulcedines, a-
maritudines, falsedines, aquositates, vntuo-
sitates. Itaq; vnaquæq; similiarium in ipsis par-
tium non multas, sed vnā qualitatem obtinet:

q̄ tot verò totum est dissimilare complures.
Verum hic non simpliciter dicit posse fieri vt
eædem partes duobus ac maxime contra-
riis saporibus participant, sed confirmat et-
iam argumento quodam euidenti: hoc scili-
cet: mel vstione amarescit, quod fit calo-
re moderato qui dulcedinem faciebat au-
cto ad immoderatum, atq; ob id faciente pro
dulcedine amaritudinem, eadē ergo partes
quæ prius erāt moderate calidæ, sunt postea
calidæ immoderate, atq; quæ erant dulces,
sunt amaræ: at verò id non fit affatim, sed
paulatim remittente dulcedine, & amaritu-
dine augete, cū igitur mel est semidulce
semiamarū, eadē partes quæ fuerūt dulces
sunt semidulces, & quæ futuræ sunt amaræ,
sunt semiamaræ, quare cū eadē sint futuræ
amaræ quæ fuerūt dulces, eadē nunc partici-
pant dulcedine & amaritudine. Nescio quid
pro Gal. dicam aliud, quam aut hic esse obli-
tum eorū quæ dixerat, aut illic non satis cir-
cūspexisse omnia. Ego ob id vltima hac e-
ditione excepi duo hæc loca in libellum de
manifeste pugnantibus apud Gal. Animad-
uersione etiā indiget exemplū aliud quod
post id quod dictū est, deinde mox apponit:
dicens, neq; quotquot ex fructibus dulces
percipiuntur, sicut quidā cucumeres & melo-
pepones, & ipsi repente semelq; ab initio
qualitatem abiiciunt. Nā iis quæ à natura mu-
tantur, sensim fiunt mutationes, præcipue
vbi in multum dissidentes aut plane contra-
rias qualitates alteratio perficitur. Hoc ex-
plum esse videtur eorum quæ ex amaris fiūt
dulcia maturatione, quia cucumeres ac pe-
pones ac melones immaturi, amari sentiuntur:
præterea quia addit, præcipue in multū
dissidentes ac plane cōtrarias qualitates alte-
ratio fit, quasi de mutatione ex valde cōtra-
riis loquatur, cuiusmodi est amarum dulci.
Has sequutus cōiecturas Theodoricus Ge-
rardus vertit, quotquot ex fructibus dulces ex
amaris euadunt. Verū si hoc est quod Gale.
dicit, affirmat profecto fructus illos fieri ma-
turatione ex amaris dulces, atq; adeo easdē
partes quæ amaræ erant dulcescere, scilicet
vt in melle quod vritur, eadē partes ex dul-
cibus amarescunt: si verò hoc dicit, nulla ra-
tio superest qua respondere possimus argu-
mento quod Aueroes hinc accepit, vt statu-
eret amaritudinem non semper esse sobole
caloris, sed nonnunquam etiam frigoris: ar-
gumentatur enim vt non ita pridem in hoc
ipso libro diximus, vt Gal. ipse de acerbis
austeris & acidis: quia enim omnia tere
quæ dulcescunt abeunt ab his saporibus ad dul-
ces, colligit sapes eos frigidus esse, à frigi-
dioribus enim ad calidiora necesse est abeant
quæ coquantur. Neq; verò refert si respon-
deas ab acerbo venire omnia, aut omnia fe-
rè quæ maturescunt, ab amaro verò nō nisi
quæ-

quædam nam ob id euenit, vt acerbitas semper sit frigoris, amaritudo aliquado: alioqui aliqua coquendo fierent frigidiora. Non ergo superest quod possis respondere, nisi forte, nõ ea idem esse particulas quæ dulcescunt, & quæ fuerint amaræ: sed eandem rem, secundum diuersas partes nunc amaram esse, nunc dulcescere: amaris partibus interim secretis, aut, si quæ supersint, dulcedine aliarum hebetatis: quod si Gal. sibi hanc intercludit respondendi viam, neque quid possit aliud quàm in Auerrois sententiam venire, ac affirmare, velut mordacitas frigoris & calor est, ita & eam gustabilem qualitatem quam vocamus amaritudinem. Sed quia vt procedente sermone videbimus, hoc vehementer repugnat ipsius Gal. sententiæ, satis fuerit negare eum hic loqui de mutatione quæ fit ex amaris nõ enim, vt dixi, in Græco codice ea vox inuenitur, sed hoc solum *ἢ ὅσοι τῶν καρπῶν ἀποτελούντων γλυκῆς*, Id est, neque quicquid fructus dulces perficiuntur, id est cū perficiuntur dulces euadunt: non tamen dicit ex amaris. Iam verò cucumeres & pepones recentes, non sunt tantum amari, sed cū acerbitate etiã à qua mutantur in dulcedinem, interim euanescentibus amaris partibus. Licet vocari contrarios & maxime distantes lapores acerbum & dulce. Quod si adhuc te ipse verborum contextus admodum fert in alium sensum, cogitque intelligere sermonem esse de mutatione ex amaris in dulcia, dices exemplum hoc secundum incaute scriptum esse, nihilominus stare alibi multis argumentis confirmatam doctrinã, amaritudinẽ esse caloris nimij, cui consentaneum mox est, non mutari res vllas cõcoctione ex amaris in dulces secundũ easdẽ partes. Non est autem graue peccatum in exemplo. Nã & dialectici ferunt non semper exẽpla esse vera. Itaque docuit Galenus nulla quæ non sunt dulcia nutrire. Hinc colligit elementa non nutrire, neque terram inquam, neque aquam, neque aërem, neque ignẽ, quia nullum eorum est dulce, cum sapor concretorum qualitas sit. Dices videri contra esse quod nuper dicebatur plantarum partes elementis consistere & terra & aqua nutrir. Quod ita etiã habere experimẽto discimus. Nam vnde nutriuntur arbores quam ex terra, & quæ irrigatur, aqua? Certe facile posses interpretari Gal. non negare terram & aquã posse esse alimenta omnino, sed eorum quæ vtuntur gustandi vi, hoc est animantium, ad ea enim solum videtur pertinere dulcedo & amaritudo, verum quia Aristot. lib. de sensu & iis quæ sentiuntur, probat nullum corpus simplex posse alimentũ esse, satius sit dicere quod & Arist. dixit, neque ex aqua nec ex terra alimentum capere stirpes sed ex cõmixtis: præterquam quod terra & aqua, quæ

A conspicimus, mere simplicia elementa non sunt. Non posse autem elementa alere constat, quia quæ aluntur concreta sunt, non possunt autem concreta fieri ex simplicibus aliter quàm mixture: nutritio autem non est motus: neque igitur elementa possunt esse alimenta. Atqui quæ mere elementa essent (vt si talis esset aqua & terra) nullius rei vllomodo possent alimentum esse: hæc verò quibus vtimur, quæ non sunt exacte simplicia, sed simplicibus proxima, neutrum quidem, sed commista ac cõfusa possunt nutrire solũ plantas, & quæ viucentium omnium minime habent composita corpora.

CAPVT XV.

ITaque, quemadmodum edulia quæcumque, nutriendorum natura similia sunt, ea dulcedinem summam præ se ferunt, nec nullam præparationem postulant. sic quæ temperaturam naturam sunt remotiorem, alia condimentis, alia coctione, alia vtroque indigent. Nec vero mirum est, cum cõdimentorum nullum edendo fit, suauitatem tamen eis augere quæ ipsa præparantur: quippe cum fieri possit, vt immoderatis duob. cõiunctis, id est ex ambobus mixtum fit commoderatum euadat, ac proinde quoque dulce appareat cum immoderata minime sint talia, postea verò quæ per elixationem & per asationem, omnino per calidum quiddã præparatio fiat ciborum, nihil etiam absurdum est aut ambiguum, quod prius nõ erant suauia, nunc fieri suauissima. Apparet enim calida natura: quibus admota fuerit, ea celeriter alterare, atque in aliam speciem mutare. Quocirca nec id quoque dubium est, quædam suauiora quædam verò insuauiora effici igni applicata tum quædam tempore minimo, quædam plurimo elixari debere. Etenim quæ nutriendorum corporum temperaturis simillima sunt ea vel citra elixationem aut præparationem id dulcia apparent. Quæ verò dissimilia sunt oia insuauia sunt ante quæ præparetur. Porro quæ nimis calida sunt, frigido corrigi debet: quæ verò multum frigida calidorum mixtura ciborum, & igni ad eundem modum humiditate quæ terrea sunt, & sicca siccitate, quæ plusquam conueniat aquea sunt & humida. Siccitates ergo humidorum admixtio humiditates vero, siccorum mixtura ignis emendant. Maximam rei dictæ fidem affert quæ in ore fit mutatio. Nam qui plusculũ sustinuerunt ieiunium, his salina salsa rediditur qui verò plurimum, non salsa modo sed & amara, sic etiam corpus vniuersum biliosum habitum contrahit, ac si totum perinde vt lingua sensu polleret salsedinem quoque, quæ in ipso est atque amaritudinẽ per facile, reor, perciperet: ad hæc etiam ipsam dulcedinẽ quæ semper naturali inest sanguini. At nunc vbi vase quopiam aut rupto aut aperto affatim calidus sanguis in linguam effunditur, dulcissimus apparet: vti quæ, si secundum naturam habuerit. Nam morbidus amarus aut salsus est, aliamve eius generis qualitatem præ se fert. At qui in toto est animalis corpore nos fugit, nõ aliter quam aut bilis, aut pi-

tuita, Quamquam & bilis quidem flaua vel minima quapiam parte linguam contingens, perpetuo amara appareat: atra vero acida. Porro ubi pituita linguam attingit partim quidem dulcis, partim acida, partim salsa sepe est manifestò visa, cum & ipsa in toto animali incognita sit.

Dictum est dulcia esse temperamento proxima iis, quib. sunt dulcia, reliqua vero inclinare in naturas: alia scilicet herba austerà & acida in frigidam, salsa amara & acria in calidam. Et hanc ob causam nutrientia omnia esse dulcia, neque quicquam quod omni dulcedine careat aptum esse nutrire. Hinc fit ut omnium sint dulcissima, quæ nutriendorum naturæ sunt simillima, & ob id maxime apta esui: atque a deo ut ea nulla præparatione indigeant: alia verò scilicet quæ aliqua dulcedine participant, ad alios tamen sapores valde deflectunt, edi quidem possunt ob eam dulcedinem quam habent, tamen non siue præparatione aliqua: ut sunt sane alia quib. ut edi possint præparatio nulla sufficit: nimirum quæ omni carent dulcedine. Est autem præparandi cibos duplex ratio: ea quæ ad ignem fit, siue assatio, siue elixatio, siue frixio: & condimentorum permixtio: condimenta quidem ipsa duplicia sunt, quædã sunt tantum condimenta, ut sal, piper, & acetum, quib. nunquam ut cibis utimur, sed ut cibos condiamus. Quædã sunt simul cibi & condimenta: huiusmodi sunt quædã obsonia quibus simul cum pane & carnibus utimur, præstât tamen & ipsa satis multum nutrimentum. Quæ tantum sunt condimenta dicit Gale. cibos non esse, quia omnia sunt sapore aliquo extremo, ut salso, acri, aut acido: tamen cibos, qui satis id non sunt, reddere eis aptos, contemperando, ut contraria contrariis contemperantur. Quo fit, ut dulcia, etsi eis utamur ut obsoniis, tamen condimenta tantum, non sint. Intingimus quidem melle quædam ut suauiora fiant, mel tamen condimentum tantum non est, sed obsonium. Fit etiã ut quæ satis dulcia sunt condimento non indigeant, quia cum id extrema qualitate sit, eius admixtione amitterent potius dulcedinem quàm compararent, tamen si aliorum ciborum mixtura nihil prohibeat suauiora fieri, ut lac melle aut saccaro fit suauius: piper verò salè, aut acetum, non desiderat, sed neque præparatione ad ignem gaudent, quæ sunt dulcissima ut mel, tamen si lac, ut cuius dulcedo possit crescere, non nihil fiat suauius elixando. Nimirum ignis cernitur quæ ei admouentur cito alterare & mutare in aliam speciem. Quare quædam suauiora facit, quædam insuauiora, ea videlicet quibus ad suauitatem aliquid deest suauiora reddit, quibus nihil reddit insuauiora: quod mellis exemplo rursum proximo capite palam fiet. Itaque quæ (inquit)

Anutriendorum corporum temperaturis simillima sunt, citra præparationem iam edi possunt, quæ verò dissimilia, omnia sunt insuauia antequam præparentur. Præparatio vero fit contraria alteratione, quare quæ nimis calida sunt frigido corrigi debent, quæ multum frigida, calidiorum mixtione, & igne: humiditate quæ terrea sunt & sicca: siccitate, quæ plusquam conuenit, aquea sunt, & humida. Merito autem ignis alteratione mutari rerum sapores, fierique nonnullas ea alteratione insuauies, probat ex his quæ intra nostra corpora contingunt. Quid enim mirum ab igne id fieri, siquidem videmus nostri caloris actione cum aliquis plusculum ieiunij sustinuerit saliuam reddi, salis primum, deinde & amarum: ut merito coniectemus perinde fieri toto corpore, amarefcere scilicet eum, cui alioqui est dulcissimus sanguis, etiam eas mutationes sola sentiat lingua, quia sola est prædita gustandi sensu, ac proinde ea agnoscit sola dulcedinem sanguinis, amaritudinem bilis: aciditatem melancholiam: & pituitæ dulcedinem, aciditatem aut salsedinem: quæ sapores eorum succorum sunt. Hæc Galen. videri tamen possit falso reuicere in maiorem temperamentum similitudinem, causam qua aliquid ad vescendum & nutriendum aptius fit, & minori indigeat præparatione. Nam quis neget similiores esse temperamento carnes caponum, & suum ac si (placet) humanas, nostris carnibus, quam lactucas, & cerasa ac pomorum omnia genera: cum tamen hæc omnia citra præparationem comedamus omnes, illa citra præparationem nullus eorum qui humanitate utuntur? Neque si qui immanes homines velint crudis vesci possint tam facile ac cerasis. Quod si dicas, obstare duriciem aut soliditatem quominus carnes illæ crudæ possint comedi, etsi alioqui sint temperamento similiores, nondum feceris satis dubitationi. Gale. enim commendauit ad facile esum similitudinem, non tantum secundum calorem & frigus, sed etiam secundum humiditatem & siccitatem, quorum comites sunt duricies & mollicies. Neque ergo quæcunque duricies obstabit manducationi, neque quantacunque mollicies erit commoda, sed ea quæ comedentium carnibus similis. Quis autem neget crudas carnes humanas aut porcinas hominum comedentium carnibus mollicie & duricie esse similiores quàm cerasa? Quin potius, & quæ eandem assas aut elixas? Non igitur solum quædam minus similia temperamento, sunt esui magis idonea, sed etiam quædam præparatione eadem fiunt, & minus similia, & esui magis idonea. Quo pacto ergo aptitudo ad vescendum sit in similitudine? Et præparatio desideretur propter dissimilitudinem? Fortasse ergo dici potius oportuit similitudinem temperamenti fa-

cere

cere vt melius res nutriant, quam vt maiori cū voluptate comedatur, atqui ego ita existimo. Nam vt Arist. dicit libello de sensu, & ijs quæ sentiuntur: dulcedo est qualitas alimētis propria, verū alij saporē sunt, vt condimenta. Quod est, dulcia quidē nutrire, verū aliorū saporū permissiones cōferre ad gustus delectamenta: vt condimenta scilicet. Merito ergo mere dulcium non possumus accipere nisi modicum, eorum vero quæ falso, aut acido, aut austero participant multo plus: quia sunt hæc velut cibi ab ipsa natura conditi, & ob id sunt hæc nobis obsonia. Itaq; ego non concederem tãto aliquid esse ad vescendum aptius & suauius, quãto dulcius, sed eo plus præstare boni alimenti. Differt autē longē multi ac boni alimenti esse dicas, an palato gratum, idq; non in ægrotis solum, sed & in optimē valentibus. Sed succurrit modus quidam afferēdi id quod Gal. dicit. Videlicet cū dicitur, quæ simillima, sunt etiã suauissima, quæ dissimilia, aut esse esui inepta, aut saltem non sine præparatione edi posse, intelligi debet, non actu similia, sed potentia: id est, talia vt post cōcoctiones necessarias sint apta fieri partibus alienis similia, aut nō sint. Nimirū alimentum, vt Arist. docuit in principio est dissimile, & in fine simile, sitq; ex dissimili simile p cōcoctiones naturales. Carnes ergo humanę haud dubie humano corpori similiores sunt actu q̄ panis, & cerasa, & carnes bubulę bobus q̄ foenū: non tñ potentia, quia exactis ventris & hepatis cōcoctionib; melius similiusq; alimentum fiet, homini ex cerasis, & boui ex foeno, quã ex suis carnibus. Proprias enim carnes neutrum animal accipit, ac neq; si accipiat coquit, sed aut inalteratas sinit, aut vitiat. Quare vt sunt actu simillimæ, ita potentia minimē sunt similes: cū in substantiam aliti minimē possint mutari. Eodem modo dices carnes suum crudas esse fortasse actu similiores nostris, potentia tamen minus similes quã concoctę aut assę: quia minus aptę mutari in simile substantiam est quæ nutritur. Itaq; vt quidque potentia est similius, aut præparatione similius sit ei q, alitur corpori, ita est & suauius. Nam si cui carybi consuetudine factus est iã salutaris esus crudarum carniū, eadem cōsuetudine factus est & suauis: itaque quibus sunt res quæcumque potentia similes, eisdem sunt suauis: & quibuscunq; dissimiles, insuauis: porro & quibus suauis similes, & quib; insuauis dissimiles: nisi quis morbus alliciat ad dissimilium appetentiam, vt cap. 9. huius libri explicatum est.

CAP. XVI.

Nihil mirum igitur neq; cur omnium dulcissimum mel succum generet amarissimum, neq; cur id maximē atate florentibus, & calidis natura, & febrientibus accidat. Nam vt foris, cum plusculū

A igni admouetur, amarum efficitur: ad eundem modum, & in animantium corporibus vbi sincerū validumq; nactum calorem fuerit, biliosum succum procreat. At in temperaturis frigidioribus, siue propter ætatem, siue propter naturam corporis, siue etiã ob morbum facile in bonum & moderatum sanguinem conuertitur: quippe cum neq; nimium in ijs corporibus, aut excalescat, aut alteretur, verum ei q̄ modicē coctum fuerit, simile quiddam perpetiatur planē illis assimilatur, profumque seruat dulcedinē. Et quid obsecro miri si à valentiore animatis calore, aut longiore coctione veterē mel dulcedinem exuat? Tum etiã citra hæc per suum ipsius calorem spatio tēporis amarū euadat? Nā in mutationis duntaxat celeritate, haudquaquā q̄ aliam perpetiatur passionem ab alia causa differentia consistit. Quippe & passio est eadē, & causa quæ mutat. Passio quidem amaritudo, causa vero caliditas immodica. Porro immodicū, q̄ ad alterationē ducit, genere duplex est: aut enim in admodi consistit robore, aut in tēporis diuturnitate. alterum ex nobis & igni, alterum ex seipso mel accipit. Et merito sane tempore maiore id fit: ex ipso siquid q̄ mutat imbecillius est. Ergo quod à minore longiori sit tēpore, qd mirum est à maiore in breuiori perfici? Caterū lac etsi gustu sit dulce, tamen ex sese nunquā amarum efficitur. Vincitur enim in eo à frigore magis caliditas q̄ ipsa vincat, proinde etiã repositū acescit. Ex tribus enim substantijs qualitate dissidentibus (velut supra quoq; dictum est) constat. Prima quidem crassa, ex qua caseus cōficitur: altera pingui, ex qua butyrum, & tertia aquca, quod serum nuncupamus. Verum ex hisce pinguis quidem, vel maximē temperata est, crassa verò paulum ab ea declinat, ac excrementum illud serosum, & frigidum, & humidū est. Quare lac vniuersum à modicā caliditatis corpore longo interuallo relinquitur, quapropter ex se acescit potius q̄ amarescit. Ac si gustari possit, vbi in ventre & per venas concoctum est, ipso etiã melle dulcius inueniretur. Nā q̄ foris & ex sese mel obtiner, id dum coquitur, lac accipit. Et cum admodū ingēs in animatē calor extiterit, tantā acquirat lac dulcedinem quantā mel deperdit. Rectaq; id ratione euenit: etenim q̄ summē dulce est, ac proinde etiã nihil apponi ad eius dulcedinē possit, id vt in consequentem vētri pergat qualitatem necesse est. At cui quid deest, id per cōcoctionem acquirat. Proinde sane lac vbi cruditatem in ventre perpetitur, duplicem suscipit alterationē. In frigidiorē namq; vētre acescit, in calidiorē nidorosum amarumq; efficitur. Non tamen mel coquendo nunquam aciditatem admittit: quippe cū calidius sit, quã vt vbi, non superetur acescat. Etenim vtrāq; linguam mordicant, tum quod acidum est, tum quod amarum, nō tamen id tanquam ppria lingue sensibilia possident. Quippe si in aliam quamuis carnem cute spo-liatam ipsa miiceris, & illam sane etiã mordicant. Ex quo constat mordacitatem à tactu proprie, non à gustu sentiri. Quin & quæ acria appellantur: velut pyrethrum, allium, cæpa, non linguam

modo mordicant. sed & omnem reliquam nostram carnem: cōmunisq; est mordicatio tribus istis saporibus, acido, amaro, acris: verum acido quidem. vt frigidus simul & subtilis (nam & id saepe monstratum est) amaro verò & acris, vt calidis.

Causas reddit iuxta suam de amarorū natura sententiam quibus euenit mel calore reddi amarum, igne, aut calore biliosi hominis breui: sed & per sese ac proprio calore longo tempore, & diurnitate, aciditate vero nunquam comparare. Lac etiam, quod dulce est, per sese & diurnitate nunquam amarescit, sed acescit semper: & in nostris corporibus acescit etiam plerumq; cum non recte coquitur, sed & in nidorosum vertitur aliquando, igne vero dulcescit. Horum omnium causas esse dicit in vtriusq; temperamento, quod scilicet mel vt dulcius, ita calidius est, quam lac: nam in melle præpoller calor frigori, & est etiam satis terræ particeps, in lacte contra frigus præpoller calori & humiditas siccitati: quia constat butyro, sero, & proprie vocato lacte, & caseo, quarum tres partes frigidae sunt, vnicum butyrum temperatum: tres humidæ, vnicus caseus siccus: quia igitur mel calidum & terræ particeps: vltione fit facile siccum & nimis calidum, atq; ob id amarescit: lac quia infra mediocritatem caloris est aucto ad igne calore dulcescit: frigescit vero facile atq; ob id acescit. Et sane quia permissionis est leuis, & quodam calore participat, facile id patitur. Nam indicatum est antea, neq; ea quæ summè frigida sunt acescere facile, sed quæ quendam, sed exiguum habent calorem: atq; ob hanc ipsam causam in nostro ventre & hepate aliquando exurit lac vsq; ad nidorosum. Exterius aut per sese semper acescit, quia multo minor alteratio est quæ acescit quam qua in nidorosum vertitur, & debilior motus est qui per sese agitur, quæ à calore nostro: ille igitur in debiliore alteratione agit semper, neq; potest hac præterita inferre maiore, quare semper parit aciditatem: hic est nonnunquam vehementior quæ vt aciditatem possit facere, & exurit vsq; ad nidorosum. Hęc continet hoc caput. Illud vnum indiget animaduersione: cum dicit Gal. per suū ipsius calorem spatio temporis amarū euadere, haudquamquam ita esse accipiendum, ac si suus illud naturalisq; calor exurat: non enim potest: illa enim passio præter naturam est mellis & corruptiua, quare non suo, sed ab externo quopiam fiet calore. Nam cum videamus pinguedinem rācidam fieri, & mel amarum, æstiuo tempore, & calidis locis citius quā frigidis, tempore & loco, constat id ab ambientis calore fieri, cum aut videamus, eodem tempore & loco non omnia eodem modo affici, sed quædam amarescere, quædam secus, constat causam quampiam affe-

Actionis esse in re ipsa quæ afficitur: cum verò id possit accidere vel naturali calore id præcipue efficiente externo coefficiente (vt ita loquar) aut externo faciente, & re ipsa dispositione idonea ad eam passionem cōferente: constat rationi multo magis esse consentaneum in naturalibus passionibus effectiuum principium in re ipsa ponere vt maturationibus. In corruptiuis vero solum potentia passiuā, actiuam verò putare esse externā, porro dispositionem illam idoneā, in qua potentia ita faciendi consistit, non in temperamento solum sed in permissionis modo esse constat. Quia lactis & pinguedinis longe diuersa corruptio est, cum sit simile temperamentū. Illud enim acescit, hæc fit acris & rācida, quanquā vtrique est temperies frigida & humida: sed quia habent diuersum substantiæ modum, estq; lacti humiditas aquea & permissio minor: pinguedini aërea humiditas & permissio maior. Igitur duæ nascuntur animaduersiones, altera cum dicitur per suum ipsius calorem spatio temporis amarum euadere, intelligit, quasi per materiæ dispositione & potentiam, etsi Gal. hanc potentia toto hoc capite in temperamento videatur ponere, tamen ad integram problematum dilutionem opus est adiungere semper substantiæ modum & permissionem causam verā esse in ambiente. Ratio enim Gal. perinde procedit. Nimirum quod calor fortis ignis aut biliosi hominis breui facit, hoc idem calor tepidus ambientis facit lente, ac non nisi temporis diurnitate. Ceterum calorem mellis proprium ad potentia potius pertinere quam ad facientem causam constat præter dicta, quia iuxta ea quæ Gal. toto hoc capite dicit, eodem causæ genere videntur esse, frigus proprium aciditatis lactis, & calor mellis amaritudinis: constat vero lac calore externo fieri acidum, frigus vero internum corruptibilitatem lactis parere. Vt igitur lac est facile acescens quia frigidum, ita mel vltione aptum quia calidum. Non tamen vritur ob naturalem suum calorem, nisi vt dicimus ligna aromatica ardere facile ob suum calorem, id est, quia sunt calida non tū à suo ipsorum calore inflamantur. Quod dicit mordacitate quam lingua sentit ad tactum pertinere, explicatum à me antea est satis.

CAP. XVII.

F
Quod itaq; sapor amarus calidus sit, modo ostensum est. At de acris proprie vocato principio, ne demonstratione quidem est opus: præuertit enim sensus euidentia, rationis fidem: quare nec quisquam de ipso addubitauit: imò & Plato de eo tanquam omnium calidissimo pronūtiat. tū Arist. quog; & Theophr. Arg. adeo nec veterum, nec recentiorū quisquam est, q. secus sentiat q. ppe cū excalescitio ex essentie eius sit ratione. Itaque si vel ex plebe quempiam roges quid vocet edulium acre, dixerit sane, puto,

puto. & fortiter dum gustatur excalfacit, velut piper, pyrethrum, nasturtium, allium, caps. & id genus omnia: videturq; id solum saporum genus cum appellatione careret propria, communi per excellentiam usum. Nam cum & sapor amarus, & sapor acidus, arbo etiam acres sint: in quocunq; tamen corpore vehementem comperimus acrimoniam, tametsi neq; amarum sit neq; acidum, acre appellare confuevimus: quanquam multa in specie sint corpora eiusmodi, alia enim edi possunt, alia esui sunt inepta. Ea igitur que idonea sunt esui, dulces quandam saltem obscuram admixtam habeant qualitatem necessariam, proinde multis ipsorum pro obsonio vitimur, multis vero vt condimentis tantum: at vt cibo, ipsorum omnino nullo, idq; ob virium vehementiam. Porro eorum que non eduntur, alia mortifera sunt, alia simpliciter medicamenta: omnia saltem cuti nostre imposita vlcus celeriter molliuntur. Quin & horum quocunq; nonnulla qualitatem quandam amarum preferunt, que in modum esculentorum quaedam dulcem non tamen vocantur amara: quandoquidem hęc in eis leuis est & infirma, valida autem vis acrimonie. Sani & que ne gustare quidem audent, cuiusmodi est rhapfia, cantharides, & ea que crosione aut putrefactione interimunt. Sed & horum gustu esse acrem ex ijs conytere licet, que in toto agunt corpore. Multa vero etiam ipso statim odore aliena sunt, planeq; pugnantiam cum homine indicant, velut & hęc ipsa que nunc dicta sunt, & cicutia, papaueris, mandragora, & hyoscyami succus. Quin & nuper quocunq; herba succum conspeximus, quem cicutario quida: ex barbarica circa Aegyptum regione compositauerat, odore adeo graui adeoq; in ameno, vt ne gustare quidem auderem, sed lethale esse conyterem: vtebatur autem ad ingentes articularum dolores: atq; ijs etiam laborantibus refrigerandi pollere facultate manifeste est visa. Est autem colore subflauo, odore tam graui, quam cicutia: nisi quod leuem quandam instar aromatatum odoris adferat gratiam. Nomen herba ex qua succus hic exprimitur, lycopersum esse dicebat. Verum de medicamentis deleterijs alibi tractabitur. Scire autem oportet, acres sapor omnes (na de istis agebatur) summo esse calidos, ac deinceps post illos esse amaros, deinde vero dulces. Cum vero in omnibus ampla sit latitudo, is qui magis aut acris, aut amarus, aut dulcis est magis quocunq; est calidus: qui vero minus, tantum amittit caloris, quantum abest ab exacta gustus qualitate. Terminus autem seu finis saporis amari est abstergere: acris vero vrere, ac dulcis, nutrire: vbi videlicet in sua quisq; natura absolutus fuerit, hoc est, vbi quoad fieri possit, minime alienis permixti sint qualitatibus, velut amarus prorsum quidem est calidus: verum quod nunc primum ex dulcis mutatione natus est, & minus amarus est, & minus calidus. At qui diuissime ante mutatus est summo amarus est, & proximē ad acrem pertingit, vt non abstergat solum, sed etiam exedat & mordicat: velut Aristolochia quida:, & panax, id modo possunt, nempe vlcera abstergere, atq; expurgare. At vuis agrestis, qua Græce sta-

A phis agria dicitur, nihilo ab istis amaritudine vincitur, nisi vel ipsa quocunq; vincat: est enim tam etiam acris, idq; valde tum multum quocunq; calida, vt non sordem vlcerebus auferat modo, sed & ipsam quocunq; carne colliquare possit. Porro quod in vlcerebus nati sunt prestare amari saporis, id ipsum in corpus assumpti efficere valent: abstergunt enim, expurgantque, & que in venis est crassitiem in idunt: quam obrem menses mouent, educendq; ex pectore pulmoneq; puri auxiliantur. Et in summa siue crassa in eis pituita siue pus, siue aliud quippiam contineatur eiusmodi, expurgant: eaq; ratione & comitiali morbo competunt. Quicunq; certe naturam non habent deleteriam ac venenosam. Illi enim toto genere præter naturam sunt. Sed & ijs qui sanguinem spuit, noxy sunt. Quippe cum isti adstringentia & viscosa, non incidentia diuidentiaq; exposcant. Atque hæc quidem iam quadantenus curandi attingunt methodum.

C Proximo capite indicauit amarum saporem esse caloris, de acri nunc agere incipit, ac docere eum saporem longe maioris caloris esse. Dicit in primis ne demonstratione quidem esse opus ad id statuendum, eo quod sensu ipso constat, neq; vllis philosophorum aliter sentiat, atq; adeo in ipsa ratione, seu definitione saporis acris esse videtur ipsum calefacere. Nam omnes homines vocant eos cibos acres, qui dum gustatur fortiter calefaciunt. Atq; cum acris nomen videatur de pluribus dici (na & de amaris & de acidis, quia horum vtraq; acriter videtur vrere gustu) tamen peculiariter aut antonomastice usurpatur pro ijs quæ acriter mouent sensum citra alios sapores: & hæc quidem omnia fortiter dum gustantur calefaciunt, vt piper & piretrum. Scilicet quæ proprie ac peculiariter dicuntur acria. Huiusmodi corpora (hoc est quæ proprie sunt acria) dicit esse multiplicitia: quædam enim edi posse, alia minus: quæ edi possunt, constat ex prioribus hypothesebus necessario habere dulcem aliquam qualitatem admixtam: vnde fieri dicitur ipsorum multis vtamur pro obsonijs, velut cepis, & allijs, quibus cum pane vescuntur rustici: multis, vt condimentis solum, vt piper & pithro: rursus eorum quæ non eduntur, quædam esse deleteria: quædam tantum medicamenta, tametsi omnia nisi quis parce eis vtatur possint interirere, quia omnia sunt caustica. Sed vt libro tertio explicatum est, ac quinto rursus dicitur, venena calida non interimunt calore simpliciter, sed calore tali, hoc est maligno: quia ergo non omnia caustica sunt maligna, quædam deleteria sunt, quædam tantum medicamenta. Rursus horum quæ acria sunt, siue deleteria, siue tantum medicamenta, quædam habent amaritudinem quandam permixtam, vt acria & esculenta habere diximus quandam dulcedinem sed,

sed neq; illa vocatur amara, neq; hæc dulcia; sed vtraq; acria, à vincente qualitate accipiētia appellationem. Rursum dicit, esse horum quædã aded̄ vehementia, vt ne gustare quidem ea audeas, vt thapsiam & cantharidas, sed agnoscī hæc acria esse, ex eo quod in toto agunt corpote: atq; aded̄ quædam odorem expirare aded̄ vehementem, vt ex ipso odore cognoscatur nobis esse aduersa, velut hæc eadem quæ dicta sunt, & cicutæ, mandragoræ: & hyoscyami succus. Huiusmodi etiam fuisse dicit herbam quam centurio quidam ex barbarica circa Aegyptum Romam attulit, cui lycopersum dicebat esse nomen. Videbitur fortasse Gal prima fronte pugnantia dicere: siquidem initio capitū dicit acria omnia calefacere vehemēter, atq; aded̄ ipsum calefacere esse in essentia acrium: postea videtur ponere in acribus hyoscyamum & cicutam, quæ summe refrigerant: porro definiens acria, dicit omnes homines censere acria esse quæ citra alios saporē mordent, mox dicit acrium quædã habere admistam amaritudinem, quædam dulcedinem: dictumq; antea est acetum habere acrimoniã cum aciditate: si autem acria possunt habere aliorum saporum mistionem, non est in definitione acriũ, esse sine alijs saporibus. Sed hæc omnia nihil aliud quàm distinctam nominis interpretationem desiderant. Acro duobus modis dicitur, generatim quidem quidquid mordet, & ita congruit id nomen omnibus amaris acidis, & peculiariter vocatis acribus: & hac ratione acro non ad gustũ, sed ad tactum pertinet, vt de mordaci antea dictum est. Speciatim acro est quod linguam mordet, neq; ob amaritudinem, neq; ob aciditatem, sed ob saporem quædam ab his diuersum, quem vt Gal antea monuit, nõ tam possumus sermone explicare, quam vnusquisque debet per seipsum exercitatione, in rebus quæ maximè sunt tales, disquirere: atqui quanquã dicimus saporem per sese esse mordentem & diuersum ab alijs omnibus, non negamus hunc cum alio quocumque posse misceri, vt possunt alij inuicem. Porro vt dicitur acro de sapore, ita etiam dicitur de odore. Vocamusq; odorem acrum eum qui punctiõnem quandã & acutiẽm præ se fert: vt odor nigelle, thapsiæ, & euphorbij: atqui quoniam odorum longe pauciores agnoscimus differentias quàm saporum non agnouimus odorem amarum & acrum, sed omnẽ odorem vrgentem vocamus acrum: hic sæpe coniunctus est cum sapore acri, aliquando etiam cum amaro vt in musco & gallia odorata, & ambra, quæ omnia acriter olent & sunt amara. His ita distinctis, constat, cum dicit acria omnia calefacere, intelligendum esse de propriè vocatis acribus, & de synceris, & impermixtis: cum dicit amara etiã & acida

acria esse, intelligitur latè patēte nomine. Potest ergo esse acro & frigidum quod propriè acro non fit, vt quod acidum velut omphacium, & quod est cum alio permixtum, velut acetum. Hoc enim non est mere acidum vt omphacium, sed habet acres partes mistas cum acidis. Atq; cum dicit omnes homines censere ea esse acria quæ citra alios saporē mordent, intelligendum est, vt in definitionibus solet, quasi diceretur, ea esse acria quæ per se & citra alios saporē sunt nata mordere: non enim necesse est quod sit aliquid propriè acro, vt citra alios omnes saporē sit (potest enim acro cum alijs componi) sed vt si per se, & citra alios omnes esset, morderet. Succus verò cicutæ, mandragoræ, & hyoscyami non secundum saporem, sed secundum odorem acro est. Diuertit verò obiter Gal ad disputationem de acribus odore, & de delecterijs, quanquam præsentis tractationis nõ essent. Proinde his dictis redit ad saporē de quibus agebatur, dicens, omnes saporē acres summe calidos esse, deinceps post illos esse amaros, deinde dulces: atque cum in omnibus his sit ampla latitudo; eũ qui magis acro, amarus aut dulcis sit magis quoq; esse calidum, qui verò minus tantum amittere caloris, quantum abest ab exacta gustus qualitate. Hinc constat, hunc calidorum ordinem, non vt ad omnes saporē cõstitui, sed ad tres dictos solum: nam simpliciter constat dulcẽ saporem nõ esse statim post amarum, sed inter hos esse salum & nitrosum. Porro obijciat aliquis, si sapor dulcis mediocri temperamenti est, atq; verè est antea dictum quæ naturæ nutriendorum sunt simillima, ea esse summe dulcia, non videtur verè nunc dici eũ saporem qui sit dulcior, esse etiam calidiore: sed moderatiorem potius, atque temperati hominis naturæ similiorem. Hæc ita componuntur, dulce per sese est calidum, nõ immoderatè, sed vsq; ad æqualitatẽ, ita vt quod dulcissimum, id sit vsq; ad æqualitatem calidissimum, quæ verò à summa dulcedine deficiunt, siquidem remissione caloris id habeant, subfrigida sunt, vt lac, quod quia minus dulce est quam saccharũ, est etiam minus calidum: quod vero calidius est quàm nostra natura, etiam si videatur dulcissimum admistionem habet calidioris cuiuspiam saporis vt mel, quod nunc subamarum est, nunc acrimoniæ habet aliquid. Itaq; saccharum synceriorem habet dulcedinem quàm mel, & proinde temperatius est, habet tamen & hoc non nihil, q, incisio & extensio indicant, dulcedo vero maxime alterius saporis expers, est in butyro quod est & nostræ naturæ simillimum, & dulcium omnium calidissimum, nisi ob admistionem alterius calidioris sint calidiora, vt mel. Explicat deinde facultates horum omnium, dicens, finem sa-

477

poris amari, esse abstergere: acris, vrere: dulcis, nutrire: itaque dulce non tam est medicamentosum, quam alimento congruens. Dicitur autem finis esse rei, id quod res obtinet, cum summè talis est facta. Neque enim omnia acria exurunt, sed mordent, ac pungunt, & eo plus quo sunt acriora, procedere que possunt, vsque ad exustionem: amara non possunt procedere vltra exustionem, nisi cum intentione abeunt in acria. Itaque caustica omnia acria sunt, quædam vero sunt acria ex amaris, & huiusmodi sunt proprie corrosiua, quia habent vstionem cum partium crassitie: quædam merè acria, & hæc vrunt, non tamen rodunt. Sed si intentione vstionis itur ab amaris ad acria, quo pacto mel antequam amarescat habet aliquid acrimoniæ? Non enim videtur fieri posse vt calefactione mutetur aliquid ex acri in amarum, si modo calecendo itur ab amaro ad acre. Certe per sese intensior est, ac vehementior acer quam amarus sapor, & potest vterius procedere: tamen quia vterque est intensior dulci, à dulci itur in vtru nque, nec tamen amarum est medium necessarium ad acre, sed potest fieri ex dulci acre quin sit prius amarum. Quod vino euenit, neque hoc quidem mirum. Multa enim quæ in medio quorundam naturam habent, non sunt media necessaria. Nam & salsum est inter dulce & amarum: non tamen mel sit salsum antequam amarum. Mel primum quidem acper sese cum multis dulcibus habet pauca quædam particulas acres, deinde vstione fit amarum, amarescentibus arbitror dulcibus, acres enim acriores potius fiunt quam amaræ. Itaque intentione caloris fiunt ex amaris acria, & amara sunt extergentia solum vt Aristolochia, iris, & panax: quæ verò iam non amara solum, sed etiam acria (nō enim deponunt hæc amaritudinem, etsi accedat acrimonia) sunt, non solum extergent lordes, sed etiam exedunt carnes, vt Itaphis agria. Porro dicit amara extergere etiam accepta interius, ac proinde expurgare ventres & venas à crassis fœcis, & incidere (cur sint incidentia hæc tenus dictum non est, sed dicitur proximo capite) & ob id vtilem esse eorum vsum ad suppressionem menstruorum, ad educendum siue crassam pituitam, siue pus, siue quippiam aliud contineatur in thorace. Ad comitalem quoque morbum dicit hæc omnia esse vtilia. Quod certe in aloë, & in nostro absynthio maximè probatur, abstergent enim hæc ambo, & incidunt etiam si habent adstringendi vim. Dicit tamen horum vsum noxium esse ijs qui sanguinem spuunt, quia tales affectus exposcunt adstringentia & viscosa, non incidentia & diuidentia. Hæc verba Galeni videntur fauere plurimum sententiæ Ioannis Me-

A sue, & Auicennæ putantium aloem nocere hæmoptoycis quod aperiat ora venarum. Nihil enim hoc videtur esse aliud quam quod Galenus dicit amara lædere hos, quia diuidunt & incidunt. Ego de hac re auctoritate multorum, & veterum, & neoterico-rum qui contrarias sententias tenent, commotus, scripsi libro nono controuersiarum medicinalium caput proprium, quo asserui aloem non habere eam noxam, sed reuera, & secundum Galeni sententiam, omnes hæmorrhagias sistere. Nunc nostri est muneris locum enarrare. Qui opinionioni Mesues fauent, dicent aloem aperire et si adstringat, quia caret lentore: eos enim qui sanguinem spuunt exposcere adstringentia & viscosa: in ijs verò amaris quæ viscosa non sint, plus posse lædere vim incidendi, quam vis adstringendi iuuat. Nos dicemus Galenum vituperare ad hæmorrhagias amara non omnia, sed quæ adstringentia non sint, vt decoctum lupinorum, non tamen quæ adstringentia sunt, vt aloem, aut absynthium. Quamquam absynthio nostro ego non vterer, in talibus, sed pontico. Sed hæc (vt Galenus dicit) ad curandi methodum iam pertinent.

CAP. XVIII.

DOSTEA vero quam de saporibus amaris de scriuimus, diximusque, quod incidendi vim habeant, & extenuandi, tum abstergendi, ac nimirum etiam calefaciendi, hæc tenus tamen vt non vrant, rursus ad acres orationem vertamus. Ac primum exactè ipsos calidos dicimus, deinde exedentes, vrentes, crustam mollientes, ac denique etiam colliquantes, eosque omnes vel cuti impositos esse huiusmodi. Sin intro in corpus sumantur, siquidem tota substantia animanti cuiuspiam summè aduersentur putrefaciennes omnes esse eiusque generis animantium deleterios: sin caloris sunt acat immoderatione, si crasse sint essentia, terreque, interiora exulcerandi pollere facultate: siu tenuis, vrinam mouendi, sudoresque, ciedendi vim habere: in summa autem, incidendi, & digerendi per halitum. Ex quo genere quidam tum expuitionibus ex thorace, tum mensium moribus auxiliantur. Ceterum quando sit, quomodo, & qua methodo vtendum, non est presentis tractationis exponere: de omnibus siquidem eiusmodi in curandi methodo differetur: quare de acrium saporum natura plura scribere supersedebo: sit enim fuerit distinctiones adijcere exactiores quibus ab amaris differunt. Nec enim sola caliditate vehementi ab illis diuersi esse consueverunt, sed quod amari omnes non modo calidam habeant facultatem, sed & siccam, cineri (vti eos quis optime comparer) adsimilem. Acres autem, quicumque vti que amari non sunt multam interim humiditatem admixtam habent, proindeque

indeq; corporum huiusmodi non pauca à nobis estimantur. Porro quod non calidus modo, sed & siccus est omnis sapor amarus, in primis nos maximeq; discreta docet experientia, de qua sæpenumero verba fecimus. His vero qui præter experientiam rationem etiam scrutantur, similiter accidit. Admodum itaq; excelsæ dulcibus, siue id ab igne, siue à calore ingento, amarorum corporum constare generationem indicauimus, quæ protinus consistentia quoq; sicciore apparent: tum vero quoniam absumatur semper ac desinat, ab eis humor in vaporem à calore solutus: necesse est reliquum terrenum sicciusq; effici: quippe cum dulce præterquam quod calidum sit, siue plus siue minus, necessario sane & humidum plus minusve existat. Si autem corporis nostri natura maxime est simile, ipsa vero sit temperate tum calida, tum humida, id quod ex dulci superassato pronenit, perinde ut calx cinisq; calidum siccumq; necessario efficitur: proinde abstergere quoq; comminuere, secare crassos viscososq; humores, sicut cinis & nitrum est natum. Neque enim aërea est, neq; tenuis, neque aquea eorum consistentia: sed ut paulo ante dictum est, terrena, exacte à calore elaborata, ac veluti superassata ipsorum essentia. In comparatione ergo adstringentiũ quidem, non parum ijs tenuiora sunt medicamenta amara, ut ad acria vero, crassiora: quamobrem neq; facile crassos viscososq; humores pertransunt, velut ea quæ sunt tenuiore essentia, neq; incidere perinde ut crassiora nequeunt. In medio autem vtriusq; excessus sunt oportet quæ incisura sunt, nempe ut neq; prompte penetrent perinde ut flamma, neq; dum cunctantur tardantq; dissecare non possint. Verum de istis in sequenti libro, qui ex ordine est quintus, tractabitur.

AD acrium naturam redit, statuens exactas distinctiones quibus differunt ab amaris. Prima est quam proximo etiam capite dixerat, amara calefacere, sed nunquam vsq; ad exustionem nisi simul sint acria, acria vero calefacere vsq; ad exustionem: itaq; acria quæ sunt summè talia caustica sunt: quædam vero eorum præter tantam in caloris intentionem habent aliquid nostræ substantiæ aduersum, suntq; hæc venena genere: quæ verò non id habent, sed solum calorem vehementem, caustica sunt, non tamen deleteria, sed medicamenta quorum est multus vsus: ut ad mouendas vrinas, aut euacuationes menstruas, aut ad excreandum. Sed qua occasione & quibus affectionibus sit eis vtendum, mittit Gal. dicere, quia non tā pertinet ad tractationem de simplicium medicamentorum facultate, quam ad medendi methodum. Aliam distinctionem esse acrium & amarorum dicit, quod amari saporis naturæ sunt nō tantum calidæ, sed & siccissimæ & terreae, velut ex terra exusta, ut cineres: acres autem plus aliquid humiditatis admittunt aqueæ aut aëreæ, qua causa dicit fieri vt acria multa sint esui apta, cum tamen merè amara nulla possint

Aedi: hoc non ita est intelligendum, quasi acer sapor caloris & humiditatis sit, sed quasi nō adeo terreum & siccum, sed recipiens aliquid humiditatis aqueæ aut aëreæ, cuius admittione mitescat, fiatq; esui aptus. Itaq; vterq; est calidus & siccus, sed amarus sicciore quam acer, acer calidior quam amarus. Quali amarus sit, aut ex terra exusta, aut ex igne & terra: acer ex aere & igne, aut cum aliqua aqua.

BHoc non prohibet quo minus res aliqua amara possit habere aqueæ plus quàm alia acris (nam quis neget felli esse plures partes aqueæ quam piperi?) Sed quod particule ipsæ amaræ magis terreae sint in sese quam acres, possunt tamen esse dilatae pluri aqua, ut si quis aloem in aqua dissoluat. Itaq; dixerim partes amaras fellis, esse sicciore acris piperis, fel vero totum pluri constare aqua. Probat deinde Gal. multis argumentis amara sicca esse. Experimento, inquit, in primis constare ex ijs quæ amara efficiunt, quæ paulo post periequetur Gal. capite quod huic succedet.

CSed & ratione probari dicit ex modo quo fiunt amara ex dulcibus. Fiunt scilicet ex dulcibus nimium excelsæ, atque exustis, siue à nostro calore, siue ab igne, dulcia verò cum in amara abeunt, vt calidiora ita & duriora, quare & sicciore fiunt. Porro dulcia sunt calida & humida, vt nostra natura, nostra natura est moderatè calida, & humida, id est, calore & humore viuens, non nimio & excedente mediocritatem, sed moderato, igitur dulcia mediocris caloris & humoris sunt.

DNecesse est ergo vt exustione fiat supra mediocritatè calida & sicca, perinde vt calx, & cinis. Ob hæc dicit amara esse extergentia & incidentia, vt proximo capite dictum est. Quod vero extergentia esse debeant, indicatum est iam: cur vero sint incidentia nunc dicit. Videtur enim consonum rationi vt acria sint magis incidentia quam amara, ceterum non ita habet: nam quoniam ob tenuitatè partium & calorem vehementiorem, efficaciora esse debeant incidendo, tamen amara ob mediocritatem sunt commodiora. Quia quæ valde crassa sunt non penetrat, quæ valde tenuia permeant celeriter, & ob id minus comminuunt, mediocria penetrant, & immorantur satis, quare plus efficiunt. Hanc ob causam dicit austera non incidere, neque

E acria aded quam amara, quia amara tenuiora sunt quàm austera, & crassiora quam acria. Hic admoneri te oportet non affirmare Gal. hac solum causa austera non incidere quod sint crassarum partium (nam & ob frigiditatem temperamenti id accidit) sed eam esse inter cæteras, causam eius rei.

CAP. XIX.

Nunc autem tantum nouisse suffecerit quod qualitas omnis amara calidis simul, siccorum substantiis

substantijs accidit, & præter hæc tenuibus & terrenis. inaudiendum est autem totum quod dicitur conuinctum, haudquaquam verum, separatim legendum. Nam sic pugnare cum terreno videatur tenue. Verum non simpliciter tenue, sed ut in terrena consistentia tale esse amarum assero, velut calx, & cinis, & quicquid exacte perassatum fuerit, cinis, redditum forte autem verius ad similes fuligini, ac ipsius flammae fauilla: quippe quæ gustatibus apparuit amara. Ergo crassum & terrenum est corpus, ferrum, ac lapis: fauilla autem & cinis tenue. Ignita itaque ferrum, lapis, calce, cinereque sunt crassiora, multoque magis quam fauilla: ad hæc quoque & calidiora. Sed ferro lapidique ignito, ea quæ per erosionem interimunt medicamenta, similia sunt, quæ à corporis nimirum calore huc perducuntur, velut chalcitis misy, sori: ad hæc arsenicum, hydrargyron, & alia innumera crassarum enim sunt partium id genus omnia, ac potestate calida, ac proinde temporis spacio accensa per eam quæ est in animante mutationem, non aliter quam lapis ferrumque ignitum, ventrem tum exulcerant, tum exurunt, cum scilicet in corpus distribui pro grauitate haud possint. Ipsi autem subtiliora sunt, tamen ista terrena sunt consistentia, calx, catharis, lepus marinus. Quorum quædam vsque ad iecoris pertingunt regionem, quædam vero vsque ad vesicam & pectus, in tanto interim itinere spacio igneam acquirunt naturam. Porro Aristoteli & Irius, his etiam subtiliores sunt: quippe quæ tum humida essentia, tum aërea plusquam illa obtinent: quod hinc constat, quod neque adeo sint sicca duraque, neque adeo grauia: quapropter & deleterium effugere genus. Sane vero & catharis parce interrim sumpta, quibus oportet admista præterquam quod vesicam nihil offendat, etiam renes expurgat: imò & quæ efficaciora conficiuntur ad vrinæ mouendas medicamenta nonnihil habent catharidis. Sed de hisce alibi habebitur sermo.

Perstat explicare naturam amarorum & differentiam eorum ab acribus. Dicit qualitatem amarâ esse in calidis simul ac siccis & tenuibus & terrenis substantijs. Sed obijcies videri Galenem asserere dictis contraria, cum dixerit amara esse crassiora acribus, nunc dicit amarâ qualitatem esse in tenuibus: præterea videtur contraria inuoluere eadem oratione, dicens tenuibus & terrenis. His tacitis obiectionibus respondens, dicit, etsi pugnare videatur cum terreno quod tenue, nihil tamen hic dici repugnans, quia non asserit ea hic amarum esse simpliciter tenue, sed ut in terrena consistentia esse potest. Nimirum etsi simpliciter tenue nullum terrenum esse possit, tamen neque omnia terrena simpliciter crassa sunt, sed quædam tenuia, quædam crassa. Tenuia quidem & terrena, ut calx, cinis, & fuligo, ac fauilla: crassa & terrena ferrum ac lapis, sed quo pacto possit fieri aliquid terrenum simul & tenue ipsemet explicat dicens,

A calx & cinis & quicquid exacte perassatum fuerit: nimirum terra omnis vitione redditur tenuis, tenuis inquam (ut hoc quoque nunc memineris, quod cap. 2. lib. 1. & 3. huius quarti animaduertimus) ut medici vtuntur nomine, tenuium scilicet partium, quo significato tenue est omne quod valde friabile, cum ergo terra ut indicatum est lib. 4. Meteor. accipiat continuitatem ex aqua, siccatione fiet deiuncta & friabilis. Hæc itaque ratio est qua fiunt quædam tenuia & terrea. Sed veniamus ad reliqua. Ferrum & lapidem ignitum dicit esse quiddam crassius quam cineres, terrenumque & calidum ut illi: itaque cineres dicit esse terreatos tenues & calidos, lapides ignitos terreatos crassos & calidos: ob idque ferro lapidique ignitis similia esse venena calida quæ corrosione interimunt, cum scilicet corporis calore huc perducuntur, ut sint quasi ignita, hoc est postquam ad actum deducta sunt à nostro calore, velut chalcitis, misy, sori, & arsenicum, & hydrargyrum. Nam (inquit) crassarum partium sunt omnia id genus, & potestate calida, ac proinde temporis spacio accensa, non aliter quam lapis ferrumque ignitum, ventrem & exulcerant, & exurunt, cum scilicet in corpus distribui præ grauitate non possint. Nota hoc loco Galenum hydrargyrum ponere in venenis calidis, dicereque corrodingo interimere: insinuareque idoneam interpretationem verborum Dioscori, qui libro quinto dicit illud suis pondere interna exedere. Non sane quod pondere disrupat ventrem, ut quidam intelligunt, sed quod ob pondus non distribuatur, & hærens exedat. Verum Galeni sententia est (etsi quidam dubitent) esse venenum calidum corrosiuum, & graue ac crassum, ut & alia metallica venenosa. Quapropter non admodum probò quod de eius natura agens Mathiolus (tamen illi illum in ijs quæ ad medicinalem materiam spectant maxime facio) dicit. Est inquit corpus è fossili genere, liquidum & aquæ modo fluidum colore argenteo liuescente pellucidumque: substantia vero lenta, tenui, in quam frigiditas, quam humiditas exuperat. Mihi indicatum antea est lentum haud posse esse tenue, ut medici vtuntur nomine: ut autem physici non posse esse graue. Graue autem esse constat experimento: esse lentum præterquam quod constat etiam, tu ipse dicit, nullo ergo modo potest esse tenue: præterquam quod Galenus hic confert illud ignitis ferro & lapidibus. Sed quid obsecro tam longè potest ab ignito lapide quam frigidum humidum & tenue? Certe maxime est ambigua argenti viui natura & in maximas dubitationes coniecit medicos & philosophos, adeo ut sint qui censeant esse causticum (quam sententiam nunc asserit Gal.) & qui frigidum vene-

num: alij etiam qui frigidum esset quia metallorum materia, sed neque calore necare, neque frigore, sed pondere. Ego nolo plus satis phyllice agere de hac quaestione, sed ut medicum decet certa ab incertis separando, de ijs quæ ad medicam artem nihil faciant, cuius ut volat permittedo opinari. Quacumque ratione quis adducatur ut ceseat esse rem frigidam, tamen iuxta dictas antea hypotheses cogetur dicere esse venenum calidum, & ob partes calidas necare, ut de quodam fungorum genere antea diximus. scilicet quia corrodit. Porro tenue esse Galeni sententiæ manifestè repugnat, sed & rationi, quia est lentum & graue, & non distribuitur. Illud itaque de eius natura audeo affirmare quod & Gal. nunc dicit, esse venenum calidum crassum & graue. Itaque caustica sunt acria & crassa, sunt reliqua quæ non sunt adeo crassa, ob id ipsum minus corroduunt ventrem, quia quæ tenuiora sunt non adeo hærent ventri, sed distribuuntur: quæ adhuc tenuiora, ob maximam celerrimamque distributionem mouent vrinas citra corrosionem, præcipuè si præterquam quod sint tenuissima, exigua quantitate accipiantur & cum multa copia correctiuorum, ut de cantharidibus antea quoque dictum est: sed videri rursum possint hæc quæ de acris & amaris dicit Gal. repugnantiam continere. Nam dicit amara similia esse cineribus & fauillæ: caustica vero ferro ignito: caustica verò esse acria dixerat antea, dicens finem amarorum esse extergere acrium vrere: acria igitur sunt crassiora amaris, ut ferrum ignitum quam cinis.

Quo pacto ergo verum sit quod nuperime dixit amara tanto esse acris crassiora, quanto acerbis tenuiora? Certe si omnia essent caustica, rectè colligeretur acria esse crassiora amaris, atque ita falso dici amara esse crassiora acris. Verum cum non ita habeat, sed quædam solum acria sint: caustica, solum potest colligi, quædam acria esse crassiora amaris. Nihil tamen obstat acria simpliciter esse tenuiora amaris, quædam autem acria esse crassiora amaris. Velut dicimus mates calidiores esse foemina, etiam concedimus quasdam mulieres esse calidiores viris. Dicimus itaque acria tenuiora esse generatim amaris, hoc autem solum genus medicamentorum quæ corrosiua sunt coniuxisse cum acrimonia crassitiam. Quæ proinde censeo non esse tantum acria, sed amara simul & acria, & ob alterum habere crassitiam, ob alterum vim vehementer calefacienti.

CAP. XX.

Amarus sapor quod sic temperie corporibus insit, hinc colligere licet: quod & minime omnium amara putrescant minimeque vermes aliaque nulla animalcula, qualia in radicibus, herbis, ac fru-

Actibus putrescentibus puenire solent, pcreet. Maxime namque videm in humidis nasci corporibus vermes, ac putrilaginem. At quæ exactè amara sunt (voco autem ita quæ nulla sensu notabili alia participat qualitate) omnibus prope animantibus, necdum hominibus esu inepta sunt. Quippe cum animal omne plus minusque sit humidum, amara autem, sicca: haud aliter quam cinis & puluis. Itaque, nec cinerem, nec puluerem, nec fauillam, nec calcem animal vllum efficit, nec eorum quæ plane amara sunt quicquam. **B** Absinthium enim non solum amarum est, sed & adstringit: marina verò aqua salsa potius est quam amara, plurimum in se habens aquæ potabilis: id quod & ab Aristotele olim satis est demonstratum. At aqua quæ est in lacu Palestina in caua Syria, quem alij quidem mare vocant mortuum, alij stagnum bituminosum gustantibus non salsa modo, sed & amara est. Salem verò etiam habet ex sese natum, perinde subamarum: primoque statim aspectu vna cum **C** vniuerso mari tum candidior, tum crassior apparet, salsugini mera similis: in qua si salè inijcias non liquari quidem etiam possit: plurimum enim eius in se habet: ac si quis in eam se mergat, continuo sale tenuissimo velut consperso in corpus vndique emergere conspicitur. Quapropter etiam aqua illa, quam cetera marina grauior est, itaque tanto potèdere quanto fluuii ali marina. Ita ne si te ipsum quidem dimittas, in profundum deferri possis, ita attollit eleuatque aqua: non sane, quia natura lenis sit, quod quidam veterum Sophistarum prodidit, sed, ut censuit **D** Arist. propter grauitatem instar lutii, quæ lentiora sunt gestans. Proinde si hominem ligatis manibus pedibusque in stagno illius aquam conieceris, deorsum haud seretur: quin vero sicut naues in mari onera plura in fluuijs citra submersionem portare valent, eundem in modum in stagno mortuo multo plura quam in mari. Tanto enim est quæ in illo est aqua marina grauior, quanto marina lacustris aut fluuii. Inest enim ei salis substantia, quæ terra grauisque est. Ipsaque tibi marinam si lubet, efficere licet, sale in aqua fluuiiali colliquo, cognoscereque, quanto grauior reddatur aqua eiusmodi quam sit dulcis. **E** Quam & modum iam inueniunt moderatam ad saliedum conspiciendi salsuginem, si ouum in ea videtur natare. Nam vbi etiamnum sedit, ac nondum super salsuginis superficie innatat, aquosa magis est & dulci: grauior vero salsa est, vbi ita est salis copia induta, ut amplius liquari quæ postea adijcitur nequeat. Quamquam si pendere non graueris, omnium aquarum **F** comperies grauissimam. Itaque ego quandoque mare esse diuini cuiusdam ambitionem ostendi, qui tantum in Italia maris mortui aqua deuexit, quæ ceterum implere possit. Nam id ipsam ego expedire praestitisse sale plurimo in aquam potabilem coniecto. Longe etiam grauiorem eiusmodi effeceris aquam, si quamplurimum salis liquidum sub canis exortum, vbi potissimum est, iam fuerit valentissimus, corerit fueris, haud aliter quam in stagno bituminoso: sic enim hæc aqua perinde ut illa grauis efficietur: ac si ligatum hominem.

ne aut aliud animal, in ipsam cōieceris, instar nauis super aquā feretur. Quin vero & amarior protinus quoque eiusmodi erit aqua, si decoquere ipsam in igne lubeat. Nam quidquid salsum plusculum excalesceris, amarum tibi euadet. Sic & ipsius bituminosi lacus aqua, in caua calidaque regione contenta, dum sole torretur, amara efficitur: proindeque aestate quam hyeme amarior est. Ac si quid eius haustum in vase cauo regioneque aprica (quemadmodum nos effecimus) aestiuo tempore deponas, continuo amarior sese reddit & videbitur. Verū hęc omnia his qui paulo superius de amari generatione diximus abunde subscribunt. Caterum cuius gratia oratio ad bituminosum digressa est stagnum, id nondum ornate exposuimus: nullum enim in eo neque animal neque planta inesse conspicitur: imo cum duo in eum flumines confluant, longè maximi, pisciumque copia scartentes, maxime qui prope Ierichontem fluit, quem Iordanem nominant, nullus omnino piscium fluuio-rum ostia excedit, ac si captos quis in lacum injiciat celeriter mori cōspiciuntur. Adeo est omnibus: tum hominibus, tum plantis inimicum & exacte amarū est, & quod calidū pariter & siccū est: atque natura, velut fuliginē ex assatione referens. Quanquam ne illius quidem stagni aqua exacte amara sit: quippe cum neque, ipse sal. Vocant autem id Sodomeum à circumiacentibus stagnum montibus quos Sodoma appellat, multi ipsum accole ad omnia, ad quae alio utimur sale, accommodant. Vis eius non modo plusquam cuiusvis alterius salis exiccatoria est, sed & exrennare nata: quia scilicet plusquam alius ex assa-tus est.

Indicatum antea est amarum esse calidum & siccum, atque adeo siccus quam acris: nunc seorsum agit de eius siccitate, atque multis argumentis probat esse omnium siccissimum, interim tradens etiam naturam salis: habet enim salsum & amarum naturas proximae: fitque salis intensio amarū. Vtrumque enim gignitur ex terra exusta, amarū vero ex exusta magis, adeo ut sit exustiōe extenuata iam. Itaque & salsum amarum est terreū & exustum: amarū vero siccus & calidus, & magis exustum, & quam salsum tenuius: salsum contra crassius. Ob id salsum extergit, minus tamen quam amarum: verum amarum non adstringit ut quod salsum. Nam salsum ob crassitiam adstringit, ob exustionem extergit: Atque in ipsis salis generibus, qui sunt crassiores praestant adstringendo, sed extergendo minus valent, qui tenuiores, extergunt valentius, sed tanto adstringunt minus & eorum natura iam tendit in amarum. Sed hęc praefati redeamus ad principium. Quod sapor amarus siccis corporibus inest hinc dicit colligi posse, quod amara minime omnium putrescant, & minime procreentur in eis vermes, & alia animalcula, quae putredine generantur. Nimirum putredinis materia hu-

miditas praecipue est, ob id quae sicca admōdum sunt difficillime putrescunt: amara ergo non putrescunt, neque animalcula procreant. Quanquam huius rei alia etiam est causa, quae nascitur ex eadem natura. Nimirum quia viuētia omnia nutriuntur dulci, amarum omnia priuat alimento, & hac ipsa causa ineptū est illorum generationi. Nam ex eisdem nutriuntur & generantur. Atque eadem ratione, quia inquam alimentum prohibet, non tantum non procreat animalcula sed & procreata iam interim. Quod autem non nutriat causa est praeterquam quod caret omni dulcedine, quod est siccissimum. Cum enim omnia viuētia plus minusve indigeant humido alimento, quod summe siccum est ut cinis aut fauilla, nulla viuētia potest nutrire. Necat igitur quod amarum est vermes, siccando vehementer, (quae facultas est amarorum) & prohibendo nutritionem, quo etiam modo oleum necare animalcula & arrefacere arborum radices lib. 2. indicauimus. Sed dices contra esse quod absynthium sunt qui comedant, etiam si amarum esse constat, & in mari non tantum generantur & viuunt animalia, sed etiam multo plura quam in aquis dulcibus. Respondet Galen. absynthium non solum esse amarum sed & adstringere, marinam vero salsam potius esse quam amaram, & plurimum in se habere aquae potabilis idque ab Aristotele olim esse satis demonstratum (secundo scilicet libro meteororum) absynthium duplici qualitate constat, adstringenti & extergenti, atque ita duplici sapore constat, quanquam non omni absynthio inest aequè utrumque, sed nostro adstrictio non adeo magna amaritudo, magna admōdum: pontico contra, adstrictio magna, extersio exigua: sed ut nutriat (id quod quaerebatur) opus esse videtur dulcedine iuxta priores hypotheses. Cur ergo putat Galen. se fecisse satis dubitationi, quod dicat, non solum esse amarum sed & adstringere? Certe quia adstringit, non fit vnica consecutione ut sit dulce (nam adstringere non est dulcedinis) sed fit ut non sit mere amarum, quod satis erat ad id quod nunc dicebatur, puta nihil mere amarum nutrire aut ferre animalcula. Caeterum iuxta hypotheses priores constat, quandoquidem nutrit, dulces etiam habere particulas. Verum dubitans cur in mari generentur animalia tale cum sit, aperte inlinuat quam proximam habeant naturam salsum & amarum. Nam cum omnia maria sint aequè salsa, quae magis sunt exusta sunt etiam magis salsa, & eorum aqua cum minori quantitate salis plus, & eadem ipsa ut in saluginem vergit nimiam, ita amaritudinem videntur adlescere. Quod indicat exemplo maris mortui quod vocatur lacus Palestine, alijs mare bituminosum, alijs mare Sodomi-

ticum: mortuū quidem dicitur quia nihil ibi gignitur neq; seruat̄ viū, neq; arbor, neq; animal, adeo vt piscis nullus ex Iordania offijs excedat, alioqui statim interiturus. Palestina dicitur à regione, est enim in Palestina Iudeg. bituminotum vero quia ibi colligitur bitumen optimum, & asphaltum, Sodomiticum quia est iuxta mōtes Sodomæ, vbi irā Dei pluit quondam è celo sulphur & ignis, qui quinq; ciuitates exulit: quo d' in cēdium, ex diuino oraculo constat, eius terræ, antequam Sodoma exureretur, irriguā, & simillimæ Dei paradisi, naturā mutasse reddidisseq; sulphuream, salebroſam, & aridam, atq; eius mare amarum & sterile. Huius aqua nō est solum salſa, sed iam etiā amara, vtpotē magis quā marina alia exulta: est eadem ratione grauior & craſſior, vtpotē tenui dulci & potabili aqua magis quā in alio mari consumpta. Adeo est craſſa vt in eaaqua etiā si aliud sal iniiciatur dissolui non possit: atque adeo si ligatis cruibus & manibus quis in id mare iniiciatur non submergetur, & multo plus oneris portāt naues, & cū minori quantitate salit plus ea aqua, & eam ob causam à quodam diuite in Italiam deportabatur. Ceterum Gal. arguit inanem eius diligentiam, aquā illi similem arte faciens. Nimirum ea aqua est tāto craſſior quā reliqua marina quāto ea quā aqua dulcis, habet ergo duplū crassarum & salſarum partium, est etiā quā alia aqua multo plus exulta, atq; proinde amara & extergens, & adstringens nimis, tendens scilicet iam in facultates nitri. Ergo fiet aqua illi simili infecto in aquā duplo salis, quā solet in muriā me hocrem. Et ea aqua in aprico aliquo loco insolata. Est vero meta faciendæ muriæ, salē cum aqua miscere vsque ad eam craſſitē quā innatet ouū semi submersum. Si ergo postea adieceris duplum, & insolaueris aut exulſeris, feceris velut aquam maris mortui. Itaque ex his constat (nam hucreferuntur hæc omnia) amaritudinem maximæ esse siccitatis, & salſum habere naturam proximam amaro.

Omnis enim salis obscura quadam adstringendi vis inest, quæ eas quæ conduntur carnes constringit, densatq; potissimum vbi durus & minime si agilis extiterit. Talis est, exactissimus quidem, fossilis fere omnis: minus autem illo marinus, tum qui multis in locis aquis leuiter salſis areſcentibus prouenit. Tertiam locum obtinet fossilis, abstergere magis quā adstringere contrahereq; potest. Proximas his vires habet sal Sodomiticus, æquē atq; marinus durus: ceterum ob admixtam amaritudinem facultatem valentius abstergentem ac digerentem quā marinus possidet. Sic & nitrum ipsum & ipsius spuma & quod composita appellatione vocatur aphronitrum, ceteris magis extergere, nepe quæ minime adstringūt & exalte sunt amara.

A Sal omnis habet vim aliquā adstringendi & extergendi, sed nō omnia salis genera æquē, sed qui est craſſior est magis adstringens & minus extergens, qui tenuior cōtra, est extergēs magis & is est propinquior naturæ amarorum. Has facultates & differentias salis scripsit Gal. lib. ii. capite proprio, dicens fossilē esse craſſiorem & proinde adstringere magis & extergere minus quā marinum, & qui hauritur ex puteis. Hoc idem dicit modo. Sed videtur asserere cōtraria quādoquidem cum velit ordine recensere generum salis differentias, incipiens à maxime adstringentibus & minime extergentibus & procedens versus extergentia cum minori adstrictione. Primum locum tribuit fossilibus, vt maxime omnium craſſis & adstringentibus, & rursus tribuit fossilibus tertium locum. Verum hoc componi potest, quod sit magna fossilium differentia. Sunt enim multi fossiles craſsi durique, vt lapides qui sunt omnium maxime adstringentes sed minime extergentes, & hi sunt debilissimi & minime salientes, parum enim siccant & parum penetrāt: sunt alij fossiles, rāsiles potius, ac velut muscus quidam lapidum, magis quā vt ipsi lapides. Hi habent generationem & naturam proximam nitro & flori salis, & aphronitro, imo verò hæc omnia sunt vt nitri genera. Ita fit vt fossiles primi sint debiliores & secundi vehementiores quā sales ex mari aut puteis præter eum qui fit ex mari mortuo, aqua enim illius maris, vtpotē cuius sal magis vltus & extenuatus est, proximam habet naturam fossilibus secundis & nitro & aphronitro, quæ amaris iā sunt proxima, & proinde adstringunt nil fere, & extergunt multum.

CAP. XXI.

Etenim propinquus est sapor salſus amaro: quippe terre ambio sunt: & calidi non obscura tamen diuersitate disſident, quod videlicet amaro calore arido plus sit extenuatus, & elaboratus. Sic in genere salis, qui durior est & densior, terrestriorque, qualis fere est vniuersus fossilis, minus calidus est, subtiliumq; minus partium, qui vero rumpi facilius, laxusq; tenuior simul & calidior facultate est: qui autem inter ipsos subamarus est, mediam quodammodo naturam inror salē durum & aphronitrum obtinens. Sane & inter aphronitra, quadam sunt dura crassaq; essentia, quæ nec facile liquant in aqua queant. Verum de prauis non est in hoc loco nobis sermo, sed de ijs quæ iuxta nominis rationem, essentiam habent spumofam, qualis vtiq; est ipsa nitri spuma. Est enim omnium modo dictorū tenuissima velut & Asia petre flos: multum enim hinc quæque tenuis est, sed aphronitro minus calidus. Quæ utiq; carinum excrescentiam minore crassitate colliquit. Mordicat autem eas nitri spuma, mordicat

quoz, & apbronitrum, nec secius quoque & ipsum A
nitrum, tamen si illis sit minus calidum. Verum su-
pra monuimus essentiam crassarum plus erodere,
vbi nimirum calorem quandam nacta fuerit. Nulla
enim eius pars sine cruciatu celeriterq; transit, si-
cut eius quæ subtilis est, verum retenta, & immo-
rans, ac tardans, plusculoque tempore vni corporis
postri particula inherens, haud immerito molesta
redditur, instar palic arni infixi.

Q Vandoquidem falsum & amarum si- B
mitem generationem habent, amara
vero sunt intensiora, merito euenit
vt neque falsa quidem, quæ mere talia sunt,
possint esse nutrimenta, quia scilicet amaro-
rum habent naturam: tamen quia eam ha-
bent remissiorems possint esse condimenta.
Propinquas esse naturas salis & amari dictū
iam antea est. disideretq; quod exustio & ex-
tenuatio maior amarum faciat, atq; aded in
ipsis falsis quod crassius & durius esse magis
adstringēs, & debilius extergere hoc idē nūc
dicit diserte ordine generum, salis & nitri
facultatem indicans, procedens vsque ad a-
phronitrum quod iam est amarum. Inter
genera nitri mentionem facit floris petræ A-
liæ, tamen si à nitro reuera differat, vt indicat
Mathiolus eius partis medicinæ peritissimū,
sed quia habet substantiæ similitudinē,
præstantius vero est medicamentum ad car-
nis exesionem, quod id sine cruciatu faciat:
nam nitrum & aphronitrum, etsi sit minus
calidū quam flos Aliæ petræ, tamen quia est
crassius mordet magis, velut de acris an-
tea dicebamus ea vrere magis quæ sunt cras-
siora etsi potentiora non sint. Sed quia tra-
ctatio de saporibus hic iam concluditur, lu-
bet monere esse sapores quosdam insignes
rerum quarundam, qui videri possint esse
præter dictas species, velut saporem alumi-
nis, & atramenti futorii, & sulphuris. Sæpe
enim aquas sponte nascentes ex quodā ge-
nere saporis agnoscimus sulphure plenam,
aut alumine, aut calchato terram præterla-
bendo eluillē. Cæterum vt in calce libri pri-
mi diximus, & lib. 1. longe fufus, multis mo-
dis misceri contingit dictas saporum diffe-
rentias, & ex eorū mistione varia, nascuntur
innumeræ differentiæ compositæ. Sed com-
positæ differentiæ in nullo rerum genere cē-
sentur esse præter compositas. Velut alumi-
nosum saporem aliquando dicimus, & sul-
phureum, & calchati: verum his nominibus
non dicimus species saporum vllas, præter
dictas, sed partim cōpositas, partim proprie-
tatibus substantiarum differentes, vt loco ci-
tato ex primo libro diximus. Alumen enim
saporem habet magna ex parte acerbū, bo-
na etiā ex parte nitrosum, semifalsum, semi-
amarum. Cum vritur acerbitalis multum
deponit nitrosum illud extenuatur abicq; in

amarum & acre. Sulphur est acre cum suæ
substantiæ proprietate: calchanthum acer-
bum cum acrimonia. Talia sunt alia quæ p-
prias saporum differentias habere videbun-
tur: nimirum saporum habent miscellas, aut
aliquem dictorum saporum cum substan-
tiæ proprietate.

CAP. XXII.

C Aeterum vbi de saporibus omnibus quæ conuē-
nire visum est exposuimus, reliquum fuerit de
odoribus differere: quippe cum huius sensibilibus ge-
neris gratia, odoris sensum natura crearet. Sane ple-
rique similiter saporibus non afficiunt. Siquidem a-
cida omnia, & ante ista ipsum adeo acetum, odora-
tum gustumq; mouet: tum acris quoq; velut allia,
cape, & ipsa non minus quam gustum, odoratum
quoq; offendunt, mordicantq; sic in alijs singularim
similis propemodum est odoris sensus sensui gustus:
Itaq; quorundam corporum, etiam non gustantes
qualitatem cognoscimus, velut fimi proinde omni-
no ne gustare quidem aggredimur: quia scilicet ad-
modū fides habeatur odorati. Quin etiam si quæ,
boni odoris edulia, putrilagine corrupta, odore nos
suo offendunt, procius ea abicimus haud gustare
dignati: seraq; in omnibus mutuo consentiunt odo-
ratus & gustus: atramen in odore suauissimis, velut
rosæ, plurimum differunt disidentq; tantum enim
abest vt gustantibus suaves sint, vt amaritudinem
non paucam præ se ferant quanquam amarum nū-
quam odoratum est, neq; vt medicamen nobis sua-
ue, neq; vt cibus. Quenam igitur huius sit dissonan-
tia causa, licet Theophrastus quaesierit, tamen præ-
stiterit & quæ nos de ea cognoscimus exponere. A-
maris saporis generationem ex dulcibus à calore ex-
tenuatū prouenire iam clare docuimus: apparuitq;
calidiora simul & tenuiora temperie esse amara,
quam dulcia. Sed & odoris sensus in ipsis cerebri est
ventriculis, velut & id quoq; alibi à nobis demon-
stratum est: & odorabilem vaporosa est substan-
tia. Ea enim quæ à corporibus desluūt, ambiēti per-
mista, ac deinde per narium inspirationem in cere-
brū delata, sensum mouent. Recta ergo ratione quæ-
cunq; odorata, eadem & calida sunt: quippe cum
vaporum copia à calore proueniat, non tamen pro-
tinus quidquid odoratum est, suaue esse colligitur.
Siquidem non omne id spiritui in cerebri ventricu-
lis contento familiare est. Etenim quem admodum
qui lingua obueniūt saporis, ij qui familiarissimi,
ijdem & dulces erāt: qui vero non familiares, com-
pures habebant differētis: ita odores qui familia-
res sunt cerebri spiritui ijdem & grati sunt & sua-
ues: qui vero non familiares, multis differētis à se se
mutuo disident. Cæterum nō omnibus imposita sunt
nomina perinde vt saporib. Dicimus enim quippiā
acidum acremq; habere odorem sed austerū, acer-
bum, falsum, aut amarum, haud etiam dicimus.
Verum, in hæc duæ appellationes odorabilem
pleraq; reducimus, beneolentia, & graueolentia ap-
pellantes: beneolentia quidem proportione quadam
ad ea quæ linguae sunt dulcia: graueolentia vero ad

ea qua non dulcia. Vno enim nomine totum hoc in
saporibus genus appellari nequit. Videtur autem à
corporibus non odoratis, aut omnino paucū desue-
re, aut quod pro mole sua non sit moderatum sicut
in ijs qua ex acētē tum salsa, tum acerba sunt. Ex acētē
autem cum tale aut tale quid dicimus, syncerum,
& quantum fieri possit, alterius qualitatis experis,
dicimus Siquidē crassa vtrūq; essentia est, & ad hoc
acerbum etiam frigida: quare verisimile est, quod
ab ijs desluit paucum, esse & crassum, & mole sua
velut terreum ac proinde per inspirationem in ce-
rebrum non incidere.

De odorabiliū & odoratus natura, at-
que de proprio eius instrumēto actum
mihi satis est lib. 2. cont medicinalium, & in
commentarijs quæ in libros Aristotelis de
anima scripti: quare in his haud multū im-
morabor nunc. Dicam solum quæ præsens
tractatio desiderat. Velut sapores succi sunt
præcipuè, & sonitus aëris, & colores cęlestis
ignis, ita odores sunt vaporis. Vaporis autē
duplex est natura, quidam enim est qui pec-
uliariter vocatur vapor, quidam qui exha-
latio. Huius duplicis seu vaporis, siue aspira-
tionis siue aëris (nam ob tenuitatem licet ea
his omnibus nominibus appellare) naturas
ego multis iam locis explicui (nam plurima
naturalium problematum, ex illis accipiūt
interpretationem) sed Aristot. eas explicuit
differtissime in meteoris. Vapor naturam
habet aquæ, est enim qui ex aqua fit, ipsa a-
qua soluta & extenuata, & qui ex alio quo-
cunque succo, est is succus extenuatus: ex-
halatio est aspiratio calida & sicca fumo simi-
lis. Vt est duplex vaporum genus, est etiā du-
plex genus odorum, quidam enim sunt qui
deferuntur cum proprie vocato vapore, &
illi quidem sunt adeo analogi saporibus, vt
quiuis ex eo odore sapore rei agnoscat, & ea
sē prorsum habeant huius generis odoris
differentias, quas sapores. Vt acetū olet aci-
dum, & elixatum lacteum quiddam, &
carnes elixæ quiddam dulce & pingue: vt
videatur hi odores esse ipsimet sapores cum
vapore delati: vel illo argumento quod vt
Arist. docet libello de sensu & ijs quæ sentiū-
tur, hi odores per se quidem ac semper neq;
grati sunt neque ingrati, sed vt ipsi sapores.
Nam qui esuriunt delectantur his odoribus
qui satuti sunt potius offenduntur. Nimirū
sunt sese ipsimet sapores velut vapor qui pec-
uliariter dicitur, est ipsamet aqua extenua-
tione solum differēs: alij odores sunt qui de-
feruntur cum exhalatione: hi nihil pertinet:
ad cibos, sed famelcentibus & saturis sunt
iucundi aut iniucundi, vt odores musci, am-
bræ & galliæ, omnibus semper grati, odor
bituminis, sagapeni, & opopanax, temper
ingrati. Hi odores tam longe abest, vt respō-

A deant saporibus, vt cōtra omnino habeant.
Nihil enim eorum quæ odorata sunt pos-
sunt esse gustui iucunda, sed insuauia, siue
quis ea accipiat vt medicamenta, siue vt ali-
menta. Sunt enim omnia eiusmodi amara.
Quod facile potes experiri gustantis, musco
& ambra: & alijs omnibus, quæcunque non
vt cibi, sed per se sunt bene olentia. Quanquā
sunt qui ad delicias, cibos, & vinum, & bel-
laria condiunt ambra, id vero non faciunt vt
B Aristoteles libro citato affirmat, (cœperant
enim hæc suo etiam seculo fieri) quō palato
iucundius reddant quod ita condiunt, sed
quo duobus simul sensibus delectentur, gu-
stu & odoratu. Huius dissonantiæ quod sci-
licet quæ bene olent sint amara, causam dicit
Theophrastum quæsisse, legitimam vero ac-
certam esse, quod similis sit causa qua res sit
odorata, & qua amara. Nam dictum est a-
marum saporem fieri ex vstis & extenuaris
partibus, eodem omnino modo fit copiosa
C exhalatio. Olent verò multum ex quibus
multa exhalatio fit, ex quibus nulla aut exi-
gua, ea sunt inodora. Igitur quæ plurimum
olent, non possunt esse dulcia: dulcia enim
aut inodorata sint, aut omnino parum olen-
tia, cum sint mediocria vt & salsa, quia sunt
crassa, & acerba, quia sunt frigida & crassa,
odorata vero calida. Odorata dico quæ mul-
tum olent, siue gratum & iucundum, siue
D iniucundum. Vtraque enim, & bene & ma-
le, multum tamen olentia, sunt calida. Odo-
rum ergo hæc sunt duæ primæ differentiæ.
Qui sunt odores ciborum, tot differentiæ
habent quot ipsi sapores. Alij vero plures
habent differentiæ indicibiles, dicibiles ve-
ro duas solum, odoris boni aut mali. Aristot-
eles libro citato contēdit odores qui ad sa-
pores non pertinent, solis hominibus esse
sensibiles. Ego de ea re dubito, quandoqui-
dem video canes odoratu inuestigare multa
E quæ esui apta esse non possunt, vt sagittas, &
manicas. Sed quia ad præsens negotium ni-
hil refert, nolo de ea re contendere.

C A P. XXIII.

Vnde tutum non est, ex odore de sensibilibus
temperatura conytere, perinde vt ex gustu.
Nam quæ odore carent: crassam quidem es-
sentiam obtinent: ceterum quæ sit eorum in calore
F frigoreq; natura, id vero nondum constat. At quæ o-
dorata sunt tenuia vt ijs, sunt quadantenus & cali-
da. Verū eius tenuitatis, caliditatisq; quæritas, haud
etiam indicatur. Porro maxima potissimaq; causa,
quare inodoratis nihil euident de temperatura in-
dicari queat, inæqualitas est substantiæ, de qua saepe
numeroverba mihi iā habita sunt, vbi d. mōstrabā,
corpora pleraq; dissimilari esse substantia. Ac nunc
quoq; etiā claritatis gratia in exemplo proponā, nē-
pe rosam, quæ non ea modo ratione dissimilari est,
quæ, pars quidem eius continet, pars verò conti-
netur

netur (continens quidem durum & terreum: & caninetur. succus est humidus) sed quod succi ipsius tria sunt excrementa, quemadmodum supra necessarium esse demonstratum est: vnum terrenum, quale est vini fex: alterum aëreum, quod ipsum quoque vini fexi proportionem respondet: tertium aqueum, quod in omnibus bullitionem efficere corruptionemque diximus, vbi nimirum neque deuidum, neque plane alteratum ebullitionis tempore fuerit. Sane huius excrementi gratia quidam succos non nisi coctos reponunt, alij in sole feruenti presiccatos: nam terrei aëreique gratia non admodum corrumpendo succos metruunt, cum ea & separari videant, aggregabilem sortita substantiam, quandoquidem temperamentum vacua sunt sicca. Sed de istis supra abunde differimus. Ceterum in rosea natura aliud gustantibus acerbum est, quod terreum sit & crassum frigidumque, neesse est: aliud vero amarum, quod tenue est & calidum: & tertium in his aqueum, necessario quidem frigidum, sed in tenuitatis crassitudinisque oppositione quandam tenus summorum medium. Cuius mixtura neque ipsum illud adstringens, neque ipsum amarum, summo est tale quae dicitur: qualitates enim omnes exoluit aquei admixtio. Ipsum itaque hoc aqueum elaboratum, extenuatumque, atque excalescentum quodammodo videtur, ac proinde facile in vaporem solui, & hac ratione rosam tunc odoratam esse tum celerrime resiccari. Atque hac omnia de eo ex gustu conijctas licet: at per odorem haud aequè, quippe cum non aequè omnes eius partes euaporent, nec perinde sensum moueant. In gustu autem omnes similiter gustabilia corporum particulae in linguam incidunt, sensumque mouent pro sua natura singulari. Quare certum tutumque non est, de tota medicamentorum facultate ex odore coniecere. Nam ea sola agnosci possunt, quae modo posuimus. Multo minus ex coloribus de medicinarum virtutibus colligere quid valeas: quippe cum in singulis coloribus, calida, frigida, humida, siccaque reperias: quae admodum in primis huius operis commentariis ostendimus. In quoque tamen singularim genere aut seminis, aut radice, aut succi ex colore indicationem quandam temperamenti liceat sumere ut potest capra scilla, vinum, quanto fuerint albiora tanto & minus sunt calida: quae vero subslaua fuluaque, calidiora. Idem vsu venit tritico, milio, ochris, phaseolis, cicero, reos radice, asphodelique, aliisque compluribus. In quoque enim genere in vniuersum fulua, flaua, rubraque, omnia albis sunt calidiora. Itaque et si hinc quoque de medicamentorum viribus coniectura fieri queat, tamen sermoni adiciatur, optimè sane esse (ut dictum est) ostensum sapenmero est) per experientiam discretam facultates inuenire. In hac enim falli non possis: quanquam priusquam experientiam virtutem agnoscas, gustus plerumque indicet, pauculum etiam approbante ipso odore.

Dictum sepe est in tribus libris prioribus nullam esse rationem satis certam cognoscendi temperamenta medicamentorum, praeter eam, quae procedit ab experimento,

A itaque ex secundis qualitatibus non posse euidenter agnosci, tametsi possit inde quoque accipi quaedam coniectura, non quidem ex omnibus equalis, sed ex aliis maior ex aliis minor: de hac ratiocinatione quae à secundis qualitatibus procedit, actum est in hoc libro. 4. quam disputationem volens inchoare Gale. nunc explicat, ex quibus plus & ex quibus indicetur minus, conferens sapes, odores, & colores. Affirmans primum non posse nos de sensibilibus temperatura coniecere ex coloribus, ut ex saporibus, sed multo minus: deinde multo minus colligi posse ex coloribus, quam ex odoribus: vsque adeo ut si res diuersas conferamus nihil omnino potissimum colligere ex coloribus: si verò res easdem siue eiusdem generis, non nihil. Probat primam assertionem, quia cum duplex sit in eo genere differentia, in odoribus scilicet, & saporibus, ex altera nihil colligitur, ex altera nihil certum. Nam quia in odoribus est aliquid, non constat, sit calidum an frigidum. Nam potest id fieri quod sit crassum, siue sit calidum siue frigidum. Nam ut diximus, neque quod falsum, neque quod acerbum olet, quorum alterum calidum, alterum frigidum est. Rursum, si odoratum est aliquid, constat id tenue esse & calidum quoad antenus, verum non inde constat quatenus. Nam solum constat participare aliquibus tenuibus & calidis partibus, potest nihilominus esse frigidum. Atque ut hoc esse possit, ut inquam, possit esse odoribus & frigidum, maxima causa est inaequalitas illa substantiae de qua libro tertio tam diffuse est actum: vbi demonstratur corpora quaedam esse dissimilari substantia. Exemplo est rosa quae bene quidem olet, ob partes quaedam tenues & calidas, tamè est frigida ob plures alias frigidas. Sed diceres fortasse, hactenus non esse satis confirmatam assertionem. Nam interturbari id iudicium à dissimilari conuenientia commune est odoribus & saporibus. Porro diximus esse odorabiles differentias ciborum respondentes, saporibus, & praeter eas alias quae saporibus non respondent. Sunt igitur odores qui significant ut sapes, & alij praeterea qui significant non nihil, igitur ex odoribus genere plus significatur quàm ex saporibus. Certe odores ciborum nihil significant per se sed per sapes, quia scilicet illi significant sapes, & hi temperamenta. Igitur ea significatio per se saporibus est, quare eorum magis. Reliquorum odoribus cognitae sunt perpaucae differentiae, & illae quidem omnes praestant significationem vnicam. Nam omne odoribus, siue bene, siue male olens sit quae tale, calidum est. Non esse igitur significationes exactas odoribus & saporibus commune est ob dictam mixtionem, tamen ab his accipiuntur plures significationes, quod ita habere alio argumè-

to indicat Gal. quod propositam assertionē maxime confirmat. Nimirum cum res aliqua olet, & ex multiplicibus constat partibus, vt rosa, gustu quidem eas omnes partes dignoscimus: odoratu verò solum agnoscimus inesse tenues & calidas. Quia odoratiui solum occurrunt partes vaporosæ & tenues, linguæ verò occurrunt mandendo omnes. Haud dubie igitur plus confert gustus quam odoratus ad id examen. Nā præter hæc, vt nuper dicebatur ex differētia quæ dicitur per negationem, vt ex eo quod in odoribus aliquid sit, non possis agnoscere, sit calidum aut frigidum: non tamen perinde possis dicere ex eo quod sit aliquid insipidū. Nam quod insipidum, quia tale, frigidū est. Est altera assertio multo minus posse ex coloribus colligi, quam ex odoribus. Quam probat quia ex odore aliquid colligimus, siue conferamus res diuersorū generum, siue eiusdem, ex coloribus non ita. Quia in quocunq; colore possis reperire quodcunq; temperamētum, hoc est possis reperire rem albam calidā, & nigrā frigidam, & albam frigidam & nigram calidam. Quod euidēti est argumento, nullum temperamentum cum villo colore esse coniunctum. Sed dices, hoc idem accidere saporib⁹. Nam potest esse res amara & frigida vt cicuta, & acerbā & calidā, vt alūmē, & amara calida vt aloē. & acerbā frigida vt sobæ immaturæ. Ita est, sed interest, quod amara frigida, vt non sunt secundum se tota frigida, ita neque secundum se tota amara, verum multa sunt secundum se tota alba, & calida, vt calx. Hui⁹ rei causa est quam ego lib. 2. cont. reddidi, quod scilicet color non fluit ex temperamēto elementorum per se, sed ex modo quo habent elementa ad ignem cœlestem, quo corpora omnia sensibilia quadantenus participant, qui quoniam neque calidus neque frigidus est, potest manente temperamento mutare colorem. Sed in rebus eiusdem generis non ita dicit accidere. Sed quosdam colores caloris quosdam frigoris esse. Vt cæpa (inquit) & scilla, & vinum, quanto fuerint albiora, tanto & minus sunt calida: quæ verò subflaua rufaque, calidiora. Ego ne hoc quidem verū ita esse censeo. Nam vt in commētariis tertij libri de ratione victus in acutis dixi, multa sunt apud nos vina rufa dulcia inodora, & alba vinosa ac acria & odorata, cum

A ergo credi magis oporteat saporibus & odori quam colori constare esse alba calidiora rufis. Præterea videmus plurima ex viridibus aut chloris aut pallidis maturatione albescere: cum ergo quæ maturantur & calefant, erunt quæ aliis sui generis sint albiora, & calidiora. Præterea dic mihi vtræ sint calidiores vna albæ an nigræ? Certe neutrum possis dicere quia sunt quædam nigræ quibusdā nigris & calidiores, & frigidiores, vt ipsa vina. Tamen sunt & vna & vina eiusdem generis. Quare ego non dicerem conferre aliquid colorem cum conferuntur res eiusdem generis, sed cum conferuntur eadem res sibi alterationem nullam perpessa. Nam quia alteratione quacūque insigni mutatio aliqua fit elementorum, mutatis verò his necesse est mutari & proportionem quam ad cœlestem ignem habent, euēnit res omnes per insignes alterationes colores mutare. Mutati ergo colores alterationū quas res sunt perpessæ inditia sunt: si igitur sit res aliqua earum quæ exustione candescunt, dices tāto esse calidiorē quanto videbis candidiorē. Quia putabis tanto magis esse exustam velut calcem. Verum quia non omnes res per easdem alterationes subeunt easdem colorum mutationes, sed sunt quæ exustione nigrescunt vt ligna, quæ abeunt in carbones, & quæ cadesunt, vt lapides qui in calcem: nullatenus poteris hoc argumento vti nisi experimento præcognoueris res eas per tales alterationes, quas mutationes colorū soleat subire. Tenuissimum igitur quiddam ac nihil ferè est, quod color conferre potest.

D Sonitu nemo vnquam temperamentum diiudicauit: atque an omnino possit conferre in id iudicium aliquid, quæstio sit admodum longa, & parum utilis. Tactus plurimū confert, quia, vt antea diximus, etiam si calidum, frigidū, humidum, & siccum in medicamentis potentia dicatur, tamen & id quod in actu habet rationem quandam & proportionem, ad id quod potētia. Quare si quid in tempore & loco temperato valde frigidū inueniatur, medicamentum frigidū esse constat, Si quid inueniatur calidum, calidum esse recte colligitur. Cæterum hic locus argumētandi à tangibilib. pertractatus est lib. 3. Satis igitur est actū de omni sensibiliū genere, & de significationibus quæ ab illis accipiuntur, finitūque hic quartus liber.



DE SIMPLICIBVS MEDICAMENTORVM FACVLTATIBVS.

LIBER QVINTVS.

CAPVT I.

Vintum librum de simplicium medicamentorum facultatibus orsus ea primum reperam, que supra demonstrata in rem presentem censentur commodata, sumpro ab elementis principio, aqua videlicet igne, aere, ac terra, que nonnulli a qualitatibus denominates, humidum, calidum, siccum, & frigidum esse aiunt. Sunt igitur qualitates haec, humiditas, siccitas, caliditas, frigiditas. Quae vero ab illis denominantur corpora, ea sunt tum communia omnium elementa, tum ea que per alicuius hanc excellentiam, aut humida, aut sicca, aut calida, aut frigida nuncupantur, tum ea que ad conueniens siue symmetriam generis eiusdem, aut speciei, conferuntur, quaeque ad quiduis obuium. Sane de horum differentia frequenter tractauimus. Nec minus diximus quatenus differat nutrimentum a medicamento, & quod nutrimentum vincitur & superatur ab eo quod nutritur. Medicamentum autem contra ipsam inuenit ac superat corpus cuius fuerit medicamentum: quippe cum vtriusque referatur ad aliquid notio. Ostensum praeterea est medicamentum alterare natum esse, aut vna quapiam qualitate, nempe aut calefaciendo, aut refrigerando, aut humectando, aut siccando, aut dictorum coniugatione quapiam aut tota sui substantia, sicuti complurima lethalia medicamenta, nec pauca alexiteriorum seu amuletorum, tum purgantia omnia, ac pleraque eorum que epispastica, hoc est attrahentia nuncupant. Sed de istis que reliqua sunt infra adiciam. Quae vero vna duabusque qualitatibus in vniuersum corpus nostrum agunt ea hoc in libro exponam, rursum hic sumpra hypothesi superius demonstrata, quod simplicium medicaminum pleraque, dissimilariarum sunt partium, reque vera composita, ceterum appellari simplicia quod cuiusmodi sunt, talia natura sunt, nec quicquam ex nostra industria assumpserunt: quin etiam quod quaedam crassarum sunt partium, & terrena suis substantiis, quaedam tenuia & aerea alia vero aquea, & dictorum media. Haec cum sint superioribus libris demonstrata, hypotheses mihi sunt, ad ea que nunc dicenda veniunt. His ergo propositis ordinanda iam oratio est.

Quatuor assertiones continet hoc caput, quas antea demonstratae hypotheses si-

bi in posterum vult esse Galenus. Prima, esse quatuor corpora ignem, aërem, aquam, & terram, & quatuor horum qualitates primas: calidum, frigidum, humidum, & humidum, & haec quatuor modis de corporibus dici posse, simpliciter, per exuperantiam, ad symmetriam sui generis, ad quiduis obuium. Secunda, nutrimentum dici quod vincatur ab eo cui sit nutrimentum: medicamentum quod vincat, & vtrumque dici ad aliquid. Tertia, medicamenta quaedam agere vna aut multis qualitatibus, quaedam tota substantia. Quarta pleraque aut fortasse omnia medicamenta, habere compositionem naturalem, simplicia vero vocari a medicis quae nullam habent arte factam. Quae omnia quia vsque ad nauseam sunt superioribus commentariis explicata, nunc praetereo. Solu videtur mihi hoc in capite occurrere posse ei qui quae dicta sunt antea intellexerit, difficultatem illius loci, quo dicitur: sed de istis quae reliqua sunt postea adiciam, quae verò vna duabusue qualitatibus in vniuersum nostrum corpus agunt ea hoc in libro exponam. Nam videtur dicere de medicamentis quae agunt tota substantia, agendum esse sequentibus libris, in hoc autem quinto de iis quae agunt vna aut duabus qualitatibus, quod tamen falsum est. Nam recensuit in eis quae tota substantia agunt, deleteria, alexipharmaca, trahentia & expurgantia, de quibus tamen omnibus hoc lib. 5. agitur: sequentibus verò de nullis agitur facultatibus generatim, sed singulorum narratur historia. Proinde ego censeo hoc ita interpretandum. Sed de istis, hoc est de medicamentis quae tota substantia agunt quae reliqua sunt, id est, quae nondum sunt dicta, postea, id est procedere sermone adiciam. Quae vero vna duabusue qualitatibus in vniuersum nostrum corpus agunt, ut suppurantia & emollientia, ea exponam *ἐν τῷ τῷ ὑποκειμένῳ* id est in hoc, siue sermone, siue libro, id est in hoc sermone quem exordior, & hac prima huius quinti libri parte, itaque haud dubie nomen *ὑποκειμένου*, hic dicitur de libri parte, seu disputatione.

tione præfenti: non de toto libro. Sed hæc ad eruditionem nihil faciunt, propter lectio- nem dicenda nobis fuerunt.

CAPVT II.

Vsus est frequenter hominibus medica. ob id ipsū tantummodo vt aut refrigerent: aut humectent aut calefaciant, aut siccent, aut per coniugationem horū quid agant. Interim verò vt quod supra modum laxatum est contendant, aut quod intensum est laxent, aut quod condensatum est rarefaciant, aut rarum condensent, aut durum emolliant, aut immodicam mollietē ad duritiem reuocēt, aut plenum euacuent, aut vacuū impleant, aut generis eius aliud quod agant. Nam quisquis perfixerit, non medicus: aut nō: sed quisquis etiā ex plebe, ab ipsa rei natura doctus, calefaciens medicamē inuenire desiderat sic ardente febre astuās, & refrigeret. Sic priuatus quispiā si vlcus habeat nimis molle ac humidū id medicū desiccare iubet: aut si siccū & exsuccū, humectare. Quin etiā cū siccitate pariter, atq; caliditate toto corpore percipiūt, ceu qui astuant, siue vsti sunt aut defatigati lauari experūt, frigidūq; bibūt, tū quidquid refrigerare simul & humectare potest studiose exquirunt, votiq; saepe cōpotes fiunt, atq; ipsa natura duce eorū remedia pleriq; idiotarū inueniunt. At phlegmones, scirrhi, adematūs, erysipelatis, putredinis, herpetūs, gangrenæ, nullus ex illis si bi remedium peruestigandum sumit, tanq; vnumquodq; eorum maius iam sit, quam pro captu hominis plebey, ac scientiā requirat venerabiliorem: eam scientiam nuncupant medicinā. & q; eā exercet, medicū. Atq; hucusq; & ipsi procedunt, vt sciāt locū cauum carne impleri, sordium purgari debere, equabile cicatrice induci. Nō tamē norunt quid carne impleat, quid purget, quid cicatricē inducat. Sic sane etiam si masculi habeant durum aut tensum laxumve & duro quidē molliētibus sit opus, tenso autē laxantibus, laxo verò cōtendētibus: id satis p̄spiciūt, nō tamē cōpertū habent medicamentum q; aut emolliat, aut laxet, aut cōtendat, sed ea inuenire opus solius est medici. Siquidem inuenias ex plebe quosdam qui non sicut atque medici medica, pollutent inuentione, sed hætenus, dum calida modo, ac frigida humida ac sicca perquiruntur: verū in his quæ modo dicebamus, prorsum rudes reperias. Tametsi, ceu ante monuimus, haud omnium tum calefacientium, tū refrigerantium, tum humectantium, atq; exiccantium aquē facilis est, atq; expedita inuentio. Quippe quod napy pyrethrumque excalefaciunt, & portulaca solanumque refrigerant, rum aqua & oleū humectant, & acetum & marima aqua desiccant, pene omnibus non medicis duntaxat, sed & idiotis confessum est. At rosaceum an ne calefacere, an refrigerare dicendum, similiter acetum, oleum, & eius generis non pauca, ingenti controuersia iactata sunt.

Vt sunt multiplices morbi, quidam enim primi generis, hoc est tēperamētū: alij verò posteriorū, in cōtinuitate

aut cōpositione vitata habentes essentiā ita medica. facultat. quibus morbis occurritur sunt multiplices, quædam primæ, quib. curatur intemperies nudæ, quædā secundæ, quib. occurritur aliis, seu morbis seu morborum causis. Qualia medicamēta petat intemperies quæcūq; quis è plebe intelligit, calidā scilicet expetere refrigeratiā, frigidā calefaciētiā, humidā, siccātiā, siccā humectatiā: verum quæ petant alij morbi, vt qualibus curari debeat scirrhus, œdema, phlegmone, aut erysipelas, aut vlcus, nescit vulgus, sed illi solum qui sunt medicinæ periti. Dices videri nihil interesse hac in parte inter primas & posteriores facultates. Nam homo simplex non minus scit vlcus cauum debere repleri, & vlcus simplex agglutinari, & plenum cicatrice obduci, quam partem calidā debere refrigerari. Velut huic obiectioni respondens Galen. concedit ita esse, atque adeo primas has indicationes vulgaribus omnibus esse notas vt aduersum Thesalum disputans in methodo, dicit ipsemet: verum efficiat cauum vlcus petere repletionem: nullum vulgarium tentare dicere quæ sint repletia, vt neque quæ cicatricem inducētia: aut tale aliquid facientia: verum quæ sint calida, quæ frigida, quæ humida, quæ sicca plurimi vulgarium norunt: itaque norunt multi quibus curari debet calida aut frigida intemperies, tamen quib. vlcus aut tumor præter naturam, non ita. Causa qua hoc ita habet, est quia calefacientium, refrigerantium, humectantium, & siccantium, sensus tactus est iudex. Aliæ verò virtutes posteriorem sensu mentem desiderant vt agnoscantur, & rationem adiunctam sensui. Hanc ipsam ob causam, neque omnia calida, aut frigida, agnoscunt vulgares: non enim omnia æque patēt sensui, quædam enim sunt, quæ an calida sint an frigida plurimū dubitatur etiam à doctis viris, quod ex iis patet quæ de acetū & olei vi calefaciendi aut refrigerandi duobus primis libris scripta sunt. Dicit igitur vulgus hominū nosse calida, frigida, humida & sicca, quæ sint maxime nota, & sine controuersia, alia vero ignorare velut napy (inquit) & pyrethrum calefacere: portulacam & solanum refrigerare: aquam & oleum humectare, acetum & marinam siccare, nemo ne idiota quidē ignorat: rosaceum verò & oleum & acetū, & alia non pauca, an calefaciant an refrigerent in magna controuersia positum est. Hic illud vnum considera Gale. hoc loco aperte prodere suam de olei natura opinionem, meque recte in commentariis capitis secundum meam partionem decimi noni, libri secundi, contendisse, oleū humidum esse, haudquaquā in ea oppositione temperatum, vt Gal. illo loco statuerat: qui tamen nunc non tantum concedit esse

esse humidum sed adeo etiam euidenter, vt A
ne idiota quidem illud possit ignorare.

Vtrum de talium facultate in quatuor ante huc
libris disputauimus: in primo ac secundo sophi-
starum redarguentes epichemata, seu in vtraque
parte ratiocinationes, & monstrantes vera verbo-
di cuius quis ductu medicam facultatem inueniat. In ter-
tio misis sophistis omnes ab initio logicas exposui-
mus questiones quibus maxime insistas quibusque,
vt sic dicam, artificiosè efformatus, idoneus sit ac
sufficiens, qui medicam omnium facultatem inuestiges. In
quarto de propriis lingue sensibilibus differui quos sa-
pores appellat, id indicans, quo pacto hinc orsus,
primis inuenias, tum qualitates, tum facultates.
Attigi porro etiam quatenus vsus requirebat in ex-
tremo libro qualitates odoratus, docens quantum
idem & hinc inuari queas ad primam inuentio-
nem facultatis. At in hoc quinto libro aliud mihi propo-
situm est facultatis genus exprimerè, quod vocare po-
tes secundas ac tertias post primas & omnium com-
munes. Si quidem particulatim vnum quodque non
pari modo ex illis temperatum sit, aliud puto ex eis la-
xatorium euasit: aliud intensorium, aliud emolles,
aut indurans, aut rarefaciens, aut condensans: tum ex
operibus. Quod edere nata sunt facultatis in se habere dicta
sunt rarefaciendi, condensandi, emollescendi, indurandi,
laxandi, concidendi, ora reserandi, ac contrahendi,
incrassandi, extenuandi, dolores sedandi, acciendi
(illis vero libris has ad vnaque nominant) cococu-
di, puris mouendi, digerendi per halitum, sudoris
prouocandi, soporis cocubandi, stuporis accersendi,
animum alienandi (quæ etiam nuncupant) putre-
faciendi, vrendi, erodendi, crustam faciendi, fundendi,
densandi, succum prauum procreandi, attemperandi,
purgandi, sistendi, exasperandi, leniendi, insarci di-
sarcia liberandi, ac cum vltimis etiam procedunt ac
prope particulatim opera appellant, vrinas ciendi,
vomitus proritandi, subducendi ventris, ac lubri-
candi per nares & os purgandi, quas spiritibus & in-
mensis vocant, mensis mouendi ac comprimi-
endi, similiter lactis ac seminis tum generandi
& extinguendi: tum prouocandi & reprimendi,
magisque etiam cum à iecore hepaticas, à liene
splenicas, ab auribus oticas, ab oculis ophthalmicas,
à dentibus odonticas, à coxa ischyadicas, à renibus
nephriticas, à pedibus podagricas, ab articulis arthri-
ticas, à costis pleuriticas, à tussi bechicas, & à cal-
culis comminuendis. Ad vnumque hanc facultates vo-
cantur ad particulares perueniunt. Pari modo que-
dam dicta est à procreanda in vlcibus carne su-
culas sarcocica: ab inducenda cicatrice epulorica
à glutinando collectica, à purgatione cathartica, ab
excrecentia carnis detrahenda cathartica: fere-
que numerari nequeant omnes particulatim fa-
cultates, si ab vno quoque singulatim eorum que
perficiuntur inflexa illis imponere nomina aggre-
diantur. Sed præclarius sane ac methodo dignius est
si misam facientes orationem tum prolixam, tum

confusam, commodis speciebus compositis medica-
mentorum facultates compendio descriamus, non
puris mouendi, aut mitigandi, aut laxandi, in tri-
ticea farina cataplasmate facultatem inesse di-
ctantes, sed modice tum humidam, tum calidam:
superius namque positum est, in quo significato eius-
modi dictionem esse fecimus. Similiter & irim non v-
rinis, aut mensis prouocans, aut bechicum esse me-
dicamentum, aut pleuriticis, aut peripneumonicis, aut
purulentis (quos uiribus vocant) congruere, aut mor-
bis comitialibus, & spasmodicis & palpitacionibus, &
tremoribus, & ruptis & spasmodicis prodesse,
neque carne implere, aut purgare sinuosa vlcera,
aut lateris, iecoris, lienisue dolores sedare, neque che-
radas discutere, aut carne ossa implere ad eundem
modum neque genitura profluuium congruere, aut
in vteri fomenta vtiliter misceri emollientem &
reserantem quin nec quod neuos & ephelides de-
tergeat, & inueteratum capitis dolorem sanet, aut
fœtum corrumpat, detrahaturque, sed sufficit hætenus
dixisse calidam, hætenus siccam, & euenus tenui-
um partium illi obuuisse temperiem, sicque tum
omnia que nunc memorata sunt, tum longe item
plura indicata fuisse: quin alio quoque modo de ea di-
xisse sat est amarum esse, sed non extremum, imo ita,
vt dulcedo quædam admixta appareat. Ac primus
doctrinæ modus empiricorum proprius est: secundus
uirum potissimum rationalem docet, atque hunc mi-
hi nunc exponere statutum est.

Cum omnes quatuor priores libri in pri-
mas facultates insumpti sint, hoc quin-
to est agendum de posterioribus: quas dicit
nasci, alias in aliis medicamentis, ob impa-
ri ex illis attemperacione, hoc est, vt dicere
solemus, ex diuerso modo mixtionis & tem-
peramento. Quæ posteriores dicuntur sunt
multiplices, & quædam quibusdam priores
aut posteriores, vsque ad eum vt soleant tres,
aut quatuor ordines earum numerari secun-
dum rationem priorum & posteriorum diuersi,
velut primæ facultatis sunt, calefacere, refrige-
rare, humectare aut siccare: secundæ emol-
lire, duritiem inferre, trahere, repellere, & hu-
iusmodi: tertiæ & his posteriores vt pore na-
tura his succedentes: expurgare bilem: mouere
vrinas, lac augere, & similia: posteriores ve-
ro adhuc & quartæ, quæ his adiungunt pro-
prietatem aliquam cum aliquo membro:
velut expurgare bilem ex capite: deobstru-
ere lienem: Galenus nunc longam facit enu-
merationem omnium facultatum: adeo vt nullam videatur
omississe, sed quasdam etiam nominasse
quæ ad medicos vsus non pertineant. Nam
facultas inuasiua id est, mentem alienandi, ad
artem veneficam videtur pertinere, non ad
medicam. Nam etiam legitur in Hippocratis
monumentis veteres iubere solitos in qui-
busdam affectionibus vsque ad ebrietatem
potare, id verò propter alias vni facultates
fieri potius quàm ob dementiam, vt quo flueret
ex na-

ex naribus sanguis, aut vomitus succederet: aut oculorū morbo simul cū vino costo, dolor solueret cū ebrietate. Succurrit fieri posse, vt aliquando ipsa mētis alienatio per se utilis sit ad occurrēdū animi passionib. velut ad submouendas sollicitudines, & laxādū animū, quę multorū malorum causę esse solēt, & melācolichorū symptomata sūt. Verū cū vinū hoc casu dare ad animi alacritatē aliquando expediat, ad demētā nunquā licet: peccaretur enim in diuinissimam hominis partē. Itaq; vt arbitror, facultas *ἐκστατική* qualis non in vino solo, sed in multis etiam aliis, cum potionib. tum etiā aliis esui aptis, partim spōte nascentib. partim arte paratis, nō pertinet ad medicinā. Nā etiā medicamentis quibusdā insit (medicamēta enim sunt hyosciamus, coriadrū, vinum, & confectio anacardina, & ipsa anacordia) non tamen propter eā facult. veniunt in medicinales vsus, sed ob alias vtilēs. Sed scire oportet, ad medicum pertinere nosse noxias & nullo vsui vnquam futuras facultates, vt deleterias, & extaticas, non per se, vt illis vtatur, sed ex accidenti, vt eas caueat, & eis occurrat, velut pertinet ad nauam scopulos nosse. Itaq; omnia quę per se sunt artis venosicę, ex accidenti sunt medicinae. Vbi ego legi caco-chymiam attemperandi & expurgandi, Galenus dicit *κακοχυμίου, ἐπιθερμασίας, καὶ διατριβῆς*, vertunt plerique, quod certe ipsa significant verba, & vires prauum succum gignēdi, & attemperandi, & expurgandi. Verum non video quę sit medicamentū facultas gignēdi prauum succum. Nam prauū succū esse vitium alimenti est, haudquaquam medicamentū facultas. Facultates enim medicamentorum proprie sunt quibus efficitur aliquid eorum quę medici fieri circa ægrotos volunt, quo autem in morbo velit quis prauum succum gigni, non video. Si verō quę corrumpendo sanguinem vitiant ea sunt deleteria. Itaque caco-chymica medicamētū facultas nulla est. Proinde censeo vitiatum esse Græcum codicem, legendum, esse pro *κακοχυμίου καλοχυμίου*, vt sit sensus quem ego expressi caco-chymiam attemperandi, & expurgandi. Caco-chymia exigua curatur attemperacione. maior expurgacione, duos modos esse dicit tractandi de facultatibus medicamentorum, alterum empiricum, quo id solū doceatur quod medicamenta ad nota corporibus possint facere, velut quę pus moueant, quod emolliant: alterum rationalem, quo docetur quę sit quoruncūque talium natura, per quam id possint: velut quod suppurantia sint modice calida & humida: quod emollientia sint modice calida & sicca: & alia huiusmodi. Rationali hoc ordine vtetur hoc quinto libro, empirico reliquis qui hunc sequuntur.

CAPVT III.

Ceterum vniuersa ea quę quatuor superioribus libris sunt dicta, propria sunt ipsius de medicamentis speculationis, nisi si quando per affinitatem curandi methodum sermo attingit, at in quo noue versamur, ad illam magis pertinet: quapropter semper consiliū mihi fuit, omnino ipsum præterire. Verū quandoquidē visū est præexercendos esse eos qui assequi deberent curandi rationis intētionēs, & pleriq; ex amicis, potissimumq; ij quorum in gratiam hunc tractatum conscribere sum aggressus, ita me facere censuerunt: idcirco sermonem hunc hoc in lib. absoluaui, sum pro exordio ab emollientibus, & pus mouentibus, quę cum vtraq; sint calida humidatq; diuerso tamen vtrumq; modo. Hac enim ceu simillimum corpori in pus mouendo, calorem producētia, absq; vlla existentis in eo humiditatis, aut consumptione, aut adiectione: illa verō ceu maiorem quam pro natura accendentia, ac nonnihil quoque humiditatis contrahentia.

Tota hęc tractatio de simplicium medicamentorum facultatibus habet locū inter mere physiologicam partem qua de elementis, ac temperamentis agitur, & therapeuticam qua agitur de methodo medendi: quo fit vt prior hius tractationis pars cum physiologica, hęc posterior, de qua hoc quinto libro agendum est, cum methodo medendi magis coniuncta sit: adeo vt nisi rogatu amicorum esset compulsus, dicat Gal. se voluisse dimittere hunc librum quintum, quasi in methodo medendi de his facultatibus esset actū. Verum fatius videtur mihi fuisse seorsum hęc scribere, aliud enim est docere naturam pus mouentium esse calidam & humidam, aliud vtendum esse pus mouentibus ad magnas inflammationes, & ad contusiones. Hanc ob causam agit in hoc libro de posterioribus medicamentorū facultatibus, incipit verō ab emollientibus & pus mouentibus: quia eorum facultatū natura proxima est primis facultatibus: ab illis verō simul ac quodāmodo promiscuē: quia earum naturę non admodum dissidēt sed cum differentiam quandam habeāt valde sunt similes. Nam vt inquit Gal. vtraque medicamenta sunt calida & humida, diuerso tamen modo. Quia pus mouentia producunt calorem simillimum corpori in pus mouendo, neque adiectionia, neque detrahentia quidquā humiditatis (hoc est quod lib. 2. dicebatur calefacere & humectare ad æqualitatem) emollientia verō maiorem quam pro natura partis calorem accendūt, & nonnihil humiditatis adieciunt. Occurrit hic dubitatio. Videtur enim, Gale. nunc docere emollientia esse humidiora suppurantibus: siquidem suppurantia dicit humiditatem nihil addere, neque detrahēre: emollientia verō ali-

vero aliquid humiditatis, *ovlyap*, hoc est ad ducere, seu addere: quod tamen repugnare videtur is quæ septimo capite dicuntur, emollientia esse quæ calefaciunt & siccant, neutrum tamen nimis. Scias Gale. non eodem modo loqui nunc de emollientibus, atque postea cap. 7. Nam ut mox dicitur, neque durum, neque molle vno modo dicitur sed multifariam, ac proinde neque emollientium est vnum genus, sed multa. Dicitur tamen medicis peculiariter durum quod scirrhum, & emollientia quæ scirrhus curant. Hic utpote nominibus nondum satis distinctis agit de emollientibus utcumque, etsi nomen dicatur analogice: illic de medicamentis illis solum quibus utimur ad scirrhus, hæc dicit Gal. esse calida & sicca. Nunc verò dicit commune esse omnibus utcumque emollientibus augere humiditatem: Dicitur hic ipsum etiã humiditatis nomē analogicè, ut significat quacūq; laxitatem seu mollitiē. Analogice enim dicitur humidū, omne quod non renitēs. Itaq; nūc nihil aliud dicitur quã omnia quæ tollūt à parte quapiã renitētiam addere laxitatem seu emolliationem, qua ratione quodque faciat, dicitur postea: quædam enim faciunt calefaciendo, quædam humectando, quædam vacuando, quædam aliter.

CAPVT IIII.

Porro perspicua est notaq; omnibus pus mouērium notio. Siquidem suppuratio in pus est mutatio, sed de emollientibus medicamentis ipsa que emolliatione non perinde simpliciter loqui licet. *qa* videlicet, nec de duro molliq; corpore. Siquidem partim absolute durum dicitur, ut terra: partim per excessū, ut vnguis, calcas, cornu: partim ad symmetrum sui generis aut speciei, ut hoc animal, puta elephas, aut hic homo, puta Hercules: partim ad quiduis obuiū collatū, ut Diogenes ad Arist. Pari modo dicitur molle, aut ut summe eiusmodi, aut per excessum, aut ad symmetrū sui generis, aut speciei, aut ad quiduis obuium. Quod verò tripliciter quoq; id genus omnia dicere liceat, partim ut à mistura aliena, summaq; habentia qualitates à quibus nūcupata sunt, partim ut ad symmetrum sui generis aut speciei, partim ad quiduis obuium collata, & quod nihil retulerit, illo an hoc modo dixeris, frequenter mihi ostensum est. Omnis itaq; ceteris significatis, de mollibus durisq; ut ad optime comparatum habitumq; hominē cōtemplamur, quē sane regulā ac mensurā statuimus oīm que cum in modū dicitur: nec tamē ad illius partē quacūq; putas, os, adipemve sed q̄ temperie media est nīpe cutem, maximeq; eam qua in manibus est, vbi perfecta est rangendi potentia. In vñū autē redit si q̄ per excessū ad totam substantiam dicitur. sic molle durūque appellites, quandoquidem medium quoddam est tactus noster, vti & Aristot. docuit, & Plato quoque sensisse videtur cum ait, Dura quidem quibus caro nostra cedit, mollia vero, quæ cedunt car-

A ni. Nam cutē hominis eo ipso libro, Tim. eo scilicet, genere esse carnem ostendit. Quin & Arist. cum ait molle esse quod in se cedit, durum quod non cedit, idem quod Plato sensisse videtur, & maxime quod ad tactum eā iudicanda censeret, tanquam ad medium. Quod verò in comparatione ad quiduis obuium durum est ac molle, id in eo quod magis minusq; cedat, iudicari videtur. Quin & ipsam cutē nostram, aut musculū, aut partem aliam quālibet, cum indurata dicimus, cum naturali eius statu aduentitium affectum conferentes ita nominamus. Sane corporum hoc pacto affectorum ad statum naturalem reditus emolliatio est.

Pvs mouentium notio & definitio perspicua est, nam cum potentia definiantur per actiones, & hæc per opera, vbi ipsum opus vnum quiddā est, & vulgo notum, inde & actionis & facultatis notionē necesse est esse perspicuā. Pus autē vñū quiddā est, & res nulli nō nota: eius ergo generatio est suppuratio, & quæ eā mutationē facere possunt, sunt medicamēta suppuratiua. Verum emollientiū notionē nō perinde possis dicere. Nam etsi dicas esse quæ possunt duras partes emollire, nō vnā aliquā rationē dixeris, quia neque ipsum durum & molle vñū est, neque hæc omnia vniuoce, sed analogice dicuntur, ut postea explicabimus Sed neque ipso duri & mollis nomine velut vniuoco usurpato (potest enim analogum secundum analogiā intelligi ut vñū, velut Ramundus facit) tam citra distinctionem definiri potest quod durum, quam pus. Nā hoc ad nihil aliud dicitur, neque eius ratio ad aliquid villo modo est, durum vero dicitur, ut de calido & frigido, humido & sicco dictū antea est, quatuor modis, simpliciter, per exuperantiam, ad symmetrū, ad quiduis obuiū. Absolute dicit esse durum, velut terram, per exuperantiam, ut cornu & lapidē: ad symmetrum sui generis, ut hunc hominem, verbi gratia, melancholicum ad temperatū: ad quiduis obuiū, ut Diogenē ad Aristot. Hæc Gal. Ego verò non possum probare durū q̄ simpliciter atq; omnino talē sit, in terra poni. Non enim ut calidū & frigidum elementorum sunt primo, & per hæc concretorum ita durum & molle: imo verò concretorum passiones sunt per se, ut colores & sapores, siquidem ex permissione humidi cum sicco nascuntur superante humido, quod molle, superante sicco, quod durum. Nimirū durū & molle non sunt nisi in circumscripto corpore, circūscribi autem non potest sine vtraque re, humiditate dico & siccitate, vt. 4. Meteo. c. 4. autor est Arist. Non igitur durū in terra simpliciter est, neque vero villo modo esset, si quæ terra esse posset, sine omnimissione, careret enim omni cōtinuitate & soliditate. Mirū enim si cū lapis & ligni sic-

cescunt, abeuntque versus terræ naturam ut abeunt: ita continuitate amittunt cum in terram venissent, summam compactionem & soliditatem comparassent. Certe vel hoc solo argumento constat elementa prima non magis per se consistere, quam prima principia, quia nullum potest esse corpus citra omnem continuitatem (non enim potest esse infinita diuisio) sicut verum crassum, sine omni humiditate non potest esse continuum. Si igitur vlla terra est, terræ elemento maxime proxima, ea est in tenuissimum redacta pollinè tactui cedens, non ob mollicitem, sed ob densitatem partium. Alioquin si simpliciter durum aliquod elementum est, oportet aliud esse simpliciter molle: id verò nullum esse potest: aquam enim Arist. negat mollem esse: quia non summa eius pars in imum cedit, sed effluit: multo vero ob eandem rationem minus sit talis aer, aut ignis. Non itaque est aliquid summe ac simpliciter durum aut molle, ut calidum & frigidum, sed ut Arist. dicto cap. dicit. Durum & molle quod simpliciter dicitur, est quod nunc vocatur per exuperantiam. Illud vero est, idem quod ad tactum hominis dicitur, ut mox explicabitur: aliud præter hoc est quod dicitur ad quidam obuium: Dico autem ut neruum dicimus molliorem cartilagine & duriorum carne. Omnium autem horum index tactus humanus est, nam durum & molle sunt tangibiles passiones. Cum igitur nunc studeamus non tam agnoscere conferendo alia cum aliis, quæ quibus sint molliora, aut duriora, sed simpliciter posse dicere res quæcumque sit mollis an dura, & primam significationem dari & mollis quod Gal. vocat simpliciter, excluderimus: supersunt duo tantum modi, qui dicitur secundum exuperantiam, & ad vnum quoddam certum ut symmetrum. Hoc verò si statuatur esse humanus tactus recidit in idem: superest igitur vnicum esse modum quo de duro & molli agentes disputemus per exuperantiam, aut ad humanum tactum. Recidere autem hæc duo in idem constat, quia perfectissimus tactus est in interna manu hominis, atque cum alii sensus sint in aliis quibusdam animantibus perfectiores, hic in nullo est, neque vero esse potest (nam in æternis idem est quod est & quod potest) tam perfectus quam in homine. Ea igitur hominis pars quæ is pollet summam tenet mediocritate tangibilem, calidi inquam, frigidi, humidi, & siccæ, & duri & mollis: quod igitur ad eam durum, aut molle est, per exuperantiam tale est. Hæc est sententia Arist. loco citato ex Meteoris, & Platonis qui in dialogo de natura cui Timæi nomen est, inquit, durum autem est cui caro nostra cedit, molle quod carni: & in eodem dialogo ait nostram autem esse velut carnem non penitus desiccata: ut scilicet ita in medio mollium & durarum

A partium sita est. Itaque de duro aut molli simpliciter disputantes ita utimur nominibus. Verum cum agimus de duro, aut molli præter naturam superuenit iam absolute appellationi alia relata, quia conferimus cum eadem parte, cum habet secundum naturam. Estque durum præter naturam quod resistit nostro tactui magis quam solet, cum valeret. Ea igitur medicamenta quæ ita affectas partes reducere possunt ad dispositionem pristinam, per quam non adeo renitebantur emollientia sunt. Et hæc est emollientium notio.

CAPVT V.

Porro cum varie quidque durius efficiatur, nepe aut siccescens, aut concretescens aut nimia repletionem, adeo ut vehementer distendatur, aut conuersione quapiam, sequitur, ut & propria sua, cuique emolliendi sit ratio. Itaque de omnibus deinceps distinguamus. Interim illud prius communes facientes nominum verborumque copiam plerumque non esse in decoram, sed potius eris contrarium. illiberalem vero, tum esse cum non est necesse de illis distinguere. Nam ita & Plato prodidit. Et nobis in præcensuecessitas incumbit de duri significatis definire. Principio rursum ab eis desumpto qua modo dicere desimus. Nam quod in se cedit molle est, siquidem corpus simplex fuerit. Si quidem quod ex pluribus constat aut sese contingentibus, sicut tritici acernus: aut inuicem implicatis, ut lana & pili, simul & cedere potest, nec tamen esse molle. Contra in his que summe plena sunt, velut vitres, v. sicque, neutrum laus in se cedit, nec tamen quod continetur durum est, sicut nec quod continetur vbi impletum est, durius seipso euasit, aut aduentitium alium affectum est adeptum, nisi quod nunc resum est, quod hactenus fuerat laxum. Quamobrem ego id renitens. Græce ἀρτιρότω non durum appello, quando nimium accuratius loqui propono. Permittito tamen qui velit durum appellare: quin & ipse persæpe sic nuncupo. Sed illud tamen moneo non vnam esse induratorum naturam, neque vnam medellam. Nam quod a siccitate induratum est, humectari postulat: quod vero a congelatione, excelsere: quod autem a repletione, inaniri quod dicitur, a siccitate simul concretionemque, humectari simul ac concalscere: quod vero a congelatione pariter & impletione pariter quoque & calcescere & euacuari: siccatur itaque corpora citra congelationem, tum in validis exercitiis, tum in sole feruere, tum in inedia ingenti, tum in febre ardenti, & medicamentis quæ ita siccant, ut non refrigerent quoque. Congelantur a vehementi duntaxat frigore. Sicut sane & implentur a largi tantum humoris affluxu. At siccantur simul & congelantur coeuntibus, quæ simul conuenire possunt causis: ut si quis supra modum laboret in frigore. Sic quoque replentur simul & congelantur ab influxu frigido, ac partis refrigeratione. Frigoris rursus ipsius causa triplex est. vna a foris incidentibus, puta aëre, aqua medicamento, quod sæpe facit aut in erysipelatis. Altera est propria patientis particule temperies. Tertia ab influente in ipsam

ipsum humore prouenit. Nam is sepe numero scilicet calidior effectus est, aut putrescens, aut cōtactu calidarum natura partium alterascens, cū interim quod partibus natura frigidioribus affricuit frigus plurimo perdurat tēpore. Atque tot quidem modis corpora tum indurantur, tum molliuntur. At medicamēta molliens (Græci vocant μαλακτικόν.) Non de omnibus his modis efferre videntur, sed peculiariter de his quæ congelatione induruerunt, magisque etiam si in eis contentus sit humor præter naturā, velut in scirrhis. Quippe si à siccitate induruerit humectare, non molliere id præcipiunt, sicut impleta euacuare non emolliere. Sed de nominibus, neque cōtendere honestum est: neque curiosum esse necesse est: verum rerum insistere diuersitatibus, præstat in quibus, si quid peccatur ingens egrotis damnum malumque prouenit. Itaque quod resiccatur est, humectantia poscit remedia, de quibus supra abunde disserui. At quod à frigore congelatum est, excalescentia postulat, quæ neque ipsa obscura sunt. At quod impletum est, aut refrigerantia requirit, aut excalescentia aut quæ proprie vocantur siccantia. Vniuersa siquidem hæc humorem superfluum euacuant, sed sua ac peculiari quodque ratione. Frigida quidem duobus modis nempe repellentia simulque cum calore multam educunt humiditatem, sicut Aristoteles docuit. Quæ verò excalescunt, dum contentum excalescentibus corporibus humorem in vapores dissolunt. Quæ autem desiccant, velut quæ vocantur diaphoretica, hoc est per halitum digerentia, & ipsa duplici ratione, aut humores ebibētia cū poris, quibusdam insunt, aut totam alterantia partē. Verū quando tepēstius cuiusque sit vsus, non est præsentis negotij desinare, sed ad curandi attinet methodum.

Dictum antea est, durū & molle de multis dici secundum analogiam, nam dicitur durū quidquid tactui obstitit, molle quod non obstitit. Obstitit autem quod est distentum ut hydropici venter, & plethoricorum tota cutis, & quod siccum, velut senum carnes, & nerui, & quod concretum frigore, velut callosa præ frigore cutis: & multo magis quod duo horū patitur, ut siccitatem & tentionem, siccitatem & cōcretionem, concretionem & tentionem: adhuc magis si hæc omnia, siccitatem, concretionem & tentionem. Molle etiam est, quod tactui cedit, fit autē hoc quoque multis modis. Nam extra nostra corpora, multa alia sunt quæ cedunt quodammodo non ob molliem, sed ob alias passiones, ut aqua ob fluxibilitatem, & lana ob flexilitatem, & a-

Ascientium, aut aliter extenuatorū cute, quæ applicatur, & huc & illuc laxa fertur, etsi siccior est, sed quia à subiecta carne minus distenditur. Fusio quædam, & velut resolutio, & laxitas, contraria concretioni. Hæc patitur sæpe calidis temporibus os ventriculi, & totus corporis habitus, & multæ aliæ partes, quæ caloris debilitate excipiunt fluxiones. Sed de mollibus postea iterum dicetur propter indurantia medicamēta, nunc de duris est dicendum propter emollientia: tres illi modi quibus renitens fieri euenit, nomina propria habent: alterum enim dicitur distentum, alterum dicitur siccum, alterum concretum, & quæ distenta euuant sunt laxantia, & quæ siccæ humectantia: & quæ concreta, tudentia: atque ad eò ob affectus à quibus eæ qualitates nascuntur, quos medicamenta submouent, accipiunt alia nomina. Nam concretio fit à frigore ac proinde concretionem tudentia, sunt calefacientia: tensus fit à repletionem, ac proinde laxantia sunt euacuantia. Si quid simul siccum & concretum est (euenit id per intemperiem frigidā & siccā) curabitur calefacientibus & humectantibus: siquidem concretum simul & repletionem distentū curabitur calefacientibus & vacuantibus: Euenire enim posse omnia hæc, probat referens singulorum causas, & exempla proferens. Siccantur corpora citra repletionem & citra tentionem, à causis siccis sine frigore cuiusmodi sunt; siccæ tantum, & siccæ ac calidæ. Ut exercitia valida, sol feruens, inedia ingens, febris ardēs: & medicamenta sicca: cōgelari citra repletionem, aut tentionem euenit à vehementi frigore impleri & distendi citra siccationem & concretionem à largo humoris affluxu. Et hæc sunt causæ simplicium passionū: compositæ fiunt ex eisdem causis compositis: siccantur & congelantur simul à causis simul frigidis & siccis, ut si quis plurimum laboret in frigore. Labor enim siccatur, frigus refrigerat: multo autē magis id fiet, si accedat alimentum penuria. Replentur simul & cōgelantur, ab influxu frigido, substantia enim replet & qualitate facit concretionem, magisque id accidit cū simul accedit alia causa refrigerationis. Nam refrigerationis ipse dicit esse causas tres, vnam in foris incidentibus, ut aëre, aqua, medicamenti refrigerantis nimio vsu, ut sæpe in erysipelatis euenit: aliam in propria particulæ temperie: tertiam in influente in ipsam succo, quod scilicet succus frigidus sit. Explicat cur ponat in concretionis causis propriam particulæ temperiem, dicens, Nam is sæpe numero seipso calidior effectus est, aut putrescens, aut cōtactu natura calidarum partium alterascens, cum interim quod partibus natura frigidioribus affricuit frigus, plurimo perdurat tem-

pore. Hoc est quia euenit nonnunquam etiam postquam succus qui parti inhærens putruit & calefactus est, durare concretionem, eo quod pars frigidior sit: quod sane non euenit in parte calidiori. Hærebit fortasse aliquis hoc loco, quia videtur Galenus docere cōcretionem factam durare magis, & minus solui in parte frigida quam in calida, quod tamen repugnare videtur sententiæ Hippoc. & eiusdem Gal. de morbis congruentibus naturæ. Similes enim & congruētēs vt facilius sūt, ita & facili⁹ solūtur. Proinde tu quod Gale. hic dicit, ita accipe, sæpe in parte frigida fieri concretionem ab influxu frigido, & aliquandiu durare, etiam calefacto succo, quæ in parte calida, neque duraret, neque omnino fieret. Nimirum similia à similibus facilius & magis patiūtur. Nihilominus mihi videtur hanc causarum refrigerationis diuisionem posse distinctius tradere hoc modo. Frigoris sunt causæ duplices externæ & internæ, ab vtrisque verò patiuntur magis natura frigida partes: perpetuū enim est materiæ dispositionē esse necessariā ad omnē naturalem actionē. Diētæ itaque sunt causæ à quibus fiunt tres simplices causæ duritiæ & aliæ duæ compositæ. Reliqua est alia composita, quam Gale. tacuit, cum siccantur & replentur: sit autem hoc ab influxu sicco, præcipuè si cōtingat simul partē ab alia causa siccari, vt forte ab externa. Tot igitur (inquit) modis euenit corpora indurari & emolli, verū medicamē emolliens, nō de omnib. his modis efferre videntur, sed peculiariter de iis quæ congelatione induruerunt, magisque etiam si in eis contentus sit humor præter naturam velut in scyrrhosis, quia si à siccitate induruerit pars aliqua non emolli sed humectare eā præcipiunt, vbi repletionē, euacuare, non emolli. Hoc loco ne intelligas Gale. dicere proprius durum esse quod concretum quam quod siccatum, & proprius emollientia quæ concretionem soluunt quam quæ humectant, sed medicos ita vti solitos nominib. appellant enim durities antonomatice scyrrhosos tumores ac proinde quæ scyrrhos curant, antonomatice vocat emolliētia, nō tamen proinde opus est vt eis id nomen iuxta rerum ipsarū naturas, & physico rigore maxime congruat, sed vt arti sit is maxime accommodatus vsus. Nam si velimus exacte loqui, per se primo emollientia nulla vocari possunt, cum enim molle & durum non sint actiūæ qualitates, vt calidum & frigidū, non sunt quæ per se primo emolliant, mollitiæ scilicet mollitiem inferendo, vt frigida frigore refrigerant, sed omnia emolliant per accidens aliquod, vt calefaciendo, humectando, aut vacuando, aut duo horum faciēdo: quæ verò propius accedunt quā alia o-

512
 A mnia ad emollientium naturam, sunt quæ humectando emolliunt, quia cum durum analogice dicatur de tenso & concreto, & eo quod ob propriam siccitatem renititur: proprie tamen dicitur de hoc vltimo & à philosophis & ab omnib. hominibus in cōmune. Nā glaciem, concreta, vtrē aëre plenū, distētum, lapidē vero durum oēs homines dicunt: vrentibus igitur nobis nominibus iuxta cōmune sermonem mollities est quæ nascitur ab humiditate, durities q̄ à siccitate. Igitur quæ humectando emolliunt, emolliunt per se, non per se primo, sed secundo: quia per humiditatem, quæ mater est mollitiæ per se primo. Nihilomin⁹ recipimus ex Gal. (vt emurque proinde nomine hoc modo) emollientia appellari à medicis ea peculiariter, quæ scyrrhos curare possunt, & horum iam hinc facultatem inuestigabimus: Dicit euacuari posse partem quæ plena sit triplicibus medicamentis, frigidis scilicet, calidis, aut tantum siccis. Nam omnia hæc cōtingit superfluum humorem euacuare, et si non eodem modo. Frigida duobus modis repellendo succum aliam in partem, aut simul cum calore naturali exprimendo, vt docet Arist. 4. Meteorum cap. 5. nimirum repellunt, non tantum fluxionem venientem arcent, prohibentque alterius procedere, sed aliquando etiam ipsum qui iam parti hæserat succum trudent in alias, & hac ratione nonnunquam ipsa sola exiguos tumores tollunt: quod ex Aristot. assert Gal. est quod euenit floribus, fructibus, & fruticibus, ac nonnunquam arboribus, cum præ frigore arescunt, videntur enim idem esse perpella ac si essent vi solis exusta. Fiunt enim ab vtraque causa frigida & sicca, et si non eodē modo, sed à calida quia consumitur humidum proprium, ac cum eo naturale calidum, à frigida, quia calor naturalis expellitur & cū eo naturale humidum. Calida igitur & frigida his modis humorem euacuant: sicca vero siccādo (hęc dicit vocari diphoretica, hoc est resolutoria) hæc vero siccāt duobus modis humores ebibentia, quod quidem siccitate faciunt per sese, & alterantia totam substantiam, partium scilicet & succorū, quod calefaciendo & siccando valenter faciunt.

CAPVT VI.

Quæ vero à frigore pariter & siccitate induruerit, ea excalefacere pariter & madefacere expedit, non sicut pus mouētia calore & humiditate secundum naturam attemperatū, sed tanto esse medicamen expedit calidius, quanto exuperant frigiditas, tantoq̄, siccus, quanto & vicis siccus. In quib. mensura finire ad curandi itidem methodum pertinet. Sufficiat autem hoc medicam. speciei formulam quandam exponere, idq̄, partū exemplū.

313

plus. Igitur oleum & aqua calida humectant simul & excalescunt. Quod si ambo in vnu misceatur, multo magis tñ excalesciet, tum humectabit q̄ ex ipso erit mistum, sicut aqua potabilis balnea cū oleo copioso exhibita. Idem efficit eduliorū qualitas, si similiter habeat. Itaq; ingentis famis, quam Boninus nominant, illiusmodi sunt remedia. Est enim ea affectio frigiditas iuncta siccitati. & sanatio eius per contraria perficitur. Verumtamen cataplasma quod ex farina triticea conficitur, in temperatis naturis pus mouens, nec quicquam naturalium parrium humiditatis auferit quod quidem relatu sit dignum: multoq; magis neque apponit, sicut nec calorem intendere potest, nec hebetare sed tantum in substantia ipsa augere. Ceterum non idem est qualitatem intendere, & augere substantiam. Sed hoc paulo post accuratius ostendam. Attamen id genus medicamenta humida calidaq; dicimus non ceu calidiora humidioraq; quā nostra sit substantia, sed ceu simile habentia nobis reperit, que calida & humida est iuxta veterem sermonem, velut in libro de Temperamentis ostendimus. Nec tamen sic aquam humidam, aut galbanum calidū dicimus: sed illam tanq; que carnem nostram riget, hoc tanquam quod calefaciat. Nam tamen si aqua calida euacuare partes que per humorum fluxum cōtinuerūt vā eāt similes tamē saltem omnino humectat, sicut in primo libro à me monstratū est. Medicamenta itaq; que pus mouent, eo quod perinde vt aqua calida excalesciant, superfluum in spaciis vacuis cōtentum humorem per halitum digerunt, sicut in libello de inaequali intemperie monstratum est. Ipsis tamen similibus corporib; secundum naturam affectis humiditatis nihil, neq; adijciunt, neque adimunt, quod quidem manifestū sit & sentiri quā. Quippe cum temperaturā possideant simile, earum substantiam tueri potius alterare possunt. Nam in suppuracionibus quid humiditas alteratur, itemq; si qua sit caro cōtusa: cetera autē oīa que secundum naturam habent, substantiam suā seruant. Etenim cum tres in animalium corpore siant alterationes: vna plane secundū naturā est, cū videlicet in ventre cib; coquitur, aut in visceribus & vasis qui inibi generatur succus, vnde rursus pars vna quāq; nutritur: altera cōtra plane præter naturam, nepe in putrescentibus omnib;. Atq; hæc quodammodo inuicem sibi cōtraria sunt. Tertia ex vtraque mista & media est partim prima aliquid obtinens ac naturalis, partim huius contrarie que est præter naturam. Siquidē alterationi secundū naturam duo hæc insunt, vt & ex familiarit animanti materia fiat alteratio, & ab ingenito calore plane superetur. Ei verò q̄ præter naturā est, & ab aliena caliditate mutatio prouenit, & ad nihil vitale. At media earū q̄ scilicet suppuracionis comitatur, ab ingenito quā sit calore, sed non plane vincente, neq; enim ex materia peragitur que primum benigna sit quemadmodum nec ex omnino aliena itaq; quemadmodum naturales alterationes q̄ ab innato proueniūt calore à simili extrinsecus inuātur

A pari modo & que in mouendo pure cōspicitur. Nā quid æque concoctioni v̄tris cōferre nouimus, atq; corpus humanum illi impostum? Proinde quidem puellōs noctu admouentes per quietem, longe euidentissimum adiumentum sentiunt. Confert si quidem amplius, magisq; multo familiaris est eo calore qui à fomentis paratur. Eiusdem gratia vtilitatis, quidam paruos catellos per quietem ventri imponunt, copiam coquentis cibos caliditatis adaugentes, non qualitate. Tale esse debet, quod ad mouendū pus, adhibebitur medicamentū, qualis est in naturis temperatis calor nativus. At si iusto calidior natura fuerit in eo corpore quod pus mouebit, medicamen calidius sit oportet, tanto nimivū rēperato calidius, quanto & natura eius: temperatam in caliditate exuperat. Itaq; clarū iñ illud est ex curādi methodo, cuiusq; singulatim hominis suū ac propriū esse puris mouendi medicamentū. Nec minus illud constat, quod sepe numero iam demonstratū, horum comprobatur testimonio, omnes medicamentorum facultates, vt ad optime temperatū hominē explorādas. Siquidem nulla constitui ars possit, nisi prius velut regula, ac scopo; generi materia, in qua versatur, constituto, ad illum iam particularia omnia dirigantur. Rursus ergo proposito tāquam scopo quodam in hoc sermone optime temperato homine, eius respectu, aliud esse dicimus medicamentum pus mouens quam quod indurata emollit, esseq; eorum temperaturas, quas superius esse posuimus: eius quidem quod nature in mouendo pure auxilio est, commoderatam & similem ei corpori cui admouetur ac proinde q̄ natura nostra humida sit & calida humida calidaq; medicamenta eiusmodi frequenter appellari.

Hoc capite docet Galenus medicamentorum pus mouentium naturam esse calidam & humidam, non tamen ita, vt substantiam ipsam corporum quibus admouentur alterent, calorem aut maiorem humorem inducendo, velut aqua calida quæ calefacit & humectat, ac multo magis hydræleum calidum (hydræleum humectare plusquam aquā, etñ aqua quam oleum humidior sit, indicatum est li. 2. ca. 25.) & vt galbanum calefacit, ac denique vt aliud quodcunque medicamentum, quod exuperantia vocamus calidum aut humidum, aut vtrunque: sed calefacientia & humectantia ad æqualitatem: quod est vt libro secundo explicuimus, seruare proprium calorem & humorem partis, & rependere quantum caloris à parte receperit, neque tamen plus neque minus, quod quidem calefalere fomenti potius indumenti, aut cataplasmatibus contemperati esse videretur, quam medicamenti. Obiter interponit curationem bulimix, vt conferens cum bulimix auxiliis, quæ calida sūt & humida exuperantia, & pus mouentia, eorum naturam apperiat. Nimivū bulimia est passio frigida & sicca, ac proinde

curatur calidis & humidis, quæ talia sunt, vt medicamenta, velut hydroleo calido: suppurantia verò sunt calida & humida, vt fomenta quædam: velut cataplasmata ex triticea farina, quod tale est vt naturis temperatis nihil naturalis humiditatis addat, neque detrahat, neque calor. Sed dices, quomodo ergo sunt calida & humida, si quidem nec calefaciunt nec humectant partem quam curant? Duo respondet Gal. primum quidem, hæc, etsi qualitatem, calorem B inquam & humiditatem non augeant, augere tamen substantiam: deinde dicit, hæc, etsi natura humana non sint calidiora neque humidiora, sed æqualia, verum dici merito calida & humida: quia ipsa humana natura calida & humida est iuxta veterem sermonem, hoc est iuxta opinionem antiquorum, de qua primo de temperamentis disputatum est. Quid sit alterare augendo substantiam dicitur paulo post, cap. 9. itaque dicit suppurantia esse calida & humida, non tamen vt aqua est humida, aut vt galbanum calidum: nam hæc duo dicuntur non vt quæ alterent ad æqualitatem, sed excessu, aqua vt quæ carnem humectet & emolliat, galbanum vt quod calefaciat. Nam aqua, vt dictum est primo huius operis libro etiam si calida admoueat, vt euacuet succos omnes qui in re quæ irrigatur sunt, tamen similes ipsas partes humectat, quod in elixis carnibus, experimur. Itaque (inquit) medicamenta pus mouentia, eo quod perinde vt aqua calida excalefaciant, superfluū in spatiis vacuis contentum humorem per halitum digerunt, ipsis tamen similibus corporibus secundū naturam affectis, humiditatis nihil adiiciunt aut detrahunt, quod sentiri queat. Videbitur sibi Galenus iam hic repugnare, cum dixerit humectare substantiam augendo, quæ suppurant, nunc verò dicat contentum succū per halitū digerere. Quam enim substantiam augent, si succos absumunt? Ipsam carnem neque augent, neque minuant. Certe hæc si quis attente consideret, non repugnent. Nam etsi fieri non potest, quin calore aliquid vel exiguum succi discutiant, tamen emplastrica substantia, quæ talia medicamenta habere mox dicit, ipsa sese impediunt, quominus tantum discutiant quantum calore possent. Itaque calore discutunt non nihil emplastrica substantia discuti prohibent, augentque humidam substantiam, quia plus eius in parte esse faciunt, quam si resolutia aut emollientia admouerentur, quin & quam repercutientia (quia hæc vt impediunt discuti, ita etiam a parte arcetur sicut nuper diximus) atque adeo quæ si nuda pars in aëre versaretur, quia hic aut frigore repelleret, aut calore discuteret, aut venti quæpiã qualitate, si caret. Itaque vere dicere po-

auerit (tamen si hæc anticipare videat postea explicaturus) augere hæc humidam substantiam, tamen si fieri non possit, quin aliquid discutiat, nam & ipse coquens calor absumit aliquid tenuis humoris, & ita reliquum reddit crassius. Itaque dicit, suppurantia, partes similes neque humidiores, neque sicciore reddere, temperaturam (inquit) cum possideant similem; earum substantiam tueri potius quam alterare possunt. Quid ergo (dices) nullam igitur alterationem inferunt suppurantia? nam à similibus omnino nulla actio fit. Huic tacite obiectioni respondet Gale. in suppurationibus humiditatem, hoc est succum ipsum qui continetur, alterari, & si qua sit caro contusa (hæ enim duæ sunt materiae suppurationis) cætera verò omnia quæ secundū naturam habent, hoc est sanæ partes, naturam suam seruant. Probat deinde hoc ita habere hac ratione. Triplices sunt actiones in animalium corporibus, quædam quæ à sola facultate aguntur, vt chyli, & sanguinis & lactis, & seminis generationes, & aliæ similes: quædam quæ à solis medicamentis, velut exustio, putrefactio, & excisio, & cõsuetio, ac multa chirurgi eorum operum: quædam mediæ inter has, quæ partim aguntur à partis natura, partim ab ipsis medicamentis, huiusmodi est suppuratio, quippe quæ est media & mista partim ex naturali actione, partim ex ea quæ præter naturam. Talem esse suppurationem, hoc est mediam alterationem inter coctionem & putrefactionem, probat à materia, & ab efficienti causa. Quia inquit alterationi secundū naturam duo hæc insunt, fieri ex familiari materia, & à naturali calore materiam bene superante ei vero quæ præter naturam, contraria, scilicet ab aliena caliditate accidit mutatio, & ad nihil vtile est quod fit. At media (inquit) earum quæ scilicet suppurationes comitatur, ab ingenito quidem fit calore, sed non plane vincente materiam. Probat hoc ita habere ex materia, vocat autem hic materiam, ipsum pus, materiam scilicet in qua recipitur ea passio quæ suppuratio est. Neque enim (inquit) ex materia peragitur, quæ prorsum benigna sit, vt neque ex omnino aliena. Hoc est neque enim ipsum quod suppurationem recipit, quodque pus vocatur, materia est omnino benigna, vt chylus, aut sanguis neque omnino aliena, vt sanies aut virus, sed mediocrem quantumdam habens putrescentiam. Constat ex hoc loco euidenter, Galenum censere quod ego præter controuersiarum opus, multis iam locis confirmaui, ac proinde nunc suffus pertractare mitto, suppurationem actionem quandam mediam esse inter coctionem & putrescentiam. Nunc his positis videamus argumenti cõsecutionem. Vt igitur naturales alterationes quæ ab innato pueniunt

niunt calore, similibus extrinsecus admotione iuuatur, ita & ea alteratio quæ in mouendo pure conspicitur, iuuatur similibus medicamentis. Probat naturales alterationes similibus iuari, simulq; explicat quod nuper dictum est, vt augeatur copia caloris non aucta qualitate, dicens, nam quid æquè ventris concoctioni conferre nouimus, atq; corpus humanum illi impositum? Proinde quidã pueros noctu admouetes p quietem longè euentissimum adiuuentum sentiunt. Confert siquidem amplius, & multo magis familiaris est, eo calore qui à fomentis paratur. Eiusdem vtilitatis gratia quidã paruos catellos per quietem ventri imponunt, copiam coquentis cibos caliditatis augentes, non qualitatem (quid sit augere copiam caliditatis capite nono dicitur, nunc illud vnum dicitur id fieri fouendo magis quàm alterando) tale igitur (ait) esse debet, quod ad mouendum pus adhibebitur medicamentum, qualis est in naturis temperatis calor natiuus. Itaq; debet pus moues æquale esse calore & humore corpori cui admouebitur. Vnde colligit, cum naturæ corporum adeò sint diuersæ, non esse omnibus eadem medicamenta suppurantia, sed cuique sua, tanto scilicet calidiora, quanto calidior sit natura eius cui admoueantur, & tanto minus calida, quanto ea sit frigidior: atq; humida, aut sicca perinde. Verum quæ secundum magis & minus dicuntur infinitam habent diuisionem, & de infinitis nulla ars esse potest, necesse est vnum quiddam velut regulã & scopum statui, ad quem dicantur cætera omnia illud oportet esse hic optimè temperatum corpus, vt in communi de omni medicamentorum genere sæpe ante dictum est. Illa igitur simpliciter suppuratia & emollientia, & aliud quiduis facientia sunt medica. quæ ad temperatum hominem sunt talia. Ea igitur erunt pus mouentia, quæ temperatæ naturæ sunt similia, quare cum ea natura calida sit & humida iuxta veterem sermonem, vt antea dicebatur, sint medicamenta pus mouentia calida & humida. Hæc est Gal. sententia de pus mouentibus quam libuit particulatim, perq; singula verba exponere, ne quid eius fugeret, atq; ne quæ nos vocula forte falleret: tñ re tota ita perspecta, nõ possum omnino probare hæc sententiam. Primum quia Gale. male videtur colligere: deinde quia secundũ dogma, quod alioqui censet esse falsum, procedit. Melius autem sit vtrumq; seorsum iudicare. Male quidem colligit, si alterationes mere naturales similibus iuuatur, ergo & quæ mediæ sunt inter illas & eas quæ sunt præter naturam. Nam mere naturales poscunt similia exactè, quia suat mere naturales, quæ ergo mere naturales non sunt, nõ poscent mere similia. Contrarium ergo ei q

A Gal. docet, colligitur rectè, hoc scilicet modo alterationes mere naturales poscunt similia, igitur quæ mere naturales non sunt, nõ poscent similia, sed tanto deflequentia à similibus, quanto eæ deflequent à mere naturalibus, suppurantia ergo tanto deflequent à similibus, quanto suppuratio abest à mera concoctione: sed suppuratio à mera concoctione inclinatur in putrescentiæ naturam, ergo & suppuratia inclinabunt in putrefactiuas qualitates: hæc vero sunt calor & humor: suppuratoria ergo calida & humida sint, non mediocria & temperata, neq; omnino exactè similia, sed calidiora & humidiora aliquanto quàm natura hominis temperati, quare si natura hominis temperata esset, vt vetus sermo asserbat, suppuratia essent quam ea humidiora & calidiora. Sed alterum, cuius gratia sermo Galen. videtur inutilis, explicemus.

C Colligit suppurantia esse calida & humida, quia temperatissima hominis natura est calida & humida. At vero ipsemet Galen. toto 1. lib. de temperament. nihil aliud agens, refutat sententiam priorum medicorum, & philosophorum, censentium esse calidam & humidam temperiem optimam. Prodit igitur nunc suum dogma, docens quod consentaneum sit, ei quod alibi refutauerat. Verum enimvero constat, non falso verum: nam quod ex falsa assertionem deducitur, et si verum esse casu possit, tamen nullam inde fidem accipit. Galenus itaq; duobus his modis videtur errare, quare mihi consentaneum magis videtur suppurantium naturam in calore & humore collocare. Nam conformem esse necesse est ipsorum naturæ suppuracionis: hæc vero est quodammodo putrescentia: igitur & illa quodammodo putrefaciencia, non igitur omnino bona & similia, sed naturam habentia inter concoquentia & putrefaciencia, vt suppuratio media est inter concoctionem & putrefactionem. Si igitur concoquentia sunt mere similia, & putrefaciencia valde calida & humida suppurantia sint non nihil calida & humida Præterea quæ carni sanæ similis sit, contusæ non sit, humida namq; contusione humidior redditur, caro: quo pacto igitur humidiori carni humidum sit medicamentum, & sicciori non sit? Nam quod ad humidius humidum est, ad siccius sit longè humidius: non igitur ita statui censeo, sed suppurantia calida & humida esse: non quidè quod mediocria nunquam pus moueant: mouent enim, atque adeò sæpe melius pus quam calida & humida, quia minus putrefaciunt. Atq; cum tâta sit naturæ hominum & partium differentia, est ampla cuiusq; generis medicamentorum latitudo, & eadem erunt huic suppurantia, illi emollientia, alteri coquentia. Velut exactè temperata temperatæ partem erunt concoquentia, frigida & sicca pus mouentia. Nã in

diocre ad frigidū & siccū calidum est & humidum. Et mediocria temperatæ parti admota poterunt ex bono sanguine carnē pbam, ex carne contusa pus gignere, vtrumque quidem ob materiæ dispositionē. Nam eodem modo euariat effectus mutata materia, & manente causa effectrice, atq; ac mutata & manente materia. Nihilominus consentaneum magis est, pus mouēdi vim qualitibus illis tribui, quæ cum natura ipsius suppuratiōnis habent analogiam: atq; cense re calida & humida pus facere per se, temperata vero non nisi ex accidenti, ob materiam. Quod inde agnosces, quod calida & humida vi sua possunt pus facere, ex sanguine etiam integro: temperata vero nō nisi ex vitioso & non omnino emendabili. Nimirum illa vi faciunt, hæc non nisi ob materiæ dispositionem.

CAP. VII.

Eius vero quod indurata emollit, temperata natura multo calidiorē, non tamen iam valde calidam. Oritur autem induratorum affectio ex fluxione viscosa & crassa, paruis particula poris siue meatibus impacta. Digesto vero per halitum q̄ tenuē est eius ac subtile, ac deinde quod reliquum est refrigerato ac velut congelato vocata sequitur scirrhosis: at proinde frigidum pathos aiunt. & per calefacientia curari. Porro quoniam cum frigiditate humor redundat superfluous, idcirco etiam compositam eius esse medelam, ob refrigerationem scilicet excalefacientia poscente affectu, ob alienam vero & superuacaneam humiditatem euacuantiā. Vnde fit vt eorū quæ scirrhī in morē indurata sunt nullum curari valeat, neq; a valide exiccantibus, neq; à fortiter excalefacientibus, neq; ab ijs quæ vtrāq; hæc præstare possunt. Nam quæ valide excalefaciunt: hærens ac contentum in particula humidum violēter digerentia, atq; elicientia reliquum omne desiccant, atq; incurabile constituunt, quæ verò fortiter desiccant, etiam si non excalefaciant, tamē ipsa non per medium, euacuando scilicet quod subtile est, sed ex professo, atq; ex natura sua ad summam duritiem infixam particula fluxionem adigunt. Solā igitur ea quæ calefaciunt, sed non admodum, vnaq; exiccant, sed non magnopere, eiusmodi sanare affectus possunt: vocantur q; ea medicamenta Græcè μαλακτικά (Latine emollientia nomino) eodem tempore virum q; agentia. Nempe quod congelatum est fundentia, & sensim per halitum digerentia.

DE MEDICAM. EMOLLIENTIBVS.

Dictum est autem vocari medicis emollientia peculiariter, quæ solunt scirrhos, eo quod durities illis vocentur peculiariter scirrhī, proinde necesse est cōtemplationem de emollientium natura procedere à scirrhī essentia & causis. Nam cum cōtraria sint contrariorū medela, cognita cuiuscunq;

A morbi essentia facile cognoscetur natura eorū quæ sunt illi idonea remedia. Docet igitur Galen. quæ affectio sit scirrhus, & quæ eius causa, & inde inuestigat emollientium naturam. Oritur, inquit, induratorum affectio ex fluxione viscosa & crassa, paruis particulæ poris impacta. Certe cum, vt mox ipse Galen. dicit, duplex sit scirrhus, alter ex pituita, alter ex melancholia, non omnis scirrhus nascetur ex crassa & viscosa materia, sed vt Galen. ipse dicit quarto decimo methodi capite tertio, succus vnde id vitium nascitur sit glutinosus, aut crassus, aut vtriusq; rationis particeps. Nimirum pituita crassa, lenta etiā est, melacholia vero, et si est etiā crassior, tamē est sine létore. Verū Gal. hic iuxta institutum recte dicit, eius etiam scirrhī nūc dicit naturā & generationē, q̄ curetur emolliētib. at vero qui ex melancholia mera sine vlla sit pituitæ mistione, aut penitus incurabilis sit. Quales esse dicit secundo de arte curatiua ad Glauconem capite. 5. eos qui insensibilem omnino reddiderunt partem, vt sunt cancri & nihil volunt minus quam emollientia, vt mox dicit Galen. itaq; poscunt emollientia qui cancri non sunt, neq; sunt cum insensibilitate incurabiles, sed cum idolētia difficilis curationis, tales verò vt eodem capite secundi ad Glauconem dicitur, fiunt ex lucco létore & crasso, vix solubiliter induratis partibus, infixo. Nimirum fiunt ex pituita sola, aut ex melancholia non sine pituita. Ob id ergo nunc de scirrho emollientibus curando agens, recte dixit, fit ex fluxione viscosa & crassa: modus vero eius generationis est, cum quod eius fluxionis tenuē est, aut minus crassum absumitur, reliquum vero refrigeratum ac congelatum hæret, ac proinde (ait) dicunt medici scirrhū esse frigidū pathos, ac per calefacientia curari, & quoniam non est intemperies nuda, sed simul cum frigiditate redūdat humor superfluous. Idcirco etiam compositam dicunt esse eius medelā, per calefacientia & euacuantiā, quo scilicet succus vacuetur, & partis cōcretio soluat. Ex his fit, vt scirrhus curari non possit, valide exiccantibus, neque valide calefacientibus, ac multo minus valide vtrumque facientibus: quia quæ calefaciunt vehementer, absumunt tenues partes, & relinquunt siccius & durius, quæ siccant, hoc quidem faciunt non p̄ medium, sed per se, & natura sua. Nimirum calida siccant per accides, quia calore dissipant humidam substantiam, sicca vero siccāt per se, quia siccitas vna quædam est agentium qualitatum, & per se gignit sibi similem. Solum igitur (inquit) ea quæ calefaciunt, sed non admodum, vnaq; exiccāt, nō magnopere eiusmodi affectus sanare possūt & vocantur ea medicamenta emollientia, eodem tempore vtrumq; agentia, nempe q̄ conge-

congelatum est fundentia, & sensim per halitum digerentia, hæc est Gal. sententia de emollientibus, cui tamen repugnare videtur q. in calce capitis tertij (vt illic monuimus) dicitur, videlicet emolliētia ea esse, quæ maiorem quam pro partis natura calorem accendant, aliquid tamen humiditatis adducant. Nam si aliquid afferūt humiditatis, nihil profecto siccant, verum ibi respondimus, si nullus alius locus repugnaret Gal. assertioni, inde nihil colligi posse, quod nūquam distinxisset emollientium modos, neque de illis loqueretur tam exactè quam nunc. Videtur etiam repugnare quod quartodecimo methodi dicit scirrhi curationem peragendam calefacientib. & humectantib. atq; talia esse emollientia: id vero dicit his verbis: q. si quis, ijs quæ aceruatim trahūt, digeruntque medicamenti vacuare tentet: neque ijs quæ humectent & excalefaciant, molliat, ac liquet. Secundo etiam de arte curatiua ad Glau. cap. 3. videtur ad emolliēdum quandam humiditatem requirere, quasi ipsa humiditas ad emolliētionem conferat per se. Nā inquit, non igitur curandę sunt partes induratae medicamento immodicè siccante, sed cum eo quod calorem habeat tepidum, humiditatem vero neque multam, neque omnino minimam. Atqui profecto consonum videtur rationi vim emollientium humiditati tribui potius quam siccitati. Nam durities est soboles siccitatis, & mollities humiditatis neq; vero quia diximus quæ humectando emolliunt, humectantia vocari medicis potius quam emollientia, proinde tenemur negare humectandi vim habere quæ vocantur emollientia: diximus enim etiam quæ soluendo concretionem emolliunt, dici calefacientia, tamē Gal. nunc dicit emolliētia concretionem soluere calefaciendo: eadē ratione dicere possumus humectare, esse verò emolliētia quia non id faciūt solum, sed soluunt scirrhos. Erat vero notio eorū quæ peculiariter vocantur emollientia, quæ soluunt scirrhos. Vt igitur quod cōsentaneum est de hac re statuas, ac decernas, quib. qualitibus potius eam vim tribuas, illud vnū considerandum est, qualib⁹ medicamenti melius soluat scirrhos. Mihi quidem videtur calidis, vt concretio partis & succi soluat & succus euacuetur, atq; non nihil humidis, ne interim alia ratione concrescāt, siccatione scilicet, sed potius laxentur, & fundantur, & succis ita euacuationi melius pateat. Nam si Galen. recte timet, ne scirrhos magis durescat vsu vehementer calidorum, etsi nō sint sicca, & vehementer siccorum etsi non sint calida, eadem ratione timere debet ea quæ calida simul & sicca sint, etsi vtrumque medio critet. Nam perinde siccabunt calida in tertio & sicca in primo: atq; sicca in quar-

A to, ac fortasse etiam magis: nam calor etsi ex accidenti siccet, consumptione humiditatis, non tamen id facit minus quam siccitas, sed magis etiam. Porro si emolliētia medicamenta ponatur habere calorem qui satis sit ad paulatim resoluendū succum, sicca qualitas quid cōfert ad scirrhi solutionem? Certe nihil. Imo laxationē partis & succi fusionem prohibebit (hæc enim humiditas facit, quare resolutiōe obedit) & interim caro ipsa siccabitur, & durestet. Humiditatem vero soluere concretiones etiam eas quæ à frigore sint factæ, constat, quia omnia cōcreta soluantur melius in calido humido velut in aqua calida, quam in calido sicco: & sola humiditas soluit concretiones. Nam nix liquatur infusione aquæ frigidæ, nisi cum summe est concreta, tunc enim poscit, vt liqueatur, calidam. Igitur constat quæ frigore concreta sunt, liquari quidem primum ac maxime calore, deinde vero etiam humore: atque adeo hinc constat humorem omnem concretionem soluere: nam quæ concreta sunt calore, soluit primo ac maxime, vt in commentario quartilibri Meteororum Aristotelis indicauit, quæ concreta sunt frigore soluit secūdariorum, soluit itaq; omnem concretionem, siccitas contraria omnia facit. Igitur humiditas iuuat calorem vt concretionem scirrhi soluat, vt tamen resoluat non prohibet, imò vero ob carnis laxationem hoc etiam auget. Nam calida aqua plus etiam extrahit succū quam ignis, vt indicant elixæ carnes, quæ magis exucces sunt quàm assæ, etiā si humidiores. Calor igitur cum humore concretionem soluit, & succū euacuat melius quā calor siccus, & interim ipsas carnes emollit. Cur non igitur in calore & humore ponetur potius vis emolliēdi quam in calore & siccitate? Quod id quod humiditate, emolliētionem non vocari Gal. iubet, sed humectationem: tamen ponat naturam emollientium in solo calore, & interim concedat iuuari à facultate humectandi. Nam in siccitate quæ emolliētionem prohibet, cur emolliēdi vim ponat, non video. Duorum igitur alterum dici oportet, aut emolliētionem naturam esse in calore & humore: aut quod in idem recidit, in calore tali, hoc est in calore cum tali modo substantiæ, blando scilicet, & laxante. F Sed hæc omnia procedente sermone sient apertiora.

CAP. VIII.

Quapropter calida sunt id genus medicamentum, neq; admodū sicca, atq; a pus mouentibus eodisideria, quod calidiora sint, & sicciora. Illa enim cognata ac simillimā corporibus nostris caliditate possident: emolliētia vero licet validiorem habeant, nō tantā tamē vt attractionis violentia reliquum desiccet. Præterea ea quæ pus mouent, hu-

morem

morem qui presuit in partibus induratis, seruant. emollientia vero paulum quiddam eius absumunt. Proinde quamuis innumera sint calefacientia simul atq; exiccantia medicamenta. sola tamen ea quæ conuenientē ac symmetrum calorem possident, vnaq; illi respondentem sortita sunt siccitatē, molli- re qua scirri instar indurata sunt, possunt, quale est bdellium. styrax. galbanum, thimiama ammonicum, medulla tum ceruina, tum vitulina, adeps caprinus & taurinus, & quæ eius sunt generis. Nam nunc consilium nō est omnem expromere materiā, sed solum de id genus facultatibus omnibus genera- lem constituere doctrinam. Prestat namq; in gene- re de pus mouentibus atq; emollientibus cognoscere, quod illa æqualem accendunt calorem, ei qui est in homine secundum naturam: quæ vero emolliunt, multo maiorem. Quocirca illa quidem quantitate potius quam qualitate caloris facere sunt nata: at quæ indurata emolliunt, qualitate potius. Itaq; si in parte quæ suppuratione indiget, assiduo impostas seruare manus, aut aliam quamuis partem possibile foret, celerrimē sic suppuratio procederet. Pari quo- que modo si medicamentum hominis temperature sit simillimum ocyssimē concoquet quod in pus ver- ti debet, vt est nonnunquam caro, nimirum vbi cō- tusa fuerit, interdum vero humor qui phlegmonem produxit.

D ista est Galeno seorsum natura pus mouentium & emollientium, nunc sermonem de vtrisque resumens, qua ratione inuicē differant, docet, dicens emol- lientia à pus mouentibus, eo differre, quod calidiora sunt & sicciora. Nimirum suppurā- tia iuxta eius sententiam sunt calore & hu- more mediocria: emollientia calida & non- nihil sicca. Ego vero qui vtrorumq; naturam posui in calore & humore, cōcesserim etiam emollientia esse calidiora & sicciora pus mo- uentibus, quia pus mouentia calore vincun- tur ab emollientibus, humore emollientia à pus mouentibus. Itaque emollientia habēt caloris plus, & humoris minus quàm pus mouentia. Quia succum digerere maioris ca- loris est quàm coquere: & putrefacere ma- ioris humoris quàm laxare, pus autem mo- uentia coquunt & putrefaciunt, emollientia digerunt & laxant. Sunt igitur emollientia calidiora quam pus mouentia, ac quodam- modo etiam sicciora, quia minus humida. Verum etsi digerere nonnihil emollientia di- cimur, non tamen adeo, vt quæ digerentia, seu resolutentia simpliciter dicuntur: nam ita vt antea quoq; dictum est, attractionis violē- tia reliquū desiccarent. Præterea (ait) ea quæ pus mouent, succum qui presuit in partibus induratis seruant: emollientia vero paulum quiddam eius absumunt. Videtur Gal. nunc repugnare sibi ipsi, cum dixerit capite sexto, medicamenta quæ pus mouent, ea quod perinde vt aqua calida excalefaciant, super-

A fluum in spatijs vacuis contentum humore per halitum digerunt, vt in libello de inæ- quali intemperie monstrauimus. Hæc vidē- tur componi posse. Eorum quæ à naturali- bus rebus fiunt, vt Arist. docet, quædam sūt necessitate quadam, etsi ad finem nihil con- ferant, quædam vtilitatis gratia & propter fi- nem. Velut ventriculus gignit chylum vt eo nutriatur, excrementū vero necessitate qua- dam; quia nō potest totum panem inutilem mutare succum. Ita resolutentia digerunt per halitum vehementer, & emolliētia, medio- criter, vtilitatis gratia, vt scilicet euacuato succo pars sana fiat: pus mouentia non ita, melius enim multo agitur suppuratio efflu- uij cohibitione quam digestionē: nihilomi- nus calida cum sint, nō possunt non aliquid tenuioris partis digerere. Nam ipsa maturi- tate, quæ maximē naturalis concoctio est & naturalis caloris opus, digeritur humiditas quædam tenuis & cruda: itaq; & pus mo- uentia aliquid digerūt necessitate quadam, cohibent vero sua emplastrica substantia, vt mox dicetur, maximam partem effluuij, & maximam succi partem conseruant, vtilita- tis gratia, quia ita optime agitur suppuratio. Itaq; videtur Gal. capite illo dixisse quod ne- cessariū, hic vero quod optimum. Sed redea- mus ad pensum. Proinde, inquit, quamuis innumera sint calefacientia simul & siccan- tia, sola tamē ea quæ conuenientem ac sym- metrum calorem possident, & illi responde- tem sortita sunt siccitatem (hoc est quæ mi- norem calorem & siccitatem habent quam quæ vocantur resolutentia) molli- re, quæ in modum scirri sunt indurata possunt. Cum autem dicit, & illi respondentem siccitatem, ne intellige siccitatem calori æqualem (nam Gal. hæc medicamēta calidiora quam siccio- ra esse statuit) sed respondentem quadam proportione. Apponit emollientium exem- pla, dicens, quale est bdellium, styrax, galba- nū, thimiama ammonicū, medulla tum cer- uina, tum vitulina, adeps caprinus, & tauri- nus. Hæc omnia quorum hic Gal. meminit manifeste constat esse mollientia, quotidie enim, eis vtimur ad soluen- das durities lienis & vteri, & aliarum partium, constat etiam ex eorū historijs eorū plurima medicamen- ta esse calida & sicca, nam styrax, bdellium, galbanum, & ammoniacum thimiama, talia haud dubie sunt, cum sint galbanum & am- moniacum quarundam ferulæ specierū suc- ci, & styrax, & bdellium sint illis similia, & p- bentur gustu amara. Calefaciētia quidem a- lia etiā sunt. Nā medullas calidas esse Diosc. tradit est que receptissimum: adipem natura sua temperatum & mediocrem esse inter ca- lida & frigida indicatum mihi est in contr. lib. 2. Quapropter qui temperati animalis, vt hominis, erit temperatus, qui calidorum, calidus.

calidus, qui frigidorum frigidus. Caprinus A
ergo præcipue qui hirci sit, & taurinus, erit
calidus. Siccum vero per se nullum horum
esse mihi persuadeo: nam medullæ & pingue-
dines humidæ valde partes sunt, quare et si
ob animalium quorum sunt, naturâ aliquid
humiditatis amittant, non tamen vt siccæ iâ
sint. Nam adeps taurinus exempli gratia, di-
cetur calidus quod ad adipem humanum
talis sit (quia humanus adeps est tēperatus)
tamen siccus non nisi ad humanam cutem: B
ad hanc enim dici quæ humida & sicca Gal.
de temp. monstrauit. Videntur ergo hæc o-
mnia calida esse, sicca verò quædam. Quid
ergo, nunquid quia quædam eorum sicca
sunt, male nos ponimus emollientium na-
turam in humiditate? Certe nō magis quam
Gal. malè ponit in siccitate, cum illorū quæ-
dam sint humida. Nam si quam maximè ve-
lis negare has & medullas & pinguedines
humidas esse. Omne pinguedinis genus esse
siccum nemo mente sanus dicet, tamē Gal.
ipse ad Glaucōnem dicit citans hūc locum
quem nunc commentamur, exempla quo-
que ipsarū dicta sunt ex simplicibus omnes
medullæ atq; adipēs. Itaq; exemplis nulla
opinionū debet contendere, sunt enim mul-
ta emollientium humida, ac nō pauca etiam
sicca, quia vt antea disputantes de suppuran-
tib. dicebamus: est cuiusq; medicamentorum
generis ampla latitudo, ob differentiam af-
fectionum & partium. Atq; ita possunt hu-
mida & sicca in idem cadere genus emolliē-
tium, quia idem potest esse simpliciter siccū,
& ad aliquid humidum, & præter hæc pos-
sunt contraria operari, idem secundum aliqd
commune, velut humida & sicca possint e-
molliere secundum commune calorē, & cō-
muniem substantiæ modum blandum. Nam
commune est omnibus emolliētibus habe-
re blandum quendam modum, vel pinguem,
vel lentum, vel gammosum, vt mox dicetur.
Nihiligitur obstat exemplo, quoniam natura
emollientem ponas in calore & hu-
more, aut in calore solo cum tali substantiæ
modo, vt diximus nuper. Sed addamus reli-
qua. Præstat (inquit) in genere de pus mo-
uentibus atq; emolliētibus nosse, illa æqua-
lem accendere calorē ei qui est in homine
secundum naturā, quæ verò emolliunt mul-
to maiorem. Hæc explicata iam sunt exami-
natiq; quatenus sint vera. Quocirca (dicit)
illa quantitate potius quam qualitate calo-
ris agere sunt nata: at emollientia qualitate
potius. Quantitate calorē agere est quod nu-
per dixerat, quantitate calorē augere. Quid
autem id sit explicabitur exacte sequenti ca-
pite. Verum quod addit ille in xta suam sen-
tentiam, videtur mihi dicere, magis quā ex-
perimenti fide. Si manus aut pars alia huma-
na parti suppurationem accepturæ esset alsi

duè imposita, celerrime sic suppurationem
processuram. Ego sane affirmo ventriculi ac
totius ventris concoctiones ad motus mani-
bus agi celerrimè, verum inflammationum
suppurationem suppurantibus cataplasma-
tis longè celerius. Neque video quis possit
repugnare, siquidem suppuratio quædam
putrescentia est. Duas esse suppurationis
materias, succum qui phlegmonem facit, &
contusam carnem, dictum antea est.

CAP. IX.

Qvin etiam quod emplastricum esse debeat
eius generis medicamentū, vt exacte suppu-
ratoriū sit, & ipsum liquido mihi apparere
videtur. Nam si substantiam innati calorē augere,
non intendere qualitatem ipsam conueniat, poros
corporis obstructos esse necessum est, quo videlicet
halituosus transpiratus includunt. Si quidem ea ca-
taplasinata quæ aut detergentia, aut validius excal-
efaciencia, halitus dissilari permittūt, exciccat quidē,
sed pus nō mouēt. Talis est hordeacea, cicerū, fœ-
nigraci, sabaceæ, farina, amplius etiā loliaceæ: e-
ruina, panici, lupinorum, milij, omniūq; aded exci-
cantia: quippe cum tum per ea quæ detergent, etiā si
non admodū excalēfaciāt, sed quia obstructione li-
berant, reserātq; meatus, vna quoq; calor particula
euolet, haudquaquam seruetur ei commodatio:
rū ab admodū excalēfacientib. huius etiā non parū
vacuetur, & qui reliquus est incalēscat, ex quo fit,
vt natui calorē substantia diminuetur, sed qualitas
intendatur. Quorum neutrum fieri expedit, verū ha-
lituosum & calidū spiritū cōineri quam plurimū,
& ad vnguem caliditate symmetrum: quippe cum
hic in pueris copiosissimus omnes actiones natura-
les adaugeat. Sed sunt quos id fugit, & cū hoc quod
ignorent, Hippocratem in super accusare non verē-
tur, & dixerit crescentia plurimum habere calorē
innati. Sed nos dicta eius haud perperā capere oportet,
ac cognoscere innatum dixisse calorē, quem in
quosq; animantium & natiuum spiritum nomina-
mus, de quo & Arist. scriptum reliquit. Verum nihil
prohibet sanguineam substantiā simulq; aērē vna
cum spiritu calidū inaudire innatū. Ac Stoici quidē
nunc ipsum spiritū anime esse substantiam autu-
māt. Nos sanè de anime substantia non admodum
pronuntiare quippiā audemus, & ad præsens super-
uacaneum arbitramur. Quamquā nos iam ante spi-
ritū innatū, etiā si non sit anime essentia, saltē pri-
mum eius esse instrumentū in commentarijs de Hip-
pocratis Platonisq; placitis demonstrauimus, & cer-
tè dicimus eū spiritum in omnibus animantis cōti-
neri partib. sed non vndiquaq; esse sui similitē, veluti
nec sanguinē esse necesse. Tum in spatijs inanib. non
parū eius inesse substantiā, imò potius velut mate-
riā quandā leuicūlā etiam nū mutationem expos-
cētē ad innati spiritus, qualitatib. suis absoluti gene-
rationē. Nihilō secius tamen iā tū etiā admodum ad
naturalia opera conducentem. Porro autē vnum ex
naturalibus operibus est, ea quæ in pus fit conuersio.
Nam

Nam & illic quaedam perficitur coctio. Cur autem quidquam coquere consilium est, quam plurimum, meo iudicio, spiritum seruari intus oportet. At qui digeritur tum ab euaporantibus ac detergentibus, qualis est hordeacea fabaceaq; farina, tum a resiccantibus, qualis est panici, lupinorum, milij: tum ab excalescentibus, qualis est fenigræci. Quin multo etiam magis ab ijs quæ simul & excalescere, & resiccare possunt, puta lolio, eruo, cicere, ochris.

DE primis facultatibus pus mouentium & emollientium dictum est, nunc de eorum substantiæ modo agit. Nimirum amant hæc emplastricam substantiam, maxime autem ea quæ pus mouet. Quæ sunt emplastrica, utq; ea omnia poros oblinant, & obstruat dictum est lib. 4. cap. 5. & 6. dictum quoque nuper est pus mouentia caloris substantiam augere potius quam qualitatem, & (quod idem est) caloris copia calefacere, potius quàm intensione ex his nunc probat pus mouentia debere esse emplastrica. Quod ut intelligas, scias caloris naturalis nomen, seu calidi naturalis, apud medicos dici aliquando de substantia, aliquando de qualitate: rursum calorem, seu calidum naturale, alterum esse proprium insitumq; cuiuscumq; parti, alterum commune toti corpori, & in omnes partes decurrens: caloris in parte quacumq; substantia est pars calidior eius substantiæ, & quæ calidis elementis respondet: nimiram demonstratum est satis hoc ipso opere, substantias sensu homogeneas partibus constare diuersis. Calor vero qui eorum naturali commistione toti parti accedit, est calor naturalis, seu caloris qualitas: caloris seu calidi communis, & huc & illuc decurrētis substantia est sanguis arterialis & spiritus vitalis: his enim seruaturo toto corpore calor quo viuimus, & in quacumq; parte sua temperies: qualitas huius calidi est ipse calor, quo & sanguis & spiritus calēt, & per eos totum corpus. De sanguinis & spirituum natura disputatum mihi satis est in cōtrouersijs, explicatum quæ quibus argumentis Stoici spiritus ipsam animam esse putarent, & alij sanguinem, atque Gal. sententia confirmata, non esse ipsam animam, esse tamen proprium illius instrumentum, non quidem coniunctum, ut oculus & auris, sed separatum: eamq; esse vim animæ, ut materiam deiunctam intra suum corpus consistentē, iuxta ipsius animæ motus mouere possit, non quancumq; neq; utcunque, sed talem & tali modo, velut intelligentia intelligendo, quod est quodammodo intra sese patiēdo, mouet, non quodcumq; corpus, sed cælum, non quocumque motu, sed certo & tali: porro dictum est non omnes spiritus esse sui similes vbiq; sed alios animales vocatos qui generantur in cerebro, alios vi-

Atales qui in corde: naturales pro generatione in testibus, quibus semen fit foecundum: sed quod nunc docet Galenus adijciamus: ipsos spiritus vitales (nam de his solum hic agit) dicit esse non vbiq; sui similes, sed in diuersis partibus diuersos, ut sanguinem: quia ut hic in alijs partibus est semiconfectus, ut in mesenterio, in alijs benecoctus ut in arterijs, ita spiritus vitales, in corde & in arterijs sunt perfecti & satis elaborati, toto in corpore dū bene valet, sunt omnia spiritibus quibusdam plena, non quidem illis vsque adeo perfectis, atque qui in cordis ventriculo sinistro sunt, sed ab illis partem dissidentibus, ut leuiculam quandam mutationem consequuti illi fierent. Et hi quidem spiritus, cum sanguine, est substantia naturalis caloris & his euolatibus, dicimus naturalem calorem dissipari. Contineri autem hanc caloris substantiam omnibus partibus quæ vitali calēt calore, constat, quia alioqui cur eueniret hydropticum effusa aqua repente mori? Non enim profecto ipsa aqua ad vitam custodiendam utilis erat, nedum necessaria: necesse est igitur id fieri, quod vitales spiritus effundantur cum putrida aqua: quod quidem non fieret, nisi ibi abundaret. Cum igitur hoc ita habeat, quæ spiritus dissipant, merito dicitur minuere substantiam caloris naturalis: quæ augent, augere etiam tali etiam substantia. Dicit Gal. abundare plurimum pro sui scilicet magnitudine corpora puerorum, & ita interpretatur dictum esse ab Hippocrate pueros plurimum habere calidi innati horum præsentia dicit seruari cuiusque partis virtutem & robur, atq; concoctiones agi, & actiones omnes naturales: ex his probat suppurantia medicamenta emplastrica esse debere: nam vnum (inquit) ex naturalibus opus est, ea quæ in pus fit conuersio: oportet ergo, ut hæc recte agatur, spiritum intus seruari, non potest autem seruari nisi ea quæ pus mouent obturēt, & poros obstruat, quia apertis poris dissipantur: nam digeritur tum ab euaporantibus & detergentibus, qualis est hordeacea farina, & fabacea: tum a resiccantibus, qualis est panici, lupinorum, milij: tum ab excalescentibus, qualis est fenigræci: & multo magis ab ijs quæ simul excalescere & siccare possunt, ut lolio, eruo, cicere, & ochris. Hæc Galenus. Mihi vero videtur non solum ob spirituum detentionem opus esse, ut suppurantia emplastrica sint, sed etiam ob detentionem fulliginum & calidi effluuij, detentis enim his, fit ut succi facilius ac citius computrescant. Cum igitur spiritus ad concoctionem faciant, & fulligines ac vapores ad putrescentiam, & suppuratio, neq; mera concoctio, neq; putrefactio sit, sed quodammodo vtrumq;, non ob alterius,

sed ob vtriusq; cohibitionem, expediens sit, suppurantia esse emplastrica. Porro quod de hordeacea farina dicit, animaduersione indiget: ponit eam in inutilibus ad mouendum pus: quia ob vim extergendi digeri facit spiritus: tamen lib. 4. meth. cap. 3. dicit, ideo que etiam ipsa cataplasmata quæ ex hordei farina componuntur, ceu quæ calefaciunt & humectant, omnibus ijs affectibus quibus moueri pus expedit, ad mouemus. Et secundo de arte curatiua ad Glauconem cap. 3. Quod si pus se in particula ostenderit, cataplasma imponere oportet semel aut bis: plus verò in presentibus iuuat id quod fit ex farina ordeacea. Certe farina hordeacea per se sicca est & extergens, ac proinde multo minus apta ad pus mouendum quam triticea: verum quia vt dicitur libello de pristana, missione aquæ & olei siccitatem admittit, & substantiæ lentorem, ac emplastricum modum comparat, atq; ita fit non parum etiam suppurans. At qui quanto minus quam cataplasma ex triticea farina mouet pus, tanto etiam minus malignæ putrefactionis periculum infert. Itaq; pulicula ex hordeacea, si admoueat, calida actu calefaciet (nam alioqui non est calida) & humectabit, atque ita mouebit pus, in quacunq; affectione in qua id sit mouendum, atq; si sit affectio in qua timeatur maligna putrescentia, vel in phlegmone valde ardente, vel habente aliquid carbonis, aut erysiipelatis & in partibus facile putrescentibus, vt genitalibus (melior multo est eius vsus quam cataplasmatibus ex triticea) Galen. hoc loco, vt pote qui de suppurantium simpliciter natura agit, triticeam prætulit, aperuitq; causam, qua hordeacea adeo suppurans non est, secundo de arte curatiua ad Glauconem agens de exquisita inflammatione, in qua ipsum ardorem reformidat, præfert hordeacæ puliculam, triticeæ. Tertio methodi dicit hordeacæ pus mouere in quacumque affectione, intelligens calidam actu, quando quidem calefacere & humectare affirmat. Ex his constat merito Gal. censere medicamenta hepatis aut ventriculo ad mouenda debere esse non nihil adstringentia, ne eorum vis exoluatur, euoletq; calidum naturale laxatis partibus & poris: constat etiam quoad fieri possit vitanda esse emplastrastomachica, & hepatica, vtendumq; potius rebus quæ calorem naturalem fouent, vt manuum calore, aut lanæ pleno cervicali, aut linteolo ex lino crudo, aut panno coccineo, atque si res cogat emplastris calidis vti, tamen non plus satis perseverandum, sed desistendum cum primum per facultatem licebit. Nam vsus nimius medicamentorum calidorum debilitatem facit & spirituum dissolutione reddit ventrem impotentior.

A **I**gitur omnium ad puris generationem aptissimū est, ex ijs vtriq; quæ persunduntur, aqua temperata, aut cui additum oleum est, quod hyaraleū Graeci vocant, ex ijs verò quæ irrigantur, oleum temperatum. Et ex ijs quæ ex hydaleo illiniuntur, farina triticea, & panis ipse, sed is modice coctus sit oportet. Nam qui plurimū coctus est, quodam modo sicciior est, aptusq; phlegmonis quæ agrius concoctionem admittunt, qui vero minus, ijs quæ admodum calida sunt, atq; vt sic dixerim feruent, congruit: cum cui plus additum olei fuerit, pertinacius coctioni aduersantibus conuenit: cui minus, feruentibus magis competit. Et sane quod ex pane conficitur cataplasma difficulter coctioni cedentibus phlegmonis idoneum est, siquidem puri tum sal, tum fermentum admistum est. Quod vero ex triticea farina præparatū est, calidioribus vtilius est. Et ipsius etiam triticea farina quæ pura est, tum panis quoq; qui purus est puri mouendo competentiior est, nimirum cum furfur minus sit calidū, & magis aestuet, farina autem pura, quoq; alere est nata humida est & calida: qualia certe ad pus producendū conferre ostendimus. Itaq; medicamenta quæ phlegmone tentatis imponuntur partibus, si calida sint & humida, ad pus mouendū conducunt, vti adeps suillus, & vitulinus, nam capræ & tauri acriores esse ostendimus: quam ob rem phlegmonis tum frigidioribus, tum durioribus magis congruunt. At suillus & vitulinus ijs quæ proprie phlegmone appellantur, familiarissimus est. Est & adeps gallinæ familiarissimus, magisq; etiam anserum, quod ddammodo tamen ad digerendum potentior, est enim substantia sua tenuior, sicut & bubulus, & caprarū crassior & terrenus magis. Quin & agrestium animalium omnium acrior est, simulq; sicciior, magis quam domesticorum, maximeq; pardalis & leonis. Quare horū nullus omnino puri mouendo idoneus est, sed vt dixi, suillus & vitulinus. Porro pus mouent & pix & resina, nempe oleo quopiam aut rosaceo subacta. Sed **E** hic ad feruentes phlegmones, ex rosaceo eas liquare oportet: ad frigidiores vero excalefacientium quopiam: puta cicino, raphanino, veteri sicyonio. Quod si quando sola vtaris cera, alijs ad manum nullis, ad pus mouendum, & ipsam in excalefacientium oleorum quopiam dissoluere oportebit: quippe cum ipsa per se minus sit calida, quam vt pus mouere possit, siquidem illinendi certe vim obtinet. Solis itaq; feruentibus phlegmonis apta est, ex calidorum oleorū aliquo liquata. Verum quemadmodum hæc symmetria ad mediocritatem inferior est, vt ad medias temperij phlegmonas, hominumq; & partium naturas, sic paulum quiddam excedunt resina & pix. Quapropter hæc omnia simul mista moderatè pus mouent. Sed hæc iam ad tractatum de medicamentorum compositione attinet, quem vt aliquatenus attingeremus, speculationis ipsius nos sequela adigit. Rursum ergo ad propositum reuertor. Est autem propositum desinare quæ sit in genere pus mouentium natura. Dicitur vero est, quod modice eam humectantem & excalefacientem

esse oportet. & alijs verbis est, vt neq; excellat, neq; inferius sit temperatura corporis immutantis ipsum, sed quoad fieri possit simillimū. Caterū q; medicamentū puri mouēdo idoneū tale sit facultate, & actu, siue energia fiat cuiusmodi dū corpori nostro admotū est, saepenumero iam antea dictum est, sed nūc nihilo secius sic repetimus, quandoquidem semper eius meminisse oportet. Atq; eiusmodi est pus mouētis medicamenti reperies. Porro corporis ipsius constitutio emplastrica est: qua maximè pollēt qua lēta & viscosa sunt, velut adeps porcinius, butyrum, thus, & q; ex farina triticea cōficitur cataplasma, quippe qua moderatè tum calida, tum humida lētaq; sunt, ac proinde puri mouēdo idonea. Chondrus tamē farina triticea sicciore est, quāquā nihilominus lentus sit, nisi forte etiā amplius. Vnde fit, vt in medijs temperatura phlegmonis, puri mouēdo ineptior, in humidioribus etiā triticea farina praestantior sit. Verum & hac iam praesentis commentationis limites excedunt.

Profert Gal exempla pus mouentium ac cōmodatissima, & ex ijs quæ rigatur, & ex ijs quæ illinuntur, & ex cataplasmatibus, & ex ceratis. Nimirum omnibus his modis possis pus mouentia admouere: deinde rursus velut ex propositis exēplis denuo colligēs, repetit q; de natura pus mouētū dictum erat: esse scilicet pus mouentia calida & humida modicè, ac hoc idem esse ac si alijs verbis dicatur, vt neq; excellant, neque inferiora sint temperatura corporis ipsa immutantis, sed quoad fieri possit, sūt simillima. Rursus dicit hoc, vt scilicet talia sint, posse ipsis accidere actu, aut potentia, hoc est quod talia sint cum admouentur, aut quod talia fiāt admota. Actu, velut aqua calida: & cataplasma ex farina hordei (hæc enim nisi calida actu admouentur nequaquam pus mouerent) potentia vt cataplasma ex triticea, aut pulicula cum oui vitello, quæ etsi admoueantur frigida, ab ipsa parte alterata, facile transferuntur in calorem & humorem: dicit deinde corporis constitutionem, seu substantiæ modum esse emplastricū talibus medicamentis: maxime vero esse talem substantiæ modum in lentis, cuiusmodi sunt adeps porcinius, butyrum, thus (intellige pinguisimā thuris partem. Nam quæ dicitur manna, friabilis est, neq; pus vlla in parte mouēs) & cataplasma ex farina triticea. Quippe quæ (aut moderatè (hoc est ad æqualitatem) tum calida, tum humida, lentaq; sunt, ac proinde puri mouendo idonea. Hæc antea disputata sunt indicatumq; à me, quātum existimo satis, naturam pus mouentū rectius poni in calore & humore supra æqualitatem, quam in æqualibus. Nunc autē animum in exempla quæ profert ipse Gal. aduertentes consideremus, an hæc ipsa meę sententiæ attestentur potius quam

A Gal. Mihi enim ita videtur. Nam optimum (inquit) omnium quæ irrigantur ad puris generationem est aqua temperata, aut hydræleo. Constat vero cum temperata hæc vocat, calida intelligere iuxta Hipp. aphorismū quod dicitur, calida suppuratoria. Aquam vero calidam constat medicamentum esse calidum & humidum, calidum quidem actu, humidum etiam potentia & subiecto: atque adeo cum operetur vnum quodq; qua est in actu, calefacere & humectare non solum feruendo idq; parti inerat sed & alterando manifestè. Ex ijs quæ illinuntur dicit maximè suppuratoria esse oleū calidū hoc est actu calidū. Quod quæ actu calidū, necesse sit calefacere, humidū vero esse monstratum est à me lib. 2. multis argumentis: porro ex cataplasmatibus, probat id quod fit ex farina triticea & hydræleo, aut ex pane ipso & hydræleo: constat vero hoc cataplasma calidum esse & humidum, siquidem ipsemet lib. 3. dicit triticum qua medicamentū, & foris impositū esse primi ordinis calefacientium, neq; siccare neq; humectare, accedentibus aqua & oleo quæ humida sunt fiet cataplasma calidum & humidum. Quoniam verò triticum ipsum per se neque humidum, neque siccum est, paulo momento huc aut illuc agitur, atque ita vt etiam loco citato ex libro octauo Galen. dicit, quod ex pane conficitur cataplasma siccius est quā quod ex farina, ob salem, & fermentum, atq; adeo ob ipsam in furno elaborationem: ob hæc enim omnia panis quam farina sicciore est, atq; adeo ipse panis, vt magis aut minus coctus est, magnam accipit differentiam, & cataplasma vt ex concoctiori aut minus cocto sit pane & farina vt purior est, aut furfurū retinet plus. Nam furfur minus calidum, & sicciū magis est, quā farina, atq; ita etiam differunt cataplasmata, vt expuriori, aut impuriori constant farina. Ob hæc dicit Gal. cataplasma ex pane maximè suppuratorium, & mediocribus inflammationibus admouendum, constare debere ex pane mediocriter cocto, & ex hydræleo mediocrem quantitatem olei recipere: nam quod ex valde cocto aut bis cocto fiet, siccius iā sit, & aptū phlegmonis rebellibus, & ægrius concoctionem admittentibus, quod verò ex pane non satis cocto, ijs phlegmonis erit aptū, quæ admotum calidæ sunt, ac feruent: porro q; plus accipit olei, rebellibus conuenit, q; olei minus, & aquæ plus, feruentibus. ex pane igitur ipso & hydræleo has differentias habet hæc cataplasmata. Est aut panis bene coctus, q; esui est aptus sine vitio: q; verò infra hoc est, crudus dicitur, q; velut exustus iā est, plus satis est coctus. Mediocris verò mistura hydrælei est, duplū esse aquæ ad oleum: si verò sit tantūdem olei, iā accipit olei multū, si quartā, aut quintam aut sextā partem, iam accipit parū, estq; valde

valde dilutum confert deinde Galenus cataplasma ex pane cum eo quod ex farina: ac postea seorium quæ ex farina. Dicit vt quod ex pane valde cocto efficacius est, & ad rebelles phlegmonas melius quam quod ex minus cocto, ita quod ex pane, esse efficacius quam quod ex farina: quia panis accipit salem, & fermentum: quod vero paratur ex farina, esse comodus calidioribus quam quod ex pane, vt scilicet quod ex pane crudiori, quam quod ex bene cocto: deinde & que ex farina sunt cataplasmata, habent differentiam ex ipsa farina, quia quanto purior est, tanto magis suppurans, quo habet plus furfurum, eo minus: sed accipit ob furfures aliquam vim siccandi, & extergendi, quare hic quoque quod ex farina impuriore parabitur erit melius ad rebelles tumores, quod ex pura farina ad faciliores. Hæc de cataplasmatibus, quibus obijciat aliquis videri hæc communi medendi methodo aduersari, siquidem quæ minus suppurantia sunt, dicit ad rebelles tumores & suppurationi minus cedentibus esse accommodatissima, oporteret autem contra fieri difficilius suppurationem accipientibus maiora ad moueri suppurantia, siquidem morbis contraria sunt ad mouenda remedia. Habere autem vt dixi, constat, siquidem cataplasma ex farina magis humectans est, quam quod ex pane, panis enim accipit salem & fermentum quæ alterius generis medicamentorum sunt, extrahunt enim & digerunt: cataplasma etiam ex pane aut crudiori aut bene cocto, magis suppurans est, quam ex bis cocto. Nam hoc siccitate recedit à suppurantium natura: iubet ergo vt minus suppurantibus ad ægre suppurabilia. Scire enim oportet non commendari cataplasma ex pane præcipue ex bis cocto ad ægre suppurabilia, quod sit magis suppurans quam quod ex triticea sit farina, (neque enim est) sed quia transgreditur iam quadamtenus naturam pus mouentium, participatque facultate emolliendi, tendens versus resoluentem: tumores vero qui scirrhosi aliquatenus sunt, ac proinde ægre suppurabiles, solis suppurantibus non cedunt, sed vt sint affectus compositi ex inflammatione & scirrho, ita indigent medicamento suppurante & emolliente: itaque illa medicamenta non sunt magis suppurantia, sunt tamen quodammodo suppurantia, vehementiora: quia non tantum suppurantia, sed etiam emollientia, quæ vehementior facultas est, ob id quæ meris suppurantibus non cedunt, his vincuntur. Secundo eandem rationem dicuntur, quæ de pinguibus Gal. adiecit. Adipem scilicet suillum & vitulinum, quia calefaciunt & humectant mediocribus phlegmonibus ad pus mouendum conducere, taurinum vero & caprinum, quod sint acriores, phlegmonis frigidioribus, & scirrhosioribus congrue-

A re, nimirum hi tumores petunt etiam emolli-
 tionem, atque etiam si in eis sit mouendum
 pus, non tamen solis suppurantibus. sed emollien-
 tibus pariter est res agenda. Adipem gallinæ
 & anseris dicit esse familiarissimum, quod mi-
 nime sit acer, atque adipem anserum adhuc esse
 potiore: verum habere aliquid digerentis
 facultatis ob partium tenuitatem contra &
 bubulum & caprinum, quia est crassior & ma-
 gis terrenus. Agrestium omnium animalium
 adipem dicit esse acriorem & sicciorem quam
 domesticorum maximeque pardalis & leonis:
 proinde colligit horum nullum esse idoneum
 puri mouendo, sed suillum aut vitulinum.
 Itaque Galenum horum quædam vituperat
 ad pus mouendum, quia tenuiorum partium
 vt adipem gallinæ, ac multo magis anserum:
 quædam quia acra & sicca, vt adipem agre-
 stium, maxime leonis, & pardalis: quædam
 etiam videtur vituperare, quia crassiorum
 partium, vt bubulum & caprinum. Videtur
 tamen nisi quid aliud obstat quo minus sint
 optime suppurantia, crassitie nihilo obstarè,
 cum suppurantium medicamentorum em-
 plastrica substantia esse debeat. Certe ego non
 intelligo vituperare eos adipem que sint cras-
 siores, sed que crassiores crassitie terrea, quæ
 ipsos facit etiam sicciore. Siccitas enim pes-
 se obest ad pus mouendum, siquidem hu-
 miditas iuuat. Porro intellige iuxta dicta, et si
 dicat suillum & vitulinum (salis scilicet ex-
 pertes) omnium adipum esse ad pus mouen-
 dum optimos, id quidem verum esse ad phleg-
 monas mediocres, contumaces vero & scir-
 rhosiores melius cessuras acrioribus & sic-
 cioribus. quapropter phlegmonem exquisitum,
 satius sit vt suillo adipe salis experte, & cata-
 plasmate ex farina triticea, tamen ad scirrhosum
 potius est adhibere adipem cum sale, aut fer-
 mentum saliu subactum, aut adipem aliquem
 animalis calidioris. Picem etiam & resina sub-
 actam ex oleo, aut ex rosaceo, dicit pus moue-
 re, verum quia hæc sunt aliquanto calidiora
 quam expediat, censet ad feruentes phlegmo-
 nas ex rosaceo liquari, ad frigidiores excale-
 facientium quopiam, vt ex cicino, raphanino,
 & veteri sycionio. Horum compositiones
 sunt apud Diosc. lib. 1. cera etiam dicit posse
 nos vt ad pus mouendum, quia vim habet
 illiniendi, & emplastrica est: verum censet eam
 liquari ex oleo quopiam calido, eo que ipsa mi-
 nus sit calida quam vt possit pus mouere. Pro-
 inde ad solas phlegmonas calidiores, esse vt
 léceram, & eam quidem liquatam ex oleo aliquo
 calido vt camæmelino. Ita pix & resina pau-
 lum quiddam excedunt, & sunt calidiora: proinde
 hæc omnia pix inquam, resina, & cera, mista
 moderatè pus mouent. Certè hæc mixtura op-
 tima est ad plurima vlcera sananda. Nam &
 pus mouere moderate, & agglutinare satis
 valenter potest. Hæc accipiens adipem, &

oleum aliquod, magis suppurans redditur, cuiusmodi & vinguentum vasilicum vocatur. Sed est q, hoc loco consistentes consideremus non posse hoc quod de cera dicit Gale. cum illius opinione congruere, sed necesse sit fateri pus mouentia supra mediocritatem esse calida & humida. Siquidem lib. 7. cere naturam explicans dicit, cera mediū tenet calefacientium, refrigerantiū, humectantiū, & siccantium. Habet vero quiddā etiam essentia crassā, atq; emplastricū. Nunc aut dicit eam esse minus calidam quam ut possit pus mouere, atq; ad phlegmonas temperie medias esse inferiorem, hoc est minus calidā, quam oporteat. Igitur quæ ad pus mouendum in phlegmonis temperie medijs sint accommodata, calidiora sint temperatis: constat verò naturam pus mouētium in ijs esse præcipuè quæ medijs temperie sint accommodata. Igitur pus mouentia non ad æqualitatem, sed supra æqualitatem etiam calida sint. Atqui profecto non intelligo quo pacto hæc exempla Gal. verè sententiæ nō admonuerit, quominus mox repetiuerit ita debere esse, quod pus mouet calidum & humidum, ut neque excellat, neque inferius sit temperatura corporis ipsum immutatis, sed quoad fieri possit simillimum. Sed huius placiti incertitudine ipsemet passim prodit, ut indicaui, quare quæ reliqua sunt addamus. Ut docuit ad phlegmonas feruentes minus calidis vti, q factū est, ne feruore aucto calor adeo exorbitet, ut omnino præter naturam fiat, & putrefaciens: ad frigidiores vero calidiorib. ut cōcretio si qua est, siue partis, siue succorum soluat. Ita humidioribus & sicciorib. phlegmonibus occurrī contrarijs vult, & ad humidiores vti siccioribus, ut chondro, seu ex chondro parato cataplasmate: ad sicciores humidioribus, velut pulicula rariuscule ex farina purissima tritici, aut hydræleo, aut aqua calida. Euenit autem inflammationem humidiorē dici ob fluxionem ipsam, quæ talis sit, aut ob partem quæ humidior sit, vtrauis autem causa fiat, ut inflamatio sit humidior, pus mouentia debent esse sicciora, quia non minus, imò maius etiam periculū malignæ putrescentiæ est in humore redūdante, quam in exorbitante calore. Hæc causa si humida admodum inflamatio sit, aut alioqui consistat in parte facile computrescenti ut genitali, aut intra os, aliquo sicciorē medicamine vtemur, ut parato ex pice resina & cera, aut cataplasmate ex pane bis cocto, aut hordeacea farina, aut chondro, aut decocto caricarū & lentium, aut cum parte aliqua oxymelitis. Nimirum etsi naturalis partium temperies similia petit, hoc casu abstinētes ab oleosis præseruatiōis gratia damus contraria, permittentes tardius agi, ut agatur tutius. Siccitatis non est eadem ratio: nā

A à siccitate non impendet periculum putrescentiæ. Quare non vt in partibus valde humidis, vt pudēdis & faucibus, vti inur siccioribus, ita in valde siccis, vt capite, vtemur humidioribus, quin potius volentes hic quod secundum naturam est tueri, siccioribus vti-mur: euenitq; , vt quæ ob siccitatem alijs in partibus aliud facerent, in his pus moueant, velut thus, pix & resina therebynthina. Hæc enim in capite & alijs partibus siccis pus mouent, in alijs expurgāt, aut carnem generāt: nimirum parum sicca ad sicciora sunt humida. Si verò nō ab hominis natura aut partis, sed à morbo ipso accedat præter naturā, humidioribus agemus medicamentis, quo accedat ab eis humiditas quæ ad puris generationem sit satis. Hoc vero secundum rationē fit, quia omnibus quæ sunt præter naturam debent obijci contraria, ijs vero quæ secundum naturam similia, nisi raro præseruatiōnis gratia, velut de humidiorib⁹ natura partibus dictū est. Verum hæc, vt Galen. dicit, ad medendi methodum spectant magis quam ad præsentem tractationem.

I Tag, denno ad medicamenta durities emolliētia reuertor: hætenus & hic curandi methodum attingens, quantum dicendorum claritati conducatur.

D Scirrhum vocat tumor: præter naturā, doloris vacuum sed durum. Sunt aut inter eos quiddā, qui vbi plurimum increuerint simulatq; indurati fuerint, non modo dolore carēt, verum etiam sensum difficilem, aut etiam nullum habent reliquum porro nascuntur ex humore crasso & frigido, quales sunt in animalium corporibus dum axat duo, bilis videlicet atra, & superexiccata pituita. Proinde humores scirrhusi, omnino aut pituitosi sunt substantia, aut atrabiliaria, aut ex vtraq; mixti. Sed de agnitione eorum non est nunc tempestiuū differere, verum de medicamentis emollientib. illud, ut nunc dicam, opportunum est: nēpe q, proprie vocatur emollientia, quæ medetur scirrhis tumorib. ex pituita resiccata crassoq; humore pgnatis. Consequerunt autē q potissimum in musculorum capitibus & qui ex eis prodeunt tendonibus consistere. At quæ ab atrabillario succo duruerūt, ceterosa sunt omnia, & ab emollientib. medicinis exasperantur. Sed his quo pacto prospicere oporteat, in cōmentarijs methodi curandi docebimus. Quæ verò à lento crassoq; humore & gelato indurata sunt, calida possūt siccaq; medicamenta, sed nō tamē quæ valida sunt, ac violenta sed sufficit interim vt secundi & tertij sint ordinis excalefacientium, primi exsiccantium. Porro cum non exigua sit in corporibus sic induratis maiori minorisq; latitudo, necesse vtiq; est, & medicamentorum illis medentium non paruam esse latitudinem. Siquidem adeps caprinus, & gallinarum, quæ sic indurata fuerunt iuuarunt. Verum illi quidem imbecilliores sunt, & moderatas duritates emolliunt. Valencior gallinarum gallorumq; adipe anserinus est.

537

est taurinum verò hircinum, validior tamen taurinum sed minus tamen quam hircinum. Quia etiam melalla certam modicè emolliunt & curia vitulina, quippe cum id genus omnia medicamina calida sint, & mediocriter sicca multoq; magis excalefacere quam exiccare nata. Vnde si quis forte ea quaedam calida dicat & humida facultatibus, non repugnandum, nam paulum absunt ab ijs quae neq; humectant neq; desiccant. Eodem ex genere sunt, cum praedictis, quamquam validiora, ammoniacum, miamia, & styrax, & galbanum, & bilellium syriacum, sed ad emolliendum praestantiora ex ijs sunt, quae recentia sunt. Siquidem inueterata validius, quam oportet desiccant. Id ipsum vsu venit in medulla & adipe, quippe quae & ipsa vetustate seipsas tunc acriora tunc sicciora euahunt. Quin & olea quoq; sicciora ex hoc est genere, neq; in postremis id quod inueteratum est, & ex ijs quae preparatur susinum. Sed de compositis hic dicere statutum non est. Porro radix althea, & cucumeris agrestis, nonnullaeq; aliae plura, partim in oleo, partim in aqua decoctae, emollientium medicamentorum facultatem induunt, sicut malua agrestis folia, tum cruda, tum cocta. Atque hoc simplex medicamentum est, sicut porcini adeps vetustatem passus, sed salis nihil oportet adijcere, sicut nec alijs quae emolliunt. Valde enim desiccant sal. Porro quaecumq; alia emolliere possunt, seu simplicia, seu composita sunt medicamenta (alibi enim ea recensuimus) calida sunt ex secundo & interdum ex tertio ordine, leniter vero sicca. Sed & his sane illiniendi vis (emplastricam vocant) insit necesse est, non aliter quam ijs quae pus mouent. Sed quanto maiore euacuandi facultate pollere debent, tanto vtiq; minus etiam meatus illius obstruere.

Redit ad medicamenta emollientia atq; ut eorum naturam apertius explicet, agit de scirrho & eius caulis & differentijs: cum enim emollientia esse apud medicos dixerit, quae scirrhos soluant, & ut antea etiam dictum est, curatio cuiusq; morbi ab illius essentia & caulis indicetur, nulla sit potior ratio inuestigandi naturam emollientium. Scirrhum dicit vocari tumorem praeter naturam, durum sine dolore. Esse tamen quosdam scirrhos, qui non tantum sine dolore sunt, sed etiam sine sensu. Hos dicit ad Glauconem cap. 5. esse incurabiles, intellige verò per medicamenta. Nam chyrurgia extirpari possunt. Curari ergo solè illi possunt, qui sensu non priuant. Vtriq; vero, tam inquam qui sensum tollunt quam qui secus, sunt à succo crasso & frigido: qualis duplex est, pituita scilicet & melancholia. Fiunt igitur omnes scirrho, aut à pituita, aut à melancholia, aut ab utrisque mistis. Qui à sola melancholia fiunt, aut cancri sunt, aut omnino scirrho cancrosi, quorum curatio nullis medicamentis agitur minus, quam emollientibus, ut licet videre 4. methodi, ubi eorum traditur curatio. Superest, eorum so-

lum curationem emollientibus agi, qui sicut à crassa & resiccata pituita, vel saltem ab illis succis commistis. Consueuerunt autem in potissimum fieri in capitibus musculorum, & tendonibus. Hinc colligere vult Gal. emollientium naturam esse calidam & siccam. Quae enim (inquit) à lento crassoq; humore congelato indurata sunt, calida poscunt & sicca medicamenta. Ego aperui iam de hac re meam sententiam, & confirmari naturam emollientium esse in calore & humore, aut in solo calore cum tali substantiae modo. Quapropter nunc quoq; dico me non videre cur valeat haec consequutio. Fit scirrhus à succo lento crassoq; congelato, ergo poscit calida & sicca. Nam licitas nullam concretionem soluit, quandoquidem humiditas nullam concretionem facit: sed concretio omnis fit à frigore, aut à siccitate per se. Quod si experitur licitas ut absumat humorem hoc profecto facit melius ipsemet calor qui soluet concretionem. Quod si à duabus qualitatibus calore inquam & siccitate resolutionem agi vis, cum concretionis solutio ab altera tantum agatur, puta à calore, fiet ut resolutio sit maior quam concretionis solutio, atque ita eueniet ut fiat scirrhus durior & incurabilis. Illud dicit recte Gal. quod nos antea monuimus, quia est ampla & affectionum durarum & partium differentia, non posse esse omnia emollientia eiusdem naturae, sed habere amplam latitudinem, adeo ut sint quaedam emollientia calida, secundo & tertio ordine, & sicca primo. Alia infra haec multo minus calida ac sicca, atq; adeo plurima humida. His dictis profert quae plurima exempla quae in adipibus, medullis, gummi generibus & quibusdam alijs sunt, de quibus ego antea disserui nunc tamen breui percurram. Probat emollientium materiam amplam habere latitudinem, quia adeps caprinus, & gallinaceus, quae sic indurata fuere intarunt, quamquam inter se satis dissident, siccior enim est caprinus quam gallinaceus, & crassiorum partium, atq; alij sunt illis valentiores ad dissoluedas durities, anserinus quidem quam gallinaceus, siue gallinarum, siue gallorum fit, hircinus verò quam qui caprarum: validior quoq; taurinus quam caprinus, sed tamen minus quam hircinus. Itaq; taurinus in medio caprini & hircini est, & omnes hi adipēs hoc ordine sunt gallinae, galli, anseris, caprae, tauri, hirci. Hinc qui Gal. sententiam de emollientium natura tueri velit, capere posset magnum argumentum. Videret enim, adipem quencumq; esse emolliendo vehementiore quanto calidior est & siccior, quapropter in calore & siccitate sita sit emolliendi facultas. Ego verò non concederem haec illis vehementiora esse, quod sicciora, sed quod calidiora, accidere verò calidiorum animalium

calidiores & ficciores esse adipēs. In summa omne adipis genus emolliens, habent ve. o adipēs magnam inuicem differentiā, & amplam latitudinem. Medullæ etiam omnes eam vim habent, præcipuè verò commendatur ceruina & post eā vitulina. Quia (ait) omnia id genus medicamenta calida sunt & mediocriter sicca, mihi vero videtur dictæ duæ medullæ non ob calorem aut siccitatē præferri (alijs alioqui præstator esset hircina & taurina) sed ob substantiæ modum blandiorem ac tenuiorem, quem in dictis medullis contrectando experimur, quique videtur humiditatis cuiusdam potius esse quam cuiusdam siccitatis. Quod olfaciens Galenus quod dixerat temperans, addit, multoque magis excalescere, quam siccare nata. Vnde si quis forte ea quandoque calida dicat & humida, non repugnandum. Nam paululū absunt ab ijs quæ neque humectant, neque desiccant. Ex genere etiam emollientiū esse dicit, sed validiora, ammoniacum, thymiam, styracem, & galbanum, & bdellium scythicum. Hæc quæ sint, dictum est mihi capite octauo. Ammoniacum thymiam vocatū est, quia in Iouis Amonis sacrificijs utebantur eo succo ad suffiendum, velut thure. Bdellium scythicum lib. 6. commédabit Gal. præ Arabico. Hic quoque dicitur esse validius emollientia quam pinguedines & medullas, quod sint calidiora & sicciora, ego verò dicam quia calidiora cum substantiæ modo quodam accommodato & gummoso. Quod vel ijs quæ Galenus apponit est consonum, dicit enim, sed ad emolliendum præstantiora ex ijs sunt, quæ recentia, siquidem inueterata validius quam oportet desiccant. Id ipsum vsu venit in medulla & adipe, quippe quæ & ipsa vetustate seipsas tum acriora, tum sicciora euadunt. Hæc Galenus. Nimirum siccitas emollientiæ omnem prohibet. His exemplis productis è tribus præcipuè emollientium generibus, adipibus medullis, & gummi, adijcit quædam alia. Oleum (dicit) sycyonium ex hoc genere est, neq; in postremis oleum vetus, & ex ijs quæ præparantur sulinum. Dicens quæ præparantur intelligit componuntur. Nam præparatione quadam constat sycyonium, ut apud Dioscoridē libro primo videre licet. Ea verò præparatio lotura est, non compositio, ut sulinū, quod constat multis rebus ut eodem videas libro. Ita autem Galenum intellexisse constat, cum addat, sed de compositis hic dicere statutum non est. Radicem etiam altheæ, & cucumeris agrestis, & nonnullas alias plantas partim in oleo, partim in aqua decoctas, dicit emolliendi habere facultatem, ut & maluæ agrestis folia, tum cruda, tum cocta. Radix cucumeris syluestris videtur mihi plus esse quam emolliens: nisi quis ea mo-

deratissimè vtatur, etiam aperit ora venarū. Althea, quidem emolliens est, neq; aliter potest, quod frequens sit vsus cataplasmatum ex althea ad pus mouendum, non enim talibus vtimur ad quoscunque tumores, sed ad cōtumaces, & scirrhos, in quibus vt antea ostendimus mouendū pus est medicamenti facultate emolliendi participantibus. Addit porcinum adipem vetustate passum esse emollientem, tamen nihil salis adijci illi debet, vt neque alijs quæ emolliunt, quia sal valde siccatur. Porcinum adipem non recentem inter reliquos, quia visus est illi humidior quam vt emollientibus, sed potius mouentibus pus esset annumerandus. Itaque non censet esse emollientem per se, fieri vero vetustate. Nam vt dictum est, abeunt hæc omnia vetustate in aciora & sicciora. Cum vero salem addi prohibet, si velis emolliere, intellige non esse adijciendum adipi vetusto aut alijs emollientibus vetustis, quia vetustate & sale valde fuerint iam sicca, ac proinde (cum siccitas per se prohibeat omnem emolliationem) emolliere non possint. Alioquin ego sæpe ad pituitosos scirrhos adenum vtor recenti pinguedine suis, cum salis etiam vsu octaua aut nona parte, & res optime cedit. Concludit caput repetens, quod & antea dixerat, emollientia seu simplicia seu composita calida esse secundo aut tertio ordine, sicca verò leuiter. Porro dicit hæc quoque emplastrica esse, minus tamen quam quæ pus mouent. Certe hæc emplastrica sunt non nihil, non quidem vt obturent velut pus mouentia, sed quia à blando illo & lento modo substantiæ non potest abesse emplastrica natura. Itaque desideratur in pus mouentibus emplastrica substantia, vt obturent in emollientibus, vt blanda sint, & non nihil lubrica. Sed de emollientibus satis dictum est.

CAP. X.

Sane emollientium facultas medicamentorum abunde iam exposita est, proinde deinceps de induratis verba faciam. Frigida itaque hæc sunt oportet & humida, velut semper inuim. porri, ac psyllium, lenticula palestina, solanum aut hoc certe non est temperamento humido sed medium alioquin humectantis & exiccantis e. pugnantibus facultatibus compositum, exiccante videlicet & humectante nimirum & duplicem in se habeat substantiæ terrenam & aqueam. Sed iam non est mihi propositum ad particularem materiam sermonem deducere, verum generales dūtaxat breuiter facultates definire. Sane si quis simul & refrigeret & exiccet, & ipsam profecto omnino indurabit: sed non est ex ijs quæ prope indurant. Siquidem congelatione potius quæ euacuatione durum efficitur corpus, prout supra posuimus. At si quid quod proinde quia natiuum humorem non retinet, induratum est, id siccum potius quam durum appellabimus, constat quod eius sanatio refrigeratione & humectatione.

mollitione, non emollitione: sicut tensio certe curatur laxatione, & laxatio tensione.

Siquis esset morbus qui in ipsa mollitie per se haberet essentiam, ea medicamenta quibus curaretur, mihi videtur maxime proprie posse vocari induratia: aut saltem, si quæ esset affectio quæ à medicis vocaretur mollities, sicut scirrhus vocatur durities, ea quibus curaretur. At verò nulla talis est, quæ non ex intèperie humida fluat, & medicamentis siccis curetur, quæ ob intemperie quæ curant siccantia potius appellantur, quam ob symptomata indurantia, & merito quidè quæ duritiè nulla causa gignit per se, sed siccàdo, aut refrigerando, aut vtrunque faciendo. Proinde diximus antea proprie ac per se nulla medicamenta esse emollientia, dicit tamè ea quæ scirrhos solvunt. Indurantia quoque per se ac proprie sunt nulla, ita tamen vocantur. Gale, quæ admota corporib. affectus faciunt in partib. quib. admouentur scirrhos, quæ scilicet contraria sunt vocatis emollientib. Quæ merito quidem iuxta suam sententiã dicit, Gal. esse frigida & humida. Si enim emollientia sunt calida & sicca, sint quæ illis contraria, frigida & humida: verù eadè ratione ego quoque qui emollientium naturam in calore & humore esse censui, naturã duritiem inferentium in frigore & siccitate collocabo: at qui quoniã consecutione legitima sunt hæ sententiæ ex illis, & vt quisque de emollientibus senserit ita cogetur, hoc aut illud de duritiè inferentibus pronũtiare, haudquaquam nunc nouis argumentis sit opus, si mea de emollientibus sententia est satis confirmata: sin autè nondum satis, confirmabitur pro ductis præsentis sententiæ propriis argumētis. Nã illud etiã rectè colligitur, si duritiem inferentia frigida & humida non sunt, quæ emolliunt non sunt calida & sicca: atque illud etiã rectè, si duritiem inferentia sunt frigida & sicca, emollientia sunt calida & humida. Videndum ergo nũc seorsum vtrum duritiem inferre magis natũ sit quod humidum, an quod siccũ. Aristo. omnes concretiones redigit in duas differentias petitas à causa: dicēs omnia cōcreta esse à calore, aut à frigore: quã partitione ipse accepit ex Platone & ab eo accepit Galen. de temp. Neutram harum concretione iuuat humiditas: siccitas vero vtramque, & durities fieri non potest vlla in renisi per alterutram concretione: omnem ergo duritiem siccitas auget, & humiditas tollit: nulla igitur ratio est qua humiditas duritiè causa ceteri debeat. Neutram concretione iuuare humiditatem constat, quia vtranque dissoluit, quia qui niuem aut glatiem multũ tempus alerebāt nihil magis curant, quã vt aqua quæ illius dissolutione fit, paulatim semper efflu.

A at, ne congestæ aquæ humiditas, reliquum veloci⁹ faciat dissolui. Nihil præterea magis experimento constat, quã omnia frigore cōcreta liquari ac resolui cũ aër humescit crasse scitque in pluuiam. Iam verò mel igne duratum, aut lutũ, nulla alia est emolliendi ratio quam aqua, aut liquore aliquo dileute. Siccitatem iuuare vtranque concretione, constat etiam, nam serenis hyemis noctib. magis multo videmus glatiem fieri, quam cũ eodem tempore aër est nubilosus, quod sci. **B** licet siccum frigus maiorem habet vim ad cōcretionem: iam verò ficile quod ad igne concrefcit, in aqua feruente concretione accipere non potest, tanquam ad talẽ concretione calore sicco opus sit. Ita que siccitas omnem concretione iuuat, quapropter et si Gal. nolit durantia vocare quæ siccandò duritiem inferunt, sed quæ per concretione, ita quoque durantium naturam in siccitate magis quã in humiditate collocari est consentaneum. Neque verò exẽpla, quæ ipsemet Gal. producit huic sententiæ tantè minus quam illi. Nam ex illis, portulaca solum & lenticula palustris sunt aperte humectantes, psyllinum in medio siccantium & humectantium semperiuũ siccat modice, solanũ secundo ordine adstringit, quod siccitatis est, quanquam nunc nescio qua causa illud in medio siccantium & humectantium statuit. Mihi videtur his omnibus hoc loco indulgere, ob sermonis consecutionem, plus humiditatis, quam vbi seorsum absolutus ab omni physica contemplatione, persequitur eorum naturas.

CAPVT X.

Sed hæc vt se habeant liquido conspiciuntur, cũ in cute, quemadmodum & ab Hipp. dictum est, cutis dura mollificatio, tense laxatio: tum etiã frequenter in articulis. Igitur laxatio provenit humectatis immodice, quæ circa eos sunt ligamentis pariter & tendonib. tensio vero non etiam simpliciter sed aut plusculũ exiccatis, aut refrigeratis, aut phlegmone affectis, aut scirro. Atque ita quidem in articulis. In cute verò non tantũ in a, sed musculis quoque qui ei subiecti sunt, quoquo modo in tumores sublati. Nam & præ carnis sæpe copia quibusdam tenditur. Quod verò & in phlegmonis id ipsum illi accidat supra positum est. Quamobrem non simpliciter vna est species laxantium remediõrum, vt potest cum alia humectando, alia cal. faciendo, alia verò emolliendo quadã euacuãdo nonnulla tumores præter naturã purgando, alia etiã p. cõiugatione horũ quæ apta agentia laxare solent. At Theſalus, serẽq. sequaces eius vniuersi, sicut in aliis multis, ita & in his appellationibus simul cum rebus confundunt, quicquid obuium est, extra vllam examinationem conscribentes. Quamobrem vbi quæ in manibus sunt absoluerimus, necesse forsã nobis fuerit aliquando in eos stylum conuertere.

Quia dictum antea est emolliens & duritiem inferens medicamentum multipliciter dici, ut & ipsum durum & molle, atque hucusque egit de iis quæ peculiariter à medicis ita vocantur, nunc perfectioris doctrinæ gratia, de reliquis etiam dicit, quæ utcumque sunt emollientia, aut illis contraria. In his autem sunt quæ laxitatem faciunt, aut tentionem. Nam dictum est tribus modis fieri ut aliquid tangenti renitatur, quod sit cum crassa compacta substantia siccum (& hoc quidem est cui physici tribuunt nomen duri) & quod frigore concretum, & quod distentum repletionem. Pariunt vero in nostris partibus, præcipue verò in cute & articulis hæc omnia tentionem. Nam tenditur cutis cum arefcit velut in tabescentibus præcipue in frõte animadvertitur: tenditur etiã cum frigore concrefcit, sed & ob crassitiem subiectõrum musculõrum tenditur: siue is tumor musculõrum naturalis sit, ut in carnosis, siue præter naturã ut inflatis particulis: laxatur ob contrarias causas. Articulorum tentione fit ligamentis ficcatis, aut concretis frigore, aut fluxione tumefactis, ut forte inflammatis: eorundem laxatio fit articulis valde humectatis ac velut mucosos habentibus, aut laxatis ossibus. Quanquam Galenus huius causæ hic non meminit, nolens arbitror, hanc vocari laxitatem articuli, sed de articulationem. Dicatur utcumque modo res non ignoretur. Quoniã igitur tentionis & laxationis cutis & articulorum diuersæ sunt causæ, constat & medicament. quibus curentur diuersas esse naturas: laxandamque cutem tum euacuatione, tum balneo, tum caloricis: & articulos eodem modo tentionemque & firmitudinẽ articulorum procurandam ficcantibus vehementer, aut repositione ossium: & cutis procurandam tentionem siccatione, quæ etiam nonnunquam refectione & nutritione perficitur: quia ut docet Hippo. 6. ep. secti 3. extenuatio laxat cutem, nimirum funtrugæ gracilibus: petunt tamen à nobis nonnunquam mulieres, quibus cutem seruent sine rugis. Itaque tendentium & laxantium multiplex est natura. Quod Theffalus & eius sequaces, non distinguere, sed res cum nominibus dicit confundere, & quiduis obuium pronũciare: id dicit, quia redigebant omnes morbos ad adstrictos & laxos & omnes curationes ad laxationem & adstrictionem. Quapropter necesse erat adstrictionem vocari duritiem & tentionem & concretionem, quin & alia quæ plurima quæ longius absunt ab adstrictionis natura: nam omnem euacuationis naturalis suppressionem ponebant in morbis adstrictis, quãquam ea multas alias habere potest causas, quã adstrictionem, eodem modo necesse erat indistincte vocari laxationem, emolliationem, & vacuationem, &

A calefactionem, & quiduis aliud, quod vtrumque possit curare quamcumque talium affectionum. Non certe ut Hippo. qui emolliationem à laxatione & duritiem à tentione distinxit optime, dicens, cutis dura mollificatio, tenet laxatio. Emolliationis seorsum meminit, Aphorif. dicens calidum cutem mollire. Laxationis. 6. epi. sectione tertia in ea sententia quæ ita incipit, omnis extenuatio laxat cutem. Itaque Hippo. non confundit hæc ut Theffalus, sed aduersus Theffalum in libris de methodo medendi scripsit Galen. multa.

CAPUT XII.

In presentiarum autem quod dicta continuo sequitur persequamur, rursus sumpto principio ab his medicamentis, quæ vocantur emplastrica gasp. iam ante & de his diximus. Breuiter ergo emplastricum medicamentum est, quod tenaciter corporis poris siue meatibus illitum inhaeret. Porro abunde dictum est nobis de pororum quos nos statumus natura in libris de temperamentis demonstratum autem est, & in libro hunc precedente, mordacitate vacare omnino debere medicamentum emplastricum. Nam si qua illi inerit mordacitas, haerere in poris non poterit, sed omnino facile excernetur, aut partium aliquam liquando, aut certe humorem aliquem ex alto attrahendo. Sed & illud satis constat, terrena consistentia & viscosum omnino esse oportere emplastricum. Sed de istis supra abunde dictum est. Quod verò illi contrarium est, dici queat poros repurgans, & infractum liberans sicut & ipsum emplastricum modo emplastricum dicitur, sed & quodammodo quasi dicas infarciens. Fuerit autem id sicut effectu contrarium, ita, & corporis natura, neque viscosum, neque mordacitatis expertis, sed nitrosum & subtile. Nam in ratione maioris ac minoris differunt, substatia genere minime diuersa, tunc emplastrica ab iis quæ sordes nutriunt, tunc repurgantia ab extergentibus. Nam quæ in superficie sordem auferunt, siue in cute siue in vlcibus, ea extergentia siue rhyptica nominantur. Quæ verò poros etiam expurgant, ea subtiliorum his partium sunt, & emplastrica contraria proinde pororum ephraetica, & eccathartica quasi expurgantia & infractum liberantia, quæ appellantur. Sunt autem hæc cum nitrosa, tum amata. Atque cuti extrema imposita solam nitrosam qualitatem possideant exactam est opus, ad ea peragenda quæ dicta sunt. At intro in corpus assumpta, etiam si adiuncta sit quedam adstrictio, possunt tamen sic quoque magnos purgare abstergereque meatus, eius modi sunt in vasis. Nam foris meatuum exigentia ad adstrictionem occlusa: quam probe queat expurgari, non etiam inde in altum abstergentem substantiam recipit nec expurgatur. At quæ intra ventrem sunt partes omnes, quæque in icterico liene, aliisque omnibus visceribus, cum maxime in se meatus habeant, maxime accipiunt commotionem ex vasorum corroboracione, quam propter asculorum exigentiam, cadantur. Proin intus abstergentia repar-

repurgare potest, foris non potest, quippe quod compositum est, ut supra dixi, ex amara acerbis facultate. Quamobrem eius generis medicamenta particulatim ut persequar non est necesse. Quaecumque enim repereris nitrosa & amara, ea ad purgandos meatus omnes valere noueris. At cutis vniuersa ac vlce, si sordes non hanc tantum, sed & viribus, minora auferre possunt, qualia sunt dulcia quae tenuium sunt partium, puta mel, & ex cerealibus seminibus quedam, ut eruuium, faba, hordeum, lupini: quanquam in ipsis fabacea hordeaceae farina tantum extergit non etiam meatus suctu liberat: eruuium autem & lupinorum si potissimum amara fuerint, supra quam quae extergunt, nonnihil quoque meatus purgare valent. Simile quiddam amygdalis accidit: nam & horum ipsorum ea quae amara sunt & detergent, & meatus expurgant: quae vero edo sunt, detergunt quidem, non tamen infarctum liberant. Quia & vitis semen non secus atque eruuium, amygdalaeque amara, meatus purgat. Ex eodem genere scilicet sunt scilla & iris & quaecumque alia vincentem in se qualitatem amarant possident, ut dictum est. Siquidem nitruum ipsum per se, & aphronitum (& spuma nitri) & seriphon, & abrotanum & id genus reliqua cum cibo potuque assumpta eandem vim obtinent. Protinus enim his inest, ut crassos lentosque humores extenuandi, vim obtineant, sicut emplastris omnibus, crassos lentosque corporis succos reddendi. Quamobrem lentis ac pituitosis thoracis pulmonumque humoribus, aut puri, & incidendis & extenuandis & educendis apriora inuenire alia praestis medicamenta nequeas. Hisdem ipsis & iocivis nouis obstructiones expurges, & modicis etiam lenis namque maiores sunt vehementiora desiderant, nempe caparis corticem, radices tamaricis scolopendrii, & scilla, & eam herbam quae id ipsum nominem representat, asplenon appellata. Sed tamen istis viris vtendum in quocumque viscerum est: ad iocur ipsis per se se duntaxat, ad lienem vero, mistis aceto, aut ei incoctis: ad thoracem pulmonemque, melicrato, prisana, oxymeliti aut duccium vinorum cuiuspiam. Sed haec ad curandi pertinent methodum, proinde in praesentationibus ea confirmare omitto. Nam & in illo opere, & in alio quod de componendis medicamentis inscribitur, eas explicabo.

Dictum mihi est in quarto libro ubi de emplastris agit Galen. emplastricum esse, partim pertinere ad substantiae modum partim ad facultatem, id quod ex hoc loco euadit longe apertius: ubi agit de emplastrico, & ei contrarium, quod emplastricum sit suopariis, hoc est, infarciens eius vero contrarium suopariis, id est expurgans, & inopariis id est deobstruens: ponit vero emplastricum & infarciens velut differentia solum ratione maioris & minoris, quod plus obturet, quod infarciens redditur quae quod solum emplastricum: ita etiam extergens & expurgans siue deobstruens, quasi contrarium sit emplastrico extergens: & infar-

cienti expurgans siue deobstruens. Definit ergo primum quod emplastricum ab eo quod facit, quod obturat scilicet poros, dicens, emplastricum medicamentum est, quod tenaciter corporis poris, siue meatibus, illatum inhaeret. Quae sit autem talium natura dictum est, loco dicto, quod & nunc breui repetitur, est scilicet quod terrenae consistentiae & viscosum, sine omni mordenti qualitate. Nam neque quae tenuia sunt & friabilia, neque quae mordent bene cuti adhaerent, sed excidunt, aut excernuntur. Emplastrica igitur huiusmodi sunt, haec ipsa cum sint valde talia, sunt etiam infarciencia, & sordes in cute nutriencia. His contraria, puta extergentia sordes, obstruentia, ut effectu contraria, ita & corporis natura neque viscosa, neque mordacitatis expertia, sed nitrosam quiddam & tenue habentia, differunt vero ut dictum est, extergentia ab expurgantibus, atque deobstruentibus ratione maioris & minoris. Nam quae in superficie sordes auferunt, siue in cute siue in vlcerebus, ea vocantur extergentia, quae vero poros etiam expurgant non solum cutem, ea sunt subtiliorum etiam partium quam solum extergentia, & emplastricis maxime contraria, quum scilicet emplastrica infarciencia & habent aliquid nitrosam aut amarum. Sunt autem haec quae expurgant in qua poros, & deobstruunt, duplicia, velut & ipsi pori duplices sunt; quidam exigui qui ad cutem extimam finiuntur: alii maioris qui sunt intra corpus, ipsae scilicet venae & arteriae. Quaedam etiam deobstruunt cuti ad mora exterius, alia non nisi intro assumpta: ut cuti extimae imposita deobstruere possint, dicit opus esse ut solam habeant nitrosam qualitatem: quia ob angustiam pororum cutis nihil extergentis facultatis intro transmittit, si quid sit admistum adstrictionis: in internis autem meatibus, ut pote magnis exigua adstrictio iuuabit corroboracione, magis quam obstructione laeder. Videtur hic Gale. repugnare sibi quandoquidem in arte medicinali & medendi methodo, atque ubique alibi non tantum accipiendis, sed etiam ad mouendis ob hepar aut ventriculum praecipit aliquid admiscere adstringentis, atque vituperat Thessalicos quod ad plegmonas, & ad durities earum partium vterentur solis laxantibus. Nunc vero videtur praecipere ad soluendas internorum pororum oppillationes, interius accipere extergentia cum quadam adstrictione, exterius vero solis deobstruentibus vti, citra omnem adstrictionem. Hic Galenus de nulla parte agit seorsum sed in communi de externis & internis poris; locis illis interpretatur indicationem quae peculiariter accipitur a certis partibus, puta ab hepate & ventriculo.

Non

Non mirum igitur peculiarem indicationē diuersam esse à communi: quo igitur modo fiet satis his indicationibus? Certe ad hepatis & vetriculi obstructiones, admiscebitur exterius ad mouendis nonnihil adstringens ob necessitatem partis, etiā si alioqui ob pororum cutis exiguitatem admisceretur nihil. Admiscebitur ergo exiguum, quod prohibere non possit quo minus aliquid penetret: possit tamen prohibere ne virtus partis exoluatur, vt si meris laxantibus uteremur, idq; quod admiscebitur tenuium partium sit, quoad tale esse potest quod adstringit, vt rosaceum, aut absynthites, aut melinum, haudquaquam crassarum, vt myrtinum: interius verò licebit accipere satis adstringentia cum extersione: vt sane non solū absynthites, aut absynthij parum cum aliis quæ extergunt, sed ipsum absynthiū, quippe quod compositum est ex amara & acerbata qualitate, ac proinde utile est ad tergendū, & deobstruendos poros interiores. Intellige vero hoc de nostro absynthio. Nā ad hæc ponticum inutile est, quia neque aliis vtile quā biliosis vetriculis, quia exiguam penitus habet extersionem. Quæcunque enim repereris (inquit) nitrosa & amara, ea ad expurgandos meatus omnes valere noveris: extergere autem cutis & vlcera fordes non hæc (inquit) solum, sed multo etiā viribus minora: nam extergēt etiam dulcia quæ tenuium sunt partium, vt mel, & quædam ex seminibus cerealibus, vt eruium, fabæ, hordeum, lupini. Quæquā hæc quatuor æqualia non sunt, sed fabacea & hordeacea farina tantum sunt, extergentes: eruium autem & lupinorum præcipue si sint amara (nimirum sunt quidam lupini quam alij amariore, cū per sese, tum quod neque macerati neq; loti sint) non tantū extergent, sed etiā meatus expurgāt nonnihil. Amygdalis etiā dicit accidere quiddam simile, quod scilicet dulcia extergent tantum amara etiam meatus purgant. Certe est frequēs vsus amygdalorū mulieribus ad extergendam & nitidam reddendam cutem, & hæc ipsæ norūt amarorū maiorem esse vim. Atqui quoniam hæc aperiūt satis valenter, & purgant meatus, paratur oleum scorpionum: quo utimur ad vrinæ meatus aperiendos, ex oleo amygdalorū amarorum. Vrticæ etiā semen meatus purgat, atque profecto hanc ab causam asthmaticis confert ore acceptum, & iis quibus hæsit aliquid in vetriculo crassum eiusdem generis dicit esse scillā, irim & nitrum & aphronitrum & seriphon quod est absynthiū marinum, & arbrotonum, & alia eius generis, amara scilicet aut nitrosa, quapropter dicit, ad incidendum extenuandum & educēdos succos lentos ac pituitosos, aut pus in thorace nulla istis esse aptiora eisdem dicit cura

A ri obstructiones iecoris, & modicas lienis: duriores enim lienis obstructiones desiderare vehementiora, nempe caparis corticem radices tamarycis, scolopendrium, scillam & asplenium. Videri possit hoc à ratione esse alienum. Nam vt idem Galen. 2. de arte curatiua ad Glauconem auctor est, longe difficilius curatur hepar quam lien, adeo vt post paucos dies scirrhus hepatis fiat incurabilis, indiget ergo maioribus auxiliis vt curetur. Certe lien nō curatur facilius quod minoribus auxiliis cedat, sed quod maiora potest citra noxam sustinere. Hepar curatur difficilius, nō q, vt curetur minoribus, indigeat sed q, non possit magna sustinere. Porro videatur alicui, hæc non esse prius dictis vehementiora. Nam præterquam quod scilla in vtrisque nominatur: cur dicat quis tamaricis radicem esse vehementiorem iride, aut scolopendrium abrotono: aut corticem caparis nitro, aut aphronitro? Aut vtrunq; velis hæc cum illis conferre? Præterea videtur nugari dicens, scolopendrium, scillam, & asplenium: cum scolopendriū & asplenium eadem herba esse putetur. Certe ego non censeo hæc quæ ad lienes curandos recenser, simpliciter esse vehementiora illis quæ ad hepar: sed vehementiora ad soluendum scirrhum lienis, ob peculiare quandam proprietatē quæ illis cum liene intercedit, neq; ob hæc dici lienem sustinere vehementiora quam hepar, sed ob modum quo ad mouentur, videlicet incocta in aceto, aut horum decocta cū multo aceto acerrimo. Cum verò lectosum nominet scolopendrium, & asplenium, censeo alterutro nomine intelligere herbā hæmionitem, vt etiam Mathioli interpretatur. Nam vt licet videre apud eundē Gal. lib. 11. hæmionitis à quibusdam vocabatur scolopendrium, ab aliis asplenium. Sed & asplenū, vt videre licet apud Dioscoridē, vocabatur ab aliquibus hæmionium: vique adeo erāt herbis illis communia nomina, illa tamen diuersæ sunt tametsi facultatibus similes: nam & hæmionitis absorbit lienem: Verum quia dicta medicamenta siue ad thoracem siue ad hepar siue ad lienē accipiuntur, eadem facult. sunt extergente & incidente, fit vt quā plurima, imo vero ea omnia omnibus illis partibus affectis profint, varie tamē parata: ad iecur enim utimur ipsis per se distaxat: ad lienem mistis aceto, aut ei incoctis ad thoracem & pulmonē, melicrato, ptyllanæ, oximeliti, aut dulcium vinorum cupiā. Sed hæc mittit, quia ad methodum medendi pertinent, & explicanda sunt in eo opere, & in alio quod illi valde coninētū est, quod inscribitur de componendis medicamentis. Reperies autem hæc 11. methodi & septimo de compositione secundum locos, & li. ad Glauconem & sæpe alibi.

C A P. XIII.

Porro quæ necesse est vt dictis adijciam, ea duntaxat expromam, nempe cum plurimam mouere vrinam annitimur, non admodum dictis vtendum pharmacis, sed quæ acriora sunt & magis excalescunt. Dictum siquidem supra est acre omne esse calidum: eius generis sunt semen apij, petroselinij, feniculi, dauci agroselinij smyrnij, & sane ipsū quoq; seseli, & ammi, & phu, & meo, & asarō, & acoro, à quibus anguis non extenuatur duntaxat sed & funditur, ac secernitur, non secus atq; lac, qd coagulatur seroso videlicet & tenui, seorsū segregato crasso vero in sese coeūte & exacte vnito. Siquidē quo facillime ad se attrahat renes qd in sanguine aqueum tenueq; ac serosum est, vtrūq; hac conferūt nempe totius sanguinis primum fuso, deinde segregatio, quorum neutrum absq; valido calore peragiqueat. Quamobrem puris ex thorace exputationi ea omnia aduersa sunt, quippe cum natura eorum sit, vt modo dictum est, tū excalescētia exicatoriaque, tum etiam secretoria & coactoria. Cogitur quidem in sese quod crassum est excernitur vero ac secernitur in ipso coactu quod in sanguine serosum ac tenue deseruit. Atq; hoc ad sese trahere renes ante vertunt, quod vero coactum est atq; exiccātū, haud etiam facile expuitur. Proinde, vt modo posui incidendi vim habeat eiusmodi medicamentum oportet, sed non tamen insigniter calidam, vt licet valide desiccet, ac eiusdem profecto commoditatis gratia cum sorbitiunculis potionibusq; humectantibus exhiberi postulat, Atque renes expurgat ipsa quidem incidentia sunt, verū larga humiditate nō indigent. Porro quæ callosas, siue tophaceas consistencias, incidere sunt idonea, & ipsa vtrique admodum incidunt, sed minimum caloris possidēt. Quippe caliditas callum porumue ipsa contrahit ac procreat, non incidit, neque diuidit. Atque minus sunt calida cum hoc quod incidere valeāt, meliora quoque sunt, velut radices regionum nominatorum asparagorum, & rubi, & bethonica, & polium, tū ochra & vitrum vstum, & ex scilla confectum acetō & quæ sunt eius generis. At Thebalus insulsissimus atq; imperitissimus, sicut pleraque alia artis contumeliosus ac probris immerito afficit: ita & hac quoq; discerpere contendit, nullum esse medicamentum censens, quod proprie sit aut hepaticum aut nephriticum, aut pleriticum. Sed & illius peccata alius libris detexi.

DE diureticis medicamentis aucturus iterum postea est, inter agentia lac & semen, & mouentia mentes. Nunc autem anticipat hanc tractationem obcommunione horum cum purgantibus poros, de quibus actum est. Videlicet sunt vtrique calida & aperientia, differre tamen dicit Galenus quod illa sint vt dictum est amara & nitrosa, hec verò acriora, & proinde calidiora, & sicciora. Nimirum docet Gale. vretica medicamenta proprie vocata esse, quæ cum calore

A & partium tenuitate, tantam habent siccandi vim, vt non tantum scindant sanguinem, sed postea cogāt & siccant, & ab eo serū secernant, faciantque effluere: ita enim secretū & à renib; trahetur melius, & trahi ceptū melius sequetur, vtpote effluens. Hinc colligit fieri vt diuretica inutilia sint puris, & crasse pituitæ, ex thorace excreationi, quæ eorū vsu cogit magis, & crassescit sputū. Hinc etiam fit vt ad lapides, aut tophos, frangendos, aut incidendos sint inutilia, quia reddent eadem ratione compactiores, quare frangētia lapides, aut tophos dissoluentia, incidētia esse debent, sed minus calida. Profert Gal. exempla vtrorumque, & diureticorum inquam, & ad tophos, seu lapides vtilium. Licet autem tibi singulorum naturas discernere in libris sequentibus, habebunt enim propria capita ea omnia. Nunc autem de dictis differamus. Videtur falsum esse quod dicitur, multis argumentis, primum quidē quia melones, & pepones, & cucumeres, & eorum semina, vrinam mouent, quorum natura longe est à calida, & sicca, frigida cū sit & humida: deinde quod quamplurima sunt pariter excreationem iuuantia, & vretica, vt adianthum, & glicirryza, & mulla: dicebat verò Gale. suam sententiam asserens, vretica esse inutilia ad excreationem: præterea, quia ad frangendū lapidem vehementiorib; medicamentis videtur esse opus, quā ad mouendum vrinam, videtur autem contrariū fieri ex Gal. sententia. Sed præter hæc omnia, videtur, si talis esset eorum natura, eorum vsus futurus periculosus, quod sanguinē redderet crassiorem, & melancholicum; porro videtur fieri vt quæ cum calore minuunt lac & semē, essent vretica, ea enim sunt calida, & valenter siccantia, quod tamē non videtur dicere Gale. primam quidem scire oportet Gale: non asserere omnia quæ mouent vrinam esse calida, tenuium partium & vehementer siccantia, sed omnia quæ sunt talia, mouere vrinam. Dici vero ea peculiariter vretica quod solas moueant vrinam, neque enim ea mēstruas euacuationes mouent, neque lac augent, neque euacuationē vllam aliam, quin potius eas omnes cohibēt sicciorē reddentia sanguinem, Itaq; sunt iuxta Galeni sententiam duplicia diuretica, quædam quæ id tantum sunt, quæ proinde peculiariter ita vult appellari: alia quæ mouent etiam vrinam, sed & alias conferunt euacuationes, præcipue mēstruas. Itaque dices melonem & peponem & cucumerē mouere vrinam, peculiariter verò non dices esse vretica. Vreticorum naturam dicit Gal. esse in calore, & tenuitate, vehementi siccitate: moueri verò vrinam aliter euenit, neq; vt arbitror vno solummodo, sed quædam mouent fundendo sanguinem, & aperiendo, quæ

do, quæ eadem mouent menstruas euacuationes, vt cicer: quædam etiam humectando penetrando & extergendo, vt melones, & pepones. Hi enim humiditate sua faciunt sanguinem dilutiorem & apponunt humiditatem tenuem & extergentem: hæc verò non mouent urinas solum, nam & aluum non raro solunt. Dices, nõ dicere hæc Gale. Ita est, sed neque negat, cur non liceat nobis addere? Quæ pariter iuuant excretionem & mictum vt adianthum, & glicirhiza, & mulsa, non sunt proprie vretica, etii urinam mouent. Porro minus calida esse quæ comminuant lapidem quam vretica facile concesserim, penetratia tamen magis vt ita lapidem exterant, vt acetum, & oximel. Neque negauerim vsum vreticorum proprie vocatorum periculosum esse melancholicis, & iis qui à sanguinis crassitie periclitentur, vtendo verò talibus audacter esse hydropicis, & quibus sanguis totus sit serosus. Melancholicis verò si quando videatur mouenda vtina, faciendum id potius esse humidis & extergentibus: vt melonibus, & peponibus. Esse etiam vretica proprie quæ calore & siccitate absumunt lac & serum, verum esse cenfeo, & consentaneum. Nam vt semen & lac siccant, ita & sanguinem: serum verò non valebunt siccare, sed separare solũ à crassiori sanguine. Quapropter hæc asthmaticis & purulentis ad excreandum erunt inuilia nisi cum aliquo cremore largiter e. potio accipiantur. Nam ob diuersum accipiendi modum, & diuersam præparationem, non mirũ idem vtile esse ad mouendũ urinã & ad excreandum. Velut si puluillus vreticus accipiat, excreatione prohibebit, si tamen aliquid vretici in ptisanæ cremore incoquatur, & is cremor poterit largiter, excreatio fiet. Nimirum excreationem iuuat potus diluens, ob id Hipocrates cum os madescit iubet augere sorbitiones, & Gal. 7. de comp. medicament. secundum locos capi. 6. iubet eos quibus bronchia pulmonis crassis & lentis succis sunt plena, vti multo potu. Quare nisi Ga. iis qui gradini similia excreabant, tribuebat mithridatum & athanasiam, & theriacam, ex largo potu cremoris ptisanæ: vel simili alio, merito reprehensus est ab Alexandro Traliano cap. 4. sui. 5. lib. nam vt ipsemet Galenus verbis vltimis capit. 22. huius libri dicturus est, reddendis ex pectore pulmoneque excreationibus incommoda sunt, quæ desiccant. Atque ob hæc probaretur mihi Traliani opinio, nisi in refrigerantia diuiteret, quæ alia ratione sunt noxia, scilicet quia concretionem omnem auget frigus, & incisionem prohibet. Proinde ego neque hunc neq; illum sequor, sed succos crassos calore exiccatos, tepidis & humidis curo dissoluere,

A CAPVT XIII.
In presenti autẽ libro reliquas medicam. facultates edisseram: exordio ab aperientibus ac rarefacientibus (illo anastomatica: hæc aræotica nominant) desumpto. Videntur enim & hæc quod sane modo iam dictis esse vicina: nempe quæ extergere, incidere, obstructions tollere, diuidere, diximus: quamquam non vndiquaq; esse similia. Sane & horum ante omnia distinguenda notio est, ac sic inquirenda substantia. Quæ cutis meatus referant, rarefacientia dicimus, quæ vero vasorũ oscula, aperientia. Quin & illis contrariam, quod poros contrahit, condensans appellat aut: quod autẽ osculum occludit, haud etiam proprio designat nomine sed generalioribus, puta contrahens, occludens, constringens, obstruens, nominant. Porro viriusque natura sic habet, rarefacientium quidem tum modice calida est, tum nimium desiccans, tum tenuium partium, aperientium verò tum crassarum partium, tum acris ac mordax. Hu porro contrariorum, condensantium quidem frigida sane, sed non terrena neq; æreæ, sed potius aquea. Eorum autem quæ apertiones siue anastomoses occludunt, crassarum partium, & frigida. Exempla horum sunt, rarefacientium quide natura chamemelum, & althea, & quod ex ipsis preparatur oleum, nec minus quod ex aggressibus conficitur cucumeribus. Quin & verus & cicinum, & raphanini oleum, ex eadem sunt nota. Aperientis vero facultatis quæ acria sunt, simulq; terrena omnia, cyclaminus, allia, cape, setaurinum, vnguentorumq; adeo omnium quæ simul crassarum sunt partium, & calida, subsidere: cuiusmodi est minum, & amaricinum, quæ vtriq; & occacatas aperiant hamorrhoidas. Porro quæ vteros à phlegmone, aut schirro, aut ariditate occlusum aperiri dicuntur, ex accidenti, non autem primario, & per se eiusmodi habere facultatem censentur, velut nec ea quæ labiorum à phlegmone occlusorum, aut genarum aut narium, aut gutturis, aut praputij, aut sedis, aut alterius eiusmodi osculo instrumerti, phlegmonem sanant, atq; occlusionem corrigunt. Ea namq; phlegmone soluere dici possunt, haudquaq; aperientia siue anastomatica. Peccat sane in istis Dioscorides, nonnunq; aperientis facultatis medicamentum q; laxat, aut emollit: aut humectat: aut phlegmonem soluit. Atq; rarefacientium & aperientium eiusmodi sunt esetia. At eorũ quæ ipsis contraria sunt, condensantium quidem aqua est frigida, sempitui, portulaca, tribuli viridis, psyllij herbe, quam muris aurem vocitant, lenticula palustris, & vt semel dictũ, quæcumq; refrigerant, sed nõ adstringunt. Proinde & mandragora, cicuta, altercum pauer, ipsas nunc dico herbas, si quis modice vretur condensandi vim obtinet: si liber alius, nõ modo condensandi, sed & obstupesciendi, sed & extcandi. At eorũ quæ aperientib. aduersantur substantia, cum sit crassarum partium, à frigida, adstringentium est omnium, quæ quidem admistam non habent acrimoniam. Quorum sane materia ab unã multa posuimus in quarto huius, exepia: in quo & esetia eiusmodi

eiusmodi medicaminum terrenam frigidamq; expulsumus. Nivā erga videri nō debet si sola cōtrahe. re et claudere; possit aperta prater naturā vasorum oscula. soli enim huic, quacūq; requirunt ea quae contrahi debent omnia adsunt. nimirum quae consistētia et asitidine foris incumbat, nec paruos me. atus penetrare possit, tum frigiditate sua intro pre. mat, atq; vndiquaq; in sese contactu vicinag; cor. pora cogat, ac contrahit. Nam proinde quod desic. cat (eiusmodi enim esse ostensum est quicquid ad. stringit) humore depasitur & parre roborat. Ita. que si haec oīa conueniant, osculum cladetur, ceu à digitis quibusdam foris, ipsis nimirum adstringen. tis substantiis partibus contractum. Ea vero medi. camenta quae frigida quidem sunt, aut aequē, aut amplius sed substantiam sortita sunt aequē ea in. quā debilitat & contrahunt, & constringunt, ni. mirū propter mollitiē, quippe quicquid valenter tū constipare, tū constringere debet, robur quoddā re. nitens, & durum habeat oportet: quo cum careant medicamēta naturae magis aquae, tenues quidem poros in vnoquoq; corpore contrahunt, atque con. densant, ceterum instrumētū vndiquaq; totū con. stringere nequeunt. Quamobrem merito talia con. densantia quidem sunt (Graece τρυχωτά) non ta. mē obstruentia, (Graece στενωτά dicta) intelligas nūc velim obstruentia siue stegnotica me dicere cor. pora, q̄ sensibiles excretiones cohibēt. Corpus enim stegnoticū quod στεγνόν siue claudit, ac cōtinet in se, nec quicquam quod sensu queat percipi, ex sese emitit, Graecē στεγνόν nūcupatur. Atque haec eius. modi sunt cum temperatura, tum facultatis. At ra. refacientia prorsum quidem calefaciunt: nec enim aliter diffundere & laxare possent substantiam: ad quod consequitur, vt & pori dilatentur.

Cutis habet duplices poros, quidam sunt ipsa oscula venarū & arteriarum quae in eam finiuntur, quidā alij sunt foramina per quae vapores & fulligines alsidue expirant: porro quibusdam in locis manifeste sunt venae, & manifestos habent ibidē, conspicuo. que fines, qui laxari & aperiri crebro solent, vt ad podicē vocatē hæmorrhoides, & ad v. terū per quas effunduntur mēstruæ euacua. tiones, & in pulmone, quarum anastomosis hæmoptoycā facit passionē, eos quib. cutis pori sunt ampli, & magna euaporatio, vocāt medici raris cute, eos quib. adstricti & ob. id euaporatio exigua, dēfos: proinde medi. camenta quae solū poros cutis possunt ape. rīre, ac dilatare, vocāt rarefacientia: ea verō quae aperiunt ora venarū, & manifestos ha. bent fines, & proinde magna eo loci oscula, per quae vbi aperiuntur manifeste effundunt sanguinē, vocant aperientia, & quae cōtraria illis, densantia, quae his, claudentia. Itaq; ra. refacientia sunt quibus succurrimus cum quis videtur angustia pororū, seu cutis den. sitate laborare: densantia, vbi quis videtur plus satis per cutē dissipari: aperientia qui-

A bus vitur ad cæuas vocatas hæmorrhoi. das: claudentia quib. ad hæmorrhoidas plu. rimum fluentes, & nonnunquam ad nimiū fluxum mensium, & ad hepaticam dysente. riam, & cum aliis permistis ad hæmoptoycā passionem. Horum naturas exponit Galen. præsenti capite, dicens, rarefacientiū naturā esse modice calidam, & quā minimum sicca & tenuium partium. Aperientium vero a. crem, mordacem, & crassarum partium, cō. densantium, frigidā, & aqueā: claudentium frigidā, & crassarū partium, vt terreā. Profert deinde horum exēpla, dicens rarefacientia esse, chamæmelum, & altheā, & oleum ex i. p̄lis paratum, chamæmelinum inquā, & o. leum ex althea, & oleum ex cucumere sylue striquin & oleū vetus, & cicinum, & rapha. ninū. Ego sane oleo veteri aut elychnorum: aut chamæmelino, sepe vtor ad cutē laxā. dam, cicinum & raphaninum nō hoc solum videntur facere, sed resolueret etiam medio. criter, quare in rarefacientium genere sunt vehementia inclinantia iam in genus resolu. uentiū: velut quod ex althea in genus emol. lientiū, & quod ex cucumere syluestri in ge. nus aperientiū: Sed vt diximus iam non se. mel, proxima sunt hæc genera, & singulorū est ampla latitudo, ac proinde possunt eadē medicamenta pertinere ad plura genera.

Sunt itaq; plus aut minus hęc omnia rarefa. cientia: aperientium exempla sunt cyclamē seu panis porcinus (hæc herba adeo hac fa. cultate præstat, vt illita abdomini fluere mē. strua, atque si mulier vtero gerat, abortū fa. ciat, aluum soluat) & allia, & cepe, & fel tau. rinum, & vnguenta omnia quae sunt calida, & crassarū partiū, vt iuinū, & amaracinū. Nā hæc omnia illita aperiūt occęcitas hæmor. rhoidas: aperiunt inquā per se, multa enim sunt quae aperiunt venas, affectū aliquem a. lium qui prohibebat submouendo, velut si os vteri phlegmone, aut scirrho, aut sicca la. borat intemperie, quae ea submouent faciēt venas aperiri, & fluere menses: verum ea nō dicentur aperiētia, sed resoluentia, aut emol. lientia, aut humectantia: quia non aperiunt per sed, se ex accidenti aliquo. Quia in re di. cit peccare aliquando Dios. quod non distin. gat id quod per se ab eo quod per accidens, & aperientia vocet aliquando, quae laxant, aut emolliunt, aut humectant: nimirū Dios. facultates non admodum tradidit distinte. Apponit deinde Gale. exempla densantium & claudentium, & causas reddit quibus o. mnium horum medicam. naturae sint qua. les dictæ sunt, hoc est cur natura aquea & frigida denset, frigida & terrea claudat, mo. dice calida & sicca & tenuium partium, ra. refaciat: & calida crassarum partiū, aperiat. Condensantium dicit esse aquam frigidam semperuiuum, portulacā, tribulū viridem

p^hylū, auriculam muris, lenticulā palustrem
 & vt (inquit) semel dicatur, quæ refrigerant
 sine adstrictione: proinde & mandragorā &
 cicutā, & hyoscyamum, quem & altercū vo-
 cant & papauer densare dicit, si quis vtatur
 illis modice, nā si liberalius vtatur quis illis,
 non tantū densabunt, sed etiā stupefacient,
 atq; si plurimum, etiā necabunt: nimirū sunt
 venena frigida. Claudentiū exempla nulla
 profert quod quam plurima producta antea
 sint lib. 4. vbi de adstringentib. ageretur. Nā
 claudentia sunt quæ crassa & frigida, talia
 verò sunt omnia quæ adstringentia sunt sine
 calore: quo in genere sunt quæ ob multam
 terrā sunt acerbā, vt gallæ immaturæ, om-
 phaciū, rhus, & hypochistis, & alia huiusmo-
 di. Talia dicit merito sane esse claudentia, quæ
 crassitie cōtrahūt & premūt, neq; intro pe-
 netrant, sed velut digitis quibusdā corrugat,
 neq; habent vllum calorē qui dissoluat, aut
 contrahi prohibeat, sed frigus quod natura
 est contrahens & cōdensans: hinc fit vt quæ
 frigida sunt & aquea, sine adstrictione refri-
 gerēt, & vt frigore quidē densent poros, ora
 vero venarū, ob substantiæ modū blandum
 fluxilem, ac minimum prementē, non clau-
 dāt. Nā (inquit) quod cōstringere debet, ro-
 bur quoddā habeat oportet, renitens & du-
 rū, hoc est substantiam quandam firmā, &
 solidam, qualis est terrena, at quæ calefaciūt
 cum tenuitate partiū, velut moderate dige-
 rentia, laxant & aperiunt poros cutis, & di-
 cuntur rarefacientia: si verò simul cum calore
 acri habent crassitiē partiū (vt cæpa quæ om-
 nium euidentissime videtur mihi habere
 partes crassas & lentas, & acres ac tenues)
 quia sunt acri calore, diuidunt, crassitie vero
 hærent firmiter partib. non solum poros la-
 xant, sed & venas aperiunt. Hæ sunt horum
 medicam. naturæ. Vnde constat si quis vult
 laxare alicui cutis poros, haud esse vtendum
 valde calidis, velut iride, aut cæpa, aut vllō
 rubrificante, talia enim fluxione conuocata
 densabunt magis, sed contentum esse debe-
 re chamæmelino aut oleo elychniorū, aut a-
 nethino: rursum cum vult densare, vt si plu-
 rimū exolui corpus videatur, agendum esse
 densantib. vt frigidæ infusione, aut succo sē-
 peruiui, haud quaquam acerbis, & adstrin-
 gentibus, nisi tamen ad eutem tanta osculo-
 rum laxitas facta sit, vt venarū apertio potius
 vocetur quam pororum raritas. Scio enim
 ego cuidam ex cute aliquando iuxta coxam
 cum eius partis dolor antecessisset, magnam
 copiam sanguinis, quasi ex rupta aliqua ve-
 na, manasse: cui, si id processisset in nimium,
 adstringentibus, non solis densantibus esset
 succurrendum: quin etiam & sudores ali-
 quando possunt tanto impetu ferri, & tam
 citum auxilium postulare, vt cogamur vti
 pro densantibus, etiam claudentibus:

CAP. XV.

Debent autem non admodum esse calida tem-
 perie: siquidem ea iam acris sunt & inhorre-
 re faciunt neque item exiccatoria: nam & hæc in-
 filia corpora colliquant, doloremq; in ipsis exci-
 tant. Itaq; quæ citra molestiam excalescunt, ea
 sola omnium sunt rarefacientia. Si vero non modo
 calida fuerint, sed etiam consistentia crassa, siqui-
 dē vehementia sint, & caustica, hoc est vtentia: &
 ignis instar corpus colliquant, & sape escharas, hoc
 est crustas, ritu cauterij efficiunt. Porro si debilius
 quam vt vrere possint calefaciant, anastomaticam
 siue aperiendi vim obrinēt. Itaq; medicamen om-
 ne anastomaticum, essentia quidē terrea simulque
 ignea est, hætenustamē excalescens, vt non vrat.
 Si porro causticum sit non tamē vehemēter p̄terea
 essentia tenuioris, id plane ab omni abert morda-
 citate: aut cū exiguo tū dolore, tum morisu carno-
 sas partes eliquabit. Nam quod non confertim alte-
 rat, vti quæ vehementer sunt calida, quodq; non a-
 gre penetrat, sicut quæ crassa sunt essentia, latentē
 ea actionē obtinent. Siquidem alterationes subite
 confertaq; mutationes maxime sensibiles sunt, tū
 penetrations quæ violente sunt. Quippe & in crassa
 essentia causticū est, id cuiuscumq; inserit parti, sti-
 pitis ritu infixum excruciat. Verum hoc quidem
 escharoticum, est perinde vt caustica. Caterum de
 quibus nunc agitur, crustā nō faciunt, & vocantur
 septica, hoc est putrefacientia, haud quidem appel-
 latione propria (nam quæ vere sunt septica, hame-
 liant quidem & calefaciunt) verūtamen sympto-
 matis similitudo, vt sic appellemus, efficit: vt pote cū
 ab vtriusq; nullo doloris sensu fiat corruptio. Multis
 enim modis corripit quid potest. Siquidem que ni-
 mio plus refrigerata sunt aut excalescēta, tū exiccata
 aut humectata, ea vti corumpuntur, caterū
 non quidquid corumpitur, sicut & hoc est putre-
 scere dicimus, sed quibus id cum fetore accidit. Sed
 de nominibus non admodum esse sollicitum oportet
 verum nouisse expedit ea medicamenta, quæ septica
 & septica, nuncupantur, vt sunt auripigmentum
 (ἀρπυγιον Græci vocant) sandaraca, chrysocolle,
 dryopteris, ptyocampe, aconitū, omnia tū eliqua-
 re tū colliquare, ac potissimum carnem tenellā, idq;
 absque dolore. Sed sunt inter ea quadam quæ pro-
 prie vocant cathetica, hoc est detractoria, eiq;
 vtuntur ad inducendā vlcerebus ex crescentibus cic-
 atricem. Sūt tamen & ipsa eiusdem genere facultatis,
 septices scilicet: verum tantulo imbecillioris,
 quod extimam modo superficiem quam contingerint,
 detrahant, non tamen in altum subire valeant
 velut Asiae petras flos.

Transgressionem faciens à rarefacientibus
 & aperiētibus, explicat naturam
 causticorum & colliquantium, proximam
 enim habent hæc naturam. Dicit igitur rare-
 facientia (de quibus scilicet proximo capite
 dictum est) debere esse non admodum cali-
 da temperie. Quia ea quæ valde sunt calida,

acria

557
 acria iam sunt, & inhorre faciant: mordēt enim & mordicatio imprimis velut vlcerosam laesitudinem infert, deinde rigorem per hunc vero refrigeratur & densior redditur cutis neque item (inquit) sint exsiccatoria: nam & hæc sensibilia corpora colliquant, doloremque in ipsis excitant. Constat verò hic Gale dicentem exsiccatoria, intelligere non quæ tantum siccant, sed quæ calefaciunt & siccant, simul vehementer. Nam sola siccitate neque colliquescentia fit, neque dolor. Nam liquatio caloris præcipue est opus: siccitas autem non potest repente fieri nisi à calore, vt alibi monstrauius, quare neque dolorem inferre. Quæ vero pariter calefaciunt & siccant, ea colliquant & inferunt ob id dolorem: dolor vero prohibet rarefactionem, quia versus dolentem partem naturaliter cōstringuntur omnes quæ circum circa sunt; atque ita euenit densari. Itaque (colligit) ea solum quæ citra molestiam excalefaciunt, sunt rarefacientia, his dictis de rarefacientibus, procedit ad caustica & colliquentia, dicens si vero calida admodum sunt simulque, consistentia crassa sint sane caustica, & ignis instar colliquantia corpus, & crustas faciētia, si vero sint crassa nihilominus, calida verò minus, quæ vt possint vrere, sunt, vt dictum est capite proximo, aperiētia: si vero sit causticū non tamen vehementer, calidius scilicet quam anastomocicū, siue aperiens, minus calidum quam causticum siue vrens, & tenuium partium, id erit citra morsum & dolorem, aut cū exiguo morsu & dolore; carnosas partes liquans, vt auripigmentum & sandaraca. Reddit causam qua hæc citra dolore non operantur: quia scilicet neque vehementer alterandi vim habent vt caustica, neque violentā & difficilem penetrationē. Nimirū horum vtriusvis posset esse doloris causa. Alteratio vehemens & repente ingruens, perse: difficilis vero penetratio, quia quod in essentia crassa causticū est, id cuiuscunque inhæserit parti stipitis ritu infixū excruciat: igitur quod minus est vrens, & præterea tenuium partium, non inferet magnum dolorem, sed citra eum molliusculas carnes liquabit. Verum hoc (inquit) quod scilicet vrere & est crassarum partium perinde vt caustica, hoc est (vt nuper dixerat) ritu cauterij escharā faciunt: cæterum de quibus nūc agitur, colliquantia scilicet, crustam non faciunt, & ob id non vocantur caustica: vocantur vero septica hoc est putrefacientia, non quidē propria appellatione, nā colliquantia non est vere putrefactio, & quæ vere putrefacientia vocantur, sunt quæ calefaciendo & humectando corrumpunt, sed symptomatis (inquit) similitudo efficit vt ita appellemus, quia scilicet, ab vtriusque à colliquantibus scilicet & vere putrefacientibus, nullo doloris sensu fit cor-

A ruptio. Non tamen ob hæc, eadem passio erit Nam multis modis corrumpi quid potest. Nā & quæ nimis refrigerata sunt, aut ex calefacta, & exiccata, aut humectata, corrumpuntur. Verum non quidquid corrumpitur putrescere dicimus, sed quibus id accidit cū fetore. Verā rationem & formā putrescētiæ Arist. docuit. 4. lib. mete. & ego in eius libri commentarijs explicui: nunc Gal. noluit aliter definire quā per proprium eius accidēs quod est fetor, vt Gale. ipse testatur. Est vero proprium, & inieparabile putrescētiæ signum, fetor, non quicumque (multa enim naturaliter spirant odorem grauem & quædam alia vsta olent grauiter) sed quædam graueolentia putrida. Sed de nominibus (inquit) nō adeo oportet esse sollicitum, sed nosse expedit ea medicamina quæ septica nuncupantur, vt arsenicū, sandaraca, chrysocolla, driopteris, pityocape, & aconitum: omnia, colliquare, potissimum carnem tenellam, idque abique dolore (hæc sunt medicamenta quibus mendici sibi ipsis solēt exulcerare crura aut partes alias) sed sunt alia huius eiusdem generis debiliora tamen, quibus vrūtur medici solum ad inducendam cicatricem in vlceribus, quibus caro supercrescit. Nimirum ea exulcerare nō possunt vt illa, carnē vero mollem & cute non obductā possunt reprimere: vt flos Asiæ petræ, & alumen vstum, vocanturque hæc non septica vt illa, sed catheterica, seu detractoria. Caustica igitur, & septica, & catheterica medicamenta, qualia sunt dictum iam est.

CAPVT XVI.

Quæquam nec talia, ipsius reuera facultatis cicatricem inducentis, quam vocant ἐκκαοτρωχο, sunt. Siquid quæ huius sunt facult. nō detrahē, neque liquare carnē sunt nata, verum indurare & desiccare, cuiusmodi sūt alumē, galla omphacitis vocata, es combustū, maxime lotum: nam quod lotum non est, quiddam obinet cathetericum, velut & aris squama. Nam quod lotum est omnium medicaminum cicatricem inducentium longe præstantissimum est, quippe quod probe cicatricem inducit modice adstringat oportet, atque desiccet. Quapropter spina Ægyptiæ fructus, & mali granat putamina sicca, & eius generis vniuersa cicatrici inducēde sunt medicamina. Cæterū cōfusa est apud plerosque medicorū non solū appellatio verūetiam omnium id genus medicaminum facultatis cognitio. Siquidē quæ carnem detrahē ac colliquare sunt nata, ea nonnunquā nominant epulotica hoc est cicatricem inducentia, scilicet quod horū saepe vsu vlcera ad cicatricem perueniant sed id neque primario neque peculiari ipsorum facultate: neque in omni vsu sequitur. Siquidē ad exactam pulueris leuiorem redacta id genus medicamenta per specilius spidem carnem leuiter contingētia ad cicatricem vlcera perducunt. At si paulo largius vrere, mordicāt, col-

liquantq; carnem & vlcus cauū efficiunt, contra q; in ys quæ re vera sunt epulotica. Siquidē nisi satis magnā eorum quantitatem imponas, nihil proficiet. Id enim est in planis vlcibus ad cicatricē ducēdis consiliū, vt caro alteretur, fiatq; curis: id q; perficitur per ea quæ illā contrahere constringere cōstipare densare, præterea siccare & callē mltar indurare va eāt, quippe cū cutis velut in callū durata caro sit. Quæ igitur medicamenta sic agere possunt primario propriq; dicuntur epulotica, siue ad cicatricē perducētia cætera vero nepe cathartica, hoc est detractoria, secundario & per accidens: sicut & ea q; absq; astrictione desiccādi vim habent, mordacitatis expretē. Nā & hæc quoq; ex accidenti cicatricē inducūt, cuiusmodi vtq; medicamētū est myrrha & lilybargyrus, & ostrea, & diphryges cū busa, quādoquidē & ipsa sæpenumero cicatricē inducūt illita. Cæterum scire oportet, vbi tū in hīs libris, tū alijs omnib; hanc vocē sæpenumero adijcio, id me velle significare, quod aliquando promissa frustrētur. Propterea, q; nec primario, nec sua facultate efficiant. Porro epulotica medicamenta vlcus omne planum claudere cicatrice valēt, sicut mediocrit & citraq; morsū adstringētia cavitates implere. Cæterū de hoc genus medicamentis fufius dicetur in cōmentarijs de ratione curandi cū quo multis locis magna est huius libri affinitas, ceu etiā ab initio p̄fatus sū. Proinde suspēso de istis sermone ad alterū genus facultatum, nempe attrahentium & repellantium, siue repellentium, transeundum cēseo.

DE epuloticis medicamentis, seu cicatricem inducentibus, agit hoc capite indicans non ea omnia quibus aliquando cicatrix inducitur epulotica esse, sed ea quæ per se id sūt nata facere, & in id habēt naturā accommodatissimā. Nam cum non omnīū medicamentis genera admodum dissideant, sed quædam eorum valde coninncta sint, fit vt quibusdam occasionibus alia pro alijs vsurpemus, adijcientes quantitati aut detrahentes aut vtēdi modū mutantes, aut plus aut minus persistentes. Velut sæpe pus mouentibus resoluiamus, & emollientibus pus mouemus, & sarcoticis cicatricem inducimus, & extergentibus carnem generamus, & vt nunc dicit, cathartecis aliquando cicatricē inducimus, vt in vlcibus quibus caro supercreuerit, apponimus alumen, aut Asiæ petræ florem bona quantitate, vsque dum caro sit exquata: postea aliquando medicamentum non permutamus, sed eiusdē polinis inspergimus exiguum, vt cum tā exigua quantitate siccet minus, & ita pro carnis consumptione faciat cicatricem. Sed hæc ex accidenti fiunt, ac proinde non dicuntur simpliciter, sed cum adiectione, velut non dicimus rosatum mel carnem generat, aut Asiæ petræ, fillos cicatricem inducit, sed aliquando carnem generat, aliquando cicatricem inducit, ea loquutione indicantes id non per

se, sed ex accidenti fieri, quod vero per se facit aliquid, simpliciter, & sine vllō adiecto id dicimus facere. Definuit igitur Galenus id quod est simpliciter epuloticum, atque per se cicatricem inducit, dicens, quæ huius sunt facultatis (epulotice scilicet) non detrahere, neq; liquare carnem sunt nata, verum indurare & desiccare, cuiusmodi sunt alumen, galla omphacitis vocata, es combustum, maxime lotum. Nā quod lotum (inquit) non est, quiddam obtinet cathartecū, velut æris squama, Quod vero lotum est omnium medicaminum cicatricē inducētū longe præstantissimum est: quippe quod probe cicatricē inducit, modice adstringat oportet atque desiccet. Hæc Gal. quæ videri possint repugnare iis quæ tertio methodi capitibus quarto & quinto docet. Ibi enim dicit medicamenta agglutinatoria modice siccare & adstringere citra extersionem, & eiusmodi esse quæ austerā & adstringentia vocātur: epulotica vero esse multo vehementius siccantia & adstringentia, atq; gallā immaturam, & malicorium, & Ægyptiæ spinæ fructum hoc loco, vbi scilicet agatur de epuloticis, esse modice siccantia, minus scilicet q; oporteat. Quo pacto ergo non repugnat sibi, qui ibi reiciat ab epuleticorū numero gallam & malicorium, quod non nisi modice siccet, hic epuleticorum exempla esse facit, quod modice siccet, & adstringant? Præterea videtur hoc loco quo de medicamentis facultate agere institutum est, male omisisse naturam sarcoticorum & agglutinantium, Forte sarcoticorum nō meminit, quod carnem per se nulla medicamenta generēt, sed sarcotica sint nihil aliud qua extergentia & siccantia, vt & agglutinantia sunt nihil aliud q; adstringentia & siccantia cum emplastrica præcipue substantia: sed eadem ratione possent silentio præteriri schartica, si nihil aliud sunt quam vehementius adstringentia & siccantia: quapropter satis sit horum omnium naturas commemorari & differentiam aperte dici, & ex lib. 3. methodi huc transferri. Sarcotica sunt medicamenta sicca non multum, sed vt quis dixerit primo ordine, idque cum extersione & citra adstrictionem. Agglutinantia sicca eodem ordine cum quadā adstrictione & sine extersione: cicatricē inducentia multo magis siccantia & adstringentia citra extersionem etiā: post hæc possis etiā cōmemorare catharteca seu detrahentia carnem, quæ sunt multo adhuc magis siccantia & extergentia sine adstrictione. Itaque videntur intentione sarcoticorū fieri catharteca, & intentione agglutinantium fieri schartica. Quod Gale. modice siccantia & adstringentia esse dicit, intellige siccare modice, si cum cathartecis de quibus agebatur paulo antea, conferatur. Cum

Cum vero s. meth. cap. 5. dicit, galla imma-
tura hoc loco, & malicorium, & Ægyptiæ spi-
næ fructus, modice siccatia pharmaca sunt,
non intellige dictum, quod non sint epulo-
tica, sed quod in eo genere sint remissa. Neq;
absurdū est eadem inter vtriusque generis,
agglutinantium dico & epuloticorum exē-
plare cenleri, esseque simul vtriusque illud
intente, hoc remisse, siquidem agglutinatio-
ria & epulotica, sola intensione diuersa esse
diximus. Sed videamus qua ratione probet
Galen. epulotica esse debere siccantia cum
adstrictione, est verò eadem quam & lib. 3.
methodi reddit. Id enim (inquit) est in pla-
nis vlceribus ad cicatricem ducēdis cōsiliū,
vt caro alteretur, fiatque cutis, id quod per-
ficitur per ea quæ illā contrahere, constri-
gere, constipare, densare, ac præterea siccare,
& calli instar indurare valeant: quippe cum
cutis velut in callū durata caro sit. His ver-
bis Gale. haud dubie significat cicatricē nō
aliter fieri quam alterata carne, siccata scili-
cet, adstricta, & duriore facta. Quod quidem
si ita habet eius certe generatio opus sit so-
lius medicamenti, vt & generatio crustæ: nō
etiā naturæ. Non enim ipsa caro seipsam sic-
cabit, aut constringet, siquidē ea palsio præ-
ter naturam illi est, sed ab externa causa sic-
cabitur ac constringetur violenter. Mihi au-
tem nō videtur hoc ita habere, sed cicatricē
esse aliquid quod ipsa partiū natura produ-
cat pro cute, vt callus vocatus producitur p
osse: atqui vt callus seu porus à subiecto osse
generatur, ita cicatricem necesse est gene-
rari à decissa cute, ipsa quidem cute cutem
volente generare, nō potēte cutem verā, sed
pro ea cicatricem: ita autē hoc habere argu-
mento est, quod si in vlcere lato & pleno iā
carne, cicatrix quæ vera & solida futura est,
seper producitur à peripheriæ partib. quā
si cute ipsa procedente: si quādo vero in me-
dio, siue centro caro incipit siccescere & du-
rescere, id postea excidit veluti præter natu-
rā alterata caro, estque non cicatrix, sed e-
phelcis, seu crusta. Itaque cicatrix particula
quædam est, quæ viuit, & alimento fruitur,
quā proinde ipsius naturæ necesse est opus
esse, non medicamenti: q, si esset nihil aliud
quā caro ipsa, caro tantā violentiam perpeffa
qui posset ibi persistere, neq; à subiectis par-
tibus expungeretur, cum ne ossis quidem
manere pars possit, quæ ad eius extrema-
tem alterata manifeste sit? Sed quod altera-
tum est, ab eo quod bene habet, naturaliter
decidatur? non ita cicatrix fit ex carne, sed
ex alimēto cutis, ab ipsa cutis natura gene-
ratur, vt callus ex ossium alimento: quapro-
pter ego nō dixerim scharotica esse sicca &
adstringētia, vt subiectā carnē reddāt durio-
rem, sed quia habent ad cutem vt sarcotica
ad carnē, ac proinde sicciora debent esse sar-

A coticis, quāto cutis carne, vt illius naturam
seruet, & redundantē vlceribus humiditatē
absumat: adstringētia verò esse debēt hec, ea-
dem causa, qua debēt sarcotica adstrictione
carere, nimirum quia adstrictio carnis incre-
mentum cohibet, q, igitur admonetur, vt
crescat caro, lōge abesse debet ab adstrictio-
ne: quod vero vt crescat cicatrix, prohibere
carnis augmentū, ea enim si crescat, vt pote
qne multo facilius exhiberet, prohiberet ci-
catrix productionē. Sed videtur fieri ex di-
ctis vt medicamenta, quæ poros siue callos
generāt & augent, sint sicciora quā cicatricē
inducētia, simulque adstringētia, quanto
ossa quā cutis sicciora sint, id verò nō ita ha-
bet, quin potius vt Gal. dicit cap. 5. li. 6. met.
calli proventus modica calidæ aquæ infu-
sione procurandus, & medicamentis em-
plastricis & modice calefacientibus, ne dig-
gerant aut siccent vehementer, sed potius
C citra magnam siccatem, ne callus fiat fragi-
lis sed cum lentore concreseat. Certe procu-
randi calli ossis alia ratio est atq; cicatrix &
carnis etiā si generatio sit asimilis. Nā os a-
deo iā siccum & durū est, vt ob id parum in
eo alimentū abundet & concoctiones agā-
tur tenuiter: quapropter nihil procurandū
magis quā vt medico calore alimentū con-
nocetur, & concoctio promoueat, cogā-
tur verò & densetur emplastrico substantiæ
D modo potius q̄ siccatem consumatur, aut ve-
hemēti adstrictione exprimat. Prohibere
autē ibi caro calli generationē non potest, cū
carni ossa sustent: id solum est aliquando
periculi, ne os nondum satis firmiter vnitum
neque à frustulis expurgatum carne obdu-
catur, cui malo cathereucis succurrendū est,
non adstringentib. Explicata igitur hoc ca-
pite est natura, sarcoticorum agglutinantū,
epuloticorū & augentiū porū siue callum:
E æquum enim sit, me curare, ne quid in hoc
delideretur opere quod ad medicament. fa-
cultates spectat, etsi quædam illorum, aut
breuis præterierit, aut omnino dimiserit
Gale. vt aliis demonstrata locis.

CAPVT XVI.

Igitur attrahentes sunt, quæ ex alto vehemētius
extrahunt: repercutientes verò quæ in altū oc-
currentes sibi succos repellūt. At essentia quidē illis
calida est, & tenuium partium: his verò frigida, &
crassarum. Attrahit enim perpetuo calidū, repellit
vero frigidum: verum quod cum caliditate coniun-
ctam habet partium tenuitatem, trahit vehemen-
tius: q, vero cū frigiditate partium crassitudine, id
violētius propellit. Itaq; ex actionis vehemētia no-
men vtriq; impositum est. Atq; adstringētium qui-
dem nota est materia: attrahentium autē alia spō-
te nata est, alia verò ex putrescente arescentique
generationem sortita. Sponte nata, vt dicta-
mni essentia, vt propoleos, & thapsia, & saga-
peni, & succorum, cyrenaiici & medici, etsi qua

his similis exiterit. Ex putrefactione qualis est fermenti, & psorici & vocant. Quod si simi quog, ex putrefactione generatio constat, vtrig, omnes attrahendi facultate pollebunt. Sed non parua illis inest diuersitas. Nam collumbinus admodum attrahit: ex aquo autē vtrig, ab hoc recesserunt, ad calidius quē anserinus, ad frigidius verò gallinaceus, hoc etiam magis vincuntur humanus, & suillus. At can: stercus simile est medicamentis extergentibus maxime si veseantur & sibus. Crocodilorum autem stercus terrestris magis etiam id perficit atq, absoluit. Sed & aliud est attrahentium genus medicam. quod qualitatis familiaritate attrahit id quod aliud est nihil quā totius essentia similitudine, ceu qua nutrimur, familiaria nutrimenta attrahunt. Talium medicam. sunt purgantia omnia, & nonnulla alexiteriorum siue amuletorum. Ceterū calida vt sint id genus omnia necesse est. Nam inter ea qua essentius similia sunt, quod calidius est id potentius attrahit, vt pote quod similitudini auxiliarium adiuerit calore. Siquidem cum ipsum duabus causis attrahat. superabit id quia duxat trahit. Porro nihil refert quod sit in aquo, aut in oleo, aut in vino, aut in lacte, aut in melle, aut in cinere, aut in terra, aut in ligno, aut in metallo, aut in mineralibus. Latine attrahentem siue attractoriam facultatem.

OMnia trahentia sunt calida, quia trahendi dux tantum cause sunt calor, & substantiæ familiaritas, seu similitudo, hæc autem non potest sine calore operari: quare nihil sine calore fit tractorium. Non esse autem alias tractionis causas inde constat, quod quæcumq; aliæ causæ motum aliquē cient, aliter id faciunt quam trahendo. Velut si quod in parte aliqua molestia infert aut redundat in aliam fertur, nō trahitur sed mittitur. si quid ob vacationem aliunde factam, eo versus successione eius quod euacuatur mouetur, neque mittitur neque trahitur, sed succedit: si quid ob dolorem accipit in dolentē partem, neque id quidem trahitur sed impellitur: solum id trahitur, quod calor allicit, aut similitudo cum calore. Nam vt alibi monstrauimus calor per se est tractorius, estque ea passio caloris, velut fundere, & extenuare, & alia quædam facere: est quidem id caloris per se secundo, quia non aliter calor trahit quā calefaciendo, neq; vlla alia intercedit tractionis causa quæ calefactio. Quod verò sine calore similitudo non possit esse trahendi causa, fit quia cū similitudo, eadē sit in vtrisque eorum quæ similia sunt, ob eā non potius trahere quidpiam, quā traheretur. Trahit verò simile quod calidius, trahitur quod simile minus calidū. Calor enim est causa trahendi omnino similitudo autem trahendi hoc calor cū tenuitate substantiæ trahit melius quā cum crassitie, quia & calefacit alius Trahentia igitur simpliciter sunt quæ calida & tenuium partium: in trahentibus verò res quædam certas, ob coniunctā cum calore simili-

Atudinem, sunt medicamenta expurgantia, & quædam alexipharmaca: agendum vero de vtrisque seorsum est paulo post & actū est iā antea lib. 3. tractorius contraria sunt repellentia, consonū autem est dictis, ea esse frigida crassarū partium. Nā frigus per se repellit, siquidem calor per se trahit: in crassitie autē substantiæ multo magis quia minus vincitur, & quia ipsa crassities contractionē parit, cōstrictio verò facit expressionem & repulsionem. Non videtur autem esse materia vlla repulsoria certæ cuiuspiā rei ob substantiæ contrarietatem nisi forte cordialia vocata medicamenta existimet quis hoc modo fugare venenosos succos, & repellere à corde. Communis enim sententia est, ea cordi esse grata & illud firmare, id verò factum robustius oēs à se iniurias repellere: possis tamen non improbabiler opinari vtrūq; ea facere & firmare cor, & repellere venena. Nam cū venena cordi sint inimica, cōsentaneū est inimica etiam esse illis, quæ sint huic familiaria.

CAPVT XVIII.

Verum quandoquidem de istis abunde dictum est, transeamus ad facultates quas vocant alexiterias: & alexipharmacas. Est autē harū natura duplex. Siquidem quadam alterant, quadam verò euacuant, ex corpore patiente, seu venenū corruptens seu deleteriū medicamen. Alterant igitur aut vna qualitate, aut duarū coniugatione, aut deniq; tota substantia. Euacuant totius substantiæ similitudine, & caliditate subtiliū partium. Quatuor itaq; sunt vniuersa differentia, ppsicentis ab illis vtilitatis, duæ alterantes, & duæ vacuantes. Atq; ea sane qua qualitatis contrarietate auxilio est, manifesta est. Nā si frigidum sit medicamen deleteriū, aut venenū animantis, ab excalescentibus petendum est emediū: si calidum, à refrigerantibus. Si verò humidū, ab exiccantibus: si siccum, ab humectantibus. Sic etiam si humidum sit & frigidum, ab exiccantibus & excalescentibus. si calidū & siccū, ab humectantibus & refrigerantibus. & in reliquis duabus coniugationibus, ex proportione. Sed nec obscura est alteratio, qua fit per totius substantiæ facultatem vtrig, nis qui memoria tenet quæ demonstrata sunt in cōmentariis de naturalibus facult. & in illis qua inscribuntur de temperamentis. Siquidem facultates quæ deleteria medicamina alterant, naturā habent mediā inter corpora perpetientia, & medicamenta ipsa ledentia; inter corpora perpetientia, & medicamenta, vt videlicet eadem si proportio corporis ad facult. alexiteriā, quæ illius ad deleteriā: & rursum deleteriū ad alexiteriū, quæ alexiteriū ad corpus. Eapropter propemodum omnia quæ deleteriis aduerantur, si largius sumpta fuerint, grauius animantis corpus obledunt. Quamobrē ea moderatione quæ sitatis omnes id genus facultates, exhibere oportet, vt neque copia nimia corpus offendant, neq; exiguitate sua à deleteriis vincantur. Sed hoc iā attinet ad cuiusdam methodū. Nunc autem quæ reliqua sunt ppsicentur.

mur. Omne deleterium venenum à foris impositum A
 medicamentis euacuatur, nempe aut caliditate at-
 tractionem mollientibus, aut totius substantiæ simi-
 litudine. Sed & hic quoad fieri poterit maxime me-
 dii natura alexiteriū sit oportet, corporis videlicet
 q̄ curatur & veneni ledentis. Nam si aduersissimū
 foret corpori in ipsum ageret potius, ceu deletere-
 riū, haud euacuaret venenum. Etenim, vt claritatis
 gratia summ̄i repetam, scire oportet, deleterias fa-
 cultates vniuersas temperatura esse aduersissimas
 corporibus quæ ab ipsis leduntur. Itaq; si à similibus
 temperie medicamentis euacuentur, erunt, & hæc
 corporum naturis cōtraria. Sane & sunt quadam-
 tenus contraria, non tamen aded vt interimant, sed
 ambigūt potius, in medio sita eorum quæ ex p̄fesso
 corpus animantis ledunt. & quæ iuuat. Porro nihil
 intrerit deleterias facultates, an phtharticas, an
 phthoropæas, an alio quouis modo appellare voles; si
 militer nec an alexiterias, an alexipharmacas. At
 men si q̄ ea quæ venenatarū bestiarū ictus, aut ve-
 nena sanant, alexiteria nominare velint, quæ verò
 medētur deleterijs, alexipharmaca, ceu quidā cen-
 suere disceptandū cum istis ac pugnandū de nomi-
 bus non est. Nec enim ex istis comparatur curandi
 morbos peritia sed ex rerum ipsarum cognitione.

A Cum est lib. 1. de venenis & eorum ge-
 neribus, dictaq; de eis quæ visa sunt ne-
 cessaria, quorum nunc meminisse oportet,
 quando quidem agitur de alexipharmacis,
 siue alexiterijs, quæ quidem sunt medica-
 menta quibus venenis occurritur, siue acce-
 pta iam sunt, curando, siue nondum sint ac-
 cepta, præseruando. Vtitur vero Gal his no-
 minibus alexiteria & alexipharmaca indi-
 stinctè illis eandem rem intelligens, quæ scilicet
 venenosis qualitatibus occurrunt, siue
 quis morsu animalis cuiuspiam sit læsus, siue
 venenū ore sumpserit, siue vtrumq; aliter in-
 fectus sit: tamen dicit quosdam alios alexi-
 teria vocasse ea quæ bestiarū moribus me-
 derētur, alexipharmaca, quæ venenosis po-
 tionibus. Itaq; nobis quoq; alexipharmaca
 alexiteria, antidota & amuleta, de eisdem di-
 cantur, medicamenta. Occurrendi enim ve-
 nenis in commune eodē rationes sunt. quas
 Gal hoc capite exponit, dicēs talium medi-
 camentorum naturas esse duplices, quasdā
 enim succurrere alterādo, quasdā vacuādo.
 Rursum alterantia esse duplicia, quædā enim
 alterare vna aut duabus qualitatibus prima-
 rum, alia tota substantia: atque euacuantia
 etiā esse duplicia, quædam enim totius
 substantiæ similitudine, quædam caliditate
 cum tenuitate, velut de trahentibus dictum
 est. Vna aut duabus qualitatibus alterare, vt
 si calido veneno occurritur frigido antidoto
 & frigido, calido, & humido, sicco, & sicco
 humido, & calido ac sicco, frigido, ac hu-
 mido: & ita in reliquis alterare tota substan-
 tia dicit quæ proprietatem quandam habēt

substantiæ, quæ vires venenorum possunt re-
 tundere: esse enim multas alterationes, quæ
 tribuantur substantiæ ipsi probat exemplo
 alterationem alimenti quæ in membris om-
 nibus aguntur, nam chyli, gratia exempli, in
 sanguinem mutatio, et si nisi calore agente,
 esse non possit, tamen tali hepatis substantiæ
 rectius tribui quàm calori, indicat similitu-
 do, quam cōparat cum hepate, ita dicit quæ-
 dam antidota tali esse substantia, vt venena
 ipsa alterent, & in sese mutantia reddāt mi-
 tiora, horum naturam dicit esse non quidem
 aduersam, & contrariam venenis, sed potius
 similem & analogā, sitamq; in medio inter
 substantiam nostram & substantiam veneno-
 rum, vt sint medicamenta alexipharmaca, vt
 quis dixerit, semi venena. Habere potest hæc
 Gal. de alexipharmacis sententia argumen-
 ta probabilissima. Primum, quia si haberent
 substantiam contrariam venenis, & longis-
 sime positam à substantia venenorum essent
 ea nobis non minus venena, quam ipsa ve-
 nena: id vero nō ita habet, nam et si polys di-
 cere ea prodesse cum deuorātur ab acceptis
 venenis, q̄ ea & venena mutuo sese retūdāt,
 tū venenis nondum acceptis nō esset tutior
 eorum vsus, q̄ ipsorum venenorum, at vero
 vtimur frequenter theriaca & mitridato, &
 alijs eiusmodi gratia præseruandi, non igitur
 ea contraria omnino venenis sunt, sed quo-
 dammodo similia, vt quadam tenus cōtraria
 pugnare possint, quadā tenus similia, facile
 habeant inter se commutationem. Præterea
 quia in alijs omnib. rebus, quæ secundū sub-
 stantiæ modum sese alterāt perinde euenit.
 Non enim pars illa corporis alterat eam san-
 guinis partem quæ sibi dissimillima est, sed
 similem & congruentem, nimirum magnū
 substantiæ dissidiū incōmutabilitatem facit,
 facilem verò commutationē substantiæ ana-
 logia. Alexiteriū igitur est veneno analogū,
 non tū venenum atque res ipsa huic senten-
 tiæ respondet (vnde tertiū capitur argumen-
 tum) vsus enim alexipharmacorum, si quis
 citra necessitatem accipiat, noxius est, & me-
 dicamentosus, nondum tū vt venenorum.
 Præterea videmus in venenosis animalibus
 esse aliquid alexiterium, nam ob id viperæ ca-
 ro in thitia calia inditur, & carne scorpionū
 succurritur, eorundē moribus, omnes au-
 tem eiusdem animalis partes analogiam
 quandam habent ad sua alimenta, & hæc ad
 excrementa, quare quorū excrementa vene-
 na sunt, vt viperæ, eorum etiam caro sit vene-
 nis analogæ. Quod si præscinditur caput &
 cauda, & exenteratur, & lauatur, id quidē sit
 nō vt à veneno longissimè absit (neq; enim
 potest) sed ne aliquid meri veneni retineat.
 Alexipharmaca itaq; quæ substantia alterāt,
 eiusmodi esse dicit Gal. ac proinde ea quan-
 titatis moderatiōe omnia id genus exhiberi

oportere vt neq; copia nimia corpus offendant, neq; exiguitate sua à deleterijs vincantur. Agit deinde de his quæ euacuando subueniant, & censet esse quæ foris ad mota extrahant, & extrahere tenuitate aut caliditate (huiusmodi sunt omnia vehementer trahentia, & resoluentia, qua intentione ad mouetur capæ & alia partib⁹ veneno infectis) aut totius substantiæ similitudine, sunt aut hæc quoq; vt quæ secundi generis alterantium, habentia substantiâ & naturâ mediâ inter venena & nostram naturâ, immo verò sunt eadem. Nâ morsis à venenato aliquo animali, aut aliter infectis partibus, vtiliter admouetur theriaca, & punctis ab scorpione, scorpio ipse contusus. Itaq; vt prius dicebamus contrarietatem qua alterat nō debere esse tantâ, vt ob hanc ipsam etiâ alexipharmaca venena sint, ita etiam nunc dicimus, neq; similitudinem qua extrahant, debere esse tantam, vt ipsa sint etiâ venena. Nam cum venena sint nostræ substantiæ contraria, quæ illis essent simillima, nō possent nō esse ipsa quoq; corruptiua, ob vtrumq; igitur, vt inquam & interius accepta alterent, & vt exterius admota extrahant, quæ tota substantia id faciunt, debent esse inter nostram & illorum substantiam sita. Hæc Gal. de alexipharmacorū natura, ex quibus constat, contra illius placita facere, neq; sine temeritate quosdam in constitutionibus pestilētibus, cordis regioni argentū sublimatum, aut venenum aliud admouentes, quasi venenum extracturi, alexipharmaco enim id vult Gal. id fieri non ipso veneno. Verum videntur quædam eorum quæ dicta sunt, partim per sese difficilia, & dura, partim etiam ijs quæ de venenis antea dicta fuerat, repugnātia. In primis dictum est lib. 3. vbi de venenis agebatur, venena frigida esse quātitate solum venena, eo quod vinci possint à nostro calore, aut contraria alteratio: calida vero esse venena natura, quia insuperabilia, neq; aliter vitari possunt, vbi semel accepta sint, quā expulsa. Nunc autē quasi vtraq; possint contrariarum qualitātū obiectu vinci, dicit, nam si frigidū sit medicamen deleterium, ab excalescentibus, petēdum remedium: sin calidum à refrigerātibus: porro dictum est etiam illic, venena omnia esse calida aut frigida, nunc verò quasi humida etiâ & sicca sint, dicit, si verò humidum ab exiccantibus, si siccū ab humectantibus: sic etiam si humidum sit & frigidum à siccantibus, & calefacientibus. sin calidū & siccū, ab humectantibus & refrigerantibus. & in reliquis duabus cōiugationibus eodem modo. Hæc videtur dicta esse inepte, nisi sunt venena humida tantum, & sicca tantū rursūq; alia binis qualitātibus prædita. Rursū si alexipharmaca vocat ea quib. euenit homines vtrumq; liberari à veneno, alia etiâ oportuit recēseri, si qui-

dem vomitorijs quibuscunq; aliquādo succurritur, & subducentibus. aluū. sin aut ea solū quæ quadam substantiæ proprietate contraria sunt venenis, non oportuit recēseri quæ secundum primas qualitates alterant, neq; quæ calore solum, & tenuitate partium extrahunt, sed ea solum quæ proprietatē quandam habent partim similem, partim contrariam veneno. Sed & hoc q. de natura alexipharmacorum dictum est, possit videri difficile. Nâ curationes non aliter videntur agi q̄ contrarijs. Quo pacto ergo seruabuntur in curatione eius qui venenum hausit, illa axiomata, cōtraria contrarijs curantur & cōtrarijs equalibus? Cum Gal. dicit venena calida vinci nō posse, non ita venit intelligendum, quasi nullatenus possint alterari, & corrigi, sed quasi non possint à nostris partibus vinci, velut frigida eatenus vt mutata nutriat, neq; certe eatenus vt omnino nihil lædant, neq; excretionem indigeant, sed possint interius vtiliter immanere. Nō enim tantum possunt antidota, quæ pro calidis datur venenis. Possunt nihilominus eorum vires aliquatenus refringere, ne corpori ad eò noceant: sed sustineri possent vsq; dū sensibilibus excernantur, aut insensibilibus consumantur: idq; possunt antidota facere aliqua aliquibus primarū qualitatū, aut substantia tota. Et sunt quidē quæ calore occurrūt vt vinum merum post acceptum opium: & quæ frigore, vt rosaceū post toxicum, & quæ humiditate atq; ad eò frigiditate simul & humiditate, vt lac asinum post cantharidas: & quæ siccitate, atq; ad eò siccitate cum calore, vt piper post cicutam, quanquam non censo vlla esse quæ sola humiditate, citra frigus, aut sola siccitate occurrant. Neque esse venena quæ tantum humida aut sicca sint, sed eo vsque sermonis impetu esse à Galeno progressum. Satis autē est esse venena calida frigida humida & sicca, & totidem primis qualitātibus succurrere posse antidota. Neq; profecto hinc fit vt non omnia venena in duo genera calidorū & frigidorum redigantur. Quia nulla sunt humida quæ non sint simul frigida, neq; sicca quæ non sint calida, vt cantharis, aut frigida vt opium. Neq; enim vt siccū venenū potest esse calidum aut frigidum, ita etiam & quod humidum. Quia et si humiditas cū calore possit esse coniuncta, non tñ cum tanto vt quarti sit ordinis, & venenū calidum. Porro pro dictis obiectionibus scire oportet, præcipuè ac maximè alexipharmaca vocari quæ substantiæ proprietate occurrunt venenis, quorum naturam semi venenosam esse Gal. narrat, post hæc secundo loco sunt etiâ talia quæ alterando occurrūt, ea enim etiâ retundunt vires venenorum, atq; semper fere sunt hæc eadē prima ratione alexipharmaca. Nâ vtimur ad alterādum præcipuè, medicamentis qui

569
 nis quibus vtrumq; inest, facultas inquam vtroq; modo alterandi, & secundum substantiam, & secundum qualitatem. Præter hæc sunt etiam alia quæ liberant aliquando à venenis, quæ scilicet vomitum mouët, aut deiectionem, & omnia quæcunq; quod corroborent, cordialia vocâtur, vt mucus, ambra, vinum, corallum, & margaritæ, & eiusmodi alia, quibus in pestilenti cõstitutione aut veneni metu libenter vtimur, non sunt re vera alexipharmaca, nisi per accidens quia confirmat, idq; firmatû melius obfistit, & minus læditur à venenosis vaporibus. Tot modi cû sint eorum quibus quis possit à venenis liberari, Gal. tamen non est alexipharmacorû nomine dignatus, nisi ea à quibus ipsa venena alterata mitescunt: ea verò sunt duplicia, est omnium maximè id nomen detur illis quæ proprietate substantiæ id faciunt. Quæ tamen est sint venenorum naturæ vt dictû est, proxima, non obstant, quominus communis curandi ratio & methodus seruetur. Nam non semper agitur contrarijs secundû formam, sed secundum potentiâ, & actione. Nimirum contraria sunt, quæ tollunt & repugnant, vt cumq; id faciât, siue inquam per se, siue ex acciden: nam & vomitus tollit vomitum, & clyster dysenteriam, & frigida tetanum suntq; hæc contraria, non forma, sed virtute & actione: ita etiam theriaca, quando quidem demollitur venena, vt cumque id faciat est illis contraria: porrò inest medicamentis vis alexipharmaca secundû magis & minus, atque vtimur nonnunquam maiori, nonnunquam minori, ac quantitati etiam adijcimus aut detrahimus, theriacæ dantes plus aut minus, præceptum occurrendi æqualibus hac ratione seruantes.

CAP. XIX.

Porro quando quidem & de his quod ad presens conueniat satis iam expositum est, transeundû deinceps est ad sermonem de facultatibus anodynis, hoc est dolorem sedantibus, & paregoricis, aut prætuticis, id est lenientibus aut mitigantibus, aut vt cumq; nuncupare libebit. Facultas igitur anodyna, alia re vera est, alia tantum dicitur, tanquã si quisquam hominem mortuû dicat anodynon quia dolore vacet. Ceterum facultas reuera anodyna est eorû que primo ordine excalesciunt, si vtrig; in essentia tenui contineatur. At facultas eorum que dicuntur frigidorum est, que absoluto vtentia frigore partem obstupesciunt. Est autem stupor paulò minus quam insensibilitas, ac sensus priuatio. Porrò que affectû sanando, dolorem sedant, nec ea merito anodyna dici possunt. Nam id commune est omnium que curant. Itaq; quæ re vera sunt anodyna, partium sint tenuium, & non multò calidiora, quam quæ symmetra sunt, necesse est, vt scilicet euacuent, ac digerant, tum rarefaciant, extenuent, concoquant, & æquabile reddant quidquid in partib. dolore vexatis, aut humorum acrium, aut lèrorum, aut crassorum, aut

A multorum, tenuibus spiramentis infarctorum, aut etiam vaporosi, aut crassi, aut admodum frigidi spiritus exitum commodum non inuenientis, inhaerit, atq; inclusum est. Itaq; nihil prorsum adstrictionis habeant oportet, ne si pars quidem, aut etiam affectus exposcitur. Ex quibus liquet, quod interdum affectione non iuuabunt sed dolore tantummodo mitigabunt, quando videlicet re vera dicitur anodyna. Interdû vero etiã affectû ipsam adiuuabunt, & facultatem habebunt duplicem, nempe anodynâ, & sanantem. Sed de talibus copiosius agetur in curâ diuoluminibus. At in presenti hoc dixisse sufficiat, nepe q; horum anodynorû proprie nuncupatorum medicamentorum, quædã vt est ante dictû, primi sunt ordinis excalescentiã, quæ sanè proprie sunt anodyna, ceu oleû anethinû, quædam vero similiter vt corpus nostrû, velut pus mouëtia nuncupata, de quorum materia supra dissertû est. Sed de ipsorû vsu in libris de curandi ratione definitur. Ad ea que vltimè dicitur id est, soporè epota molliuntur, ac pinde vobis dicitur simul & vtriusq; hoc est somnû conciliantia, à plerisq; appellantur, temperie sortiuntur vel summe aduersam ijs que re vera sunt anodyna. Refrigerat siquidè hæc omnia corpus, & sensum eo vsq; obstupesciunt, vt si paulò liberalius cibetur mortè afferant. Ceterû ad vsum propositum optima sunt, q; desiccant. Nã q; cû frigiditate humiditatis copiã obtriment, veluti cicuta, ea potui non sunt utilia: talis est mandragora, excepto cortice radicis sicco, & alterum, præter semen. Sed tamen & in his candidum semen atro præstat.

Dolor vt signum semper est malus, quia vbi dolor ibi morbus, tñ nonnunquã vt causa est pessimus, læditq; per se quàm plurimum, exoluendo vires & commouendo nouas fluxiones, propterea vtimur nonnunquam medicamentis quæ ipsi dolori per se occurrant. Doloris enim quæ est symptoma morbi, & signum, nulla est per se curatio, sed tollitur cum morbo, quæ aut lædit, estq; maioris mali causa, per se tollitur. Medicamenta ergo anodyna sunt quæ dolore tollunt, nō cû morbo, sed sine morbo etiã. Quæ enim non aliter tollunt dolore, q; sublato morbo cuius is est symptoma, ea ob id anodyna non vocabuntur: quanquam accidit simul aliquando eisdem medicamētis esse anodynis, & tollere simul morbum & dolorem. Sunt nihilominus anodyna, quia non ob id solum dolorem sedant, quod morbum tollunt, sed etiam per se, vt nō dicas ea tollere dolore per morbi sublatione, sed potius tollere simul morbum & dolorem, quia euenit morbum tolli qualitatibus medicamentorum anodynorum. Sed hæc explicatis anodynorum qualitatibus euadēt apertiora. Duplicia sunt medicamenta anodyna, quædã que sensum tollunt ac cum eo dolorem: alia quæ illata voluptate. Nam cum dolor sit sensus actus, cõtrarius voluptati, necesse est vtroque modo tollatur.

collatur. Constat verò proprius vocari anodyna, quæ voluptate in inferendo dolorem tollunt. Hoc enim est maximè propriè ac per se dolorem tollere, contrarium inferre: alia enim sensui videntur esse contraria per se, dolori ex accidenti, atque ita est reuera, vocaturque, illa, cum sermo est exactior, anodyna, hæc, narcotica, seu stupefacièria, & soporifera. Anodyna sunt primo ordine calefacientia cum substàtia tenui, vt chamæmelum, & oleum anethinum, quin & in genere, sunt omnia mediocria, & temperata, & blandi tactus: quare sine adstitione saltem manifesta (est enim etiam chamæmelo quædam, quæ non prohibet anodynum esse) sit tenuè & temperatum, vel modicè calidum, quod anodynū. Talium enim occurfus voluptatem quandam infert semper tactui, & quæ utunque sunt exasperata, lenit, flatus tenues dissoluit, vnde dolores omnes mulcet, plerumque quidem etiam si affectum nō minuat, nonnunquam autem euenit, affectum etiam eis qualitatibus minui. Verum vt dixi, non ob id dicuntur anodyna, nam si medicamentum expurgans soluat vehemētissimi colicū dolorem, non dicitur anodynum, sed purgans: neque si vsu repercussiuorum soluat dolor dicētū, nisi repercussiva, quia non soluant dolorem per se, sed nihil agendo. Stupefacièria seu somnifera sunt frigida quarto ordine, quæ eadem sunt venena frigida, de quibus actum iam ante est in lib. Hæc exterius admota stupefaciūt, epota soporem inferunt, atq; aded, si quis eis vtatur liberalius, etiam mortem. Sunt horum quædam frigida & sicca, quædam frigida & humida. Dicit Gal. ad vsū propositum meliora esse quæ desiccant. Ne intellige autem, sicca quam humida, magis aut stupefacere aut sopire. Vtrumq; enim facit vehementius frigus cum humiditate, quam cum siccitate: sed vsū frigidorum atq; humidorum ledere multo magis, atq; esse periculosiorē. Itaq; dicit, siue tollere velis dolorem, siue somnū conciliare, tutius esse id facere frigidis & siccis, quàm frigidis & humidis. Hanc ob causam cicutæ, madragoræ, aut hyosciami potu, raro vtuntur nisi ad venena. Opium autem propinat multi, præcipuè in compositis medicamentis. Hyosciami semen album, atque aded ipsum hyosciamum album flore & semine mitissimum esse. & alijs eius generib; præferri testatur Dioscorides, quod Galen. aded verum esse testatur, vt his quæ nunc dicit posteriore libro octauo adijciat, illud iam esse infra frigidorum venenorum naturam, tertio solum ordine frigidam.

CAP. XX.

A T sunt quæ tota essentia nobis contraria sunt. Præinde si vel minimū eorum assumptū fuerit, omnino lædat necesse est, ceu dryopteris & ptyocæ-

A pe, & thapsia, & solanum manicum, & hydrargiron, & fungorum nonnulli, præterea salina & fel venenatorum animalium. Nam talia omnia genere sunt deleteria, non quantitate. Ac proinde nihil eorum in alexiterias antidotos inditur, veluti papaueris succus, & myrrha, & styrax & crocus. Siquidem hæc si largius bibantur, quædam dementant, quædam mortem inferunt: verum conuenienti quædam mensura alijs admista adiuvant. Porro quæcumq; interea mentē lædunt, continuo etiam pleraq; caput degrauant vaporum prauorum congerie ipsū implentia. Sed & quædam es ventriculi tenent, atq; affligūt, vt & inde caput p. consensum lædatur cōmunitè verò vniuersa duob. modis cerebrū affligūt, læduntq; aut cū tota substàtia sunt cōtraria, aut cū vna duabusve qualitatibus temperaturā immutat.

*V*ideri possit Galen. incōdito ordine egisse prius de alexipharmacis, ac nunc agere de venenis. Verum non ita habet, quia Galen. egerat iam libro tertio, satis de venenis: nunc quia ob naturam anodynorum incidit sermo de venenis frigidis, paulum progressus repetit quædam de venenis, quæ genere sunt talia dicens si vel minimum eorū acceptum sit, omnino lædat necesse esse. neque enim vincipossit, vt venena frigida, & sane libro tertio diserte satis docuit. Producit autem nunc venenorum talium hæc exempla. Ceu, inquit, dryopteris, & ptyocæpe, & thapsia, & solanum manicum, & hydrargiron, & fungorum nonnulli & salina & fel venenatorū animalium: libro tertio coacti sumus locum hunc per anticipationem explicare, ibi diximus fungos, etsi præ dominio sint frigidi & humidī, vt Galen. lib. dicit, tñ recēseri hoc loco inter venena genere. Idem prorsum censendum est & de solano manico, quin etiā & de hyosciamo, alioqui enim hæc refrigerando interimere solum, non etiam cum anxietatibus, aut de mētia. Quia participatione partium quarundam corrosiuarum lethales fiunt. Illud nunc oportet explicari quod Gal. hætenus nō attigerat, ponij in venenis, non solum quæ interimant, sed etiam quæ dementiam aut insaniam inferant, atq; certe venefici vtrisque vtuntur, ac consultò parant potiones quædam mortiferas, alias quibus faciant homines insanire, quas vocauit antea Gal. facultates ecstasicas. Huius generis sunt myrrha, styrax, crocus, & coriandrum, hæc enim, si quis vtatur largius, dementant. Atq; ob hoc ponitur à Dioscoride coriandrum inter venena, non quod mortiferum sit. Sunt etiam quædam quæ vtroq; modo venena sunt, velut alterum. Hoc enim primum quidem ad insaniam adigit, deinde verò & interimunt, si quis eo largius vtatur, eodem modo & solanum manicum & hyosciamus. Quædam igitur sunt quæ interimunt citra dementiam, quædam quæ dementant.

mentant solum, quædam quæ vtrumque faciunt: & est eorum omnium vsus in veneficijs, vocanturq; communi appellatione venena. Interimentium dicta iam pluries est natura: dementantia dicit nunc esse quæ caput ipsum lædunt primario, aut quæ os ventriculi affligunt primo, & caput per consensum: quæ caput lædunt, aut tota substantiâ esse contraria, aut vna aut duabus qualitibus temperiem immutare. Certè omnia esse simul fumosa & caput repletia fumo calido, & antipathiam aliquam habente cum mentis sede, vt mirrhâ, & crocum & coriandrum: aut etiam maligno, vt altercum & solanum. Hæc itaque sunt facultates vocatæ ecclasticæ, seu dementantes.

C A P. XXI.

Cæterum quoniam de his sufficienter dictum iam est, quod quidem ad presentia faciat, tēpestiuum nunc est, resumptis dictorum capitibus: ea adijcere quæ sermone reliqua esse videantur. Nam in veritate quidem nihil est reliquum, nimirum, cum secunde iam omnes facultates sint expositæ, quales sint, genere scilicet, nec pauca speciatim superius explanata ceu exempla, vnde quis orsus, quorumq; auxilio reliquas ipse queas assequi. Verum nihilo seferes deterius habebit, si claritatis gratia breuibus iterum capitibus ea fuero cōplexus. Primum enim facultatem omnes purgatoriam in ore habet, haud tamen omnes perinde intelligunt: quia vocabulum duo significat: alterum commune omnium quæ quouis modo animalis excrementa expurgant: alterum verò quod per excellentiam de ijs tantummodo dicitur, quæ aut per vomitum aut per venteris deiectionem purgant: nō tanquam eiusdem sit generis, tum ea quæ sit per nares, tum ea quæ per os sit purgatio. Vocant autem ea medicamenta quæ naribus (quas Græci *ῥίνας* nominant) capitis purgandi gratia infunduntur *errhina*. At quæ in ore colluuntur, aut denticibus manduntur, omnia vna nomē clatura cōprehendentes a *phlegmatizōta* nuncupant. Eiusdem cū istis sunt generis quæ vulua admota expurgant. Quæcumq; siquidem purgare animaduertimus, ea trahendi vim possident, alia vñ quempiam succum, alia duos, aut etiam plures: & id illis inter se commune est. Nam quæ crassis lentisq; humoribus extenuandis aut vrinam ciere possunt, aut ex pectore pulmoneq; eijciendis excreationibus auxiliari, purgant sane & ea quidem quodammodo, verum ante dictis non similiter nuncupantur, sed alia vocantur *vretica*, alia *bechica*, alia *menses mouentia*: hac re à superioribus diuersa, quod non habeant vim familiarium succorum attracticæ, vt illa. Quæ obrem & in hisce sermo aliam distinctionem postulat nōpe huiusmodi. Quæ in pectus, aut fomentis, aut quouis modo simili, vulua admouetur, ea duplici ratione agere consueuerunt. Nam alia calefaciendo duntaxat prouocant, alia facultatibus attractorijs & purgatorijs, quas vocant, quas diximus trahendorum familiaritate attractiones peragere. At quæ hoc nomi-

A ne bibuntur vt sanguinē extenuent, & meatus obstructione liberent, aperiantq; ea trahendi facultate vacationem non perficiunt. Atq; priora quidem cū purgantibus eiusdem sunt generis, secunda vero cum ijs quæ lac & sanguinem generant, de quibus paulo infra verba faciemus, vbi prius de bechicis dissertū à nobis fuerit: quandoquidem & hæc bifariam nominata sunt, partim quia tuissim prouocent, partim quia sedent. Atq; contraria horum facultates sunt. Alia enim extenuandi naturam habent, alia in crassandi, atq; extenuandi quidem facultas in calido & tenuium partium substantijs sita est, in crassandi vero in frigidis & crassarum partium essentijs inest. Atq; hic sermo hoc in loco finem habeat. Conuenit autē trāsire ad id quod paulo ante distulimus. Est enim societas & similitudo quadam operum, tum facultatum in ijs quæ prouocant, sedantq; menses, lac, & semen. Sed & affinia illi, quodammodo, vicinæque sunt, quæ vrinas mouent, & bechica. Proinde de quolibet seorsum differendum est.

D E expurgantium medicamentorum facultate dictum iam bis est, & in lib. 3. huius operis, & paulo ante in hoc quinto indicatumq; ea similitudini seu familiaritati substantiæ simul cū calore tribui debere, atq; added, vt Gal. testatur, dicta iam liceret putare esse omnia, siquidem quæ desunt ex dictis posset quiuis facile intelligere. Verum claritatis gratia vult pauca etiā quædam, quæ reliqua sunt, addere. Primum quidem nomen medicamenti expurgantis duobus modis accipitur, altero dicitur de medicamento quæ vt cūq; & per quamcūq; partē purgat, altero de ijs solum quæ purgant vomitu aut deiectione, & cum hæc solū vocamus expurgantia, eis quæ per alia loca purgant, tribuimus peculiare appellationes, vocantes quæ per nares, *errhina*: quæ ore colluendo accipiuntur, aut manduntur, *apophlegmatismos*, aut *apophlegmatizōta*. Velut etiā sunt quæ ori vteri admota expurgant, & vocantur *pelis*, vt quæ induntur ano, & vocantur *glandes*. Ita etiā quæ purgant per vesicā, vocantur *vretica* quæ excreatione, *bechica*: quæ menses mouent, menses mouentia. Atq; differre possunt hæc omnia à propriè vocatis expurgantibus, duobus modis, altero quod non vomitu aut deiectione purget, sed aliter, altero, & quod ad expurgantium rationē magis pertinet, quod alio modo agant trahendo. Nam vt dictū antea est, expurgantia habent vim trahendi, alia vnum quempiam succum, alia duos, aut etiam plures, & trahendo expurgant (neque mirum eidem medicamento cum duobus, aut etiam pluribus succis diuersis, familiaritatem intercedere, cum multis argumentis sit indicatum, diuersis partibus consistere omnia) alia verò aliter, vt quæ crassis & lētis humoribus extenuandis, vrinam ciere possunt, aut sputum iuuare, aut menses mouere. Neque verò trahendo expurga-

expurgare, eorū solum quæ vomitu aut deiectione vacuāt, proprium est, sed alijs etiam quā plurimis accidit, quæ tamen expurgantia vocare non est mos, sed ea duntaxat quæ, per vomitum & deiectionem, trahēdo. Sunt enim etiam quæ vomitum mouēt, aut aluum soluunt, tñ quia id non faciunt trahēdo, non vocantur purgantia, sed laxantia, lubrica, aut aliter soluentia. Quamobrem (ait) sermo aliam distinctionem postulat. Quæ in pelis aut fomentis admouentur vuluæ (eadem autem ratione, aut ano) duplici ratione consueuerunt agere, quædam calefaciendo solum, & irritando, quædam etiam trahēdo ob substantiæ similitudinem. Nam induntur etiam per hæc loca medicamenta habentia vires tractorias. Quæ vero per os bibuntur, vt succos extenuent, vias aperiant, aut aliud quippiam eiusmodi faciant, ea non efficiunt euacuationem trahendo, ac ob id expurgantia non dicuntur. Sed priora, quæ scilicet tractoria sunt, non tñ per os accipiuntur, sed admouentur forma pesulorū, aut glandium, etsi purgantia non dicantur, sunt tamē eiusdem generis cum purgantibus: secunda verò, quæ scilicet accipiuntur per os, vt aperiant, aut fecent, etsi ore accipiuntur vt expurgantia, facultate tñ sunt eiusdem generis cum ijs quæ lac & sanguinem generant, de quib. paulo post est acturus paucis præmissis de bechicis. Bechica dicit vocari duplicia medicamenta scilicet quæ tussim prouocant, & quæ sedant, quæ quoniam contrariæ facultates sunt, contrarijs etiam medicamentorū naturis oportet tribuantur. Dicit ergo quæ tussim mouēt habere vim extenuandi, quæ sedant in crassandi, ob id illa esse calida tenuium partium (in talibus enim vis extenuandi sita est) hæc frigida crassarū. His dictis facit transitionem, ad lac & semen argentia, quæ proxima sibi mutuo esse dicit, atq; etiā diureticis & bechicis. Sed de bechicis adeò dixit pauca, vt præstitisset fortasse dicere nulla. Nam quia non est vnicus affectus qui tussim parit, neq; tussis sedatiū potest esse vna natura. Si enim ob acrem & tenuē fluxionem tussitur, recte succurritur frigidis & crassis, cuiusmodi sunt quæ soporifera: cum verò ob frigus thoracis & asperæ arteriæ, cōstat agendum esse calidificis, quoad fieri possit citra mordacitatem, qualia sunt quæ dulcia, cum autem ob asperitatem, vtendum est leuitatem inferentibus, vt amylo, & mucilagibus: ob hæc Galenus lib. 7. de compositione secundum locos cap. 7. ex horum omnium generum medicamentis componi vult bechica. Ea etiā quæ tussim prouocant non semper sunt acra calida & tenuia, sed etiam acida, vt oxymel, aut ipsum etiam acetum: Nisi vis hæc quoque dicere ob participationem partium calidarum eam vim habere.

A **L**actis & seminis effectrices facultates, sunt partim in medicamentis tantum, partim in alimentis. In medicamentis, cum succos pituitosos excalfacientes in sanguinem vertimus: in alimentis autē secundum substantiæ totius similitudinem, vbi videlicet boni sunt succi, & moderate humida, ac tepide calida, ceu ipsum lac. Si quidem sanguis, caloris est particeps animalis mediocris: plus vero quam mediocris, bilis sicut pituita, frigiditatis. In medio autē pituita & sanguis est lac, vt q; ad calorem attinget: non tamen aque ab utroq; abest, sed longius abest à pituita, propius accedit ad sanguinem. Cum ergo minus quam expediat ad vbera lactis venis, velis autem copiose prouenire, ipsum contemplator sanguinem. Aut enim paucior est quā cōueniat, aut deterior. Itaq; qui paucior est, vniuersam victus rationem exposcit humectatē & excalfacientem. **C** Qui autem deterior est, si quidem biliosus fuerit primum purgationē desiderat, mox victum quem modo dicebamus: sin pituitosus, medicamenta exposcit excalfacientia, aut primo aut secundo ordine, non tamen desiccantia. Verum inter ea potiora sunt quæ non tantum sunt medicamenta, sed & nutrimenta, velut eruca, feniculum, anethum. Dico autem ipsas herbas etiamnum virescentes & humidas. Nam sicca, plusquam oporteat, & excalfacit, & siccant. Huius generis est & smyrnium, apium, sion, polium, eaq; virentia priusquam siccantur: quippe cum ea quæ desiccant, humorem sanguinis depascant, ipsum crassorem simul pauciorēq; efficiant: tum si natura quoq; sint calida, iusto etiam calidiorē sin frigida, frigidiorē. Debet enim esse modice calidus, ac neutiquā crassus, vt lac generet. Quocirca quæ sunt illius modi, extinguunt magis lac q̄ procreant. At quæ sicut dictum est calefaciunt, & nullam insignem adiunctam habent siccitatem, lactis procreatricem habere facultatem merito dicta sunt. Verum ea numero sunt perquam exigua. Neq; enim profecto facile inuentu est, quod propositam intēperie sortitū sit mediocritatem: ceterum insignita sunt & multitudine incomprehensa, quæ lac ledant: etenim quacumq; plusquam expediat calefaciunt, quæq; desiccant aut refrigerant, partim qualitatem ipsius sanguinis vitiant, partim ipsum minorem reddentia, lac prouenire prohibent.

F **C**vm dicit lactis & seminis procreatrices facultates, partim esse in medicamentis, partim in alimentis, ne intellige rigide, ita enim neque in medicamentis neq; in alimentis esse potest vis procreatrix lactis aut seminis. Cū horū generatio merè naturalis actio sit, atq; ob id soli māmillarū facultati, & naturæ tribuēda, iuxta ea quæ de pus mouentibus, antea dicta sunt: sed intellige lactis & seminis procreandi, & augēdi, duplicē procurationē esse medicamentis, & alimentis. Quia quædā alimentia sunt ex quibus ea abundatē proueniunt,

niunt, & quædam medicamenta quæ alteratione quam inferunt maiore eorum prouentum esse faciunt, itaq; est virtus procreatrix lactis & seminis, in alimentis, passiuâ, in medicamentis, coadiuuans, aut disponens, aut tollens impedimēta, vt de sarcoticis dictum est. Atq; hic quidem, vt in alijs medicamentorū generibus dictū est, oportet intelligas, non omnia quæ vt cunq; faciunt lac crelere, vocari debere lac generantia. Nam medicamenti expurgatis vsu euenit augeri lac, ei cui ob biliosam cacochymiam erat paucum, illud tamē perse est expurgans, ex accidenti lac augens. Sed videtur, iuxta dicta, nullum medicamentum posse lac facere perse, sed ex accidenti omnia, nullū ergo sit medicamē lac gignens, nisi omnia quæ vt cunq; augeri faciunt, talia dicuntur. Certē etsi nullum medicamē gignat lac perse quæ tamen propius accedunt ad lactis generationem, ea vocantur simpliciter lac generantia, ea verò sunt, quæ sanguinem pituitosum, seu ipsam pituitam calefaciēdo & humectādo, aut saltem non siccādo, faciunt, vt in lac mutetur. Nam calidior succuse est quàm pituita, & proinde calefacta fit lacti gignendo materia idonea. Quæ igitur calefaciunt, neq; siccādo consumunt, augēt lactis materiam, quæ enim siccant etsi calefaciant, minuunt. Quæ igitur peculiariter dicuntur lac augmentia huiusmodi sunt. Tamen lactis procurandi nō est ratio vnica, sed pro causæ, quæ illius impedit prouentum, specie. Aut enim procuratur alimentis, aut medicamentis, aut vtrisque; atq; medicamentis, aut peculiariter ita vocatis, aut alijs per accidens conferentib. Alimenta autē lac augmentia sunt, quæ boni succi, & moderatē calida & humida, vt carnes caponum & galinarum, & offe ex bono beneq; cocto pane, & bonū vinū bene dilutū. Atq; his amplius, quæ præter hæc, etiam habent cum lacte substantiæ similitudinē, velut oua recentia, & lac, & ex lacte paratę pultes, seu maza, & prisanæ cremor cū ametho viridi, vt parabatur antiquitus, & cremor amygdalarū, & ipsæ amygdalæ, atq; aded, & recentes nuges. Quæ maximē ad hanc rē conferunt, sunt, quæ simul sunt cibi & medicata. Vt eruca, fœniculū, anethum, smyrnium, apium, sion, poliū, hæc autem omnia intellige dum adhuc virēt, suntq; naturali humore abundantia, postea enim siccāt vehementer, & ita absumūt, redduntq; sanguinē crasfiorem & pauciozem, verum quoniā hæc omnia, quæ calida quidē & sicca sunt, etiam cum virent, cōmendat Gale. ad hunc vsu, constat vtilia esse non solum quæ calefaciūt & humectant, aut etiam quæ nō siccant, sed & quæ siccant minus quàm calefaciūt: quæ verò siccant plusquam calefaciāt, vt canabis sōmen, aut non minus vt vitex & rutha, hæc

minuunt. Verūm omnium medicamentorum & alimentorum simul, optima sunt quæ calefaciunt non vehementer, & nullam ingnem habent adiunctam siccitatem. Nam is est optimus sanguis quod lac fiat, qui est modice calidus & neutiquam crassus. Proinde dicit, ea quæ ad augendum lac plurimum valent, esse numero pauca, præ illi quæ lædūt. Quia non est facile innuere quæ dictam habent mediocritatem, immoderata autē sunt quàm plurima. Nam & quæ vehementer calefaciunt biliosum reddentia sanguinem, & quæ sicca, crassum, & frigida crudum, minus sanguinis esse faciunt. Hic nota (velut de medicamentis pus mouentibus me dixisse meminī) non esse eadem quæ plus, & quæ melius lac gignant. Sed calida non perinde siccantia facere plus, non tamen aded bonilactis, quàm moderate calida & nonnihil humida. Sed de medicamentis & alimentis lac augmentibus hæc sint dicta. Quoniam autem dictum est augeri lac non horum vsu solum, sed aliorum etiam aliquando, & pro ratione causæ quæ minuit esse debere diuersam procurationem, dicit Gale. cum minus quam expediat ad vbera lactis venit, cōtemplari oportere an sanguis sit paucior quàm conueniat, an deterior: si paucior sit, vniuersam victus rationem iniungere humectantem & excalefaciētem: si deterior, siquidem sit biliosus aut atrabiliosus, primum purgationem adhibere, mox victum illum: si verò sit pituitosus, dare medicamenta excalefacientia primo aut secundo ordine sine siccitate. Sed rogabis, cur non perinde vt in biliosa cacochymia iubet vt expurgantibus, ita & in pituitosa. Certē tunc nō indigebit purgatione, nisi species aliqua pituitæ vitiosæ præter naturam abundet, quia pituita naturalis potest coctione migrare in sanguinē & in lac. Auic. sentētia discrepare videtur in his quæ spectant ad mulierem cui ob biliosam cacochymiam parum lactis est. Censet siquidem Gal. primum expurgare, mox vt cibo calefaciente & humectante: Auic. verò sēn. 12. lib. 3. dicit, & si fuerit causa humor corruptus dominans, euacua cum eo quod oportet in omni humore. Et pone cibum mulierum cholericæ complexionis. illud quod declinat ad frigiditatem & humiditatem. Quibus verbis in primis videtur Auicenna dicere, non solum in biliosa cacochymia, sed in pituitosa etiam, si sit ex humore corrupto, vtendum esse expurgatione, quod est verissimum: deinde videtur biliosæ, ab expurgatione, dare cibum frigidum & humidum, quod etiam videtur consentaneum rationi, vt intemperies quæ prohibet lactis incrementum emendetur. Possunt tamen hæc, quæ ad cibi qualitatem spectant, ita componi. Galenum loqui de

de muliere cui tantum redundet bilis. Auic. verò de ea quæ etiam sit tēperie biliosa hoc est calida & sicca. Potest enim quæ alioqui biliosa non sit, nunc bile abundare, cui expurgatio sola erit fatis, etsi temperamento non occurratur, quæ verò sicca est & calida, quantumvis expurgeretur, habebit lactis exiguum, nisi etiam temperetur cibus, quin etiam & reliquo victu. Augēdi igitur lac, hæc est ratio, præter medicamenta quædam, quæ exterius admouentur, quorum Gale. mentionem non facit, sunt verò quæ illinuntur, aut admouentur vberibus, simillima suppurantibus: quia talia copiose agi in vberibus concoctiones faciunt: alia etiam sunt quæ vi trahendi sanguinē ad vbera dicuntur polle- re, et ob id augere lac, vt lapides quidam. Ad minuendū lac cuius reddundantia nō raro magnarū noxarū causa est, contrario modo procedendū est, vtendumq; vehemēter sic- cantibus, aut refrigerantibus, talibusq; inter- ius acceptis, aut admotis exterius.

CAP. XXIII.

Porro dictus similem vim obtinent, quacunque prouocare aut sedare menses possunt. Vtrorū- que enim cōmunis materia est, nēpe sanguis in ve- nis contentus. Itaq; vbi hic fluxilis fuerit, & quali- tate cōtēperatus, vtq; abundantē suppeditat co- piam. Cōmunes quin etiam vberibus vt erōq; vena sunt non exiles. At quanam ea sint, alibi dictū est. Itaq; vbi ad alterutrā partiū sanguis defertur, al- tera siccescit. Proinde quibus menses mediocriter feruntur, vs lac in mamillis (non) colligitur: quibus verò hoc largē suppetit, vs plane menses supprimun- tur. Itaq; mirādum non est, si tum victus, tum me- dicamenta similia sint, nempe ea quæ generant, se- dantq; in mēses singulos ex vtero purgationē, & ea quæ lactis in vberib. generationē procurant, ac sup- primunt. Quamquā hæc differant, quod & ca- lidiorib. & magis incidentibus purgatio menstrua nōnunquam indigeat, quippe cum ea in parte sit & magis aperiri debeant, quā quæ tendūt in mam- mas, & sanguinem fluxilem magis requirant, nimi- rum cum vterus ad delationem eius nihil conseruat. Mittuntur n. in venas quæ illi cōmittuntur, haud attrahūt menses. At sanguis in vbera nō tantum mittitur, sed & trahitur: ac p. inde leuiori subsidio medicaminū opus habet, cū non abundē in māmas confluit. Et medicine quæ iuuat, vt sanguis in mā- millas eat: deficientes atq; imperfectas purgationes etiā adiuuant. Sin aut multū oblate sint, aut pla- ne retenta nulla ex eiusmodi eas sanare potest: ve- rum sabina, & mecū, & iris, & calamintha, & pu- legium, tum dictānum, asarū, costus, castia, cinamo- mum, amomū, aristolochia, buntum, & eius generis reliqua, absolutas vteri purgationū retentiones sa- nant. Nam talia quoq; vrinam promouent. Sed ab vs quæ hoc ipsum tantū appellantur, nēpe vretica phar- maca, hoc quidē differunt, quod nō vehemen- ter desiccant. Siquidē excalescētio tribus generibus

A medicaminum cōm unis est, puta quæ lacti procre- ando succurrunt, quæq; mensibus ciendis, aut vrinæ conueniunt. Differunt tamē caloris mensura: tum etiam quod quadā desiccant, quadā non. Siquidem quæ non desiccant, & modicē excalescunt lacti generādo vtilia sunt. Quæ verò plus excalescunt non tamen valenter desiccant, mensibus eliciendis sunt cōgrua. Verū & vtrāq; hæc vrinæ prouocant, & adhuc, cū primis, ea quæ desiccantia etiā cal- fa- ciunt. Proinde ea peculiariter dicūtur vretica, siue vrinam mouentia, non quia solū moueant vrinæ, sed quia solas, absq; vt etiam menses aut lac. Nam præter alia, & reddendis ex pectore pulmoneq; ex- creationibus incōmoda sunt, desiccantia. Poscunt enim & ipsa incidi quidem, at non sicari, ceu & renum vesicæq; calculi. Verū de talibus medica- mentis supra differui.

Smilē esse vim dicit medicamentis men- ses mouentibus & suprimentibus, atque lac augentibus, & minuentibus: quia vtro- rumq; est communis materia nēpe sanguis in venis contentus, & vtero atque vberibus venæ cōmunes, non exiles, quæ scilicet re- ctæ feruntur per rectos musculos abdomi- nis, de quibus à Gal. actum est libr. 14. & 15. de vsu part. itaq; quandoquidem materia & via est communis menstruæ euacuationi & lactis prouentui, meritō augentiū lac & mo- uentium menses est similis vis, vt etiam si- stentium menses & minuentium lac. Neq; tamen adeo sunt hæc similia, vt nullatenus differant: ob id statuit mox differentiā mo- uentium menses & augentium lac. Quæ hæ- ctenus dicit differre, q; purgatio menstrua calidioribus & magis incidentibus indi- geat, quam lactis accretio, quod vteri venæ apertione indigeant, & eo cuncti sanguinis extentione maiori, quā quæ pertinent ad mammas, quia quæ fluunt lingulis men- sibus ex vtero mittuntur ex toto corpore, i- pso verò nihil trahente, sed recipiēte solū. Qui verò in mammas tendit sanguis, trahi- tur ab ipsis mammis, non solū mittitur ab alijs partibus, ac proinde cum per sese non confluit abunde in mammas, minori sub- sidio indiget, quam cum non bene in vterum confluit: itaq; sunt eiusdem generis, verum quæ lac augent, debiliora, proinde quæ lac augent, ad mediocres suppressiones men- sium conferent, non tamen ad magnas, vt quæ vehementiora sunt quam illa, velut sa- bina, mecū, iris, calamintha, pulegium, di- ctānum, asarum, costus, castia, cinamo- mum, amomum, aristolochia, buntum, id est quod- dam napi siluestris genus, & reliqua huius generis, hæc enim magnas retentiones pur- gationum vteri sanant: probat id Gale. quia etiam vrinæ mouent, nō quidem quod sint proprie ac peculiariter vretica, talia enim vt dictum est, cap. 13. huius libri vehementer siccant,

ficcant, & proinde sanguinem reddunt crassiores, & sanguinem minuunt, & menstruas euacuationes supprimunt, sed quod quæ menses mouet, eadem ratione vrinas cient, aliter scilicet atq; peculiariter vocata vretica, nam aperiendo, incidendo, & penetrando: & quæ ita mouent vrinas, sunt eadem & mouentia menses, & augentia lac, atq; alia etiam fortasse facientia, quæ verò peculiariter vocantur vretica nihil tale præstant, sed solum mouent vrinas. Itaq; dicuntur vretica, non (inquit) quod ea solum mouent vrinas, mouent enim etiam quæ menses, & quæ lac, sed quod ea moueant solas vrinas, nam ea neq; mensium prouocationi, neque lactis generationi, neq; excreationi à pectore conferunt quidquam, sed potius impediunt hæc omnia, siccando, & crassitiem inferendo. Sed hæc iam dicta sunt à me per anticipationem dicto capite. Nunc quæ præsentia esse videntur, addamus. Videtur cum proposuerit similia esse quæ augent aut minuunt lac & menses, de augmentibus solum egisse, atq; tractationem de minuētibus desiderari. Verum ex his quæ dicit sit facile addere. Minuunt lac quæ refrigerant, & quæ erit calefaciant, minus tamē quam siccant, siquidem indicatum proximo capite est, augere lac quæ sunt calida, & humida, vel saltem non perinde siccantia. Hæc eadem minuunt menses, quia frigida concretionem asferunt sanguini, ac proinde fluere prohibēt, quæ erit sint calida vehementius tamen siccant, reddunt sanguinem crassum, & hac quoq; ratione prohibēt fluere. Adstringens quoq; facultas frigida aut siccata accedens, facit ad tardum sanguinis motum, & vtrunque dīctorum minuit, verum adstringentiū vsus magis est ad menses destruendos, præcipue cum ob anasthomalim venarum fluunt, quapropter ea claudēria potius dicuntur medicamēta, non enim proprie minuūt menses, sed adstringunt ora. Itaq; quæ proprie sunt minuentia menses, sunt quæ minuunt & lac. Verum minuentia cōtra habebunt atq; augētia. Erat enim opus vehementioribus admouēdum menses quàm ad augendū se men: erant tamen satis, minora ad minuēdos menses, quā ad minuendum lac, quia lac tractione & missione agitur, menstrua euacuatio missione sola, minoribus ergo oblistetur missione soli, quā missione & tractioni: & minor siccatio tollet sanguinē, citra partes vllius nutritionē, fluxurum, quā priuabit vbera eo quod nutriuntur. Hęc igitur ita habent. Verum & ex ijs quæ Gal. dixit videntur nasci multæ dubitationes. Non enim videtur verè dicere cōmunem materiam esse mensium & lactis, siquidē vt nunc dicebamus menstruus sanguis nullam partem nutrit, quin potius adēd malignus est,

vt in venenis esse putetur, lactis verò materia bona sit & bene temperata, quandoquidem ipsarum māmillarum & infantis nutritioni est à natura destinata. Certè mensium & lactis materia quodāmodo est eadem, puta sanguis in venis contentus vt Gale. dicit, quodāmodo non eadem, quia non eadem sanguinis pars. Sed expurgatur singulis mē sibus malus, abit in māmā bonus & integer, nimirū hic trahitur ille expellitur. Hæc autem differētia nihil tollit eorum quæ hoc loco dicta sunt, nā vtrunq; materia sit vtriusque, sanguis qui in venis abūdat, quæcunq; tollent sanguinis abundātiā, vtrumq; minuunt. Sed videtur hinc fieri contrarium ei quod Gal collegit. Si enim eadem est vtriusque materia, necesse sit, cum alterum abundat, alterū, vtpote detracta materia, minui: atq; profecto ita euēnit, lactantibus enim menses non fluunt, & quibus fluunt lac non est, præter paucas, quibus adēd est multum sanguinis, vt vtriq; suppetat materia: igitur necesse est quæ lac augent, esse minuētia menses, & contra, tantum aberit vt similia sint, quæ lac augent, & quæ menses mouēt. Certè quæ menses mouebunt, ex accidenti detraxerint lac, & contra, verum eadē fuerint medicamēta quæ perse lac auxerint, & menses mouerint, nō eisdē neq; simul, sed auxerint lac lactāti, & mouerint menses, neq; lactanti neq; pregnantī. Itaq; eadem sanguinē impulerint, huc aut illuc, quo ipse inclinabit vtranq; simul in partē non poterūt, nō quod illæ cōtrariæ sint vires, sed quod materia nō sit satis. Dices rursū, multo magis esse cōmunem materiam vrinae & sudori, quā lacti & mensibus, atq; ita oportere eadem esse medicamenta vretica, seu vrinā mouentia, & hydrotica, seu mouētia sudorem, quod tamen Gal. non dixit. Mirari certè subit, cur, cum 2. cap. huius libri recensens medicament. differēntias, hydrotica seu sudatoria recensuerit, nullam deinceps toto hoc opere eorū mentionem fecit, neq; eorum naturam explicauit, neq; verò Auic. neq; vllus alius veterum: Quamquā in singularibus historijs raro quibusdam medicamentis sudores mouendi vim tribuūt, vt Auic. ficibus siccatis, & Gal. calaminthē. Nihil autē erit deterius de his etiam nonnihil dicere. Velut antea de reliquis diximus, ita de his quoq; dicere est cōsentaneum, non omnia quæ quacunq; ratione sudandi præbent occasionem, sudatoria medicamēta vocari debent, nam potus quicunq; copiosus sudorem ciet, atq; adēd vsus pluris cibi. Nam ita dicitur ab Hippo. sudor multus à somno factus pluri cibo vt significat. Quamquam profecto non omnis cibus & potus sudatorius est, facultatē & viribus, sed quantitate, cum nimium ingeritur, quā plurimum humiditatis congeri facit: atque

eadem ratione cibi replentes, sudoris & sordium causa fiunt, minori quantitate quā alij qui tales non sint, velut fortasse ficus aridi, qui quia pingues sunt & dulces, multum nutriunt & ab hepate detinentur: faciunt igitur fortasse humiditatem & sordes redundare, potius quam quæ inerant ad cutem pelli, vt Auic. censet. Quod si ita est, vt suspicor sudatoria illis facultas nō inest nisi per accidens, vt alij cuiusq; cibo aut potui, nimium ingestio. Sudatoria autem per se necesse est esse similia diureticis, vt dicebatur, eodem argumento quo Gal. vitur, quia est eadem materia sudoris & vrinæ. Verum eo in genere consentaneum est rationi, eodem etiam argumento quo Gal. vsus est, vehementiora esse sudatoria quam vretica, quia multo familiarius & consuetius est membrorum naturæ, serum, mingendo, quā sudando, euacuare. Et quod illi est magis consuetum minori subsidio facere poterit. Igitur vt diuretica, ita etiam sudatoria propriè erunt calefacientia & siccantia, atq; ad eò vehementius, cuiusmodi sunt calamintha, thimus, organū, saturcia & serpillum & eiusmodi alia. Quæ omnia sudores, menses, & vrinas promouent. Verum quia menses minori vrinas maiori, sudorem maxima siccandi & calefaciendi vi mouent, pluribus tribuitur vis mouendi menses, menses & vrinas, paucioribus, vrinas verò & sudorē paucissimis. Nulli enim eorum Diosc. & Galen. talem vim tribuunt præterquam calaminth. quanquam illa omnia sudorem mouere poterunt si quis *ἐπιποπιώ* vt Gal. dicit 6. Epid. const. 1. comm. 29. hoc est, vt ipsemet in ær prætatur, calidis ad cutem vtens, vt sole, balneo, vestibus, aut calida inunctione, ea accipiat. Nam citra hæc per pauca medicamenta sunt quæ copiosos sudores moueant: atq; ob id semper ferè veteres sudores exterius ad motis medicamentis cieri curabant, velut Gal. lib. de facile parabilibus. Sunt verò quæ exterius admota sudores mouent, rarefacienti simul & resoluenti facultate prædita, quæ similia sunt ijs quæ interius accepta commouent, præterquam quod ea quoq; sunt minora: quia vt dictum est, quæ propriè sudatoria interius accepta sunt, ea sunt in hoc genere vehementissima. Non solum autem siccitate vt serum à sanguine secernatur, sed calores etiam videtur præstare quod sudatoriū ei quod diureticum, quia calore maiori est opus, vt extenuati succi in totam cutem efferantur disentiendi, quā vt in vias vrinæ penetrent. Itaq; quæ propriè ac maximè sudatoria dici debent, sunt eadem quæ diuretica, fortiora tamen. Vnde manifestum fit, per se quidem quæ sudorem mouent, vrinas etiam motura, quia quod potest id quod maius est, poterit quod minus: atq; etiam quæ vrinam mo-

uent vehementer, per se quidem motura sudores mediocriter, & accidenti verò quæ sudores mouent, minuunt vrinam, & quæ vrinam, sudores, quia cum sit eadem vtriusq; euacuationis materia, quæcunq; harum redderet detrahit eam alteri. Nam vt diximus de argentibus sic & mouentibus menstrua, et si eadem medicamenta possint vtrunq; facere, non tamen eidem neq; eodem tempore, sed huic hoc, illi illud faciet, vt quisq; erit paratus, velut vt huc aut illuc, vocabit medicamenti motum. Velut si quis accipiat calaminthæ decoctū immergatq; se in aquæ calidæ balneum vsq; ad hypochondrium, aut deambulet, minget, sin autem totum se contegat quietus, aut vngat oleo, veteri aut chamæmelino, sudabit. Huiusmodi est ligni guaiaci decoctum, quin etiam & decoctum casisæ lignæ, si quis satis multum eius incoquat, & decoctum ligni iuniperi, & multa alia quæ in Hispania copiosè proueniunt illud idem præstabunt, non minus strenuè. Quæ scilicet calefaciunt & siccant valenter, cum partium tenuitate: sed vt diximus, vreticorū esse aliud genus præter illud quod præcipuè dicitur. Ita de sudatorijs etiam dicere licet. Sunt enim alia quæ calore solum vel etiam cum humiditate, aut cum siccitate exigua & partium tenuitate sudores mouent, calefaciendo, & laxando vias, quo in genere est chamæmeli decoctum, & aqua calida. At qui ego in hoc etiam genere esse censo decoctū vocatæ zarzæparisæ, & radicis chinæ quæ quid de illis dicant alij, quia nullis sunt insignibus qualitibus, sine quibus quo pacto possint consistere nisi moderatæ vires? Sed profunt, hæc quoq; ad dictos vsus, quia ab eorum potu cōtegimus ægros multis pannis & quietos cogimus calorem carniū tolerare, & interim facimus sicco victu multis diebus vti. De sudorē mouentibus hæc. Quæ sudorem sistunt contraria erunt dietis, frigida scilicet & humida, quia hæc crassiores reddent succos, & feruorem extinguunt & vias contrahent. eademq; succurrent, & interius accepta, & exterius admota. Talia enim esse diximus cap. 14. quæ contraria sunt rarefacientibus, & vocantur densantia. Quanquā diximus eo loco aliquando esse tam profusos sudores, & ad eò periculosos, vt res non sit tractanda vt raritas cutis, sed vt anastomosis, atq; occurrendum non solum densantibus, quæ sunt qualia dixi, sed etiam claudetibus, quæ sunt adstringentia. Itaq; sisetur sudor moderatus densantibus. vt aqua semperviui, aut plātaginis, aut lactucæ: profusus verò claudetibus, vt his eisdem adiectis galla immatura, aut myrto, aut succo vucæ acerbe, aut pampinorum succo, aut rhu. Desideret fortasse hic aliquis etiam naturam medicamentorum minuentium vrinam, velut e-

riam dicta est sistentium menses. Nam vt periclitantur mulieres frequenter à nimio sanguinis menstrui fluxu, ita nonnunquam, & viri & fœminæ à nimio mictu, per eam passionem quæ vocatur diabetes. Occurrendū ergo erit medicamētis minuentib. vrinam, quæ certè eadem erunt quæ minuentia sudorè, frigida scilicet & humida. Si enim mouentia vrinam eadem sunt & sudatoria certè & sistentia vtrunq; esse eadem, est consentaneum. Accedit quod vrina nunquā redundat nisi per dictam passionem, ea verò est intemperies calida & sicca renum, occurreretur ergo frigidis & humidis interi⁹ & exterius. Verum different quæ sistunt vrinam & sudorem ratione maioris & minoris, atq; quia mouentia sudores vehemētiora sunt quam mouentia vrinam, sistentia vrinam erunt vehementiora quàm sistentia sudores, quæ enim difficilius mouentur, facilius supprimuntur, & contra, iuxta ea quæ de augmentibus lac & mouentibus menses dicta sunt. Itaq; ad refrigerandum renes per diabetem vtemur maioribus auxilijs, quàm ad sudorem cohibendum.

CAP. XXIII.

VT lac, ita & semē quædam generare dicuntur, & quæ his sunt contraria, extinguere: tū quædam prouocare, & ipsis contraria supprimere: ac generare quidem, quæ procreant quod antea non erat, extinguere verò quæ corrumpunt: prouocare autem, quæ quod in alto delitescerat, in apertum proferunt, & his contraria, quæ supprimunt. Igitur semen generant cibi quidam qui bene nutriunt, & flatuosi sunt, torusq; substantijs familiares, medicamenta verò flatuosa & calida. Extingunt autē desiccantia & refrigerantia omnia, & quæ toris substantijs sunt contraria. Porro prouocant quacumq; calida sunt flatuosa absq; desiccatione, supprimunt verò contraria. Etenim cum seminis substantia ex bona superfluitate generationem sortiatur, sitq; etiam flatuosa, bene nutriant & flatuosa sint necesse est, quacumq; semen aut procreare aut prouocare possunt. Itaq; bulbi, cicer, faba, polypodes, conus, edulia dicuntur multi seminis, & sunt. At scincus & satyron medicamēta sunt. Porro simul cibi ac medicamina multi seminis sunt, lini semen & eruca. Caterum quæ refrigerare sunt natura, & edulia, tum medicamina, semen cogētia, incrassantia, & stabile reddentia, vim habent ipsum supprimentem, nō autem corrumpentem: nempe lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, melopepones, cucumeres, seu pepones, seu nō pepones hoc est maturi seu nō. Porro quæ resiccant prorsus ne esse quidem semen permittūt, etiam si calida sint natura, velut ruta. Si autem nō calefaciunt, multo minus, vt nymphaea. Atq; hac sane rationabile est substantia proprietate contrarie affecta esse semini. Eandem proportionē tum esculentorum tum medicamentorum est inuenire in lacte & mesibus. Porro alio modo sub idem

A genu cadunt, quæ respirandi instrumentorum retyctendū & excretionibus auxiliantur, quæq; vrinam ciere possunt. Hac enim omnia extenuandi facultatem obtinent, vt contraria incrassandi. Sed vt victu extenuante priuatim conscriptum est, nihilo scius in eodem volumine indicatus quæ incrassant. Verum extenuantia & incrassantia medicamēta, ex his tribus libris, qui demceps sequuntur seligito: in extenuantibus quidem scopum habens caliditatem unctam partium tenuitatem, in incrassantibus verò contraria. Ostensum enim est in superioribus libris, quod propria quædam sit medicamentorum essentia tenuis natura, non solis excalescentibus coniuncta. Eadem ratione & incrassantium natura non solu uest refrigerantibus.

VT est dictum esse quæ lac augent & quæ minuunt, ita dicit nunc esse quæ semē in minuant & augeant. Arqui profectò hæc ab illis parum discrepant, nam & quæ vt medicamenta, & quæ vt alimenta hæc præstant, sunt ferè eadem in vtriusque. Hoc solum discrepant, quod quæ semē aut gignunt aut prouocant, siue alimenta siue medicamenta, flatuosa sunt, quæ lac, nō ita, aut si etiam sint (multa enim eadem augent vtriusq; vt conus, hoc est nucleus pineus, & amygdalæ) tamen flatus per se ad lactis generationem non expeditur, sed ad generationem seminis. Dicit igitur quædam generare semē quædam extinguere: rursus quædam illud prouocare, & quædam alia supprimere, neque enim idem est generare & prouocare, neque extinguere & supprimere. Nam generant quæ procreant quod antea non erat: prouocant quæ in apertum proferunt, quod in alto delitescerat. Extingunt, quæ corrumpunt seu consumunt semen quod erat, supprimunt, quæ latere faciunt, & interius sese continere. Generantia semen esse dicit, alimenta aut medicamenta: alimenta quidem quæ benè nutriunt, & flatuosa sunt, & totis substantijs familiaria, id est similia ipsius seminis substantiæ, medicamenta verò quæ sunt calida & flatuosa: prouocare solum nō est alimenti sed medicamenti, nam alimentum substantiam reponit. Itaq; in generantibus esse dicit, & alimenta & medicamenta, in prouocantibus tantum medicamenta & ea quidem esse calida & flatuosa absque desiccatione. Mihi videtur facilius potuisse dicere, esse eadem medicamenta quæ procreant & quæ prouocant, calida enim & flatuosa esse dixerat quæ procreant, nunc ijs quæ prouocāt adiecit sine desiccatione. Desiccationem verò prohibere non minus generationem, quàm prouocationem, constat ex ijs quæ paulo infra addidit dicens, porro quæ resiccāt, prorsus ne esse quidem semen permittunt, etiam si calida sint natura, velut ruta. Itaque posset breuius dicere quæ ge-

nerant aut prouocant semen esse calida & flatuosa sine vehementi deficcatione. Interim nota hic quoque; medicamenta dici semē generare, vt dicebantur generare lac, & carnem, per accidens scilicet, quod adiuent naturam partium quæ generant, aut præparēt materiam: alioqui feminis generatio nature est opus. Talia autem esse debere, quæ semen augeant aut prouocēt, probat, quod feminis substantia ex bona superfluitate, hoc est, alimento redundanti (non quidem totius corporis, sed vasorum tantum seminariarum, vt Gal. ipse lib. de semine probat) generationem obtineat, sitque etiam flatuosa. Bene nutriat & flatuosa sint necesse est, quæcunq; semen aut procreare aut prouocare possunt. Hæc intellige vt oportet, non enim necesse est, vt quæ prouocent bene nutriant, siquidem ne nutriendo quidem prouocant, quæ sunt tantum medicamenta, sed intellige bene nutriant & flatuosa sint necesse est, quæcunq; alimenta possunt semen procreare, aut prouocare, præstant enim vtrunque quædam alimenta, quod sint simul medicamenta & alimenta: quod quidem explicat mox apponens exempla rerum quæ sunt multi feminis, alia quidem alimēta, alia medicamēta solum, alia vtrunq; itaq; (inquit) bulbi, cicer, fabæ, polypodus, conus, edulia sunt multi feminis. At scincus (est quoddam lacertæ genus, seu parui crocodili cuius partes quæ circa renes habentur dicuntur ad venerem irritare) & saryrion medicamenta sunt: porro simul cibi & medicamenta, lini semen & eruca. Sunt multa alia quæ hoc idem faciunt, velut in cibus lac, in cibus & medicamentis nasturtium, rapum, allium, semen vrticæ, & radix pastinacæ erraticæ: in medicamētis costus ex mullio, horminum ex vino, asphodeli & testicul. canis radices, & adhuc alia non pauca. Quæ itaq; gignunt & quæ prouocant, hæc sunt, & huiusmodi quæ extinguunt, aut cohibent, his sunt contraria: nimirum quæ frigida, & quæ sicca, præcipuè si etiam sint totis substantijs feminis aduersa. Cuiusmodi dicit Tralianus esse rutam, non solum temperamēto. Sed quod ad qualitates manifestas attinet, cum ad semen augendum & mouendum faciant calor & humiditas, aut saltem sine siccitate cum flatu, ad minuendum & sistendum facient frigus & siccitas, sed siccitas magis ad extinguendum, frigus ad sistendum. atq; ita quæ frigida sunt sine siccitate, vt lactuca, blitum, atriplex, cucurbita, mora, melopepones. cucumeres, siue maturi siue immaturi atq; his etiam magis portulaca. & adhuc magis hyosciamus & cicuta, vim habent supprimentem semen. non autem corrumpentem: quæ siccant multum sine frigore, aut etiam cum calore, vt ruta, & semen viticis, & semen ca-

nabis, & semen anethi, consumunt semen magis quam suppriment. Quæ verò refrigerant & siccant, omnium optimè & consumunt & suppriment, vt nympha & mulcō magis opium. Similia prorsus his sunt quæ lac & menstrua augent aut minuunt. Atque exterius quidem admota testiculis minuunt aut suppriment semen, eademq; admota vberibus lac tollunt. His dictis addit medicamenta quæ excreationem iuuant & quæ vrinam cient quodammodo pertinere ad idem genus. Hoc (arbitror) dicit, quia dixerat antea ea esse quodammodo contraria, & vrticæ incommodæ esse excreationi sciendæ, quia siccant multum, nūc ergo dicit, etsi hoc ita est, pertinere etiam quodammodo ad idem genus, quia sunt vtraque; extenuat: quia vtraque; sunt tenuium partium, in qua præcipuè consistere dicit vim extenuandi, vt crassitiem inferendi in partium crassitie, quia neq; omnia tenuia sunt calida neq; omnia crassa frigida. Verum cum dicit, quæ respirandi instrumentorum reiciendis excreationi b. auxiliatur, intellige, non omnia quæ excreationem iuuat, sed quæ crassa incidendo, aliquando enim excreatio incrassantibus. & extergentibus agitur, cum scilicet. fluxio tenuis respirationis instrumenta infestat, vt alibi docuimus.

CAP. XXV.

Ceterum vt in talibus facultatibus proportio quædam inest, eundem in modum querendum est in omnibus, etiam si nomen non sit impositum. Vocatur enim quædam oxydorcica facultas, quæ oculos, vbi nullum illis insit sensibile pathema, male tamen munere suo fungentes corrigunt, & in integrum restitunt. Ac nimirum & in auribus, & in naribus, & per quemq; aliorum sensuum singularim proportione talis quædam sit facultas necesse est, nec tamen facultas nominata est ab acumine auditus oxycoos, sicut nec in olfactu, nec in gustu, neq; in tactu, cum tamen in rebus ipsis sensibilibus ex proportione insit. Porro si quis similitudinem præteriam extendat per quamq; nostri particulam, talem existere medicamentorum facultatem necesse est, à qua videlicet melior reddatur partis ipsius actio, vt verbi causa, ventris actio. Siquidem talem eius imbecillitatem inuenire est sæpenumero, qualis est in oculis amblyopia, hoc est hebetudo visus, cum hi nec phlegmone teneantur, neq; in fluxu torqueantur, nec vlcerati sint, nec aliud quiduis mali perpepsi. Et sanè in medicamentis quæ affectum ventris huiusmodi emendant, peptica siue concoquentia nuncupantur, appellatiōnis quidem figura nihil proportionale habentia oxydorcicis. ceterum opere ipso & facultate similia. Porro quoniam & quædam appellatas à corporis partibus facultates esse diximus, nihilo fuerit deterius & de his differere. Neq; enim (quod quispiam forsitan existimet) omnibus partis affectibus congruunt, neq; ita vni, vt alij nihil prosint: sed quoniam frequentsimè aut

maximè

maximè agant ea in parte à qua nomen sunt mutata. Ophthalmica quidem quãdoquidè maximè ac plurimum ad oculos ipsos vsurpamus, velut collyrio dicitur *πόδιον* & alio dicitur *πομφολυγόν*, & cnicus quod vocant, & thure, & alijs omnibus, quibus vti quidem liceat, & ad aures affectas, aut os, aut nares, præterea pudendū, & anũ: verum non ita frequenter, nec tãto cum fructu. Rursum autem alias nuncupamus hepaticas, alias splenicis, pleuriticisq; & stomachicis, nimirum cum & ipsas ea in parte, quam nomine designant, sepius simul ac potissimè professe conspicimus. Porro quæ sit profectus & adiumenti causa, in opere de curandiratione, explicauimus, in quo cætera quoq; omnia de medicamentorum vsu exponuntur.

Hactenus dixit de medicam. facult. quæ nomen accipiunt ab eo quod agunt, vt adstringens, laxas, trahens, repellens, & huiusmodi: nunc dicit de ijs quæ respiciunt partes certas nostri corporis: aliquãdo accipiunt appellationes ab actionibus partium quas respiciunt, vt oxydoricæ quæ visum acut, aliquando à partibus ipsis, vt ophthalmicæ, id est oculares, vocatæ. Atqui dicit plurimas huiusmodi facultates esse sine nomine, verū eandem rationem subire, & eodè modo posse illis fingi nomina, velut si quis medicamentum quod ad aures habeat, vt oxydoricū ad oculos, vocet oxycoum, id est acuens auditum: neque solum per sensuum instrumenta, sed per alias etiam omnes partes inuenire est medicamenta quæ ad earum actiones tales appellationes sortiantur, velut quod ventriculo debilius coquenti succurrit, vocatur pepticum seu cōcoctorium. Desinit Gal. facultates has, dicens eas quæ accipiunt appellationes à partium actionibus, esse quæ succurrunt earum partium debilitatibus, quæ sine vlllo sensibili affectu consistunt, vt cum quis videt debilitate, nullus autem affectus sensibilis est in oculis: & cum quis debilitate coquit citra sensibilem affectum ventriculi: eas verò quæ accipiunt appellationes à partibus dicit esse, quæ affectiones quasdam earum partium curare aptæ sunt, neq; quidem ita appellari, quod congruant omnibus eius partis affectibus, neq; in alijs partibus nihil faciant, sed quod morbos aliquos in illis partibus curare possint melius quàm in alijs. Velut ophthalmica sunt, collyrium diarrhodon, cuius multæ sunt compositiones apud Gal. 4. de compo. medicam. secundum locos ca. 7. & diapompholigos, quod ibidem describitur, & cnicus, & thus, & alia huiusmodi. Tamen vtimur nonnunquam his ipsis ad alias partes quàm ad oculos, neq; horum omnium in omnibus oculorum malis est vsus, sed singulorum in quibusdam, dicuntur verò ophthalmica, quia id quod nata sunt facere, in oculis

faciunt multò melius. Obicit aliquis p idem Gal. lib. 2. methodi cap. 4. dicit, in becillitatem semper fieri ob vitium aliquod, cuius sublacione debilitas tollitur, atq; proinde, dicere roborare in becillitatem, nomen nudum esse, ac veluti metam potius, & quod curans intendit, quam curationem, hic verò videtur affirmare, esse quæ roborent facultates, quid affectum vllum tollant. Rursum dicit, medicamenta quæ ad partes dicuntur, non conferre ad omnes earum partium morbos, sed ad quosdam, tamen lib. 8. de compo. medicam. secundum locos, agens de hepaticis medicamentis, dicit, seridem ita esse vtilem hepati vt robur illius firmet, morbos calidos sanet, neq; in frigidis lædat, atq; ad eò & in siccis & humidis conferre. Certè Gal. 2. meth. cum negat imbecillitatem solam sine vlllo morbo consistere, intelligit de imbecillitatibus quæ postulant curationem. Sunt enim haud dubie aliæ imbecillitates sine morbo, velut quibusdam naturales, alijs conualescentibus, ex morbis etiam integrè solutis. Quæ debilitates curatione non petunt (siquidè curatio morborum est) sed refectionem: ad quem vsum vtilia sunt, quæ ab actionibus partium accipiunt nomen, vt oxydoricæ facultates ad visum, oxycouæ, ad auditum. Porro Gal. loco citato non dicit inuare seridem omnes morbos hepatis æquè, nihil enim quod medicamento sit, potest id facere, sed per calidos inuare, per frigidos non multum lædere: quanquam ego nõ grauauer dicere esse quædam quæ quodammodo ad omnes morbos quarundam partium faciant. Nam medicamenta primi generis, quæ scilicet sunt roboratã tantum, cum eis ad nullos morbos vtamur, sed ad debilitates quæ sine morbis, aut non cum manifestis morbis consistunt, non sunt insigniter medicamētosa sed mediocria & temperata, proprietatem quandam substantiæ habentia certis partibus familiarem: quapropter quicunque earum partium morbi curentur, rectè & vtiliter admiscuntur medicamenta illa, cum alijs quæ postulant ipsi affectus, vt cum calidis per morbos frigidos, cum frigidis, per calidos: itaque in compositione illis eisdem vtimur ad omnes morbos.

CAP. XXVI.

Itaq; nihil etiam hic haerendum, atq; immorandum est, nisi quod vocabulorum nonnihil declarandum est vsus: quem cum alijs nonnulli recentiorum medicorum, tum præsertim qui vocantur methodici, inaniter inuenerunt atq; induxerunt. Nam quod stalticas quasdam facultates, hoc est sistentes seu suppressentes, & constringentes, & contrahentes, & repellentes, aut alias id genus proferant, id nequaquam absurdum est, nec obscurum. At cum

metasyncretitas, tum materias, tum facultates nominant, neq; apertum est quod dicunt, nec verum, nec etiam secta congruens eorum, qui se fugitare profitentur, quæ à dogmaticis opinionibus (*ἑσθηταὶ* Les vocant) proficiuntur indicatione. Sufficere namq; aut sibi apparentes communitates. At qui excedentibus corporis meatibus ex statu naturali in statum præter naturam, in proprietate excedendi existere quædam parte, ea dogmatica hypolepsis est, Sequitur vero ad hanc quasdam esse facultates eiusmodi *ἑσθηταὶ* metasyncreticas, videlicet quæ commutent meatuum alienam à natura confusionem: nam sic vsurpant nomina Thessali sequaces: atq; ad ea quæ diutina fluxione vexantur, facultates eiusmodi adhibent, cum nec monstrarint meatuum alterationes in talibus provenire affectibus, neq; quod hæc medicamenta transmutare (nam ita verto τὸ μεταστροφῆς) vitiatum meatuum statum possunt, demonstrare valeant. Nam, per deos immortales, cur obsecro napy, tapsia, pyrethrum, cappaisq; radix, & absolute quacumq; verè possunt, si diutius corpori inharerent, meatuum statum commutari? Nā quod partes quæ tentantur assidua fluxione, ab hoc genus medicamentis iuventur perspicue videntur: at quamobrem iuventur naturalis speculationis problemma est. Ac nos quidem dicimus earū frigidam simul atq; humidam esse temperiem, ac proinde poscere medicamenta quæ simul & excalesciant, & desiccant. Atq; alij aliam causam proferent, pro opinione nimirum quam conceperunt de corporis elementis. Nec tamen vsurpari convenit metasyncreticos vocabulum à quoquam alterius sectæ, præterquam eorum qui animantium corpora & existimant & appellant syncretis, seu confusiones ex corpusculis infecabilibus, minimisq; et partitionis expertibus, ac similibus, quanquam nec istis omnibus, sed ijs duntaxat, qui, uti Thessalus in canone, meatuum alterationi id genus morbos adscribunt. Non enim qua methodicus est Thessalus id dicit (siquidem ubi tanquam methodicus differit, illic ab osculorū recedit indicationem) sed qua dogmaticus, scilicet ab eisdem quæ ponit Asclepiades elementis exorsus, cæterum haud utrobq; sequens. Sed nunc tempus non est super talibus prolixius differere. Nam quadam curandi methodo magis sunt propria, quædam verò in opere de Themisonis & Thessali secta exactius expromentur. Tempestivum itaq; nunc est, contractis huius libri velis quiescere, si modo duo illi præterea capita adiecero: alterum superius dilatatum, nempe de facultatibus contrariis, alterum ad insequentem sermonem necessarium, definiurus scilicet cuiusq; tum excalescentium, tum refrigerantium, tum exsiccantium, atq; humectantium ordinem.

Sicut metasyncreticæ facultates dicuntur, neq; apertum est quod dicitur, neq; verum, atque si neq; vsurpari convenit nomen metasyncreticos, à quoquam alterius sectæ, præterquam à dogmaticis qui corpora

A putant concreta esse ex atomis, cur ipsemet Gal. i. de comp. secundum locos curat alopecium metasyncreticis? Certè accepit eo loco nomen ex aliena secta, licuitq; id facere ipsi magis quam Thessalo, quia ipse ponit morbos in temperamento, & in compositione, atq; inter hos ponit morbos in pororum vitio, qui morbi pertinet ad vitiatam figuram, poterat igitur mutantibus poros, utpote morbo in poris, contrariis uti quin suæ sectæ aliquid ex parte repugnaret.

CAP. XXVII.

Igitur contrarias iudicare facultates ex operibus oportet, sicut hoc toto libro sæpe numero ostendimus, dicentes quasdam facultates emplastricas: & his contrarias extergentes, tum factu liberantes & infarcientes, præterea emollientes & indurantes, ac laxantes & contendentes: nam adstringentes aut acres, aut amaras, aut acidas, aut dulces, non facultates medicamentorum, sed gustus esse qualitates monstravimus. Itaq; in his aut prorsus querenda non est contrarietas, aut non ut in facultatibus querenda. Quanquam & in istis duplex est scopus, nempe earum actiones & temperatura. Actiones quidem in densando, & rarefaciendo aut quippiam ex alto extrahendo, aut repellendo, increassando materias, aut extenuando, aut infarciendo meatus: aut factu liberando. Temperatura verò in calido, frigido, humido, & sicco de quibus omnibus abunde in 4. lib. determinatum est. Monstrantibus nobis quod adstringens terrestre sit & frigidum: acidum verò subtile frigidum: amarū autem terrestre subtile: deniq; quod absq; insigni qualitate frigidum, aqueum. Sic acre igneum ostendimus: falsum verò terrestre calidum, nondum tamen igneum: similiter dulce calidum, sed nondum virens. Quæ verò oleosa sunt, omnia acria sunt & acra. Secuta sanè sunt temperaturæ eorum & opera. Nam adstringens contrahere, constringere, densare, repellere, & increassare: adhæc omnia refrigerare, exiccareq; natum est: acidum verò incidere, extenuare, dividere, factu liberare, perpurpare (*ἄκαθαρίσει* Greci vocant) citra excalescentionem. Acre verò similiter ut acidum agere, quod ad extenuationem perpurpationemq; attinet, cæterum hoc differt, quod acidum refrigeret, acre verò excalesciant: adhæc quod illud repercutiat, hoc attrahat & digerat. Sic amarum quoq; meatus perpurgat, abstergit, extenuat, incidit humorū crassitiam absq; manifesta excalescentione: frigidum verò aqueum increassat, cogit, contrahit, constringit, extinguit, atq; obstupescit. Porro acre extenuat, perpurgat, digerit, perripit, attrahit, & scharā siue crustā efficit. At falsum contrahit, constringit, condensando servat, desiccant citra apertā aut caliditatem aut frigiditatem. Dulce verò cōcoquit, laxat, rarefacit. Oleosum deniq; humectat, emollit, laxat. Facilius itaq; iā erit ex modo dictis ponderantē sapes, inveniunt qui temperamento, quiq; operibus sint contrarij.

Quo

Quo pacto cognoscantur contrariæ facultates docet, ex contrarijs videlicet actionibus. Nimirum facultates ad actiones dicuntur. Quapropter contrariæ sunt facultates quarum sunt contrariæ actiones, velut facultas emplastrica & exurgens: & facultas densandi & rarefaciendi: & extrahendi & repellendi, & aliæ huiusmodi. Saporum differentias dicit non esse facultates medicamentorum, sed gustabiles qualitates, proinde non eodem modo quærendas in illis esse contrarietates: quamquam in istis etiam dicit duplicem esse scopum definiendi contrarietates, actiones, & temperaturas. Quia ut dictum est cap. i. libr. 4. essentia saporum est facultas, quandoquidem quæ talibus saporibus sunt prædicta, facultates quasdam habent ut toto illo lib. explicatum est fufius & nunc breui, ac per epilogum percurritur: porro saporum singuli sequuntur quædam temperamenta, quod illic quoque explicatum est, & nunc recenset, in saporibus igitur alij sunt statuendi contrarij secundum temperamenta, alij secundum facultates: Secundum temperamenta enim fuerint contrarij acerbis & acer, quia ille summi frigoris, hic summi caloris est: secundum facultates verò quod amarum & dulce seu oleosum (si hæc differentia saporis est) nã ille dissipat dilaceratque linguam, hic delinit, & exequat. Atque in idem videtur incidere siue dicas secundum essentiam saporum, qua sunt saporis, siue secundum facultates. Nam etiam si differunt horum rationes, incidunt tamen in idem, quia ut explicatum est in libr. 4. saporis per passiones tangibiles sentiuntur, illæ verò passiones tangibiles sunt, quæ inferendihabent facultates.

CAP. XXVIII.

Porro congruens iam tempus est, definitis temperamentorum & facultatum quæ in medicamentis sunt ordinibus, hunc librum absolueri. Igitur symmetrum appellare medicamentum conuenit quod neque excalescit neque desiccatur, neque frigescit, neque humectatur: neque calidum, siccum, humidum, frigidumve est. Quod verò aut calidius aut frigidius, aut humidius seu siccus est, à vincente seu excedente cognominatur facultate. Porro per vnumquemque excessum quatuor posuisse ordines quod ad verum spectat, sufficit: calidum quidem nominantes primi ordinis, quod nos excalescit, non tamen euidenter, verum ut opus sit in super demonstratione rationali: sic frigidum, humidum, & siccum, quod demonstrationem requirat etiam, nondum actionem valentem adeptum. Quæ verò manifeste aut calefacere aut refrigerare, aut humectare, aut desiccare possunt: ea secundi esse ordinis dicuntur. At quæ iam vehementer quidem, non tamen summe, tertij. Quæ autem adeo excalescere possunt ut sciam moliantur, & vrant, quarti. Sic quoque quæ ve-

hementer refrigerant adeo ut extinguant, & ipsa quarti sunt ordinis. Ceterum nullum inuenire est, quod quarto ordine desiccet, quod non etiam vrant: nam quod summe desiccet, omnino id etiam deurit. Attramen tertij ordinis existantium esse quispian queat, quod non vrant, cetera omnia quæ vehementer adstringunt ex quibus est omphacium, rhubarum, alume, balaustrum, galla omphacium. In his autem ipsis quædam vicina tam sunt adurentibus ut squama aris, & as vstum, quasi inter tertium quartumque ordinem dubie hæreant. In medio tertij est as vstum si lotum sit in principio: utij hypocistis sic autem & in secundo & quarto ordine differentias constituere licet triplices. Nec enim perinde vrit cauterium ut napy, licet ambo quarti sint ordinis. De his sane omnibus in sequentibus libris per singula seorsum medicamenta determinabitur.

Quatuor siue ordines siue gradus statuit Gal. cuiusque facultatis medicamentorum, præcipue autem primarum, & in singulis gradibus rursus tres partes, principium, medium, & finem, quæ quidem vocantur stationes. Ut distinguat hos gradus manifestum satis est, monet tamen Gal. nihil esse siccum quarto ordine quin simul vrant, sitque calidum quarto ordine. Atqui ego protecto non hoc solum dixerim, sed parte nihil esse quarto ordine humidum neque siccum, sed cum ordinem frigidorum & calidorum esse tantum modo, quia hæc qualitates vehementes sunt, siccitas verò & humiditas segnes & inefficaces. Atque ob id rectè venenorum genera duo tantum esse dicebantur, calidorum & frigidorum. Nihil enim per se humectat, aut siccatur adeo ut humectando aut siccando mortis inferat periculum. Dico autem per se, quod humiditate humectat, aut siccitate siccatur. Nam calefaciendo omnia quæ vrunt siccant extreme, ea verò siccatio caloris est, & ob id citra vrentem calorem nulla sunt quarto ordine sicca: omnia autem vrentia dicuntur quarto ordine calida & sicca, sunt autem calida per se & sicca eo ordine per accidens: humida verò quarto ordine omnino nulla esse possunt, neque per se, neque ex accidente. Per se quidem quia ut dixi tardæ est actionis, per accidens autem quia non ut calor vim habet siccandi, ita & frigus humectandi, quin potius frigus etiam, quod summum est, solet siccare. Proinde venena calida omnia sunt sicca, frigida verò, quædam humida, quædam sicca: nulla tamen eorum neque summe humida neque summe sicca: sed aut secundo ordine, aut ad summum tertio. Quia ut dixi summe siccum nunquam est nisi cum summe calido: summe humidum omnino nunquam. Sed & de tertio gradu dubitatur an possit esse in humidis, aut quæ sunt talia solum, aut simul frigida vel calida. Nam Meusæ capite de psylio ex sententia Hippocratis, ut

tis, ut ipse dicit, affirmat non posse esse vlla in re humiditatem vltra secundum gradum cum frigiditate coniunctam, id quod dixit his verbis, inquit enim Hippocrates in epidemia, non eleuatur res frigida iuncta cum humiditate vltra secundum gradum, certè multò possit minus coniuncta cum calore. Nam vt calori excedenti familiarior est siccitas, ita frigori humiditas, quia primò calidum (hoc est ignis) siccum, & primò frigidum (hoc est aqua) est humidum. Quòd si cum frigore qualitate sibi adedò socia iuncta humiditas non potest, certè neque sola possit secundum gradum superare. Quapropter si verum est quod Mesuè affirmat, nihil potest esse humidum vltra secundum gradum vt medicamentum. Atqui mihi verum esse videtur iuxta definitiones quas Gal. hoc loco tradit. Nam ne aqua quidem videtur etsi in eam corpora sæpe immergantur plusquàm manifestè humectare. Atq; si percurras medicamentorum omnium historias quas sex libri sequentes continent, videas calida & frigida quarto etià gradu esse multa, & sicca etià simul cum calore vrente, verum sine calore vrente nulla sicca vltra tertium gradum, & tertio pauca: humida verò vltra secundum nulla. Quare vbicunq; nominatur

apud autores humidum tertio aut quarto gradu, aut frigidum & siccum quarto, aut etiam tantum siccum quarto gradu, per hypotheseim dicitur, non quod reuera ita habeat. Itaq; hac in parte probò Mesuè sententiam, etiam si Hippoc. falsò citat. Nullibi enim ille, graduum medicamentorum meminit, sed inuentum fuit id posteriorum. Hic est huius libri finis, atq; adedò meorum commentariorum. Reliqui enim sex libri nihil continent rationalis doctrinæ, sed singulorum simplicium historiam, quæ Medicinæ pars empyrica est, non tamen proinde parè necessaria. Verùm descriptiones peti debet à Dioscoride, Plinio, & Theophrasto, facultates à Galen. de innumeris dubitationibus quas circa plurimorum simplicium agnitionem tempus attulit, scripta sunt multa, atq; adedò optima commentaria à Iuniorib. præcipuè à Mathiolo Senensi, cuius hac in parte meritò maximè probati sunt ab omnibus labores. Haud multum, neq; magni momenti esse posse existimò, quod ego possem insuper addere: quapropter satius fit hunc illis laborem committere, me autem præsentì operi finem imponere, & ad alia in quæ me vocat animus properare.

FINIS





DE DIFFERENTIA FEBRIVM.

LIBER PRIMVS

CAPVT PRIMVM.

Ropriissima et præcipue febriū differentia secundum illarum essentiam sunt, alia verò secundum accidentium aliquod.

Quoniam autem & ipsorū accidentium non vna est natura, sed alia quidem sunt propinquiora, atq; ei quæ diuiditur essetia magis propria, alia verò remotiora, magisq; aliena: ideo & earum quæ hinc sumuntur differentiarum, nequaquam vnum est genus: maximè igitur peccant, à proprijs & præcipuis recedentes, deinde verò quicunq; harum mentione facta, permiscet cum eis, equali honore omnes eas quæ secundum accidens sunt, vtilis ab inutilibus haud discernentes. Nō solum autem in ipsis differentiarum generibus pluri mi medicorum errauerunt, aut redundantes, quod & inutilium meminerint, aut deficientes, quod nonnullas etiam utiles præterierint: sed & in ipsa diuisione generum in proprias differentias, similiter errauerunt. St. atim enim cum primum, ac præcipuum differentiarum genus ab ipsa diuidenda rei essentia sumatur, tamen videre licet nonnullos medicos vniuersum hoc genus prætermisisse: alios verò aut redundantes in diuisione fuisse aut deficientes.

VT Gale. ipse alibi docet, res est prorsum difficilis, Platoniq; ac Arist. & Theophr. talis habita, genus in proprias differentias diuidere. Contingit enim facile, si is qui diuidit logicæ artis valde peritus non sit, multifariam errare, præcipue verò trifariam, aut quod misis differentijs, quæ ex rei diuidendæ essentia desumptæ sunt, per differentias ex accidentibus procedat, vt si quis diuidens animal, mittens rationabile & irrationabile, quæ differentia secundum rei substantiam censentur, dicat, animal aut est album aut non album, quæ differentia sunt accedentes (nam ita soleo nominare eas quæ ab accidentibus capiuntur) peccatur secundo quod quanquam differentiarum ab essentia mentio fiat, non illarum solum (oportet enim earum meminisse seorsum inter diuidendum) sed cum ijs accedentes misceantur. Vt si quis dicat animalium quoddam est rationabile, quoddam quadrupes, quod-

dam bipes, quoddam irrationabile. Tertio peccatur si quanquam diuisio fiat per essentia differentias solū, tamen constituitur ante differentias vltimas, in quibus solis Plato iubet quiescere, vt ille dixit. Vt si quis diuidens elementum in vocale & consonans, putet se nihil omisisse. Quia diuidunt, sunt in diuisione deficiente quia earum, quæ ab essentia sunt, nonnullas omitunt. Qui secundo modo peccant, sunt redundantes differentijs, quia accedentes etiam annumerat. His omnibus modis, ait Gal. peccasse ante illum medicos, inuestiganda differentia, quæ est inter febres. Nā nihil refert dicere febrium differentias, aut febrium differentiam.

Quanquam Hippoc. 6. Epid. lib. optime diuisit. Diuisio verò habet in hunc modum: Febres hæ quidem manu sunt mordaces, illæ verò misce, quædam autem non mordaces sed incrementales, alia verò acuta quidem, sed à manu deuicta, quædam sunt statim ardentes, quædam verò omnino debiles, sicca, alia salsa, quædam flatuosa, aspectu graues, nonnulla ad manum humida, alia rubicunda valde: alia vehementer pallida, alia luida, & alia istiusmodi.

Solus Hipp. inter Gal. antiquiores febrem rectè diuisit: quandoquidem differentias omnes ab essentia seorsum enumerauit, & accedentes seorsum. Nam est aliquando nō inutile referre etiam accedentes differentias, verum illas per se, & post præcipuas, vt fecit Hipp. 6. Epid. parte 1. dictione 19. quam Gal. huic capiti inseruit, vt ab illa principium capiat inuentionis ad diuidendam febrem. Agreditur verò diuisionem Gal. nō præmissa definitione, quia cum res de qua agitur nota satis est ex ipso nomine, frustra quæritur definitio, quippe quæ nihil perspicuitatis præstat doctrinæ, & potest sermonem remorari, excitatis controuersijs.

Euidētissime enim in ijs, & ab ipsius rei essentia, simulq; ab ipsa dignotione, in proprias differentias fecit diuisionem. Nam essentia febrium est in genere caloris præter naturam: differentia verò caloris & ex eo quod rationem maioris minorisq; habent, & ab ipsa materia, in qua calor ille præter naturam accenditur, & à motus modo petitur. Quas omnes

omnes coniungentes cum dignotionis modo scripsit, ut procedente sermone ostendimus.

Evidentissimè (ait) Gale. Hipp. diuississe in præscripta dictione ex 6. Epide. febrem per differentias ab essentia. Nam febris essentia est in calore præter naturam, in calore inquam solo: si siccitas cum calore præter naturam coniungitur, ea non est pars essentia, sed accedens, quia calor præter naturam est igneus, & proinde desiccās. Sed neq; est necessario accedens febrī, imo verò esse potest febris sine siccitate: ut si fingas hominem, toto corpore laborantem intemperie tantum humida, corripit calore præter naturam toto etiam corpore, febricitabit manifestè. Nam calor præter naturam totius corporis, proculdubio est febris, tamen antequam febris humorem illum quo laborabat absumpserit, satis magno fortassis tempore, febricitabit cū humore, nedum sine siccitate. Quare si à Gal. prima particula Apho. comment. 16. dictum est, febris passio calida & sicca est, scire licet non eo esse dictū, quod febris essentia in calore sit, & siccitate, sed quod febrilis calor semper sit sua natura desiccās, est enim necessario naturæ desiccantis, quæ est igneus, quanquam, non arbitror necessario desiccet. Sed potest hoc, obiectu causæ alterius cohiberi, ut vsu ciborum, & potuū valde humectantium, & aëris humectatione, & aliarum causarum quæ perpetuò nos alterant. Ex quibus luce clarius fit siccitatem non esse in febris essentia, nam aliter non posset ab ea tolli, ut neq; calor tolli potest. Rectè ergo Gal. libello 2. Methodi cap. vlt. definiens febrem dixit, est tantus calor, quantus iam potest officere operationibus. Et 8. lib. eiusdem operis: (inquit) febris est calor immodice actus, ut iam hominem molestia afficiat. Verum est aliud quod definito hic opus habet, calor, is in quo febris essentiam collocauimus nō tenet necessario totum corpus, sed aut solum cor, aut saltem cum illo præcipua membra. Nam id Galen. ipse docuit clarius, quæ ut de illius opinione contentio esse possit, 6. Epide. in commentatione eiusdem sententiæ, quam huic capiti inseruit, docuitque his verbis. Essentia verò februm est, non secundum Hipp. modo, atque præclarissimos medicos, sed etiam secundum communem omnium hominum consensum præter naturam calor, maximè quidem in totum animal effusus, sin minus, at omnino vel in plurimis partibus, vel in nobilissimis accensus. Sæpius namq; vniuersa cutis nullū euidenter præter naturam calorem, neque nobis exterius tangentibus, neq; ipsis laborantibus præ se ferre videtur, sed in profundo corpore ipsi ægrotantes sentiunt, visceraq; sibi incendio flagrare aiunt. Hæc Gal. Quare si-

A cubi calorem totius corporis febrem esse dixit, illud vnum intellige, febrem esse calorem, qui nisi quid sit quod impediatur, in totum corpus sese diffundit. Nam non ante febris est, quam cor præhenderit, à corde verò statim fit in totum corpus distributio, nisi inquam quid sit quod impediatur, ut rigor aut interna inflammatio, aut calidi innati extremus langor. Verū hæc omnia disputata sunt à nobis latissimè 5. lib. controuerf. medicarum. Illinc ergo pete, si vis scire quæ in hac disputatione de febris essentia sunt difficilia. Hic illud vnum dicimus, essentiam febris in solo calore maiori quam pro natura insigniter. (Id enim in omnium morborum finitionibus addendum est) consistere. Ergo ostendendum est, hinc sumpto principio, Hipp. illic omnes ab essentia differentias enumerasse. Caloris differentia ex tribus rebus solum fumi possunt, intentione, motu, & materia. Has omnes complexum esse Hipp. breui illa dictione, & deinde eas quæ ex accidenti quoque desumptæ sunt adiecit, docet Gal. ipse in commen. eiusdem sententiæ, ex quo nobis petendus est genuinus verborum sensus. Cum Hipp. (inquit) febres quidem aliæ manui mordaces, aliæ verò mites, significare vult mordaces, aut mites semper apparentes: cum subiicit, aliæ non mordaces quidem, sed post insurgentes, significat febres ab initio mordaces non visas, diutius iniecta manu mordacitatis sensum inferentes: contra verò aciste, illæ se habent, de quibus dicit, aliæ acutæ quidem sed à manu vitæ. Ab initio enim acutæ apparent, paulatim acrimoniam remittunt. Quod verò acutæ appellantur febres, intellige non ut chronicis opponuntur, sed quia earum calor manui celeriter occurrit, & suum velocem motum manui ostendit. Itaq; prima diuisio in illa dictione est quadrimembris, & lata per differentias ex modo motus, quem calor actui representat. Sequentia hæc verba: Quædam statim ardentes, quædam debiles, continent bimembrem diuisionem, per differentias intentionis & remissionis latam. Scilicet aliæ sunt ardentis caloris, aliæ debilis. Ex dictis quæ licet tibi reperire in nuper citato Gal. comment. satis constat, Leonhartum Fuchsum præter Galen. mentem interpretatū esse dictā sententiam, in ijs commentarijs quæ in 6. Epide. edidit. Inquit enim primam diuisionem esse bipartitam, & ex ratione maioris & minoris, contineri que his verbis, hæc quidem manui sunt mordaces illæ verò mites: secundam esse quadripartitam, ex motu, & contineri his verbis, quædam autem non mordaces sed crescentes, aliæ verò acutæ quidē sed à manu deuitæ. Quædam sunt statim ardentes, quædam verò omnino debiles. Recessit apertè à Galeni senten-

sententia deceptus fortasse dictione illa, statim, ubi dicitur statim ardentis. Vbi videtur enim ea dictio significare modum motus. Non nego posse verba expositionem Fuchsi pati, & sanè prodidit idem sensus: Sed refero Gal. interpretationem, à qua illa est satis diuersa. Illud vnum satis sit modo scire, dictis verbis duas diuisiones contineri, aliam ex intentione & remissione caloris, aliam ex modo motus. Tertia diuisio ex subiecta materia, continetur his verbis quæ sequuntur, sicca aliæ salsa, quædam flatuosæ aspectu graues, nonnullæ ad manum humidæ. Sunt nempe febres sicca quæ in sicca materia sunt, cuiusmodi hectica. (Quamquam in codice græco Basileæ deest dictio, *ἀρμυρώδης* i. salsa tamen apud Hipp. reperitur) dicuntur verò hæc salsa, per metaphoram, quia calor corporis aridioris insuauitatem quandam facit in tactu, similem ei, quam salsa faciunt in gustu. Aliæ sunt flatuosæ aspectu graues, in qua dictione, vt Gal. notat in commentario citato, quidam separant dictionem illam aspectu graues, à dictione flatuosæ, aut inflatæ aut tumidæ, (hæc enim omnia significat dictio *πνευρωδης*) aliæ aspectu graues, Sed Galen. ambo hæc copulat, legitq; aliæ tumidæ aspectu graues, quia dictione (inquit) sola pestilens febris significatur, tumidæ quia tales representantur, aspectu graues, aut terribiles, vel quia toruè intuètur, quia illa sunt infecti, vel quia intuentibus terribiles fiunt, maculata cute, aut obortis pustulis. Hæc est Gal. interpretatio, tam longe abest vt verè interpretentur, qui dictione hac spirituosæ videri graues, diarias significari dicunt. Sunt enim qui ita interpretentur, diariæ spirituosæ sunt, quia earum calor in spiritu est factus sunt verò graues non re vera, sed videri graues, quia tales videntur, & vulgo & imperitis medicis. Sed contra est quod Gal. dictionem spirituosam non propter subiectam materiam interpretatur, sed ad tactu. Ita enim (inquit) febrem pemphigodea dictam esse spirituosam quæ ad tactum referatur. Iam verò febrem diariam videri grauem falsum est aperte, nã peritis non videri fatentur, imperiti nulla alia ex re iudicant morbi grauitatem, aut leuitatem, quam ex bona aut mala ægrorum tolerantia. Sed vt licet videre apud Galen. 1. de arte curatiua ad gla. capit. 2. signum febris diariæ quo ab alijs febribus differt, est facilis tolerantia non ergo est diaria febris videri grauis, sed potius est ad manum humida, est enim, vt hic ipse liber docebit, calor quidam occurrens tactui vaporosus, & cum suauitate quadam, vt calor, substantiæ humidæ solet, contra ac qui in aridiori est materia. Hæc itaque est tripartita diuisio. Verum rogabis qua ratione dicimus hæc differentiæ sumptas esse ex materia: nam

A falsam esse, videri grauem, aut tactui humidam, non videtur significare materiam, sed modum quo tactus afficitur. Scire licet Hippocrat. vt Gal. notat, tradidisse differentiæ sumptas ex essentia, alias ex motu, alias ex intentione, hæc quas modo declaramus, ex materia, sed illas coniunxisse cum dignotionis modo. Scilicet est id Hipp. breuitatis. Is modo refert differentiæ ex materia, & interrim nominibus ipsis significat modum dignotionis. Sicca falsa est hectica, in qua calor est factus in solidis, ita appellata quia insuauis est tactui, contra humida ad manum est diaria, cuius calor est in spiritu, appellatur ita, quia velut ab humida substantia afficitur tactus. Tumida & videri grauis, significat febrem pestilentem, ac illius nomine omnem putridam, vno exemplo pessimè putredinis insinuante nobis Hipp. totum putridarum genus, quarum calor est factus in succo. Cuiusmodi itaq; Hipp. dignotiones cum differentiis, quod & in duabus primis diuisionibus fecisse, facile deprehendes. Expeditis his differentiis, quæ ex essentia sunt, etiam addit alias quæ sunt ex accidenti quoque. Dicens: Aliæ rubicundæ, aliæ pallidæ, aliæ liuidæ, hæc differentiæ manifestè sunt ex accidenti quoque. Nam colorum magis sunt hæc nomina, quam febrium. Quamquam diceres satis probabiliter, vltimas hæc differentiæ dici nominibus accidentium, tamen esse sumptas ex materia, ex specie inquam succi, atq; esse subdiuisionem (vt dicunt) tertiæ diuisionis, scilicet, febris à succo pendens, aut est sanguinea, quod faciei rubro colore significatur, aut biliosa, quod pallido, aut melancholica, quod liuido nigro, aut pituitosa, quod albedo. Sed vtrunq; dicas, hæc vltimæ differentiæ quamquam possint respondere differentiis ex materia, ex accidentibus sumptæ sunt. Verum hoc in loco nota, quod in 4. libro controuersiarum medicarum diximus cap. 20. febrium differentiæ quas Gal. tradidit, non esse physicas re vera. Nã febris quod etiam illic monstratum est, nihil est aliud quam calor præter naturam. Differentiæ maximè essentiam attingentes dixit Gal. esse ex intentione, aut remissione, aut motu, aut materia: quæ si re vera speciem permutarent, Differentiæ specie calor paruus à maiori, & calor auræ à calore argenti, & calor meridianus à vespertino quo nihil est à philosophia alienum magis. Non itaq; sunt re vera specierum differentiæ hæc, sed medicæ. Nimirum medici in artis constitutione respicientes finem, curationem scilicet, species sibi constituunt, quod ad possunt, eas, quæ sunt accommodatissimæ ad curationem peragendam. Dictæ verò sunt à Gal. hæc ex accidentibus, illæ ex essentia, non quod aliæ illarum essentia sunt re vera, vt rationale hominis. Sed quod acci-

piatur ex eo quod necessariò inest rei in qua consistit febris essentia. Nimirum essentia febris consistit in calore, huic necessariò accidit esse intenso aut remisso, & modo aliquo mouere tactum, & inesse alicui materiae, esse albo aut nigro non accidit calori, sed calido. Ergo hac ratione dicuntur aliae ex essentia, aliae ex accidenti. Sed hæc require loco citato 4. lib. & rursus 5. lib. nostrarum cōtrouersiarum. Porro si vis scire verè essentialis febrium differentias lege caput primum eius compendioli quod de febribus iam in lucem edidi. Ego enim nunc commentatorem ago.

Porro quæ à ratione maioris minorisq. dicuntur, manifesta sunt, & in hoc genere differentia, mos est medicis magnam & paruam febrem nominare: verum improprie de rei qualitate quantitatis nomen efferunt. Itaq. omnes facere consueverunt, non solum in febre, sed & in innumeris alijs quæ in qualitate essentiam obtinent, magna tamen & parua nominantur.

Magnitudo aut paruitas, si quis rigide vatur nominibus, soli accidunt quantitati. Nam ea tantum quæ quantassunt dicuntur magna aut parua, maiora aut minora, æqualia aut inæqualia. Qualia potius dicuntur vehementia aut debilia, intensa aut remissa, similia aut dissimilia, docet id communis omnibus hominibus sermo, præterquam quod Aristoteles ita vtitur nominibus in categorijs, tamen medici illa nomina ad qualitates etiam transferunt, vt in cōmentarijs etiam 12.1. Aphorismorum Galen. ipse monet. Neque verò solum medici id faciunt, sed vulgò ita loquuntur, febris est magna aut parua, & calor maior aut minor, si exactius loqui vis, dicito febrem vehementem aut debilem, intensiorem calorem aut remissiorem.

Quæ verò à materia sumuntur, in qua calor præter naturam consistat, maximè propria caloris præter naturam differentia sunt, siue corpus ipsius cordis ille prehenderit, siue succos in eius ventriculis contentos: reliqua verò & tertia differentia est, vbi ærea essentia sola admodum incaluit, si quida verò & solida corpora etiam nunc incaluescunt, sed nondum incaluerunt.

Differentias quas in Hippoc. verbis delitescentes, adhuc scripserat Galen. scribit modo distinctè suo more. Atqui reliquis omisissis, accedit ad maximè proprias, nam in harum declaratione versabitur totum hoc opus. Ex sunt quæ accipiuntur ex materia, illæ enim sunt omnium maximè propriæ calori ipsi, quia qua ratione est accidens, nihil est ei magis intimum, quam inesse mate-

rie, vsq; ad eò vt Arist. hac tantum ratione accidens finiuerit. Ergo maximè propriæ febrium differentia sunt, quæ ex materia accipiuntur: hæc verò sunt tres, quas antea etiam diximus, quia tres sunt substantiæ in nostris corporib. in quibus calor potest esse factus, spiritus, succi, & membra. Atq; ita febris potest esse ephemera, humida, siue ex succo: aut hectica. Sunt qui non intelligentes cur differentia ex materia sint magis propriæ alijs, locum hunc ita interpretantur, inter differentias ex materia maximè proprias esse eas quæ sunt in hac diuisione, vt calor est in succo, aut spiritibus, aut membris. Sed hunc sensum non patiuntur verba ipsa, est enim ita scriptum. *Αἱ δὲ τῶν πλὴν ὄλων, ἐν τῷ τῶν φθ. οὐδὲ θερμὸν οἶκον ταῦτα διαφορὰ τῶν φθ. οὐδὲ θερμὰς εἰσὶν.* Id est differentia autem, (si verò ille sensus verborum foret, dicendum esset, τῶν δὲ διαφορῶν, differentiarum autem, aut ἐν ταῖς μεν διαφορῶν, in differentijs autem) secundum materiam maximè propriæ sunt, & cætera, itaq; dictio neq; est obscura neq; amphibologica, sed significat aperte quæ diximus.

Neq; enim parum differt aliquid incallescere aut incaluisse.

CVM dixisset paulò antè, tertia differentia est vbi ærea sola essentia admodum incaluit, liquida verò & solida corpora etiam nunc incaluescunt, sed nondum incaluerunt in horum declarationem dicit modò, neque enim parum differt, aliquid incallescere & calefactum esse. Nimirum, vt statim ipsemet dicturus est, quæcunque febris hominem teneat, habent calorem omnes illæ substantiæ, spiritus, succus, & substantia corporis. Sed si vnica febris est vnica illarum habet calorem factum, aliae calorem qui adhuc fit. Multum ergo refert, vt declarem quid sit, calorem esse factum, aut fieri adhuc. Non enim videtur posse esse verum, quòd à Gal. dicitur, corpora solida incaluescunt, sed nondum incaluerunt. Nam nihil quod mouetur est in integra priuatione eius formæ ad quam mouetur, sed est in actu imperfecto. In quam sententiam dicitur ab Arist. 3. physicorum. ca. 2. motus actus quidam esse videtur, imperfectus tamen propterea quòd ipsum passibile imperfectum est, cuius motus est actus. Itaque non mouetur, quod nondum quidquã comparauit per motum, quia quod nihil omnino mutatum est, quiescit, ergo nihil potest incallescere, quòd aliqua ex parte non sit calefactum. Hæc physica ratio euidenter monstrat, Gal. non appellare hic calorem factum, quem eunq; calorem, qui genitus est in substantia quapiam, nam ita omnis febris est calor factus in cordis substantia. Non enim succorù calor, aut spiritus, est morbus, sed

sed intemperies calida ægrotantis corporis. Sed calor hic qui febris est, per febres diarias, & eas quæ pendent ex succis, est in corde dispositio quædam ex interna causa, inflammato inquam spiritu, aut putri vstove succo, pendens. Per febres hæcticas calor cordis est in habitu, eo quod difficile separabilis, nullaque iam ex causa pendens sed fixus per se. Ergo hac in parte intemperies nondum facta est, quæ in dispositione consistit, ita appellata quia ex causa pendet, factaque in habitu, appellatur ita, quia non pendet ex causa, more earum rerum quæ iam non fiunt. Sed de hac re latius diximus in commentario primi capituli libelli de inæquali temperie, illinc pete integram huius rei intelligentiam, si hæc non videntur esse satis.

Ac discas evidentissime id quod dicitur in huiusmodi exemplis. Cogita mihi calidam aquam lebeti frigido inditam, deinde ab ipsa vicinibus lebetis corpus calefieri, nondum verò totum exquisite esse calefactum. Rursus finge in calidum atque ignitum lebetem frigidam aquam infusam, deinde calefieri quidem adhuc, nondum autem ipsam incaluisse, in horum secundo exemplo, prima febrium differentia, quam corpus ipsum cordis occupasse diximus in primo verò, ea quæ in succis, qui in ipso sunt consistit: reliqua verò & tertia exemplum omnino simile non habet. Sed clarioris doctrina gratia, animo concipe fabrillem follem, trahentem ad se aerem admodum calidum, deinde verò ab ipso calefieri adhuc, nondum autem incaluisse. Sed exemplum rei declaranda naturam magis indicabit si finxeris in folle contineri succum, atque adhuc magis si foramina folli, per quæ trahit atque emittit aerem, ita angusta feceris, ut succo quidem inuia, aeri verò peruia sint. Qua sane in re maxime differunt natura opera, ab ijs qua homines efficiunt, nam in omnibus arterijs per multa foramina spirantibus, permixta est essentia aërea sanguini: ac nihilominus in ipso corde, ut quæ per eas omnes confluat.

Exemplis lebetis in quem aqua infunditur, & folliis fabrilis, nititur Gal. nos quasi manu ducere ad intelligendum qua ratione calor factus sit aliquando in spiritu, & in alijs substantijs fiat, & aliquando in succo factus, in reliquis fiat, aliquando factus in substantia cordis, fiat in alijs duabus. Avicenna fen. 1. 4. cap. 1. utitur exemplo quodam magis accommodato, balnei in quo sunt tria hæc: paries, aqua, & aër, possunt enim in eo calidi parietes reliqua calefacere aut calida aqua, aut calidus aer. Sed in hoc capite nihil iam scrupuli superest, præterquam quod differentie hæc febrium malè videntur appellari acceptæ ex materia, cum calor, qui febris est nihil possit esse materia præter membrorum substantiam. Siquidem, ut dictum est, essentia febris in calore rei viuentis consistit,

A calor enim excrementorum non fuerit morbus. Certè si quis rigide consideret res habet ut modo diximus. Non sunt illæ differentie ex materia, cui febris inest, imò verò partim ex materia, partim ex internis causis. Spiritus enim inflammatus, & succus putris causæ febrium potius sunt, quàm materia: sed Gal. modo non tam rigide disputat de febris materia, sed medice magis, & latiuscule, ut totus is calor qui tactu sentitur in febricitanti corpore, febris appelletur, quod ostensum etiam à nobis est in controuersiarum decisione. Modo illud vnum videtur expendendum, nū verè dictum sit à Galeno hoc in loco in quacunq; febre simplici esse calorem factum in aliqua distarum substantiarum. Quàdoquidem, cum factus calor sit qui est in habitu non pendens ex causa, talis verò non possit esse nisi cum rei ipsius calefactæ, subuersa iam est natura, ita ut innatum illi temperamentum corruptum sit (nam aliter temperamentum illud aduentitium, abscedente causa quæ conseruat, corrumpitur à naturali rei temperamento, quod si nondum euersum est, contra illud pugnat) videtur per febre continetem quæ sine putredine est, nullibi esse factus calor, nam sanguis cum neque putris neque vstus sit, neque alio modo secundum substantiam alteratus, sed secundum qualitatem solum, calefactus nempe, non magis habebit factum calorem, quàm aqua cum feruet, quàm constat detracto igne deferbere. Ego sanè non dubito, si sanguis nihil contraxit putredinis aut vstionis, eum calorem habere qui adhuc fiat, cur enim factus sit? Verùm per eam febre nullibi esse calorem factum non cogor cōcedere. Nam rem ita intelligo. Ea febris quodammodo diaria est, quodammodo ex succis, non tantum duratione aut dierum numero, ut plerique intelligunt, sed natura. Nimirum per eam ardent calefactique sunt spiritus, hique duas alias substantias calefaciunt. Verùm à reliquis diarijs ita differunt, quod in illis spiritus ardent succos & membra calefaciunt ambo per se, in synochis verò appellatis spiritus ardent faciant succos feruere, atque illorum feruore potissimum membra calefaciunt. Est apud Arist. 4. meteoron appositissimum exemplum. Cum quippiam in testa elixatur & sarragine frigitur, constat tres substantias adesse, quas licet dictis tribus conferre, igneam exhalationem spiritui, succum succo, rem quæ frigitur elixaturve membrum solidis. Constat non minus has passionnes ab ignea exhalatione proficisci, tamen quæ elixantur à succo ipso dicuntur pati, succo patiente ab igne, quæ friguntur, ab igne per se, ambobus scilicet, inquam ipsa, & succo simul patientibus ab igne, non alio per aliud. Itaque per alias febres diarias om-

nia calefiunt simul & per se ab spiritu, quia A sanguis non erat paratus adeo ferbere: in synochos spiritus ferre facit per se sanguinem, & calefacit per sanguinem ipsa membra. Hinc fit, ut quanquam diaria sit, longiori duret tempore, quia feruor sanguinis valenter facit ipsius recalescere.

CAP. II.

In ipis igitur hic calor prater naturam, quem febrem etiam nominamus alius ex alio eorum que dicta sunt serpit autem & vna cum eo quod vatur reliqua duo afficit genera. Facillime igitur a succo spiritu calor transmeat minus vero proprie vna cum spiritu succi acceduntur, quin etiam solidum corpus succu, aereq; subitanea promptius elargitur calorem quam ipsum ab illis accipiat. Omnis enim substantia tenuium partium facilius quam ea quae crassa, vna est partium, alteratur est autem tenuissima aeris, crassissima vero solidorum corporum in medio vtriusq; succorum. Nihil autem in presenti doctrina aret spiritum vna aerem dicamus. Nam de ipis alibi exquisitius definitum est. Nunc vero sufficit hoc cognoscere, quod arbitror Hippocrates ostendens dicat. Continentia, contenta & impotentia, continentia quidam ipsas solidas corporis partes appellans: contenta vero succos: impotentia autem facientia, spiritus. Febris enim affectus alius ex alio predictum incipit, non permanet autem in eodem quod primum affectum est, sed ad reliqua duo serpit: ac nisi prius soluitur processu temporis illa quoq; similiter afficit. Atqui haec summa sermone est. Sed oportet ea quae dicta sunt simul demonstrare, & dignationes vniuersiusq; generis febrium recensere. Statim vero de earum ortu dicere est necesse.

Accipit modo iterum Galenus celebratissimam illam febrium diuisionem ex materia, ex alio Hippocratis loco illam educens. Moratur vero vsq; adeo in de iudiciis hac diuisione, quia tres has differentias profecturus est totam in toto hoc opere: Hippocr. ergo lib. 6. Epid. sect. 7 ita scripsit. Spiritus tensus, calor, frigus, crassities, tenuitas, licetitas, humor, plenus imminutus, & coctior, a quibus mutationes, quales ex quibus, prout e habent contenta, continentia, & impotentia. Quo sermone obscuro, nihil aliud puto significari, quam mutationes omnes in nostris corporibus fieri, ut habuerint continentia contenta & impotentia: membra scilicet, succi, & spiritus. Igitur febres quoq; sicut calefactis, aut membris, aut succis, aut spiritibus. Vnde prodit praecipua omnium febrium partitio. Caeterum quamquam calor in vnica harum substantiarum sit, non manet in ea solum, sed reliquis inuadit. Nam inopinabile est, illatum quod amplius esse valde calidiorum iusto & reliquam mediocritatem retinere cum simul sint, atq; ad eo per

se mutuo peruadentes, tamen quoniam calorem bifariam esse posse in substantia aliqua antea dixit, factum aut non factum, & in ea substantia, a qua febris species sumitur, semper sit factus. bifariam poterit substantia calefacta duas alias afficere, aut calefaciendo ipsas calore qui solum fiat, aut trahendo eas, etiam ad calorem factum. Prima illa affectio semper fit, semper enim in quacunque febre sunt tres substantiae cum calore, secunda haec non semper, sed cum sit febris permutatio, aut febris cum febre complicatio. De prima permutatione loquitur Galenus in primis capitulis verbis cum dicit incipit hic calor alias ex alio quae dicta sunt, serpit autem & vna cum eo afficit reliqua duo genera. Sed ubi addit, facillime igitur a succis ad spiritum calor transmeat, minus vero prompte vna cum spiritu succi acceduntur, non disputat de permutatione febrium, sed de sola alteratione: nimirum spiritus, quia tenuissimus facillime calefcit, deinde succus, difficillime membrum. Proinde citius & facilius, calefacto succo calefcit spiritus, quam contra. Tamen si sermo esset hic de permutatione febrium, sermo non esset verus. Nam diaria frequenter permutatur in putridam, putrida nunquam permutatur in diariam, imo vero quod febre putrida laborer: nullus incidit in diariam, nisi accedat causa procathartica: tunc enim potest cum ea copulari. Itaque male ex hac sententia quae etiam scripta est in quinto capitulo libelli de inaequali intemperie, colligunt nonnulli, semper fieri febrem diariam ante putridam, saltem cum putrida sit a causa procathartica, & putridam etiam ante hecticam, vel saltem diariam ante hecticam, ita ut hectica a principio nunquam fiat. Quia, dicunt accedente quacunque causa, necesse esse calefcere primum substantiam, quae facilius inflammatur, deinde aliam. Sed falluntur, nam Galenus quamquam dixit spiritum esse separatissimum ad incalescendum, non tamen dixit ad contrahendum calorem factum. Itaque iubens concesserim, accedente causa externa semper incalescere spiritus ante succos, sed non esse semper calefactos prius. Interim vero, dum omnes substantiae incalescunt, nulla adhuc calefacta, non est febris quaequam, etiam si calor sit intensissimus, magis quam in homine ardente ira cui nulla febris superuenit. Sed de his in hoc ipso libro iterum dicetur, & in quinto controuersiarum fufus a me dictum est. In ultimis capitulis verbis loquitur de secundo modo quo se haec substantiae afficiunt, ubi inquit, febrilis enim affectus alius ex alio predictorum incipit, non permanet autem in eo genere quod primum affectum est, sed ad reliqua duo serpit, ut ex diaria fit putrida. ex hac

hæc hectica. Quod horum verborum hic sit sensus, sequentia hæc indicant. Ac nisi prius solvatur processu temporis, illa quoque similiter afficit, *videtur de eodem modo*, ac in prima substantia erat calor, videlicet factò calore, quod verò à Galeno dictum est, non permanet in eo quod prius affectum est, sed in reliqua duo serpit, ne intellige, quod nonnulli barbarorum, vt tollant febrium concursus, cum calor in aliam substantiam tranfit, non permanere in priori, id est, priorem destituere, sed intellige non consistere solum in priori illa substantia. Obiter Galenus in hoc capite tetigit naturam spirituum, refugit verò illius integram declarationem, tamquam ab hoc loco alienam, & in alijs locis satis declaratam, videlicet in opere de placitis Hippocratis & Platonis, & libro aduersus Erasistratum, quod sanguis in arterijs contineatur, & obiter, vt hic, in multis alijs locis. Dicit verò in hoc capite illud vnum, nihil referre aërem illum appelles aut spiritum. Non quidem significans nobis (quod Fuchsius intelligit) spiritum sola crassitie differre ab aëre, differt enim etiam specie, atque ea mutatio qua ex aëre spiritus fit, ortus est vere. Nam qua ratione aër possit esse instrumentum primum nostræ animæ? Adde quod si spiritus ab aëre factus, non differret specie ab eo, non essent spiritus ipsi, quamquam eiusdem essent facultatis, vt vitalis, aut animalis, vnius speciei. Nam spiritus non fit ex aëre solum, sed etiam ex sanguinis vapore. Sed qui ex sanguinis vapore fit, non est aër, aut ergo spiritus ipsi vitales inter se ipsos specie sunt diuersi, aut certè nullus spiritus vitalis est reuera aër. Galenus sanè libello, quod sanguis in arterijs secundum naturam contineatur, monstrat spiritum aëre esse crassiores, speciei non meminit, quia ad inceptam illic disputationem nihil intererat. Vnde ergo colligis, illum dixisse sola crassitie differre? hic quoque dixit nihil referre aërem dicas aut spiritum, addidit verò caute admodum, in præsentia doctrina, dicens, nihil autem in præsentia doctrina refert, aërem aut spiritum appellare: significans luculenter, differre spiritum ab aëre reuera, sed ad præsentem doctrinam nihil referre illam differentiam declarari. Nam ad id quod modo dicitur, illud vnum oportet sciri, illum esse substantiam tenuem quo scilicet facilius alijs inflammetur. Ergo nihil refert ad hanc doctrinam spiritum appelles aut aërem, nam vtroque horum nominum substantia tenuissima significatur. Sed caput præsens non indiget enarratione maiori.

CAP. III.

Quod igitur ex lassitudine, ira, morore, solis
 ystione, frigore, vigilijs, cruditate, ebrie-

A tate, & satietate nonnulli febricitare conspiciuntur, omnibus iam hominibus perspicuum est, ab ipsius rei euidencia edoctis. Quin etiam pestilentem aeris constitutionem, asserere febrem, minime ignorant quicunq; intelligentia participant. Quemadmodum & versari cum ijs qui peste laborant, admodum periculosum esse. Incommodum enim ne hinc capiatur, periculum est, veluti à scabie quadam & lippitudine: minime præterea tutum est, cum ijs qui tæbe tenentur, conuersari, atq; in totum cum omnibus qui vitridum exhalant, adeò vt domus, in quibus decumbunt grauius oleant. Longa insuper experientia compertum est, eos qui exercitationum consuetudinem omiserint, alijs quibusdam morbis & maxime febrilibus corripì. Et quod plenitudo vocata procreet febres atq; nonnulli etiam cibi prauis, ac medicamenta, & æstus circa canis orrum, atq; alia huiusmodi, ab omnibus hominibus (vt ita dixerim) cognoscitur. Qui verò ab ipsis in corporibus nostris fiat affectus, ex quo febricitamus, hoc ignorant pleriq; hominum & nonnulli medicorum, duplex autem talia ignorantium genus est alterum quidem quod ipsa auntaxat experientia nititur, tanquam nulla ratione rei cuiusq; natura inueniri possit: alter verò cæcus hominum est eorum qui sapientes videntur, ignorantia verò aque ac priores laborantes, scientia tamen opinionem habentes. Inscitia autem laborare eos contingit quia in methodis logicis prius non sunt exercitati, è quibus dignoscuntur ac discernuntur à demonstrantibus sumptionibus, verisimilia quidem sed qua nihil veri aut inuenire aut demonstrare possunt. Huic verò inscitia quia insolentia accessit, nonnulli ex eis in tantum stuporem atq; audaciam deuenerunt, vt neq; ea qua omnes homines cognoscunt experientia ipsa edocti, febrium causas esse fateantur, de quibus cum in libro de causis procatharticus nominatis abunde disseruerim nihil opus est nunc mentionem facere vana ipsorum loquacitatis. Neq; enim contradictionem neq; sophismatum solutionem continentem sermonem hunc constitui, sed insipientem ac docentem, habentemq; hypotheses in alijs libris demonstratas, ac febrium differentias docentem.

F Alluntur hoc in loco enarratores fere omnes, putantes Galenum velle hic docere causas generationis febrium diariarum non enim magis hic agit de diariarum causis, quàm putridarum, aut hecticarum, sed de causis febrium indistinctè. Nam quamquam meminit causarum procatharticarum, quæ semper fere diarias solent committere, neque tamen illæ causæ solas diarias committere possunt, sed putridas etiam & hecticas nonnunquam, neque Galenus meminit solum illarum quæ diarias faciunt magna ex parte, sed inter illas etià aliquarum, quæ semper faciunt putridas aut fere semper, cuiusmodi aëris pestilens constitutio,

Nō ergo id est Galeno institutum, sed quod promiserat, docere inquam modum quo febres fiunt, incipitq; disputationem acceptis ijs quæ manifesta sunt, & ab omnibus citra controuersiam conceduntur. Proindeq; dicit: quōd quidē ex lassitudine, ira, mœrore, solis vstione, frigore, vigilijs, cruditate, ebriestate, & satietate febres fiunt, experimentum quotidianum docet, quod etiam ex aere pestilenti omnes sciunt, quicumque non sunt omnino ignari, non minus quā constat, periculosum esse versari cum ijs qui peste laborant, inficiuntur enim hi hand obscurius, quā qui simul versantur cum homine scabie, aut lippitudine, aut tabe, eas scilicet quæ sit ob pulmonis vlcera (non enim omnis ariditas est morbus contagiosus) laborante, aut in vniuersum cum homine putridum adeo expirāte, vt cubiculum in quo decumbit grauitur oleat. Longo etiam experimento constat, consuetę exercitationis intermissionem multorum morborum eorum maximē qui cum febre consistūt, solere esse causam: quod etiam plenitudo, & cibi prani, & tempus æstiuum, & medicamenta, febres solent excitare. Hæc omnia, nulli dubium est, febrium causas esse solere: sed qua ratione illarum quælibet id faciat, aut quam interius affectionem generent, qua febris fiat (neque enim omnes eodem modo faciunt, sed aliæ adstringendo cutem, aliæ ad putredinem trahendo succos, aliæ mouendo spiritus, aliæ aliter) id non tam est manifestum, proindeq; explicatione indiget. De modo quo cōtagium sit, & qui morbi sint cōtagiosi, dictum a me est, libro quarto controuersiarum cap. vltimo, cui de sympathia & antipathia titulum dedi. Vbi latissime omnia problemata, quæ in hac disputatione sunt, dissolui. Modo illud vnum lubet repetere: nullum contagium morbi fieri sine transmissu rei alicuius, ab eo qui infectus est in eum qui inficitur. Id verō constat, cum omnis naturalis actio fiat per contactum. Ergo & fascino, & alia queuis sympathia inter diuersa corpora, transmissu rei alicuius sit, & quæcunq; causæ, sine rei alicuius transmissu redduntur, sunt nenix, & figmenta. Mittuntur ergo semina contagij, quæ in inquinamenta quædam sunt, ab ægrotante prius homine in eum qui contagio afficitur. Illos igitur constat morbos contagiosos esse, qui parti infideant. Ex qua in alios homines illa inquinamenta mittantur, reliquos verō nequaquam. Sunt duo corpora loca, ex quibus emissa inquinamenta, facillime in alio corpore recipiuntur: partes quæ ad cutem sunt, & quæ ad thoracem. Quia ex cute effluunt vt ex parte extrema, atq; ita occurrunt statim vicino corpori: ex thorace emittitur multa copia putidorum vaporum

A expiratione. Accedit etiam, quōd non satis est quo contagiū fiat, vt inquinamenta, quæ ex affecto fluunt corpore, vicinam tangant, nisi partem etiam illam vicini corporis, ex qua ipsa fluunt contigerint. Nam si inquinamenta, quæ ex putrescente pulmone veniunt, hepati occurrerent, & non pulmōni, læderent fortassis sic quoq; tamen pthifim non facerent. Vocamus verō contagium, corporis sani cum corpore ægrotante, infectionem similem. Ergo vt contagium fiat, necesse est inquinamenta quæ ex affecto sunt corpore, eidem parti occurrere, à qua veniunt, vt quæ ex pulmone pulmōni, cerebro, quæ ex cerebro. Id verō solis dictis partibus potest accidere, quia quæ ab hoc expirantur, ab illo inspirantur facillime, & quæ ex cute prodeunt, cuti sunt obuia, quæ verō ex alijs partibus exhalant aut pauciora sunt quā vt ad vicina corpora veniant integris viribus, aut cuti soli occurrunt, ex illis partibus quas respiratio attemperat, vel si quid venit ad eas partes ex quibus effluxit, est perquam minimum, & ab alijs alteratum prius. Superest ergo versari cum ægrotantibus, vt cumq; ægrotent, nunquam esse vtile, quia quamquam similes morbos non transfundant, possunt aliter lædere: tamen contagiosos duplices tantum morbos esse, eos scilicet qui cum cutis sunt vitij aut cum respirationis corruptione. Solum itaq; morbi ij qui affligunt thoracis partem, aut etiam caput (nam cerebro etiam est sua respiratio) aut cutem, cōtagiosi esse possunt. Quare cum asthmaticis, aut pthificis, aut perineumoniacis, aut elephante aut lepra, aut vitiligine, aut morbo Gallico laborantibus versari, admodum periculosum est, cum pleuriticis, aut phreneticis, aut lethargicis, aut coriza laborantibus, non est tutum. Ex dictis satis iam liquet, febrem vt febris est non esse morbum contagiosum, neutrum enim illorum per se habet, tamen aliquas illarum species esse contagiosas, puta pestilentes. Nam vt docet Gal 3. de prælag. ex pulsibus, signū inseparabile est ab illis fœtor anhelitus. Scabies etiam, & omnia illius genera, contagiosi morbi sunt, quia sunt cutis, lippitudo nominus, est enim palpebrarum oculi inflammatio, quæ extimę partes etiam sunt. Acceditq; oculos gratia rectitudinis intuitus, maxime omnium partium sua inquinamenta in alia corpora infigere. Contagium itaq; hac ratione sit, qua ratione causæ omnes quæ experimento constat febres facere id faciāt, non omnes sciunt, duplicis autem sectę medicos inquit rem hanc ignorasse, empiricos, qui sola experientia contenti, nullius rei causam scrutabantur, & quosdam alios qui ex logicę artis ignorantia, non distinguentes probabiles rationes à monstratio-

nibus

nibus, sophisticis quibusdam argutijs, suasi in eam venerunt opinionem, causas procatharticas non esse morborum causas. Verum tamen horum error conuictus est à Gale. libello quem scripsit de causis procatharticas, & à nobis de eadem re dicta sunt quæ oportuit sciri, libro quarto controuersiarum, quæ modo nihil refert vt repetantur, sed veram doctrinam proferat Galenus aperire, quod fiet iactis quibusdam fundamentis, quæ capite sequenti continebuntur.

CAP. IV.

Hypotheses igitur ipsorum, sunt, calidum, frigidum, humidum, & siccum, esse corporum elementa, & primos morbos fieri ex horum intemperie, è quibus vnum esse etiam febrem, postquam in corde calor quidam præter naturam generatur: differentia verò in genere caloris, de quibus præsens tractat sermo, à materialium differentia febrilem calorem suscipientium, quæ tres genere sunt, sumebatur. Aut enim in ipso cordis corpore primo ipsum accendi dicebant, aut in succo, aut in spiritu. Præcedere autem omnium febrium constitutionem, causas omnibus euidenter cognitæ: quas paulo ante commemorauimus, è quarum obseruatione empiricus quidem medicus ad curationem non nihil inuatur, rationalis verò ad ipsam rerum naturam accedens, per indicationes, ab illa tum ad futurorum præuentionem, tum ad curationis inuentionem inuatur, vtrens omnibus quidem per experientiam inuentis, multa verò ipsis ex rationali methodo adiciens, quæ igitur sunt per vtroque partem inuenta, experientiam dico & rationem, alibi indicauimus, qui verò à singulis procatharticas causis in corpore consistat affectus, qui febrem accendit, nunc dicere propositum est.

Hypotheses has non tam oportet declarare, quàm recipere ad dicenda, sunt enim per se manifestæ satis. Illud vnum indiget animaduersione, quod ex causis manifestis rationales medicos inuari dicit ad cognitionem futurorum, & ad curationem. Intellegendum siquidem est eas causas quæ durant adhuc in corpore simul cum affectu, indicare posse curationem, vt bubonem, & crudelitatem, & vltionem, & conspationem cutis, tamen eas quæ iam abscesserunt, vt ira & exercitatio, quæ cum iam abscesserint febrilem in corpore reliquere affectum, ad præcognitionem eorum, quæ circa ægotantem timeri aut expectari debent, posse aliquid præstare, tamen ad curationem nullam indicationem præstare posse per se, sed tantum per id quod accedit, per eos scilicet affectus quos in corpore reliquere. Hoc docet Galen. libr. 4. method. capit. 3. qua assertio nulla est verior aut euidentior per se. Nam illud tantum dici debet indicare aut conindicare (nam indicationis nomine am-

bo hæc intelligo) cuius causa aliter agitur circa ægotantem, ac ageretur, nisi illud intercederet. Verum causa eius quod iam præterijt, atque cuius nihil adhuc superest, nihil variat curationis modus. Nam finge duo homines febricitare eiusdem generis febre, atque vehementia æquali, robur quoque esse his æque vehemens, sint eadem ætate, eisdem rebus assueserint, eandem regionem inhabitent, cœperit ille ex ira febricitare, hic ex exercitatio, quæ ambæ causæ iam conquiescent marente febre, an non eadem curatione vtendum est? quid enim interest, hac aut illa causa ægotantem esse læsum, si diuersas causas idem corporis affectus consequutus est? Cæterum Argentarius Castellonouanus vir acuto sane ingenio, qui cum non esse studiosis hominibus iurandum in cuiusquam verba, neque antiquos autores pro dijs habendos, rectè cenfeat, tam nimiam licentiam arripuit vt non sine multis erroribus singula Galeni placita studeat euertere. Acculat hac in parte eum contradictionis, quod cum quarto methodi dixerit causas procatharticas non indicare ad curationem, quod neque adhuc permaneant, neque re aliqua indigeant, tamen concedit nono eiusdem operis libro, temperamentum quod fuit antequam homo laboraret, indicare curationem, atque consuetudinem, & victum qui antecessit, & ætatem. Itaque (inquit) si consuetudo & hæc omnia indicant, indicent etiam & omnes causæ quantumuis elapsæ sint, indicet etiam tempus quo quis incidit in morbum, quod tamen indicare negat etiam Galenus loco citato. His argutijs aded exultat Argentarius vt Galenum increpet vt nugacem, cum tamen hæc sua argumenta vt alia quam multa si res intelligatur facile dilui possint. Nam quantum inter est inter innatum corpori temperamentum, ætatem consuetudinem, & inter procatharticas causas quæ iam elapsæ sunt? Certè febricitantem læsionis principium accepisse ab ira aut perfrigeratione, aut omnino sine euidenti causa, ad coniectandum qualis affectus hominem prehenderit, non parum facit, sed re planè intellecta, nihil in curatione permutandum est gratia causæ, sed gratia illius quod in corpore ingenerauit: tamen hominem esse hoc temperamento natura sua, aut hac ætate, aut hac consuetudine, non modo ad facilius assequendum, quali teneatur affectu facit, sed hoc planè perspecto, curationis modum facit variare. Nam temperamentum natium, ætas, & consuetudo, sunt in numero rerum naturalium, ac proinde per morbos seruari debent, quare addunt, aut detrahunt viribus medicamentorum, vt in hanc aut in illam

partem inclinantiā, cum morbo habent similitudinem (vt temperamētum calidum, ætas iuuenilis, vsus calidorum cum febre) aut dissimilitudinem, vt temperamentum frigidum, senilis ætas, frigidorum vsus cum coriza. At (inquit) hæc non manent per morbos, tamen indicant. Quæ quæso non manent? an non manet ætas? iam verò temperamentum quod erat antequam æger incidere in morbum, id quoque manet, aliquatenus permutatū. Nam per morbos qui fiunt, temperamenta innata non sunt omnino euerfa, sed euertuntur. Consuetudinem ipse medicus debet per morbos conseruare, vt si non alia ratione, hac saltem curationis ratio permutetur: accedit quod consuetudo non est ipse vsus, sed natura quædam aduentitia vsu comparata, quæ manet vsque dum aut longa vsus intermissione, aut contrario vsu deletur. Dicimus enim verè consuetudinem habere ambulandi, etiam eum qui sedet. Verùm hæc diffusè satis docuimus libro octauo controuersiarum med. cap. quinto, cui titulum dedimus de consuetudine, & natura, hic obiter dicta sint propter calumnias Argenterij.

CAP. V.

Quam igitur nunc videamus, non vnum modum, neq; generationis, neq; auctoris caloris, quid quidem neq; ipsius ignis, sed vel propter motum, vel propter putredinem, vel propter consuetudinem cum altero calore, vel propter suppressionem calidi effluuij, vel propter permissionem substantia calida, vel quodam ex fonte effluuientis aut genita, scilicet vt ad sensum nostrum vel auctoris calorem, omnino est necessarium & febrium causas in dictos modos reduci. Veluti protinus vsus siue ipsius solis actio, talem habet appellationem, siue ipsa qua in nostro corpore fit passio, siue qua iam est facta, est quidem ea ipsa calor præter naturam, febris tamen nondum est, nisi concalescerit cor. Totum sanè hoc genus causa ex consuetudine fit cum re calefaciente, siue sol, siue ignis, siue pharmacum sit, quod calefacit extrinsecus oppositum, aut appropinquans, aut contingens, aut vt cunq; aliter quispiam nominare velit. Ira autem velut feruor quidam, & vehemens motus est irascibilis facultatis, in corpore ipso cordis residentis. Cōcalescit autem cum illa aliquando spiritus, est cum & sanguinis substantia, atq; si parata sint corpora que susceperunt, ad diutius retinendum calorem, etiam si cordis motus sedetur, manent hæc præter naturam calida, & febricitare hominem necesse est. Talis igitur febris principium habet motum & feruorem caloris insiti, que autem ex tristitia fit, non item feruorem, sed tantummodo motum. Quæ verò ex lassitudine principium quidem & ipsa habet motum plurimum, musculorum, & nervorum, & ligamentorum, & articularum, qua quidem pri-

ma incalescunt, communicatur verò inde calor per continuum ad cor, & tunc febricitant. Quæ verò propter densitatem cutis accenditur febris, qualis maxime adstrictis & refrigeratis accidere consuevit, collecto in corpore mordaci effluuio gignitur, dissilantur enim semper animalium corpora duobus modis, abeuntibus quidem foras quotidie vaporosis fuliginosisq; excrementis, attracta autem intro, refrigerante, & ventilante naturalem calorem aërea substantia. Cum igitur causa aliqua fortis condensans cutem prædictos meatus constrinxerit, saepe in plethoricum affectum inducit, quando effluuium vaporosum ac vitale fuerit: est cum & in febrim inducit, quando acre ac mordax fuerit: & hinc præcipue, quia nihil intra corpus trahitur refrigerans, calor augetur. Acre autem ac mordax excrementum hęc effluit qui natura vitiosis succis magis abundant, aut hęc qui prauos cibos ingerunt, & frequenter cruditate laborant, præsertim si post tales cibos, aut limosam, aut canosam, aut lutosam, aut palustrem, aut stagnantem, aut alio quouis modo corruptam, aut putrefactam aquam biberunt. Eodem modo euenit & immoderate laborantibus, aut vigilantibus, aut cogitantibus, aut acris medicamenta frequenter ingerentibus. Cibos igitur prauos dico & natura tales, quæ admodum cepe, allia, nasturtium, porrum, brassica, ocimum, vrrica, & quicunq; alij vocantur siluestres, veluti etiam & apud nos lapsana, & qui etiã natura boni sunt, ob putredinem verò quandam, prædictis æqualem, aut etiam sapenumero maiorem, prauitatem contrahunt, quemadmodum triticum, hordeū, & alia omnes fruges esus apte, partim ob temporis longitudinem ad putridum affectum deducta, partim situ propter prauam repositionem repleta, partim verò à primo ortu vitiosa. Talibus igitur edulys & nunc coacti veses plurimi propter famem alij quidem interierunt à putridis & pestilentibus febribus, alij verò exanthematis scabiosis ac leprosis correpti sunt. Cum igitur plenum fuerit corpus talibus succis, nulla autem obstruictio in aliquo viscerum fuerit, libere autem ventiletur ac refrigeretur per cutem totum animal, sanum quidem est, sed lubricam & fallacem salutem habet, quando autem vel externa facies adstringitur, vel meatus profundi obstruuntur, ex adstruictionibus quidem nunc dictum, ex obstruictionibus autem statim dicendum febrium genus sequitur. Nihil igitur mirum, cur ex hęc qui cruditate laborauerunt, nonnulli quidem febricitauerunt, alij verò non, nam plenis iam succis vitiosis, & hęc qui male distabantur intempestiue laborauerunt, aut balneis immodestius vsi sunt, promptum erat febricitare, qui vero bonis plenis fuerant succis, ac bene distabantur, & quienerunt, ventriculo & hepate rebus, nō poterant febricitare. Manet enim illis tunc circa ventriculum & hepar quicquid corruptum est, & spatio teporis paulatim coquitur, atq; bonum efficitur. Quemadmodum & hęc q; vehemens motus, aut aestiuum solē sustinet, aut balneo dulcium aqua-

aquarum vtuntur, corrupti cibi in vniuersum habitum corporis transsumuntur. Sic & eos quibus corrupti cibi deorsum lati sunt, febris non est sequuta, nisi aliam ob causam fiat, vt si saepe surgendo in lassitudinem inciderint, aut phlegmone ventriculi correpti fuerint.

Vlt Gal. modo docere, vt vltima precedentis capitis verba significarunt, qui affectus in nostris corporibus fiat à singulis causis manifestis, cum febris fit. Non enim illæ omnes eodem modo faciunt, sed diuersis. rededit ergo omnes causas caloris libello de causis morborum ad quinque genera. Omnia enim quæ incalescunt, id pati dixit, aut propter motum, aut propter putredinem, aut propter viciniam rei calefacientis, aut propter constrictionem, aut propter cibum calidum. Itaque quæcunq; causa calefacit, aliquo horum quinque modorum facit. Quod Galen. postquam hæc ita proposuit in principio capitis, decurrens per singulas causas, aut saltim per multas earum, ex quibus febris solet oriri, inductione monstrat. Vt æstus solis, & res omnis calida extrinsecus occurrens, viciniam rei calefacientis est causa: ira & metus, motu, animi scilicet. Constrictione cutis, cohibitione calidi effluuij. Vt prauorum ciborum, corruptione aut putredine. Itaque hic est capitis huius discursus: Quandoquidem febris nihil aliud est quam calor, eadem erunt causæ febris quæ caloris. Proinde ergo reperit hic illa eadem quæ libello de causis morborum de caloris causis erant dicta. Quod illic dixit (est ca. 2. lib. de causis morborum) propter constrictionem, hic vocat retentionem calidi effluuij, quia constrictione non aliter potest face-
 re calorem, quam retentione substantiæ calidæ, quæ efflueret. Quod illic dixit, propter cibum calidum, hic rem magis distinguens, dixit propter permissionem substantiæ calidæ, velut ex quodam fonte effluens, aut genitæ ad nostrum sensum, vel augmentis calorem. Nimirum sub hac differentia quinta oportet intelligi cibum, & potum, & medicamentum calidum quodcumq; interius assumptum, & quidquid interius effluens. Atque ita quinta hac differentia tam latè patente, nomine motus, non opus erit intelligere & motus corporis & animi, sed motum secundum locum. Nam erit omnis animi perturbatio calorem faciens, motu innati calidi, aut feruore, aut utroque. De causa quæ motus calorem facit, dictum abunde est à me libro quarto controuersiarum capit. de morborum causis. Illud nunc Philosophis omnibus concedamus, ne huc transcribamus demonstrationes, motum esse causam caloris, de putredine etiam, quodque res omnes quæ putrescunt calore præter naturam afficiuntur, dictum ibidem est,

& latius adhuc in commentarijs 4. libri meteoron Aristot. An dictæ modo caloris causæ numero quinque, ad pauciores reduci possint, disputant nonnulli, dicentes putredinem posse silentio præteriri, vbi dicta sit adstrictio, & cibum, & potum, vbi dicta sit viciniam rei calidioris. Tamen nos in sequentibus dicemus, quod in quinto libro controuersiarum capit. vltimo monstrauimus, & libello de inæquali intemperie ex ipso Galeno confirmauimus, non semper putredinem nasci ex obstructione. Cetera verò, multò distinctius loquitur Galenus, alterationem à rebus extrinsecus occurrentibus viciniam appellans, à rebus verò interiora peruadentibus, permissionem. Itaque leuis est hæc quæstio, & minime necessaria. Illud satis constat, nihil à Galeno superflue hæc dici. Nam si ad pauciora membra causas caloris reduxisset, loqueretur obscure, & non tam aptè. Iræ feruorem esse, & motum vehementem animi, satis conuenit inter omnes. Diximus nos de illius essentia, & vi multa in 5. libro controuersiarum. Irascibilem facultatem residere in corde omnium Philosophorum est opinio, nam de aliarum facultatum concupiscibilis inquam & rationalis sedibus est controuersia, tamen irascibilem, quæ eadem est vitalis nuncupata, nullus nisi in corde collocavit, nisi fortè vnus Pelops medicus, qui vt Galenus inquit, 6. de plac. omnium instrumentorum originem cerebrum esse putabat, contra prorsum ac Aristot. qui omnia deducit à corde. Plato tamen, cuius sententiam in secundo libro controuersiarum confirmauimus, irascibilem solum facultatem in corde collocat. Tristitia reuocat introsum calidum innatum, tamè non feruescit, immò verò per se feruorem sedat. Adstrictio cutis, qualis fieri solet ex refrigeratione, aut à medicamento aliquo, aut vi adstrictoria balnei adstrictis, retentione calidi effluuij febrem facit. Verum hæc effluuij retentio, non in omnibus febrem parit, sed in eis qui acibus redundant excrementis. Nam quibus talia non sunt, potius fit ex cutis densitate plethora, quam febris. Colligere verò solent excrementa acra & mordacia, qui natura sua sunt abundantes malis succis (vocat hos Gal. cacochymos) & qui cibis mali succi vtuntur, & assidue laborant cruditatibus, & multò magis qui post ingestos malos cibos putrem aquam bibunt (solet esse putris aqua limosa aut cœnosa, palustris, aut stagnans) & ijs, qui immodice laborant, aut vigilant, aut meditantur, aut assidue acra medicamenta ingerunt. Vt hinc constet, quantum errent nonnulli, qui multis medicamentis assidue, non adeo magna causa cogente, vtuntur. Præui cibi & natura tales sunt, quicumque sunt præui succi,

succi, cuiusmodi Gal. multa refert, alia scilicet, cæpæ, nasturtium, brassica, ocimum, vrtica, lapsana, & in summa agrestia omnia olera, talia enim omnia prauis succi esse docet Gal. lib. de cibis boni & mali succi. Verum licet tibi horum omnium capita legere apud Gal. in opere de alimentorum facultate (habent enim illic horum plæraque propria capita) nisi illorum malitiam per te ipsum expertus es. Nasturtij & lapsanæ capita sunt 7. de simpl. med. facultate, vt non opus sit huc illa omnia transferre, sed illud vnum dicere, hæc omnia interius assumpta in prauos succos mutari: quibus multos esse coactos vesci, per longam quandam famem, in caritate annonæ, quæ multas nationes Romano Imperio subditas affixit, & eos lapsos esse in multos morbos, qui prauorum succorum sunt soboles, narrat Gale. ipse libello dicto de cibis boni & mali succi. Vbi imprimis nota, multo aliter hic accipi nomen famis, quam in Aphor. illo secundæ sectionis, vbi famis laborandum non est, hic enim significat caritatē annonæ, in Aphor. verò defectum cibi, non tamen vere dixeris, vbi est caritas annonæ laborandum non est. Potest enim aliquis cara alioqui annona, abūdare, & laborare. Nomen hoc *καρβήνα* non vnico modo à Gale. vsurpatur, sed aliquando speciatim pro quadam specie pustularum, de quibus dicam statim, aliquando latius patente appellatione, pro omni cutis macula, vt patet ex libr. de aëtra bile, vbi elephantem inter exanthemata recensuit, his verbis, sed & alia quoque pluribus non febrientibus exanthemata per cutem crassescentem, siccescentemque oriri videmus, utique natura melancholici humoris redundantiam foras extrudente, cuius generis est is quem elephantem nominant. Itaque hoc Gal. loco etiam elephas est exanthema. Sed speciatim, quæ sint exanthemata à Græcis vocata dicit Celsus libr. 5. cap. 28. ita scribens. Modò circa totum corpus partemve aspreto quædam fit similis his pustulis, quæ ex vrtica, vel ex sudore nascuntur *καρβήματα* Græci vocant, eaque modo rubet, modo colorem cutis non exedunt, nonnunquam plures similes varis oriuntur, nonnunquam maiores pustulæ liuidæ, aut pallidæ, aut nigrae, aut aliter naturali colore mutato, subestque humor: ex hac descriptione satis bene videtur mihi colligere multi neotericorum *καρβήματα* esse quas hodie variolas & morbillos vocamus. Vt inter cætera similitudo quæ illis cum varis intercedit abunde declarat. Vt hinc variolæ nactæ sint appellationē. Hæc ergo exanthemata in vtescentibus, præ annonæ caritate, prauis succi eibis oriebantur, vt hinc satis constet, falsam de variolarum causa nonnullos, inter quos est Hieronymus Fracastoreus, opinionem concepsisse,

A putantes menstrui sanguinis, ex quo genitum ebullitione tantum nasci. In infantibus enim ex dicta causa fieri non est improbabile, sunt enim in illis sæpissimè, tamen nonnunquam etiã & in adultis ex prauo victu oriuntur, vt constitutiones quædam tales fiant, per quas populariter illæ vagantur, & omnis ætatis tam viros quam fœminas afficiunt. Hæc exanthemata non perpetuo eiusdem forme sunt, sed multiplicis, vt ipsum etiã cellum dicentem audiuius. Decidunt verò nonnunquam ex illis resiccatis furfuracea quædam potissimè cum scalpuntur, quæ gratia similitudinis cum scabie, scabiosa exanthemata appellantur, alia quidè liuida, alia nigra sunt, vt Celsus etiã notauit, quæ quia curem, vt lepra, maculant, leprosa vocantur, reliqua huius capitis nulla egent commentatione.

CAP. VI.

C Porro in obstructionibus meatuum, & succorum stipitationibus (distuli enim dicere de hac re) animalia febricitant putrida febre promptissime enim putrescunt quacumque calida simul & humida, & multa sunt in calida regione, nisi forte distentur ac refrigerentur. Nil igitur mirum cur plethoras sequantur febres: etenim & obstructiones multa sunt, & vniuersum corpus, difficile perspirabile per eiusmodi affectus. Quemadmodum per aliam plenitudinem ad facultatem cito veniunt ad corruptionem succi non victi neque bene cocti, vt pote sacculare illos elaborante, existente debiliore. Proinde, & edulia quacumque glutinosa sunt & crassi succi morbifera, infarciri enim & stipari humore expressis proueniunt, prouentus est. Sed quid igitur? Nonne contraria ratione extenuantia & acra morbosa sunt? videntur enim similiter febribus alterari redundantes, in alterutro genere victus, quoniam prius dictum est, cacochimia esse talia omnia. Cacochimia igitur causa, hæc putredinis autem quacumque sunt glutinosa & crassa, sunt febrium causa. Inflammata quoque particula putredinis causa accedunt febres. Scipatum enim in ipsis quod influxit, quando calidum fuerit, quia non bene distillatur putrescit. Quando igitur exacte biliosa fuerit fluxio: erysipelatos calor partem occupat, quando verò sanguinea plethmonosus, quod autem ex ambobus mixtum est, erysipelas sit plethmonosus, vel phlegmon erysipelatosus; nomen quidem ab humore vincente accipitur, cognomen verò ab altero acquirens. Febris autem ex his omnibus communitatis ratione accenditur. Semper enim ab ea qua calefacta est, continua illi pars calescit, donec ad cor affectus perueniat. Calefit enim simul continua pars à carbunculis, qui a calido manifeste sanguine, sed propter visionem magis melancholico, generationem habent.

Q Vi dicebant Galenum 3. cap. incipere disputare de causis febrium diarturum, in hoc sexto dicunt illum transgredi ad causas

ad causas putridarum. Sed res non ita habet, A
neq; illic cepit agere de solis diarijs, vt mon
strauimus, neq; hic agit de solis putridis, vt
caput ipsum monstrat, in quo docetur mo-
dus generationis februm, quæ gratia conti-
nuitatis fiunt ab inflammatione, erysipelate
& carbunculo, quas in 8. cap. docet nonnun-
quam esse diarias, nonnunquam putridas,
atque adeo tunc esse diarias, cum quam hic
scripsit generationem habent, puta per con-
tinuitatem. Gal. ergo multo præstantius est
artificium, prius scilicet disputat de februm
communibus causis, deinde de singulis ge-
neribus per se. De causis februm incepit di-
sputare dicto capite. Et adhuc perstat in pro-
posito. Dixit proximo capite angustiaë via-
rum esse duas species, aut enim esse *εγγρωσιμ*
(ita vocat pororum cutis adstrictionem) aut
μυφρησιμ. i. profundorum meatuum obstru-
ctionem, docuitq; adstrictionem retentione
calidi effluuij febres facere, modò venit ad
secundum, atq; adeo deteriore angustiaë
modum, puta ad obstructionem, docetque
hanc per putredinem esse februm causam. Nã
cum nihil sit quod adeo natiuum rerum ca-
lorem cõseruet, quàm mediocris ventilatio,
& putrefactio sit natiui caloris extinctio, me-
ritò quæ in loco obstructo, & imperspirabili
reposita sunt, promptissimè putrescunt: po-
tissimum si per se sunt ad putredinem parata
cuiusmodi sunt calida & humida. Verum q,
à Gal. dictum est, promptissimè putrescunt
quæcunq; calida simul & humida sunt, &
multa, in calida regione, animaduersione in-
diger. Nam quæ calida & humida, & in ca-
lida regione sunt, promptè putrescere, & à
Phylolophis omnibus & à medicis est rece-
ptissimum, sed quod multa etiam facilius
putrescant quàm pauca, aduersum videtur
Arist. qui 4. lib. met. ca. 1. scripsit, rem magnã
à putredine magis vindicari quàm paruam.
Cæterum in enarratione illius loci, diximus
quod hic breuiter repetendum est. Quando
multitudo facit, vt res ipsa sibi obstruat ven-
tilationis viam, multitudo est causa putredi-
nis facillioris, cum verò non obstruit, multa
tardius putrescunt paucis. De his ergo dixit
Gal. & multa, quia de succorum obstruen-
tium multitudine sermo instituebatur: hac
ratione febribus corripuntur promptè, qui
multitudine abundant, quamquam diuersa
ratione putrescunt succi in laborantibus ple-
thora. i. multitudine replente vasa, aut labo-
rantibus multitudine grauante vires. Nam
illis accidunt multæ obstructiones, & putre-
dines quoq;: his verò quia succi minus ela-
borantur à facultate, quàm pro tanta copia,
quare cum non possint manere inalterati,
putrescunt. Accedit causa alia, de qua mox
dicam. Verum hæc de laborantibus multitu-
dine ad facultatem consequentia sermonis

obiter dicta sunt: hic de multitudine quæ fa-
cit obstructiones, est præcipuus sermo, qua
qui laborant promptissimè incidunt in fe-
bres, & promptissimè læduntur à cibis glu-
tinosi & crassi succi, quamquam & ab exte-
nuantibus & acris læduntur. Videntur
enim in vtroque victu, puta vsu crassorum,
& vsu acrium promptè lædi, qui redundan-
tes succis sunt, quamquam id contraria ra-
tione, ab illis, quia augent obstructiones, ab
his quia sunt cacochyma, & talia, in corpore
alioqui non satis perflabili, quia est plenum,
putrescunt statim. Ex dictis satis constat, nõ
esse legendum, vbi Galenus, inquit, *εσθον-
ται γὰρ ὁμοίως ἀλισκομένοι, πυρετοῖς δὲ πλεονάζουσι
ἐν ἐπιπέρωτα γένει διαίτης* vt legit Leonicensus.
Videntur enim à febris humiliter infestari,
qui vtramque victus rationem nimium se-
quuntur, quam lætionem sequutus etiam
est Fuchsius verbis tantillum euarians, di-
cit siquidem, qui alterutro victus genere fre-
quentius vtuntur. Nos verò prædictum ver-
borum sensum assequuti non ita dicimus,
sed *πλεονάζοντες* pleni aut redundantes, suc-
cis scilicet, videntur similiter alterari febrili-
bus in alterutro victu. Nam quamquam ver-
borum contextus sensum alium fert, non
minus aptè quàm hunc, & est etiam his, ten-
sus verus fert tamen hunc quoque, & qua-
drat maximè cum instituto. Quorsum e-
nim cum in hoc capite propositum sit di-
cere de obstructionibus meatuum, diceret
modo de acris succis, nisi modum quo
hæc lædunt redundantes succis, quibus
meatum obstructiones sunt, significaret?
accedit quod in quinto capite, quod hic
est proximum, dixit, ingestis malis succis
& in ventriculo corruptis, eos, qui pleni
iam erant & malè difflabantur, febricitare,
eos verò qui bene difflabantur, maximè, si
quieuerunt, perseuerasse sine febre. Modo
ergo hoc idem asserens non indistinctè dicit
à cibis acris febricitare qui ijs nimium vt-
tuntur, & redundantes succis, qui acris ci-
bis vtuntur. Partes etiam laborantes tumore
aliquo præter naturã ex calida fluxione (has
enim omnes appellat Gal. hoc in loco inflã-
matas particulas, cum statim subiungat, hæc
aliquãdo laborare erysipelate, aliquãdo phle-
gmone speciatim dicta, aliquãdo phlegmo-
ne erysipelatoza, aliquãdo erysipelate phleg-
monosa. Et paulo infra mentionè facit carbu-
culi, qui in hac significatione est phlegmone
cuius acceptionis meminit ipse Gal. 4. de ra-
tione victus in acutis cõmẽ. 21.) causa putre-
dinis faciunt febrẽ, quanquã hæc febres ple-
runq; sunt in genere diariarum, cum scilicet
cõmunicato calore cordi per continuas par-
tes fiunt, calor verò in ipsa particula fit succo
illic putrescẽte, quia calidus est, & in obstru-
ctã particula conclusus. Carbunculum fie-
ri ex

ri ex sanguine valde calido, & propter adu-
 fionem facto magis melancholico, docetur
 lib. de tumoribus præter naturam, & 14. me-
 thodi, & docebitur etiam rursus, 9. cap. libel-
 li 2. huius operis. Disputant in capitis præsen-
 tis enarratione multi, an omnis putredo fiat
 ex obstructione, ego quoniam huic quæsti-
 oni caput proprium dedi in 5. lib. controuer-
 siarum, non est quod hic quidquam dicam,
 præterquam quod exigit capitis enarratio,
 scilicet Gal. hic non dicere putredinem om-
 nem fieri ex obstructione, sed obstructione
 facere putredinem. Quare nihil nobis repu-
 gnat qui dicto in loco confirmauimus, fieri
 posse putredinem nõ in alijs corporibus, so-
 lum, sed etiam in humanis sine obstructione
 neq; solum sine obstructione, sed etiam sine
 prohibita ventilatione. Nam interest quam
 multum sine obstructione aut sine prohibi-
 ta ventilatione dicere, quod illic ostendimus,
 & modò attingemus. Potest ventilatio diffi-
 cilis fieri sine omni obstructione: nõ in mul-
 titudine ad vires (hoc enim est quod paulò
 antè dicere distuli) fieri potest vt absit om-
 nis obstructio, tamen difficilis ventilatio nõ
 aberit, cum proprium illius signum sit pul-
 sus paruus, inæqualis inæqualitate multo-
 rum ictuum. Cum ergo membrorum calor
 pulsu ventiletur, fiet in eo affectu ventilatio
 difficilis, non quòd via desit aut obstructa
 fit, sed quòd ea non satis dilatetur. Accedit i-
 taque iam alia causa putredinis in hoc affe-
 ctu, præter eam quam Gal. modo scripsit.

CAP. VII.

Calidiores autem ambientis non aeris constitu-
 tiones quales maxime circa canis ortum fiunt,
 per inspirationem quidem manifeste cor ipsum ca-
 lesfaciunt, extrinsecus autem circumfusa corpori,
 totum ipsum calidum efficiunt, ac præsertim arte-
 rias, vt quæ nonnihil substantiæ ipsius ambientis
 aeris trahant, è quibus omnibus simul affici cor ne-
 cesse est, & vbi immodice incalcescit, primum & ma-
 xime febrilem affectum obrinere, atq; toti corpori
 immittere, in pestilenti verò aeris statu, inspiratio
 plurimum est causa, sit enim & aliquando ob eos
 qui sunt in corpore humores ad putrescendum pa-
 ratos, cum breuem aliquam occasionem ad febris
 originem ab aere ambiente acceperit animal. Ma-
 gna autem ex parte, ex inspiratione incipit aeris
 circumstantis à putrescibili euaporatione vitiatì.
 Putredinis autem principium, vel cadauerum mul-
 titudine non crematorum, quemadmodum in pre-
 lijs contingere solet, aut ex aliquorum, vel lactum,
 vel paludum, æstatis tempore euaporatione: contin-
 git autem quandoq; præcedere ambientis aeris ca-
 liditatem immodicam quemadmodum in ea pesti-
 lentia quæ Athenienses inuasit, vt Thucydides in-
 quit, sed in Tugurijs suffocantibus æstatis tempore
 habitantium corpora corruptione laborat, ac quia
 humores corporum ex vitio prauitate erant putre-

Adini obnoxij, hinc febribus pestilentibus origo data
 est, forte autem per continuum ex ethiopia quædam
 putredinis fluxere contragia, huius, quorum corpora ac-
 rant ad patiendum parata, febrium cause futura.

Retulit Galen. paulo ante inter causas fe-
 brium aërem ambientem, qui non ali-
 ter quam vicinia rei calidæ febrem facit, si ca-
 lidus tantum est, & putredine, si simul est pu-
 tris. Dixit non minus in 3. cap. febrem pesti-
 lentem ab aëris pestilenti constitutione fie-
 ri, hoc docet modo qua ratione fiat, possit e-
 nim fortissis videri improbable ex aëre tan-
 ta mala in corpore generari: verum tamen
 consentaneum satis est: non enim solum aë-
 re vitimur, vt ambiente & loco in quo degi-
 mus, sed illius substantiam vsq; ad cordis pe-
 netralia, inspirando & pulsando, trahimus,
 itaq; calidiores aëris constitutiones duplici-
 ter sunt febrium causæ, manifestè quidem
 per inspirationem, ita enim calidus aër cor
 ipsum contingit, minus manifestè, calescien-
 do simul totum corpus, cui circumfusus
 est aër, & præsertim arterias, vt pote nonni-
 hil substantiæ ipsius aëris trahentes. Quibus
 omnibus coeuntibus, inspiratione inquam
 & attractione per arterias, & cõtractu per cor-
 pus totum aëris calidioris, necesse est cor-
 pum & maxime incalcescere, & calorẽ in to-
 tum corpus transfundere, id verò est febris.

Eodem modo cum aër pestilentem cõstitu-
 tionem habet, inspiratione potissimum fa-
 cit febrem pestilentem. Constitutio pestilens
 est, cum aër est putridus, aut paratus ad pu-
 tredinem. Putrescere solet aër, largis imbri-
 bus præcedentibus, & subsequenti ingenti
 calore: aut quia ab exhalatione putrida est
 contaminatus. Hęc exhalatio ex paludibus,
 aut ex corporum inhumatorum multitudine
 solet p̄dire. Paratus putrescere est aër qui-
 cunq; calidus & humidus præter naturam.

Aër qui putris iam est, plerosq; homines so-
 let inficere, etsi illi non sint alioqui valde pa-
 rati ad putredinem, qui verò nõdum est pu-
 tris, sed paratus putrescere, eos tantum infi-
 cit, qui humores habet in corpore ad putre-
 dine aptos, hi enim homines corripit solèt fe-
 bre pestilenti, etsi ab aëre exiguum febris illius
 principium acceperint. Cæterum vt cunq; homo
 febre pestilenti corripitur, aëris cõstitutio in
 causa est. Nam quancunq; febris causam vel
 lis fingere, nisi aëris cõstitutio pestilens acce-
 dat, febris pestilens non erit. Nãq; vt Gal. ipse
 docet. 2. epid. part. 1. cõm. 1. febris pestilens est
 quæ multos homines tollit, & popularitet
 grassatur, inuaditq; plerosq; homines. Causa
 ergo pestis in re aliqua omnibus hominibus
 cõmunem reijci debet, non in aliquib; pecu-
 liarẽ, est verò cõmunis omnib; solus aër, huc
 enim tantummodo nullus potest effugere, nisi
 solù mutet. Vnde satis liquet eas febres, quæ
 ex vte

ex vernalibus fructibus proueniunt, non esse pestilentes, nisi forte hinc sumpto initio, putridæ ex laborantibus corporibus, & reb. alijs putrescentibus exhalationes, aerem ipsum infecerint. Nā melones aut pepones aut similia alia imprudentes & inopes ingurgitant, diuites & prudentes, nō ita. Nulla itaq; febris pestilens fit nisi ex aëris pestilentis cōstitutione si vero nō sumus obliuī eorū quæ pauld antè diximus mōstrātes nihil esse, q. res citius trahat ad putredinē, q̄ intrāspirabilitatem, satis cōstat nullos facilius peste correptū iri, cum ea est in aëre cōstitutio, q̄ eos qui obstructis sunt poris, & in locis intrāspirabilib. cuiusmodi sunt qui suffocantia tuguria degunt, q. vel ex eo loco quem ex Thucydidis lib. 2. belli Pelopōesiaci refert Gal. licet intelligere.

Oportet enim huius meminisse semper toto hoc sermone quod nulla causarum sine patietis aptitudine agere potest, alioquin omnes qui sub aestiuo sole commorantur, febricitarent, aut qui nimio motu exercentur, aut vini potu grauantur, aut ira excādescētes, aut tristitia affecti, febricitarent, alioqui etiā, vt arbitror, circa canis ortū omnes egrotarent, ac in pestilentijs morerentur. At vt diximus, magnā in generatione agritudinum partem habet, eius qui passurus est, habitus corporis. Suppōatur igitur, vt in exēplis, in ambiente quidē aëre nōnulla pestilentia semina contineri, ac ea quæ ab ipso corpore continguntur, nōnulla quidē esse varijs superfluitatibus plena, tā ex seipsis ad putrescendū parata: nonnulla autem pura atq; inutili materia carētia, ac primis quidē adiungatur in multis corporis partib. obstructio foraminū, atq; ea quæ plethora vocatur. & vita otiosa in multis crapulis, ac rei venereæ vsib. immoderatis atq; h. s. quæ necessario omnia q̄ nuper diximus, consequuntur: cruditatibus: reliquis verò omnibus corporibus, puris ac superfluitatibus omnino carētib. ad sint præter hæc bona, libera in omnibus spiratio meatibus, cū obstructiōnibus atque ad obstructiōnib. carēt, exercitia etiā sint morderata, victus temperatus, ac deinceps his suppositis, cogita, quomodo vtrāq; corpora affici sit necessariū ab eo, quē inspirant aëre pestilenti. An nō rationabile est, illa quidē statim à prima inspiratione principii putredinis sumere, ac plurimū in malo procedere? Eorum vero quæcunq; vacua sunt excrementis, & pura, quædam nullo modo, quædam verò paululū laborare, ac facile ad naturalem habitum habere regressū? sic & cū aëris temperatura à naturali habitu ad caliditatem q; humiditatem immodice fuerit conuersa, pestilentes quæ oriri morbos est necessarium, plurimū verò eis laborare, quicunq; fuerint superflua pleni humiditate, quæadmodū qui modicis lalloribus se exponunt, a victu vititur moderato, in omnib. huiusmodi dispositiōnib. nullam omnino sentit offensionem.

PER duas Hypotheses docet Gal. qui homines facillimè corripiantur peste, & qui minimè, referens interim omnia, quæ faciūt

A ad facile patiendum aut difficulter. Primumque accipit illud axioma, nullam causam agere sine dispositione eius quod patitur. Est id principium à philosophis omnibus sine controuersia concessum. Nimirū non quod libet est natum agere in quo d. libet, sed oportet inter agens & id quod patitur analogiam quandam esse, quod quia principium est, nō aliter quàm ab experimento confirmat Gal. In ijs quæ in ambabus hypothesibus dicuntur nihil est intellectu difficile. Multorum excrementorum redundantia, illorum putredine, obstructio pororum & plenitudo prohibitionis transpirationis: Otiosa vita, multæ epulæ, & ebrietates, & immodicus vsus veneris cruditatibus, sunt pestis causæ, cum alioqui in aëre est talis dispositio. Contraria contrarijs rationibus profunt. Constitutis duabus cōtrarijs hypothesibus, inquit Galen. priores statim in prima inspiratione putredinem contracturos, & multum in illa facturos progressum. Posteriorum verò, eorum inquam qui sunt vacui excrementis & puri, & facile perspirabiles, & reliqua habet quæ in secunda hypothesi dicuntur, quosdam nullo modo, quosdam leuiter illa febre laborare. Ex hoc loco rursum intelligo, Galenium opinari fieri posse putredinē sine obstructione. Nam aliter qui tales essent, quales qui in secunda hypothesi describuntur, ne leuiter quidem laborarent pestilenti febre, hæc enim non possit esse sine putredine. Verum res habet vt diximus, est putredinis maxima causa obstructio, sed neq; sola, neq; necessaria. Proinde qui obstructione carent, corripi quidē possunt putridis febribus, sed leuissimè laborant. Quod aëris cōstitutio, calida & humida, pestilens fit, licet intelligere ex Hippocrate tertio Apho. & 1. & 2. Epid. de. multisque alijs in locis.

E Hic sermo in vno quidem exemplo prolatus est, sed nihilominus in omni genere causa veritatem complectitur, & quicunq; integrè in eo vult exerceri, de præincipientibus causis legat librum. Equidem ego in præsentia prolixitati parcens, vno capite vniuersa comprehendens, finem sermone constitui. Oportet siquidem in omni causarum genere, diligenter aduertere, ex qua maxime potentia egrotare contingat, deinde corporum dispositiones: tam quæ eisdem consentiunt, quam quæ aduersantur considerare, illud pro comperto habentes, quod quæcunq; consentientes sunt, facillimè leduntur: contraria autem ac renitentes, quantum viribus ac magnitudine contrarietas valet, tantum inuictas perdurare contingit. Vidi ego aliquando in tali corporis statu, qualem, ait Hippocrates, in cranone suis se, non paucos carbunculos grassari per populum, quorum erat generatio eadem, omniq; alia quemadmodum scribit Hippocrates exquisitè similia & quidem quæcunq; in tertio libro qui Epidemia in-

scribitur, de pestilenti aëris flatu ab Hippocrate referuntur, in altero eidem simili pari modo eueniunt, erat autem eorum summa, ut ostendit Hippocrates ipsa putrefactio quod cum nos prauidissemus, statim ab initio quaecumque corpora humida videbamus, omni via exiccare conabamur. Quae vero siciora, in his antiquum habitum conseruabimus. At in quibus superfluitates redundabant, hæc purgationibus sanabamus obstructions autem foraminum aperire, atque abstergere studebamus. Sed hæc quodammodo artis curatiuæ propria esse videntur, neque in ambiguo est, qui plenus de hisce sit à nobis in eo loco dicendum. Nunc vero de ipsis volui facere mentionem, cum eum prosequeremur sermonem, in quo quemadmodum ab eadem causa inualecente, nonnulli quidem à febris corripuntur, nonnulli autem illi persenerant, exponeremus. Cum enim corporum dispositiones dissimiles sint, ac multiformes, quædam facile alterantur, ac patiuntur à causa in ipsa operante, quædam insuperabiles, ac impassibiles omnino existunt, quædam cum difficultate patiuntur. Adhuc verò rei demonstrationem coacti etiam sumus curationis meminisse, non aliter affecti, quam Hippocrates qui quodam in loco per similem modum vulgarissimum illud dictum conscripsit, ostendit autem curatio. Est igitur & quæ præcustodia dicitur curatio quodammodo, sed ipsa videlicet nomina apud medicos sapius confunduntur, sicut enim in altero libro est à nobis ostensum, omne medici opus est, errorum, qui circa humanum corpus eueniunt, correctiuum. Sed nihil ista subtilitate sermonis hoc in loco indigemus. Siue enim in duo nomina diuidas totam curationem ac præcustodiam, siue ambo in vnum colligas, curationem nominans, non paruam coniecturam affert eorum dispositio, qui à pestilentibus, atque in populum grassantibus morbis affici prohibentur, quod non a quæ omnes ab eadem causa patiuntur, vna siquidem ac prima est in omnibus conueniens intentio, quod corpus quam maxime superfluitatibus vacet, atque optime spiraret, secundo loco post hoc, ut præpotenti cause, quoad fieri potest, aduersetur, at quibus eorum contraria insunt, celerrimè capiuntur, ac quam maxime laborant.

Scripsit Galenus libellum de causis pro-catharticis, in quo disputat aduersum sophistas quosdam, qui non intelligentes quod modo dicitur, nimirum causam nullam agere, nisi in id quod paratū est pati, quantumuis caula potens sit, contendebant externas causas non esse febrium causas: quoniam dicebant, si æstus esset febris causa, omnes in ætatis tempore febricitarent, atque eodem modo de reliquorum singulis argumentabantur. Sed non est quod hæc longius perenseamus, cum à Galeno de illis habitus sit longus sermo potissimum cum ne pueriam ignorent, ridiculas esse illas argumentationes. Illud vnum scire oportet, quod

A toto illo libello monstratur, causam nullam efficere posse corpus quopiam modo, nisi illud commode dispositum sit. Deinde ita le debet medicus exercere, ut Galenus hic monet sapientissimè, ut cognoscat scilicet, quæ sint ad morbi cuiusvis generationem facilem facientia, & quæ ad difficilem, ut cum mali alicuius periculum instat, licet corpus ita disponere, ut quam minimè fieri possit eo afficiatur (ut gratia exempli) Icterus Galenus multo ante, cum ex ijs quæ ab Hippocrate scripta sunt, tum etiam propria ratione & proprio experimento, calidam & humidam aëris constitutionem pestem minari, & corpora excrementis plena, & male diffabilia promptè ea corripere, quam primum anni decursus hæc minabatur, corpora humida exiccabat, plena euacuabat, impura expurgabat, obstructa aperiebat, hæc ut faciamus interim monet: est enim hæc quodammodo curatio. Nimirum præcautio à morbis, optimus comparandæ sanitatis modus est. Sed opportunum fuerit ut quod ad præsentem tractationem facit quam maximè, & alio in loco Galenus dixit, hic nos apponamus. Quæ scilicet corpora sint ad febres paratissima, & quæ minus. Loquemur verò hic de temperamentis, hoc docet Galenus octauo libro methodorum capitibus octauo & nono, cuius sententiam conatus est Auicenna exprimere sen. prima quarta verum non effecit. Immo scripsit hæc de re nimis obscure & incultè. Cum nouem sint corporum temperies, quatuor simplices, totidem duplices, vnica mediocris, quatuor citius corripuntur febre, quam temperata, quatuor difficiliter, atque hoc ipso quo hic scribentur ordine.

Calida & sicca: Calida & humida:

Calida tantum: Sicca tantum:

E *Temperata: Frigida & sicca:*

Frigida tantum: Humida tantum:

Frigida & humida.

F Calida & sicca omnium citissimè corripitur febre, quia illius naturæ, quæ calor sicca est, maximè est analogia. Calida & humida secundo loco, quia quanquam ex dicta analogiæ ratione, non deberet ante calidam tantum recenseri, tamen humor cum calore facit ad facilem alterationem, potissimum ad ardorem gratia copie sanguinis. Calida tantum recensetur ante siccam tantum, quia quamquam hæc duæ singulis qualitatibus congruunt cum febre, & singulis discrepant, tamen calor multo plus facit ad facilem passionem, & quia est qualitatium potentissima, & quia febris essentia in calore consistit, sicca accedit illi, non ut essentiæ pars. Mediocris temperies quatuor has statim sequitur. Nam reliquæ quatuor longius absunt à calido & sicco affectu

affectu, quàm mediocris. Vt hinc satis constet, vanum omnino esse eorum dogma, qui temperatum hominem omnibus causis resistere plusquam alios omnes homines asseuerant. Verum hæc in primo libro controuersiarum latissimè docuimus. Frigida & sicca tanto minus cōgruit cum febre, quam temperata in oppositione calidi & frigidi, quanto in alia oppositione humidi & sicci plus, vt videri alicui possit, tam promptè incidere in febres quam temperatam, verum non facit, sed aliquanto tardius: quia, vt dixi, non facit tantum ad hanc passionem siccitas, quantum facit calor, aut impedit frigus. Dices tamen hac ratione oportuisse recenseri humidam tantum ante frigidam tantum. Quia non vltique aded impediet humor quàm frigus. Ita sane haberet, nisi per humidam tantum, redundarent plures crudi succi, impediens ardorem, quam per frigidam tantum. Ergo septimum locum tenet frigida tantum, octauum humidam tantum, nonum frigida & humida. Hæc enim omni ratione est à febre alienissima. Perpende tamen dictum hic esse has naturas hoc ordine in febres incidere, non quod in quascunq; febres hoc incidat ordine (neque enim in putridas ita incidit) sed quod in februm plura genera, diarias scilicet & hecricas, & quod in febres eas quæ omnium februm facillimè generantur, puta in diarias. Sed si roges speciatim in putridas febres quæ natura est paratissima, & quæ deinde alius excogitandus est ordo, quem Galenon scripsit ego tamen ita scripserim.

Calida & humida: Calida & sicca:

Humida tantum: Calida tantum:

Temperata: Frigida & humida:

Frigida tantum: Sicca tantum:

Frigida & sicca.

Nam calor & humor sunt putredinis causa maximè, ergo analogia putredini natura est calida & humida. Secundum locum habet calida & sicca, non analogiæ causa, sed excrementorum calidorum, quæ habet, humida tantum & calida tantum, singulis qualitatibus sunt analogæ, verum plus facit ad putredinem redundans humor, quàm sine illo calor. Eadem ratione frigidam tantum colloco ante siccam tantum. Hastenus respondimus de paratis ad febres putridas. Si quis rursus distinguens amplius illarum genera, interroget, quæ naturæ sint ad tertianam, quæ ad quotidianam, quæ ad quartanam, quæ ad continentem paratissimæ, alij ordines excogitandi erunt, sed satis fuerit hebes qui ex dictis non poterit hos per seipsum excogitare, vel saltem ex ijs quæ dicuntur modo. Calidus & humidus paratissimus est ad febres continentes, colligit enim hæc

A temperies multum sanguinem ex quo febres has provenire ex sententia Galeni sumus in secundo libro monstraturi. Vt temperies aliqua ad hanc propius accesserit, aut ab hac longius aberit, ita ad eam febrem paratior erit, aut minus parata. Temperies mediocris vt nullo morbo afficitur promptè, ita ad nullum est ineptissima, sed habes se mediocriter. Temperies frigida & humida est paratissima ad quotidianam, aliæ vt propius aut minus ad hanc accedunt. Calida & sicca, si multum calida est, ad tertianam est aptissima, quando quidem biliosa est hæc natura, vt & ipsa febris, si vero parum calida est & valde sicca, ad quartanas febres. Hæc enim natura, quantum in ipso temperamento agitur, multam congerit melancholiam. Non enim vt plerique putant frigida & sicca natura membrorum melancholiam multam generat. Quæ enim frigida est, vt cumque habeant patientes qualitates, serosa est aut pituitosa, non melancholica. Frigus siquidem facit incoctionem, quare crudos vocatos succos generat, eos inquam qui contra sanguinem sunt, cum vero multa siccitas cum modicè exuperante calore est coniuncta, gratia siccitatis fit densus sanguis, & gratia caloris, partis tenuis bona portio absumitur, fitque ita melancholicus succus. Vnde luce clarius patet, id quod libro primo controuersiarum diximus, male à quibusdam appellatione succorum distingui temperamenta corporum, cum melancholicum hominem dicunt, frigidum & siccum se putantes dicere. Sed à quibus temperamentis qui succi proveniant quarto libro controuersiarum abunde monstratum est. Quod verò hæc quæ de melancholica temperie modo diximus, ex sententia Galeni sint, abundè declarant verba illa tertij de sympt. causis, sed & alteratricis potentie intemperies, quæ ad calidius sit versa, alias biliosum, alias melancholicum efficit excrementum, ad frigidius verò mutata vel pituitosius vel aquosius facit excrementum. Sed hæc satis iam definita sunt.

CAP VIII.

F **S**ed quoniam pestilentium febrium mentionem feci, quæ omnes à putredine ortum habent, opere precium videtur, vt hoc loco sistentes, sermonem de antiquo dogmate consideremus, omne febris genus ex putredine fieri asseuerantem. Siquidem eius sententia esse periclitatur omnis ab Artheneo chorus, viri tum in ceteris, quæ ad artem pertinent, tum præsertim in febrium contemplatione minime cōtinnendi. De quibus ego magna ex parte illis consentio, nisi quod eas quæ ephemera nominantur, excipio. Neq; enim videntur mihi hæc humorum sequi putredinem, sed qui quidem ex solis incendio febr.

ciat, ab aëris cause caliditate afficit natura aptus est: qui vero ex ira. & huic feruorem aliquem eius, qui circa cor, sanguinis fieri est necessarium, non tamen etiam putredinem: sic est qui supra modum exercitatus est, vehementior caliditas præter naturam sine humorum putredine in corpore accenditur, & omni cutis adstricta est, cum prius acriores superfluitates per eam euaporarent, postquam retenta sunt, ac coaceruata, incidit in febrem, nulla interueniente humorum putredine. Et quæ in inguinum tumoribus, græci (Βεβόνα: appellant) febres oriuntur, omnes sunt mala exceptis ephemeris, quodam in loco, inquit Hippocrates & quidem eius partis tumor ex genere est inflammationum, & ad hoc assentior illi, qui de putredine, sermoni: eius enim ratione inflammationibus, quas græci πυρεσσας vocant, febricitare contingit, non ea qua Erasistratus opinabatur. Sunt tamen quadam febres in inguinum tumoribus à genere ephemerarum, quemadmodum & aliæ quadam: non facile tractabiles morbos ex: vlcere, aut inflammatione, aut abscessu, aut aliqua huiuscemodi altera in visceribus dispositione ortum habentes ostendunt. Differunt autem quæ in inguinum tumoribus febres oriuntur, ab his quæ humorum putredine eueniunt: quæ vel in aliquo viscerum, aut in cauis & maximis vasis ortum habent, quoniam quæ in inguinum tumoribus fiunt, concalescunt semper partes continuas, donec vsque ad cor febrilis attingit calor, non peruenit autem ad ipsum putredine fuligo, sed ibidem permanet in loco inguinis circumscripta sola alteratione per continuum facta, vsq; ad cor perueniente calore, quo maius modo in his, qui solis calore deurantur, aut lassitudinem patiuntur, à primis partibus calefactis vsque ad vitale principium caliditas permeat. In putredine autem humorum quæ sit in vasis magnis aut in visceribus, quidam veluti fumus ex putrescentibus humoribus ad cordis ventriculos tendit, & quidem in tumoribus inguinum omnes simul humores putrescere solent, siue per vnum, siue per duos continuos dies, vt qui inuicem adherent, atq; in vno loco concludantur, at qui in visceribus sunt, vasisq; magnis vt quæ continuo fluant, suorumq; contactu vicinos ad putredinem trahant, spatio temporis putridum calorem accendunt. Vna autem ratione, quemadmodum in extrinsecis omnibus, quacumq; præter naturam ex quavis causa calefiunt, siquidem imputrescibile sit, quod calefit, veluti lapis, vel lignum, aut tale aliquid aliud, eo vsq; durare caliditas solet, donec paulatim refrigerentur. Quod autem putrescere natura aptum est, semper ad continua dispartitam continet caliditatem. Quemadmodum aliquando in agro conspexi, excrementa iumentorum, simul ac columbarum, quæ à ex parte à sole adeo vehementer calefacta, quod instar fumi multam euaporationem in sublime emittebant non parum mordacem ac dolorificam, et si quis proximo accessisset, nares, oculosq; ledentē, ipsi etiam excrementa tangentibus adeo calida sentiebantur, vt qui longiore tempore manus & pedes

A admonisset, exureretur, non tamen continuo huiuscemodi casus perdurabat, sed in die qui sequebatur, quicquid superiori die ad summum feruorem peruenerat refrigerabatur, quod autem huic continuum erat, dum prima pars, quæ calorem conceperat, in summo esset feruore, ipsum interim paulatim succensum, mox priori feruore remittente, interim incalebat, atq; afferuescebat, & paulo post, priori parte refrigerata, ipsum summum feruorem obtinebat hocq; rursus deferuescebat, dum pars continua paulatim succendebatur, quæ paulo post vehementius accensa, ad summum feruorem perueniebat. Hic autem circuitus in vnius fere diei spatio peragebatur, adeo vt res quotidiana febris, quam græci amphimerinū appellant, propriissimum esset exemplum. Quod si duabus diebus ac noctibus idē circuitus factus fuisset, tunc febris tertiana eo modo esset exemplum, est tribus quartana, & quatuor quintana. Siquidem & quintana febris existit: ego enim nondum liquido vidi, neq; huiuscemodi circuitum, neq; alium qui ultra quatrduanum protenderetur, sed de febribus, quæ per circuitus accessiones habent, postea dicetur.

Hactenus disputa uit Galen. de causis februm in distincte, modo incipit disputare de singulorum generum causis, estq; caput hoc octauū de generatione diariarum, caput nonum de generatione putridarum, deinde differet de earum notis, quib; expletis, ad finem libri huius de generatione & signis hecticarum differet. Ergo vt dicat modum quo diariæ febres generantur, refutat opinionem Athenei, putanti febres omnes fieri ex putredine. Cæterum est quod expēdamus illa uerba quæ in principio capituli per transgressionem dicuntur à Gal. Sed quoniam febrium pestilentium mentionem feci, quæ omnes à putredine ortum habent. Nam videri possit alicui falsum (quod hic asseritur) omnes febres pestilentes à putredine habere ortum, quandoquidem videretur hinc sequi, omnes eas esse in genere putridarum, tamen Galenus ipse, de prælagatione ex pulsibus prolixè disputauit de hecticis pestilentibus. Nonnulli hic dicunt febres omnes pestilentes habere ortum ex putredine, aëris scilicet, verum tamen ego sensum hunc non probo, quanquam quod asserunt verum sit: nam oportet vt antecedentia consonent cum consequentibus, & vt contextus ipse sit consonus, ergo eodem modo Galenus asserit pestilentes febres habere ortum ex putredine, quo Atheneus assererat febres omnes. Hic verò non ex causæ externæ putredine, sed internæ, febres produci putabat. Itaq; ego intelligo, febrem omnem pestilentem pendere à putredine, etiam eam quæ hectica est. Scilicet hectica pestilens est, per quam ipsum cordis alimētum putrescit. Nā aliter qua ratione putremus differre has hecticas

hæc ab alijs hæcticis? Sed hæc explicata sunt, & monstrata, s. lib. Contr. hic satis fuerit locum enarrasse. Itaque inquit Galenus non omnes febres sunt, vt putavit Athenæus ex humorum putredine, sed excipio diarias. Potuisset etiam hæcticas excipere, verum hic loquebatur de febribus hien-tibus postmodum, vt dixi, aget de factis, & habitualibus feorlum. Non itaque febris diaria pendet ex humorum putredine, sed ab externis causis fit, vt solis ardore, ira, constrictione cutis. Et qui a solis ardore febricitat, ab ipso efficientis causæ calore, (ait Gal.) alterari solet, ne intelligas membra illius à sole ipso incalescere, nulla interius substantia facta calida, vt videntur verba ipsa significare, sed nullo interius humore calore habituali affecto. Solus enim spiritus in his febricitantibus inflammatur, & cordis substantia incalescit, citra humoris alicuius putredinem. Quanquam nonnullæ febres diariæ causam habent in humorum putredine, quales sunt quæ ex inguinum tumoribus pendunt, cæterum & in illis, putredo habet vicè causæ externæ. Nam ex bubonibus possunt fieri febres diariæ & putridæ, diariæ sicut ex particula inflammata, cum nulla putredo ad cor transmittitur, sed solus calor per continui alteratione (atq; ita patet putredine vicè habere causæ externæ) putridæ sunt cum fuligo putrida (ait Gal.) nō continetur in ipso loco inflamato, sed ad cor ipsum peruenit. Proinde ait, viscerū inflammationes putridas febres solere facere, quod ab illis & propter viciniam, & viarū amplitudinē, fuligo putrida semper cor attingat. Hæc Gal. sed monstratū à me est, lib. 5. Contr. cap. 23, febres omnes quæ ex inflammatione aliqua pendēt, & vere febres accidētia sunt, esse in genere diariarū, quoq; putrida febris sit, non esse satis, internam aliquā inflammationem esse, nisi putredo venis communicetur. Ergo non satis est, vt febris ex inflammatione pendēs putrida sit, fuliginem putridā vsq; ad cor ipsum venire, nisi humores venarū infecerit: id quod nunc quoq; hac ratione monstrabitur. Fuligo nisi humores infecerit, non potest reddere vrinā crudam, at verò crudas vrinas apparere primas, est propriū & inseparabile signum febres putridæ, vt docet ipse Gal. cap. 11. huius libri, ergo fuligo transmissa solū non facit putridam febrē, nisi humores inficiat. Quia verò ex interna inflammatione raro non venit ad cor tanta fuligo, vt humores vitiet, raro nō febris pendēs ex interna inflammatione trahit in febrē morbū & putridā: quamquā nōnūquā p totā pleuritidē vidimus in vrina signa coctionis pleuerare, quo casu febris in genere diariarū est, durans tñ tam multum tempus ppter presentiam causæ. Sed quæ febres sunt febres morbi, & quæ accidētia, & vt di-

gnoscatur, ac reliqua omnia ad hæc rem attinentia, loco dicto docuimus. Modo ita hunc locū enarramus, cū putrida fuligo cor ipsum attingens humores vitiat, febres putridas facere, hoc quidē accidere ex inflammatione interna nihil mirum, immò verò raro nō accidit, quia copiosissima fuligo in cor venit, tñ ab externa inflammatione venientes fuligines humores corrumpere, & putridas febres facere, malum est: cū enim fuligines nō possint venire valde copiosæ, signum est humores ad corruptionem esse paratissimos: sicut ergo febres malignæ, atq; ita optima ratione iuxta hanc meam sententiam dixerat Hipp. 4. Aph. 57. ex adenum tumoribus febres omnes male, præter diarias. Neq; in quod à Gal. dictū est, febres diarias fieri à bubonibus continui alteratione, tollit quo minus fuligo venire possit ad Cor manente adhuc diaria febre, possunt liquidē ambo fieri, alteratio per continuū & transmissio fuliginis, vt ex corruptis in vetriculo cibus diaria febris fit, quāquam ad cor fuligines ex corrupto cibo veniant, neq; prius putrida sit febris, quam corruptio humoris in venis & arterijs inuadat. Tandem si humores non putrescunt, cor patitur calorem, vsq; dū causa pro cathartica euanescente ipsum paulatim refrigescit, vt accidit rebus quæ à re aliqua calefiunt, & non putrescunt, vt lignum, lapis, aut ferrum, si verò humores putrescunt, febris in fit pendēs ex illorum putredine atq; ita magna ex parte per interualla repetit, quia illi per partes putrescunt, vt sterquilina solent, sed quia exemplum stercoreis dilucide scripsit Gal. & putridarum differentijs liber secundus dicatur est, modo hæc sufficient.

CAP. IX

Humorū autem putredo que in vasis fit, similis est ei que est in inflammationibus atq; abscessibus accidit, alijs collectionibus, duplex quidem secundum genus, ex duobus autem generibus miscella alia tertia secundum speciem euariat, quando & innumerales miscellæ modi in eo, quod magis & minus reperiuntur, at duorum generū, alterū quidē sit superante natura, alterū verò superata & superante quidem sicut in inflammationibus, & similibus collectioni tumorib. omnibus pus in humorib. autē qui in venis atq; arterijs continentur, quoddam, & puri proportionē respondet, subsidens in vrinis. Arterialis quidē putredo, non simpliciter putredo existit, sed aliquid in se continet coctionis. Nam adhuc vt coquendi vasorum remanente, qui interim putrescit humor ad talem peruenit alterationem. Sed & alterum est putredinis genus, cum ea vis cui coquendi officium est demandatum, ad eodē imbecillis facta est, vt nullam amplius facere possit in putrescente superfluitate ad optimum transmutationem. Quod quidem contingit nonnunquam cum eadem vis ad vltimum imbecillitatis peruenierit, etiam si id quod

putrescit, mediocriter fit vitiatum. At fieri potest interdum, ut vis quidem ipsa non omnino sit imbecillus, humor verò putrescens maxime fit vitiatum. Huius superfluitatis putredo neq; consistere, neque aut colore aut odorem habet vnum, sed semper secundum substantiam permutatur, ac multis modis euariat illud quod putrescit. Altera autem putrefactio quam & concoctionem esse diximus, semper ad vnam puris speciem terminatur, colorem ac consistentiam suscipit, & odorem. Superante verò inter ipsa natura optimum fit purus conspectui album, & crassum, & versus quaq; simile sibi, lene autem tangenti, ac minime fetidum. Si verò semiputridum fuerit, tertium in tali transmutatione genus, quod paulo ante diximus, fit. Dicitur verò & illud est, quod multiforme huiuscemodi genus existit: nam in eo quod magis & minus suscipit coctionem, est innumerabilis differentia. Sapius enim cum colore albi factum fit, vel fetidum odorem, vel tenuem substantiam obtinet, sepius verò non album apparet, sed liuidum: atq; in his omnibus magis ac minus in finis modis euariat. Quotcūq; verò in abscessibus putredinis sunt differentia, eorundem & in febribus, quae ex putredine accenduntur, sunt eorum quae in vrinis apparent formae. Optima verò vrina quae ex putrescente humore coctionem à continentis vase suscipiente, perficitur, est quae albi & lene & aequale & minime fetidum sedimentum habet: pessima autem est, quae in omnibus, maxime contrario modo se habet: quae verò intermedia existit, quanto propius ad alteram accesserit, tanto aut melior aut deterior existit. Sed de vrinarum differentia in commentarijs de crasibus dictum est.

Differit Gal. de solis putridis, hae enim pendunt solae ex putredine humorum, quae fit in valis. Gal. hoc in loco aperte vocat putredinem alterationem materiae morbificae, utcumq; ea cedat, siue inquam morbus salutaris fit, & fiat bonum vrinae contentum, (contentum enim in vrina ex materia ipsa morbi generationem habere in febricitantibus monstratum à me est lib. 3. Contr. cap. 4.) siue lethalis, & fiat malum, siue in tumore praeter naturam suppuratio fiat, quas alterationes solet innumeris alijs in locis coctiones appellare. Quae res nonnullos barbarorum impulit opinari, materiam morbificam per incrementum morbi salutaris, & in suppuratione inflammationis, simul coqui & putrescere, idq; duobus motibus. Quonia verò hi duo motus, coctio inquam & putrefactio contrarij sunt, ut illorum rationes declarant, videtur plerisq; haec sententia absurda, proinde ego vtrorumq; rationibus peritatis, incommodisq; ex illorum opinionibus accidentibus, recte mihi videor excogitasse, ipsamq; Gal. sententiam hac in parte attingisse, eam materiam neque coqui neque putrescere solum, atque ut quis dixerit, coqui simul & putre-

scere quodammodo, moueri scilicet alteratione quadam, vni a illa quidem, sed inter illas media, ita ut quantum abest à ratione coctionis, tantum accedat ad putredinem, quae sententiam & aperitius multo latius, & confirmatius quantum oportuit lib. 3. Contr. cap. 4. & in commentarijs quae in 4. lib. methodo Arist. scripsimus. Modo illud vnum monstrandum est, ex praesenti Gal. capite, maxime sententiam hanc ellici posse. Quod satis eius verba declarant. Primum differere incipiens de hac alteratione putredinem illam vocat, paulò infra ait: atqui huiusmodi putredo non simpliciter putredo existit, sed etiam aliquid concoctionis habet statim altera, inquit, putredo quam & concoctionem esse diximus. Itaq; coctionem & putrefactionem, inquit, continere, atq; partim esse hoc, partim illud, aut ergo duo haec simul sunt, aut media quaedam alteratio, quae quodammodo est vtrumq;. Illud non posse accidere euidenti ratione monstrauimus dictis in locis, sed modo melius fuerit Gal. haec dicentem animaduertere. Quod si vero (inquit) semiputridum fuerit, tertium genus in tali transmutatione, quod paulo ante diximus, consistit. Itaq; tertium genus alterationis vocatur à Gal. suppuratio, haudquaquam duo motus simul.

De vrinarum differentia agit Gal. sermone in communionem coactus, verum proprius locus apud illum eius disputationis est cap. 11. primi de crasibus. Nam liber de vrinis est spurcius. Ego compendiolum quoddam de vrinis, iam edidi praeter multa quae in com. prognostici dixi, & de vrinis & de puris conditionib.

CAP. X.

Febres autem quae in humorum putredine accenduntur, alias ab ephemeris oportet existimare, neq; earum discretio difficilis est, quamquam nonnulli videatur esse impossibilis. Nos vero hoc milites re ipsa probauimus prima accessione finita locum hominem, ac mediocri cibo refectum, ad consuetam opera transmittentes, ut qui alteram febrius accessionem sensurus non esset. Neq; nos nostra estimatio sefellit. Vnum vero hoc est febrium ephemerarum praecipuum indicium ab aliqua incipere causa euidenti ac manifesta quae ante praecesserit, quas omnes medici iuniores vsitato vocabulo peribarricas, siue praecipientes appellant. Sed etsi hoc inseparabile sit talium febrius, indicium tamen eorum praecipuum non est, nam & aliarum quaedam ex causa manifesta sunt, quae ante praecesserit. Inseparabile vero & proprium est, coctio in vrina statim die prima, ac praeterea pulsus ad magnitudinem, ac celeritatem offatu dignam accidentes, ita ut frequentia à proportione deficiat secundum exteriorem quietem. Est aut magis inseparabile ac proprium, quod nullo modo ad celeritatem ea pars pulsus, quae fistile dicitur, tendit, etsi aliquando contingat hoc minimum ac vix perceptibile.

637
 possibile existit, parumq; à naturali calore mutari. A
 sed & caliditas sua autas proprium atq; insepara-
 bile est huiusmodi febris indicium. Inseparabile
 quoq; a qualis atq; incompressus ascensus in caliditate
 ac pulsibus simul non tamen proprium, cum & a-
 lijs quibusdam adsit sicuti etiam consistente febre
 mediocritas, neq; enim hoc etiam est proprium quam-
 quam hic maxime inest: ac melius quidem fuerit,
 hic quoq; incrementa & vigores communia sunt &
 diarsis maxime insunt, inter propria collocare, fieret
 enim hoc pacto, & si nequaquam sit, rei ipsius formi.
 quin etiam & pulcherrimum, atq; exquisitissimū hu-
 iusmodi febrim, adhuc & proprium simul atq; inse-
 parabile signum, sicuti & cum sudore, aut rore, aut
 omnino cum aliquo optimo vapore declinatio, vbi
 integra febris cessatio sequatur, hæc quidem est cō-
 munitas febrim ephemerarum indicatio. Nam postea
 de earum singulis speciatim dicemus.

C
 Apud hoc continet signa febrim diaria-
 rum quarum cognitionem haudqua-
 quam difficilem esse dicit Gal. quamquam
 primo ad Glauc cogitū difficile esse dixit:
 ceterum hoc rethoris est, nunc proposita
 rei difficultate captare attentionem, nunc
 nimum facere legentibus. Scire licet, signū
 inseparabile non proprium, esse quod rei om-
 ni conuenit sed nō soli. Propriū non inse-
 parabile, q; soli sed nō omni: Propriū & inse-
 parabile, quod omni & soli. Ergo incipere
 à causa procathartica, inseparabile est à febre
 diaria. Nā si est febris diaria, incipit à causa
 procathartica (causa procathartica est quæ-
 cunque euidentis & manifesta causa) non ta-
 men est illi proprium, non enim si ex causa
 procathartica incipit, statim est diaria, Nih
 enim prohibet propter humorum ad putre-
 dinē apparatus, ex procathartica causa pa-
 trida excitari ante aliud febris genus, id q; in
 sequenti capite fieri manifestius. Secundum
 signum est cōctio primo die apprens, pro-
 prium & inseparabile, quia nulli putridæ
 potest adesse. Tertium est magnitudo &
 celeritas pulsus, ita vt externa quies longior
 multo sit quā pro magnitudine aliarum par-
 tiū, & ita à proportione deficiat, quod pro-
 prium etiam est, ac inseparabile. Quod vt intel-
 ligatur, sciri oportet, quietos pulsus, non fi-
 eri, vt quidam putant, per accidēs causā mo-
 tuum contrariorum, sed per se & à facultate,
 ac propter eosdem vsus ppter quos mo-
 tus ipsi, puta externa quies propter tractio-
 nē aeris vt dilatatio: interna propter expur-
 gationē vt constrictio. Ergo cum crescit vsus
 dilatationis crescit etiam externa quies multū
 nisi simul crescat vsus constrictio: tunc
 enim anticipans constrictio detrahit de tē-
 pore quietis externæ. Proinde ergo per dia-
 rias febres, crescit quamplurimum exter-
 na quies, quia trahendi aeris est magna ne-

cessitas, expurgandi fulgines minima. Ea-
 dem propterea causā accidit quartum signum
 scilicet contractionem minime in celeritate
 crescere. Quod etiam proprium est, quia in pu-
 tridis necessario crescit celeritas illius: est et-
 iam inseparabile quia nulli diarsis, soli consi-
 stenti crescit hæc celeritas, vel si interdū cre-
 scat id minimū est, quod addicū puto ppter
 nonnullas diarsium, in quibus fulgines
 quædā aeris colliguntur, quales sunt febres
 ex cōstrictione cutis: & ex cruditatibus. Eo-
 dem modo sentiendum est de quinto signo,
 quod est suauitas caloris, est scilicet propriū
 & inseparabile, quia putredinalis omnis ca-
 lor, est mordax, nulli verò diarsis est morda-
 citas, aut ea est quā minima, in iis qui ex cō-
 strictione cutis, aut ciborū corruptela febricitant.
 Est aliud signum æqualitas & ascensus
 liber ac incompressus, facilisq; (hæc enim si-
 gnificat nobis dictio *ἀδραντος*) tum pulsus tū
 etiam caloris. Scire oportet calorem dici æqualē
 hic, eo quod nō habet manifestam inæqua-
 litatem. Nā si exacte loquaris nullus calor fi-
 ens est æqualis, vt monstratū est in commē.
 libelli de inæquali intemperie. Pulsus æqua-
 litas, si integrā æqualitate significat, vt neque
 collectiuā, neque in eodē ictu, neq; in parte
 aliqua pulsus inæqualitate admittat, propriū
 & inseparabile est febris diarsis. Nā à nulla fe-
 briū putridarū potest abesse inæqualitas ea,
 quæ à Gal. appellatur febrilis: Ea est inæqua-
 litas eodē ictu secundū partes dilatationis.
 Hanc abesse à sola diaria docet. 1. de art. cur.
 ad Gla. c. 1. (hæc li. 3. cōt. explicuim) æqua-
 litas tñ hoc in loco significat solā collectiuā,
 cū qua nihil phibet cōiūgi inæqualitate fe-
 brile quādo Ga. ait, æqualitate pulsus & calo-
 ris, & vtriusq; liberū ascensum quamquā si-
 gnū inseparabile sit à febre diaria, non tamē
 esse illi propriū, quia hæc quibusdā putridis
 insunt, vt continentib. & alijs ardentibus, &
 tertianis etiam exquisitis, potissimū in augmē-
 to & statu. Nā in plerisq; principiis putridarū
 caloris & pulsus est cōpressio, & in nullis
 non est cōpressio aliqua, verū per augmēta
 & vigores cōmunia sunt hæc multis febrib.
 Cæterū ait Gal. hæc quæ per augmenta po-
 tissimū & vigores cōmunia sunt, possunt vo-
 cari quodā modo propria, nō q; solis diariis
 insunt sed quod illis insunt potissimū præ alijs
 omnib. febrib. Ex dictis nullus nō intelligit
 in quāto errore sit Fuchius, qui ita legit, ac me-
 lius quidē fuerit, hæc quæ communia sunt
 q; per incrementa ac vigores diariis maximē
 insunt, inter ppria collocare: q; duob. modis
 peccat primū nō reddit verba græca fideliter
 deinde proponit re cui in cōmētario nulla
 potuit probabilē causā reddere. Nam græ-
 cus codex habet *καὶ κατὰ τὴν ταχὺτητα τῆς ἀνοσπῆρας τε καὶ τῆς ἀνύψης, ἐν τῷ
 μὲν ἰσὺν ὑπάρχει τῆς ἐπιπέδου, εἰς δὲ αἰθέρου.*

Idest, & melius quidem fuerit hæc quæ cō-
munita sunt per incrementa & vigores, eo q̄
præcipue ephemeris accidat inter propria col-
locare. Eūdē sensum expressit Leonicensus,
quamquā subobscurè, ita dicēs & melius sa-
ne hæc, communia existunt, marcescere fe-
bre, ac cōsistente, quoniam magis epheme-
ris insunt, inter propria reponere. Fuchus
ergo volens emendare, corruptit locum, Nā
quo pacto non sit absurdum dicere, hæc si-
gna propria diariarum fieri, eo quod per in-
crementa & vigores illis potissimum insunt,
cum aliis etiam febribus per incrementa &
vigores potissimum insunt. Quod si per in-
crementa & vigores superant diariæ alias fe-
bres per initia multo magis superant, iam
vero si tempora temporibus vis conferre,
multo plus superant his signis incrementū
& vigor, tempus principij, in quibusdam pu-
tridarum, quam in diariis. Legendum itaq;
est vt diximus. Vigoris etiam mansuetudo
est dicto modo proprium & inseparabile si-
gnum diariarū, quia illis præcipue inest. Si-
gnificat mansuetudo vigoris haudquaquā
remissionem caloris (is enim intensissimus
est) sed tolerantiam facilem, & caloris sua-
uitatem. Vltimum signum est proprium &
inseparabile, inclinatio cum sudore, ac ma-
dore, aut quodam vapore suaui, quam vno
die naturali factam perfecta integritas exci-
pit. Nam vt Gale. docet 2. cap. 1. de arte me-
dendi ad Glauc. & nos sumus in secun-
do libro huius operis monstraturi, in nul-
la alia febre pulsus ad naturalem habitum
revertitur.

CAPVT XI.

Alterum vero febrium genus quod ephemeris
ex aduerso distinguitur, nullum quidem no-
men commune sortitum est. Sunt autem duæ
primæ differentie, quæ non obscuram habent specierū
discretionem. Nam quadam ex istis in putredine
humorum accenduntur, quedam vero ipsas solidas
occupant animalis partes, atque eas heclicas febres
appellavunt, vel quando firmæ ac fixæ sunt, quem-
admodum habitus, aut quando ipsum corporis ha-
bitum comprehenderunt. Sic enim vocare consue-
verunt solidas partes, humidis ex aduerso distinguē-
tes. Indicia vero febrium, quæ humorum ratione
accenduntur, hæc sunt. Primæ quidem non inse-
parabile sed proprium, quod nulla earum quæ præ-
incipientes cause dicuntur, eas antecedit, neutri e-
nim aliorum generū hoc inest. Quoniam ephemeræ
omnes à procathartics, siue præincipientib, causis
originem habent: heclicæ autem quædam sine his ge-
nerantur, nunquam ab initio inuadere consue-
uerunt: adeo vt ubi quis sine præincipiente causa cœ-
pit febricitare, scire oporteat huius causam in hu-
moribus esse. Illud vero nonnunquam vsu venit, quod
aliqua ex præincipientibus causis sui ratione febrē
accendit ephemeram. Subsequitur autem altera ex

A putredine humorum quando quod afficit corpus, ad
id habile fuerit, hoc est quando impurum extiterit
ac superflua materia redundans. Hæc enim cum in
ephemeris immoderatum calorem contraxerit, at-
que hinc putrescendi principium acceperit, alterā
speciem febrium succendit, priore desinente. Vnum
vero proprium simul atq; inseparabile in omnibus
successionis indicium, quod febris ephemeræ quietē
integrā subsequente nō habet. Contingit vero ali-
quando vbi ephemeræ febris cōsistit aliq; permuta-
tionis indicium ostendi. At multo magis cum iam
B caperit declinare, quo tempore, id quod paulo ante
dicebamus, ea tranquillitas abest, quæ adesse debe-
ret. Hæc quidem sunt permutationis indicia.

Hic scripsit Gal. signa febrium putridarū.
Primum initium est incipere sine causa
procathartica, hoc vero nō est inseparabile.
Nonnullæ enim putridarum vt in superio-
ri capite diximus, incipiunt à causa proca-
thartica, est tamē proprium: nulla enim alia-
rum febrium potest incipere sine illa, nisi
forte heclica aliis superueniens, incipiens
verò à principio, non potest. Hic disceptant
C enarratores, quid sit apud Galenum ab in-
itioprehendere, aliquem morbum, dicunt
enim nonnulli, illud non esse inuadere à
principio, ac nullo alio morbo prægresso,
sed primis tribus, quatuorue dieb. inuade-
re, quando quidem (dicunt) Galenus febres
putridas aliquādo à causa procathartica in-
cepisse dicens, eas inquit, fieri accensa pri-
mum febre diaria, deinde ea in putridam
permutata propter humorum aptitudinem
D ad putrescendum. Itaque Galenus febres eas
putridas incepisse dicit: quanquam præ-
gressis diariis fierent. Accedit quod idem
Galenus 10. methodi capite 5. loquens de
muliere quadam ægrotante (inquit) hanc
quarto die vidimus, deprehendimusque ab
initio febricitare heclica febre, cū ea quam
humorū putredo excirauerat coniuncta. Er-
go (dicunt) Gal. eo quod quarto die iam te-
neretur heclica, affirmavit mulierē ab initio
illa laborasse. Docent itaq; hi nullam hec-
ticam posse initio generari. 1. nulla alia febre
prægressa, posse tamen quodammodo in-
uadere ab initio. 1. primis diebus, atque tūc
quoque ex causa procathartica malum in-
cepisse. Eodem modo dicunt putridam nō
posse fieri à causa procathartica, nisi per me-
diam diariam, tamē quod primo die permu-
tatio fiat, perinde medicos loqui, ac si ex
causa procathartica à primo insultu ince-
pisset. hæc dicunt quidam. Tamen vt libro
quinto controuersiarum docui hi docent
falsa, & Gal. male interpretantur. Monstra-
tum enim illic est, heclicam febrem posse fi-
eri à principio, ibidemque argumentis quæ
à contraria opinione sunt, respondimus.
Modo hæc duo oportet vt mōstrētur, posse
putri-

le putridam fieri à causa procathartica nulla alia febre præcedente, deinde Gal. ab initio prehendere, nihil aliud esse quam nullo alio morbo præcedente. Deinde locum enarrabo. Primum ergo ita monstro: potest fieri febris putrida nulla alia prægressa, sine causa procathartica, ex sola præparatione humorum, ergo potest fieri à causa procathartica cum humorum præparatione, ab ipso primo insultu, ac nulla alia prægressa febre. Adde quod nullus est in artis operibus, tam parvum exercitatus, qui non viderit sepe, ob erratum aliquod in victu, consequentiam esse febrem incipientem à rigore. Cum ergo quæ à rigore incipit, putrida sit à principio, constat ab errato fieri putridam nulla diaria prægressa. Id vero Gal. ubi dicit, à principio prehendit, intelligere nulla alia prægressa, constat etiam. Nam si esset incipere primis diebus, posset hæctica fieri à principio sine causa procathartica, quod ille negat, dicens: hæctica quoties sine ea consistit nunquam ab initio prehendit. Quod vero posset ita incipere hæctica, hinc intelliges. Potest fieri permutatio diariæ in hæcticam primo die aut secundo: ergo potest fieri causa in hæcticam quarto die, quo factum cum causum non sit opus incipere à causa procathartica, fiet quarto die hæctica sine causa procathartica, id vero erat à principio prehendere, ergo potest hæctica sine causa procathartica ad initio prehendere. Non est ergo apud Galenum ab initio prehendere, aliud quam nullo alio morbo prægresso. Quod si ad mulierem illam ex decimo methodi quarto die venit, cognovit coniecturis illam à primi diei initio hæctica laborasse. Sed nunc tempestivum iam est, ut locum enarremus. Primum (inquit Gal.) initium putridarum est incipere sine causa procathartica, quod quidem non est inseparabile, quia non valet hæc consequentia, est febris putrida ergo incepit sine causa procathartica: cum possit fieri putrida ex tali causa, ut nuper à me monstratum est, tamen est proprium: nulla enim alia febris potest fieri à principio sine causa procathartica. Valet ergo hæc consequentia, incepit sine causa procathartica, ergo est putrida. Obiter hic Galen. nos monet, cuiusdam permutationis frequenter contingentis, diariæ scilicet in putridam, & signa docet, ad cognoscendum permutationem hanc fieri. Monuit verò nos huius permutationis, potius quam aliarum quæ solent accidere, quia cum primo die aut in initio secundi fiat, facile sit decipi, putantes à principio fuisse putridam. Oportuit ergo hæc, hoc in loco doceri, quo precipue de diariarum & putridarum dignotione agitur. Igitur inquit, ubi enim excrementa in diariis febribus plus æquo calefacta sint, atque deinceps initium pu-

treddinis inde acceperint, alterum febrium genus accendunt priori sedato. Ex his ultimis verbis, colligunt nonnulli barbarorum, non posse putridam febrem cum diaria componi, quandoquidem Galenus inquit, putridam succedere priori sedata, quod si tamen simul esse possent non opus esset priorem sedari, ut alia succederet. Nos vero lib. cont. confirmavimus contrariam sententiam, posse inquam quancunque febrem cum alia quacunque componi, ex posuimusque locum hunc, succedere aliud genus febrium (putridam scilicet) priore (diariam intelligit) sedato, non statim ac secundum genus incipit, sed sua hora: quia vero diaria est brevissimi temporis inquit Gal. sedata priore febre, ut solet, aliam succedere. Itaque ex præsentiloco neque quod ad inceptiorem neque quod ad complicationem febrium attineat, video desumi posse quidquam iis sententiis, quas dicto in libro confirmavimus, aduersum.

Febrem vero à rigore initium sumere, ubi neque ardor solis, neque frige factio valida præcesserit, qualis præsertim per nives facit, iter contingere solet, aut qui aliter in vehementi frigore diutius commorantur proprium & hoc existit signum, febrium, quæ ex putredine accenduntur humorum, non tamen inseparabile, neque enim omnibus inest, quemadmodum neque horrores ipsi sunt ab huiusmodi febribus inseparabiles, sicuti neque ab initio proprie.

DE rigore & horrore dictum est à Gal. 2. de symp. causis, & in secundo huius operis dicitur, à me dictum est libro quinto controuersiarum: modo illud vnum dicam, rigorem fieri horrore intensione. Incipere febrem à rigore exclusis vehementi frigore aut ardore est proprium putridæ febris: tamen non est inseparabile. Quandoquidem non omnis putrida febris incipit à rigore. Horror verò neque proprium neque inseparabile est. Ex his satis liquet, posse fieri ut febris incipiat à rigore & ut sit diaria, scilicet cum eadem manifesta causa facit & rigorem & febrem. Quod de horrore dictum est à nullo video recte enarrari. Dicunt enim quidam horrorem neque proprium esse putridis febribus, neque ab eis inseparabilem, quia omnes putridæ ab eo incipiunt, & quædam diariæ incipiunt, puta quæ ab æstu aut frigore initium capiunt. Sed hi perinde dicent de rigore, Nullam ergo dicunt discrimen inter rigorem, & horrorem quod tamen oportet dici. Alij dicunt horrorem non esse proprium febris, quia potest fieri horror, cui non succedat febris. Quasi vero non possit etiam fieri rigor, cui nulla succedat febris. Neutrum itaque horum nobis videntur quidquam dicere, quod aliter possimus de rigore

de rigore, atq; de horrore sentire. Mihi verò ita videtur: posse febrem diariam incipere ab horrore multis de causis: quibus non possit incipere à rigore, & ab illis etiam causis à quibus diaria cum rigore fit, posse fieri cum horrore, & illis quidem multo leuioribus: proindeq; voluisse generatim cum quibusdam limitationibus rigorem proprium dicere putridarum, horrorem vero non proprium. Pro horrore enim plurimis limitationibus, erat opus. Nā ex rigore non potest incipere febris diaria, nisi sit ex solis ardore, aut vehemēti frigore, ex horrore autem incipere etiā potest quæ ex satietate, & quæ ex ciborum in ventriculo corruptione, & quæ ex leui frigore: aut calore fit.

Inæqualitas verò pulsuum atq; calorū, siue in principijs, siue in augmento contingat, est huiusmodi februm generū propriū inditiū, non tamen & ipsum inseparabile: multa enim & sine insensibili inæqualitate incipiunt, atq; ad consistentiam accedunt.

Inæqualitas sensibilis calorū, est propria putridarum, non quæcunque. Nā diaria febris inæqualis intemperies est. Inæqualitas collectiua pulsus est, non inseparabilis à febre putrida. Nam inæqualitas febrilis, quam in superiori capite explicuimus, inseparabilis ab omnibus putridis est.

Iam vero multo minus neque illud. Si neque accessiones plures faciāt, veluti insultus. Quod superaccendi vocamus.

Habere multas accessiones, est repetere per circuitus.

Quemadmodū neq; pulsus cōpressio (sic autē vocant cum incipiente accessione satis paruos, atq; inæquales eos habent) neq; enim hoc ipsum ab hisce febribus est inseparabile, non tamē alicui alteri generi februm commune: sed proprium istarum, ac peculiare sicuti & inæqualitas ipsa, nisi alicuius accidentis ratione superueniat sepe. Vbi enim succus aliquis vitiosus in ore ventriculi fuerit acruatus, qui ipsum aut mordeat, aut refrigeret, parui simul atq; inæquales & paruas quidem in frigidis, inæqualitas vero in mordacib; accidit. At vbi euomuerit hac ambo protinus cessant. Cum vero ipse ventriculus omni noxa vacat, ad propositum februm genus pertinent huiusmodi pulsus.

Pulsus paruus & inæqualis appellatur cōpressus, qui per putridas febres solet apparere, potissimum per initia accessionum. Est proprium signum putridarum, nisi alicuius symptomatis ratione fiat. Nam ratione febris ipsius, à nulla alia fieri potest: quam à putrida. Itaque pulsus cōpressus, non accidens ratione alicuius symptomatis est signū proprium putridarum februm: tamen non est inseparabile, in multis enim febribus, et si putridæ sint, nunquam pulsus is apparet, cuiusmodi sunt continentes. Simpro-

Ama vero nullum est, quod euidentius eum pulsus faciat quam affectio oris ventriculi ab humore prauo mordente, aut refrigerante, quamquam humorem esse mordentem, aut refrigerantem, differentiam habet in pulsu: refrigerans liquidem paruos magis quā inæquales, mordēs inæquales magis quam paruos facit pulsus. Ergo considerandum erit apparenē per febrem pulsū paruū & inæquali, an dolor ventriculi adsit, aut tale aliud symptoma: si nullum adest, febris putridæ inuasionem agnoscere licet. De pulsu qui affectum stomachum sequitur scriptum est à Galeno 4. de causis pulsuum cap. proprio.

Maximum verò inditiū februm putridarum est qualitas calorū. Nichil enim in eo suauē, neq; moderatū, neq; vilo pacto simile est qui in ei ephemeris sentitur, sed, vt & ab optimis ante nos medicis est dictum, mordax quodammodo potius existit, tactuq; sentitur molestus: at vt sumus oculos ac nares, sic ipse tactum videtur erodere. Sed in principijs quidem accessionum, vt in quibus calor adhuc suffocatur, ac superfluit ates intus succendantur, nō statim admoda manu discernitur. At per moram prædicti calorū species ex profundis partibus effertur. Quod cum animaduerteret Themison, existimauit (vt mihi quidem videtur) hoc esse omnibus febricitantibus proprium. Sed de hoc quidem in proprio huius sermonis loco à nobis rursus considerabitur. Prædicta autem calorū species, quæ appositam manum pungit, atq; erodit instar medicaminis acris est, putredinis humorum progentes, qua manifeste quidem sentitur in crescentibus, ac consistentibus febribus, non manifeste autem neq; statim in incipientibus.

DThemisonem medicū cuius 1. met. cap. 7. mentionē fecit, repræhēdit modo quod calorem mordentem more acris medicamenti, inseparabile esse ab omnibus febribus putauerit, cū tamen is calor putredinis soboles sit, eoque in solis putridis appareat, sitq; putridarum inditiū maxime proprium & inseparabile. Calor liquidem hecticus videtur habere tale quiddam, nō tamen est exacte talis, sed calor quidam (vt ita dixerim) aridus, non erodens.

Proprium verò insarabileq; est generi februm ex humorū putredine accensarū, cōtractionis pulsuum velocitas: euidentius quidē in incrementis, nō obscure autem in inuasionibus & vigoribus apparenē. Accidit autem ipsis per initia quidem paruos, simul ac velox pulsus in vigoribus, simul magnus ac velox. Sic etiam quæ in exteriori quiete est frequentia, in huiusmodi febribus perspicuus existit, neque diarsis, neque hecticis similis.

FAddit signū aliud februm putridarū, quod propriū & inseparabile esse dicit, velocitatis cōtractionis pulsuum. Hanc enim superius diximus lubseruire expurgandis fuliginibus, quarum

quarum magnam copiam in putridis febribus necesse est colligi, minimam in diutis & hecticis, ut pote quæ sine putrefactione consistit. Addit dictis signum hoc maxime apparere in incrementis febrium putridarum, sed non obscure in illarum inuasionibus, & vigore. Quod tamen videtur falsum. Nam in accessionibus febrium, plus fuliginum colligitur interius, quam cum iam calor emerit, ut in augmento, aut viget, ut in statu. Non aliter quam in congectione lignorum viridum, cui suppositus est ignis contingit, scilicet in initio est fumi plus flammæ minus, deinde flamma emergente, euanescit fumus. Accedit sententia Galeni ipsius ex lib. 2. de præfagijs ex pulsibus cap. 1. ubi ita scripsit: Ergo celeritas contractionis inditio erit fuliginosorum excrementorum ingentem colligi numerum expurgari; id tamen poris, quando cumque inueniatur: tarditas contra, neque eius multum excrementi coaceruari, eoque neque requirere euacuationem. Magna enim copia ex putrescentibus humoribus aceruat, qui febres accendunt necessario, cum corpus bonos humores habeat pauca omnino: in alijs affectibus qui medijs inter hos sunt, proportionem singulorum affectuum, interendum & dormiendum plus per vigilias & medias minus. Eadem plane ratione, pro ciborum natura, in illis qui prauos humores gignunt plus: in iis qui probos, minus. In febribus ad eundem modum, in accessionibus plus, in alijs temporibus minus. Hæc Galenus. Si ergo, ut aperte dicit, in accessionibus plus fuliginis colligitur, in alijs temporibus minus, apparebit manifestas in accessionibus celeritas constrictionis, quam in alijs temporibus. contra hæc ac in presenti loco docet. Intelligendum ante omnia est non idem esse constrictionem esse velociorem, aut constrictionis velocitatem magis apparere, Galenumque in præfati capite non dixisse constrictionis velocitatem maiorem esse in augmento, & minorem in principio & vigore, sed in augmento euidentius apparentem; in reliquis temporibus non obscure. Deinde considerandum, Galeni non esse usum eadem dictione, quæ principium significet in hoc capite, & in eo quod citauimus ex secundo de præf. ex puls. Nimirum hic dicit *ἐναργέστερον μὲν τὰς ἐν τῷ δόσει ἐπιδημοῦσιν*. Illic verò *ἐν τῷ δόσει ἐπιδημοῦσιν*. At verò *ἐπιδημοῦσιν* significat id quod inuasio aut accessio, *ἐπιδημοῦσιν* non tamen significat accessionem, quam annotationem. Est verò febris annotatio, ut procedente hoc ipso sermone dicemus, tempus exacerbationis febrium, ut si gratia exempli febris aliqua continua reliquis horis similis sui sit, præterquam quod tertio quoque die habeat sex horarum, in sine augmentum, dicimus febriem illam habere tertijs diebus annota-

tiones, atque totum id sex horarum tempus, annotatio dicitur non minus proprie, quam illius exacerbationis principium. Ergo si ubi in præfata dictione vertit interpres in principio plus, vertisset in annotationibus plus, fortasse locus non repugnaret præfati. Nam non est dubium in annotationibus. (intelligo nomine annotationis omnia tempora particularia annotationis) plures colligi fuligines, ut pote aucta putredine, quam in reliquo tempore mediocriter illum tenorem seruat febris. Sed quamquam Galenus verbis videtur factum iam esse satis, quia argumentum quod sententia Galeni adiecimus leue non, est scire licet ipsius principij paroxysmorum duas esse partes, est enim principium aut accessio, cum calor ad interna refugit, & humor nondum incœpit, aut modo incipit putrescere, quo tempore nondum est collecta fuligo multa, & cum iam incœpit totus fere humor putrescere, ramen calor nunquam prodiit, quo tempore quam multum est fuliginis, & plus etiam quam in augmento. Nam si ligna viridia imponas igni, in principio statim fumum incipit eleuare, sed non quam multum, cum verò iam cremari incipiunt ligna, copiosissimus fumus editur, antequam inflamentur, quam primum vero incipit micare flamma, incipit euanescere fumus, ut cum iam maxima flamma est, nullus aut minus est fumus. Ita in ipso accessionis principio pulsus paruus, fit & non celer qualis prærefrigeratione (de hac parte loquitur est 1. li. met. c. 3; dicens, cæterum duplici ratione verum esse quod dictum est cõperietur, vna quæ euidenter in accessionibus appareat & tardiores & rariores quam pro naturali ipsorum habitu pulsus fieri) deinde antequam magnitudo crescat, quod incrementis febrium inditium est, crescit extreme celeritas constrictionis, quæ à principio augmenti ad statum usque; decrescit. Ergo in prima parte accessionis minor est velocitas constrictionis quam in augmento, sed in extrema parte accessionis, maior etiam est quam in augmento quæ tamen neque in ea accessionis parte est tamen euidenter apparet, quam in augmento. Non quod maior celeritas non sit, sed quod constrictionis difficile cognoscatur in paruis & crebris pulsibus. facillime in maximis & rarissimis ut docetur primo de dignoscendis pulsibus. ca. 3. Quare celeritas constrictionis minus manifeste cognoscetur in vigoribus febrium putridarum, quia eo tempore minor est, quam in antecedentibus temporibus, & in principij vltima parte, quia pulsus & paruus & creber, in quo etiam exercitatis est cogniti difficultis constrictionis; in prima parte principij, ambabus de causis, & quia celeritas parua est, & quia pulsus quoque est paruus incrementis contrariis de causis est constrictionis manifestius apparet. Accedit autem ipsis (inquit Galenus.

Gal.) pulsus parvus simul ac velox, in vigori-
bus simul magnus ac velox, Secundum hoc
de pulsu vigoris nihil est difficile, quod inter
initia parvus simul est ac velox, causam esse
dicit Fuchius, quod parvus sit, refrigeratione
& diminutionem vsus, quod velox facultatis
robur, quod adhuc manet. Tamē fallitur
manifeste, nā cum facult. adhuc forti vsus
minuitur, prius amittitur velocitas quā ma-
gnitudo, vt cōtra propter augmētū vsus, cō-
stātē vi prius cōparatur magnitudo quā cele-
ritas. Ergo dicēda alia ratio est. Pulsus habet
in accelsionib. magnā cōstrictionis indigē-
tiā, & paucā dilatationis, proinde habet, cō-
strictionem magnā & magnæ cōstrictioni
succedit etiam magna quies interna (quie-
tes enim sunt propter eosdem vsus propter
quos motus, interna propter expurgationē,
externa propter tractionē aëris) quo fit vt
præpopere moueatur arteriæ ad trahendū
aërē: quia scilicet facta est magna intemissio
vrgētur, q̄a vero vsus est parvus non mouē-
tur multum. Itaq; fit dilatatio celeris & par-
ua, quia illius indigentia est vrgens magis
quam magna. Fecit vrgentē longitudo prio-
rum temporum, magnā facere nō potuit, &
accedit frigiditas aëris, quæ quia membra eo
tempore multum offendit, cito facit arterias
à dilatatione desistere. Ex dictis satis manife-
stum est, in putridis febribus, crebritatem
in quiete externa maiorem esse quam in aliis
febribus. Nam cum cōstrictionis fit in
illis maior necessitas, anticipans cōstrictio
detrahit de tempore externæ quietis.

*Maxime verò propriū est calium febrium vrina
cruditas, & obscura concoctio, propriū est inditium
febriū ex putredine naturū neq; enim cruda, neq;
obscura cōcoctā in diarijs febribus apparet. Atq; al-
terutrum quidem eorum seorsim dictum proprium
est febriū putridarum inditiū, ambo autem simul
dicta per disiuctiuam propositionem, omnino in-*
*separabilia sunt. Huic enim febriū generi primæ vri-
næ, vel omnino crudæ, vel obscure cōcoctæ existunt.
Magnū vero atq; effatu dignum concoctionis indi-
tium, in primis vrinis nūquam apparet, excepta ea
quæ fit ex diarijs mutatione, de qua antea diximus.*

Quæ signa cruditatis integræ sint, &
quæ concoctionis obscuræ, & quæ co-
ctionis manifestæ & quæ perfectæ, docet
Galenus. i. libro de crisi. cap. 1. Hoc er-
go ex illo loco require, vt quod præsens lo-
cus exigit intelligas. Primas vrinas crudas
esse proprium signū est febrium putridarū,
obscuræ etiā coctas esse, signū est illarū pro-
prium, quia neutrum horū adest aliis febri-
bus, illis enim accidunt in principiis vrinæ
manifeste coctæ, sed neutrum illorū est inse-
parabile putridarum: neutrum enim accidit
necessario, sed potest alterutrum apparere. Ita.
que quodcunque illorum est signum pro-

A prium, & non inseparabile, tamen si ambo
cū disiuctione sub vno signo cōprehendas
erit signum proprium & inseparabile. Nam
primas vrinas crudas esse aut obscure coctas
necessario accidit putridæ cuiuscūque, & nulli
aliarum. Addit dictis Galen. effatu dignum
coctionis inditium in primis vrinis, nunquā
apparet excepta ea quæ fit ex diarijs muta-
tione, qua tamen exceptione videtur non
esse opus. Nam quibus mutatio ea fit, quum
primum est iam febris putrida, sunt vrinæ
crudæ aut obscure coctæ, antequā fit diaria
est, quare & tunc temporis primæ vrinæ fe-
brium putridarū sunt crudæ, aut obscure co-
ctæ. Sunt qui in huius loci enarratione di-
cunt nonnullas febres putridas incipere à
materia cocta, quod dicunt Gal. docere 17. c.
1. de erisibus, vbi inquit, febres quasdam esse
statim ac incipiunt vigentes: atque ita inquit
quomodo igitur in primo die febris in statu
consistere cognoscetur? Quomodo aliter
quam si statim habuerit signa coctionis? Ita-
que dicunt cū ex diaria sit putrida, signa ma-
nifestæ coctionis adesse posse in primis vris
nis, etiam cum est putrida. Res prosum
falsa, & quantum ego opinor, minime in-
telligibilis. Nam qua ratione homo febricitet
febre putrida, nisi humores putrescant,
aut qua ratione humores putrescant, si in
primo principio cocti manifeste sunt? Finge
quarūlibet hominē bonis succis abundan-
tē febre corripī, an non satis constat, prauos
illos succos putrescere incipere? non enim
aliter febris putrida fit: ergo coctionē illam
deponunt. Atq; si febris illa ad statū est per-
uentura, necesse est noua quadam coctione
quā diximus putrefactionis etiam esse par-
ticipem, coctam fieri. Illa igitur ipsa coctio-
ne, qua cocta futura est in statu (est quidem
illa coctio quā in morbis expectamus) inci-
piet coqui, nō enim, arbitror, fit quod nun-
quā incipit, incipiens coctio est obscura, er-
go in temporib. cuiusvis febris putridæ co-
ctio obscura, antecedit manifestā. Nō nego
posse in primo die coctas vrinas apparere,
sed primas vrinas coctas esse: nimirum po-
test tempus obscuræ coctionis tam breui
transigi, vt vno die coctæ vrinæ sint, illas ta-
men crudæ in primo ipso die antecesserunt.
Quod luce clarius docuit Gal. ita fieri in 17.
cap. dicti libelli, his verbis. Neque enim
fieri potest vt morbus aliquis propriū statū
recipiat, non præcedente principio, aut af-
censu: extreme vero breue vtrumque ho-
rum temporum sæpe fieri contingit: verum
de hac re libello. 10. controuersiarum copio-
sius disputauimus. Quid ergo pro huius
loci enarratione dicendum est, Galenum
excepisse febres permutatione à diaria fa-
ctas, non quod in illis primæ vrinæ febris
putridæ, sed quod primæ vrinæ febris, coctæ
sunt

lunt: monet verò hoc ne quis putet, si accersitus ad febricitantem primas vrinas coctas viderit, certo se scire modo illum putridam non laborare, sed intelligat fieri posse, vt febris modo putrida sit, & in principio febricitationis coctæ aparuerint vrinæ, scilicet, facta ex diaria in putridam permutatione, atqui merito id monet, quando quidem modum quandam incipiendi febre putridam hunc esse dixit.

Ad iam dicta propositarum febrium indiciis accedit etiam hoc, quod in vigore paroxismi symptoma quoddam ardentis febris apareat: quin etiam si symptoma hepialæ & lypiriæ, quemadmodum etiam semitertiana, vel typhodis, vel cuiusdã alterius talis febris, quæ propria quidem sunt huius generis febrium quæ ex humorum putredine accenduntur, non tamen inseparabilia: atq; idcirco, vbi ipsa non adsunt, ex alijs dignoscuntur: si verò assuerunt non solum genus talium febrium, sed & vnam aliquam ex ipsis speciem indicabunt.

Quid sit febris lypiria, & hepiala, & semitertiana, & febris ardens, & typhodes, in 2. lib. audies, in quo de putridarum differentia acturus est Galenus: modo illud vnum intellige, omnia signa quæ speciei alicuius febrium putridarum sunt propria, esse signa propria febris putridæ, sed non inseparabilia. Nam quod proprium est vni speciei, quæ est sub aliquo genere, nunquam potest esse extra illud genus, etsi non in omnibus est quæ sunt sub illo genere, sed in sola ea specie, cui est proprium. Quare quod de signo febris ardentis, hepialæ, lypiriæ, semitertianæ, & typhodis, dictum est, loco exempli dicitur: fortasse quia hæc febres habent maximè insignia symptomatica. Idem dices verisimilè de signo proprio tertianæ, & quotidianæ, & quartanæ & cuiusvis alterius putridæ speciei febris. Quorsum ergo Gale. dixit, si in vigore paroxismi symptoma adest ardentis febris, aut hepialæ, aut lypiriæ, & cætera? nunquid si in augmento paroxismi, aut inclinatione, adest symptoma hepialæ, non est evidens febrem esse putridam? est certe, in quocunque tempore talia signa appareant, putrida febris, sed quia Gal. de permutatione febrium diariarum in putridas cepit disputare, ad quas in vigoribus diariarum solet plerumq; fieri transitus, dixit, si in vigore paroxismi, tamen tu intellige simpliciter. Gal. loqui de permutatione dicta febr. palam faciunt hæc verba quæ sequuntur.

Et quidem inclinatio ad integritatem non destituit siue cum sudore, siue etiam aliter fiat è duobus alterum, vel transmutationis proprium est signum, si priora omnia febrium diariarum fuerint indicia: sin nullum ex his fuerit, febrem quandam ex

his quæ ex humorum putredine consistunt, statim ab initio inuasisse ostenditur.

Si febris non inclinatur, qua hora solet inclinare diaria, aut etsi inclinatur, non soluitur, qua hora solet solui, si antecedentia signa diariæ fuerint facta est permutatio, sin minus ab initio inuasit putrida. Hæc continet hæc dictio, interim nota, interprete eodem Galeno, febrem inuadere ab initio esse, nulla alia prægressa febre, quidquid alij dicant.

Si verò prima nonnunquam die pulsus durus sentiat, considerandum erit, nunquid cõterio quædam ex frigore, aut siccitate, aut tensio conuulsifica in corpore laborantis aut phlegmone quædam, aut scyrrhus sit, probè scientes quod ex his solis pulsus durus efficitur. Nam quatum errauerit Archigenes circa notionem, ac dignotionem duri pulsus, in opere de pulsibus abundè monstrauimus, in quo exercitatum est oportet, eum qui in præsentis libro versari velit, ac potissimum in ea parte, quæ de pulsuum dignotione agit. Etenim pulsuum nomina, ac omnia ipsorum significata, & vniuersum numerum, vno volumine enarrauimus, quod de pulsuum differentia inscripsimus: quo nam verò nōdo vnumquemq; dignoscere oporteat, in alio opere, quod in quatuor libros digestum est, explicatur: quod de dignotione pulsuum inscripsimus: quemadmodum alterum deinceps volumen, quatuor libros in se complectens, de causis pulsuum effecimus: & quartum iam dictis, de prænotione ex pulsibus, non solum verbis sed etiam re ipsa, huiusmodi speculationis vtilitatem indicantes: ac si quis nobiscum ad agrotos accessit, horum librorum speculationem re ipsa ostendentibus, huic tum alia persuasa sunt, tum etiam illud, quod durus pulsus, neq; proprius neq; inseparabilis sit talium febrium. Sed de hoc nunc non est dicendi tempus. Nam in prædictis libris & in alijs octo in quibus Archigenis librũ de pulsibus expendimus, abundè huiusmodi symptomata demonstrata sunt.

Pulsus durus neq; proprius neq; inseparabilis est cuiuspiam generis febrium, neq; diariæ, neq; putridæ neq; hecticæ, cõsistit verò magna ex parte in hecticis, atq; interdum in alijs duobus generibus propter symptoma quoddam in diarijs quidem, vbi ex vehementi frigore febricitauerint, si tensio quædam neruosa simul insit. Accidit verò nonnunquam ob vehementem solis vstionem, vel lassitudinem simul, vel alimenti inopiam, vel immodicam vigiliam, vel vacuationem, quando ob alimenti defectum hæc quoq; constiterit. Febribus autem putridis pulsus durus inest, vbi aliquod viscus phlegmone laborat, aut induratum fuerit, & ob symptoma quoddam coniunctum, nempe neruosam aliquam tensionem, aut siccitatē. Fiet enim hoc quoq; modo durus pulsus, quemadmodum & his qui in tēpestine frigidam bibunt: aut qui frigida se lauarunt, & aliquot molliores fructus largiter cõederunt. Febris autē ratione, & qua febris est, nunquã pulsus durus sit, neq; in diarijs febribus, neq; in putridis, neq; enim quan-

do ex phlegmone febricitant, eadē ratione et febris sequitur. & pulsus durities sed febris quidem ex humorum putredine, durities autem ex tensione, que fit propter vasorum repletionem. Vt enim summam dicatur, durities tunc arteriarū accedit, vel propter concretione, vel tensionem, vel siccitatem. Concretionem igitur vehemens refrigeratio efficit: tensionem vero phlegmone & scyrrhus, & neruorū phlegmonibus proportionē respondens affectus, siccitatem vero diutina vacuationes, vel propter fluxum ventris, vel leuitatem intestinorum, vel dysenteria, vel diutina vomitiones, vel aliud istiusmodi. Et diutina fames, atq; ardentes febres diutina, & vt in vniuersum dicatur, quęcunq; vehementer exiccant solidas ipsius animalis partes, veluti & hęc, de quibus nunc dicere est tempestiuum, ab earum generatione exorsis.

Quandoquidē inualuerat Gal. tempore opinio Archigenis prorsum falsa, pulsus durum signum inseparabile esse febriliū, opportunum fuit in hoc libr. in quo de signis febriliū agebatur, hunc errorem extirpare, potissimum verò in presenti loco, in quo ad signa ethicarum trāgreditur, quarum videtur maiori quadam ratione haberi pulsus durus, signum inseparabile. Tamen re vera inquit Gal. nullus generis febriliū est inseparabilis pulsus durus. Id mōstrat, quia nulli adest necessariò, quod inquit se monstrasse re ipsa, & experimento in ægrotantibus. Quod si lib. 4. de causis pulsuum cap. 10. videtur dicere, pulsus hecticum durum esse, constat, illic loqui de pulsu marcescentium, tamen hectica aliud est à marcore, vt sequenti cap. dicemus. itaq; nulli febrili est proprius, neq; inseparabilis: immò verò inueniri potest sine omni febre: si scilicet adest aliqua causa duritię pulsus: quę sunt quinque, concretio ex frigore, & desiccatio, & tensio conuulsua, & phlegmone, & scyrrhus, quę quinque cause ad tres tantum reduci possunt, concretionem, desiccationem, & tensionem. nam phlegmone & scyrrhus nō aliter faciunt durum pulsus, quā tendendo arteriam, potes etiam, si vis, tres has causas in duas redigere, duritiem arterię, & tensionem. Nam concretio & siccitas quia arteriam indurāt, faciunt pulsus durum, quinimò, si sub vno nomine vis duritiem, quę verè durities est, & tensionem, duritiem appellare, dices cum ipso Gal. 1. de causis pulsuum, durus pulsus vnicam esse causam, duritiem arterię. Verum modò distinctioris doctrinę gratia, dicimus durus pulsus tres esse causas: concretionem, desiccationem, & tensionem: constat hęc sæpe accidere sine febre: ergo sine omni febre potest esse pulsus durus. Nulla præterea trium causarum, necessariò adest cuiuspiam generi febriliū: nam si quępiam, maximè siccitas hecticę febrili, sed neque hectica ne-

Acessariò habet in arterijs tantam siccitatem, vt durę arterię si ergo à nulla febre est inseparabilis pulsus durus. Potest quidem adesse cuiuspiam febris generi pulsus durus, immò & frequenter adest: tamen id non fit ratione febris, sed symptomatis cuiuspiam aut alterius affectus cum febre coniuncti: vt in diarijs solet esse durus, cum eę sunt ob vehementem solis vstionem, hæc enim desiccatur, vel ob lassitudinem. (Quo nomine hic defatigationem debes intelligere, nō vt quidam malè interpretantur, lassitudinem tenuam. Nam illic haud dubiè coeperat loqui de causis, siccitate & arefactione indurantis pulsus, vt de vstione, de fatigatione cibi inopia. Quod verò hanc lassitudinem intelligat Gal. cum ex lassitudine, diariam febrem nasci dicit, intelliges ex his verbis ca. 2. lib. 1. de arte cur. ad Glau. eorū autem qui ex lassitudine in febrem inciderūt, cutis est siccior, quā in alia aliqua ephemera febre) vel ob inopiam alimenti (Constat siquidem cum alimenti defectus est, corpora sicciora fieri) vel ob vigiliam immodicam, vel vacuationem. Addit Gal. quando ob alimenti defectum hæc quoq; constiterint, significans vigiliam immodicam & vacuationem, tunc efficere duritiem pulsus, quum ob alimenti defectum fiunt. Quamquam ego nollem intelligi ex hoc loco vigiliam immodicam, & immodicam vacuationem, non aliter posse duritiem efficere, quā vbi ex defectu cibi proficiuntur, sed tunc efficere potissimum. Nam omnis vigilia per halitum digerit, & siccatur, vt Gal. docet. 2. de ratio. vict. in acutis com. vlt. Tamen constat tunc temporis siccitatem iri corpus maximè, cum homo præ se me vigilat. Ergo omnis vigilia potest arteriam siccare, si immodica est: verum ea maximè, quę fit ob alimenti defectum. Vacuatio quoq; eodem modo omnis exiccatur, sed omnium maximè ea, quę ob alimenti defectum fit. Fit enim vt ex alijs vacuationibus, plerunque superflua humiditatis vacuatio, ex penuria alimenti, naturalis membrorum humiditatis resolutio. Febris etiam putridis solet accidere pulsus durus, non tamen sui ratione, sed aut phlegmonis, aut scyrrhi, in viscere aliquo consistentis. Hi enim tumores distensione arterię faciunt durum pulsus, vt etiā tensio aliqua neruorum, si cum febre coniungitur. Itaq; nulla febris, quę febris est, habet inseparabile pulsus durum, sed à quacunq; causa, quę arteriam indurat, aut distendit, fit, siue cum febre sit, siue sine febre: vt pulsus durum habere solent, qui intempestiue biberunt frigidam, aut frigidam se lauarunt, & aliquot fructus molliores ingererint, eos scilicet, qui frigidiores sunt. Quia hæc omnia refrigerant, refrigeratio verò concretionem facit. Itaque vt dicatur in sum-

Summa, causæ duri pulsus lōge diuersæ sunt à febre. Nam vt dictum iam est, durus pulsus fit aut à concretionem, aut tensione, aut siccitate. Concretionem facit refrigeratio vehemens: tensionem verò phlegmone & scyrhus, & neruorum phlegmonibus proportionerespondens affectus (id est conuulsio) siccitatem verò diutinæ vacuationes, vel propter fluxum ventris, aut lyenteriam, aut dysenteriam. Nomine fluxus ventris intelligit hic Gale. fluxum, quem aliàs diarrhœam solet appellare. Quare miror quid in mētem venerit Fuchsis, vt *πύουα* *ἕρπης* defluxum à superioribus in ventriculum interpretetur, cum neque nomen quidquam tale significet, neq; ille defluxus à superioribus in ventrem, sit euacuatio. Vomitiones etiam diuturnæ, & diutina fames, & ardentes febres, pulsus durum faciunt. Verum id febres nō semper faciunt, sed cum aded deficcant vt indurent arterias. Eodem modo faciunt febres hecticæ, ad quas iam vertit stilum Gal.

CAP. XII.

Generantur igitur hectica vocata febres duobus modis, magna quidem ex parte ex ardentibus febribus, quæ prorogantur aded, vt spatio temporis humorem corporis cordis consumant, vel etiã si adhuc multus permaneat. Illæ igitur non solum hectica sunt, sed etiam iam marasmodes: quæ verò adhuc manente humore fiunt, vbi cordis corpus occupauerint, hinc maximè accenduntur, quemadmodum lucernarum flamma ex ellychnio. Atq; vna quidem ipsarum generatio à nobis exposita est: reliqua autem est, vbi statim ab initio inuaserint, primam generationem diarijs similem habentes ex tristitia, ira, & plurima lassitudine, vna cum vstione solus factis. Hæc igitur febres curare nequaquam difficile est, quæ verò ex eis in marasimum deueniunt ex inscitia medicorum, qui adhibiti sunt, eas non solum non facile, sed etiam curare impossibile est, vbi iam consistunt exquisitæ, non adhuc incipiunt. Si quidem natura ipsarū calida & sicca est, quum cor simile aliquid patiat, quale in lucerna ellychnium, quam plurimum vstum fuerit. Nam ita totum frangitur atq; dissoluitur, & continuas præterditate perditur, vt neq; si affundas copiosum oleum, flammam multam rursus accendere queas. Parua enim & infirma circa ipsum stroma circumuoluitur, ac semper minor fit, donec extinguatur.

Hoc duodecimo capite docet modos, quibus hecticam febrem contingit generari, & qua ratione differat inter hecticam febrem, & eam quæ marasmodes iam appellatur, & exquisitum marasimum: sequens caput, decimum tertium ordine, continet species febris hecticæ, & signa: febrem hecticam esse calorem habentem factum esse in corde, antea diximus: explicuimus etiam in principio huius sermonis, & in commen-

tarijs in libellum de inæquali intemperie, quid sit calorem esse in fieri, & habere factū esse. Monstratum non minus antea est, & multò adhuc silius in quinto libro controuersiarum medicarum, fieri posse à principio hecticam febrem, nulla alia febre, & nullo alio morbo pro ægresso. Ostensum enim etiam est paulo antè, Gal. cum morbum incipere à principio dicit, idem significare, ac si nullo alio prægresso dixisset. Verum dicta omnia confirmat præsens locus, quo dicitur, hecticam febrem duobus modis generari, aut ex febre ardente, quæ spatio temporis humorem cordis cœpit consumere, vel à principio ipso ex causa proeathartica, vt ex tristitia, ira, aut lassitudine simul cum vstione. Primus ille modus est, qui magna ex parte contingit, secundi huius scripsit Gale. ipse exemplum. 10. Metho. cap. 4. in hanc ipsam sententiam, ita dicens: Quippe vel in febres ardentes ex ea incidunt, à quibus, nisi prius mors occupet, in hecticas migrant, atq; ab ijs in marasimum, vel protinus ab initio, ardentibus præteritis, in hecticas, maximè tamen (vt dictum sæpius est) siccos & calidos affectus, statim à principio hectica corripit, sicuti mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia & vigilijs febricitare cœpit, perseverauit autem ad plurimum hyemis. Hanc quarto die (vt scis) vidimus, deprehendimusq; statim hecticam esse febrem. Vides constatem Gale. assertionem. quamquam non desunt qui contrarium opinentur, dicentes apud Gal. idem esse incipere à principio, & fieri in primis diebus: itaque ided nonnullas hecticas vocari, factas à principio, quòd secundo aut tertio die facta ad eas permutatio sit. Idque confirmant ex ijs quæ modò hic transcripsimus Gal. verbis: Scilicet illam mulierem Gal. dicit à principio febre hectica laborasse, quia quarto die febre tenebatur. Sed hæc paralogizantur manifestè. Nam quo pacto intelligunt, quia Gal. 4. die illam febre hectica laborantem vidit, illam non ab ipso primo die ea febre laborasse? sed rogabis, Si incipere à principio, est à primo insultu, quomodo Gale. asserit, febre hectica à principio laborasse, quam non antè quartum diem vidit? an quia ex relatu cognouit hecticæ febris indicia semper adfuisse? sed quando hic sensus refutatus satis à nobis ipsis est, & Galeni opinio confirmatissima in locis citatis, modò prætereo, enarratis solum his Galeni verbis (hoc enim solum præsentis loci est) febres hecticas duobus modis fieri, aut succedentes alijs, aut à principio: sed venio ad reliqua. Dictum est à Gal. 7. lib. Meth. cap. 6. contineri in omnibus membris humorem quædam, roris more sparsum, quo membra nutriuntur. Hunc humorem inquit, modò absumi per febres hecticas eumq; (quæ-

quam absumitur, tamen manet modò mediocris (et copia) febrem hecticam tantum esse: cum verò totus hic ros, aut totus ferè consumptus est, febrem esse iam marasmodem. Venit per hunc affectum cor in talem dispositionem, qualem patitur funiculus combustus absumpto oleo. Confert enim Galenus cor nostrum lucernæ, substantiam funiculo, oleum tori, calorem flammæ. Quam comparationem offendes apud Aristotelem sæpius, quam ut referri possit. Febris hæc marasmodes appellatur, quia est hectica febris cum marcore coniuncta: sed quid sit exquisitus marcor, statim dicet. Febres hecticas cum nondum ad marasmum cœperunt labi, non inquit esse difficile curare (curatio totius modum docet lib. 10. Meth.) eas verò quæ iam marasmodes sunt, prorsum esse insanabiles, nimirum ut dictum est 7. Meth. ca. 5. hecitas si prorsum sit consummata, insanabilis est. Id verò pater manifestè, nam si sanari posset, nihil prohiberet senes repueratere: non enim ratio differendi, est annorum quinam effluxerit numerus, sed siccitas temperamènti. Itaq; in marasmode febre cor simile aliquid patitur, quale in lucerna elychnium, quando plurimum vultum fuerit, nam ita totum friabile fit, & continentia præ ariditate perditur. Verum hæc intelligo bono modo: nam antequam nostra membra, quæ verè solida sint, calore liquecant, aut comminuantur, peribit animal, ut dicitur 10. Meth. capit. ultimo. Causa, qua prorsum consummata, siccitas est insanabilis, est, quia si qua ratione sanari posset, id fieret nutritione vberiori: hæc verò non potest fieri corrupto iam temperamento, præterquam quòd neq; ipsa membra iam tentant ad humidiorè quàm ipsa sunt, substantiam, cibos transferre, sed sibi similes facere.

Febris quidem exactè marasmodes huiusmodi existit, quæ non quidem est idem morbus cum pathemate, quòd est marasmus. Hoc enim in ijs qui consenuerunt absq; febre accidit, extincta in ipsis nativo calore: quæ sane potissimum mors est molestia carens, ac secundum naturam. & siccitate contingens, quemadmodum & ijs qui præter naturam tabescunt, illa species quam Philippus ex morbo senium appellat in quam multos vidimus, non solum senes, sed etiam pueros incidisse. Febris autem marasmodes non siccum solum, sed & calidum pathema est. Extinguitur verò in hoc multò celerius, qui in animali est calor, atq; totum tabescit corpus instar arboris extrèmè arfactæ, vel ob temporis longitudinem, vel flammæ vicinitatem, vel vehementem ac immoderatam siccitatem: sed de vniuerso marasmi affectu, qualis iam sit, seorsum scriptum est.

Marcor aut marasmus est extrema siccitas, qui nunc est cum febre, & febris est ma-

Arasmodes nunc cum frigore: & hic est duplex, aut qui secundum naturam sit in valde senibus, aut qui præter naturam, in eo affectu, quem Philippus medicus appellauerat senium ex morbo: scilicet est siccitas & frigiditas confirmata ex morbo. Marcores omnes trahunt ad mortem præ siccitate, tamen, ut Galenus inquit, Celerius in marcore cum febre extinguitur naturalis calor, quàm in frigido. Quia calor ipse præternaturam, desiccet adhuc amplius membra. Proinde consulit Galenus 10. Meth. laborantes febre marasmode, quando nulla iam alia spes salutis est, frigida lauare, ut ad frigidum marcorem transferantur. Ergo marasmodes febris à marcore solo ita differt. Cõuenit etiam marasmodes febris quam plurimum cum febre colliquante, quia in vtraque consumuntur membra, qua ratione differant, docet Galenus capite ultimo, 10. libri Meth. dicens, Portiones quæ in marasmode colliquantur, calore solutas semper digeri, in colliquante confluere in ventrem. Marasmus itaque duplex est calidus & frigidus. Leonhartus Fuchsius hoc in loco tertium dixit, neque calidum neque frigidum: verum ego non puto fieri posse tantam siccitatem sine calore, si cum febre est: aut sine extinctione calidi innati, si sine illa Galenus certè 6. de tuenda val. non longè à principio ita inquit, monstratum est in opere de temperamèntis, nullam intemperiem solam diu consistere, sed ipsam sibi aliam adsciscere. Quare si Galen. lib. de mar. cap. 1. dixit, Si solum siccatur corpus, esse simplicem marcorem: id dixit, ut essentiam marcoris explicaret, quæ in sola siccitate consistit: loquutusque ex conditione, an ita accidere posset, non definitus, quod modò nos addidimus. Quod à Galeno dicitur, Quæ sanè mors potissimum est molestia carens, ac secundum naturam, ani maduersione indiget. Nam monstratum à me est in commen. capitis primi, quarti libri meteoron Aristotelis, re vera nullam mortem esse secundum naturam, id est à principijs intrinsicis, neque omnino sine molestia. Ostensum id etiam est in 1. cap. 6. lib. Contr. sed ut in locis illis dixi, secundum naturam hæc mors dicitur, quia secundum rerum naturam necessariò sit in omnibus quæ generantur: est etiam cum minima molestia: quia cum in eo statu constitutus iam homo est, minima alteratio illum tollit. Sed hæc require ex dictis locis, & ex libello Gal. de Marcore, in quo de eo seorsum scripsit.

CAP. XIII.

Febrium autem hecticarum quandoquidem duplex est genus, ut nunc definitum est, in dicitur deinceps dicamus. Febris quidem hectica, quæ cum marasmo incidit, cognita promptissima, & facillime

ma existit: nam priusquam tangas pulsus & calore, oculos immodice cauos videbis, quasi in quibusdam fontis receditis, ob totius humida eorum substantia consumptionem: ita ut etiam osium quibus palpebra adherent, eminentia appareant, quin etiam lippitudines in ipsis visuntur sicca, & quidam squalidus affectus, qualis maxime inest eis qui per multum puluerem in sole calido, tota die iter fecerunt, flos ipse præterea viuidus coloris perijt, idq; toti faciei accidit: & immoderatus quidam squalor totius cutis, quæ circa faciem est, apparet, ac potissimum eius quæ circa frontem existit, ut propter siccitatem dura ac intenta sit. Non tamen palpebras plurimum attollere possunt, dormientibus similiter semper affecti: quæ etiam magna ex parte conueniunt, quemadmodum qui dormitant, est autem non somnus, ipsorum passio, sed vigilia impotentia. Carnes præterea quæ in temporibus sunt contra buerunt, ita ut ea loca collapsa cauaq; appareant, etenim quid aliud toto corpore quam ossa & cutis sunt, adeo ut si nudato corpore, partes quæ ad ventrem sicut aspereris, nulli intestinum, neq; vlla viscera tibi superesse videantur, & hypochondria ipsa ad thoracem vehementer esse retracta. Quod si ipsos tangere volueris, cutis quidem extreme arida existit: at si digitis hanc apprehendens extendas, veluti corium quoddam subsistit. Pulsus autem, parvus, durus, debilis, ac frequens: calor verò ad primam manus iniectionem imbecillus, sed paulò post acer atq; erodens apparet, ac magis ubi tangendo diutius immoreris. Sed minime oportet reliqua indicia commemorare, in re tam perspicua: satius enim est, ad marasimum adhuc incipientem, sermonem transferre.

Febrium hecticarum prima diuisione duplex est genus: quia aut marasmodes sunt, aut non sunt marasmodes. Rursum quæ non sunt marasmodes, sunt aut incipientes, aut mediū tenentes inter incipientes & marasmodes, atq; ita procedunt tres species febrium hecticarum. Superiori capite distinguitur non marasmodes à marasmode, modo perstringit breui signa eius, quæ iam est marasmode, deinde distinguet incipientem hecticam à non incipiente & scribet illarum signa. Febrium, quæ marasmodes sunt, signa talia omnino sunt, qualia quæ extenuatos prorsum homines, consumptosq; ex febre consequi solent. Habet ergo signa omnia, quæ Hippocr. i. Prognostici describit, quæ proinde faciem Hippocraticam solemus appellare: & quæcunq; debiles iam facultates, & resiccata membra cum calore, comitari verisimile est. Colligit Gal. signa numero nouem, quæ sunt, oculi caui (hoc fit gratia cōsumptionis) sicca lippitudines (id est, resiccata lachrymæ, & quidam squalor circa oculos, qualis videri solet in illis, qui per multum puluerem in sole potissimum fecere iter) corruptum esse ijs viuidum faciei colo-

A rem: quia scilicet in ijs calidum innatum extremè iam languet, & magnam habet sanguinis penuriam. Addidit Gale. Idq; toti faciei accidit. Nam particula cuiusdam in facie maculae ex multis alijs causis frequenter fiunt. Squalor & tēso totius cutis, maxime eius quæ circa frontem est (hæc facit siccitas) habere demissas palpebras, ac si dormitent (hoc facit imbecillitas facultatis animalis) quare constat hunc non esse somnum & requiem animæ, sed impotentiam vigilandi. Scilicet vigilare labor est animalis facultatis, quem cum ferre non potest, torper ex debilitate, ac si dormiret: quæ autem ratione differat inter somnum naturalem & torporem, aut vigilandi impotentiam, docet Gal. i. de causis sympt. cap. vlt. deinde collapsa & excauata tempora, in summo videri nihil aliud esse ita febricitantes, quam ossa & cutis (hec omnia consumptionis & siccitatis sunt) pulsus debilis, quæ à debili facultate: durus, qui à dura arteria: paruus, quia à debili facultate cum dura arteria: creber, quia paruus est cū febre, scilicet quod deest vsui gratia paruitatis, repeditur crebritate, magis etiam quam celeritate, quia debilis vis facilius auget crebritatem quam celeritatem: ergo pulsus ille (quanquā Gal. celeritatis hic non meminit) erit celer, minus autem multò quàm creber: & quo plus languescet facultas, eo plus amittetur celeritas, & augetur crebritas, atq; ita fieri etiam poterit in celeritate mediocri, & in extremo vitæ etiam tardus, proinde pulsus hos dixit 4. de causis pulsuum, cap. 9. cū celeritate quadam esse. Vltimum signū est in modo caloris, qui in prima iniectione manus videtur mitis, deinde mordet radū: hoc efficit omnis calor, in materia aridiori consistens. Cæterum hic affectus cū exquisitus iā marasimus est, cognitu est facillimus: sunt enim eo tempore signa multa, & admodum euidentia difficiliter cognoscitur marasimus, cū adhuc incipit.

Encipere autem marasimum dico, quando innatus humor in vno quoq; corpore dispersus, per loca media partium similium, ex quo primum partes aluntur, parum abest ut nullus sit in cordis corpore. Quo vsq; enim aliquid illius seruetur, hectica febris tantum est, non quidem iam & marasmodes: ubi verò propè iam est, ut nihil huius humoris super sit, exquisitus iam marasimus consistit. Difficilis igitur omnium hecticarum febrium affectus, ubi principij tempus præterit. Diffinitio autē principij non dieū aut horarum numero, ut neq; in alijs morbis, sed ipsa affectus qualitate. Quum enim primum cordis corpus à naturali tēperie discedit, neq; natiuus humor prociuus aboletur, neq; facultas debilitatur: sed primum velut quadam ebullitio humoris fit, quo tempore et alia febris facillimè curatur, ut pote facultate nihil dum perpeffa: deinceps autem consumptio quadam sit ab ebullitione, ea quæ ipsa pluri-

num iam progressa, ipsa etiam familiaria corpora. A qua velut elementa cordis existunt, sicciore redduntur, & minus alimenti sentiunt, ac facultas tantum debilitatur, quantum siccitas & caliditas in eo inualuerit: quorum alterutrum eam sufficiens erat, ut exuperans infirmam redderet facultatem. Talis febris iam quodammodo ambigit, ac media est inter marasmodem illam, que penitus sanari non potest, & etiam de qua ante paulo dictum est que adhuc incipiens facillime curari potest, atque in ea perquam multa latitudo existit: quoniam & affectus ipsius, non exigua in maioris & minoris ratione, permutatio. Quae igitur aequaliter distat ab utraque febre, exquisita scilicet marasmodi, & ea quae nondum suppiam eiusmodi habet, media quodammodo est. & ad curationem ambiguam obtinens utroque, versus inclinationem: quae autem marasmode propior est, iam periculo propinquat, quemadmodum quae vtrique alteri propinquior est, non parvam salutis spem obtinet.

Hecticarum febrium species distinguit Auic. sen. prima quarti, & omnes illius affecte, differentiis sumptis ex materia, videlicet ut diariam putridam & hecticam ex materia distinguimus, quia haec est in membris, illa in humoribus, alia in spiritibus, ita dicunt, prima species hecticae consumit rorem, secunda cambium, tertia gluten, quas vocat Auic. secundas humiditates, de quibus à nobis disputatum est in ult. cap. 1. lib. controuersiarum Gal. etiam ipse lib. 7. Meth. ca. 6. species siccitatis diuersarum substantiarum consumptione diffinit, dicens, quatuor esse siccitatis gradus, maximam, in qua solida familiarium partium substantia reddita est sicciore: alteram haec minore, in qua partes quae ex concretionem habent generationem, cuius modi sunt caro & adeps, ut Arist. docet. 2. de generatione anim. cap. 4. consumpta sunt. Has partes vocat Auic. cambium: sed hec vide quo loco diximus: tertiam speciem siccitatis dicit, ubi humor qui roris more per membra est sparsus, consumptus fuerit, quartam dicit esse consumptionem sanguinis, qui est in exilibus venis & arterijs: dimissa hac quarta, quippe quam Gal. ipse in eodem loco concedit, non tam esse siccitatem, quam frigiditatem, super sunt tres siccitatis gradus. Ergo Gale. quoque distinguere videtur illo in loco siccitatis species ex substantijs quae consumuntur, quanquam hic non ita, sed ex sola alteratione quae in rore fit. Nimirum in prima specie ros ebullit, & consumi incipit, in secunda quae incipiens iam marcor est, satis multum illius est consumptum, in tertia specie quae est marcor adurens nihil ferè iam superest roris: verum nihil refert hoc aut illo modo distinguere, modo illud vnum intelligatur, quanquam ros facilius consumatur,

& proinde citius plus quam caro & adeps, multoque plusquam mèbra, & caro & adeps plusquam partes solidae: tamen non posse fieri, ut haec consumpra iam sit, cum illa consumi non incœperit, immò cum in prima specie ros ebullit, tunc etiam aliae duae substantiae incipiunt sicari, quamquam minus & obscurius quam ipse ros: cum iam roris multum consumptum est, consumuntur manifestè caro & adeps, & solida membra, plusquam in prima: in tertia specie iam resiccata sunt manifestè membra solida, & caro & adeps multum, & ros totus ferè: atque ita in idem recidit, siue per diuersarum substantiarum consumptionem, siue per diuersas roris alterationes, velis hecticarum species separare. Haec ita agi circa has substantias quae liquefcunt, docuit Auic. (nulli enim denegandum est quod rectè dixerit) cap. de hecticis febre. Sed sunt in dicto loco 7. Meth. verba quaedam Gal. quae nisi blandè ut oportet antiquorum dicta intelligantur, manifestè pugnant cum ijs quae dicuntur in hoc cap. Nam illic loquens de tertia illa siccitate, quae duas alias maiores dixerat, inquit, est tertia, cum propria humiditas qua membra nutriuntur, omnino est absumpta: tamen hic de extrema siccitate loquens, inquit, ubi verò prope iam est ut nullus talis humor superbit, exquisita marasmodi est. Verum tamen intellige, ubi inquit, omnino est absumpta, absumi tunc temporit. Nam ut mox monui, ipse Gal. postulat, ut antiquorum dicta amice recipiantur. Reliqua omnia praescriptae dictionis sunt per ta fati.

Deinceps igitur ad earum inditia transcendam, & primum illius quae facile solui potest, nisi in vno aliquem medicum, quales quam multi sunt uicidat est autem ubi sola consistit, cognita haud difficilis: ad siccitatem vero aliquam e putredine humorum, difficilis cognitionis iam sit, propter permutationem. Subiciatur autem primum ipsa sola, ab aliqua praedictarum causarum consistens, atque appareant in prima die omnia signa generis diarrharum, apparet igitur statim simul cum ipsis, causa procatibetia species. Atque id procedere sermone indicabitur. Sed & interrogato ipso agrotante, licet disere, si caetera omnia bene habens, solum ex vehementi ira vel tristitia febricitare coepit. Quod si haec ita se habere videantur, & febris usque ad secundum diem extendatur, nequaquam ad infebriationem desinens, sed neque vehementior euadent, siccior quidem appareat, hecticam fore talem hanc suspicandum est. Quod si etiam tertio die sine obospectas accessionis qua tertio die inuadere solet, horum transgredi voluerit, ac neque addito vlla facta sit, neque essaru digna imminuito, sed prima febris exigua reliquiae extendantur, ac cum squalido corpore permancant, & miti calore in prima manibus iniectione apparente: immorantibus autem di-

tius, acris, mordaci, & squalido occurrente, talem febrem hecticam esse existimare oportet.

Incipit modo docere signa febrium hecticarum, quæ nondum sunt marasmodes: & primum omnium, hecticæ primæ speciei, quæ facilem habet curationem, nisi in vnum aliquem medicum incidat, quales sunt quæ plurimi. Hac phrasi imperitum medicum significavit Gal. neq; id immerito: nam nunquam non sunt per pauci periti medici, imperitorum verò est innumera multitudo. Febris hecticæ cognitio nulla alia ratione magis interturbatur, quàm si cum putrida aliqua coniuncta est. Proinde Gal. incipiens à facillioribus (ita enim expedit docentem facere) scribit primum signa febris hecticæ solius, deinde in huius capituli fine, docet hecticam cum putrida coniunctam, dignoscere. Nullus ergo iam locus superest barbaris quibusdam commentatoribus dubitandi, an duorum febribus generum possit homo laborare simul, quod illi dicunt, an febres possint complicari, sed de his dictum antea non nihil est, & in quinto Controuersiarum libro, subtilissime disputatum. Modò illud vnum concedentes Galeno, posse hominem simul hectica & putrida laborare, ad reliqua properemus. Loquamur inquit Galenus primum de sola hectica, subiiciaturque hæc, ex aliqua prædictarum causarum, puta procatharticarum, consistens: apparebunt statim in principio signa omnia simillima diariæ (non quòd à diaria incipiatur ut interpretantur, qui negant posse hecticam in corpore nulla alia prægressa, cum ex causa procathartica fieri possit diaria aut hectica, statim in ipso principio, quam minimum dissident signa hecticæ, à signis diariæ: nam in ambabus possunt apparere cõtionis signa, maxima ergo differentia est in caloris modo, & siccitatis sensu, quæ nõ possunt in principio adeo creuisse, ut à diaria febre manifestè euariant. Apparebunt ergo signa diariæ simillima, & signa speciei procatharticæ causæ, si scilicet ex ira, timore, aut cura, aut causa alia facta est: sed id præcedente sermone docetur distinguere, in capite nempe ultimo huius libri primi. Sed interim, interrogando ipsum febricitantem, possumus dicere, an cætera bene habens, solum ex causa procathartica febricitare cõperit: quod ubi comperimus, secunda dies febris expectanda est. nam ut dixi in prima nihil satis sensibile dissidet à diaria, si secunda die non cessat neque fit vehementior, & siccior apparet: suspicio iam est fore hecticam. Quia si quæ prima die apparuit diaria, talis perpetuò fuisset, in quam nullam aliam transiisset, foret sedata suo tempore, puta se-

cunda die. quod cum non sit factum, superest aut non fuisse diariam, quanquã talis apparuerit, aut mutata esse putridam, aut in hecticam: sed si fuisset mutata in putridam, facta esset vehementior, denuò crescens, & non appareret siccior, utpote membrum non resiccatis, superest ergo si illa apparet, quæ in hypothesi diximus, aut hecticam fuisse à principio, aut diariam in hecticam migrasse: utrius horum factum sit, dicitur hecticam incepisse (nam vel in ipsis putridis appellauit Gal. hæc permutationem, inceptionem) utrum illorum factum sit, non puto distinguere posse, ne à peritissimo quidem medico. Ut dixi, in principiis quam minimum dissident signa à signis, & si quis modus distinctionis superesset, maximè caloris intensio, & pulsus dilatatio, quæ videntur antecessura maiora, cum diaria incipit: sed neq; id satis indicat, nam vsq; dum conquiescit alteratio, quæ à causa procathartica fit, etiã in principio hecticæ, hæc apparent. Neq; tamen possis dicere, illam alterationem semper esse diariam febrem, nã non omnis qui calet multum ita, febricitat. Verum etsi hæc secunda die facta fuerint, certior notitia fiet, si tertiam diem suspectas horas (eas scilicet, quib. consentaneum est accessione futuram, si eam esset febris habitura) sine cibo trãsegerit (hoc quam multi medici suos ægrotantes cogebant facere, qui propterea diatritarij à Gal. vocati sunt. *o. meth. cap. 6*) ac neq; additio vlla facta sit, neq; essatu digna imminutio, sed primæ febris exiguæ reliquæ extendantur, ac cum squalido corpore permaneat, & miti calore in prima manus iniectione apparente: immorantibus autem diutius, acris, mordaci, & squalido occurrere. Itaq; talem febrem hecticam esse, existimare oportet. Sed cur Galenus in his vltimis notis inquit, hecticam esse existimare oportet, & paulo ante referens quæ accidunt secunda die, inquit, hecticam fore suspicandum est, an non potius hecticam esse suspicandum est? non sanè quia in secunda die non est iam hectica, sed quia nondum est firma cognitio, sed suspitio quædam: quod ut significaret inquit, suspicandum est fore hecticam febrem cum verò iam cognitio certa est, febrem hecticam esse existimare oportet. Hoc etiam expressit verbis quibus vltus est, prius enim dixit *ὑποπτεύειν*, quod est dubitare, aut dubitanter suspicari: deinde verò *ὑπολαμβάνειν*, quod est censere, aut existimare. Hæc continet præscripta capituli pars. Sed dubitabis adhuc fortassis, cur cum duos modos generationis hecticæ febris superius dixerit, modò illam solum docet cognoscere quæ ex procathartica incipit? Certè quia de hectica, quæ sola consistit, instituit dicere, quæ verò succedit febrì ardenti, nunquam consistit sine

putrida, saltem in principio. Nō enim quod A membra incipiant ficcati, putredo quæ in humoribus est, cesset.

Maximum verò tibi, & minimè anceps iudicium erit natura illius, si nutriueris hominē, cum maximè firmiter videbitur transiisse omnes suspectas horas, statim enim prima hora aut secunda à cibo, omnibus tangentibus laborantem alterum incrementum habuisse videbitur. Neq; deerit qui increpet eos qui offerunt, tanquam imtempesti: uē nutrites, & in ipso potissimum tempore accessionis. & dicat diutius fuisse expectandum, atq; prout accessionis inuasio cunctata fuit. Res autē non ita se habet. Omnibus enim hecticis febribus hoc proprium inseparabile est, vt oblato cibo calor accendatur, pulsusq; in magnitudinē & velocitatem increascatur. Voco autem non laboriosam, in qua neq; horror aliqui factus est, neq; extremarum partium refrigeratio, neq; veluti quedam inclinatio ad somnū, neq; aliqua insignis pigritia, vel omnino inæqualitas quedam, vel in calore, vel in pulsu, multoq; magis neq; paruitas neq; debilitas, neq; quidquam aliud huiusmodi: sed quemadmodum & alteri cuiquam nutrito, pulsus statim maior ac velocior redditur. Fit quidem aliquando & in alijs febribus incompressum, seu non laboriosum incrementum. & quod ad hoc atinet, non vtiq; videbitur ipsarum hecticarum proprium inseparabile symptoma esse, at non parum differt, si ad vniuersam dictorum indiciorum collectionem respexerit. In omnibus enim alijs febribus tales inuasiones incompressæ fiunt circa oblatum alimentum: in hecticis verò omnino contrarium accidit, neq; enim vllō penitus tempore inuasio fit, sed vna est cōtinua febris, veluti que proprie nominatur continens. Sed hæc quidē quandam veluti flammam per multam, imponentibus manum occurrentem habet, præter id quod pulsus in ea velocissimus, frequentissimus, ac maximus existit. In febribus verò hecticis, neq; calorem multitudinem occurrit, pulsusq; tanto minor, rarior, tardiorq; est, quam in continentibus febribus, quanto calor ipse minor existit. commune itaq; omnibus hecticis febribus, quod debiles sint & æquales semper à primo initio vsq; ad extremum finem. Proprium autem eius quæ marasmo sunt affines siccitas, quoniam sæpenumero sine siccitate hectica consistunt, vbi non transmutantur in marasum, quales nunc multis in magna pestilentia contigerunt, à continentibus igitur, quemadmodū dictum est, hectica febres differunt. Ab alijs autem quæ incompressas habent annotationes eo ipso maximè dissident, quod compressio quedam illis fit, si cibantur sub inuasionem paroxyismi: hecticis autem, quedam veluti incompressa annotatio post alimēta accidit, quæ non quidem est annotatio, vt paulo antè dixi, decipit autem in exercitatos circa talia multitudine caloris, & magnitudine, ac celeritate pulsuum. Manifestius autem talis febris sequenti die cognoscitur, si diligentius obseruauerimus, quousq; post cibum oblatum homi-

ni, in calore ac pulsu alteratio permanserit. Nam quæ omnia quæ manifeste apparent, tantisper alterata inuenientur, donec alimēti distributio & adiectio, cordis siccitatē humectauerit: deinde rursus ad pristinum habitum reuersa, in quo erant antequam homini cibus offerretur. Si igitur alio tempore ipsum in sequenti die nutriueris, rursusq; alio tempore ea quæ sequitur die, inuenies quod dico fieri, aut idem quidem à cibo calorem, & pulsum ipsum, vt dictum est, alteratum. Videtur enim id eis accidere, quod calci, & lapidibus calefactis. Si enim eis frigidissimā aquam affundas, multo calidiores appareat, nutrito vt videtur ab humida substantia sicco calore. Quæ autem causa sit ob quam hoc accidat, ad naturales quæstiones pertinet: quod verò ita accidat promptū est discere, cuius volenti experiri. Vbi enim manibus suis calcis glebam arripiat, eius calorem contēnet, ac minimè sentiet: si verò ipsam humi deponēs, illi aquam affundat, videbit statim admodum calefactam, atq; adeo feruentē, veluti leberes, quando ingenti occurrerint flāma vapore præterea haud exiguum ab ea efferri conspicias: quod si verò tangere ausus fueris, facile ex hac deueris, ita ad sensus iudicium humidus calor euidentiorē habet vim, quam siccus.

Tota hæc dictio continet figurā vnicam, quo hecticæ febres ab alijs omnibus separantur, quod propriū est, atq; inseparabile illarū. Conuenit enim hecticis omnib. & nullis alijs incalescere scilicet, vna aut duabus horis ab assumpto cibo. Omnia fere hic scripta sunt aperta satis, si minima quædam declarentur. Quid sit *ἐπισημασία*, id est annotatio, paulo superius dixeramus, est scilicet id tempus, in quo morbus se manifestius in sinuat, aut cum elucet. Dictio illa *ἀδραντος* à nonnullis vertitur incompressa, à nonnullis æqualis, à nonnullis illaboriosa. Neq; mirum, nam quantum cōsequi possum, nulla dictio latina illi responderet. Quare aut circūloquio declaranda est, aut multipliciter, ex ijs quæ cōtinet cōuertēda. est enim *ἀδραντος*, quod sine lucta sine certamine fit, itaq; annotatio quæcumq; *ἀδραντος* sine compressione, & sine inæqualitate caloris, aut pulsu, & sine labore. Sed Gal. ipse quia dictio erat obscura, illam finiuit dicens, voco *ἀδραντος* in qua neq; horror neq; extremarum partium refrigeratio est. Quod à Gal. dicitur, hecticæ sæpenumero sine siccitate consistunt, intellige sine magna, aut euidenti: nam sine siccitate partium omnino, vt paulo antè diximus, non potest esse hectica febris. Est si quidem hecticæ febris essentia in calore, qui in cordis substantia factus est habitualis, at verò nulla alia ratione calor potest esse in cordis substantia iam factus, quàm q; euerfa in ea sit tēperatura radicalis, atq; cū morbifica cōmutata, quæ si non quantū in marcore, aut in transitu ad marcorem, certè aliquatenus. At verò non potest

potest temperatura cordis corrupta aliqua-
 tenus esse à calore febrili, quin aliquatenus
 etiam fuerit exiccata. Vbi legimus, vt nunc
 in magna pestilentia accidit, alij legunt in ma-
 gna fame, in meo codice habetur τὸ λοιμὸν:
 in alijs forte λιμὸν. mihi verisimilius fit Gal. di-
 xisse in magna pestilentia, meminit enim ille
 multis in locis magnæ cuiusdam pestilentie,
 quæ suo tempore contigit, & ex aëre pesti-
 lenti fieri solere hecticas docet. 8. & 10. libris
 meth. & 3. de præflagitione ex pul. accedit,
 quòd si qua ex causa potest fieri hectica sine
 siccitate, maximè ex aëre pestilenti, ea scili-
 cet, quæ est hectica pestilens, quia hanc dixi-
 mus in superiorib. esse ex putrefactione ro-
 ris in corde. Cum ergo quæ putrescunt hu-
 medant primū, hæc erit maximè sine siccita-
 te: quæ verò ex fame fit, omnium maximè
 fiet cū siccitate, quia fames est desiccatoria,
 vsq; adeo vt libello de Marcere Gal. dicat, ex
 fame solere homines marcescere: quāquam
 & in magna fame legi potest non absurdè, e-
 ritq; sermo de fame illa, cuius in 5. cap. huius
 libri mentionem fecit. Itaq; vt cunq; legatur
 sensus non erit absurdus. Causam qua hecti-
 ci incalescunt duabus horis ab assumpto ci-
 bo, ad phisicos inquit attinere magis quàm
 medicos, sed rem explicat comparatione
 calcis, in quam statim ac aqua infunditur, fit
 calor manifestus, qui antea non sentiebatur.
 Sed causa huius est, quòd calor in substantia
 sicca non potest efflorescere, accedente ve-
 rò humore feruet, quia feruor à calore fit in
 humido. Ergo calor calcis facit feruere hu-
 morem insulsum, proindeq; statim ac aqua
 est consumpta, cessat feruor, ita calor hecti-
 cus membrorum accedente humiditatem
 ex cibo feruere facit nō verò ante vnam aut
 duas horas, quia non antea illius distribu-
 tio fit. Propterea etiam arteriæ illorum con-
 cipiunt nouum calorem ex balneo, quòd sta-
 tim dicemus. Simile quiddam videmus quo
 tidie contingere febricitantib. febre arden-
 te, quorum calor solet ex potu aquæ frigide,
 si multus is est, sedari, si parcius augeri, quia
 scilicet frigidus & copiosus potus vincidmè
 brorum calorem, minus copiosus victus fer-
 uet atq; ita calorem auget. Quare temerè A-
 uerrous 4. col. cap. 33. vt aliàs sæpe, irridet
 rationem hanc Gale. & ipse interim nullam
 reddit cōmodam. Quia enim, inquit, mem-
 bra hectici calida sunt: alimēta calida faciūt,
 tamen cur calidiora quàm ipsa sint faciant
 alimenta, non dicit, aut cur ab alimētis quæ
 non sunt facta calidiora quàm membra illo-
 rum calor videatur auctus. Præterquā quòd
 ratione in Gal. Auerrous non intelligit, neq;
 cur aqua ferueat calx, & videtur respicere ad
 insulsum quandam rationem, quam alij bar-
 bari solent reddere, antiperistasis. De qua à
 nobis in 1. libr. Controuers. disputatum est,

A monstratumque falsa prorsum esse quæ de
 antiperistasi vulgus philolopos um solet
 asserre. Reliqua in præscripta dictione non
 sunt obscura.

Quod verò calor siccus in hecticis febribus, quæ
 marasmus sequitur, existit, hinc tibi discere licet,
 nullus statim ab initio correptus fuit tali febre, qui
 corporis habitum humidum habuit, sed qui natu-
 ra sicciores: & maximè si vna calida temperamen-
 to fuerint, vitamq; laboribus, vigilijs, ac curis dedi-
 tam dilexerint, tenuiq; victu vsi fuerint, hos sta-
 tim ab initio hectica febris inuadere solet, ex ira
 aut tristitia: ac magis si estas fuerit & constitutio
 calida & sicca, & regio etiam talis. Terminus au-
 tem eius principij cum eo tempore quo diuina per-
 mitiorem inclinationem ad integritatem veniant,
 præter hoc quòd nihil eiusmodi ipsis accidit, mani-
 feste siccitas intēdatur: tunc enim primum à dia-
 riyis discedens hectica iam efficitur: alter verò eius
 veluti incrementi ac complementi perfecti termi-
 nus est, tertio die facta accessio. Si enim vt paulo an-
 tè dictum est, eo die neq; alia quædam accessio in-
 uaserit, neq; agrotus sine febre fuerit, siccitate illi
 aucta, talis febris haud dubie iam hectica est, ac
 progressu temporis celeriter marasmodes erit, nisi
 recte curetur. Terminus autem transitionis eius in
 marasmm est, quando primum pulsus debilis, si-
 mul & durus fit: statim verò paruus ac frequens, is
 necessario est, non tamen propterea marasmodes
 existit, sed propter debilitatem ac duritiem. Debili-
 tas namq; ob vehementem cordis intemperiem, ac-
 cidit, durities autem propter siccitatem. Quòd si
 verò hac pathemata cor ipsum occupauerint, neces-
 se est marasmode febre laborare animal. In ean-
 dem verò febrem incidunt ex acutis & ardentibus
 febribus, pleriq; eorum qui male curantur, maximo
 quicunq; cum frigida aqua potione egerent, neq; il-
 lam biberunt, neque pro illa vllum aliud medica-
 mentum refrigerans, thoraci & hypochondrijs ad-
 hibuerunt. Quòd si præterquam quòd nullum tale
 adhibuerunt, etiam cataplasmata ex melle, qua
 nunc frequenti sunt in vsu, plurimum vsurparunt,
 is vt plurimum tabescant, promptum est, siue sim-
 pliciter febricitent, siue ex iecoris aut ventriculi
 phlegmone. Maximè enim has phlegmonas non re-
 ctè curatas, marasmi insequuntur, adeò vt nonnulli
 existimauerint non aliter posse fieri hoc pathema,
 ignorantes neutrum horum, neque aliud quod-
 piam viscus, aut membrum, marasmm aut vl-
 lam omnino hecticam febrem efficere, priusquam,
 vt dictum, est cor patiat. Incipit autem ei hoc
 pathema interdum ex se ipso, vt ex ira, & tristitia
 vehementi, ac diuturna: nonnunquam ex ardentibus
 febribus, quandoque ex pulmonis & thoracis
 pathematis, præsertim suppurationibus ac tabe: vt
 autem ex his, ita ex ventriculo & iecore, atque vt
 summatim dicatur, ex quavis diuturna inflamma-
 tione in principe parte, vna cum totius animalis, ac
 cordis præsertim siccitate, orta. Ego namque vidi
 phlegmo-

phlegmone diuturna coli intestini marasimum sus-
se subsequuntur, item stomachi, vesicæ, ac renum.
Euerunt verò non minus etiam nonnulli, illorū qui
dysenteria laborabant, tali febre correpti, cum scilicet
intestina ipsis laboraret phlegmone. Præterea
lyenterias, & diuturna alui profluua, vbi statim ab
initio, aut procedente tempore exigua incidit fe-
bris, marasimi comitantur: & vt in summa dica-
tur, quando iam præexiccatum cordis ipsius corpus,
calorem febrilem solutu difficilem acceperit. Qua-
propter maximum hecticarum febrium inditium
est, vbi arteria circumiacentibus corporibus calidi-
ores apparent, quod illis per alias febres nequaquā
accidit. Adhuc verò euentius hoc sit symptoma,
vbi sunt loti, aut alio quouis modo rarefacti, ita vt
humor quidem profluat, atq; calor transpiret. Si-
quidem in omnibus alijs partibus, moderatus calor,
post tales transpirationes apparet: qui verò in arte-
rijs est, nihilo minor priore. Is verò maximè exqui-
sité sentitur, per pulsū dilatationes: qui neq; ipsis
in prædictis transpirationibus permutantur, sed om-
nino similes permanent. Sola igitur consistens he-
ctica febris, perspicua est, siue simpliciter hectica,
siue simul marasimodes sit.

MOdò incipit referre signa hecticæ febris
quæ iam est principium marasimi (ea
est secundæ speciei) atq; primum omnium
inquit calorem in illis esse siccū, id est insubie-
cto arido, intellige verò (quod prius mōstra-
uimus) nullam hecticæ speciem esse sine sic-
citate, tamen in marasimi principio fieri sic-
citatē manifestam. Interim inquit, quod
in 10. lib. meth. dixit, calidos tantum & sic-
cos homines, atq; eos cum desiccanti victu
vsi sint, corripit febribus hecticis à principio.
Repetit duas illas notas inceptions hecticæ
febris, primam quæ fit in secundo febris die,
quæ non est valde firma: aliam quæ fit in ter-
tio, firmiter iam. Significat secundo trāsitum
febris hecticæ in marasimū pulsus debilis &
durus, nā quanquā in prima specie hecticæ
paruus & creber fiat, insigniter tamē durus,
aut debilis non fit: quia durus fit ob vehemē-
tem siccitatē, debilis ob vehementem euer-
sionem temperaturæ cordis, quorum neu-
trum diximus contingere in hectica primæ
speciei. In talem febrem incidunt frequen-
ter, qui laborant febribus ardentib. potissi-
mum cum malè curantur, vt cum intempe-
stiuè illis aqua frigida interdicitur, & cū epi-
thematis refrigerantib. indigentes, tam lon-
gè abest vt illis vtantur, vt etiam vtantur ca-
lidis fomentis, vt emplastro ex pane & melle.
Hæc enim errata facile deducunt eos febricitantes
in marasimum. 10 meth. ca. 6. accusat etiam
Galen. medicos empyricos suæ tempestatis,
quòd in ardētibus febribus hypochondria
artometite fouebant. Ex hoc loco velim
medicos admonitos, ne febricitantibus plus
satis à frigida arceant, iam hinc

Ascientes, se illos in hecticas agere. Fit etiam
febris hæc promptissimè ex inflammatione
hepatis aut ventriculi potissimum, deinde
verò etiam ex quacunq; interna inflamma-
tione & dysenteria, & ex vlcerebus pulmo-
nis facillimè, cum non rectè curantur, vel
cum præ sua malitia non cedunt curationi
(non enim est quod hæc omnia impuren-
tur Medici erratis) vt verò ex his causis sit
hæc febris, quia desiccant cor, ita ex causa a-
lia quauis, quæ potest vehementer desicca-
re, vt ex lyenteria, aut diarrhœa, aut fluxu a-
lio quouis, cum multum prorogatur. Hic il-
lud vnum diffiniri debet, antequam caput
cōcludatur, ne quidquam dubium superfit:
posse fieri marasimi principium, non præce-
dente prioris speciei hectica, idq; vel ex cau-
sa procathartica, vel ex ardente febre, aut in-
terna inflammatione aut vacuatione immo-
dia. Nam cum dupliciter prima hecticæ febris
species ab alijs differat, & quòd ros nihil fe-
re consumptus sit, sed ebulliat, & quòd in ea
minima substantiæ cordis desiccatio sit, si
causa alia, antequam febris generetur, tan-
tam cordis siccitatē fecerit, quanta in secun-
dæ speciei hecticæ esse solet, incipiet febris
hectica ab specie secunda: eodē etiam modo,
si febris ardēs, antequam in habitum cordis
transisset, ebullitionē fecit, erit quāprimum
facta fuerit hectica, principium marasimi, &
vt in summa dicatur (vt reperam ipsa autho-
ris verba) cum iam præ exiccatum cordis
ipsius corpus, calorem febrilem solutu diffi-
cilem acceperit. Desinent ergo iā omnes mi-
rari, hecticam febrem à principio fieri, cum
incipiētem etiam marasimum, ita fieri posse,
monstratū sit. In extrema huius capitis par-
te, refert Gal maximum quoddam hectica-
rum febrium inditium, quod oportunus for-
tasse paulo antè scriptum esset (est enim om-
nibus hecticarum speciebus commune:
habere scilicet arterias alijs partibus insig-
niter calidiores, potissimum post balneum, si
illo vtuntur) nisi Galenus aliorum respexis-
set. Nempe erat sequenti statim capite scri-
pturus signa hecticæ febris, quæ cum putri-
da coniuncta est, cuius dignotio, vt verba
Galeni quæ sequentur, modo indicabunt, ex
hoc signo potissimū sumitur. Ergo signum
hoc, alioqui commune omnibus hecticis,
seruatū est in huius capitis finem, quoniam
ex illius intelligentia caput sequens pendet.
Causam qua arteriæ alijs partibus sunt insig-
niter calidiores in hecticis, potissimum
post balneum, ipse Galenus reddit satis lu-
culenter.

CAP. XIII.

Vbi verò cum alia quapiam coniuncta fuerit
difficilius iam cognoscitur: quemadmodū qua-
nuper cuidam mulieri accidit, cui non solum die,
sed

sed etiam nocte, haud obscurè accessio fiebat. Late-
bat enim marasmodè febris omnes, qui eam vise-
bant medicos, existimantes oportere, neq; principii
invasions sensibile esse hecticis febribus, neq; incre-
mentum, neq; vigorem, tanquam non possit hecti-
ca febris aliqua putridarum complicari. Sed nobis
in hac muliere statim primis diebus est cognita. V-
traz, enim inuasio, & quæ interdum, & quæ noctu
fiebat, breues accessionis partes efficiebat, & saepe
cum madore quodam, aut trãspiratione vaporosa,
tam perspicue soluebatur, vt corpus ipsum tangen-
tibus bene temperatũ sentiretur. Indicia verò in ar-
terijs paulo antè dicta, semper permanebant, quum
similiter alijs partibus, neq; refrigeraretur, neq; ve-
locitatem aut frequentiam motus admitterent. Quæ
igitur in alijs locis mihi sepius dicta sunt, etiã nunc
dicentur, non oportere solum circuitus atq; propor-
tiones accessionũ considerare, sed multò prius, ipsius
febris speciem, atq; ex hac cognoscere ipsas febres,
quemadmodum homines ex propria forma. Sic ipsi
saepè in prima die speciei febris cognouimus, non ex-
pectantes aut triduam aut quartanam, aut quo-
tidianam circuitum. Sed de ijs abundè libro secun-
do de crisi bus dictum est.

Exemplo mulierculæ cuiusdam, in qua fe-
brem marasmodè cum putrida comuni-
tã cognouit, nos docet Gale. dignoscere
hecticas cum putridis. Quæ ille in hoc capi-
te docet, sunt satis manifesta, ex quibus hæc
methodum ego elicio. Signa febris hecticæ
seorsum considerare, & seorsum signa putri-
dæ: ubi utraq; videbuntur adesse, ambas fe-
bres adesse scire licet: quamquam possunt
vnius signa accessu alterius obscurari, tamè
signum hecticæ, quod minimè obscurari po-
test accessu putridæ, est illud quod ultimo lo-
co scriptum est in superiori capite, scilicet
insignis calor arteriarum præ cæteris parti-
bus. Nam annotatio illa in compressa calori-
s, quæ post cibum fit, potest sub accessione
febris putridæ præteriri, ariditas etiam oc-
cursu vaporum potest sensum latere, & æ-
qualitas caloris & pulsus interturbari, &
paruitas potest à pulsu gratia putridi caloris
abesse: tamen insignis ille arteriarum calor
nunquam ab ea abest, & in arterijs etiam re-
linquitur, soluta putridæ accessione, si mo-
dò intermittens est: quo tempore clarius co-
gnoscitur. Cum enim arteriæ amittant ma-
gnitudinem, celeritatem, aut frequentiam
non amittunt. Ex his manifestum est, diffici-
liorem esse cognitionem hecticæ febris oñ
putrida continua complicatæ: verum illa et-
iam euadet haud multo difficilior, si quis
curet febres per propria signa cognoscere,
non tam aduertens animum circuitibus,
quàm propriæ febris formæ, vt hominem
ex propria forma iudicauimus. Hanc cogni-
tionem docet Gal. ipse 2. de crisi b. cap. 2. vitu-
perans eos medicos, qui non aliter ac vi-

agus hominum, tertianã cognoscit febreni,
quia repetit tertio quartanam, quia quatto
die. Non enim id peccatum medicum decet,
sed signis quæ in quacunque febris specie
accidunt, illam per se cognoscere, non expe-
ctata altera accessione. Nam ei qui hanc fa-
cultatem exercitatione fuerit consequutus,
nihil intererit intermittens aut continua fe-
bris sit, vt cognoscatur, siue sola sit, siue cum
hectica coniuncta. Sed ex quibus signis co-
gnoscenda sit cuiusque febris species, putri-
dæ potissimum, in sequenti libro dicetur, &
in secundo de crisi bus dictum copiosius est.

CAP. XV.

Dictum autem est nihilominus illo etiam in li-
ro, quomodo diuinarum febrium differentiis
cognoscere oportet. Promissam quidem scio, hoc lo-
lo me de illis dicturum: sed cum recorderer pauca
quædam in eo libro desiderari, vt perfectè omnia di-
cantur, alia quidem huc transcribere superua: nũ
dixi: ea tantummodo, quæ non suri in ipso sunt de-
finita adiciam. Qui ex vñtione solis febricitant, ijs
cutis magis ad calidiorẽ ac sicciorẽ habitum,
quàm pulsus ad febrilem affectum mutatur: qua
propter tales minus sunt sitibundi ijs, qui æqualem
habent caliditatem: atq; ad primam manus inie-
ctionem, calor in ipsis vigere videtur. Contra quam
in ijs qui propter quandam constrictionem egro-
tant: in ijs enim increfcit. Caput præterea perur-
maximè videtur ijs, qui ex vñtione solis febricitant:
gaudentq; magis, & mutantur frigidis perfusioni-
bus. Oculi quoque ipsis rubicundiores & calidio-
ras videntur cum siccitate, citra grauedinem et des-
tillationem laborant: quibusdam enim à sole per-
ustis, hæc quoq; accidunt: caputq; ipsis non modo
calidum, sed & sanguine plenum aded, vt omnes
vene quæ in oculis & temporibus, & fronte, & tota
facie habentur, plurimum extendantur. Est autem
non minimum discrimen illorum ab ijs qui ex hu-
morum frigiditate febricitant, quod valde pleni
sunt. Nam & ex ijs quibus caput male afficitur,
grauedinibus & destillationibus promptè capiuntur,
& febris ipsis interdum est symptoma, solius
in capite affectus. Magna verò ex parte tunc magis
febricitant, quum totum corpus a sole incaluerit,
vel alserit. Est verò cutis minus calida refrigeratis,
corpusq; maiorem præfert mollem, & nullus in sa-
cie calor, qualis est ijs, qui ex solis vñtione febrici-
tant sine capitis repletione. Magna igitur ex
parte omnibus talibus caput repleri solet, nisi quis
exquisitè purus fuerit, & corpus excrementis va-
cium habuerit. His enim solis accidit, vt ca-
lesfactum caput sine repletione permaneat. Verum
tamen interdum euenit, vt plurimus calor ipsum to-
tum a sole deustum occupet, ab sq; eo vt impleatur.
Huc igitur affectus manifestissime discedit ab eo, quæ
frigus excitat: at qui cum pleniudine est, diffi-
cile discernitur, vt qui destillationem ac grauedi-
nem, asiscat, quæ etiam refrigeratis accidunt.

Sed

Sed ut dictum est, siccitas & nimius calor cutis, & quaecumq; alia paulo antè dixi, propria à sole vstorum existunt, de quibus plenius in curatiua metho do dicitur, cum omnibus alijs diaria febris differentsijs, quarum dignotiones quia in 2. lib. de crisib. perstrinximus, nihil item opus est, vt nunc explicemus: sed hunc quidem librum hic finiemus: deinceps verò februm quæ ex humoribus accenduntur, omnes differentias dicemus.

Promiserat Gal. paulo superius in 9. cap. se in hoc lib. dicturum signa singularum specierum diariæ febris, nunc ergo promissi memor, de illis volebat agere, recordatus verò se de illis copiosè satis disputasse alijs in locis, maximè 2. de crisibus cap. vlt. quod caput totum ferè translatum etià est in secundū caput primi de arte curatiua ad Glau. Pleraq; omittit, de duabus tantum, ijs inquam quæ ex vstione, & ijs quæ ex refrigeratione, cum quia hæ extreme differunt, tum etiam, quia de illis non satis erat in alijs locis disputatum, differens, atq; de illis admodum breuiter, vt breuitas proculdubiò obscuritatē aliquam, quæ à Gal. scriptis esse solet aliena, pepererit: Nostrum ergo erit modò, quæ de illis duabus in hoc capite dicuntur, exponere, deinde quæ hic desunt, addere ex alijs locis: quod faciemus hæc primū præfati. Februm diariarum non aliunde sumuntur species, quàm ex causa procathartica. Quamquam hæ species re vera non sunt, non enim externa causa nostrorum affectuum potest species permutare, sed ita distinguuntur à medicis, quia ad curationē illarum, refert quā plurimū scire ex qua causa febris fiat, id intelliges ex ijs quæ Gal. docet 8. lib. meth. in quo harum omnium docet curationes, nequaquam omnium vnicam, sed aliam, atq; aliam pro ratione causæ, id verò fit nō quòd causa procathartica indicationem aliquam præstet per se ad curationem (nam Gal. ipse 3. meth. docuit ex ea causa, quæ præterijt, nullam indicationē curatiuam sumi) sed quòd non omnes eodem modo corpus afficiant, sed diuersimode: aliæ vrendo, aliæ adstringendo cutem, aliæ desiccando, aliæ magis debilitando facultatem, aliæ minus, quamquam ex diuersis alterationibus. Idem tandem affectus prodit, puta febris. Itaq; illarū distinctio plurimum facit ad curationem, tamē signorum cognitio ad curationem quā minimum facit, nam licet interrogando ægrum, causam procatharticam discere, spreitis signis, sed tamen est multo pulchrius per te ipsum posse scire, ex qua causa febris sit, quàm ægrum interrogare. Nam ex dignotione accedit medico magna gloria, & habetur ei multa fides. Venio ergo iam ad ea quæ in hoc capite habentur. Qui ex solis vstione febricitant, illi magis habent calorem & sic-

A citatem in cute, quam febriles differentsias in pulibus. causa est quòd maiorem habet calorem exterius quàm interius, proinde etià minus sunt sribundi, quā qui æqualem habent caliditatem, id est tam intense calēt interius, quàm exterius. Calor in febricitantibus ex vstione, in prima manus injectione videtur vigere: contra illis qui febricitant propter constrictionem cutis, quia non videtur statim vigēs, sed deinde increfcit. Caput præterea peruri maximè videtur ijs, qui ex vstione solis febricitant: & gaudent magis quàm alijs, & iuuantur perfusionibus frigidis, nimirum curantur contraria contrarijs, & proinde ad dignotionem maximum argumentum sumitur à iuuatibus aut nocentibus. Oculi etiam videntur febricitantibus ex vstione, rubicundiores & calidiores, idq; cum siccitate, nisi grauedinem aut destillationem simul habeant cum febre. Ita enim habebunt in oculis calorem, sed non siccitatem. Potest verò etiam ijs qui à sole vsti sunt accidere grauedo & destillatio, & quibusdā illorum accidunt, habentque hi non modo plenum caput, sed plenius etiam quàm alijs: habent caput calidum, & plenum sanguine, & venas omnes quæ in oculis, & temporibus, & fronte, & tota facie habentur, plurimum extentas, vsque ad eòd vt hac ratione, inter cætera, differant à febricitantibus ex frigore (hos vocat febricitantes ex humorum frigiditate, non admodum caute, nam ex frigiditate humorum nulla febris fieri potest, & nulla diaria est ex humorum alteratione. Et perfrigeratio quæ febrem facit, solas circa cutem partes adstringit, quæ viscera aut humores tangit, non facit febrem sed cōtrarium affectum) quod valde pleni sunt, plus quam illi: vtrique tamen quibus caput malè afficitur vt vstione, aut refrigeratione, prompte capiuntur grauedinibus & destillationibus, & nonnunquam ipsa grauedo febris causa fit, vt non alia causa febricitent, quàm quod grauedine laborāt, estque tunc febris grauedinis symptoma: magna verò ex parte non fit febris à grauedine, sed febris & grauedo fiunt simul ab vstione aut refrigeratione, cum totum corpus simul incaluerit, aut alserit. Itaque in his similes ferè sunt, & qui ab vstione, & qui à perfrigeratione febricitant, cum grauedine simul tenentur. Sed sunt alia signa. Est cutis minus calida refrigeratis, corpusque maiorem præfert molem, nam & quasi tumidum, & in facie nullum habent squalorē, qualem habent illi qui febricitant ex vstione, sine repletionē capitis, sed magna ex parte, illi qui exulsi sunt (hæc repetit Galenus non admodum vtiliter) repletionem etiam capitis patiuntur, nisi admodum puro sint corpore, & vacui excrementis. In his enim qui tales sunt inter

interdum euenit, vt plurimus calor, corpus totum à sole deustū occupet, quin caput impleatur, qui affectus prōptissimè dignoscatur, vt dictum est, à febre, quam refrigeratio fecit. Sed cum illæ febres cum repletione capitis iunguntur, siccitas & nimius calor cutis, & quæcūq; alia dicta sunt, eas distinguit. Hæc continet præsens caput, sed non erit inutile, eorum etiam quæ à Gal. alijs in locis dicuntur, lectorem hoc in loco admonere. Dicitur hic est de febribus diarijs ex refrigeratione, cutis cōstrictione, & vstione: superlunt cruditas, & satietas, & nimia exercitatio, ac vigilia, & animi perturbationes, puta, cura, timor, mœstitia, & ira. Cum ergo ex harū causarum aliqua febris sit, aliquando causa ipsa cū febre durat, aliquando durante febre causa præterijt. Harum causarū quæcūq; accidentia quædam affert, quæ simul cum ipsa causa euanescent, & quædā alia quæ abeunte causa perseverant: vt iram sequitur pulsus altus, & calor: pulsus altitudo, statim ac ira ledatur, tollitur: calor verò solet perseverare aliquanto post, sedata ira. Ergo intererit quā multū ad cognoscendum ex qua causa febris diaria procedat, in ipsarum causarum procatarticarū cognitione exerceri, vt in cognoscendis ijs quæ nimium vigilantibus accidunt, & iratis. Nam his plane perspectis, facile distinguemus febrem ex vigilia, à febre ex ira. Igitur singulæ per se expedit, vt notæ dicatur. Cruditas cognoscitur ex ructibus, qui referunt corrupta alimenta, cum sint modò acidi modò nidorosi. Satietas cognoscitur ex sensu quodam ponderis in ventre, ac ventris veluti tremore. Nimiam exercitationem cognosces ex sensu lassitudinis, & desiccatione corporis: vigiliam, ex oculorum excitatione, & palpebrarum demissione, & o-

culorum incontinentia, & circa ipsos humiditate. Quod ad animi motus attinet, cura, & profunda meditatio, & timor, & mœstitia, similes quo dammodo faciunt passionis: ira diuersam satis ab illis omnib. quanquam & illæ etiam inuicem differūt. Habent verò notas, circa pulsus, & colorem, & corporis habitum, & circa ipsos oculos. Nulla enim pars est corporis, qua melius animi motus represententur. Nimirum iratorum pulsus, altus, magnus, celer, & creber est, & vehemens: gaudentium pulsus magnus, rarus, in vehementia nihil mutatus: tristitium paruus, languidus, tardus, & rarus. Timor quoq; similes pulsus habet tristitiæ, præterquam si recens sit, & vehemens, tunc enim celeres & inordinatos & inæquales & vibratos. Similes etiam mœstitiæ pulsus facit cura longa & studium, præterquam quòd tristitia plus debilitat facultates. Quare cum ex mœrore, vigilijs & cogitationibus, omnes decolores fiant, & excuatis oculis, iratis tamen neque decoloratio accedit, neq; excuatio. Hæc verò, excuatio inquam oculorum, & extenuatio corporis & inconstueta decoloratio, conspectiora sunt in ijs quos vexauit tristitia, quam in ijs quos cura. Ijs quoq; quos vexauit tristitia, calor est acer magis quam multus: contra ijs quos ira, multus magis quam acer. Hæc ergo qui meditatus prius fuerit, facile dignoscet ex qua causa diaria febris sit. Nā si causa adhuc durat, signa hæc omnia aderunt, & cōspicua: si verò abcesserit, sed nō ita diu, vt consentaneū est homine febricitate adhuc ex illa, aderunt signorū quāplurima, quanquam possit aliqua abcessisse, vt pulsus altitudo elapsa ira, & vibratio, elapso timore. Ratio itaque dignoscendi diariarum febrium species omnes, hæc est.



DE DIFFERENTIA FEBRIVM,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Restat itaq; vt febrium qua ex humorum putredine accenduntur, differentias percenseamus: hoc prius de eis dicentes, haud sufficere, quod nonnulli opinantur, ad generationem febrium, augeri atq; exuperare biliosū

humorem, quem alij quidem pallidam, nonnulli verò flauam nominant bilem. Sic enim omnes icterici vehementissimis laborarent febribus, quibus talis bilis copia in toto corpore continetur. Sed non febricitant, nisi alia quadam causa concurrat, de qua paulo post dicetur.

F

Continuit primus liber differentias, & causas, febrium diariarum & hecticarum, hic secundus dicitur est solis putridis. Datus vero est huic febrium generi suus liber, quia est maxime multiplex, & secundum materiam habet plurimas species. Extirpat Gale. in principio falsas quorundam opiniones, de febrium putridarum causis, & differentijs, vt exillarum refutatione ad veram sententiam gradus fiat. Primum omnium, falsum est, & nonnulli sunt opinati, ad febris generationem, satis esse multam bilem colligi in corpore: nam ita icterici semper febricitaret, vt pote in quibus multa bilis copia in toto corpore redundat, vt docet illorum color: sed non febricitant semper, quanquam semper multam habent bilem: ergo aliqua alia causa est opus, de qua procedente sermone dicitur, puta putrefactione aut vstione. Hodie de reliquis omnibus humoribus dicitur vere: non satis esse vt pituita redundet, quo febris fiat, neq; vt melancholia, nisi illis aliqua alia alteratio superueniat. Nam humores illi supra modum aucti, sunt cacochimiae causae: febrium non sunt, nisi putrescant. Sto igitur iam, hinc iactum hoc fundamentum ad dicenda, nullius humoris redundantia (excepto sanguine) sufficere ad febris generationem, nisi alia alteratione accedente. Bilem nunc dici pallidam, nunc flauam, satis constat, quia ambo colores illius sunt: flauus syncerioris, pallidus dilutioris pituita aut ferro. Sed de ijs in .i. lib. Cont. abunde dictum est.

Absurdum vero hoc etiam est, in quartanis & quotidianis febribus exquisitis, coaceruari amarā bilem existimare, quemadmodum in tertianis & causis: etenim contra in quotidianis ac quartanis febribus, neq; vomitus biliosi, neq; sudores, neq; vrina, neq; deiectiones videntur biliosae. praeterea neq; quicquam aliud, eorum quae praecesserunt, aut cum eis simul sunt, testimonium praebet. Nam tertianae febres omnino in corporibus natura biliosioribus consistunt, & in aetate vigenti, quae omnium aetatum biliosissima est, ac aestiuo tempore maxime, quo huiusmodi humor exuperat. Sic quoque, in regionibus temperamento calidis & siccis, & constitutione ambientis aeris tali, vita etiam non tranquillitati aut ignauia dedita, sed laboribus, curis, vigilijs, solijs, vstionibus & exiguis cibis contenta & ijs quidem calidis & siccis. Quinetiam vsus medicamentorum calefacientium & exiccantium immodicus, febres tertianas affert: quotidiana vero contra penitus in pituitosioribus naturis, consistunt & ex anni temporibus in hyeme, inq; constitutionibus frigidioribus & humidioribus, senibus & pueris magis in regionibus humidis & frigidis, vita otiosa simul & cum satietate, & maxime cum a cibis loti fuerint & multo sanè magis, cum ipsi cibi natura pituitosiores sint. Sed neq; tales biliosum humorem vomunt, neq; deiciunt, neq; per sudores excernunt,

A quemadmodum in tertianis febribus: haec enim ex flaua bile putrescente fieri consueuerunt: quotidianae autem pituitosos humores sequuntur, veluti quartanae melancholicas. Sic itaq; natura corporis magis melancholica, & aetas declinans, & autumnum tempus, neq; non omnia quae ijs proportione respondent in cibis & potibus, ac vniuerso victu, frigida & sicca temperamenta existantia, febres gignunt quartanas. Quapropter & rigor, qui cui praecedit, nequaquam similis est, sed in tertiana quidem causae efficientis veluti purgantis ac vulnerantis sensum indicat: in quartanis autem, quasi refrigerantis.

Erat alia opinio absurda quorundam, putantium omnes febres nasci ex bile: quae assertio falsa est, etiam si de solis putridis febribus intelligatur, quanquam Hipp. quoque illud videtur opinari. 7. parti. Aph. 42. appellans febres non ex bile diarias febres, quae si omnes putridae ex bile sint. Caeterum nullatenus putat Gal. ita sentire Hippo. sed illo in loco sub bilis nomine intellixisse omnem humorem putrescentem: non quod bilis reuera omnis talis humor sit, sed in quadam nominis acceptione. Sed utcumq; dicatur, monstrat Gal. falsam esse eam assertionem: quin potius tertianas ex bile, quotidianas ex pituita, quartanas febres ex melancholia nasci. Monstrat illud ex exeuntibus, tertiana enim affecti, eiciunt biliosa, cum vomitu, tum deiectione & sudore, & alijs vijs: quotidiana laborantes, pituitosa: quartana affecti, melancholica. Est aliud argumentum ex naturalis illorum qui febribus illis corripiuntur, & regionibus, & aetatibus, & victu. Omnia enim haec attestantur bili in tertianis: pituitae in quotidianis: melancholiae in quartanis. Nam tertianae fieri solent in naturis biliosis, aetate florente (haec est aetas 25. ad 30. aut 35.) quae omnium aetatum est biliosissima, quia cum siccitate calidissima est: & in aestiuo tempore, & regionibus calidis & siccis, & vita in laboribus, curis, vigilijs, vstionibus, & exiguis cibis, ijsque calidis & siccis, aetate adhaec, vsus immodicus medicamentorum calidorum tertianas parit: quotidianae vero in naturis pituitosioribus, in hyeme, inque senibus & pueris magis. Intellige in senibus & pueris magis, quam in alijs aetatibus haudquaquam in senibus, & magis in pueris, id est, in pueris magis quam senibus, vt videtur significare translatio quam Fuchsius sequutus est indigeret enim illud longo examine, & Galeni verba nihil tale significant, sed *νεγροειν νεωτεροι μαλλον*, senibus sanè & pueris magis. Vsq; adeo nonnunquam sola voculae vnius transpositio reddit obscuram orationem. Senibus ergo accidunt pituitosi morbi, quantum frigidi & sicci temperatura sunt: quia multis succis crudis redundant gratia de bilis fa-

lis facultatis coëctricis, quam habent. Pueris A
accidunt tales morbi quanquam vt ab Hip-
pocrate dicitur in Aphorif. plurimum habet
innati calidi, & vt dicitur 2. de Tempe. & in-
numeris alijs in locis, non habent remiffio-
rem calorem quam iuuenes, eadē prorsum
ratione qua abundant multis cruditatibus,
& habent crassam vrinam, & omnia excre-
mēta cruda, scilicet (vt dicitur. 6. Epid. part.
3. comm. 15.) propter voracitatem & intem-
pestiuos motus. Fiunt etiam quotidianæ fe-
bres in regionibus frigidis & humidis, & in
vita ociosa, & facietate, potissimum si se sta-
tim post cibum lauerint. Nimirum vt dicitur
lib. de Marcote, cap. vlt. Balneo vtendum est
peracta coëctione, ante famem. Nam balneū
crudis adhuc cibus, facit crudoru. n distribu-
tionem, per famem facit debilitatem. Quar-
tanæ febres fiunt in naturis melancholicis,
in ætate inclināte (est illa prima senectus &
ætas consistentium appellata, ea inquam,
quæ statim à iuuentute accedit) in qua me-
lancholia redundat, quia vt inquit Gal. 2. de
Temp. cap. 9. Qui ex habitus mutatione fri-
gidus siccusq; est redditus necessariò hic ta-
lis etiam melancholicus est: verbi gratia, si
quis ante calidus & siccus & sanguinis vsti-
one plurimam generauit atram bilem. Itaq;
hac ratione prima senectus est melancholi-
ca, quia consequitur statim vrentem humo-
res ætatem. Frigiditas ergo superuenies, me-
lancholiam facit: nō aliter ac autumnus me-
lancholicus est, quia æstati succedit, quan-
quam ipse non magis est frigidus quam ca-
lidus: sed vtrunq; inæqualiter, extrema sene-
ctus non est quòd sit melancholica, neq; e-
nim iam calidæ & siccæ succedit, vt prima,
& habet facultatis magnam imbecillitatem
quam illa nondum habet. Sed hæc satis ex-
plicitimus: tertium argumentum quo intel-
ligimus febres illas non omnes ex bile fieri,
accipitur ex diuersis rigoris modis, q̄ haud-
quaquam similis fit in omnibus: sed vt dice-
tur procedente sermone, in tertiana fit rigor
maior, in quartana minor rigor, aut solum,
horror: in quotidiana solet fieri frigus solum
aut etiam horror, aut saltem paruus rigor,
atque cum rigent, qui tertiana laborant, ri-
gent plus & sentiunt in membris punctio-
nem, in quartanis & quotidianis magis re-
frigerationem. hoc idem est, quod i. de Art.
curand. ad Glau. cap. 5. dictum est his verbis:
rigor autem veluti si à re aliqua acuta plus-
quam frigida cutis pungeretur: cum ij qui
quartanam aut quotidianam intermitten-
tem patiuntur, potius frigidum rigorem
sentiunt.

De forma verò qua in rigoribus est dictum est sa-
uè inter causas symptomatum.

○ Mittit modò Gal. dicere formam rigo-
ris, & qua ratione differant rigor & hor-

ror, & frigus, quanquam ad hanc disputa-
tionem facit quàm multum, quia de illis in
lib. 2. de Causis sympt. abundè disputatum
est: eadem ratione nos hæc præteribimus,
quia Gal. illic ea docuit satis distinctè, & se-
orsim scripsit libellum de tremore, & rigore,
& palpitatione, & nos ipsi de his caput
quoddam longum scripsimus in quinto li-
bro Controuerfiarum. Quare modò illud v-
num dicemus, rigorem esse conculsionem
magnam omnium membrorum, horrorem
verò motum quendam solius cutis, & par-
tium circa illam: frigus appellari, cum sine
motu quoquam deprauato, frigus extremor-
um egrotus sentit. Rigor fit ab humore, qui
defertur per sentientia membra, & illa mor-
det: horror cum hæc fiunt, sed remissius, sci-
licet aut humor minus mordax est, aut len-
tius defertur per membra, quia crassior est,
aut lentior: frigus fit, cum humor refrigeras
incidit in sentientes partes, sed illis hæret
immutus, quia valde crassus, lentiusve est. i-
gitor (huc enim referuntur hæc omnia) si
hæc symptomata ex tam diuersis humori-
bus fieri solent, & febrium quædam inci-
piunt à rigore, vt tertianæ, quædam à paruo
rigore aut horrore, vt quartanæ: quædam à
frigore, vt quotidianæ: non omnes ex eo-
dem humore fiunt, puta ex bile, sed ex diuer-
sis vt diximus.

Ibi & de febrium eiusdem generis differentia
demonstrauimus, vt ex eis quidem intermittentes
(sic autem appello venientes ad sensibilem in febril-
itationem) ex humore moto, & per vniuersum
corpus delato consistunt: continua autem ex eo
qui in venis includitur, ac continetur, de quarum
dignosione in lib. 2. de Crisibus dictum est.

H Actenus Galenus monstrauit differre fe-
bres humorales materia ex qua fiunt,
modò differentiam aliam innuit, febrium
quæ sunt eiusdem generis, id est ex eodem
humore (differentiam hanc dicit se etiam
inter causas sympto. attigisse) puta febres,
quæ ex eodem humore fiunt, aliæ sunt con-
tinuæ, aliæ intermittentes, vt biliosarum:
aliæ sunt continuæ, aliæ intermittentes, ita
pituitosarum, aut melencholicarum. Vertit
Leoniceus: Ibi etiam generis febrium dixi-
mus differentiam. Quam versionem alioqui
non attingentes, mentem Galeni sequuti
sunt omnes commentatores. Sed Galen. ita
scripsit ἐν τῇ ἰδίᾳ τῆς ἀπογομένης πυρετῆος συνέ-
διστοι διαφοράς: id est, vbi de homogenearum
febrium differentia monstratum est. Febris
continua fit ex humore putrescente intra
vasa: nam cum humor qui actu putrescit, cū
alijs qui parati sunt putrescere, permixtus
est, non potest non putredo ita serpere, vt
vna continua putrescentia fiat: cum verò hu-
mores extra vasa suli putrescunt, & in partea

sentientes incidunt, intermittens febris fit. Itaque ex eisdem causis fiunt intermittentes febres & rigores: ambo enim fiunt, quia humor exulsus à vasis defectur per membra: tunc enim necessario fit febris intermittens, quia consumpta ea portione humoris à febre liberum manebit corpus, usque dum alia à venis effusa, putrescat. Interim tamen fieri potest ut homo nulla hora non febricitet, scilicet si febris sequens præuenit, antequam cesset prior, nihilominus tunc quoque febres ipsæ intermittentes sunt. Quævis enim illarum per se incipit, & per se soluitur. In quâ sententiam dictum est ab Hipp. 4. part. Aph. Quibus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvantur, an febres quæ dicuntur intermittentes, vere solvantur, an non, in sequentibus declarabimus.

CAP. II.

Febrium igitur intermittentium tres sunt vniuersæ differentie, quotidiana, tertiana & quartana. Quotidiana quidem ex pituita putrida: ex vtraque vero bile flaua quidam tertiana, aut vero quotidiana efficitur: inter continuas autem ex flaua bile duplex genus est, vnum quidem earum quæ continentur nominantur, quarum vniuersum tempus vna est accessio ab initio usque ad finem, alterum vero earum eodem quo genus nomine, continua dicta multis particulatibus circuitibus continentur. Continuum igitur differentie omnes tres existunt: quædam enim earum ab initio usque ad finem æquales primam, quædam paulatim augentur, tertie autem alio paulatim decrescunt, ac nonnulli primas quidem nominant æquales, atque vigentes, Græce *quædam* & *diuagantes*: secundas autem increscentes & *inualescentes*, Græce *diuagantes* & *inualescentes*: tertias vero inclinantes, Græce *diuagantes*.

Actis iam fundamentis & refutatis fallis opinionibus, diuisionem febrium putridarum ingreditur modò Gale. Dicitur est, febrium putridarum quasdam esse intermittentes, quasdam continuas: modò hæc duo membra sub diuidit in tres alias differentias, ex materia sumptas. Intermittens autem est tertiana, aut quotidiana aut quartana: quia aut fit ex bile flaua, aut pituita, aut melancholia, nam ex sanguine nunquam fit intermittens, quia non emittitur extra vasa, cum paratus est putrescere: id facit, quantum assequi possum, eius mitioria & familiaritas, quæ naturæ cum illo intercedit. Continuarum vero triplex etiam est genus: quædam enim biliosæ sunt, quædam pituitosæ, quædam melancholicæ. Rursum continuarum ex bile, quædam sunt quæ continuas appellatur nomine generis: quædam continentur, à Græcis *Quædam*, non quod dictio Græca sit, sed ut dicit Gal. 9. Meth. cap. 1. maluerunt medici solocilium committere, quam illud febrium genus sine nomine relinquere, rursum febres continentes,

tres alias habent species: aut enim statim ac incipiunt, vigeant, & eundem tonum toto tempore seruant, aut statim quidem vigeant, & perpetuò decrescant, aut a principio ad finem augetur semper. Quòd febres aliquæ statim vigeant, ita intelligi debet, ut statim in ipso primo die summum vigorem obtineant, & principium, & augmentum, breuissime prætereant, non ita ut illis temporibus careat febre: neque enim fieri potest ut morbus aliquis proprium statum recipiat, non præcedente principio & ascensu, ut inquit Gal. de Crisibus ca. 17. Causa qua hæc febres continentes fiunt, est, ut dicitur, 1. Methodi, ca. 4. quia putredo fit in omnibus vasis magnis æqualiter (ea sunt, quæ inter inguina & alas consistunt) & replentur valde tota illa vasa putrescente humore: æquales vero sunt, aut increscentes aut decrescentes (9. Meth. cap. 3.) quia tantum exquisitè humoris inflamatur, quantum vapor transpirat, aut minus inflamatur, aut plus. Id vero fit sine accessionibus, aut amissionibus, quia humor putrescens non mouetur, sed quietus putrescit. Sed hærent hic commentatores, quòd Galen. inuenerit, febres omnes continuas ex bile fieri. Legunt enim omnes, febrium continuarum quæ ex bile ortum habent, atque proposita quæstione mille quæruni responsa, non satis consona. Fuchsius inquit Gale. appellasse omnes humores putrescentes bilem, eo quòd omnis etiam pituita putrescens degenerat in bilem quodammodo. Id dicit factum exemplo Hipp. 7. Aph. 32. ubi ita dicens, Febris non ex bile infusione aquæ curatur: omnes humores putrescentes, visus est appellare bilem. Sed utcumque Hipp. fuerit loquutus (fortasse enim illa sententia alium sensum tulerit) certè Gal. nunquam, saltem in hoc opere, ita bilis nomine vitur, ne in hoc ipso capite, sed ut bilis ab alijs humoribus differt: quare obscure prorsum loqueretur, quod ille solet cauere quàm maxime. Nos ergo hanc dubitationem effugimus, nihil aliud quam Gal. ipsius verba considerantes. Ille enim ita scripsit: τὸν δὲ *Quædam* οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς χολῆς ἀλλὰ ἐκ τῆς βίλης, id est, continuarum autem, aut inter continuas autem, ex flaua quidem bile duplex genus est, non itaque asserit omnem continuam febrem esse ex flaua bile, sed duplex illud genus continuarum ex bile. Sed rogabis, qua ratione dicit continentes nasci ex bile, cum ex solo sanguine fiat, aut si non ex eo solo, qua ratione possint ex bile fieri, possint etiam ex alijs humoribus. Hic respondet Leonhartus Fuchsius, quòd res ipsa habet, & quòd omnes, qui in illius dogmatis non nihil sunt assequuti intelligunt ex Gal. febres continentes ex sanguine fieri, aut putrescente aut non putrescente, & ita synochum esse duplicem, aliam sine putredine

redine alium cū putredine (nomine sanguinis intelligi debet aut sanguis solus aut omnes humores) verū eam febrem ex bile factam dicitur, quia ut dicitur secūdo de crisibus, quæ ex sanguinis putredine fit, iam quodammodo biliosa est: sicuti in naturalibus sermonibus iam monstratum est, quod sanguis ex moderato calore generatur, flava autem bilis ex maiore, atra verò ex sufficienter immodico. Quidquid igitur tenue & pingue in sanguine est, sit flava bilis: crassa verò ac veluti sex, quado immodicè calefactum exaruit, atra. Itaq; Gal. ad biliosarum genus vult referri synochos, alioqui ex putrescere sanguine consistentes. Quæ ratione sanguis possit putrescere, & febrem putridā facere, dicemus in enarratione noni capituli: modò illud vnū satis est dicere, continentes cum putredine, fieri putrescente sanguine, & esse in genere biliosarum. Verū illud oportet vt monstratur, continentes ex nullo alio humore fieri, quàm putrescente sanguine iuxta Gale. opinionem, & vt causas, quibus id soli sanguini contingit, dicamus. Inleđit enim mēti quorandam febres continentes fieri posse à sanguine putrescente, aut à bile, aut à salsa pituita, fortasse quoniam Hippo. atq; ad eò Gal. ipse 4. de ratione victus acutorum, ex his humoribus duo causi genera fieri dicunt. Atq; putant illi fortasse causum esse continētē febrem. Sed falluntur aperte, nam causus dicente eodem Gal. com. 17. 4. de ratione vict. acut. est febris quæ habet vrentem calorem & incompefcibilem sitim, proinde & biliosa, & quæ ex salsa pituita est febris, causus appellatur: habent tamen ambæ annotationes suis humoribus proportionatas: immo verò 2. de crisibus, ca. 6. exquisitam febrem ardentem, dicit esse proportionatam tertianæ exquisitæ. Itaq; tertiana continua est exquisitissimus causus: alter est, continua pituitosa ex pituita salsa. Continens quidem dici etiam potest causus, si illa accidentia habet: verum quanquam ardentissima febris est, id est multi & intentissimi caloris, mitiora habet illa accidentia. Sed vt intelligas Gal. febrem continētē non nisi ex sanguine fieri posse putasse, lege cap. 3. 9. libr. meth. vbi differēs de hac febre inquit, Alterum est vbi in omnibus vasis, ac potissimum maximis, æquabiliter succi putrescunt. Vides succos æquabiliter putrescere esse, sanguinē, vt sanguis de humoribus dicitur, putrescere: in eodem ca. paulo infra dicit, eas febres fieri in ijs qui plurimo abundant sanguine, & neq; toto eo lib. neq; alibi, quod sciam, alterius causæ meminit, continētis febris: cap. etiam 9. huius lib. docebit, ex putrescente sanguine pēdere eam febrem. Accedit quod si quæ febris posset esse continens ex bile, ea esset acutior, & malignior continua biliosa, quia


fieret ex eadem materia putabile, & ex maiori copia, quia ea repletet vasa omnia magna, vsq; adeò vt non posset in illis moueri: tamen Gal. eam continētē, quæ est generis deurentium, dicit esse biliosa continua minus acutam. 2. de cris. cap. 6. Non itaq; humor quisquam potest facere continētē febrem, præter sanguinem: atq; hiciple nonnunquam facit tertianas irritationes, cum scilicet non replet omnia magna vasa, sed in parte aliqua putrescit, vt cum in inflammata aliqua particula putrescit, vt dicitur ca. 12. 2. de cris. Verū cum sanguis adeò crescit, vt repleat vasa omnia magna, plerunq; putrescit, neq; expulsus de parte in partem, neq; extra venas, neq; motus in ipsis venis, sit quæ febris continens, quæ his ipsis rationibus, ex nullo alio humore fieri potest, quia nullus alius humor potest solus adeò redundare, vt faciat plethoram vt dicitur lib. de plenitudine à Gal. & proinde omnis alius cum putrescit, mouetur aut in venis ipsis, aut extra venas, facitq; proinde aut continuam cū annotationibus, aut intermittentem. Accedit dictis motionis causis, quod nullum aliū humorem putrescentem potest natura membrorum ferre, quin moueant, cōstantia expellere, præter sanguinem. Est enim hic omnium mitissimus. Itaque sunt febres continentes, aut ex sanguinis redundantia, aut putredine. Sed propro ad reliqua.

Continuarū autem duæ quidem primæ sunt differentis. Nam alia tertio solum die accessionem habent: alia verò etiam intermedio die alteram inferunt accessionem. Hæ igitur nullum proprium ac peculiare nomen obtinent. Eas autē quæ tertio quoque die accessiones habent, ego quidem nomine tertiana naturam referentes. Non tamen prohibeo si quis velit ipsis aliud imponere nomen, modò in rebus nihil discrepet. Alia enim est natura, quādo ad integritatem desinunt: alia quādo in declinationem febrilem finiūtur febres continua, tertio quoque die habentes accessionem. Et ad hæc alteram naturam est earum quæ intermedio die accessionem obtinent. Ceterum nullam ex ijs semitertianam appello, non tamen prohibeo ita nominare volentes, si id vnū mihi ab illis obseruetur, vt nulla species febris relinquatur, sed vt omnes ordine dicantur, quemadmodum ego in hoc libro institui. Nam continuarum quæ in die medio accessionem habent, quedam in quotidiane forma procedunt, duas in vicem simillimas accessiones efficientes: quedam verò duas dissimiles habentes. primæ quidem tertiam simillimam obtinent: secunde verò quartam, in forma duarum tertianarum procedentes. Hæ quidem ex bilioso magis, illa verò quæ singulis diebus simillimam accessionem obtinent, ex pituitosiori humore consistunt. Est verò tertium aliud genus continuarum febrium raro eueniens, vbi accessio in forma quartæ

rari circuitus procedit, nequaquam ad integritatem desinens. Fit autem, quemadmodum quæ tertio die accessionem habet, interdum est duplex & triplex: ita & hæc non solum duplex sed & triplex. Hi quidem febrium implexus: eius quæ de typis est, sunt contemplationis proprii.

Millsis iam continendis febribus, continuas diuidit, quanquam verò earum est triplex genus: triplici intermittentium generi proportione respondens, & materia & figura, cum sit tertiana continua ex bile, quotidiana continua ex pituita, quartana continua ex melancholia: ramen in primis duas tantum species esse dicit, biliosam scilicet & pituitosam: deinde his enarratis adijcit tertiam melancholicam, id verò factum est, quia duæ priores continuarum species frequenter accidunt, tertia hæc raro. Potest fieri biliosa quæ omnibus diebus habeat accessiones, siue intermittens sit siue continua, cum scilicet ea biliosa, duplex est tertiana, in hac verò quanquam omnibus diebus fiunt, non in omnibus fiunt similes, vt in quotidiana, sed tertijs diebus sibi respondentes, vt primæ tertie, secundæ quarta. Potest etiam melancholica, siue intermittens sit, siue continua, post duos dies accessionis, vnicum habere, aut intermissionis, aut remissionis, cum scilicet duplex quartana est: potest etiã

nullum diem habere sine accessione, facta triplex: sed in illis tunc quoque respondent sibi febres per quartos dies, primus quarto, secundus quinto. Tertianam etiam febrem dixit Galenus posse fieri triplicem, quod fortasse videbitur fieri non posse, cum inter accessiones tertianas, vnicus dies interiectus sit: veruntamen fieri potest, vt in vnicò die duas tertianas accessiones homo patiatur. Quare non solum iam triplex, sed quadruplex etiam tertiana forte fieri possit. Verum hæc tractationem de typis iam attinguntiam præter triplex febrium dictarum genus, sint quintanæ, & sextanæ, & septimanæ, quæq; per longiora intervalla moueantur, dicemus in fine huius libri, diximusq; satis late in quinto libro controuersiarum. Modò illud vnum dicimus, illas raro fieri, cumq; sicut ex eisdem prorsum materijs fieri cum alijs quas Galenus scripsit. Monet nullam dictarum febrium esse semitertianam: scilicet quæ dictæ sunt differentie omnes sunt simplices, semitertiana verò est febris composita, quod patebit paulo infra, dum eius natura declarabitur, propterea hic de ea dicemus nihil. Verum nominum usurpationem non curat Galenus: illud vnum expetit à nobis vt omnes differentie, nulla missa ordine recensentur. Quas proinde scripsimus in hoc Schemate.



Compositæ sunt ex harum commixtione, de quibus in sequentibus dicitur, & in libello de typis dictum est multo copiosius,

vbi Galenus, omnes qui ex dictis modo febrium figuris fieri possunt, complexus est numeravit.

CAPVT

C. A. P. III.

Febrium autem simplicium, ex humoribus accensarum, vniuersa differētia, tot numero sunt, quot modo dicta sunt: ex earum ante permixtionē alia quadam sunt, de quibus statim dicam. prius quidem de simplicibus quod reliquum est apponēs, ut quaecunq; exacte simplex febris fuerit, vnam speciem veluti regulam quadam obtineat, eorum quae nunc a nobis modo dicuntur, quae autē, verò ab hac degenerauerit aliquatenus, ceterum recedit a simplicibus.

Dixerat paulo ante, febrem quancunq; cognosci debere ab artifice, nō aliunde quam ex propria forma, proinde modo singularum febrium simplicium per se mentionem facere incipiens, proprias illarum formas describit. Reperitur verò propria forma in genere quocunq; in ea febre quae in eo genere est exquisita: nam febris notha, quod propriae formae febris minus habet, eo ab exquisita recedit plus. Ergo proinde Galen. in vno quoq; dictarum febrium genere, exquisitam describit, ut illa semel cognita, ab ea desectentem cognoscamus. Est verò (ne illud impresentiarū omittam) febris exquisita, quae ex sincero soloq; humore pendet, tertiana quae ex bile, quotidiana quae ex pituita, quartana quae ex melancholia non exquisita est febris: quae ex illo humore cum alio permixto, ut tertiana non exquisita ex bile cū qua putrescit, etiā aliquid pituitae. Neq; tamē proinde merito quisquā dicat, febrē non exquisitam esse cōpositam, q. ex duobus humorib. fiat. non enim id satis est ad cōpositā, nisi duos motus etiam faciant, ut in semitertiana humor biliosus mouetur per se, & pituitosus etiam tamen in tertiana spuria vnus sit motus biliosus, ratione vincētis humoris, sed in forma ab exquisito euarians, est nihilominus typus simplex.

Febris autem, quae ex flaua bile per sensibilia corpora delata procreatur, inuadit cum rigore atq; aestuosa est, & bilis vomitibus, vel deiectionib. vel exsudationibus, vel quibusdā horum, vel omnibus simul soluitur huius febris accessionis longitudo, quae maxima est, horarum æquinoctialium duodecim existit, atq; appellamus eam exquisitam tertianam: in temperamento laborantis bilioso, ac tempore, & regione, & constitutione, & victu calido & sicco, consistentem. Dicta autem sunt, & omnia alia paulo ante, quae ad eius generationem conferunt. Breuior autem magis ex parte ea quae dicta est longitudine accessio existit, per quam multam maiorem ac minoris obtinens differentiam, vel propter quantitatem & qualitatem ipsius bilis, vel propter ægri vires, vel propter eum qui tunc laboranti inest affectum. Bilis enim copiosior longiorem quam pauca efficit accessionem, tenuis verò quam crassa breuiorem. Sic verò & sacculus, quae validior est, bre-

uiorem, imbecillior autem, longiorem: & corporis affectus, rarus quidem breuiorem, densus verò longiorem: tempus autē intermissionis in tali febre, omnino obscurum habet signum, putredinis humorū, in pulsu, sequenti die aut nocte post paroxysmum: cum autem leuiter succenditur, obscure habet cognoscibile, primis enim quae sequitur diei aut noctis partibus, manifestius verò circa fines eiusdem diei accessus, adhuc autem clarius circa fines diei aut noctis, quae precedit diem aut noctē accessionis. In ea verò ipsa perspicuum est inditum, multoq; magis ubi iam inuadit accessio, ac multo magis quando ad vigorem conscendit, in eo autem minus quam in incremento: & rursus, multo minus in inclinatione. Hanc febrem si volueris nominare exquisitam tertianam, sin minus saltem nobis concede ita nominare, causa clarioris doctrinae.

Tertianae febris exquisitae haec sunt signa. Ne tamen intellige, ut exquisita febris tertiana sit, opus esse ut haec omnia conueniant, nam neq; omnes sunt exquisitae tales, sed aliae sunt exquisitiores, aliae minus exquisitae, & ut exquisita sit ut mox diximus. Satis est, si ex sola bile fiat, non tamen si sola bilis putrescit, statim sit in aestiuo tempore, neq; statim ægrotus est temperamento bilioso: in hyeme enim potest fieri exquisita tertiana, aut in aestate in homine pituitoso, quāquam significabit tunc maiorem causam, quam si in aestate & bilioso homine esset facta. Haec ergo omnia quae in hoc capite recententur, & alia omnia quae ad bilis faciunt productionem, ad febris tertianae exquisitae generationem conferunt, quae omnia ad exquisitissimam concurrunt, ad exquisitam tantum pleraq; aut maxime praecipua. Ex ijs quae de rigore paulo ante diximus, satis manifesta est causa, cur tertiana inuadit cum rigore. Quod vacuatione aliqua bilis soluat febris, satis est rationi consentaneum. Verum ego in ipso rigore harum febrium, cum exquisitae sunt, obseruari frequentius fieri vomitum, aut bilis deiectionem, in fine paroxysmi sudorem. Horae æquinoctiales sunt horologiales, scilicet vulgares horae, quarum viginti quatuor complent diem naturalem. Dictae sunt quantum opinor æquinoctiales, quod per æquinoctia sint haec ipsae horae naturales. Scilicet illarum quaelibet per id tempus, est duodecima pars diei artificialis. Harum duodecim est tempus maximum paroxysmi febris tertianae exquisitae: possunt tamen breuiori tempore fieri. Breuissimum finem statuit, id est de arte curat. ad Glau. septem horarū. Itaq; illarum duratio est à 7. ad 12. horas. Intellige haec (ut oportet terminos ex arte constitutos) plus minusve. Ars enim nihil habet summè exactū: non enim statim si per tredecim horas durauit, aut multo minus si per solas sex, non est tertiana exquisita. Sed

quoniam hæc omnia manifesta satis sunt, re-
liqua contemplerur. Vbi nos vertimus, Té-
pus auté intermissionis in tali febre, in pul-
su putredinis humoris inditium omnino ha-
bet obscurum, die aut nocte quæ accessio-
nem sequitur. Alij vertūt omnino incogno-
scibile, quibus Græca dictio videtur fauere,
habet enim *παραπικρὴ ἀδύγνωστον*: tamen e-
go dictione illa *ἀδύγνωστον* non tantum intel-
ligo significari quod incognoscibile est, sed
etiam quod difficile cognoscitur, ut nomen
ἀδύγνωστον non tantum significat quod fieri nō
potest, sed & quod difficile fit. Nam in pulsu
duo inquit Galenus esse signa putredinis,
primum celeritatem constrictionis, quam in
1. libr. propriam & inseparabilem esse dixit
putridæ febrī, & inæqualitatem, quam ille
multis in locis appellat febrilem, cuius ego
superius memini: ea est inæqualitas in ea-
dem dilatione in eadem parte secundum di-
uersas partes spacij & temporis, quod scilicet
principium & finis dilationis, partes sunt
celeriores media. Cum itaque duo hæc sint
putredinis in pulsu inditia. 1. de arte curati-
ua ad Glauconem cap. 5. dixit in tertiana (e-
rat illic sermo de exquisita) quiescente ho-
mine à febre relinqui in pulsu febrilem inæ-
qualitatem: & in 2. cap. eiusdem lib. nega-
uit pulsum per intermissionem febris, com-
parare naturales differentias in tertiana: id
dixit his verbis. Nam arteriarum motus in
hoc (loquebatur de diariarū genere) in totū
assimilatur huic, qui in sanis deprehēditur,
cum in nulla alia febre ad naturalem habitū
reuertatur, neq; si multum tēporis inter pri-
mæ accessiois finem, & secundæ principiū
intercedat, quemadmodum in tertianis at-
que quartanis. Hæc Gal. qui proculdubid, si
modo diceret nullam penitus quod cogno-
sci possit signum putredinis in pulsu relin-
qui in intermissione tertianæ exquisitæ,
contraria protulisset: tamen quantum ego
intelligo non id dicit, sed signum putredinis
quod in pulsu remanet sedata febre tertiana
in prima parte intermissionis penitus esse
obscurum id difficillimè cognosci in 2. part.
aliquanto manifestius, sed nondum adeo
quam in tertia, mea inquam quæ iam futuræ
accessiois proxima est. Itaq; manet per totā
intermissionem inditium aliquod putredi-
nis in pulsu, quod eo est obscurius, quo à fu-
tura iterum accessione longius abest, de tem-
poribus, ipsius paroxysmi dictum in 1. li. est,
signum putredinis in pulsu apparere maxi-
mè in augmento, minus in principio, minus
etiam in vigore, minimè in inclinatione: mo-
do illud satis liquit, euidentius esse id signū
in tēpore paroxysmi, in quo minimè appa-
ret, quam in tēpore intermissionis, in quo
est euidentissimū, nihilominus in omni tem-
pore, & paroxysmi & intermissiois, aliquid

putredinis inditium in pulsu apparere. Unde
satis liquet reuera nunquā solui febrem ali-
quam, quantumuis intermittens sit, vsq; dum
cellat totus morbus, quare constat etiā aliquid
in venis ægotantium computrescere semper,
etli paroxysmi à bile effusa extra vasa fiant,
non est ergo quod amplius certent medici
de mod, o quo in tertiana exquisita septē pa-
roxysmi vnicus est morbus, ac nō potius se-
ptem, neq; est quod imaginentur vnitatem
illam causæ antecedentis, quam inuenerunt
barbari autores, quā & febribus intermittē-
tibus & morbis habentibus recidiuā accō-
modant, illam vnitatem sufficere putantes,
quo etli in essentia vnicus morbus non sit,
tamen quod ad considerationem medicam
attinet, & computationem dierum cretico-
rum, vnicus sit. Nam vt diximus, febres om-
nes re vera continuæ sunt, aut cum paroxif-
mis, aut cum annotationib. aut sine vtrifq;
Veniunt tamen quæ cū paroxifmi fiunt, quia
extra vasa fusā maxima parte expurgatur ve-
næ, ad tantā remissionem, aut etiā dicatur à
nobis intermissio, cum nimis diligēs sermo
est intēpestiuus. Cæterum vt probabiliter &
verè, ac citra sophismata dicatur, vnica ratio
est vnici morbi, cum vnicus in sua essentia
est, continuusq; secundū totum tēpus. Sed
de hac re satis disputatū est in libro 10. Cont.
medicarum. Qui eorum quæ modo dicuntur
optat confirmationem, legat caput de cōpu-
tatione dierum creticorum in recidiuis.

CAP. IV.

Est vero altera exquisita simplex febris ex pi-
uita putrida, per sentietia corpora à natura
pulsa, consistens. Incipit quidem à refrigeratione
partium extremarum, ac horrore magis quam rigo-
re, difficulter autem accenditur, longumq; obinet
incrementum, donec ad vigorem peruenit. Quoniā
humor ex quo consistit, temperamento frigidus &
humidus est: & consistentia lentus. Quapropter dif-
ficulter accenditur, ac tarde meat. & sæpenamero
in meatibus hæret: ac premit quidem interdū gra-
uatq; facultatem, inæuales autem ac magis debiles
paruosq; efficit pulsus, in inuasionibus, & primo
incrementis. Fiunt utiq; & in biliosa febre, in acces-
sionū inuasionibus singula iam dicta circa pulsum
symptomata. Sed in illa statim sedantur, cum alia,
cum etiam inæqualitas qua magna ex parte, neq;
cum his febribus simul inuadit. Calor verò non mul-
tò postquam cessauerit rigor, accenditur splendens,
quem admodum ignis quidam exquisite purus, in-
quo nulla fumosa caligo inuehitur. Calorem autē
pituitosi humoris assimilaueris igni fumoso, vividū
lignorum accensorū. Vacuationes igitur in eo pau-
ca, & longitudo accessiois diuturnior fit, rempūq;
intermissionis, haud similiter ac in prima febre pu-
rum, sed semper putredinis humoris, tum in calore
tum in pulsu, inditium seruat. Manifestissimum ve-
rò in hac febre circa inuasiones & incrementa ac-
cessio-

cessionum, putredinis inditium est. Attamen & hæc
 res exquisita fuerit, multo puram intermissionem
 habere videtur, & nos ipsi ita quoque non raro dici-
 mus, ubi nimium exquisitus sermo intempestivus
 videtur. Accidat vero natura corporis, tempori regi-
 oni, constitutioni, studio, victui & omnibus alijs pi-
 tuosis singulis vero diebus accessiones habet, est
 minus calida sit, quam biliosa tertiana: sed consen-
 saneum est hanc quidem quam humorem habeat
 accessu facile, & promptè semper ob tenuitatem,
 quidquid eius seruesactum est, per accessionem ex-
 purgatur vniuersum, ad integritatem quandam pu-
 rioris desinere, & exiguum post accessionem se-
 men putridi caloris in his rebus iuere. Eam vero qua
 ex pituita consistit, nec integrè purgari in accessio-
 nam inclinationibus, nec exiguum quod veluti suc-
 cendatur, relinqui. Hinc igitur ei intermissio mul-
 to deterior, & secunda accessio inuasio maturior.

Omnia quæ in hoc cap. dicuntur sunt a-
 perta fati, illud vnum perpèdendum
 est, quod inquit, inæquales ac magis debiles
 paruosque efficit pulsus in inuasionibus, &
 primis incrementis. Nam Gal. ipse lib. de ty-
 pis ca. 3. ait, quotidianum typum sequitur pul-
 sus magnus rarus & laxus. Quod nos in 3. li.
 Contr. de puls. inuasionum dici intelligimus,
 idque respectu aliarum febrium: scilicet in prin-
 cipio quartanæ & tertianæ, minores sunt
 pulsus, quam in principijs quotidianæ: qua
 ergo ratione modo dicit, quotidianæ esse li-
 gnum, pulsus paruum in inuasionibus, an
 propterea addidit, & incrementis? scilicet in
 principijs tertianarum minores pulsus sunt,
 quia & rigor maior, sed non durat paruitas
 pulsus per incrementum, atque in hunc sensum
 addita sunt sequentia illa capituli verba, sunt
 vni; in biliosa febre accessionum inuasioni-
 bus singulari iam dicta, circa pulsus sympto-
 mata, sed in illa statim sedantur. Quod inæ-
 quales sunt pulsus ex pituita putrescente, mul-
 to magis quam ex alio quopiam humore, me-
 rito sit. Nam inæqualitatem illam quam fe-
 bilem diximus, hæc gratia multi sumi putri-
 di, qui ex ea eleuatur ut ex viridibus lignis
 habebit maiorem, aliam etiam secundum di-
 versas arterie partes emollicis, alijs partibus
 à pituita plus, alijs minus: insuper collecti-
 uam, grauata facultate: qua ratione etiam fa-
 ciet pulsus debiles, sed melius fuerit, arbitror,
 quando signa omnia alia apertissimè di-
 xit Gal. & solum hoc quod ex pulsu sumitur,
 obscurius aliquanto, ut nos ex alijs locis in
 hunc breuissimè transferamus. In febrium
 accessionibus (ita voco paroxysmorum prin-
 cipia) minimus pulsus est quartanæ: Minime
 paruus quotidianæ, mediocriter paruus ter-
 tianæ: sunt tamen parui omnibus. Hoc doce-
 tur a Gal. libello de typis, cuius libelli com-
 mentaria fortasse huic libro adiunge nus. Ve-
 rum addamus modo vteriora, Paruitas illa

A pulsus in tertiana nihil occupat incrementi,
 sed statim commutatur cum magnitudine: in
 tertiana attingit bonam augmenti partem:
 in quartana nequam cito increfcit quam in
 tertiana, neque tam sero quam in quotidiana.
 Verum succensus iam multum febribus, in ma-
 gnitudine celeritate & crebriitate ita haberi:
 pulsus tertianarum reliquos omnes tribus
 differentijs vincunt reliqui in celeritate sunt
 æquales, in raritate pulsus quotidianarum
 sunt medium tenentes: quartanarum, mini-
 mè crebri, docet hæc Galen. 1. de arte cur. ad
 Glau. ca. 7. Quod ad signa putredinis impul-
 su attinet, inæqualitatem in quam febilem,
 & constrictionis celeritatem, maxima sunt
 in quotidiana, minima in tertiana, mediocria
 in quartana, idque per omnia tempora parti-
 cularia paroxysmorum.

CAP. V.

Tertium verò intermittentium febrium genus
 exquisita quartana existit, quando ex solo me-
 lancholico humore generatur, qui temperamento
 frigidus & siccus est. Paulatim quidem succendi-
 tur, quemadmodum lapis quidam, vel testa, vel os,
 vel aliud quodpiam sic frigidum, & sic cum corpus
 vbi verò quadam ex eo flamma accensa fuerit, ni-
 hil fumosum, nec semisum in accessione relinquit
 atque idcirco plures in hoc humore, quam pituito-
 so, sunt vacationes, ac intermissio exquisitè pu-
 ra videtur esse, eo quod hic omne id humoris melan-
 cholici, quod est accensum, vacuatur atque dis-
 curritur. Eam verò ob rem accidit illis rigor, qua-
 lis maxime his qui vehementi frigore sunt refrige-
 rati, non qualis interdum sit à sole perustus, aut
 lesis, aut ex medicamentis calidis & mordacibus,
 vlceri adhibitis. Necessè autem est hanc febrem
 antecessisse, quacunque atram bilem coarctant
 in vita studijs, victu, constitutione aeris, tempore
 & regione: præterea naturam & aetatem esse
 melancholicam. Huius autem febrius accessio lon-
 gitudine temporis tertianæ similis est, nonnun-
 quam etiam longior, etiamsi adhuc exquisita
 manet, ut qua ex frigidiori humore consistit. Cau-
 sa verò similis est in huiusmodi febribus, & alijs
 omnibus, qua differentiam longitudinis accessio-
 num efficit quemadmodum paulo ante in exquisi-
 tis dictum est, tertianis, in multitudine & qua-
 litate humoris, robore & imbecillitate facultatis,
 ad hæc in ipso ægrotantium affectu differentiam
 obtinens.

Splendidior ignis sit ex substantia crassa fri-
 gida & sicca, quæ ex crassa, frigida & hu-
 midam non tamen tam splendens, quam ex
 tenui & calida & sicca. Proinde per febrem
 quartanam maiora putredinis signa sunt, quæ
 in tertiana, sed minora quam in quotidiana.
 Intermissio etiam, et si non tam pura quam
 in tertiana, purior quam in quotidiana est,
 Nam

Nam cinis qui ex melancholia restat, neq; fuliginosus neq; semiustus est. Tarditatem sequentis paroxysmi paucitas melancholici humoris, & hoc ipsum quod de puritate intermissionis dicimus, facit. Longitudo vero paroxysmi in quartana & tertiana æqualis est, quia ratione paucitatis humoris deberet esse in quartana minor, ratione crassitiei maior, ambobus coëuntibus, sit æqualis. Quamquam sæpe longior est in quartana, gratia frigiditatis, quæ dictis causis accedit, idq; accidit, etsi quartana sit exquisita, id est ex sola melancholia. Quod rigor quartanæ sit quasi ex re frigida factus, tertianæ quasi ex calida, dictum paulo antè est in 1. cap. huius secundi sermonis, quæ natura gratia suæ temperaturæ sit melancholica, dictum est in 7. cap. 1. lib. quia est modicè calida, & valde sicca est ætas consistens melancholica, nimirum calor iuuenilis iam deferuet, & siccitas augetur: senectus verò quanquam siccior est, tamè quia est frigida esse pituitosa, ut hinc rursus constet, verissimum est, quod diximus illo in loco de melancholica natura.

Nam & alia omnia proportione respondent ijs, quæ ex humore bilioso consistunt: quocirca si neq; putrescat, neq; vehementer per sentientia corpora feratur melancholicus humor, nequaquam quadriduani exquisitum circuitum efficiet. Et quidem ictericis malis proportione quadam ex liene imbecillitates diuturna melancholica, & totius corporis sordiditatem coloris afferentes, sunt. Præterea herpetibus ac erysipelatibus, quæ ex flaua bile consistunt, canceri & phagedæne proportione respondet. Sed neq; in his neq; melancholicis malis, necessario febricitant, nisi prius melancholicus humor putrescat. Natura enim semper suis viribus vitæ nititur, partibus ijs quæ aluntur assimilare, quidquid fieri vitæ potest, excernere autem, id quod minime tale est, quod si interdum ob crassitiam aut copiam, aut lentorem excrementi, aut quandam viarum stipitationem, aut propter suam imbecillitatem, totum quod deprauatum est, excernere nequeat, necesse est, ut si diutius in animalis corpore immoretur, corrumpatur. Nullus enim alius humor, qualis ab initio existit, permanere potest, nedum qui aded vitiosus est, ut à natura cultum amplius suscipere non possit, sed aut concoctus assimilatur atq; apponitur solidis animalis partibus, aut corrumpitur & putrescit. Sic enim ictericis ac melancholicis, ubi biliosi humores, redundantes in corpore, plurimo tempore manserint, febres superueniunt. Sæpe etiam affectus iecoris aut lienis febrem attulit, quando vel phlegmone, vel obstructio prædicta pathemata efficit. Pari ratione, nec ubi pituitosus humor redundat, febris sequitur, nisi prius putrescat.

Quod in primis verbis huius secundi libri pollicitus est Galenus, præstat modo, docet enim, quam aliam causam neces-

se sit concurrere cum humore, quo febris fiat (non enim sufficere ut redundet, monstratum in principio libri huius est) addit ergo modò, opus esse ut putrescat, idq; monstrat multorum affectuum exemplo, in quibus redundat aliquis humor, plus etiam quàm in alijs qui febricitant, cum tamen illi sine febre sint, quibus superueniente putredine febris quoque statim superuenit. Nimirum qui ictero laborant, multa abundant bile in toto corporis habitu, qui tamen sine febre sæpe sunt: cum scilicet is affectus sit ex obstructione aliqua, aut causa alia quavis sine putredine, sæpe verò febre afficiuntur, cum ex inflammatione epatis sit morbus ille, aut causa alia quacunque putrefaciente. Qui erysipelate etiam aut herpete laborant, bilis redundantiam habent in parte affecta. Ex melancholia etiam fiunt mala alia proportione respondentia dictis. Nimirum morbo regio auriginosa, proportione respondet morbus regius niger, qui ex debilitate lienis, aut obstructione fieri solet: erysipelati cancer: herpeti phagedæna. Sed in nullis horum affectuum febricitant homines, nisi prius humores putrescant. Neque est quod suspicionem ubi pariat, quod Galenus dicit, posse cancerum & phagedænam sine febre fieri. Nam cancer, dicente eodem libro de tumoribus præter naturam, capitulo quinto, sit ex atra bile non feruescente, sed acri & acida, qua qualitate etiam sine feruore potest exesionem membri, quæ vere phagedæna est, facere. Ex alijs affectibus intelligas facile, atram bilem sine febre posse corruptionem multam parere. Didicisti enim ex eodem Galen. ferina deliramenta ab atra bile fieri, & plerunque sine febre consistere, cum tamen atra bilis cerebrum afficiat, membrum adeo princeps & cum quo cor tam prompte compatitur. Itaque colligit Galen. opus esse, quo ex humore aliquo (intellige extra sanguinem. Nam hunc solo calore & copia febrem facere, ex eiusdem Galen. sententia, paulo ante diximus) febris fiat, ut putrescat. Sed est quod nos moneamus hic rursus, quod in primo libro etiam monuimus, & in quinto libro Controuersiarum confirmauimus, nomine putrefactionis intelligi debere & vstionem. Vstio enim saltem flauæ bilis, sine putrefactione aliqua potest febrem parere. Quid inter sit inter vstionem & putrefactionem, in commentarijs quarti libri Meteororum Aristotelis diximus. Modo illud vnum dicimus, vstionem & putrefactionem potissimum in substantijs humidis, similes esse passionibus, & similia afferre symptomata, pinde ambo sub vno nomine putredinis à medicis hac in parte dici, non aliter ac medicamenta vrentia appellantur, plerumque putrefa-

res facientia, quod Galipse notat. 5. de simp. A
medicament. facul. ca. 14. sed quoniam hoc
in dicto lib. Controversiarum confirmatum
fatis est, prætereo modò.

In hoc autem, id quod antiquis existimatum est
impossibile esse, sepe numero visum est. Est autem id
sine febre rigor, qui nonnullis quidem semel acci-
dit, nonnullis verò per circuitum pluribus diebus, vel
continuis ab initio vsq; ad finem, vel omnino ita
mediocris, ut nequaquam esse videatur, quando
quiescunt, sed solum vbi moueri ceperint, sentia-
tur: aut etiam maior, ut etiam sine motu infestet.
Verum quando talis humor spatio temporis putru-
erit, non rigore solum corripuntur, sed etiam febre
citant, & diuturna admodum, & solutu difficilis
febris, tales sequitur causas, in quotidiana forma
procedens.

M Vitis in locis Gal. dicit Hippocratem &
reliquos antiquos nunquam vidisse ri-
gorem sine febre, neq; omnino in illorum
temporibus contigisse causa frugalitatis &
parsimonie hominum, ceterum res semper
visa mihi est suspecta. Nam quantum conij-
cio, falsum est hoc malum ab Hippoc. tem-
pore affuisse, coniecturæ causas reddidi in 5.
lib. Controversiarum, & in commentariolo
de inæquali intemperie, modò taceo, & quia
dictæ illic sunt, & quia ad præsentem doctri-
nam nihil refert, viderit ne talem rigorem
Hippocrates an non, causa certe illius est,
delatio crudorum succorum per membra
sentientia, qui nõ putrescunt. Duplex enim
est causa qua fieri potest, ut qui riget non ar-
deat: deinde, aut quod tam extremè debile
iam est calidum innatum, ut non possit pro-
dure ad membra (hi casus accidere solent in
febris, cum ægrotus iam est prope mor-
tem, quos rigores vocat Hippocrates 2. pror-
thetic. non recalciscentes) aut omnino citra
febre, quia humor crudus motus per mē-
bra non putrescit. Hunc rigorem negat Gal-
len. vidisse Hippocratem, & de hoc est præ-
sens sermo.

CAP. VI.

E X hoc genere est etiam epyalos proprie noma-
ta febris, quando simul febricitant ac rigent,
& vtrung; eodem tempore in quavis parte sentiunt.
Archigenes sane existimat de nulla alia nomen e-
pyalon efferi, quam de vna hac febre: videntur au-
tem Attici quidam viri, rigorem ante febre ita
nominare, Praxagoras verò videtur mihi vitreum
appellare talem humorem: iuniores autem e qui-
bus Philippus est, crudum simpliciter, nullum ad ex-
quisitam distinctionem nomen adijcentes. Est verò
& ipse pituitosi humoris species, ut qui admodum
frigidus & lerus existat. Quisquis enim humidus si-
mul & frigidus fuerit humor, sub pituitæ appella-
tionem reducitur, si quis Hippocraticè, & consueto

omnibus, non solum veteribus, sed & alijs Græcis,
more, nominare velit. Prodicus enim lib. de natu-
ra humana, iniquè & contra leges agit circa hoc
vocabulum, ab admiranda etymologia persuasus.
Sed non est presentis temporis ad huiusmodi ser-
monem desistere, quum aliam ipsis tractationem
dicauerimus.

E X eadem materia fit febris epyala, &
symptoma, de quo paulo ante est dictu,
rigor inquam sine febre, puta ex crudis suc-
cis. Nominis huius hepyalos, duas etymo-
logias inuenies apud Paulum libro secun-
do, capite vigesimo sexto. dicitur enim in-
quit, aut ab ἠπείω, id est tranquillum & ἄλς,
ἄλς, id est, mare, quod similis sit tranquillo
mari, incipienti æstuarè: aut dicitur ab ἠπείω
ἀλεγεινῶν, id est calefacere, quia tranquille ca-
faciat, gratia videlicet admistæ refrigeratio-
nis. Sed deriuetur nomen vnde lubet, nobis
enim in rebus ipsis elaborandum est. Inter
antiquos medicos quidam Attici nomen
hoc dixerunt, non de ea solum febre in qua
ægrotus simul riget & febricitat, sed etiam
de rigore qui præcedit febre. Verum Gal-
lenus hunc non appellat epyalon, sed solam
illam quam modo dixi febre, in qua (in-
quit) simul febricitant, & rigent, ut vtrum-
que eodem tempore in quavis corporis par-
te sentiunt. Quibus verbis manifestè vide-
tur significari (quod plerique intelligunt)
easdem exacte corporis particulas ambo
sentire. Tamen Galenus ipse aliter sentit, sci-
licet frigus & calorem secundum diuersas
corporis particulas sentiri, sed eas tam mi-
nimas, ut sint insensibiles, & proinde om-
nes sensibiles partes videri sentire ambo.
Quod luce clariùs explicat Galenus ipse li-
bro de inæquali intemperie capit. decimo,
his verbis: In febris autem hepyalis, tum
intus & secundum paruas, & propter hoc
totum corpus videtur ambo sentire, quippe
minimis portionibus aspersum est tum ca-
lidum, tum frigidum, neque est aliquam e-
ius partem accipere, in qua non alterutrum
fit. Sed cum hunc locum enarraremus in cõ-
mentariolo, quod in illum libellum scripsi-
mus, diximus omnino fieri non posse, ut
duæ hæ qualitates, calor inquam & frigus,
ab eadem corporis particula sentiantur, &
fusus confirmauimus in 1. lib. controversia-
rum. Nam quod Leonhartus Fuchsius in
hoc loco inquit, nihil esse incommodi fi-
eri in eadem parte calorem & frigus in re-
missis gradibus, in primo cap. illius cõmen-
tarioli satis refutauimus, monstrantes mul-
to aliud esse (hoc oportuit Fuchsium intelli-
gere) contrarias qualitates esse in eadem parte
simul, aut fieri in eadem parte simul. Nam
esse quidem possunt remissis gradibus,
sed fieri simul nullo modo possunt. Iam

verg

verò illud quod alij afferunt, scilicet in lypiria sentiri simul frigus & calorem, non per ipsas qualitates, sed per earum species quæ contrariæ non sunt, etsi probabilius est, tamen ne hoc quidem est verum. Nā primum omnium monstratum est in secundo. Controuers lib. nullas esse tales species: sed si aliquæ tales sunt (ne modo monstraciones repetamus) illæ ipsæ vt sunt repræsentatiuæ qualitatum, ita sunt earundem generatiuæ. Nam experimēto sentimus, nos semper cū calorem sentimus, calefieri: cū frigus, refrigerari. Neq; aliqua alia ratione sentimus nos calefieri, quàm quòd sentimus calorem. Ergo quum primū illæ species incipient referre calorem, generabunt & quum primū nertius incipiet sentire calorem, incipiet calefieri, quare neque per ficticias has species possunt effugere cōtrarios motus. Superest ergo illa vniū capitis huius interpretatio, vt vniq; calorem nēpe & frigus, eodem tempore in quavis corporis parte (intellige sensibili) sentire. Etrauit ergo manifeste Auicēna, qui sen. prima quarti ita scripsit de febre epyala: Febris hæc fit ex phlegmate vitreo, sicut est comprehensum in occulto & profundo, quod inrefrigidatur vbi est: verum ipsi accidit iam putredo, quare spargitur ex eo vapor eius: quod cum putrit & dispartitur, inflammatur in exterioribus, & illud quod non est putrefactum, refrigeratur in interioribus. Nam his verbis Auicēna docet epyalam esse lypiriæ contrariam, in qua exteriora calent, & interiora frigēt. Tamen Galenus nullius talis febris meminit, neq; verisimile est, quod de illius causa affert. Nam vitrea pituita potius putrescet in interioribus quam in exterioribus, quia interior est copiosior calor. Nunquam ergo ex putredine fiet id symptoma, puta interiorum frigus cū externorum calore. Succum quem Praxagoras appellabat vitreum, Philippus appellabat simpliciter crudum succum: tamen constat hunc non esse eam qui à Gal. succus crudus appellatur. Nam hunc describens lib. 4. de Tuenda val. cap. 4. inquit, esse album & crassum, & frigidum, & humidum: diuersum à vitrea pituita, quia non est vt illa lentus. Hæc eadem inuenies 1. de Alimen. fac. cap. 2. Sub hoc genere succorum crudorum comprehenduntur succi quidem coctionē effugientes, qui verè pituita non sunt, cuiusmodi contentū in vrina sanorum, & quicumque succi in crudis tuberculis solent conspici, qui tamen omnes possunt ad pituitæ genus reduci, quia frigidi sunt & albi. Quamquam Prodicus quidem nomen pituitæ ad bilem transtulit, deceptus etymologia, quia Græcè *πλεγμα* idem est quod vltio, aut ardor, *πρὸ τῆς πλεγμῆς*. reprehendit hunc Prodicum Galen. lib. 8. de placitis, & 2. de nat. fac. quasi

A male vtentem nomine pituitæ. Irridet verò hic etymologiam: non quòd illa non sit vera nominis deriuatio (non enim aliunde deriuari potest) sed quòd etymologia deceptus est Prodicus, quam tamen non oportuit curare, sed rem ipsam cognoscere, cui id nomen à medicis datur, siue nomen illi congrueret, siue non. Nam quātum ego opinor, ex falsa aliqua opinione nomen illud profectum est. Fortassis qui primum omnium nomen id inuenere, putarunt (quod & Plato sentit in dialogo de natura) illum humorem ex vltione & colliuatione fieri: posteri verò quanquam rem aliter habere intelligerent, nomen (vt pote nomina nihil curantes) non mutarunt. Nam quod ab alijs dicitur *πλεγμα* dici à *πλεγμαίνω*, id est tumeo, quia tumidus & flatuolus humor est: ego probarem, si id grammatice lex ferret, tamen non fert. Nam constat nomen hoc *πλεγμα* ex paracimeni passiuī prima persona formari. Verte ergo contra, *μα* in *με*, & fiet *πλεγμα*, addito augmento *π* fiet *πλεγμα*, quod venit à verbo *πλεγω*. Nam à *πλεγμαίνω* fiet *πλεγμαίνω*, non *πλεγμα*. Sed in præscripta dictione nihil iam est obscurum.

Rursus igitur ad institutum veniamus. Quisquis in corpore humor, frigidus & humidus fuerit, hunc nos appellamus pituitam: tu verò si libet scindapsus nominato. Adde sanè nulla mihi vocabulorum cura est. At scias huius humoris plures esse differentias. Nam vna quidem eius species admodum frigida est, adde vt maximos dolores, vbi in loco calido impacta fuerit, excitet. Et sæpenumero multos dolores eorum qui colici vocantur, hoc humore accri clysteri vacuato, statim sedatos videre licet. Hic autem humor vitro fuso aspectui similis apparet. Altera verò pituita species, quam excreantes sæpe quidem expuunt, sensilem obtinet dulcedinem, atque liquet eam exquisitè frigidam esse non posse: eorum qua in libris de simplicium medicamentorum facultate demonstrauimus, recordamur. Est præterea tertia pituita species, qua expuentibus acida esse videtur, ac minus quàm vitrea, magis verò quàm dulcis frigida, quemadmodum altera salisa est, aut propter putredinem, aut propter salserosa humiditatis permixtionem, ex qua sane febricitantes non rigent, sed duntaxat horrent, inuadente accessione. Accida verò & vitrea si moueantur, per sentientia corpora permeans, rigorem sine febre infert. Quod si mediocri aliqua ipsis putredo affuerit, epyalam efficit febrem. Sin plus putrescat, rigor quidem præcedit, febris verò sequitur, frigore à multitudine caloris deuictō, ita vt nullo modo per incrementa & vigores accessionum, appareant. At vitrea pituita, forsitan etiam acida qualitatis percipiens est, ita vt omnes eius differentie tres existant, acida, dulcis, & salisa. ex pituita verò dulci putrescente, rigor febrem minimè antecedit.

Pituitæ

Pituitæ nomen in latiori acceptione de omni frigido & humido succo dicitur: ceterum cum nomen strictius accipitur, multi humores qui alioqui frigidi & humidi sunt, à ratione pituitæ excluduntur, & dicuntur propriis nominibus, cuiusmodi succus crudus est, quæ paulo ante descripsimus, & mucus quæ. de fac. nat. cap. vltimo negat Gale. pituitam esse. Modo non recenset species oēs pituitæ, vt nomen patet latitissime, sed vt dicitur tantum, de iis succis frigidis & humidis, qui in officinis coctionum generantur, & per venas deferri solent: ex horum liquidè putredine solent febres principium ducere. Quamquam neq; in hac strictiori significatione, putret aliquis dictas esse ab eo oēs species. Nam hic dicit pituitæ esse quatuor species, vitreâ, acidâ, salisam, & dulcem: lib. 7. de alimēt. fac. cap. 7. dicit illius esse species quatuor acidam, salisam, & dulcem, & inspidam. Quo in loco non meminit vitreæ, vt neque hic inspidæ. Aut ergo illic deest vitreâ; & hic saporis expers, aut alterutra redundat. Accedit quod Auicenna aliarum pituitæ specierum mentionem facit sen. prima primi, gipsæ scilicet, aquæ mucilaginosæ, & aliarum. Considerandum in primis est quorsum Gale. de humoris huius speciebus meminit, & quorsum in opere de facult. nat. Nam ipsam Galeni institutum detegit pulchrum artificium. Certe ne hic neque illic erat locus agendi de humoribus, sed illic gratia alimētorum, quia pro natura ciborum hi aut illi succi ex iis proueniunt, hic propter febres. quia illarum species ex differentia humorum sumuntur. Verum ad alias febres sufficit prima humorum genera dicere bilem videlicet, & melancholicam, quin illorum species distinguerentur, sed ad pituitositas, non satis est pituitam finire, sed eius insuper species: quia multo magis variatur pituitositas mutata pituitæ specie, quam biliositas, aut melancholicitas, ex mutatione speciei sui humoris. Itaque refert modo Gal. species pituitæ, ex quarum putredine febres fiunt. Proinde quæ sunt præter naturam tantum dixit, naturalem quæ insipida est, omisit: nam ex hac, nisi in aliam prius transeat, non fiunt febres. Tamen in tractatione de alimentis omnium oportuit specierum meminisse: omnes enim ex cibis fiunt. Vitream non est putandum, illic esse omissam nam vt Gale. ipse hoc in loco ait, forsitan vitreâ pituita acidæ saporis particeps est. Quare sub acidâ intelligi potest. Id vero quod ad Auicennam attinet, scire licet illum præter methodum pituitam in species distribuere, connumerantem simul eas quæ ex sapore, & eas quæ ex modo substantiæ sumuntur, & præterea referentem multas differentias ficticias, & quæ nullibi sunt, Ga. contra seor-

A sum diuidit pituitam per modum substantiæ, & colligit tunc temporis tres species, quia aut tenuis est, aut crassa, aut mediocris seorsum etiâ diuidit per sapes. Ambo hæc facit lib. 2. de fac. nat. hic per sapes solâ diuidit. Nam vitreâ etiâ quæ differentia ex modo substantiæ videbitur esse, reducit ad acidam. Iam vero gipsæ (vt Auicenna. inquit) pituita nihil minus quam pituita est. Nam neque humor est omnino, sed crassa quædam & sicca substantia, ex humidioris pituitæ assatione facta: Dulcis pituita fit aut ex naturali pituita magis elaborata, vicina quædam sanguinis naturæ, aut admistione sanguinis. Quare hæc species quanquam in pituitæ genere non est exquisita, utilis tamen est, & animanti sæpe comoda. Quare dictum est lib. 2. de fac. nat. pituitæ quod dulce est salutare esse animanti & naturale. Salis pituita fit ex putrefactione, vltis scilicet, & quasi in cinerem redactis quibusdam partibus, & cum reliquis humidis commistis, aut sero salso, cuiusmodi sæper fere mingitur & exsulfatur, admisto pituitæ. Acida fit omnimoda in coctione, non eius coctionis quæ agitur in ventriculo (natura neque humor esset) sed eius quæ in hepate & venis. Ex dictis satis liquet, pituitam dulcem non posse esse exacte frigidam, sed participare partium calidarum, & multo minus salisam: acidam verò valde frigidam esse. Quare probabilis coniectura Galeni est, vitream esse acidam aliquantulum. Sed horum causa præter dicta est euides cum sapes hi, dulcis, salis, nitrosus, amarus, & acer, calidi sint, id est causa calidi facti, hi frigidi, acidus, austerus, & acerbus. Sed horum monstratio (non enim reperenda est modo) est apud Ga. 4. de simp. med. fac. & in nono libro nostrarum controuersiarum, illic perat cui non satis est hic ex Galeni opinione accipere. Cæterum quandoquidem dictum est dulcem pituitæ speciem, fieri admistione sanguinis, salisam admistione salis fieri dicit aliquis, quid prohibet, & amarâ fieri bilis admistione? vt alia iam pituitæ species fit? respondendum, si multa bilis sit, minime pituitæ speciem, sed bilem vocatum iri humorem: si pauca, admistione amaræ substantiæ cum insipida, factum iri salisam. Nam amarum fit ex intensione salis, & salsum ex amari remissione. Neque verò proinde putandum est, Galen. hic generationis salis pituitæ causam aliquam omississe. Nam salsum & amarum intensione differunt, proinde qui ex admistione salis substantiæ cum pituita, fieri salisam dixerat, ex admistione amaræ (modo minor portio esset) fieri, dictum putauit. Merito ergo iuxta dicta de horum humorum naturis, ex acidâ pituita fit rigor, ex dulci non fit: sed aut sensus tantum frigoris, aut paruus horror, quia illa est frigiditas

ma, hæc minus frigida quã quæ est naturalis, & præterea sine mordacitate: lallam verò horrorem: quod symptoma mediũ est inter illa, quia mordacitate maiorẽ habet quã dulcis, & non est frigida vt acida. Verũ delata pituita acida per membra sentientia, triplex est exitus, aut quiescit deinde manens sine putredine, & fit solus rigor sine febre, aut putrescit sed leuiter & inæqualiter secundũ particulas diuersas, & fit febris hæpyala quia particule putrefactæ calefaciunt membra non putrefactæ refrigerant. Vt hinc etiam constet, eam inæqualem intemperiem, quæ in febre hæpyalia fit, secundum diuersas particulas febricitantis corporis fieri, cum à diuersis particulis eiusdẽ humoris fiat, quas constat diuersis mēbrorum partib. occurrere. Alia causa generationis hepialæ, præter eam quæ hoc in loco dicitur, dicta est à Gale. libello ab inæquali intemperie, huic omnino similibus, scilicet fit ex humore vireo, cui bilis putrescentis portio admixta est. Duplex itaque est iam hepialæ generatio, ex pituita vi trea leuiter inæqualiterque putrescente, aut ex eadem pituita cum admixta bile.

Forfitã verò neq. simpliciter neq. à simplici causa quis, huiusmodi febres fieri existimaret. Si quidẽ quiddam pituita putrescit, febrem accendit: reliquũ vero quod nondum putrescit, à quo rigens nõ eiusdẽ, cum ea q̄ putrescit, est & qualitatis. Si igitur ab hac quidẽ rigor, à putrefacta vero febris efficitur, duplex sepeper causa erit. Licet verò & hic dicere febrem ab altero causa genere fieri, rigorem autem ab alio, vt qui non sit quod febris. In tertianis tamen febrib. flaua bilis & rigorem & febrem efficit. Sed hæc logicam magis habent dubitationem. Iam vero tempus est ad institutum vt redeamus.

Fortassis (inquit Gal) dicet aliquis, in febribus pituitosis, rigorem & febrem nõ fieri ab eadem causa, sed diuersis, rigorem scilicet à pituita non putrida, febrem vero à putrida: in biliosis febribus ex eadem causa, puta bile ambo fieri, dicetque pituitam putrefactione mutare naturam, verum ita aut aliter dicere ad medicum nihil atinet: quæstio logica magis est. Quas dicat quæstiones, logicas explicat idem Galenus, de locis affectis cap. l. ita dicens quæcunque enim quæstiones vsũ transcendant, qualis sit rerum natura secundum propriam essentiam indagantes, haud dubie logicæ esse censeantur. Sed in hac quæstione illud idem innuit quod lib. 7: apho. com. 4. dicens: nisi quis existimauerit pituitæ putrefactionem in humorem biliosum conuerti, itaque sæpe innuit Gal. probabiliter dici posse, pituitam putredine in aliam humoris speciem degenerare, sed quando hoc ad medicinam nihil facit, satius fuerit hac quæstione missa putridam pituitam, speciem pituitæ præter

A naturam esse existimare, atque ita in sequentibus loqui, vt hætenus.

CAPVT VII.

Putrescente pituita ex qua febrem quæ singulis dieb. accessionẽ obtinet, consistere dicebamus, cū bilioso humore permixta tertianã efficiere, composita est duplex tum causa tum affectus fient. Alter enim humor quotidie accessionem affert, alter vero tertio quoq. die: ita vt alter quidem dies duas habeat accessiones, alter verò vnã quasi vtrunque accessionum tempora in eadem horas non incidit. Si enim incidant, vna erit confusa, neq. tertiana neque quotidiana exquisitam formam seruant. Quoniam vero vtriusque febris duplex est species, quatuor implexus erunt: vnus quidem in quo tertiana permiscetur quotidiana: alter vero in quo tertiana quotidiana continue complicatur: tertius in quo quotidiana intermittens tertiana continue quartus in quo continua quotidiana tertiana continue permiscetur. Ceterũ vnus cu vsũq. dictorũ implexu, duplex est differentia. Nam aliquando omnes simul eadem hora accessiones inuadunt, nonnumquam autem diuersis temporibus. Sed hæc quidem cognitu faciles, præterquam quod intermittens ignoratur à parũ exercitatis, vt pote agrotante nunquã perueniente. At formã accessionis cõsiderare oportet quæ admodũ secũdo de indicis plenius dictũ est, & inde non ex circuituũ proportionẽ cognoscere. Subiciatur enim cuiuspiã circa horã primã inuassisse accessionẽ cū rigore, q̄ carnes laborantis vulnerari videatur. Deinde oĩa alia tertiana febris indicia vsq. ad vigorem processisse, cum bilis vomitu simul cū bonis sudoribus declinare, atque esse iã diei horã nonã: nos vero ex toto accessionum motu coniectare circa vndecimã horam sine febre agrotantẽ, ea. S. integritate quam in circuitib. nominare solemus. Dum verò ita speramus, subito superimprimi sudores, aut densata solũ aut etiã inhorrescere cute. Deinde verò principũ incrementũ & vigore pituitosa continue febris speciem fieri. Sic n. duplicem causam ac speciem est: febrium cognoscemus, mixta intermittente cū continua, quamuis nullam ueniatur intermissio. Ac secũda quidẽ die speramus inuassuram accessionem hora nona. Et si vt expectabamus res ipsa ueniat, omnino etiam die tertio similiter sperabimus, adhuc febricitante agrote, tertiana febris accessionem hora prima prebensuram. Si verò anticipet, aut tardius occupet, quam secũdo die hora nona fore sperabamus accessio atq. ea quã tertio die prima hora, non etiã sequentibus diebus, neq. nona, neque prima spectabimus hora, sed tanto prius aut posterius quãto primum circuitus proportio ab hora qua initio capit, aut anticipasse, aut tardius inuassisse accessionem indicant. Vtra verò earũ prius desitura sit, tum ex febris specie coniectandum est, tum ex ipsa accessionis legitudine & magnitudine, more, motu, atq. circuituum in anticipando, & post occupando alternatione, ad hæc indicis q̄ post apparent, cruditatis & coloris

totius morbi, quæ in vrina maxima sunt. Ac de his omnibus in libris de inditibus ab eodem dictum est. Quod si vero pituitosa continua nequaquam nona hora, sed quinta aut sexta excipiat intermittere biliosa, quæ prima hora incipit, adhuc cognita difficilior est vulgari- bus istis medicis: quibus talis consideratio minime cura est. an vna sit species febris quæ facta est, an dua & qualis utraq; sit. Si quidem nihil horum cognoscetes, non solùm ignorat quo pacto oporteat curare eas, nequaquam cognoscuntur quales non sint: sed neque verum secunda die suspectis habere oporteat utraq; horas, quæ prima die accessiones attulerunt. Ego igitur noui quod sapius visus sum eis ex vaticinandi potius arte: quam præcognitione medica coniecisse accessio- nis inuasionem. In hac igitur ipsa, quæ nunc tractamus, mixtione tertiana cum ea quæ quotidie accedit, noui interdum circa primam horam inuadere tertiana exquisita accessio, circa sextam autem eius quæ a recentioribus medicis proprie ædificata dicitur. Id est quotidiana nominatur. Solent vero ita appellare febrem quæ singulis diebus accedit, ad integritatem autem non desinit. Ego vero solitus sum talem febrem *ἡμερησίαν* *ἢ* *ἡμερησίαν*. Id est quotidianam continuam nominare. Nomen enim *ἡμερησίαν* nequaquam licet inuenire apud quemquam graecorum scriptum: *ἡμερησίαν* vero omnem rem quæ singulis diebus similiter sit, nominat. Sed ut Plato inquit nomina cõtemnere oportet eos quibus tantarum ac talium rerum proposita est consideratio. Vocetur igitur manifestioris doctrina gratia ea quæ singulis diebus accedit, & in integritatem desinit quotidiana simpliciter, nihil item ei oratione adiuciendo. Ea vero quæ minimè desinit quotidiana continua. Liceat autem si quis velit & alteri adicere intermittens. Pari ratione & in ea quæ tertio quoque die accedit, altera quidem differentia tertiana simpliciter, vel etiam intermittens: altera vero tertiana continua nominatur. Licet autem & continuam tertianam appellare tertianam simpliciter sine vlla adiectione, quemadmodum nonnulli nominant. Sed non oportet de nominibus suis disputare, sed ad institutum redire. Iuuenis enim in quo implexum factum fuisse dixi tertiana cum quotidiana continua, prima quidem die incipit mane cum rigore tertiana febrim proprio atque omnia exquisita tertiana inditia seruans vsque ad sextam horam, subitumque vomitum biliosum, & alui excretionem biliosam, ac paucos sudores, inter quos statim homo contractus est, atque inhorruit: ac deinde rursus incipiente inuasionem, pulsus erat parvus & inæqualis: postea vsque ad horam vndecimam, succensa item paulatim, plura quidem inuasionis habebat propria, pauca vero quadam etiam incrementi. Deinde vsque ad noctis horam quartam incrementum certum erat, post in eadem magnitudine permanebat, quod sensu percipi poterat vsque ad sextam noctis horam: vnde iam manifestè declinare videbatur vsque ad quartam horam in secundo die. In hac enim iam contrahatur, atque ipsius inuasionis in-

ditia ostendebantur, partibus quidem ipsius extremis frigidioribus factis, pulsu autem paruo: & sane vsque ad vesperam paulatim increfcebat, neque horrorem quempiam, nec aliam inæqualitatem efficiens: deinde rursus vigeat circa horam noctis quartam, ac sensibilibiter inclinare incipiebat circa sextam. Quod igitur tertio die horam circiter secundam oportebat expectare eius accessioem quotidianam, perspicuum erat: non tamen tertiana an seruatura esset eandem horam, an non perspicuum erat. Accessio itaque horifica incipit hora secunda, quæ celerius quam ea quæ in prima & secunda diebus continua quotidiana accessio facta erat increfcens vsque ad horam quintam, initium rursus alterum fecit post quintam horam atque ei erant omnia symptomata similia his, quæ secunda hora acciderat. Hinc vero rursus increfcens promptius vsque ad octauam horam, de- nuo in illa horruit. Ac paulo post accessio prompte increfcens ascendebat, ut circiter noctis horam quartam ad vigorem perueniret, & quidnam aliud quam exquisita semitertiana hæc accessio fuit, cum dua febres eadem hora inuaderent: propterea quod quæ singulis diebus accessioem habebat duabus horis anteuertisset. Tertiana vero duabus horis tardius occupasset: proinde qui species febrim cognoscere potuisset, manifeste tertiana, & quotidiana continua, symptomata permixta esse deprehendisset. Cum enim tertiana cum rigore inuadat quotidiana vero sine rigore mixta ex viris- que febris horrorem statim inferat. Rem quidem rigore minorem, maiorem vero refrigeratione: & rãto refrigeratione maiorem quãto minor est rigore. Quapropter cum ab virisque extremis aqua proportione distet horror, in medio amborum, rigoris scilicet atque refrigerationis, collocatur, id quod permixtis inuicem extremis maxime fieri solet. Ergo non ab re nomen tali febrim semitertianam imposuerunt. Nam cum vniuersa eius natura ex quotidiana continua, & tertiana intermittere sit mixta dimidiam partem verarumque prædictarum febrim habet. Ut igitur semiasinus mulusue, ac semideus dictus est, ita etiam semitertiana. Mulus enim quum ad eius generationem ex dimidio equis conueniat, ex dimidio vero asinus, ab altero eorum mulus seu semiasinus nominatus est, semideus quoque dimidia quæ parte Deum participans monstratur. Quod vero homo est in altera dimidia parte omittitur. Itidem nunc semitertiana, dimidiam suam partem habet tertianam, alteram autem dimidiam partem quotidianam, continuam. Duplex vero generationis eius modus, aut enim in vno tempore dua accessiones cõcurrunt, ut paulo ante dicebatur, quia altera anticipat, altera autem tardius occupat, aut ambe statim ab initio inuicem permiscuntur. Quæ igitur sit vbi in vnum tempus ambe coeunt, vnam solam habet accessioem natura semitertiana, altera vero omnes ab initio morbi vsque ad finem, quæ sane maxime propria semitertiana, ab omnibus nominatur. Sed de hac paulo post dicetur potissimum propter. Aga-

thium: & Archigenē. Inuenit igitur qui in nostra ratione oppositus est tertio die tali accessione facta, quia in vnum tempus ambarum febrium inuasiones inciderunt: quotidiana quidem duabus horis semper anticipante quarta die accessio, sole oriente inuasit, pituitosa exquisitam formam febris seruans. Debebat autē secundo proportionem quinta ab ea accessio incipere circa decimā horam noctis, quando duabus horis anticipabat. Tertia verò biliosa febris accessio ab initio die 5. hora 4. inuadere debebat, ita vt inter duarū febrium initia sex horarum intervallum intercederet. Quod etiam factū est circa 10. quartā noctis horam inuadente accessione, forma pituitosa febris, atque ita procedente vsque ad quartam diei horam. Vbi verò biliosa cum mediocri rigore ei coniuncta fuit, deinde rursus per mixtam formam habuit accessio, per biliosam simul pituitosam formam, sequenti aurem nocte circa octauam horam pituitosa febris incipiens, exquisita & sola totum sequentem diē qui sextus fuit occupauit. Deinde vsque ad mediam noctem inclinans, inde rursus incēpit eodem modo postea reliquam noctis medietatem, & vsque ad meridiem tertiū diē obtinens, iam quodammodo inclinauit. Atqui tertiana ipsi successit, cum rigore incipiens, quemadmodum exquisita tertiana inuadere consuevit, atq; alia oīa exquisita afferens inditia, bilis vomitum fecit, & adiectionem biliosam, & vrinas bonas, & quendam madorem crepusculo vespertino, indicans euidentissimē hīs qui didicerunt cognoscere febriū formas, q̄ remitteretur atq; inclinaret, & post vnū vel ad summum alterū circuitum esset destituta. Nā inclinatio facilitatē habuit quādam mirabilem & qualē nō aliā priorū vsq; ad noctis horā quartā, in illa enim pituitosa febris singulis dieb. accedēs horis aut duab. anticipans inuasit, atq; totā occupans noctem, & totū sequentem diē rursus, incēpit octaua nocte hora 2. quam quidem cum totā occupasset, sequenti die inclinauit nona. Eadē verò die circa octauam horā accessio tertiana fieri debebat, quando duabus horis cūctabatur: sed tunc hora nona inuasit indicans etiam hoc ipso suam inclinationē. Sole autem occidente cōiuncta est ei pituitosa accessio, anticipando vt solita erat, inuadens, & cum noctem illam, & sequentem diē occupasset, rursus hora decima die 10. inuasit, deinde rursus vndecimo die, hora octaua exquisite pituitosa, manens postea circa horam noctis primam borrisfica inuasio tertiana febris, 4. horis tardantis facta est. Deinceps verò sexta noctis hora alius biliosa deiecit, & quidā in toto corpore madores extiterūt. & post hos tota inclinatione p̄ integritatē peruenit, & erat iam perspicuum tertianam integrē desisse, pituitosam autem solā relicta esse, iam & ipsam usnihil remittentē. Hac igitur de causa die duodecimo accessio non item duabus horis, quemadmodum antē solita erat, anticipauit, sed septima hora inuasit. Deinde decimo tertio haud quāq; sexta, sed tardauit, ibidemq; septima hora inuasit, cum esset digna facilitate, atq;

A inclinatione. Quartodecima autem die inclinatio multo melior facta est. & accessio hora nona inuasit. & in vrina insignia coctionis inditia apparuerunt, prænuntiantia solutionem fore in die futuro iudicatorio. Sed de hoc nunc non est sermo, nisi obiter. Quod autem sepe numero permixteantur duæ, si generis febres, biliosa pituitosis, & intermittentes continuas, medicorum vulgus latētes, prescriptus aegrotus abundē indicat.

B **T**Am diffuse Gale. de febre semitertiana disputat, vt nulla caput indigeat enarrationē. Sed illud vnum notandum est, cum ex pituitosa febre & biliosa quatuor conuersiones fieri possint, illam vnicam ab Hippocrate semitertianam appellari, quæ ex tertiana intermittente & quotidiana continua est composita: de qua Gale. hoc non dicit, quod de reliquis, in quibus naturis, & quibus temporibus fiant, neque accidentia omnia quæ illas consequuntur refert, quod in 4. cap. lib. de typis facit. quæ libellum post hunc statim legi oportere cōseo etymologiæ huius nominis, *incuriosos*, duas alias exscripsit in eo libello rationes, præter vnicam quam modō scripsit. In scripta iuuenis hypothesi dubitationē habet (nā reliqua omnia perspicua sunt) quod cum inclinaret biliosus paroxysmus, accessio pituitosa cū horrore prehendebat, quanquam continuæ febris erat accessio, quam hac ratione oportuit sine omni horrore ingruere. Nam si sola accessio pituitosa fieret, omnino neque refrigerarent ita affecti, vt in sequenti statim cap. Galen. ipse dicet: causa verò paroxysmi cum iam inclinaret, nulla ratione videtur rigorem habitura. Videtur ergo tunc temporis solummodo ea accessio à rigore inceptura, cum in idem tempus incidunt paroxysmus biliosus, & accessio pituitosa. Verū res non ita habet, sed cum in idem tempus incidunt, fit horror magnus, cum peractus est iam rigor tertianæ, inuadit accessio quotidiana cum horrore etiā, sed minori. Causa est (quantū ego intelligo) q̄ cū pituitosus humor tunc incipiat moueri, natura interturbatur à biliosi digestionē, & bilis particulæ iā effluebāt, cohibita horrorem aliquē efficiunt. Cum minori adhuc horrore inuadit pituitosa accessio, quæ ante biliosum paroxysmum fit, & cum multo minori, quæ fit in interiecto diē, sed fit tunc quoque cum horrore aliquo: quia cineritium quod ex bilis vltione, ex priori paroxysmo in membris relictu est, ex noua corporis commotione aliquatenus agitur. Animaduertenda etiam sunt Gal. verba. Coniectare circa vndecimam horam fore sine febre aegrotantē ea scilicet integritate, quam in periodis nominare solemus. Quæ verba mihi aperte innuunt, quod paulo antē monstrauit, in

nullis febribus, et in genere earum quæ intermittentes vocantur, ut venire homines ad veram integritatem, sed ad integritatem quandam. Nam aliter frustra verba illa addidisset Galenus scilicet integritate, quam in periodis nominare solemus: cætera quæ de modo prænoscedi, quando soluenda sit alterutra illarum febrium, hic dicuntur ex com. 1. primi Aphor. sunt, & ex primo de crisi. Quod dicitur in fine capituli, obiter hic tangitur à Gal. est enim etiam operis de crisi. Nimirum ut à me in 10. lib. Cont. ex Galeno ipso monstratum est, intra vigesimum diem, qui est finis morborum acutorum, omnis quaternarius est sequentis quaternarii index: fit verò in die indice insignis mutatio circa coctionem.

CAPVT VIII.

Sed quoniam de his cõsentanea dicta sunt, ad id quod paulo ante distulimus, rursus reuertor. Febribus quæ ex tertiana & quotidiana continua cõposita est, quam semitertianam appellamus, ut flauus biliosus exuperantem habet, atque ob id tertiana febris symptoma vehementiora, vel hæc quidem pauciora, pituitam verò abundantiora, atque idcirco quotidiana continua pathemata firmiora vel neutro magis exuperantem, sed ambos æquevalentes, quemadmodum est exquisita semitertiana: talis species existens, qualem ipsam Hippoc. indicauit, lib. 1. Epidem. ad hunc modum scribens: Erant plerisque ipsorum huiusmodi pathemata, febres horrida, continua, acuta, omnino non intermittentes. Modus autem semitertianus erat, diem quidem vnum leuiorem habentes, altero autem grauius exacerbantes, & summam in acumem crescentes. Horridas enim dixit non simpliciter cum horrore incipientes (quod innumeris febribus id accidat, de quibus deinceps disseram) sed in quibus plurimam partem accessionis horrores occupant, altera quidem die, in qua simul inuadunt tertiana ac quotidiana continua. Sequens enim dies quotidianam tantummodo habet. Proinde de prima dies magna ex parte permixtam ex utriusque febrem affert, secunda verò continuam pituitosam. Coniungit autem interdum prima die pituitosam inuadere, secunda verò utrasque. Accessio igitur communis ex utriusque, quando æque potentes fuerint humores. Talis est, qualem paulo ante descripsimus semitertianam. Vbi verò tertiana prævaluerit, febris magis horrida fit, & aliquid rigoris in inuasionem assumit. Statim verò & calidior, & ardentior est talis febris, ac celerius ad vigorem peruenit, & quandam bilis vomitum, aut deiectionem, aut madorem infert. At ubi altera pituitosa superior fuerit, extremarum partium refrigerationes exuperat, exigui autem sunt humores, & pulsuum compressio vehementior ac diuturnior, tardeque accessio increfcit, & multo post tempore in vigorem cõstitit, non tamen sic efficit, neque aestuosa est neque in ea vomitus, neque deiectiones biliosa, neque mador fit. Atque in huiusmodi duarum febrium mix-

tionis notitiam aliquam Archigenes peruenit, confuse tamè & indistincte, quemadmodum in septimo commentariorum, quos aduersus tractationem eius de pulsibus scripsimus, est à nobis ostensum. Arbitratur enim in semitertiana quandoque exuperante tertiana febre, quandoque verò quotidianam, non tamen mixtionem earum æque potentem, quæ sola exquisita semitertiana constituit, vel cognouit, vel indicauit, sed penitus omisit. Quum enim æquales magnitudine fuerint intermittentes, biliosa & pituitosa continua, inuasio accessionis cum horrore fit, mediū enim id rigoris & refrigerationis existit, è quibus alterum tertiana, alterum verò pituitosa continua inest. Incrementum autem ab inuasionem propter tertianam facile calefcit, ac ad vigorem festinat, propter pituitosam verò tardum, quantum in ea est, incrementum efficiens, detinetur atque interrumpitur. Atque est veluti quadam pugna symptomatum, agroti interdum incalescente, ubi tertiana calor vehementius agens, ad cutem humores effert, derinente verò interdum ac retrahente inro huius motum pituitosa, quæ pigra difficilis motus, tardi transitus, & frigida natura est. In hac autem pugna frigido exuperante humore, contractiones, horrores refrigerationesque extremarum partium, & curis fiunt, ita ut altera accessio rursus inuadere videatur.

Quod si calidior exuperet, consercim incalescunt, & prope ad vigorem peruenisse videntur. Deinde paulo post exuperantem pituitosam, agri rursus contrahuntur, refrigerantur & horrent, idque minime desinit vsquo ad vigorem, qui & ipse maturius quam in pituitoso humore, tardius autem quam in bilioso factus videtur. Pituitosus enim biliosus celeritatem detinet, pituitosi verò rursus tarditatem ac segnitiam biliosus excitat. Talis quidem est exquisita semitertiana, ex æquali mixtione duarum febrium, quia etiam duorum humorum, facta. Atque minime exquisita est, vel biliosum vel pituitosum abundantiora obtinet. Secunda verò est cõplicatio duarum febrium, tertiana & quotidiana, similem

quandam prædictæ accessionem efficiens, differentem tamè eo, quod hæc deducitur ad integritatem, & quæ secunda die vel cum horrore vel rigore sola derelicta quotidiana inuadat, non erit igitur talis febris semitertiana, siquidem ex numero continuarum semitertiana existat. Si verò in alio genere febrium semitertiana annumeremus, non talis solū, sed etiam alia quedam febres nominabuntur semitertiana. Hac ratione mihi videtur Agathinus omnes prædictas tertianas appellare semitertianas. Sed cum de omnibus potius quæ de rebus tales quæstiones sunt, in ipsis immorandum minime censo. Nunc de medicis nominibus seorsum alio libro scriptum est, in quo id ostenditur & integrè desinitur: quales nam sint de rebus, & quales nam de nominibus cõtrouersia. Rursus igitur ad res ipsas redeamus, ad eam scilicet quæ semitertiana ab Hippoc. nominata est horrida & continua, quæ tertiana quotidiana continua permixta efficit, intermittenti autem haud idè, propterea quæ ex utriusque cõposita necessaridè & ipsa intermittens existit. Neque verò ex duabus continuis,

biliofa scilicet & pituitofa fieri pōt semitertiana, neq; enim mixtio hæc horrifca aciet febrē, neque multas reduplicaciones habentem. Quum enim omnis continua febris fuapte ratione, quā exquisita est, neque horrorem habeat neque rigorem, neque ex eis cōposita horrifca erit oportet ergo si ipsa horrifca simul atq; cōtinua sit futura, ex duab; febrīb; quarū altera sit intermittes, altera aut cōtinua generationē habeat. Quocirca tertiana quotidiana cōtinua p mixta semitertianā cōmittit, neq; ambæ intermitteñtes, neq; ambæ cōtinua tali febrē efficere possūt. Restat igitur vna mixtio, q̄ cū ex quotidiana intermitteñte ac biliofa cōtinua constet. potest & ipsa continuam simul horrifcā febrē committere. Hæc autem contrā q̄ prima cōtinuitatē ex biliofa, horrore verò ex pituitosa, reduplicaciones ex multa pugna potissimum, vbi humores fuerint aequē potētes, habet. Vincere autē eorū altero, & symptomata & dignotio in prima mixtiōe declarata sūt. Hæc oia de quatuor mixtionibus biliofa febris & pituitosa magis propria sunt, vt cupiā videretur, tractationi de typis: hic vero necessariò dicta sine ppter semitertianā, cuius generationē Archigenes ad tertianā ac quotidianā retulit, nō animaduertens se intermitteñtem efficere febrē: Agathinus autem perspicuē confessus est, eiusdem generis esse cū tertiana semitertianam, magnitudine solum accessiōis dissidentem. Si igitur omnium febrū differentias exquisitē scribentes in nominib; lapsi essent, non agre ferendum fuisset. Sed cum neq; simpliciu neq; cōpositarū oīs scripserint differentias, & itē quasdam alias supuacuas adiecerint, quæ neq; ad pranotionē, neq; ad curationē conferunt: nos pro viribus conati sumus accuratē omnē typum elaborare, longo tempore, experientia simul ac ratione vtilis in eo differentias reuestigātes. Simples igitur ad præsentē attinent tractationē, ex ijs autem implicata ad librū de typis, cuius penitus ignarus non eris, si hunc diligenter perlegeris. Ex ijs enim quæ diximus de biliofa ac pituitosa febrīb; in vicē permixtis, licebit hæc etiā ad melancholicā transferēdo, de implexu ac mixtione cum vtraq; earum cōgicere. Implexum quidem nominantes, vbi diuersis horis inuadunt: mixtionē verò, vbi initium eodem tēpore sit. Sic verò & tres febres implicare ac miscere quis poterit, ipse per se ex ijs quæ dicta sunt ad intelligendū præptus factus. Harū enim omnium initium fons & elementū est accuratē dignoscere cuiuscunq; simpliciu febrū formā, neq; enim magnus earū numerus est sed oēs tres existunt, biliofa melancholica, & pituitosa quarum cuiusq; duplex est differentia, intermitteñs & continua ita vt oīs simplices differentia febrū ex putridis humorib; accessarū sex numero sint. Quod si qua alia illis accesserit, in ijs particularis differentia ex humoris copia, quātitate, & qualitate putredinis, nec nō modò modus, & parte in qua putrescit generationē habeat. Veluti confestim febrīb; intermitteñtib; quæ tertio quoq; die accessiōē obtinent, quib; vti que breue accessiōis tempus est, & inuasio cum rigore, & so-

lutio ex sudore ac bilis vomitu, aut alio bilis fa de-
 quente, nomē inditū est, exquisita tertiana. Cui ve-
 ro aliqd horū deest, nō ite exquisita, sed simpliciter
 tertiana vocatur. Quod si autē intermissionē nauo-
 re habuerit, accessiōne videlicet extranea, tertianā
 hæc pductā nominat. Tamen si hæc ipsa in ratione
 maioris & minoru plurimā differentia obtineat: ac
 licet qdē ex ijs aliq; simpliciter productā, quæ cum
 quatuor & viginti horas accessiōis occupauerit,
 reliquis febris expertes habet. Aliq; verò admodum
 productā, q̄ circiter 30. horas febrū extendit. Aliq;
 p̄terea magis productā, quæ ad 36. progreditur. Et
 aliā quandam plurimū productā, quæ ad 40. &
 plures itē extenditur. Sed vnāquālibet dictarū cer-
 tis terminis definire non licet propter sortitā dubi-
 tationē. Quinetiā neq; necesse est talē nominū ex-
 quisitā rationē quarere, quū liceat nobis etiā sine
 ea, ijs q̄ ad iunt accuratē de vnoquoq; agrotō iudi-
 care & recte curare, & idq; futurū est pranoscere.
 Subijciatur enim aliquis quindecim horas febrē
 citare, esse autem sine febre tribus & 30. at que de-
 inceps ei proportione accidere. Constat verò q̄ cū
 bandi tempus ex accessiōis & intermissionis tēpo-
 re cognosceretur, & quidquid ex eo ad pranotionem
 & curationem vtile sumi potest, id quoq; abunde
 consequetur, etiamsi nō quaritur tertianāne sim-
 pliciter appellare oportet, eiusmodi febrē, an cū
 aliqua alia adiectione, quæ differentiam definiat.
 Quin & volens alteri agrotantis febrē indicare
 qualis nam sit, accuratius indicabit accessiōis &
 intermissionis longitudinem dicendo, q̄ quarendo
 nomen quod perspicuē & definitē idem demonstrare
 queat. Hæc igitur optima enarratio atq; doctrina
 est. Secunda verò quam paulo antē dixi, exquisitā
 quandā tertianā nominans, aliā autē simpliciter
 tertianam deinde aliā paululū productā, post aliā
 admodū, aliā verò magis, postremo aliam plurimū.
 Omnium autem obscurissima & deterrima est, quæ
 prima est prodita, in qua recentiores medici quoti-
 die interesse certant & contendunt, ne id qdē cog-
 noscentes q̄ de nomine litigant. Sed de alijs for-
 tasse quis minus mirabitur, de Agathino admodum
 mirandū siquidem productam quandam quotidia-
 nā & quantanam vocans, in tertiana minimē ser-
 uauit proportionem: sed cuius longius producta fue-
 rit accessio, hanc semitertianā nominat. Sed de no-
 minum ratione mihi iam abunde dictum est. Nam
 & ipse plusquam par est temporis in ipsis cōtēta.
 Proinde tempus est vt ad earum rerum quæ reliquæ
 sunt, considerationem redeamus.

VERius & exquisitiū appellatur semitertiana ea febris, in qua biliofa & pituitosa æquo Marte pugnant, quam in qua aliter humor ab altero superatur. Quanquam hanc omisit Archigenes, interim referens inter hemitriti species, complexū & tertiana intermitteñte & quotidiana intermitteñte, cum tamen hic semitertiana nō sit iuxta ea, quæ ab Hippocrate scripta sunt primo

707
 Epid. parte prima, textu 22. febris hor. ista, A
 continuæ, acntæ, omnino non intermitte-
 tes, modus autem erat semitercianus. Ex his
 verbis elicit Galenus iuxta Hippocratem,
 semitercianam esse continuam & horridam
 febrem. Quare neque implexus ille quem
 diximus ex duabus intermittentibus, erit
 hemitritus (non enim erit continua febris)
 neque alter ex duabus continuis, quia non
 erit horrida. Cum enim neutra continua-
 tum horrorem habeat, neque ambæ habe-
 bunt. Superfunt itaque duo genera hemitri-
 ti, ex intermittente biliosa, & continua pi-
 tuitosa, aut intermittente pituitosa & conti-
 nua biliosa. Qua ratione illi differant, docet
 Galenus apertissimè, vt nulla enarratione sit
 opus. Hæc eadem signa quæ Galenus scrip-
 sit in hoc loco, ad dignoscendum an bilis
 superet pituitam, an pituita bilem, scripsit lu-
 culentissimè Paulus lib. 2. cap. 34. deceptus est
 vehementer Agathinus putans febrem ter-
 tianam productam, esse semitercianam (ita
 appellatur, quæ plurimum producitur. solet
 verò produci vsq; ad 24. horas, nonnun-
 quam & ad 30. quin & ad 40. aliquando, ne-
 que potest hæc certo termino finiri) nã quã-
 quã ea ex duobus humoribus pendeat, sim-
 plex tñ est non composita, quia nō habet il-
 lorum quilibet motum per se, sed mixtus ex
 ambobus succus vnicum facit motū. Verūm
 tractatio de febribus compositis, ad librum
 de typhis attinet. Nam hic Gal. de simplicibus
 agit solum, quamquam interim de semiter-
 tiana disputauit, quoniam puto insignis ad-
 modum inter compositas febres est, & vt in
 hoc etiam libro, quamquam omnes com-
 positionum modi non dicerentur, ex vno
 saltem exemplo via intelligendi omnia præ-
 staretur. Soritica perplexitas est, quam Cice-
 ro vocat acrualem, dicitur quidem sorites,
 & est captiosus modus interrogandi, vbi ali-
 quid minutatim additur aut demitur. Nimi-
 rum febris productæ non potest defini cer-
 tus terminus, nisi cum quadã latitudine de-
 finias, dicens: circa trigintã horas, particula
 circa latitudinem significante. Verum hoc
 ipsum, paulo superius nos, de omni febre di-
 cendum esse ostendimus, siue ea sit exquisi-
 ta, siue notha, nulla enim profectò tam præsi-
 nitum finem habet, vt si dimidia horæ pars
 illi addatur, genus iam excellerit omnes ergo,
 ne soritica perplexitas contingat, cum
 quadam latitudine definiendi sunt, aut finis
 constituendus est, non quasi necessarius, sed
 quasi plerūq; cōtingēs, paulo plus minusve.

CAP. IX

In his autem qua restant, fuerit hæc consideratio
 nulla inuitior, an vt ex vtraq; bile & pituita
 sunt quadam species, ita & ex sanguine putrescen-

te Diarius enim febres calefacto illo duntaxat, non
 etiam putrefacto fieri dicebat. In putrefactioni-
 bus autem (necesse enim est sanguinem etiam in-
 terdum putrescere) querenda est februm species. Id
 autem inuentum iri par est, si prius inuenerimus,
 quomodo sanguis putrescat. Videtur enim rectè Ari-
 stoteles dixisse, putredinem ab alieno calore fieri.
 Vocat autem alienum, externum, non innatum, ne-
 que vnicuiq; rei proprium. Hic enim coquere natus
 est, alienus verò corrumpere, quod est putrefacere.
 B Extrinsecus autem calor superuenit sanguini per
 estus & pestilentes constitutiones, & vt in summa
 dicatur, per omnes febres, ex quacumq; causa gene-
 rentur. Quin etiam vbi in aliqua animalis parte
 sanguis copiosior acerbat us supra vires eius fuerit,
 corrumpitur, maxime vbi propter crassitudinem in
 exiguis vasis infractus est, aut ob multitudinem im-
 pactus, quemadmodū accidit in bubonibus & phy-
 matibus, & vt in summa dicatur, in omnibus phleg-
 monibus. In calibus enim affectibus duplici de cau-
 sa corrumpitur sanguis, & quia non perstat, &
 quia non vincitur a natura. Quod verò qua non dif-
 flantur, putrescere soleant, in omnibus externis vi-
 dere licet, fructibus, seminibus præterea vestibus. Eius
 verò qd dictū est, fide facere potest id, qd in pleuride
 accidit. Expuat enim in ea alij spumofam, alij palli-
 dā, alij reubeā sanies, eius, qui in phlegmone vincit
 humoris qua non continetur, sed præreuenit ate ex-
 tra sudat. Interdum quoq; talis sanies nigra appa-
 ret, ac neq; statim ab initio, sed processu temporis,
 C præcedentibus magna ex parte pallidis sputis, qua
 flaua bilis exuperantur erant indicia, quemadmo-
 dum spumosa pituita, rubra verò sanguinis.

Qui ex præfenti capite monstrare conan-
 tur Auicem, fen. prima quarti, falso imponere
 Galeno, opinatum esse illum nullam esse fe-
 brem ex sanguine putrescente, videntur mi-
 hi neque Galenum neque Auicem, intellige-
 re. Non enim Auicena dicit Galenum negas-
 se febrem aliquam fieri sanguine putrescen-
 te, sed eam esse sanguineam, imò verò di-
 xisse biliosam esse, quandoquidem sanguis
 qui verè putrescit, & secundum substan-
 tiam iam alteratur, non amplius sanguis est,
 sed bilis. Id verò dixit Galenus apertissimè
 cap. 12. libri secundi de crisiibus, his verbis:
 Atque in eo illud seruatur, quod tria sint vni-
 uersa simplicium februm genera. Quæ e-
 nim ex putrefacto sit sanguine, iam quodam
 modo biliosa est: si vtiq; in naturalibus fer-
 monibus rectè demonstratum est, quòd
 sanguis ex moderato sit calore, flaua verò
 bilis ex plurimo, atra autem ex fatis immo-
 dico. Quid aliud sibi volūt hæc verba, quàm
 putridum sanguinem, non esse sanguinem,
 sed bilem? Nam in secundo de facultatibus
 naturalibus rectè monstratum erat, san-
 guinem ex moderato calore fieri, ex immo-
 derato verò reliquos humores. Cum er-
 go sanguis putrescens ex immoderato calo-

re fiat, erit sanguis putrescens à sanguine nō putrescente genere diversus: quare neque sanguis erit omnino, sed species quædam bilis, alijs putrescentis bilis speciebus mitior, gratia mitioris materiæ ex qua genita est. Quod itaque paulo superius in 6. cap. de pituita concessit, consentaneè fortassis ab aliquo dici posse, scilicet rigorem & febrem nō ab eadem causa fieri, eo quod pituita putrescens pituita non sit, sed species quædam bilis, hoc ipsum illo in loco de sanguine asseuerat. Atqui multo verius de sanguine dici potest, quàm de pituita, aut aliquo alio humore. sanguis enim cum in humorum mediocritate naturam suam retineat, non potest esse multiplex secundum species: sed quum primum, secundum substantiam alteratur, in aliud genus incidit, aut virus fit, aut pus, aut bilis, sanguis amplius non est. Hæc ergo est opinio Galeni, cui apertè contradicit Auicenna dicens, Et putredo quidem est corruptio accidens sanguini, & est sanguis, sicut accidit phlegmati & est phlegma, & nō cholera. Verum interim Auicenna dicto argumento, quod ex sanguinis natura sumpsit Galenus, non respōdit. Sed nos opinionem hanc Galeni explicuimus, & multis argumentis confirmauimus in quinto lib. contr. modò illud vnum dicimus, febrē quæ ex sanguine putrescente fit, quantum habet putridæ, tantum habere biliosæ febris. Nam partes sanguinis quæ putrescunt vere, & tota substantia iam alteratur, appellantur sanguis putrescens: tamen si exactius consideramus, intelligimus bilis esse iam speciem quandā, quia non est iam ex moderato calore. Huic sententiæ quam in illo loco docuit apertissimè, nihil hic scripsit aduersum. Docet enim hic sanguinem putrescere, & putrescentem febrem facere, & in particulis inflammatione obsessis sanguinem putrescere, idq; illi accidere vt alijs rebus ab alieno calore, & ventilatione prohibita: tñ cum putrescit, nō excedere proprium genus, & alium humorem fieri non docet. Cæterum qui volet hæc scire, radicatus legat caput decimononum libri dicti controuerfiarum.

Consentaneum est sanguinem etiam ipsum in particulis phlegmone obsessis putrescere, febremq; ex eo simpliciore esse, quàm ex alijs humoribus. Proportionem autem accessionum tertiani circuitus sumit: ita enim etiam in pleuriticis fieri cernitur, vbi rubra expuunt, vbi aut supra modum assatur, mutatur omnino. Pars enim tenuissima, simul ac pinguis, in pallidam bilem: crassior aut in atram vertitur, quemadmodum & in carbunculis accidit. Etenim in his ex sanguine vehementer feruente in melancholicum humorem mutatio fit. Ita verò nunc melancholicum esse humorem inaudire oportet, vt qui nondum exquisitè atra bile affectus sit,

A sed in quodam consinio constitutus. Febres igitur pro specie humorum, in quos sanguis mutatur, consistunt sola malignitate & lenitate dissidentes. simpliciores enim sunt ex sanguinis mutatione, tum in cæteris, tum etiam in caloris lenitate. Nam et si quæ plurimum ad manus occursum apparet, prorsus tamè est mitis, quemadmodum is qui à balneo accidit. Copia febrilis caloris, in ipsa effluxus multitudine semper posita est, molestia verò qua extrinsecus molesta manui occurrit, in caloris acrimonia. Atq; hoc tibi maximum inditum humoris efficiētis febrem, caloris inquam qualitas. Quæ enim vaporosior est, & minus molesta, sanguinis est: quæ verò molesta, erodens & mordax, ex bile consistit. Vbi verò in primo occurso vaporosa potius quàm mordax sentitur, diutius autem immorantibus paulatim acrimonia accedit, & maximè inæqualis, vt per eolum quodam vel cribrum transmitti videatur, ex putrescente pituita talem febrem consistere, sciendum est.

Secunda hæc capitis pars manifestè subscribit, ijs quæ nos in commentarijs explicuimus, scilicet, febris ex sanguine putrescente seruat proportionem tertiani circuitus: etenim & pleuritis, per quam rubra spuuntur, tertijs diebus exacerbat. Quod quara tione dicent factum, qui dicunt putrescentem sanguinem, non statim ac corrumpitur, esse bilem, sed cum vehementer iam corruptus est? Gal. certè hæc rationem reddit. Pars enim tenuissima simul ac pinguis in pallidam bilem, crassior autem in atram vertitur. Quidam vt febrem ex sanguine putrescente fieri concedant, & simul huius rei reddant rationem, dicunt esse febrem compositam partim ex sanguine, partim ex bile. Quorum sententiæ mihi placeret, nisi recusarent dicere sanguinem omnè, qui iam manifestè secundum substantiam alteratur, bilem esse: sed dicerent febrem esse compositam partim ex sanguine, qui malè disponitur, aut omnino leuiter putrescit, vt qui iam calefcit & humectatur præternaturam: & partim ex eo qui bilis iam est. verum dices ex Galeno ipso nono lib. meth. febrem ex sanguine putrescente esse continentem febrem, quare non posse seruare tertiani circuitus proportionem, vt hic Gal. docet, scire licet febrem ex putrescente sanguine (docet Galen. ipse cap. 6. lib. 2. de crisi bus) è genere esse febrium ardentium, ab illis tamen acutie differre, id est minus acutas esse ardentibus. Nam in præsentia capite ait, simpliciores sunt ex sanguinis mutatione, tum in cæteris, tum etiam in caloris leuitate. Cōstat verò Hipp. & Gal. simplices febres solitos appellare, mites, leues, & securas. Nam ita dicit in prognostico, simplicissimæ febres & signis firmatæ securissimis: vt ex his satis iam constet, decipi Valeriolā, putantem febrem ex sanguine ardentiorē esse fe-

se febre ex bile. Verum hunc in 5 lib. contr. A
 satis refutauius. Modò redeo ad institutū,
 nam intra sanguineæ constitutionis tem-
 pus, & statim ac producuntur, euadunt in
 tertianas, accessiones habentes satis conspi-
 cuas, consumpta scilicet maxima humoris
 parte, & reliqua facta biliosiori: tamen acces-
 siones quartanas non habent hæc febres cō-
 tinentes appellatæ, neq; in continuas quar-
 tanas euadunt, nisi rarissimè. Nam quàm-
 quam vt ex tenui sanguine putrefactione &
 vstione fit flaua bilis, ita ex crasso fit atra, tamen vt atra fiat, maiori actione opus est quàm
 vt flaua: nimirum flaua statim ac incipit pu-
 trescere, fit atra non statim, sed cum cōsum-
 ptæ sunt tenues partes, sanguine vehemen-
 ter feruente, vt in carbunculis contingit. Ve-
 rum monet Galenus, hunc humorem qui
 ex sanguine vsto fit, non tam debere dici a-
 tram bilem simpliciter, quàm positam in cō-
 finio atræ bilis, aut atram bilem non exqui-
 sitam, quæ proinde à Galeno nunc appella-
 tur melancholicus succus, nunc atræ bilis. Ve-
 rum neque tam mitis est quàm melancholia
 naturalis, neque tam acida quàm atræ bilis
 quæ ex vstione melancholiæ naturalis aut
 flauæ bilis genita est. Causa huius est, quam
 paulò antè tetigi, quòd scilicet, cæteris pari-
 bus ex mitiori materia mitior succus fit, ita-
 que exclusa ab exactè bilis atræ ratione hac,
 quæ ex sanguine vsto fit, supersunt tantum
 duæ illius species, quas libello de atra bile
 scripsit Galenus. Verum hæc omnia plura-
 que in hanc rem spectantia, diximus in pri-
 mo libro controuersiarum, de speciebus a-
 træ bilis disputantes. Quæ de inditijs hu-
 moris efficientis febrem in hoc capite di-
 cuntur, aperta satis sunt.

Ceterum contemplanti mihi ac quærenti cau-
 sam, ob quam febres ex alijs humoribus nata, calo-
 rem æqualiter occurrentem obtinent: quæ verò ex
 pituita consistunt, prædictæ habent in æqualitatem,
 apparuit mihi causa esse maximè teror, crassitudo,
 & dissolutionis humoris difficultas. Huius enim vt
 aliorum omnium, quicquid extenuatum est, quouis
 tempore discutitur. Vix autè extenuatur quidquid
 crassissimum fuerit: quòd si etiam natura frigidum
 fuerit, multo magis. Quocirca neq; tota pituita, ne-
 que æqualiter, sed quidquid eius putredo occupat,
 ea sola diffilatur & extenuata effertur: ac proinde vt
 in lentis crassiq; humoribus dum elixantur euenit.
 Nam in eis bullæ assurgunt, quibus ruptis, spiritus
 conferim attollitur, ac simul secum sursum ducens
 attenuatum humorem: in tenuibus autem humori-
 bus elixatis, neq; bullæ efficiuntur, & qui ab ijs at-
 tollitur vapor, omnino similis ac continuus sibi
 ipsi est.

C Rarsities & lentor pituitæ, facit vt inæ-
 qualitas caloris per febres putridas cō-

spicua sit, & sensui occurrens. Tamen similis
 quædam causa facit, vt omnis intemperies
 fiens, & quæ ex humore aliquo pendet, in æ-
 qualis sit. Nimirum quantumuis fit humor
 tenuis, & sine lentore, non potest tamen se-
 cundum omnes partes esse æquè aptus pu-
 tredini, quare neq; ipse æqualiter afficietur,
 neque membra nostra æqualiter afficiet. Sed
 hæc inæqualitas secundum diuersas humo-
 ris particulas pituita putrescente sensui est
 manifesta, in alijs occulta. Verum in libellū
 de inæquali intemperie, commentariolum
 nuper scripsimus, in quo hæc omnia demō-
 strauimus. Febris nonnunquam fit sanguine
 putrescente in particula aliqua, vt accidit
 sæpe in pleuritide: nonnunquam illo putref-
 cete in vasis omnibus magnis. Omnes sunt
 in genere biliosarum dicta ratione, tamen
 circuitus tertianos in illis solis est Galenus
 expertus, quæ ex humore in vnica particula
 putrescente pendent, quia in alijs cum om-
 nes venæ plenæ sint, non mouetur humor,
 aut saltem quàm minimum, & minime no-
 tatu dignum (nam aliquid etiam tunc quo-
 que moueri, non est improbable) verum ex
 eo quod expertus est ille contingere in par-
 ticulis inflammatis, in quibus sanguis pu-
 trescit, quod scilicet exacerbantur dolores
 per tertios dies, aliquando euidenter colligi-
 mus sanguinem per putredinem bile scere,
 & febres omnes ex putrescente sanguine,
 esse generis ardentium, etiam si in ijs quas
 continentibus cum putredine vocamus, tales
 circuitus haudquaquam experiamur tam
 euidenter. Obscurè enim etiam hæc viden-
 tur habere annotationes.

CAP. X.

Postquam autem & de his consentanea dicta
 sunt, febrium quæ sinochi appellantur, causam
 speculabimur. Mirum enim mihi esse videtur, sæpe
 vsq; ad quartum aut quintum, nonnunquam autem
 & vsq; ad septimum diem, vnã in eis fieri acces-
 sionem, ab initio vsq; ad finem. Quanquam si quis
 consideret exactè, admirandum magis est febrici-
 tantes habere paroxysmos secundum aliquam pe-
 riodum, exemplū enim quod antea diximus de ster-
 core secundum partes putrescentes in animalis cor-
 pore ferme accidere non potest, cum putrescentes
 humores cum ijs qui putredine vacant, promptè
 misceantur, vt pote conspiratione existente, & con-
 fluxu ex omnibus in omnia. Quocirca non potest fie-
 ri vt putredo in vna aliqua parte, alias in alia cōsi-
 stat, nisi phlegmone incipientè putrescere humore
 colligatum derineat. Quum igitur in contrariū ra-
 tio cedat, difficiliusq; sit inuenire causam febrium,
 per circuitum accessionem habentium, quàm sino-
 chorum, de vtriusq; differere tentabimus, neq; hic p-
 ducetes sermonè, neq; contradicentes aliorū erratis,
 sed vt in omnibus superioribus fecimus, ea quæ vera
 sunt duntaxat persequeres, quibus quissiam fietis,
 aliorum

aliorum etiam errata deprehendere possit. Incipiendum igitur ab ijs, quæ manifestissime apparent, cuiusmodi sunt lippitudines quadam, quarum hæc quidem singulis diebus, illæ vero tertio quoque, infestare apparent. Similiter & aurium dolores, & capitis, vel totius vel dimidij, quem hemigraniam nominant. Nonnullos vero etiam podagra, & articulorum dolor per circuitus infestare videntur. Quem admodum igitur in omnibus ijs videre licet, venas in partibus quæ infestantur in tumorem attrahi, & phlegmonem augeri, ac dolores intendi, fluxionemque superfluum foras procumbere, ita & in partibus internis, quæ minime apparent, eadem servari proportionem existimandum est. Proinde etiam, eam quæ in pleuritide, ac eam quæ in perineumonia phlegmonem, in accessionum quidem initijs intumescere, in inclinationibus autem discuti & subsidere. Sed quo nã modo id fiat, fortasse inueniemus, si de phlegmonis generatione, & rheumaticis vocatis affectibus, quacumque nobis alibi demonstrata sunt, ad memoriã reuocemus. Cum illis enim quodcumque proprium huic sermone est, si adiectum fuerit presentibus questionibus sufficiat.

CAusam febrium quæ synochi nominantur instituit Gal. docere modo non quidem, ex quo humore fluant (dictum enim id iam antea est) sed qua ratione fiant continentes. An inquam à principio ad finem vnicuique accessio fit. Quoniam vero difficilior est intellectu, ut Gal. ipse luculenter fati monstrat cur febres habeant paroxysmos secundum aliquam periodum, melius facit causam paroxysmorum primum inuestigans, & hac inuestigata, pauca quedam quæ scilicet sunt fati, in fine capitis huius ultimi, de causa qua continentes fiant, apponens. Quæri possunt hic duo: primum omnium cur febres aliquæ habeant paroxysmos aut accessiones, ac non potius continentes sint omnes: deinde cur hæc recurrant singulis diebus, illæ tertio, aliæ quarto quoque die. Prima quæstio facilius est, & ad secundam sternit viam. Proinde in reddenda causa prioris omnes medici consentiunt, de hac secunda dissentiunt: vsque adeo, ut plerique barbarorum desperantes probabilem quampiam reddi posse, ad occultam proprietatem confugiant: alij cœlestibus causis hoc impudent. Verum has ineptias s. lib. Contr. de causis reditus periodici ex professo disputantes, & soluti à lege commetationis latius refutauimus, monstrauiusque hæc alia ex causa accidere, reddidimusque eandem quam Gal. in presenti capite. Modo nihil aliud quàm caput enarrabimus. Volens Gal. inuestigare causam periodorum quos adeo omnes fere homines demirantur, nos deducit ex rebus quæ conspicuæ sensibus sunt, & eandem prorsus causam cum illis habent, cuiusmodi sunt quedam lippitudines (lippitudo est inflammas

atio palpebrarum) quarum aliæ singulis diebus aliæ per tertios dies ingrauescunt, & aurium etiam dolores quidam & totius capitis, aut dimidij. Huiusmodi etiam sunt dolores articulorum, scilicet nonnullos videmus ophthalmia laborantes, quibus per circuitum aliquem inflammatio exacerbatur, & in aurium etiam doloribus, & capitis, & articulorum, perinde accidit, quia fluxio ex qua mala illa pendent per circuitus illos influit: ergo cum in ijs quæ apparent ita fieri experiamur, eodem modo accidere in delitescetibus doloribus, & qui minime apparent, ut in pleuritide & pulmonum inflammatione, & internis alijs affectibus, est verisimile; præcipue cum in his etiam per quosdam dies symptomata ingrauescant, fluxione scilicet per quendam interualla incumbente itaque; ex his haud est iam intellectu difficile, repetitiones febrium per circuitus simili quadam causa fieri, quæ sunt inflammationes, & fluxiones reliquæ. Commodè ergo facit Gal. de fluxionum causis, quæ alibi demonstrata sunt, hic assumens, id quod sequens dictio continet.

Fluxionem igitur decumbentem in oculos, omnes quidem concedunt à capite defluere. sed quoniam causa sit ob quam præsnito circuitu sapenumero defluat, dicere haud possunt, ut qui de facultatibus naturalibus nihil commentati sunt, de quibus nostris in libris scripsimus, quatuor esse demonstrantes, à quibus stirpes, & animalia gubernantur: vna igitur est familiarium attractrix, altera eorundem retentrix, tertia autem ab ijs alteratrix, & quarta præterea alienorum expultrix. Alienum vero in omnibus rebus est: alterum qualitate, alterum quantitate. Acruatur quidem id propter facultatum quæ in ijs partibus sunt, robur & imbecillitatem. Si enim æquis sint viribus, & meatus qui excrementa deducunt, secundum naturam se habuerint, partes ipsæ sanæ sunt: vbi vero plus quam alteratur, deducatur, omne id quod superuacuum est, ab excretoria facultate pulsatum, excerni necesse est. Si autem ipsa imbecilla sit in hoc loco manet: ac quod multum est, grauat, atque distendit eum. Quod vero acre est, erodit ac mordet, quemadmodum quod calidum est, calefacit, quod frigidum frigefacit. Hæc autem liquido etiam in ventriculo apparent. Quidam namque ingerentes plus ciborum, interdum nauseabundi vomere coguntur, interdum alui affluus corripuntur. Quod igitur hic per maxima patientia loca excernitur, quæ foras id quod redudat, eructant, id in alijs partibus animalis, per tenues meatus, non foras, sed ex alijs in alias transluit partes, expellentibus quidem ipsum robustioribus suscipientibus autem imbecillioribus: pellitur autem rursus ex ijs illis in alias defluit, donec tandem in omnium imbecillissimas decumbat: id autem, ut in dextris ad alias robustiores decurrat, fieri minime potest. Quocirca in plenitudine, & vitio humorum *καταρροια* greci vocant, partes omnium debilissimas, alia

me. alia quidem phlegmone, alia erysipelate: alia hepate, alia alio quodam pathemate corripuntur, alia verò rheumaticum appellatum affectum obtinent, de quo seorsum scripsimus. Nihil igitur mirum vel cerebrum, vel etiam totum interdum caput, vbi aliquod coaceruauit excrementum, in aliquam partem imbecillioem expellere, aut aures, aut oculos, aut tempora, aut labia, aut dentes, aut buccas, aut palatum, aut gingiuas, & gurgulionem & tonsillas, & quæ illic sunt glandulis: atq; vbi nullum ex his fuerit imbecille, in thoracem pulmonem, fauces, gulam, & ventriculum fluxionē transmittit. Quæ admodum igitur caput sæpenumero prædictorum cuique morbi causa est, ita phlegmones in iecore & liene, vicinarū aliqua partū, aut etiam per Ionem vna longius sitarum, aut plures quæ excrementa generant, augent, transmittunt, & per circuitum infestant ac nihil miri est, his aliquod malum accidere, quod est simile excretioni excrementorum ventriculi, quem admodum igitur si quis videret quantum quotidie excernitur, causam verò excretionis ignoraret, admiraretur vtiq; ordinem: ita qui nescit generationis excrementorum in capite atq; excretionis causam, & ignorat quamobrem hæc foras esuant, illa verò in aliam quandam partem defluunt, dubitat atq; miratur influxus proportionem. Pari modo & qui ignorat qua partes excrementa, iecori transmittunt, & ob quam causam transmittuntur, miratur proportionem ex iecore accensarum febrium atqui nouit decumbentem in iecur fluxionem, & quod primū dederit phlegmones initium, & sequentis accessionis laborantem partem habere causam, mirari desinit.

Facultates naturales esse quatuor, tractricem, reatricem, coëtricem, & expultricem docuit Gal. tribus libris, quos huic cōtemplationi dicauit, & ego lib. 1. Contr. proinde hic peti magis debet, quam monstrari. Harum facultatum opera in ventre sunt maximè cōspicua, utpote in quo maximè aguntur cōctiones, & excretiones. Nihilominus reliquæ etiam omnes particulæ expellunt à se inutilia, & coquunt vtilia, & tunc inutilium congerunt copiam maiorem, cum minus valentem habent vim coëtricem, quia quæ trahunt non coquunt, sed corrumpunt. Membra naturalia, cum natura ducantur, non ratione, haud prospiciunt sibi mutuo, sed singula sibi, quamquam ita natura sunt comparata, vt omnia omnib. videantur operari, non tamen faciunt, sed singula sibi. Proinde membrum quoduis expellere conatur à se, etiam si fluxionem in aliud membrum mittat, vsq; aded, vt nonnunquam vilia membra quorum læsio animanti minimam noxam inferbat, sua excrementa in princeps aliquod membrum deponant (cum scilicet hoc contingit illis esse debilius) & ita vel ipsam mortem inferant. Ita fortia membra mittunt ad

debilia & debilia recipiunt non potentia re-
percutere. Fir ergo humorū expulsio à mē-
bro multa excrementa congerente, in mem-
brum quod tunc temporis cōtingit esse de-
bilis expultricis, cum membrum expellens
irritatur ab excremento, vel quātitate graua-
tū, vel qualitate corrosū. Est enim illud p-
peruum, membra naturalia nunquam ex-
pellere nisi quæ in ipsis irritatio fiat, saltem
in animantium partibus quæ sensu aliquo
participant. In plantis enim, & partibus quæ
omnis sensus expertes esse dicimus (nisi quæ
hæbent imperfectum sensum vt Galenus cū
Platone putat) non ob irritationem, sed ob
anticpathiam inutilium expulsio fiat, sed hu-
manis corporibus nisi in affectibus omnino
exiguus nullæ partes sunt quibus non com-
patiantur aliquæ sentientes. Nam & cum of-
libus dolet mox periosum. Nihil mirum est
in his excretionibus quæ à membris in mē-
bra fiunt, ordinem aliquem seruari, quando
in ventre perinde accidat, quod non mira-
mur. Contingit sanè in excretionibus quæ
ex vêtre fiūt quotidie, magna ex parte ordo
quidam. Verū hæc omnia mirari desinemus,
si quæ partes in quas partes mittere, quas re-
dundantias possint, & soleant didicerimus.
Fluxionū ergo causas melius fuerit, vt nos
breuissime perstringamus: Galenus liqui-
dem diffuse admodum de his disserit, quare
illius verba particulatim exponere fuerit te-
diosum & inutile. Vt humor aliquis de par-
ticula in particulam veniat, facit, aut expul-
sio à parte ex qua venit, aut tractio à parte in
quam venit, aut simul ambo: vel præter hæc,
successio eius quod vacuatur. De successio-
ne eius quod vacuatur nihil hic dicā, nā ne-
que id caput exigit. Vt reliquis modis hu-
mor de parte in partem fluat, causæ quædā
faciunt, quarum nonnullæ, in parte ex qua
humor fluit, consistunt, nonnullæ in parte,
in quam influit. In illa sunt irritatio, &
multitudo humorum, & robur expultricis:
in hac, calor, & dolor, & imbecillitas. For-
titudo facultatis & irritatio & dolor, & im-
becillitas, faciunt expulsionem: calor tra-
ctionem: multitudo humorum, nunc facit
expulsionem, nunc tractionem. Nam ca-
lor tractorius est, quod sequens pars capitis
abūde declarabit: mēbra autem fortia ex ir-
ritata mittunt in partem debilem, & partes
circumiacentes, in partem dolentem. Mul-
titudo vero cum grauando irritat, est causa
expulsionis: non irritat, est nihilominus cau-
sa tractionis. Nam trahens membrū, eo plus
extorquet à membro ex quo fit tractio, quo
illud habet plus. Neq; verò absurditatis qu-
quam habet fortitudinē virtutis causam esse
morbi alterius membri, ita vt si hoc mem-
brum debilioris expultricis esset, illud non
ægrotaret. Nam vt paulo ante monuimus,
nullum

nullum membrum præcauet aliorum mala, sed sua: ita tamen dictum intelligatur, robur virtutis esse nonnunquam causam morbi, vt non intelligatur, robur quantumcumque id facere. Ita vt quo robur esset maius, eo id promptius faceret, nam ita robur esset mala causa per se, quod non est. Nam si membri transmittentis vis augetur fieret expulsio non in membrum aliud, sed extra corpus, atq; expurgaretur membrum illud alijs illæsis.

Duplex verò huiusmodi influxus occasio est, vna quam nunc exponere desij, quando ex alijs partibus in debiliores excrementa transmittuntur, altera autem quando attrahuntur, de qua tam differendam, exordio sermonis petito, ab ijs que omnibus perspicua sunt: si enim thapsiam illius cuiquam, videbis breui tempore partem hanc calidorem esse factam, & in tumorem non exiguum attolli. Sic vero & si partem quampiam iuxta ignem calefeceris, aut vehementer fricueris, vel resina vnxeris, aut medicocriter calida pice, & deinde paulo post conferim auellas, aut si etiam cuiquam parti calidum admoueris medicamentum: videbis enim in omnibus ipsam attolli in tumorem, quia calor ipse vel ad se trahere vel suscipere fluxionem solet, neque enim necesse est in præsens talia definire, quum id q. instituto vile est, etiam sine hac inquisitione iam habemus. Quippe semper in partes vehementius incallescere, insuere videtur, in plethoricis quidem & excrementosis corporibus abunde multum, in ijs autem que excrementis vacant, exiguum. Insuit verò maxime etiã in eas que dolent partes. Sic igitur saepe cui extrema digiti pars minima acu, puncta est, statim dolet, & paulo post, omnes que circiter sunt partes phlegmone laborant, & in tumorem maximum attolluntur. Quibusdam verò etiam bubones sub alis erumpunt vbi aliquid fluxionis, rara & spongiosa qua illic sunt corpora, quos adenas nominat, admisserint: quibusdam autem in medio brachio id fieri conspicitur, quibus scilicet insignis aden ibidem consistit. Evidentissimè vero id quod dicimus videre licet, vbi vlcusculum aliquod paruum, phlegmones atq; doloris expers prope vngue fuerit. Si enim hoc cõtenatur, neq; coeat, & ad cicatricem ducatur, eo quod aduata ipsi caro ab vngue comprimitur, primum quidem dolet, deinde totus digitus, interdum verò etiam eorum brachiale, aut pes in maximam attollitur phlegmonem. Ita igitur dolor attrahit in partes, que dolore laborant fluxionem, non tamen huius causam hic dicere necesse est: alibi enim commodius est dicere, nec illius in præsentia indigem, videntur ergo iam cause fluxionum, ex ipsis partibus fluxione laborantibus oriri, esse duplices, vna quidè ex calore in eis accenso: altera ex dolore qui excitatur. Quod verò aut plus, aut minus, aut melius aut deterius insuat, causa nō solum in ipsis partibus fluxione laborantibus consistit, sed quod melius vel deterius, causa in partibus mittentibus est, quod plus minusve in vtrifq; calor enim vehemens ac dolor, plus,

A debilior aut, minus attrahit. Sic & corpora excrementis vacua, exiguum quiddam trahentibus mittunt; excrementosa vero & plenitudine laborantia, tanto plus, quanto ab ipso naturali habitu longius recesserunt.

Quinto de simp. med. facul. cap. 16. docet Gal. calorem trahere, & trahetium medicamentorum essentia in calore, & partium tenuitate consistere. Quare taphæ aut resina, aut picis illitio, & fricatio partes in tumore attollunt, potissimum si corpus vniuersum, aut membrum aliquod redundans succi sit. Caloris propria vis est trahere, non minus quã funderè & extenuare, & agere alia quædam. Quare frustra laborant barbarorū quidam, tractionem à calido, ad tractionem vacui conantes transferre, quod per se calori inest, per accidens tribuentes. Sed hoc alio loco monstratum est. Ad dolentem particulam fluxio concitatur, quia mēbra circumiacentia insigata dolore ipso, se comprimunt versus dolentem partem, vt expellant molestiæ causam, & compressionem humorem illum trudent. Docet hæc Gal. 13. meth. cap. 3. Si quid tibi occurrit scrupuli lege caput tertium septimo libro nostrarum cõtrouersiarum. Illud satis constat, ridiculum esse triuiale illud sermonem, qui circumfertur, membra sana in dolentem partem mittere humores & spiritus, vt supetias illi ferant. Nam apertè hic sermo membris naturalibus donat prouidentiam.

Hæ igitur fluxionum differentia, siue partium fluxiones admittentium debilitate sunt. Alia verò ob harum debilitatem, ac mittentium excrementa robur. Omnes enim que sine vulnere & collisione partes prehendunt phlegmones, excrementis quibusdam ex robustioribus in imbecilliores decumbentibus, procreantur. Tales verò phlegmones cõsistim simul accendunt febres, quando videlicet ob magnitudinem, aut vicinitatem calor ex eis ad cor peruenit. Putrescunt igitur in omnibus phlegmonibus decubentia excrementa propter causas prius dictas. Non similiter autem putrescunt omnia, eo quod quedam sint pituitosa, alia melancholica, nonnulla biliosa. Vbi verò ipsa putruerunt, calor præter naturam in parte phlegmone obsessa accenditur, simul quidem calefaciens quemcumq; primo tangunt, phlegmone laborantes partes, deinde illis, cõtinuat, ex quibus rursus alia ratione vicinitatis calefacta, rursusq; alia ab illis vsq; ad cor interdum deferunt calorem. Quinam verò sit in partibus phlegmone obsessis affectus, in libro de inæquali intemperie dictum est, & item in libro de tumoribus præter naturam. Quod vero necesse sit cõtentum in ipsis sanguinem sepenumero putrescere, simul cum ijs que influxerunt, in hoc dicitur.

DICTUM iam antea est, fortia mēbra transmittere sua excrementa in debiliores in phlegmo-

phlegmone cur putrescāt humores, dictum est in nono capite, quod hoc antecessit. Affe-
sta particula quapiam inflammatione homi-
nem corripit febre, dictum est capite sexto, li-
bri primi huius operis. Quādo ea febris quæ
ex inflammatione pendet, fit diaria, & quā-
do putrida, dictū in 7. cap. primi. Nihil ergo
hic est, noua enarratione indigens.

Quod verò ab vna parte in aliam decubuit ex-
crementum, interdum adeò multum, prauūq; est, vt
partis fluxione laborantis facultatem ladat: inter-
dum adeò mite & exiguum, vt suscipiens corpus ni-
hil offendet. Porro si facultatē adeò laferit vt exol-
uatur, neq; iam euincat, ea quæ prius vincebat, tūc
sanguinē iam putrescere duplici ratione est necesse,
& quia humor minimè euictus à proprio calore, re-
liquam habet in putredinem mutationem, & quia
cum excrementis putrescētib; simul putrescit. Sin
non tantum ladat facultatem, vt exoluta penitus
quiescat, semiprauus, & tanquam semipuridus in
tali constitutione sanguis efficitur, vicinitate quidē
parrescentium excrementorum simul putrescens,
persistens tamen in sua ipsius natura, quantum in
ratione facultatis ipsum gubernantis consistit. Vt-
cūq; verò se res habet, in prima putredine calor ac-
census, est omnino acrior & mordacior eo qui est se-
cundum naturam: eatenus verò crescit, quamdiu ex-
crementorum natura sufficit. Hac enim ad calorem
qui ex ipsis accenditur, similem quandā rationem
habent, qualem ligna ad ignē. Ex ipsis namq; lignis,
dum alterantur, generatur ignis. Non tamen in in-
finitum tempus ad alterationem sufficiunt, sed finis
alterationis ipsis est, humoris innati consumptio,
quam eo vsq; cremari possunt, donec aliquid innati
humoris habuerint: eo autem consumpto, cremari
desinunt, ac reliquæ eorum cinis nominatur. Quin
etiam putrescentium humorum calor simpliciter
permanet, dum omnino fuerint assati. Consenta-
neum verò est reliquias humorū terrestres exiguas
esse, non quemadmodum liquorum plurimas, pro-
pterea quod in substantia eorum humidum, nō sic-
cum elementum praealeat. Ita verò si externorū hu-
morum quempiam coquere volueris, velut oleum
aut vinum, quam minimū terrestre eius relinques,
reliquam autem omne extenuatum, in vaporem &
aërem abibit. Proinde tota substantia seruefacto-
rum in putredine humorum, à calore extenuatorū,
in vigore atq; inclinatione febrium dispergitur: ex-
crementum verò omnino exiguum, vel nullum re-
manet: in crassioribus quidem humoribus exiguum,
in senioribus autem nullum. Quod si nullam debili-
tatem partis phlegmone laborantis facultas cōtra-
xerit, neq; rursus excrementa mittantur, & mor-
bus desit, & posthac aut iterum febricitauerit ho-
mo, neq; sequenti die neq; tertio neq; quarto. Quod
si ob eandem causam, ob quam ab initio parti trans-
missa sunt excrementa mittantur, aut si hac quidē
non amplius mittantur, sed permaneant facultatis
imbecillitas, deuo febricitare hominem necesse
est. Subiciatur enim primo facultas partis robusta,

A tempore verò interueniente eisdem in partibus qua
prius transmiserunt, aceruata esse excrementa, &
qualitate & quantitate ipsi qui initio transmiserāt
paria. Hoc verò accidit ipsi, quibus affectus mittent-
ium idem, & attracti ad ipsas alimenti quanti-
tas & qualitas eadem permanet. Necesse enim est,
vt arbitror, equale ac simile quod ab eadem altera-
tur facultate, equalia & similia facere excremen-
ta. Quinetiam coaceruationis eorum tempus, ne-
cessario equale erit. Partes enim qua aluntur, quo
ad similem habuerint cōstitutionem, ab eodem nutri-
ta alimento, equalia quantitate, & similia qua-
litate, atq; eodem tempore excrementa coacerua-
bunt. Quinetiam in eodem circuitu incitabuntur,
ad expellenda ea, atq; mittenda ad imbecilliores.
Siquidem tūc primum facultas excretrix ad suam
functionem excitatur, vbi vel multitudine excre-
mentorum grauat, vel qualitate molestat.

Hactenus dixit causas fluxionum, eas sci-
licet quibus contingit humorem in partem
aliquam incumbere, modò ad causas febriū
paroxysmorum accedit propius, dicens ex-
crementum quod in partem aliquam incu-
bit, in illa corruptiones humorum efficeret
dupliciter, aut sola permissione, quia scilicet
humores particulæ, excrementis venienti-
bus admixti computrescunt, aut etiam debi-
litata facultate cōtrice membri recipientis:
tunc enim non ex dicta causa modò putrefa-
cunt in ea humores, sed etiam quia à debili-
tata facultate non vincuntur. Vt cūque fiat
vt humores in illa incipiunt putrescere, ita
putredinalis calor & febris incipit crescere,
duratque tantum, quantum ipsa excremen-
ta non dissipata, aut cremata integre, non a-
liter quàm ignis qui inflammatis lignis sue-
census est, non antè cessat, quàm ligna in
cineres redacta sunt. Hoc enim etiam con-
tingit in putrescentibus humoribus, scilicet
vt ex lignis cinis superest, ita ex consumptis
putredine humoribus, quamquam tenuior
multò, quantò humores lignis tenuiores
sunt: atque ita ex ipsis humoribus non eā-
dem semper restant reliquæ, sed crassio-
ribus, quales pituita & melancholia, crassio-
res ex tenuioribus, quales flauæ bilis species
quædam: tenuiores ex tenuissimis & sero-
sis, quales qui iecores appellantur, aut sanies
omnino nullæ. Sunt enim hi humores om-
nino similes aquæ in modo substantiæ. Qua-
re vt ex hac feruore cōsumpta nihil videmus
superesse, ita in illis accidere coniectandum
est. Ergo primò facta febris tunc cessat, cum
illa prior humorum putrescentium portio
consumpta est. Quare si nihil noxæ manet in
recipiente particula, neque quidquam am-
plius mittitur, nulla amplius febris superue-
niet: si verò eadem manet in membris reci-
pientibus dispositio ad recipiendum, & in
mittente ad congerendum, cōstat translatio

aliquo interuallo, eo scilicet quo sufficiens irritare humoris quantitas congeretur, fiet noua fluxio, & noua putredo, & altera febris: & rursus perseverantibus eisdem causis, fiet tertia, quæ cum ex eisdem causis, & eodem modo habentibus, fiat (nisi quid ægrotus in victu erret) necessariò æqualis erit secundæ, & in eodem repetet tempore. Itaq; dicta iam est causa, cur febres aliquæ intermittentes sint, & cur plerumq; æquales, & æqualibus temporibus succedant sequentes antecedentibus.

De hisce verò omnibus in commentarijs de facultatibus naturalibus definitum est, in quibus exercitatum esse oportet eum, qui quæ nunc dicuntur, cū demonstratione addiscere voluerit, magnis quidem alijs præmijs, ex tali contemplatione, ad curandam rationem ipsi propositis. Nam vt omnia alia omittā, quæ in eo libro sum dicturus, vnius tantūmodo mentionem faciam, quod maximè in promptu est, & sepe numero à me factum, lippitudinis scilicet per circuitum accessionem habentis. Existimo enim non parum incitamentum fore lectori, ad eam quam nūc tradimus addiscendam contemplationem. Nos enim contra quāvis qui se nominant oculares, huiusmodi lippitudines semper curauimus. Quū enim illi semper oculis negotium successerent, nos interdū balneo, nonnunquam meri potione, vt inquit Hippocrates, aliquādo sanguinis missione, interdum vtriusq; vel elytere cum sanguinis missione, vsi sumus. Atq; accidit vt interdum ijs adhibitis statim desierit, quandoq; etiam vbi capiti fuisse prospectum. Omnes enim qui ita curati sunt, aut nullam omnino amplius accessionem habuerunt, aut semel saltem, sed multò minorem quā antea. Sed de curatorijs quidem discretionibus, ac inditijs, nunc dicere, tempestiuum non est.

GAienus hic dicit tractationem de facultatibus naturalibus ad præsentem tractationem necessariam esse, & interim dicit ad curationem plurimum conferre, quod vt ab exemplo monstret, tantillū digressus, curationis ophthalmiæ circuitus habētis, mentionem facit. Hæc scilicet vt habet, i. Aphor. 6. sectionis, soluitur venæ sectione, aut medicamento, aut fomento, aut balneo, aut vini potu. Non tamen his distinctè vtendum est, sed est singulis auxilijs sua opportunitas, q̄ qui facultatum naturalium munera ignoraret, haud posset obseruare neq; causam, qua illa profunt scire. Nam fomentum, & balneū, & vini potio, conferunt cum plenum non est corpus: fomentum, scilicet, cum nihil iam inspuit aliunde in oculos. Et is qui illic est humor, non est valde crassus (nam si talis est, cōfert in ea occasione vini potio) balneum cū modicum iam inspuit, idq; mordax, corpore non pleno: si enim plenum est, mittedus est sanguis, aut expurgandum. Sed qua hac ratione? qua alia? quam quòd plena & fortia,

A mittunt in membra debilia, & dolentia? & calida trahunt, præcipue ex plenis corporibus? quæ ratio in facultatem naturalium notitia, tota sita est?

Quod verò accidat interdum totum caput, vel nihil perpeffum, sed sanguine prauo atq; excrementoso nutritū, plura coaceruare excrementa, & magis praua q̄ antea, ita vt naturales effluxus, ac perspiratus eis nequaquam sufficiant: sed natura cogatur excrementū ad imbecillioem aliquam partem propellere: aut si humores secundū naturā se habeant, ipsum aut caput laboret, aut etiā ambo concurrat, coaceruari excrementa, & in aliquam decumbere partem prasens sermo demonstrare studet. Etenim quoad influens humor similis fuerit, & capitis affectus idem, eo vsq; excreta æquali coaceruabuntur tempore similia & æqualia. & oculorū accessiones similes fiet. Eodem modo si non fortius capitis, sed alicuius in eo partis, scilicet membranarū, vel cerebri affectus fuerit, ita vt ex tali alimēto tale aliqd, tantūq; aceruet tanto tempore excrementū: deinde expellat excrementū id q̄ primū, vbi ab eo insigniter molestatur, accidet & tūc per circuitū infestari, vel oculos, vel aures, vel aliquid aliud tale, in q̄ debilius expulsum fuerit, id q; redundat. Quòd si igitur in oculis, aurib; alijsq; multis partib; talibus, manifestè videretur accessio per circuitū fieri suū, vt ostēsum est, quid mirum in pluritudine, perineumonia, phrenitide & omnibus alijs, quorum non id licet inueniri phlegmonas, similiter influere excrementū, eodemq; modo febrem accendere? quum tamē pars phlegmone obfessa, nullo alio affectu laboret, ex quo prædicta generari queant, quā quòd ijs quæ eo tempore excrementa mittunt, imbecillior est?

TRansacta digreissione redit ad institutum, dicens quibus ex causis contingat membrum aliquod congerere multa excrementa: hincque rursus colligit periodorum causas: vtitur verò capitis exemplo, quamquam eadem est aliorum ratio. Caput, aut quia alteratricem facultatem in se ipso habet debilem, aut quia recipit assidue ex toto corpore vapores, aut causa vtriusque, solet congerere tam multa excrementa, vt iam non sint illi satis ad vacationem naturales viæ, nasus scilicet, & aures, & palatum. Tunc cōsentaneum est (immo ita conspiciamus) mittere id quod redundat in partem aliquam debilem, vt in oculos, aut aures: accidet etiā emissā humoris quadam portione aliam colligi, idq; eodem tempore quo priorem: quare & oculorum, auriumve mala, per circuitus exaceruabuntur: neque solum id in oculis & auribus, sed & in delitescentibus partibus, vt in pleuritide, & pulmone eadem de causa, verisimile est accidere.

Neq; etiam illud mirum est, quòd non vno statu tempore omnia coaceruentur excrementa: quia enim sanguis qui pro alimento deferretur, non semper similis est, neq; affectus partium qua aluntur idem, idcirco

3
 idcirco aliud alij tempus ad tanti excrementi coacervationem sufficit, a quo primum quidem natura partis molestat, cogiturque, veluti alienum a se, id quod molestat, propulsare.

Dista est causa, qua non oportet mirari, febres quasdam per æqualia intervalla reperere, scilicet quod eadem sit congerentis membri debilitas, aut humorum malicia. Ratio verò hæc nihil habet perpetuum, sed contingens, quare contrarium quoque potest accidere, ut scilicet febris sequens non reperat æquali tempore quo præcedens, sed aut anticipet aut cunctetur. Nimirum causæ omnes repetitionis possunt vno die permu- tari. Alimentum quod ad membrum venit, potest esse deterius aut melius, plus aut minus: pars quoque ipsa quæ alitur, potest etiam esse aliter affecta, plus minusve dolens, calidior aut frigidior, fortior aut debilior.

Neque sane quod ipsarum accessionum longitudo inæqualis sit, mirari oportet. Quam enim neque species, neque multitudo excrementorum vna, neque similiter accedi omnibus, aut discuti convenit. Nam plura quidem, & frigidiora, & lenta, & crassa, longiores efficiunt accessiones: pauciora verò & calidiora, & tenuiora, breviores ad hæc non parum conducente totius corporis constitutione, eo tempore, & facultatis robore. Rarius namque corpus, quantum in se est, breviores efficit accessiones, densius autem longiores. Et robur quidem facultatis, breviores, imbecillitas autem multo longiores, facultas enim valida promptius a se expellit id, quod est alienum: corporis autem raritas, id quod effertur haud retinet. Quapropter ita affectis celeriter vacuari id, quod redundat, est necesse, si etiã alia similia sint. Pari ratione quibus è contrario corpus afficitur, ijs tardius excerni excrementa est necesse, facultate excrementa debiliter expellente: angustia verò meatuum, ea que effertur detinente, omnibus autem simul concurrentibus, aut longissima aut brevissima accessio fit. Longissima quidem ob crassitudinem, & multitudinem excrementi & facultatis imbecillitatem, meatuumque angustiam brevissima verò propter tenuitatem, & paucitatem excrementi, & facultatis robur, ac viarum amplitudinem.

Dicta etiam paulo ante est causa, qua contingit paroxysmos æquales fieri, sequentes prioribus. Verum neque illa habet perpetuitatem, sed contingentiam: fieri enim etiam potest ut inæquales fiant, minores inquam. Causæ huius eadem sunt, quas dixit tertio capite huius ipsius libri.

Eadem ratione neque, quam ob causam nonnulla quidem accessiones ad integritatem desinant, aliqua verò non, difficile est inuenire. Quando enim prioris accessionis tempus adeò breve fuerit, ut priusquam secunda incipiat, iam desierit, totum intervallum quod inter principium secundæ, & prioris

A finem existit, febre vacat. Si verò secunda priusquam omnino prior desinat, inuasit, nullum inter hæc medium relinquitur intervallum. Hoc igitur, ut diximus, est facultatis, in parte excrementa recipiente, existentis, sui similis manentis hoc est, adhuc, ut antea quoque, sanguinem, qui in ipsa continetur vinctus. Si verò aliquando imbecilla efficiatur, idque ei causa sit, ut non solum excrementa, sed ipse etiam sanguis corrumpatur, ac putrescat, & febris accendatur, alterum inde quoque quoddam initium, quæ per circuitus fiunt, accessionum, orietur. Si igitur prædictus adhuc seruetur calor, duplex febrium inter se implexarum species erit. Quod si verò ille desinat, recipientis autem fluxione affectus permaneat, quæ de mittente dicta sunt prius, etiam de hac intelliges. Nam & hæc ipsa pars, quædam in se excrementa efficiet duplici ratione, quemadmodum etiam illa: & quia contentus in ea sanguis est pravus & quia facultas imbecilla est. Similiter si ex aliqua quavis causa, facultas partis interdum adeò debilis sit red- dita, ut proximus sanguis illi potius sit onus quam alimentum, corrumpetur: et si calidus fuerit facile putrescet: si subfrigidus ac pituitosus, non statim quidem, sed progressu temporis, is quoque eundem acquirat affectum: quoniam etiam ubi quilibet pars nequeat concoquere in se genita excrementa, aut ad aliam propulsare, tale sibi ipsi initium febricitandi, quæle ea qua transmittit alteri efficiet. Cur verò alter excrementa transmutere nequeat, prima quidem causa in mittentis & suscipientis facultate est, altera verò in viarum obstructione, qua ex lætis, crassis & multis humoribus fieri solet. Nihil igitur mirum est, si etiam absque eo quod altera alteri mittat excrementum, quemadmodum caput mittebat oculis, ex ijs qua in ipsa adhuc manent excrementis, in eundem ad quem ea qua aliena suscipit, pervenerit affectum. Quæ enim naturales effluxus obstruxerunt, eo quoque processu temporis putrescere necesse est, & causam fieri ob quam multitudo excrementorum in parte coaceruetur, quæ ipsam vacuari, ac ut solita erat, diffilari vetent. Putrescunt igitur similiter illis ea quoque, quæ postea coaceruantur, & omnia simul statim in parte febrilem calorem accendunt. Antea verò demonstratum est, ubi calor quispian accenditur, vel etiam augetur, in eam partem ex alijs sanguinem influere. Igitur necesse est, ut tempore quo influit, partes illæ sanguine destituta refrigerentur, pars autem laborans grauetur ac distendatur: & qui influxit sanguis, alteretur duabus de causis, & quia putrescentibus iam excrementis permiscetur, & quia impactus minime diffilatur. quocirca instar humidorum lignorum confertim in exiguam flammam coniectorum accenduntur, atque id omne tempus principium accessionis appellatur: ubi verò calor superat materiam, tale tempus incrementum & ascensus vocatur. Eo autem tempore calor multitudine ita, augetur, ut non solum deurat locum, qui est putredinis veluti focus, sed etiam continuitate per universum dispergatur corpus: & ubi ad summum feruorem, qui accenduntur, humores pervenerint,

talis accessionis pars, vigor nominatur. vniuersū autē laborantis corpus tunc ignitum esse videtur, calore in totum animalis corpus equaliter extenso: deinde verò si quidem humores tenues fuerint, & facultas valida, corpusq; rarum, plurima feruefactorum humorum pars in sudorem fusa vacuatur. Si verò illi crassi fuerint, facultas autem expultrix imbecilla, & via angusta, nihil quidem sensibile effluit: sed id solum quod ita extenuatum est, vt in tenuis iam habitus degenerauerit naturam. Nuncupatur verò id tempus inclinatio quedam feruentium humorum, perspiratio existens. Sed vbi in parte affectus remanet, necesse est alterum in ipsa procreari excrementum, quum id quod rursus in eam trahitur, alimentum non totum exquisitè vincatur: quod rursus vt antea dictum est, ab excrementis putridis in parte relictis, & a propria prauitate initium putrefactionis accipit: & vbi admodum incaluerit, rursus in ipsam influit, quemadmodum prius dictum est, ex alijs animalis partibus sanguis: ac rursus eodem modo principium, incrementum, rigor, & inclinatio accessionis fit atq; hoc per circuitum fieri haud desinit, donec affectus in parte primum gignente excrementa seruetur. Est autē duplex eiusmodi affectus: alter quidem partis imbecillitas, in qua gignuntur excrementa: alter verò ex ipsis, q̄ quotidie generantur, coaceruatus. Non enim existimes, in externis vasibus, in quibus elixatum cibarium nidorosum est factum, quendam relinqui affectum, in partibus autē in quibus humores putrescunt, nullum. Tunc verò eum affectum solui magis est impossibile, quando vniuersum corpus vitiosis humoribus refertum, aut etiam phlethoricum fuerit: ac multo magis, si in ijs omnium meatuum excrementa educentium angustia fuerit: quemadmodum vtiq; & sanatio subsequeretur, si etiam meatus expurgaretur, vt pars fluxilis esset, & facultas robusta foret, & affectus emendatus, atq; vniuersum corpus nec vitiosis humoribus refertum, nec phlethoricum. Donec autem hæc permanent, circuitum quoq; accessionem permanere est necesse. Sic itaq; in mulieribus etiam accidit. In his enim quoad equalis & similis menstruorum causa permanet, idem etiam ipsorum circuitus seruetur. De his verò omnibus in libro de Rheumaticis affectibus plenius differitur, neq; nunc in confirmandis ijs, que antea demonstrata sunt, immorari consentaneum, nec rerum in præsens vtilium capita præterire. Maxime autem vtile est, inter hæc cognoscere, quòd aliqua partes alijs fluxiones transmittunt, quemadmodum caput oculis: quedam verò ab excrementis in se generis febris initium accipiunt, & quod ijs omnibus commune excrementorum putredo est. Proprium autem huic quidem obstructio & infarctus vasorum, propter scilicet humores lentos, aut crassos, aut multos: alteri verò angustia meatuum vel sensibilium, vel insensibilium: alteri autem cuidam, quòd vacua que sint in toto corpore spatia, oppleta sint, & præterea plenitudo ad vires adfit, quemadmodum in libro de Plenitudine monstratum est.

A Quid in primis verbis præscriptæ dictionis dicitur, satis est manifestum, nempe accessiones aliquas nunquam venire ad integritatem, eo quòd antequam prior finiatur, alia succedat: quæ febres anticipantes à quibusdam subintrantes appellantur, harum causa nulla alia, quàm causa earum quæ ob longitudinem octauo capite appellatae sunt, à Galeno productæ: quarum causa illic est dicta. Animaduertendum verò hic est, quòd ab eo dicitur posse fieri febrem cū periodis particula aliqua congerente multa excrementa etiam, si ea in aliam partem non remittat, vt si in viscere aliquo excrementa, quæ ex hodierno alimento collecta sunt, incipiant putrescere, incipiet calor putredinalis in illo fieri, quo ex corporis habitu trahente humores, non aliter ac inflammatio solet ad se sanguinem allicere, fiet externorum refrigeratio, vsque dum crescente putredine calor prodeat, & ea plurimum aucta, febris fiat vigor, & deinde consumptis putrefactione excrementis deferbeat, atque ita omnia particularia tempora percurrat: itaque nihil est intellectu difficile, accessione febris fieri excrementis in particula collectis. Quare si ab his excrementis quæ in ipsa particula generantur vna, ab ijs quæ influunt altera accessio fiat, erit ita duplex febris. Liber de Rheumaticis affectibus, quem Gal. citat, iniuria temporis perijt cum multis alijs. Sed illud à me in præsentia dicendum erit, in febris his, accessiones habentibus, semper esse motionem humoris de parte in partem. Nam cum omnino quieti putrescunt humores, continentes febres sunt. Itaque semper est pars, ex qua humores veniunt, & pars in quam veniunt: quanquam, vt modò diximus, fieri potest vt in parte ex qua humores veniunt, nihil sit vitium, sed pars colligens excrementa, & non remittens in aliam, ipsa sibi principium præstet alliciendæ ad se fluxionis. Tamen plerūq; pars transmittens colligit multa excrementa ob dictas antea causas: & recipiens est bilis, non valens ex se illa trudere. Hæc verò partes nonnunquam sunt peculiæ res, vt cū hepar colligit multa, & mittit in ventrem, aut in pulmonem: nonnunquam verò non sunt peculiæ, sed totū venenosum genus colligit multa excrementa, & ex certis interuallis extra se in musculos & carnes rejicit: nonnunquam pars mittens est peculiaris quædam, recipiens verò non est talis: vt cū venter colligit multos succos, quos ex certis interuallis in totum corporis habitum diffundit: nonnunquam potest contra fieri, vt ex toto corporis habitu in peculiare aliquod membrum fluxio incumbat. Neque verò id in febris solum ita accidit, sed in alijs affectibus rheumaticis multo clarius fit epylepsia, toto corpore mittente in cere-

727

cerebrum, aut ventriculo solo mittente in cerebrum, aut etiam digito pedis mittente aurem in caput, quod Gal. ipse se vidisse narrat de locis aff. accidit nonnunquam in febribus, quæ per accessiones fiunt, alias venas in alias mittere, nullo humore prodeunte extra venas, & hæc quidem sunt continuæ cum accessionibus. Animaduertendum rursus hic censeo, quod i. de Arte curatiua ad Gl. cap. 3. dicitur, membra quædam in quibusdam febribus solere insigniter laborare, vt ventriculolum in quotidiana, hepar in tertiana, lienem in quartana. Nam, quanquam nullum horum sit perpetuum, est tñ quod magna ex parte accidit, proindeque in his febribus horum membrorum firmitudinis ratio est habenda. Inuabitur enim quam plurimum. Medicus ad curationem, si membrum congerens excrementa in febribus inuenerit: cognoscitur verò illud haud difficulter ex doloribus, qui potissimum in initio accessionum fiunt, vt cuidam quotidiana febre laboranti ex dolore vehementi crurum incipiebat accessio, qui crescente febre soluebatur. Vnde coniectabam membra congerentia excrementa, & febrium materiam supeditantia, esse curra. Neq; verò id erat mirum, cum in puero illo epileptico solus pedis digitus primaria affectione laboraret.

Febrium igitur per circuitum accessionem habentium, haud scio an vlla generationis causa sit omissa. Earum autem quæ ordine carent, nonnullæ ex humoris transmutatione, nonnullæ ob victus rationis errorem ad talem constitutionem deueniunt. Maxime igitur mutatur sanguis putrescens nam, vt antea dictum est, partim quidem flua bilis efficitur, partim verò nigra. Quantum verò humores in corpore egrotantium mutantur, tantum etiam accessionum circuitus. Quocirca nihil mirum, si in huiusmodi mutationibus ordo quoq; mutatur. Mutatur verò maxime, vbi id quod incipit putrescere, in aliqua parte aliud existit, aliud autem ex alijs influit, quod vel in illis solis tale existit, aut in toto corpore redundat similem quæcumq; ægri in victus ratione delinquit, hæc quoq; nihilominus circuituum ordinem corrumpit. Vt enim in sanis præuis victus morborum causa est, eodem arbitror modo vel etiã magis in egrotantibus, ex his quæ deliquerint, accessiones incidunt. Non solum autem egrotantes, sed etiã tempore quo à morbo conualescunt, promptè ex quouis delicto leduntur. Igitur per quacumq; insignem lesionem, vel anticipare multum circuitiones cogunt, vel alterius generis à prioribus quasdam gignunt, à quibus accessionum ordo corrumpitur. Sæpenumero autem circuituum complicationem medicis ignoratam, ægroti visi sunt sine ordine habere accessiones. Sed tales quidem circuitus inordinati reuera non sunt, sed tantummodo videntur: quicunq; autem reuera sunt, aut ob permutationem humorum febrem efficientium, aut propter errorem in victus ratione, accidunt.

Hactenus reddita est causa febrium, ordinem quendam seruantium in paroxysinis: modò causam reddit, qua contingit nonnullas omni ordine carere, quæ proinde erraticæ appellantur. Ea verò est duplex, humoris in multiplices formas transmutatio, ita vt nullam multo tempore retineat, & febricitantium errata. Scilicet fieri potest, vt febribus quæ non ante tertium diem erat inualu-
Bra, secundo die inuadat, causa erroris facta, scilicet ab errore erraticæ. Prima causa satis docet, tunc temporis maximè febres erraticas venturas, cum is humor putrescet, qui maximè in multiplices formas mutari possit: huiusmodi verò constat esse inter omnes sanguinem, cum huius tenuis pars transeat in bilem, & crassa in melancholiam. Ergo q; ad humores attinet, tunc maximè fiunt febres erraticæ, cum in parte quapiam peculiari sanguis putruerit: atque multo magis, cum non exquisitus sanguis, sed omnes humores simul: tunc enim sine ordine, prout nunc putredo casu in humorem huc magis incubuerit, hic paroxysmus fiet: deinde ille, prout in illum: postea alius, prout in alium. Dixi verò, cum in parte quapiam peculiari putruerit, quia cum in venis omnib. fit hæc putredo, continentes proueniunt febres, vt antea diximus. Eadem hæc erraticarum febrium causa, de qua modò loquimur, verum est quod ab Hipp. dicitur tertio Aph. quod ad tempora attinet, autumno febres quartanas & erraticas maximè fieri: quartanas, quia melancholia abundat (causa non est huius loci) erraticas, quia tempus maximè multiplices, & inæquali temperamento, multiplices merito facit humorum permutationes: quanquam alia quoq; causa fiunt erraticæ febres in autumno, quam Gal. reddit; Progn. com. 29. quia scilicet eo tempore biliofiores fucci, qui ex æstate superfuerunt, in atram bilem migrant, ideoq; humorum durante permutatione, atra bilis in alio membro feruet, in alio minus: in alio mouetur, in alio non, fiunt q; ita febres erraticæ, vsq; dum facta integre permutatione, vnicus toto corpore affectus fit, melancholicus inquã, tuncque firmatur morbus in quartanam febrè. Ex his satis liquet, falso Fuchsum dicere, atram bilem inter omnes humores maximè facere erraticas febres. Gal. siquidem non dixit, vt ille intelligit, atræ bili illud esse natura insitum, moueri in vno membro, & in alio quiescere, in vno feruere, in alio nõ: sed dixit hoc per tempus illud accidere, dum permutatio fit. Nam cum iam migratit humor in atram bilem, minimè omnium potest erraticas febres efficere: quia, vt alio loco diximus, solus hic humor non potest vltione, aut putrefactione, aut alteratione in aliud humoris genus transferri, quare necessariò perseverat

H 3

in sua natura bilis atræ, ex secunda causa factis aperte colligitur (vt modò vltimæ quæstioni, earum quas in principio huius capituli proposui, respondeâ) febrem pituitosam repetere per singulos dies, & biliosam per tertios, & melancholicam per quartos, nō causa proprietatis occultæ, sed causa proportionis causarum efficientium ad materiam, & causa quâtitatis & qualitatis humoris. Nam error quicumq; potest permutare diem paroxysmi, tamen error non potest permutare humoris proprietatem, quanquam quantitatem & qualitatem permutet. Quare illud quoq; manifestum est, nihil valere argumētum Dioclis aduersum Hipp. cuius mentionem facit Gal. 1. Epid. part. 3. ad confirmandū nullas esse quintanas, neq; septimanas, neq; nonanas febres. Inquit enim, cū tres tantum humores sint, ex quibus intermittentes febres fiant, tres tantum fore illarum periodos. Verū cū non pendeat periodus ex proprietate, sed ex quantitate ac qualitate humoris, imbecilla ratio est: nihil enim prohibet ex eodem humore, minori tantū quâtitate, longiorem fieri periodum. Quare contentaneè loquitur Auic. qui febres illas omnes ex melancholicis succis fieri suspicatus est: sed cū nō multa illorum est copia (has enim febres, quas Hipp. vidit, Gale. negavit) non quidem fieri posse, sed vidisse se: ego non dubito posse cōtingere, quippe qui vidi iam bis. Sed de hac re latius scripsi lib. 5. Contr. sed modò quæ desunt apponamus. Nihil mirum est, medicum in primis diebus haud posse discernere febres compositas ab erraticis, verū expectans tempus vnius hebdomadæ, attendensq; febrium ipsarum formam & responsum, non possit falli, nisi in exercitatus valde sit. nam videbit aperte in erraticis nullum esse typum, in compositis verò esse typum compositum. Vt si quis corripiatur primo die febre, & secundo altera, & tertio alia, & quarto nulla, nondum constat an febris erret: sed si post hæc quinto die fiunt

A duæ accessiones, & sexto nulla, & septimo vna, & octavo alia, iam constat compositam esse tertianam cum quartana, atq; adeo febrem primi diei fuisse tertianam, cui respondit alia in tertio: & febrē secundi fuisse quartanam, quintum habuisse, duas aliam respondentē tertianę tertij, aliā quartanæ secundi. Sed hæc ex tractatione de typis erunt manifesta: modò illud vnum dico, distingui compositas ab erraticis per typum multarum accessionum. formam enim singularum febrium non sufficet considerare. Nam vt in compositis sunt diuersæ formæ, ita & erraticis, quæ ex humorum mutatione induunt varias species.

Reliquum verò febrium continentium genus, quarum vniuersum tempus vna accessio est, aut semper aequalis, aut decrescens, aut increscens vsq; ad indicationem, ex tali causa fieri solet quidem omnium febrium, Praxagoras statuit, humorum in caua vena putredinem esse existimans. Sed ab solutio & verior sermo hoc quidem modo euaderet. Quicumq; morbi per circuitus obtinent accessiones partium, succedunt affectibus, vel mittentium, vel suscipientium, vel trahentium excrementa, eo quo paulo antè diximus modo: qui verò sine circuitibus, in his nullus locus peculiaris laborat: sed omnes qui in venis & arterijs continerentur, potissimum qui in maximis & calidissimis sunt, aut propter aliam quandam causam, vt in diarijs, aut etiam ob putredinē seruefacti, accendunt febrem vnam, continentem appellatam, ab initio ad finem vsq; minimè intermittentem, eatenusq; durantem, ac deurentem hominem, quoad ipsam gignentem humores consumpti fuerint, aut cocti, aut vtrunq; passi.

Modò reddit causam eius, quod in primis verbis capituli huius proposuit, & hucusq; dicere distulit, cur scilicet febres aliquæ continentem sint. Est verò in superioribus declarata satis præscripta hic dictio. Hic appellat febrem diariam, continentem sine putredine,

F I N I S.





CLAVDII GALENI
PERGAMENI DE LOCIS
PATIENTIBVS

LIBRI SEX.

CVM SCHOLIIS FRANCISCI VALLESII COVARR-
viani in Schola Complutensi professoris publici.

CAP. I.

Relectiuncula.

Primum omnium dicit Gal. quos soleant medici locos appellare, commendatque praesens opus, vt ad curationem vtilissimum, & dicit quae sint ad illud necessaria, nempe scire vsus particularum, & anatomicen. Deinde refert 4. modos cognoscendi patientem locum. Primum ab essentia proprietate. 2. ab his quae in particula aliqua continentur naturaliter. 3. ab adnatis patienti loco. 4. ab his quae praeter naturam in parte generantur occasione huius 4. modi, mentione facit quarundam quaestionum ab Archigene in lib. quos de patientibus locis ante Gal. ediderat, discussarum. An particula, in qua praeter naturam aliquid continetur, vt lapis in vesica, patiatur: an ipsa nihil patiente, laedatur nihilominus actio, & an actio laedatur, cum a lapide supprimitur vrina, an non laedatur, sed impeditur. Verum has quaestiones logicas esse dicit, & nihil ad curationem facientes. Quod vt monstrat, ponit puero cuidam suppressam esse vrinam, exercere tamen deinde lectores, persitens in eadem hypothesi, & inuestigans causas per signa, interimque docens modum curationis. Tandem inquit, 2. quaestionem propius accede ea hanc tractationem.

Non solum recentiores medici, sed veterum quoque non pauci corporis particulas locos nominare consueverunt, ac quam diligentissime affectus ipsi euenire solitos dignoscere studuerunt, quia pro locorum differentia curationem quoque mutari contingit. Sed quam utilis ad curationem sit huiusmodi notitia, eo lib. quem de curandi ratione scripsimus, videre est: nunc autem solum quomodo aliquis cognoscere possit patientes particulas, constitutum est speculati. Ergo partes in superficie constitutae vna cum suarum passionum specie facile sensibus deprehenduntur, quae vero in primo corpore latent, exercitatae cognitionis virum desiderant, cum in practicis actionibus, & vtilitatibus, tum vel maxime in ea quae hac praecedat, corporum dissectione.

SCHOLIUM.

Docet ipsemet Gal. libello de differentia morborum, nomina haec πάθος & πάθη Latinè passio: & haec πάσις, id est pati, & πάσθη id est patientia, & παροδία, id est perpassa, aut quae passa sunt: cum eis exacte utimur, significare affectionem quae fit, vt distinguitur ab affectu: quae dictio permanentem iam significat qualitatem: cum vero minus exacte eis utimur, significare omne genus rei quae praeter naturam in nobis, consistit, siue sit passio siue affectus. hoc se-

cundo modo vtitur hic nominibus, cum de patientibus aut de perpassis locis scribit: & cum inquit quomodo aliquis patientes particulas possit dignoscere, constitutum est considerare. non enim opus praesens est de solis partibus quae patiuntur, affectus autem non sunt, sed & de patientibus, & de male affectis: atque proinde cetero Gal. in li. titulo non participio praesentis, sed praeteriti vsu esse, dicentem non περί παθόντων, sed περί πεπονημένων, id est omnis affectus nascitur ex passione, & quod modum male affectum est, prius subiit passionem. Ergo locus, & pars, & particula, & membrum, hoc loco eandem rem significant.

Quippe hac nos docuit cum alia permulta tum cuiuslibet partis essentiae proprietatem. Nam quae in pulmonibus sunt aspera arteria, corpore quodam constat cartilagineo (Graeci βρογχίων appellant) cuius proprietatem habent axat, qui ipsum vident, & cognoscere possunt. Si aliquando tussiendo spuatur, maximum vlcus vel ab erosione, vel putredine, in pulmone esse existimamus. Quamquam enim inter pharyngem & pulmonem eiusmodi natura corpus per totum collum pertinet, tam grandis tamen vlceratio in ipso haudquam fieri potest, quin prius mors animal praecipiet: in pulmone vero talis fieri potest, utpote qui ob humiditatem & facile putrescere & a vitiosis humoribus prompte erodi consuevit: adde quod bronchia in ipso exigua admodum sint. Quocirca pars ipsorum putrescere non potest, quin potius totum bronchium reijci necesse est, membranosus vinculis, quae ipsum cum aliis coniungunt, a sua continuitate exolutis, quae ipsis bronchiis multo celerius patiuntur. haec enim & cartilaginea, & dura & crassa sunt membranae, verò quae ipsa coniungunt, tenues & infirmae. Quinetiam frustum quoddam vas haud ita paruum tussiendo reijci vidimus, quod ex pulmone fuisse deductum plane intelligebant dissectoria artis non imperiri professores. Quotquot enim ad asperam arteriam in collo proueniunt vasa omnia, capillorum ferè speciem referunt. Proinde non solum essentiae proprietates sed magnitudo quoque sepe numero affectum locum haud obscure indicare potest. sic enim cum intestini tunicam per dysenteriam deiectione conspexeris, sitque & latitudine & crassitudine eius quae tenuia constituunt, multo maior, non abs re conicies vlcerationem in crassis intestinis consistere.

H 4

Ita cum adolescentulum tussiendo tunicam viscosam crassam, reijcere videremus, coniecimus eam ex interna sua grururum parte, quae etiam ligula (Graeci γλωττιδα vocant) constituit fuisse resolutam, ac sanatus est adolescentulus: quamvis id non admodum speraremus, mansit tamen vox vitiosa. Praeterea per essentiam proprietatem a vesica vlcere, ea quae in renibus consistunt, distingui possunt. Scripsit. n. in Aphorismis Hipp. Si ea quae cum urinis excernuntur, flammaram speciem referunt, in vesica vlcus esse scire licet: si vero carunculis similia sint, id erit in renib.

SCHOLIUM.

Vbi inquit Gal. quanquam n. inter pharynga & pulmonem eiusmodi naturae corpus per totum collum pertinet, censent plerique, cum quibus & Leonhartus Fuchsius, aut vitiatum esse codicem Graecum, aut Galocutum esse ambiguit: legendumque esse, Inter fauces & pulmonem: quia haec lectio inter pharynga & pulmonem est corpus cartilagineum, vult significare pharynga ipsum non esse cartilagineum, quod tamen falsum est. Itaque cum fauces sint, interprete ipso Ga. 4. Aph. 4. partes ipsius oris, quae inter larynga & gulam sunt, inter quas & pulmo, est etiam ipse larynx, videtur illis melior ea lectio. Sed ego non video quid opus sit sua animaduersione. Nam intelligi potest inter pharynga & pulmonem est tale corpus, non exclusis terminis. Nam & in ipso pulmone sunt tales cartilagineae, quam dicitur inter pulmonem & fauces. Adde verba haec castius modi, naturae corpus referre bronchion: bronchium vero appellari non quascunque cartilagineas, sed annulos illos non integros, quales in reliqua arteria sunt, non tamen in larynge. hic. n. ex tribus cartilaginibus constat, alterius figurae & aliter compactis, ut licet tibi videre apud Galenum de Vsu partium, cap. 11. Quod si ita intelligi non placet, constat multis in locis Gale. & Hipp. hoc nomen Pharynx, quo hic vititur, non significare idem quod larynx, sed fauces. 3. pro. Ga. com. 18. ita scriptum est, οτι φάρυγγα τις προκεραμένη χάρσα σωμαχου τε και λάρυγγος ονομαζει διηλον εστι. Id est, constat illum pharynga vocare partem, quae est inter gulam & laryngem. Ergo ubi nos legimus, γλωττιδα Graeci vocant, in codice Graeco habetur επι γλωττιδα: sed non est dubium, corruptum illum esse, legendumque hic γλωττιδα. nam a Galeno appellari solet γλωττις pellicula quaedam, quae intra laryngem est proprium vocis instrumentum: επι γλωττις vero operculum quoddam laryngis, quod illi desuper incumbit, & ad radicem linguae nascitur. Atqui quae de substantia & vtu eius quae ab illo dicitur γλωττις scripsit, quadrant quammaxime cum ea particula, quam iuuenis praesentis historiae reiecit, contra quae de situ & substantia & vtu epiglottidis scripsit, mini-

A me quadrant Nam cap. 13. lib. 7. de vtu partium ita habetur: Glottidis corpus membranofum extitit, humidum autem est, simulque viscosum & pingue. ca. 10. eiusdem lib. idem docetur. cap. etiam huius primi de Locis patientibus ita occurret scriptum: Est praeterea in gutture summo glottis haec, proprium vocis instrumentum. Verum epiglottis cap. 17. de vtu partium alius est scriptus, & vtu & substantiae modus. est. n. extrinsecus in partibus oris, quare minimè opus erat tussive exuperetur, si semel esset excissa: tamè huius uenis tussiendo reiecit. Confert epiglottis, ne cibus & potus eat in asperam arteriam, haudquaquam ad vocem. nam ex dicto Gal. loco constat, hanc inter loquendum stare rectam, quare quanquam eiecta esset, vox non multum esset vitiosa: sed si quid, sermo potius est praeterea rotunda & cartilaginea, minimè tamen viscosa, qualem dixit esse glottidem, & qualem dicit reiecit adolescentulum. Itaque legendum hic est, ut nos legimus. Ergo affirmat hoc loco Gal. ex micis carunculis cognosci per substantiae proprietatem vlcus renum, tamen negat, 4. part. aph. com. 76. vidisse se affectionem per quam mingantur carunculis similia, quae renu substantiae partes sint: sed ea inquit esse sedimentum orobinum ex affato sanguine factum. quod si est, constat cognitione sedis affectae, quae per illa fit, non esse ea substantiae proprietate, sed **D** potius ex his quae in loco aliquo praeternaturam continentur: quem locum referet statim ordine quartum: quare haud scio an hic Gal. oblitus sit eorum, quae illic negavit se vidisse, an modò contrarium opinetur, an ex Hipp. sententia exemplum hoc acceperit. ego. n. haudquaquam sentio in opinabile fieri posse, ut renis ipsius frustula mingantur, quandoquidem in nominum renibus videre licet quaedam carunculas, partim substantiae ipsorum renum, partim adenibus similes, erumpentes in secundum sinum, per quas vrina percolatur: possunt ergo eae carunculae a percolanda vrina corrosae cum ea prodire.

Neq. non a reb. in particulis quibusdam contineberrime sedes affecta deprehenditur. nam Mitylenis adolescens quidam secundum sedem vulneratus gladio, vulnere satis profundo tribus primis diebus neque cibum neque potum ingessit: quarta vero die, adhibitis prius remedijs, cibum sumpsit, ac bibit quoque: deinde occidente sole iterum adhibita curatione, vrina quatuor fere corylas per vulnus excreuit, cum antea ex quo vulneratus erat, nil vrinae reddidisset, tum vero ab onere, quo circa pubem grauabatur, se perfecte liberatum esse dixit. Itaque proculdubio constabat vesicam fuisse vulneratam. Quemadmodum ubi stercus per vulnus excernitur, intestinorum alicuius vlcus esse illatum haud dubium est. Sic etiam cum cibus egreditur, in ventriculo vlcus esse manifestum est.

35
 cum, oram supra inguina tuberculū ac suppu-
 ratū, cū medicus incideret stercus subsecutū in colo
 abscessū esse declarauit. Atq; in hoc genere contine-
 tur spiritus afflatus vulnerato thorace, & sanguis
 ab arteria profluēs. Nā cum interdum vulneratum
 corpus sensu deprehendi non potest, exactam ab his
 consequimur notitiam. Ergo vt ex thorace efflatus
 inter respirandū spiritus, membranā costas succin-
 gentē vulneratam esse significat: ita sanguis salien-
 do eiectus, arteriam. Sed & his protinus, eo qui ex
 venis erumpit & calidior, & tenuiorum partiū, &
 flauior esse dignoscitur, at veluti horum non incer-
 ta sunt nota, sic eodem modo si aliquando omentū
 aut intestinorum aliquod, excidere per vulnus vi-
 deatur, peritoneum, membranā, aluū, & intesti-
 na omnia amplectentem discissam esse nemo ambi-
 gere debet. Si vero pulmonis aliquis apex extremā
 sui partem à vulnere excernere videatur, thoracem
 confossum esse ostendit. Atqui nil refert siue suc-
 cingentem membranā vulneratam, siue thora-
 cem confossum esse dixeris.

SCHOLIUM.

Plerique vbi Gal. inquit, cotylas, vertunt
 heminas, non tamen sine errore. Nā he-
 mina est nomen mensuræ Italicæ, quæ con-
 tinebat alteram partem sextarij Romani,
 proindeq; capiebat decem vncias, quod ve-
 rò cum cotylæ dicit Gal. intelligi velit Atti-
 cam capientem nouem vncias, intelliges ex
 his quæ ab eodē scripta sunt primo de com-
 medic. secundum genera, cap. 18. quæ habet
 hoc modo olei cotylas tres. Atticas puto i-
 psam scribere, aut certè scripsisset libras. Vi-
 des vt Ga. doceat cum cotylas dicitur, intel-
 ligi debere Atticas. Cotylā verò Atticā cō-
 tinere nouem vncias dixit statim eodcm lo-
 co his verbis. Ex multis pharmacis quondā
 conscriptis priusquam Romanorum res eo
 potentia creuissent coniecī, quā m illi voca-
 rent cotylam esse æqualem vncis nouem li-
 bræ Romanæ hodiernæ. Itaque vbi Ga. scri-
 bit *κοτύλας*, melius erit seruari nomē Græcū,
 transcribiq; cotylam, quā pro illo nomē
 mensuræ non exactè respondentis substi-
 tuti aut si Latina dictione vti vis, dic hemina
 Atticā, vt significetur altera pars sextarij.
 Attici, qui capit vncias 18. hic ergo ita dicen-
 dum est, adolefcentem reiecit vrinæ qua-
 tuor ferè cotylas, aut quatuor ferè hemi-
 nas Atticas. Nam præter dicta haud parum
 est minxisse ferè 36. vncias tribus diebus,
 quibus præcipuè neque potum sumpserat,
 quinta maiores intelligas mensuras. Verūm
 hæc quæ ad mensuras & pondera attinent
 à Georgio agricola vellē peti, nullus. n. quan-
 tum ego intelligo, eruditius aut diligentius
 de illis scripsit. Ergo vbi nos legimus tuber-
 culum: legit Copus panum, tamen fallitur.
 Nam Græcè habetur *φύμα*, & Cornelius Cel-
 sus, à quo responsus Latinarum dictionum

A cum Græcis peti debet, lib. 5. ca. 18. *φύμα* red-
 dit tuberculum *συβέλον* panem aut panū.
 Neque verò indifferens est ita aut aliter di-
 cere: nomina. n. sunt diuersorū tumorū. Nā
 quanquam omnia hæc bubon, phyma &
 phygethlon, nomina sunt tumorum glandu-
 larum dicente ipso Gal. cap. 1. lib. 2. de ratio-
 ne curandi ad Glauconē: tamen diuersæ tu-
 morū species sunt, quas Celsus dicto loco di-
 stinguat. Nimirum phygethlon est tumor qui
 dam in inguinib. oboriri solitus, dimidij
 magnitudinem non excedens, habēsq; cru-
 stam quandam pani similem. Phyma crustā
 non habet, & plerunq; patet latius. Solet
 etiam phyma vniuersum accipi pro quocun-
 que tumore præter naturam, atq; ita tuber-
 culū Latine & Hispanè naudo. Itaque legi
 debet tuberculū. Sed qua ratione ex tuber-
 culo suppurato & inciso stercus subsecutum
 abscessum esse in colo declarauit? An non
 potuit esse in recto intestino aut cæco (omni
 no. n. intestinorum aliquo esse erat necessa-
 rium) videtur sanè cum cæcum intestinum
 vsq; ad inferiora pertingat, occupans in ilio
 dextro totam eam regionem, quam ren dex-
 ter, vtpote superior reliquerat vacuam. Do-
 cet Gal. lib. 6. huius operis cap. 2. & 4. de vsu
 partium cap. vltimo. Verūm Ga. videtur me-
 ritò malum illud in colum reiecit, quia vt
 videbimus cap. citato 6. lib. colum circūvol-
 uitur, atq; ad superiores reuertitur partes, &
 ambo ilia prætervehitur, ita vt hac causa do-
 lores ad quamcunq; ventris inferni partem
 pertineant, probabiliter in colum reiciantur.
C Accedit quod imminet aliis intestinis cæ-
 co inquam & recto, id est habet anteriorem
 sedem, & seipso peritoneo occurrit ante ilia:
 quare causa huius situs coniectandum est
 supurationem habuisse in colo eū, cui in-
 cissum erat suppuratum tuberculum. Quan-
 quam video te iam dicere hoc argumentum
 non esse ab eo quod in particula naturaliter
 cōtinetur, sed à partis situ: tamē respondeo,
 cognouisse Gal. aliquod intestinorum fuisse
 perforatum ab eo quod in parte continetur:
E tamē vt cognosceret, quod esset illud inte-
 stinū, accessisse argumentū à situ. Quāquā
 accedit dictis ratio alia cognoscendi colum
 fuisse perforatum, nimirum stercus subsecu-
 tum esse, idq; iam à cibis separatum valde,
 tale. enim non est ante colum. Nam in cæ-
 co nondū est tam exactè. Itaq; iam idem ar-
 gumētum docuit affectum esse in testinū, &
F intestinum. Ergo dictum est sanguinem arte-
 riarum continuè esse calidiorē & tenuio-
 rum partium & magis flauum, videtur hinc
 fieri vt & magis biliosus sit. nam hæc ipsa
 sunt biliosi sanguinis indicia, quare rectè
 coniecit Auic. pulmonem, vtpotē qui à
 corde accipit tenuē sanguinem ad nutritio-
 nem, calidum & siccum esse ac biliosum: cū
 parti-

particula quæuis habeat nutrimento suo similem naturā. Hac de re diffusè satis disputauimus primo lib. contro uersarū, monstrātes pulmonem esse membrum per se humidum: modò illud vnum dicimus, sanguinē arteriarum omnium nomine esse biliosum. nā est purissimus. sanguis verò biliosus prauus est, & excremento plenus: & qui eo abūdat, est cacochimus. Quare male iam gratiā rependere cor pulmonem, vt dicitur 6. de vsu part. pro aere respirationis præstans biliosū alimentū, nō est itaque talis: sed purissimus à bile vtraque secretissimus, & cū minima pituita vt potè optimè cōcoctus, proinde calidior est, quia scilicet magis concoctus est, quā alius sanguis, & quia multo spiritu substantia calidissima admixtus est. Eadem ratione tenuior (est. n. spiritus tenuissimus) & quia à crasis hæcibus est expurgatissimus, hæc eadem causa est qua magis flauus dicitur: non quidem verè est flauus, quòd cum flauo aliquo succo permixtus sit, sed flauus videtur, quia splendens rubedo flauiciei præstat quandā phantasiā: maximè cum accedit causa aliqua speciem candoris solens efficere: nam ex albo & rubro species flauiciei prodit, talis causa est flatus aut substantia spiritiosa cum succo permixta. Nam ita aquæ substantiæ alioqui de caloris spuma alba videtur. Ita inquit Plato in dialogo de natura, pituitam ex quocūque cibo albam fieri. itaque sanguis per se ruber est & splendens, multi spiritus admixtione flauiciem quodammodo imitatur.

Iam verò ex ijs etiam quæ adnascuntur reb. affecta sedis nota petuntur. Quippe res adnascens essentia proprietatem obtinet. quemadmodū fungi, si fracto capite, menynx lasa fuerit, atq; rursus alia proprietates conspicitur esse particula cuiuspiam vitiatæ. Huius præterea generis est crustula quadā (ipsa dicitur Græcè vocatur) quæ eius particula à qua excerni videtur, vlcus portedit. Vt meatuū vrinae, si cum vrina spiritualium instrumentorum, si rursus, gula ac ventriculi, si vomendo excernatur. Quemadmodum si cum alui excrementis dicitur, intestinorum aliquod vlceratam esse significat.

SCHOLIUM.

Fungus vt docet Gal. Epidemicon. part. 3. com. 49. non est tantum qui ex vulnerata menynge pullulat, vt videtur hic innuere: sed omnis excrescentia, quæ materiæ crassitudine in quacunque parte vulnerata fit. Cū verò contractum est caput, si quis fracto craneo extuberat fungus, certum est ex vulnerata menynge esse. Nam ex vitiatō ossē alia proprietates conspicitur: nimirum generatur callus siue portus. Ergo ubi dicitur *epilepsis*, melius vertit Copus, quæ ego hac in parte securus sum, crustula quadā, quæ Fuchsius, qui vertit ramentū: nā quāquam nomen *epilepsis* vtrunque significet, quia vtrun-

que ex vlcere abraditur, tamen ramentum quod fit, cum exulceratur primum particula, quæ neque supercrescentem carnem neque extuberantiam aliquam habebat, non significat male affectam sedem, quia adnatū: sed primo modo, id est, ob essentia proprietatem. Itaque hunc locū non intellexit Fuchsius, in quo tamen mirè se exercuit.

Est præterea ex indicijs quibusdā alius notitia modus, quū videlicet in alieno loco aliquid præ naturam cōtinetur, vt in renib. aut vesica lapus, aut pus in thorace, aut sanguinis grumus, aut vbiq; cōtineatur, aut alius quidam succus molestus in animalis corpore genitus, aut extrinsecus ei adueniens. Vnde iuniorū medicorū cōpures quæstionē ad medicæ artis opera nil conferentē sed dialecticam, potius habentem contemplationem, mouere solent. Vtrum huiusmodi res in nobis præter naturā genita ex affectis sint sedib. an loco nequaq; affecto animal à causa præter naturam patiatur: sed quod inutiles, vt dixi. sit huiusmodi quæstio, cognitu facile est, si quis sit in arte notarū vsus cognoueris. Subijcimus ergo aliquem tribus dieb. nil vrinae reddidisse, nonne protinus in qua corporis parte sit huiusmodi accidentis causa inuestigabimus: an in renib. an vterib. an vesica, an vrina fistula. Neq; n. in hepate pulmone ve, ventriculo, corde, aut alia quauis particula ipsa queremus, q; nulla ipsarū sit vrina instrumentū. Vnde nisi nouerimus primā vrina secretionē in renib. fieri, deinde eam p. vteras ad vesicam puenire, ac demum inde excerni, quemadmodum iam antea in libris naturalium actionum ostēdimus, nil huiusmodi inuenire poterimus. Verū huc vsq; processisse haud satis esse videtur, quin potè ppendere oportet quānam sit causa propter quā vrina supprimitur: est autem via contemplationis hæc, intueri oportet omnia tum præterita, tum præsentia accidentia. Præsentia quidem ipse medicus inspicere debet: præterita verò non solum à laborante, sed etiam ab ipsius familiarib. interrogandorum disce-

Ere sit. Ergo exempli gratia, tumor aliquis in pube, satis euidenter in circumscriptione vesicam impletā esse ostendens, nilq; excernatur, nunquid plane constat, aut excretoria vrina actionē necessario resolutam, aut vrina fistulā esse constipatam? In primis ergo id considerandū est, num fieri potuerit vt resoluta facultatis nomine id acciderit: si prius meminimus quomodo p. bonam valetudinē volentib. nobis vrina excernatur, musculum vesicæ ceruicem circumdantē ab actione quiescit fungente tunc vesica suo munere musculi aut actio voluntatis nostræ imperiū imitatur, at vesica naturaliter agens voluntati haud quaq; obedit, nam in cōmentarijs de naturalib. facult. iam declaratum est, in omnib. ferè corporis particulis esse vim qua excrementa secretantur. hæc quanquam semper ipsis accidit, nō tamen vruntur ea nisi cum vrgerentur excrementis, quæ si aliquando fuerit, affecta fieri potest, vt vrina supprimatur. Verū si hominem ita figuraueris vt declinū sit ceruicis vesicæ positus, ac manibus tu-

*mōrem præter naturam compresseris, expelletur vri-
na. Quod si ita nil profeceris, à causa qua resoluta
vis esse putabatur, desiste. Atq; vrina fistulam con-
pata esse suspicari oportet, ipse et musculus circun-
datus si resoluatur: ipse non cohibita, sed præter
voluntatem emissæ vrina causa est.*

SCHOLIUM:

CAutè admodum Gal. docens modum,
quo mictio fit per bonam valetudinem,
dixit. Non quidem musculus, qui prius cō-
stringebat, dilatari, & vesicâ ipsam cōstrin-
gi: sed vesicam munere suo fungi, id est ex-
pellere, & musculus cessare. nimirum dila-
tatio musculi non est eius actio, sed cessatio.
dilatatur nempe, non quòd facultate sese di-
latet, sed quòd facultas à constringendo de-
sistat. Nulli nãq; musculo possunt inesse duo
contrarij motus, sed vnicus, versus radicem.
Tamen non sine causa hærebit aliquis, vi-
dens hoc loco Gal. dicere per mictum natu-
ralè musculus, circundantem ceruicem ve-
sicæ ab actione quiescere, cum idem autor
s. de vsu par. cap. vltimo dicat: hunc musculū
eo differre à musculo ani, quòd non solum
sit ad claudendum comparatus, vt ille: sed pos-
tius vt contractus vndique depelleret, quid-
quid in meatu contineretur: secundario au-
tem, vt ipsum etiam clauderet, itaq; hic mu-
sculus est protensus per colem ipsum, & ha-
bet fibras trāsuerfas: cumq; mictio fit, laxat
eas quæ in ipso vesicæ collo sunt, reliqui au-
tem iuuant eum vrinae imperū, qui intrinse-
cus excitatus inceptusq; est. Hic musculi
motus facit vt mictio non paulatim aut gut-
tatim fiat, sed repente, & continuato fluxu.
Non itaque cessat ab actione, vt hic docetur,
videtur dicendum, cum musculi huius sint
duo vsus, & duæ actiones (quanquam ambæ
aguntur eodem impetu, vt explicuimus)
alia retentio, alia expulsio, ab illarum vna pu-
ta retentione cessare musculus, aliam verò
hic Ga. non respexisse, quando quidem cau-
sas suppressæ vrinae erat propositum investi-
gare. Motus autem ille, quem intermeiendū
musculus habet, non facit quo minus vrina
supprimatur: sed quo minus mingatur pau-
latim. Quia ergo vt vrina non supprimatur,
sed reddatur, satis est fibras vesicæ cōstringi,
& musculū illū laxari, & si nil præterea mo-
ueretur (nam musculus ille si resoluatur, nō
cohibita, sed præter voluntatem emissæ cau-
sa est) noluit hic, motus illius, quem s. de vsu
partium dixit, meminisse, nimirum vbique
loquitur iuxta institutum. Ergo Sed cur di-
xerit paulò post, monstratū esse in cōmen-
tarijs de facult. naturalibus, in omnibus ferè
corporis particulis esse vim, qua excremen-
ta fecernantur. quorsum inquam adiecit di-
ctiōnem Ferè? cum nulla pars corporis sit,
quæ alendi facultate nō sit prædita, quæ sta-

tim vt habet, quatuor naturales facult. qua-
rum vna expultrix est, necesse est habeat. Du-
orū alterum dicendum est. Aut recenseri
hic inter partes ea quoque quæ nostris cor-
poribus adnascuntur excrementis genita,
sine facultate altrice ornatus aut vilitatis
gratia, cuiusmodi barba & coma & extremi
ungues (nã & ab Arist. in opere de partibus
animaliū, horum mentio fit) aut hic vim ex-
cretricem dici, non quamcunq; , sed eam tā-
tū, quæ operatur motu manifesto. talis. n. in
plerisq; partibus est. Nam in ventriculo, vte-
ro, intestinis, vtraq; vesica, hepate, liene, cere-
bro, corde, pulmone, & venis omnibus atq;
arteriis: non tamen est in omnib. partibus.
Neq; n. os aut simplex caro manifestis mo-
tibus expellunt, sed occultis. Ergo proculdu-
bio Ga. hic recensens causas suppressæ vrinae,
vnam omisit, quam lib. 6. cap. 4. addet, puta
sensum vesicæ resolutū. Nam cū dictum hoc
ipso in loco ab eo sit, membra non vti expul-
trice antequam irritentur: constat perinde
esse vim excretricem resoluti, aut sensum, q;
ad vrinae suppressionem. causæ tamen sunt
fatis diuersæ. Nam vt ipsemet li. 6. dicet, Ac-
cidit propter obtusum vesicæ sensum vt nō
reddatur vrina, citra tamē expultrix facult.
lesionem, si proprij vesicæ nerui afficiantur.

Itaq; quot modis contingat vrina meatum sti-
pari, deinceps considerandum est. Equidem tres
in vniuersum esse censeo. Aut. n. corpus ipsius in tā-
tum tumorem præter naturā attollitur, vt meatus
inde occupetur. Aut aliquid ei præter naturam vs
vel caruncula vel callus innascitur, aut à re qua-
piam obstruitur meatus. Corpus ipsius ad insignem
tumorem attollitur, si vel inflammatione vel scyr-
rho vel abscessu, vel alio quouis tumore fuerit affe-
ctum. In meatu caro quidem oritur, si præcesserit
vltus, aliæ verò res longo temporis spatio ex crasso
lentog; succo paulatim nasci potest. obstruitur mea-
tus vel à lapide vel grumo vel pure vel crasso lento-
que succo. Ergo hæc omnia distinguere oportet non
solum ex presentibus accidentibus, sed etiam ex his
qua præterierunt. Age ergo subiiciamus, vt puer la-
bores, apparuerint vero antea calculi indicia: vri-
na quidem aqua similis, in qua subsident sabulosa
quadam, ipse in super assidue pudendum scalpat,
idq; vel laxum vel intentum præter rationem, po-
stea vrina repente supprimatur. Nunquid optima
ratione conieceris, huic calculum in vesica ceruicē
incidisse? itaq; supino figurato puero vt crura reli-
qua corpore multò sint sublimiora, multifariam
ipsum concuties, hoc curans vt lapis ex meatu rece-
dat. quibus peractis, iube vt puer vrinam reddere
tēret, id si bene successerit, profluatq; vrina. præter
exactā causæ noticiā curationis quoq; modū inuenis-
se te haud dubie erit cōiectura. Quod si nihilominus
vrina, supprimitur, rursus concute. sed vehemētius:
atq; si sic quoq; permiserit, tunc idem: sō catheter
simul & lapidā à vesica ceruicē repelles, & vrinam
EUOCA-

euocabis. At nulla calculi nota retētam vrinā praecedere, si sanguis effluxerit, par est, vt grūmus vrinae fistulā obrineret: at fieri potest, vbi vlcera est vesica, vt paulatim in ipsa grūmus concreseat, vel non praecedente sanguinis fluore. Accidit autē vt sanguis e renib. per vterque in vesicam destuens grūmū efficiat, atq; in huiusmodi coniecturis magnus est aenea fistula vsus, haud secus ac cū vel pus vel crassū lentumq; succum meatum obstruxisse suspicamur. In huiusmodi verō coniecturam ex praecedentium noticia hoc pacto inducitur: etenim siue vesica, siue renes antea morbo aliquo laborauerint, per quem tale tantumq; pus colligi potuerit, vt pars sit ab ipso meatum fuisse obstruētū, probabiliter conijcies, hāc ob causam vrinam suppressi: aut si etiam in parte aliqua renibus superior fuerit abscessus, quo erupto haud absurdē prius in renes transumptū esse putaueris. Quod si nil huiusmodi praecesserit, victus rationem inquirere oportet, an in otio educatus multis cibis crassos lētosq; succos generare potentibus fuerit vsus. Sic etiam vbi ob carunculam aliquam ab vlcere innatam vesicae ceruicem obstruētam esse putamus, & ex praecedentib. vlcere notis, & ex eo qd dimissa aenea fistula vrina vacuatur, intelligere possumus, nā & hūc affectū aliquādo vidimus, quippe demissa fistula dolore mouit, in ea videlicet meatus parte, vbi antea vlcē esse conijciebamus, fractaq; sub fistula carne secuta sūt vrinae excretionē, & cruor aliquis, & carnis fragmenta. Atq; hāc diximus, vt qd ad institutū opus propriē pertineant. Constat autē vt paulō ante citata à nobis questio dialectica duntaxat sit, vtq; nil ad artis opera cōducatur. Id n. vrile fuerit, vt cognoscam⁹ meatū esse obstruētū à grūmo si ita cōrigerit, aut lapide. At q̄rere vrinā male affectū esse meatū, an causā suppressae vrinae in meatu cōtinere dicēdū sit, nil ad artē vtilitatis cōferre potest. Itaq; Archiginē satis mirari non possū, q non solū in huiusmodi questionib. multus sit, verū etiā de isāde adeo obscure scribat, vt intelligatur à nemine.

SCHOLIUM.

Videtur à Gale. missa quarta cōpressionis viā illius causa. Nam conuulso eo musculo, qui volentibus nobis claudit, fiet inuoluntaria conclusio, cum conuulso sit inuoluntarius motus similis voluntario, venientibus, scil. musculis praeter naturam ad eundem situm, ad quem secundum naturā perueniebant, cap. 2. de causis symptomatum. Profecto videtur mihi hāc ratio firmissima, proindeque ego quartam hanc causam addiderim, nisi velis conuulsionem ex siccitate huic musculo causa humiditatis loci, non posse accidere: aut si quando accidat, eam non repente. Hicque sermonē esse de repente suppressae vrinae. Conuulsionem verō, ex repletionē sub tumoribus praeter naturam intelligi, eo quod succus membrum distēdat. Sed hoc quoque videtur falsum, nam Ga. hic loquitur de tumore replē-

te meatū, nil tamen prohibet, succum incidere non in ipsum musculi caput prope vrinae viā, sed in nerui qui in illum inferitur exortū, vbi nihilominus cōuellit musculū, tumor verō viam non cōprimet. Itaq; fortasse fuerit melius quatuor causas recensere, hācque vt rarissimē contingētē putare fuisse à Gal. praetermissam. Ergo lapis in vesica accidit crebrius pueris quā adultis, vt ab Hippo. dictum est 6. Epidemico. parte. 3. his verbis, Postmixtum, concretio in pueris magis. Proinde Ga. in Hypothesi praesenti puerum finxit laborantem. Ergo quod quēdā arenulā ante lapidē mingantur, nil est miri, concrefcit si quidem lapis ex arenulis. Vrina aquea prodit gratia obstruētū, quē in angustis alioqui viis fiunt, dum lapis generatur. Neque verō oblitus sum eorum quē lib. 3. controuerfiarum dixi, putā nullum succū posse colatura fieri reuera tenuiorem quā ante. Neque in hoc loco quicquam est illi sententiā repugnans. Nam non idē vrinae aquae similis apparet, quod forum ipsum reuera tenuius sit quā cōsuevit: sed quod cū eo nil descendat eorum quae sunt crassiora. Ergo pruritus his accidit, quia arenulā & imple lapis interius scalpant, est illis pudendū, aut laxum praeter modū, aut praeter modū intentum nunquam, vt in bona valetudine solet: quia cum arenulā & lapis mouentur, faciunt pruritū, pruritus facit sensum quēdam lentiginis: cum verō hāc non fiūt gratia ipsius morbi & ponderis illius alieni, demissum praeter modum est membrum, quae ad curationem huius affectionis attinent sunt loci huius.

Ergo rursus propositū sermonē resumentes, cōsequentiā tractemus, quomodo scilicet, tū ex praecedentib. tum praesentib. accidentib. causa cur vrina reddi non possit deprehendatur. Percussus ergo validē qdam in ea parte, q̄ samē appellatur, inflammatione suborta in vulnere vrinam reddere nō potuit, ac vesica ipsa vt pote plena manifeste secundū circumscriptionē intentā videbatur, huic ne irritaretur inflammatio, aenea fistulā adhibere volumus, sed aqua calida infusa oleo pyngere satius esse putauimus cūq; trib. horis sic eū tractasemus tumore nō parū laxato ac dolore, vt ipsemet sarebatur, nō ita grauiter infestante, iussimus vt vrinā reddere cōtaret: interim cū nos vesicae tumorem ad inferiores partes impellendo sensim premeremus, iuuenis vrinam reddidit. Atq; in his qui simul patiuntur causa suppressae vrinae facile deprehenditur, quāuis in aliis quibusdā nō adeo manifeste dignoscatur. In quibus artificiosa coniectura ob omnibus vocata nobis perq̄ vtilis est, vt pote quae inter exactam noticiā & omnifariā ignorantia media quodāmodo putatur: proinde fieri non potest, vt in omnibus morbis colligantur notae, quae concursus affectuum indices ab empiricis nominantur. Sed verissimum est id quod

id quod Erasistratus dicere solebat. Oportet inquit hominem exercitatisimum ratione esse, qui voluerit non solum affectus ipsius qualitatem, sed affectum quoque locum probe dignoscere. Verum ut ad huiusmodi exercitationem dicentes perueniamus, haudquaquam querendum est, an dicere oporteat vesicæ cervicem, si vel à lapide vel grummo obstruatur affectam esse aut ipsa non affecta actionem ipsius ladi. Ergo in huiusmodi questionibus ad artem omnino superuacaneis, Archigenes versari consuevit. Alij verò ultra hac procedentes ne ladi quidem actionem dicunt. fieri. n. ipsa videtur musculo qui vesicæ cervicem cōstringit laxato. Vesica autem vrina in se contenta circumdata ac circa eam contracta, musculis verò abdominis simul exprimentibus. Cum itaque vesica citra noxam munere suo fungitur, & musculi voluntatis imperio sic obediunt ut superiores intendantur, is verò qui cervicem circumdat laxetur, quomodo (inquiunt) recte poterit aliquis suspicari noxam esse actioni illatam. Quapropter supprimi vrinam dicere coguntur, non lesa sed impedita meiendi actione tanquam arti medicinæ opem ferant, si vocabulum ladi transmutantes impediri dixerint. Sed huiusmodi questiones (ut diximus) ad Dialecticam pertinent, ad mentis quoque exercitationem magis quam vel ad affectus ipsius dignotionem, vel sedis affectæ inuentionem accommodatur. Verum ea, quam nuper proposuimus ad institutum opus proprie pertinet. Intelligitur autem ex ipsa quod imprimis per artem secandi corpora accuratè cognoscere oportet, qualis sit cuiuslibet partis essentia: deinde verò & actionem & societatem quam cum proximis habet; qua etiam impositionis vocabulo comprehenditur intelligere, quinetiam ipse quoque partium vsus ad affectorum locorum inuentionem magnificè conducit. Actio, n. motus est partium factiuus, vsus verò omnibus insunt vel nil agentibus. Ergo quod ad vrinam redditionem pertinet, excretionis actio sit à vesicæ contractione concurrente interdum musculorum abdominis auxilio: cum videlicet admodum exiguam cōtinet vrinam, aut vesica ipsa infirma est. Reliquæ verò partes omnes vitales sunt ad actionem. Nisi, n. vesica ipsa cum toto spacio sic figurata fuisset ac ceruix ipsius tota fuisset perforata & vterere oblique implantati in ipsam fuissent, frustra habuisset comprimendi motum. ex horum itaque notitia & affectæ partes & affectus ipsarum deprehendi possunt, non ex ea questione qua inuestigatur verum dicere oporteat obstructum instrumentum esse affectum an omnino noxa carere. Haud absimilis huic alia questio, & quidem de affectis iam partibus, sed quibus nondum inest propria dispositio. Vocant autem propria dispositio nem quæ separata causa quæ ipsam fecit permanere potest. Hac ergo consideratione rursus dicunt nonnulli nequaquam affici caput per eos capitis dolores qui à bilioso humore in ventriculo contento proueniunt, quod per vomitum eiecta bile protinus capitis dolor quiescat. Quemadmodum si post

A vomitum nihilominus permanferit, tum affici caput, idque multò magis, cum similia suffusioni accidentia oculos infestant cumularis in ore ventriculi excrementis. Hac. n. veluti umbras quasdam esse affectuum in omnibus his questionibus plurimùm occupati maiores nostri perquam pauca de affectorum locorum noticia scripserunt. Nos verò diuersa incedentes via exercebimus, aut (ut dixerit quispiam) instruemus studiosos quomodo sedes affectas dignoscere possint. Ergo quemadmodum paulò ante propositum quod intenta vesica homo vrinam reddere non posset, ita in presentiarum subiiciatur circa vesicæ tumorem vrinam supprimi. Ergo necesse est, eum si retenta est vrina vel vterere vel renes esse obstructos, quapropter vlcus hic intueri oportet, num antequam supprimeretur vrina, aut lapidis, aut inflammationis, aut alterius cuiuspiam mali præcesserint accidentia. Neque negligenda est vniuersi corporis dispositio ut possimus quoad artificiosa coniectura permiserit, distinguere vtrum in ipsis renibus à lapide vel crassis succu fuerit obstructio. An in vocatis vtereribus qui à renibus ad vesicam protenduntur. atque sunt quedam quæ ad exquisitam perducunt notitiam, veluti paulò ante dicebamus de his quæ patientis substantiæ proprietatem declarant. Alia verò artificiosè coniecturæ inseruiunt, vnde prolixiorum esse disputationem accidit, nisi sophistas valere finas, quemadmodum hoc loco Asclepiadem negleximus, qui de vrina in vesica collectione ut alibi ostendimus absurda scripserit. Porro, ea quæ de principe animæ vi scripta sunt ab his qui eam in corde consistere existimant, omnes dissectores iam damnant, cum tamè Archigenes ab hac opinione haudquaquam dimoueri potuerit. Quamuis ea reprehendatur, cum per alia multa tum maxime per ea quæ in phreniticorum leuargicorumque curatione videntur. Verum tum sursum tum deorsum sermones suos conuertit, ut modo hoc dicat modo illud nil omnino declarans. atque huius generis est tertius Archigenis liber quem de locis patientibus scripsit. Nos verò principem animæ vim in libris de Hipp. & Platonis placitis magna ex parte absoluiimus, nunc verò hac veluti demonstrata patientium partium contemplatione perficiemus, quodque omnibus partibus & locis commune est non Dialectica questione sed ad artem necessaria prosequar.

F Amè Græce, *αεφίθραλον* est locus inter testiculos & podicem, nil verò mirum inflammationem illic subortâ vrinæ viam comprimere: venit. n. illac ex vesica colis. Ergo coniectura artificiosa primò de crisi-bus cap. 9. est quæ proximè accedit ad euidentiâ. Ergo per syndromas, id est concursus signorum euidentes esse morborum cognitiones dicebant empirici, & reuera si omnes morbi haberet sui generis integras syndromas, & exquisiti essent, omnes cognosceretur, haud obscure, verum, quia non ita fit, sed aut pauci exquisiti fiunt, aut cum

I alijs

alijs permiscetur, raro omnia signa conueniunt. Deestq; tantum integræ cognitioni, quantum completæ syndromi. Ergo actio & vsus qua ratione differant, ex definitionibus hic scriptis constat satis. Præterquam quod libr. 17. de vsu partium docetur à Galeno apertissimè, & res est haud multum obscura. Nimirum omnium rerum est vsus, quarum est aliqua utilitas, sed non omnia quæ utcunq; utilia sunt, operantur aut agunt aliquid. non ergo omnium quorum est vsus est actio. est enim vsus omnium eorum quæ nata sunt operari, & si non operentur, ut crurum non est actio nisi ambulemus, vsus verò est nobis etiam decumbentibus. Sunt etiã nonnulla quæ neq; operantur neq; operari nata sunt neq; in hoc comparata à natura, quorum tamen est aliquis vsus, quia est aliqua utilitas, ut ofsiu nulla est actio, sed est vsus, quia affixi illis muscoli habent firmitudinè, & ut semel dicatur, ad quodcunq; opus præstant multo plures partes vsu quàm actionè. Ut quod ad vrinæ redditionè attinet, ea fit vesica sese contrahente, interdum auxiliantibus musculis abdominis. Reliquæ verò partes utiles sunt ad actionè. Nam nisi vesica ipsa cum toto spacio sic figurata esset, ac ceruix ipsius tota fuisset perforata, descenderentq; in ipsam obliquè vretes, frustra habuisset comprimendi motum, quorum n. haberet vim comprimendi, si via deesset qua expelleret aut qua reciperet? Ergo illa definitio propriæ affectionis qua dicitur: vocat autè propriam affectionè quæ separata causa quæ ipsam efficit, adhuc permanet, ex opinione antiquorum est. Nam etsi omnis passio quæ reuera est per consensum est sine permanètia atq; ut umbra cuius omnino nil superest ablata causa, & si quid habet permanens & independens, illud iam propria passio est, atq; dum non est tota passio independens à causa, est partim propria partim per consensum. Tamen multi morbi sunt passionis propriæ, & si simul cum causa tollantur, cuiusmodi sunt morbi omnes in cõpositione, qui ex rei alicuius additione consistunt. Hos enim monstratè est libr. 4. cõtrouersiarum cap. 2. habere causas continentis. Ergo causis quæ à Ga. dicuntur hic suppressæ vrinæ sine vesicæ tumore addi debet alia, scilicet resolutio facultatis trahendi renum. Fieri enim potest, ut nulla vrina reddatur, eo quod nullam trahant renes à vena cava, nam ab ipso G. ca. 2. li. 3. de causis symptomatum dictum est, defectu tractricis renum distribui ferè in totum corpus fieriq; cacochimium ubi redundas sanguine seroso. Ergo ubi G. inquit, neq; negligenda est totius corporis dispositio ut possimus quoad artificiosè cõiectura permiscerit, distinguere, vtrum in ipsis renibus à lapide vel crasis succis fuerit obstructio an in

A vocatis vretibus, ne intelligas ex corporis vniuersi dispositione cognosci posse renes ne an vretes patiantur obstructiones (non enim potest) sed cognosci an renes patiatur obstructio à lapide an à succis crasis, atq; etiã an vretes si illæ patiuntur obstructio sint à lapide an à succis crasis: hoc enim cognoscitur ex corporis habitu. Cõiectura tamen sit ne malum illud quacunq; ex causa illud sit in renibus an in vrinæ vijs aliunde peti debet, puta ex partis dolore.

CAP. II.

Vt propositam questionem dirimat, & ad hanc tractationem de patientium locorum notitia iaciat fundamentum, nititur Gal. monstrare non posse actionem lædi quin aliquo modo patiatur illius instrumentum. Nam etiam si læsio actionis per consensum alterius partis laborantis fiat, nihilominus instrumentum illius actionis læditur. Quod confirmat primum tribus exemplis petitis ex Hippocrate in prog. & aphor. deinde exemplo doloris colici confirmat, quamquam passio sit in ijs quæ simul cum causa tolluntur, nihilominus dici debere instrumentum illius pati. atque docet, succum vitreum esse in illo dolore passionis causam ex hoc axioma, illud quo tan gente patitur, & quo absente quiescit pathema causa est. Vt ut etiam argumento alio sumpto ex dysenteria, quæ antequam manifestum vlcus intestinorum est, ne dysenteria quidem appellatur. Tamen antequam id fiat habent ita laborantes in intestinis passionem, quamquam affectum non habent. Tamen non (inquit) oportet hic quæ dicuntur per sortem caulari. est enim captiosum quoddam argumenti genus, quod in rebus omnibus ad vitam necessarijs, dubitationem facit (quid sit sortis dicemus in Scholij) sed illud vnum liquet, affectum omnem esse præ exiguitate insensibilem antequam sentiri possit. ut monstratur exemplo guttularum excauantium lapidem. Tamen antequam sit sensibilis non est affectio, quæ ablata causa perseueret. Ergo tunc quoq; cum passio simul cum causa tollitur, patitur re vera instrumentum: itaque concludit Gal. quod proposuit.

Qualibet in animantis corpore actio particulari habet particulam per quam perficitur, eoque actionem lædi necesse est instrumento ipsam efficiente quomodolibet patiente. atque interdum facile passio soluitur, aded ut simul atq; opifex causa fuerit separata, ipsa quiescat, interdum tanta est soluendi difficultas ut diutius permanere possit, causa etiam ablata. Accidit autem nonnunquam ut efficiens causa pertranstiens non firmam in particula faciat passionem, quam Archigenes cum umbra morbi comparat, similiter q; qui suffunduntur collecto in ore ventriculi tenui excremento, vnde vapores quidam subleuati deinde circumnenti à videndi facultate similes imagines mouent, quales per suffusiones apparere consueuerunt. Idq; maxime euenire solet his quibus oculorum humor exquisitè purus est: aut videndi facultas quàm facillimè sentit. Eandem ob causam ubi sanguinis fluxus, aut vomitus per morbos expectatur huiusmodi accidentia interdum apparent, de quibus Hipp. in Prog. in hunc modum scripsit: Si cuiuspiam in febre non leuitali caput dolet, aut ante oculos obscura quedam ebner-

obuersantur, aut ventriculi morsus accidit, is bilem enomet. ac paulo post. Quibus verò in huiuscemodi febre caput dolet, oculi verò obscuras illas imagines non vident, sed caligine hebetantur, aut splendentia quædam ipsis obijciuntur, ac pro ventriculi morsu in alterutra parte Hypochondria tenduntur neq; dolore, neq; inflammatione infestante, is pro vomitu sanguis è naribus effluet. Hæc est verborum Hipp. series, quibus docuit sæpenumero contingere, vt à multis succis in vetriculo collectis imagines quædam oculis obijciantur. Quod si nil omnino à succis ascendat ad oculos nullum huiusmodi accidentium euenire solet, quemadmodum vbi neq; vel ad aurium, vel narium meatus, vel etiam ad lingua corpus quidquam transfertur, vnde manifestū est, oportere oculos particeps fieri eius dispositionis quæ ventriculum infestat, si videndo debeat animal errare. cum itaq; rursus dicat Hipp. quibus deiectiones bili se exeunt surditate superueniente finiuntur, & quibus duritas præcesserit, desinit, si deiectiones sequuntur biliosæ. Quis est autem adeo demens interpres vt omittat in huius sermonis enarratione aurium passionem, aut tunc dicat nasci surditatem, cum bilis quæ antea per aluum euacuari consueuerat, ad oculos efferatur. Ergo semper incipere oportet, ab actionis instrumento, deinde querere quis sit noxæ modus, an scilicet dispositio iam stabilis & firma, an adhuc fies, ita vt perseverare nondum nata sit. Quod si nunc quoq; fiat: verum causa quæ morbum facit in ipsa parte contineatur an per ipsam transeat, inuestigandum est, etenim arefacto immodicè humore quem Crisalloidem vocat perseverans erit noxa, & essentia ipsius propria passio. Si verò crassus humor in pupilla constiterit, essentia quidem nondum læditur verum symptomatis causa in oculo continetur, sed tunc per ipsum transire dicitur cum euaporans succus consistit in ventriculo: qui verò partem quampiam tum solum arbitratur pati cum in essentia ipsius permanens fuerit dispositio, legislatoris munere qui patris nominibus propria significata instituit fungi videtur. Nam vbi vehemens dolor intestinum infestat firmato in vna quapiam parte dolore, vt quasi perforari videatur, quo pacto vel nequaquam pati intestinum, vel passionem in ipso non esse quis dixerit? Quamuis interdum huiusmodi dolores excreto quodam vitreo succo vel vnico temporis momento finiuntur. neq; verò aliud quippiam dolorem concitasse putandum est, præter humorem excretum, quo enim excreto ilico dolor sistitur, hoc ex cõmuni hominum opinione doloris causam censerit par est. Idq; ob naturale quoddam axioma, quod ex seipso ad huiusmodi causarum dignationem fidem habere videtur. Id enim quo tangere patimur & quo separato cessat passio causam esse apud omnes homines in confesso est, sic enim et ignem vsionis, & gladiū sectionis causam esse credimus atq; de singulis alijs eodem modo dicendum. Est ergo euacuatum succum infestantis mali causam fuisse, quo tempore in particula continebatur putandum est, Sed an ob id quod vehementer

A infrigidat, aut calfacit, aut in totum per intemperiem partem afficit, aut quia per continuas partes transit, eas ad excretionem vi quadam excitans, aut ob flatuosum spiritum ab eo exortum qui continentem partem extendere potest, aut quia violenter impactus est, aut quia erodit & mordet, nondum ex euacuationis ope manifestum est. Quippe id solum constat quod cum continebatur molestiam inferebat. Ergo non solum putare oportet huiusmodi succum esse causam doloris, verum partem quoq; in qua continebatur illo tempore pati quo ob succi præsentiam dolore cruciabatur, sic etiam pati aliquem dicimus cum aliquid extrinsecus incidit, vel calfaciens vt ignis, vel refrigerans vt nix, vel contundens vt lapis, quo separato proxius finita fuerit passio nemine propter hoc dicente partem non fuisse perpeffam, quod in ipsa nulla sit relicta dispositio. Ergo hoc vno supposito, quod & nomine passionis, & verbo pati hoc modo utamur ita dicendus animus adhibe, quod vilitatem tum in prasagio, tum in curationis ratione consequaris, quippe nonnunquam à causa quapiam oritur passio, sed ita oritur vt separata causa haud quaquam permanentem habeat dispositionem, interdum autem partim iam factus est partim etiam dum fit, sæpenumero conquiescit abeunte causa, iam verò perseverans manet dispositio veluti in dysenteria, mordax succus causa est affectus vt pote qui ab initio & absterget, & abradit, deinde temporis tractu vlcera intestinum. Quod si antequam vlcus induxerit in intestina influere desinat passio ipsa nondum dysenteria dicitur: si verò vlcere præoccupet intestinum quamuis succus finiatur non tamen simul finitur passio.

Q Væuis actio animantis est particulæ alicuius, vt visio est oculi, incessus crurum, loquela linguæ, & partes cuius sunt actiones dicuntur illarum instrumenta. Tamen cum instrumenta hæc multiformia & composita sint, non omnes in illis particulæ par momentum præstant ad actiones, sed vnica pars est, cuius propriè est ea actio, reliquæ sunt illi subseruientes, & ad eam actionem præstantes aliquè vsus, vt nuper dicebamus de partibus quibus mictio agitur, in oculo cristallinus succus est visionis propriū instrumentum. Tunicæ & reliqui succi habent ad hanc actionem suos vsus, quod docuit Galen. 1. libr. de causis Sym. luculentissimè. Ergo actio læditur ea particula, quæ est propriū instrumentum, læsa vtcunq; addidit verò Gal. vtcunq; quia non opus est proprium instrumentū proprio aliquo malo laborare, sed satis est per consensum alterius partis pati, per sese minimè affectū. Nā quæcunq; pars vsus præstas vitietur actioni accidit incommodum. Verum id fit, quia aliarum quauis affecta instrumentum proprium quodam modo patitur, per cõsensum scilicet. Ergo ex his quæ Gal. hic scribit, non

quod quisquam velit elicere, morbos fientes habere continentes causas. Nam quamquam dicit interdum facile passio soluitur adeo ut simulac opifex causa fuerit separata ipse quiescat, interdum tanta est soluendi difficultas, ut diutius permaneat, & postmodum procedente cap. quippe nonnunquam a causa quapiam oritur passio, sed ita oritur, ut separata causa haudquaquam permanentem habeat affectionem, interdum autem partim iam facta est, partim etiam dum fit saepe, quamquam fieri definit ablata causa, perseverans tamen manet affectio. & si (inquam) haec Gal. dicit, non tamen ita loquitur, ut qui hodie de causa continente disputant. video enim illos tam rigidè de ea loqui, ut quaestionem logicam potius quam medicam disputent. Si quidem quod ex causa continente pendet sublata causa ne momento quidem temporis potest manere, neque magnitudine insensibile. Galenum verò non ita disputare modo sed medicè magis, palam facit vltima capitis pars, nam illic inquit eum morbum simul tolli cum causa qui ea sublata non eget propria curatione, sed curatur ab ipsa natura. Quid sit continens causa, quidque de ea & morbo firmissimis rationibus demonstrari possit, scripsi lib. 4. controuersiarum. Vbi monstratum est nullum morbum temperamenti talem causam habere, quosdam tamen eorum habere qui in compositione sunt. Hic satis sit locum praesentè enarrasse. Ergo qui perspicacioris visus est, citius patitur suffusionem ascendentibus in oculos vaporibus, quam qui hebetioris, ut dictum etiam est ab ipso Gal. Primo de causis Sympt. quia ijs quae hebetiorem fugiunt perspicacior visus perturbatur. Neque verò est quod mirere, quod optimum est, & maxime secundum naturam, in causa esse ut laedatur actio modo illud ex accidente fiat. Nam laesio illa visionis vera, & per se à morbo fit, is tamen morbus alterius actionem non laederet, huius laedit. Id quod vsu venit in ijs malis quorum symptomata ad sensus pertinent, quia qui acrioris sensus natura est à leuioribus causis dolet, quam qui est hebetioris. Ergo vbi dicitur, si verò crassus humor in pupilla constiterit, essentia quidem nondum laeditur, verum accidentis causa in oculo ipso continetur: ne intelligas sinistre, non esse in oculo affectum aliquem à quo actio laedatur. Quod nonnulli intelligentes, morbos compositionis à vera morbiratione volunt excludere. Sed intelligo, humorem cristallinum non habere proprium affectum, ut cum est arefactus, sed pati per consensum totius oculi, qui habet in sese duplicè causam symptomatis illius, id est laesae visionis, alteram proximam & per se, morbum scilicet ipsum compositionis, alteram causam morbi per se, & symptomatis

A per aliud, puta humorem. Haec sunt consona veritati, & his quae docentur à Galen. de sympt. causis. Quid quid aduersus illum garrat Argenterius quem lib. 4. controuersiarum refutaui. Ergo vbi dicitur interdum huiusmodi dolores ex creto vitreo quodam succo vel vnico temporis momento finiantur, ne intelligas momentum (Graece *ναις*) significare quod appellare solent instans, indiuisibile temporis punctum ita significantes, sed tempus praebrevitate insensibile. Nam dolor non potest tolli in instanti, & si euacuatus succus sit. quaquam enim dolor actio quaedam laesa est, quocirca rei non repugnat pendere ex continenti causa, tamen quia succus vitreus non facit dolorem per se, sed per affectum aliquem, qui ut alibi ostendimus est vlcus, aut intemperies, hic verò affectus non potest tolli in instanti, & si sublata causa sit, sit neque dolor in instanti tolli possit ex creto succo, quod si fiens adhuc parthema est, breuissimo tempore, atque adeo insensibili tollitur, id quod significans Gal. dixit, vnico momento. Ergo vbi dicitur, id enim quo tangente patimur, & quo separato quiescit passio causam esse apud omnes homines in confesso est. Intelligunt nonnulli contineri finitionem causae continentis, atque perinde esse ac si Gal. dixisset, causa continens est qua posita ponitur, & qua sublata tollitur effectus, sed tamen ut lib. 4. controuers. diximus, ad causae continentis essentiam non opus est ut duo haec adsint, sed satis est ut sublata causa tollatur effectus, ita ut sine ea ne momento temporis duret. Non est autem hoc in loco quidquam meae sententiae aduersum. Neque enim Gal. hic de causa continente agit, neque est haec definitio: sed differes de causa in significato latiori, accipit hanc dignitatem, aut hanc propositionem, id quo tangente patimur & quo separato quiescit passio causam esse apud omnes homines in confesso est. Non esse hic sermonem de causa continente, declarat exempla quae apposuit, neque enim ignis visionis neque gladius sectionis causa continens est.

Neque est quod nos ad praesentia sermo ex minutatim coaceruatis contristet, quem & Sorytem nominant, communis contingit ex ipso dubitatio, in multis ad vitam pertinentibus, de quibus tum à pharmacopoli tum à medicis, ante me dictum est: qua de causa superfluum erit, meminisse illorum mihi volenti quidem in hac ipsa artis parte ostendere dubitationem. Quod enim tempore ad affectuum generationem sit opus inter omnes conuenit, an verò quemadmodum cum domus sit nondum est domus sed totum hoc simul fiens domus, eodem etiam pacto, quilibet affectus dum sit fiens quidem sit, nondum tamen existat, haud ab re queritur? Neque enim omnium quae sunt eadem ratio est. Quippe res similes nullam naturalem figuram requirentes
pretia

protinus ab initio eadem constant essentia, dissimilares verò & quibus varia est forma essentiam generatione posteriorem habere possunt. Neq; enim cum domus constructur, simul fiunt fundamenta, parietes, fastigium, regula, ianua, fenestra, ex quibus omnibus quodammodo compositis atq; in vnam formam redactis domus ipsius essentia composita est. Morbus verò & calidus & frigidus & humidus & siccus protinus ab initio cum primum corpus temperaturæ quæ bonæ valetudini debetur limites excesserit, eandem sibi ipsi naturam habet. Quamuis enim interdum adeo sit exiguus vt neq; à nobis cognosci neq; laborantium sensu percipi possit, nihilominus tamen propriam habere speciem censetur. Haud aliter inflammatio quoque, in quacunque animalis parte conseruerit, siue maxima siue minima fuerit, vnus atque idem erit affectus non specie quidem sed magnitudine varius. Cæterum, quod possint aliquæ affectiones in corpore consistere adeo exigue vt non appareant, argumento est gutta longo temporis tractu saxum excauans, de qua arte carmen hoc proditum est. Mollior assiduis saxum cauat ictibus vnda. Neque enim vel vnus vel duo vel tres vel quatuor aquæ ictus saxum ferientes, ac ne centesimus quidem sensibiliter videtur saxum excauare, neq; enim fieri potest, vt primo nihil efficiente alter aliquid faciat, quippe qui habet eandem quam primus habuit ad saxum rationem. Ergo si secundus ictus in saxum quippiam effecerit ipse à primo ita mutatum fuisse necesse est, vt non omnino idem quale ab initio fuerat permaneret, etenim si ipsum vnde quaq; idem permaneret atq; agens quoq; in ipsum causa nempe aquæ stilla, necesse est quemadmodum à primo ictu non affectum est, ita neq; à secundo. Quod si fateare neque teritius quoq; ipsum afficiet, quippe eadem ratio est, haud secus de quarto & quinto & reliquis deinceps omnibus dicendum est. Etenim quoad eodem modo se habente saxo eadem quoq; causa accesserit, nihil amplius efficeretur, quod si à millesimo ictu sensibilis videatur in saxo concavitas, ad singulos ictus affectus in saxo. Nunc primum sensibiliter apparentis millesima pars referenda est. Cui itaq; causæ agunt in corpus species affectus ab initio est eadem, tamen ob exiguitatem non apparet. At verò huiusmodi affectus qui adeo sunt exigui separatis causis facientibus illico finiuntur, natura videlicet ipsorum sanante. Quippe, illi duntaxat externo egent auxilio, quos ob magnitudinem naturæ vincere non potest. Ergo eadem quoq; ratione cum primum mordax humor, aliquod intestinorum deraserit quauis id quod factum est nondum videatur, nihilominus dispositio ipsa sub dysenteria specie continetur. Sed vt natura parua quadam vlcera quæ nonnunquam eueniunt, ita & intestinorum abrasiones nullo adhibito medicamento sanare potest. Hac ergo ratione falsum omnino est quod à quibusdam dicitur nullum per huiusmodi symptomata in corpore relinqui affectum, quod si verum esset, tamen intestina tñ fuisse affecta, haud quaquam negandū est cum ab acredine excremen-

A torū ipsa rodentium dolor notatu dignus euenire percipiebatur. Hoc ergo ad omnia quæ posthac dicituri sumus veluti elementū quoddā obseruare debetis, sitq; hoc initium methodi qua inueniri debet sedes affectæ: nullam actionem ledi nisi pars quæ ipsam facit afficiatur. Si enim cum vel dolor vel tumor præter naturā aliquis eam infestat omnino affici dicitur, multo magis eā affici læsa actione fatendum est. Atq; iam supra dictū est, quod ab excrementorum natura affectæ sedis coniecturā facere possimus, id verò bifariam fieri constat, vel ab excretæ essentia proprietate vel ab his quæ in ipsa parte continentur. Similiter diximus ab innatis interdum rebus de loci affectu coniecturam sumi posse, est autem hoc ex accidentium genere, quæ quidem non mediocrem habent inter se differentiam, sed hanc postea explicabimus.

Sorites est vt lib. 2. de differentia febrium Scap. 12. diximus, acrualis argumentandi ratio, ea vtimur cum minutatim addētes aut subtrahentes & veluti congerētes in cumulum argumentamur. Diciturq; proinde à dictione σορός, id est, acruus. Est argumentandi ratio, quæ omnium maximè videtur redarguere quæcunq; non sunt exquisitis terminis finita. Sed qui sit vt modum hunc argumentationis damnet, iubeatq; contemnere Gal. dicens: Neq; est quod nos sermo quem Soritem nominant cōtristet, quippe multa ad vitam pertinentia communem ex eo subeant dubitationem, tamen cum hæc dixerit, statim orditur argumentationem ex sorte. talis enim plane est ea qua de guttulis excuantibus saxū differitur? Certè non videntur hæc consona, neq; profunt sano homine digna. video locum hunc neq; à Fuchfio neq; ab alio quopiam cuius scripta legirim esse intellectum. Omnes enim intelligūt Gal. hic dānare Soritē, & despici iubere. Tamen ille vt sequentia indicant aut rem aliam agit, aut non cōstat sibi. nimirum rem aliam agit. Perstat si quidem in incepto, atq; vt cōfirmet quotiens actio læditur instrumentū illius pati, addit: Neq; est quod ad præsentia Sorites nos contristet. quasi dicat, accedit cōctis, quod ad præsentia, ad hæc (inquā) quæ ego doceo nō est quod nos cōtristet. Sorites est enim pro nobis, haudquāquā aduersum nos. Nam sorites solet ostendere ambiguitatem eorum quæ ad vitam pertinentia cum sint à multis tum pharmacopolarum, tum medicorum qui ante me scripserunt, dicta sunt. Ego verò modo proposui in hac parte, iuxta ea quæ ab illis dicuntur esse dubitationē, nō ergo contingit quidquam ex sorte contra meam hanc sententiam, sed pro ea his dictis procedit Gal. ad argumentationem ex sorte, quo confirmet exemplo itillarum aquæ excuantium lapidem, cum membrum ali-
quod patitur à causa quapiam, et si affectio-

nem quæ sentiri possit nondū habeat, habere tamen insensibilē. Ego vellē verba illa Gal. quippe illi dūtaxat externo indigēt auxilio, quos ob magnitudinē natura vincere nō potest, à medicis omnibus memoriter disci & in animo haberi, vt iam hinc dicerent ab aliquibus passioibus abstinerē, eis solū ad mouentes manus, quas non esset verisimile à sola natura curatū iri, ac non potius vt solent, aduersum leuissimos morbos grauioribus instantes remedijs vires deprimerent. Ergo ad calcem capitis vtitur Gal. epilogo & transgressione ad caput sequens, incipit hæc pars à verbis illis, atq; iam supradictum est. Ergo vbi legimus similiter diximus ab innatis interdum rebus de locis patientibus coniecturam sumi posse. Est autem & hoc ex accidentium genere, in plerisq; codicibus latinis legitur, (quam lectionem Fuchsius sequutus est non sine loci corruptione) Item interdū à Symptomatum genere, & in alijs multo deterius ita legitur, dictū quoq; est à symptomatum genere. Quæ duæ lectiones eundē reddunt sensum planē falsum. f. G. in epilogo referre in ea quæ dicta hæctenus sint, symptomata propria, cum tamen de illis nullibi sit hucusq; actū: sed præter sensum, literam etiā corrumpere. legendum enim fuit ἐστὶ δὲ ἐν τῷ γένει τῶν συμπτωμάτων. Id est hoc vltimum argumentum scilicet ab adnatis, de quo dictū iam est, reducitur ad aliud ex accidentium proprietate, de quo dicemus postea in s. huius lib. cap.

CAP. III.

Hæctenus Gal. docuit signorum quædam genera, quibus inueniri possit locus patiens, modò incipit inuestigare per singulos locos, passiones illis contingentes, siue compositionis sint, siue temperamenti, vt deinde colligat (id quod s. cap. faciet) signa quibus cognoscitur patiens locus, & quibus passiones locorum. Quibus expletis nil erit amplius quod in hoc opere desideretur. Ceterum vt hæc agantur primū declarata quædam nomina, hæc scilicet idiopathiam, id est propriam passionem, sympathiam, id est compassionem, protopathiam primariam passionem, deuteropathiam, vel isteropathiam, id est secundariam aut posteriorem passionem: ostenditq; non esse idem passionem propriam dicere & primariam, sed propriam contrariam esse compassionem, primarie secundariam: ostendit quoque quid sit morbus, & quid passio, si quis Græcorum more nominibus vt velit, monstratque aliquando incoctos manere aut corrumpi cibos ventriculo nil patiente. Nam cibus corrumpi potest, quia ventriculus laborat intemperie, aut quia fluxionem patitur, aut quia cibi ipsi tales sunt vt ne ab optimē sano coqui poterint. Primus laborat idiopathia, secundus sympathia ventriculi, cum alijs partibus, tertius omnino non laborat morbo, quia illa actio non laeditur præter naturam.

Nunc verò rursus ad principium sermone reducto in singulis partibus tentemus inuenire notas passiones earum indicantes, cum eas quæ in ipsarū essentia consistunt, cum eas quæ ipsis veluti instrumentis accidunt. Rursus q; in vtrisque

A separemus & discernamus à factis iam passionibus eas, quæ etiam dum fiunt & quæ nondum pertinaciter inhaerent. Item eas quæ in patiente parte continentur, ab his quæ ea tanquam via duntaxat vtuntur. Quòd verò ex ijs alij componantur modi satis constat. Præterea distinguere oportet eas quæ per consensum accidunt, à proprijs, nam magis proprium fuerit, idiopathiam, id est propriam passionem quam vt medici solent protopathiam, id est, primariam passionem nominare, veluti ex aduerso diuisa passione per consensum, à propria ergo qui proprie vocabulis vri voluerit primario quidē affectui secundariū aut posteriorem opponet, ei verò qui per consensum infestat proprium, & conuenire quidē potest in idem per propria passionem & per compassionem ægrotare, quū in patiente particula permanens sit passio, neq; enim primario sed secundario, & proprie ipsam tunc pati dicemus, id verò haud obscure in partibus externis videri potest, quemadmodū in corpore pleno oborto ingenti glandularū tumore ab vlcere cū inductū fuerit vlcus cicatrice, permanet etiam dum glandularū tumor vel in suppuratā inflammationē transiens vel durum tumorem quem *χολόδα*, id est strumā appellat, ut nemo primarios dixerit huiusmodi morbos qui ob alium precedentem euenerunt, quippe per consensum facti ad huiusmodi permutantur idiopathiam. Perinde ac si protinus ab initio protopathia, id est, primaria affectio ipsis accidisset.

D Orbi in essentia partis consistētes appellantur, qui consistūt in temperamento, quibus oppositi sunt qui partibus accidunt vt instrumentis, id est morbi in compositione. Ergo vbi legitur, & conuenire quidem potest in idem per propriam passionem iam & per compassionem ægrotare: ego putauerim deprauatū esse codicē, legendumq; & per propriam passionem & per secundariam. Nam aliter non quadrant verba cum sequentibus & antecedentibus, hæc enim ponebantur contraria propria passio & compassio, quare non poterunt simul conuenire. Nam & si possis dicere, vere passionem aliquam esse partim compassionem partim propriam passionem, tamen Gal longe alia reddidit dicti causam, ita dicēs: Neq; enim primario sed secundario ipsam tunc pati dices. Itaque aut corruptus est codex, aut ita putandū est sympathiam, id est compassionem esse nomen commune ad sympathiam & ad deuteropathiam, id est secundariam passionem: alterutrum dixeris potest locus explicari. Ergo *χολόδα* appellat Græci, quam Celsus strumam, alij scrophantham, Hispani lamparon.

Ceterum in presentia non inutile fuerit meminisse eorum quæ in lib. de medicis nominibus diximus. Vbi de significatis est sermo quæ pessimè à recentioribus tum medicis tum pharmacopolis confunduntur. maximè enim proprius vsus vocis passionis

tionis est actionis voci oppositus. Quippe id agere dicitur quod ex se ipso motu obtinet, pari vero quod motum habet ab alio. Cum itaque duo sint motus generati alterationis & lationis, ubi ad permanentem affectionem alteratio pervenerit, cum sit affectus præter naturam morbus appellatur. Quamquam abutentes aliquando eundem hunc affectum passionem nominant: qui si more Græcorum patrio nomine vterentur, partes ipsas potius pati dixerint cum motum sustinent præter naturam: cum vero affectiones præter naturam habent si proprie quis loquatur egrotare eas potius quam pati dicit: quod si ab usu recesserit, non solum egrotare sed pati quoque dicere poterit, equidem quod semper dicere consuevi nunc quoque dicam. In ea doctrina qua de arte quam agitur, satis esse si quis vocabulum, atque significatum eius pro doctorum voluntate proferens procedat, demum ad rerum enarrationem. Admonui autem nunc significatorum, eo quod nonnulli non solum patriorum vocabulorum significata pervertunt, verum etiam eos qui recte ipsis vii tentant, calumnia persequuntur, de quorum numero sunt hi quoque, qui dicunt interdum laesa actione partem ipsam non lædi, eo quod nondum habet permanentem affectionem, veluti, ubi propter succos in ventriculo contentos caput dolet, quod si commutata ratione de nominibus certare desisteris, magis proprie interpretando dices, pati quidem caput quando ventriculo consentit, egrotare vero cum propria passione laborat: similiter ventriculum pati quidem cum à vitiosis molestat succis, egrotare vero aut per propriam intemperie, aut cum inflammatione vel ulcus, vel abscessum habet præter naturam, quod si omnino velit aliquis de his magis dialectica indagine exacte differere, interdum simul atque alimenta fuerint corrupta, concoctionis quoque actionem lædi dicent, interdum hanc quidem non lædi, illa vero esse vitiosa.

Liber de medicis nominibus non extat. Ergo qua ratione differant actio & passio vide ca. 6. li. 1. meth. ubi non aliter quam hoc loco dicitur à Gal. duo esse motus generati, quamquam enim ab Arist. lib. 5. de motu dictum sit, tres esse motus, lationem, alterationem, & accretionem, atque ad tria prædicamenta esse motum per se, quantitatem, qualitatem, & ubi tamem Gal. Platonis sententiam secutus est, quam ego etiam alijs locis confirmaui. Verum est quod dubites qua ratione Gal. hic motum per motum generat dicens, cum itaque duo sint motus generati alterationis & lationis, ubi ad permanentem affectionem alteratio pervenerit, sitque affectus præter naturam morbus appellatur, cum Arist. 7. de motu dicat ad sanitatem & morbum non esse per se motum? certe ad calorem immodicum qui morbus est, movetur corpus, ut scilicet calor est, & passio seu passibilis qualitas. Tamen ad huc ut est ameter, & ut eo male afficitur corpus, non movetur, nam ad habitum aut dispositi-

tionem non est motus. Ergo ubi dicitur quod si omnino velit aliquis de his magis dialectica indagine exacte differere, interdum simul atque alimenta fuerint corrupta, concoctionis quoque actionem lædi dicent, interdum hanc quidem non lædi præter naturam. Nam si cibi corrumpuntur, circa ipsos actio læditur, nam hoc ipsum corrumpi, est læsam actionem edi, sed non læditur præter naturam, quia non ex ventriculi malo quopiam, ut sequenti cap. Galen. apertissime declarat.

Quippe, corruptionis ciborum tres prima ac veluti generalissima sunt differentia. Una quidem fit per proprios ventriculi morbos, altera à vitiosis succis in ipso congestis, tertia ab alimentorum qualitate inducitur. Hæc ergo cum suapte natura vel nidorosa vel acida vel fetori aut putredini aut omnino corruptioni fuerint obnoxia, aut ex præparationis modo ad huiusmodi dispositionem aliquam deducta, certum est ea in ventriculo corrumpi, atque hoc modo cruditatem fortasse fieri dixeris. Sed oritur protinus discordia, nunquid patitur tunc ob hæc concoquendi facultas, quippe nonnulli per huiusmodi cruditates eam haudquaquam pati contendunt. alij vero contra atque inveniuntur tertia quoque secta eorum qui huiusmodi alimenta incurdari negant, quamvis ea haudquaquam concocta esse fateantur, tanquam non sit idem per negationem aliquid enunciare aut per privatoriam vocatam à dialecticis dictionem. Idem intellexisse Erasistratum puto cum acinos & sesama & reliqua omnia qua omnino impurda & non mutata deiciuntur nullam dixit indicari in animalibus factam esse aepsiam, id est, cruditatem, sed hoc ipsum duntaxat quod non essent concocta.

Trium corruptionum hic enumeratarum, prima fit per propriam passionem, secunda per compassionem, tertia omnino sine passione. Ergo ubi dicitur tertia ab alimentorum qualitate inducitur, adde aut quantitatem, aut pravo ingerendi ordine, aut intemptiva ingestione. Nam ob hæc omnia contingit cibos corrumpi, ut dicitur ab eodem Gal. 3. de causis sympt. cap. 1. Ergo ubi dicitur quæ omnino impurda & non mutata deiciuntur, alludit Gal. ad opinionem antiquorum, putantium per putredinem fieri ciborum concoctionem, videturque mihi ea verba referre ex Erasistrato. Ergo sesama sunt grana quædam stomacho ut dicit Dioscorides lib. 2. inutilia, quæ Hispanè dicuntur alegria, o, alionioli.

CAP. IIII.

Perstat Gal. in exemplo proposito corruptionis ciborum contingentis in ventriculo, monstratque fieri aliquando ut cibus corrumpatur ventriculo habente

bente secundum naturam. Aliquando ex ægritudine ventriculi, exercetque nos hoc exemplo, docens inuestigare per signa procedentes ex læsa actione, locum patientem, & passionis speciem, & causam. Proponit ergo cibos esse corruptos, dicitque hoc potuisse contingere aut ob immodicam quantitatem, aut prauam qualitatem, aut quia ventriculus laborat, idque aut nuda intemperie, quæ calor est aut frigus, vel redundantia prauorum succorum, qui aut in ipso ventriculo generantur, aut ab hepate lieneve, aut toto veniunt corpore. Atque hi fucci rursus aut in cauo ipsius ventriculi sunt, aut in ipsius tunicis imbibiti, atque vtrilibet aut calidi sunt aut frigidi: ex his omnibus causis fieri possunt corrupti cibi, quæ omnia Gal. per signa propria hoc capi. distinguit, & obiter curare docet, ex quacunque causa corruptio pendeat: non aliorum quam vtentes curatione, affectui quem esse coniectamus, necessaria, ex euentu cognoscamus, nos non esse circa cognitionem deceptos, atque ita confirmemur in coniectura, quippe certissima omnium affectionum notitia ab his deprehenditur, qui intelligunt quibus qualibet præsidij curari possit. Quod vt confirmet Gal. refert duas historias, hominum colico dolore laborantium. Dicitque qua via in cognitionem patientis loci & causæ venerit, interim docens ex modo exeundi, & modo mixtionis, laboret ne altum animum intestinum, an medium.

Quare in his negligentem versari non oportet, sed mente adhibita diiudicandum est, quæ questiones tanquam logica prætermittendæ sint, contra, quæ ad patientis sedis notitiam conferant, atque idcirco accuratius tractari debeant, hinc enim & id quod futurum est præfagire & affectum iam factum decenter curare poterimus, itaque sine contentiosis nominibus è rebus ipsis vtilitatem consequi licet hoc modo. Esto vt quispiam mane surgens dicat nidorosum se ructum emittere, aut aliquid huiusmodi, vt ab ouis frictis aut alia quapiam re magis factente & putri. Ille itaque qui fumosum ructum percepit fatens se à cæna placentam nidore plenam comedisse, quales sunt quæ ex oleo & itriis & alijs huiusmodi præparantur: alter verò confiteatur fricta oua ingessisse, atque nunc illorum nidorem eructare. deinde alius complures raphanos comederit vt fatens putrisque exeat ab eo ructus. Ergo cibos in his non bene fuisse concoctos nemo negat, quamuis ex hac re ventriculus haud quaquam fuerit affectus, neque etiam quod ad ipsius rationem pertinet circa actionem errauerit haud aliter quam vbi quis integros acinos per alium deiecerit, si enim humani ventriculi officium esset acinos transmutare, accusarem ob hoc ventriculi torporem ipsiusque vitiatum esse putarem, cum verò id sui muneris non sit sed acinarum essentia accidat, vt concoqui nequeant, haud ab re dicemus hos quidem non esse concoctos, ventriculi verò corpus naturaliter se habere. Quippe hoc & nosse & definire ad medicum haud inutiliter pertinet. Sed querere an dicendum sit actionem ipsius per huiusmodi excrementa fuisse læsam, an contra, ad medicæ artis opera superuacaneum est.

Atria, quantum ego possum intelligere ex Ga. & alijs, parabantur ex pane cum oleo & melle, vt hodie etiam parantur placentæ, inspergebantur illis quædam semina, vt nunc etiam fit. Nonnulli putant sola sesama solita inspergi, verum & semina papaueris erratici in itria addi Dioscorides autor est. Variam itriorum confectionem docet Gal. 1. de alimentorum facultate, cap. 4. Ergo vbi nos legimus complures raphanos. Copus legit radículas, sed perperam. Nā radícula vocatur ea herba quæ à Dioscoride struthium dicitur, vulgo lanaria, rapha. verò raphanus vsurpatione factum iam est latinum nomen, aut si nomine prorsus latino vti vis, dic radices: radícula enim longè alia herba est. Ergo de raphano est falsa quædam opinio, quam neq; Ga. sententia neq; sequentium medicorum potuit extirpare. Censet vulgus eas radices post alios cibos ad eorum concoctionem prodesse, quæ tamen opinio Galenū ipsum magnopere offendit. Ita enim scripsit, mirari subit eos medicos atq; idiotas, qui post cenam cōcoctionis iuuandæ gratia crudos ipsos esunt. ipsi quidem hanc rem experientia sibi exploratā esse affirmant, qui tamē ipsos sunt imitati omnes sunt læsi, itaq; raphani radix inutile satis alimentū est, coquitur enim difficillimè, citissimè putrescit, & malum succū præstat. Ergo querere vt Gal. inquit, an dicendum sit actionem ventriculi per huiusmodi excrementa, id est, concompacti cibi sunt fuisse læsam, an non, ad medicæ artis opera superuacuum est. quia quæstio est logica quæ tamen ego paulò antè ita decidi. Cum cibi manēt incocti, aut corrumpuntur ob suam ipsorum naturam sine vitio aliquo ventriculi, lædi quidem actionem, sed non præter naturam. Non enim præter naturam est vinea non coqui, cum ea coqui, secundum naturam non sit. itaq; neq; symptoma quoddam est ea actio, alioqui læsa.

Dum sit actionem ventriculi per huiusmodi excrementa, id est, concompacti cibi sunt fuisse læsam, an non, ad medicæ artis opera superuacuum est. quia quæstio est logica quæ tamen ego paulò antè ita decidi. Cum cibi manēt incocti, aut corrumpuntur ob suam ipsorum naturam sine vitio aliquo ventriculi, lædi quidem actionem, sed non præter naturam. Non enim præter naturam est vinea non coqui, cum ea coqui, secundum naturam non sit. itaq; neq; symptoma quoddam est ea actio, alioqui læsa.

E Age rursus vt quispiam nidorosum ructum emittat, nihilq; nidorosum comederit, nimirum huic igneum quendam calorem in ventriculo esse dicemus: ac deinde rursus distinguendo inuestigabimus vtrum ab intemperie corporis ipsius ventriculi hoc eueniat aut à staua bile, eaque vel in ipsius spatia contenta aut in tunicas ita vt vix abstergi possit demissa, ac ne hic quidem consistemus, nam querere oportet an iccinore male suo officio fungente huiusmodi humor accumulatur, an is ex vniuerso destuat corpore, an etiā in ipsomet gignatur ventriculo. hæc sunt cognitu per quæ necessaria, sed quæ viro indigeant exercitata considerationis qui res ipsas potius quam nomina quibus explicatur, scire studuerit. Non n. quemadmodam corruptionis forma efficientem causam apertè ostendit, sic etiam licet inuenire definitam demonstrationem eius generationis quæ circa formā illam est. Ergo si in ventriculo cibi nō suapte natura in nidore trans-

seunt efficientem causam calidam, si verò saporem acidū referunt eam frigidam esse necesse est. Sed non protinus constat vtrum intemperies aliqua, an vitiosus qui spiam humor vetriculi corpus infestet. Proinde distinguendū est, dareq; oportet cibos, qui suapte natura modo corruptionis, quam maximè aduersentur, vt panem, aut alicam (gratia exempli) illi qui in nidorem transmutare cibum consueverunt: mel autem is qui acidum à cibo saporem percipiunt. Deinde considerare excrēmēta tūm ea quæ vomuntur tūm quæ per aluum deijciuntur, num humor aliquis cum illis quidē biliosus & calidus, cum his verò pituitosus ac frigidus simul excernatur, an nullo vacuato humore ipsa exigua quandam mutationē habeant. Quippe vbi igneo calore vetriculus infestatur, panem aut alicam, sine humore deijci videbis perquam exigua in ipsis facta transmutatione, quod si humor quoq; prauus deijciatur qui cibum corrumpere possit, vidētur cibi in huiusmodi humore submersi & ab ipsius actione manifestius alterati, id quod à vomitione clarius discernitur si laboras suapte natura facile vomere possit: nam cogere eum qui vomere non potest, absurdum est. Atq; hæc ita deprehenduntur si in spatio vetriculi noxius humor innatet: si verò in tunica ipsius refunditur nausea quidē omnino consequitur, his verò magis à calidioribus sequi nata est, vt à frigidioribus ciborum cupiditas excitari solet. Verūm considerare oportet vtrum ille sum sit hepatis, an affectu quopiā laboret: & qualis sit ipsius affectus vtrum calidus an frigidus: haud secus de splene quoq; quippe ex horum omnium consideratione simul cum quotidiana ciborum portionumq; experientia exquisite poterit quis inuenire nō solum locum affectum, verūm ipsius dispositionem.

Alexander Trallianus lib. 7. cap. 14 putat ructum acidum fieri nonnūquam ex causa calida, quem tamen refutauimus lib. 5. controuersiarum, vt nil modo opus sit de hac re dicere. Ergo alica nunc significat apud Gal. genus tritici valde nutriens, & succi crassi, nunc potionē ex eo paratam. Hæc docet cap. 7. primi de alimentorum facultate. Portionis confectionem docet ibidem & 2. cap. lib. 8. meth.

Hæc autem notitia eo est vtilior, quod facilius curationis species per ipsam figuratur. etenim calida passio vbiq; fuerit semper refrigeranda est, sed quousq; aut quomodo, aut qua materia refrigerare conueniat locus patiens condicat. Ergo si id ipsam quod molestat nil aliud fuerit, quam intemperies, calidam refrigerando, & frigidam calfaciendo illico inueris hominem, neq; nudam duntaxat opinionem verumeriam scientiam & quidē haud obstruam susceptæ habebis coniectura. Idq; multo magis si vtrunq; ipsam examinaueris, refrigerantibus tūm medicamentis tūm victus ratione videntur hominem sanari, à caloris vis verò lædi, quod si succus qui spiam in ipsis vetriculi tunica conti-

A neatur, nausea quidem vexabit, sed inanis & sine vomitu, & quæ irritat duntaxat nullum succum euacuans, quemadmodum fieri solet vbi secundum internam spatij latitudinem humor in vetriculo cōtinetur, cæterum ructus ab alijs acidi, ab alijs nidorosi emittuntur, auxiliatur autem illis quidem medicamentum ex tribus piperis generibus institutum, aut aliud quod huiusmodi habeat facultatē ex aqua vel vino eporum. his verò tū absinthium, tūm hiera ex aloë facta quam nonnulli picram quoque appellant. Ergo si per primam protinus experientiam à familiaribus medicamentis in vtroq; humore manifestum videatur auxilium, simul habebis & notitiam artificiosam, & modum curationis. si enim ipsis vti perseveraueris, homo sanatus restituetur, quod si à solitis auxiliari medicamentis vtramque affectionem noxa consequatur, deceptum te circa notionem inuenies: quippe certissima omnium huiusmodi affectionum notitia ab his deprehenditur, qui intelligūt quibus qualibet præsidys ad bonam valetudinem duci possit.

Qualitatem medicamentorum ipsa affectus species indicat, nimirum semper exigit contraria, vt calida refrigerari, frigida calferi, & alia omnia, eodem modo tamen quousq; in auxilijs procedendum sit. Et modum vtendi, & materiam medicamentorum loci male affecti indicatio declarat. Nam calidiora calidioribus & frigidiora frigidioribus indigent remedijs, si ad contrarias suæ naturæ affectiones mutata sunt, si verò ad similes, calidiora minus frigidis, frigidiora minus calidis. Itaque si duæ particulæ calidæ sunt præter naturam, cæteris paribus, quæ natura sua minus calida erat, indiget maioribus refrigerantibus quia scilicet ea patitur maiorem lapsum. Itaq; particulæ natura indicat quantum oporteat intendi vires auxiliorum, iam verò modum vtendi nō aliunde accipimus quam ex parte. Non enim indistinctè vtimur calidis portionibus, aut clisteribus, aut emplastris, aut eligmatis, aut errhinis, quæcunq; pars frigida sit, sed si laborant intestina, infundimus clisterē, si vetriculus, potamus, si thorax, linctum sumimus, si caput, naso haurimus. Pars ergo indicat etiam vtendi modū, quæ eadem materiam etiam docet. Nam & si compertum sit calidis secundo gradu vtendum esse, ad affectum crus, & ad affectum vetriculum, non indistinctè quouis medicamento illo gradu calido vtetur. Sed est propria medicamentorum materia quæ singulis membris solet insigniter prodesse, cum ob causam ignoratam, cuiusmodi multa sunt, tūm etiam ob causam medicis compertam, vt vetriculi frigidis passionibus prodest inunctio ex oleo nardino & absinthio magis, quam ex aliquo alio eodē gradu calido, quia scilicet astrictione robur mēbr-

tuentur. Nimirum ventriculus & hepar, nunquā non exposcunt adstringens aliquid medicamenti admisceri. Itaq; vim, modum, & materiam medicamenti indicat pars. Ergo rogabis fortasse quō non pugnent verba illa (quod si succus quispiā in ipsius ventriculi tunicis cōtineatur nausea quidē vexabit, sed inanē & sine vomitu, & quæ irritat dūtātaxat nullum humorē euacuans, quemadmodum fieri solet vbi secundum internam spatij latitudinem in ventriculo humor continetur) cum illis prioribus, si humor in tunicis ventriculi imbibitur, vt ad calidum nausea & sitis magis consequitur, ita à frigido, ciborum cupiditas excitari solet. Nam illic asseritur, si humor in tunicis imbibitus est, nauseam inanem sequi, hīc verò dicitur aliquando ab humore imbibito appetentiam ciborum excitari: quæ simul accidere non possint. Nam ventriculus nauseabundus cibos auersatur, qui appetit, non auersatur. Cæterum re vera hæc loca nō pugnant non enim Gal. hoc secundo loco docere vult quemcunq; humorem imbibitum nauseam facere, sed si humor imbibitus nauseam facit, eam facere inanem, contra ac humor in cauo cōtētus. Ergo præcipit hic Gal. in ructibus acidis vti medicamento diatrion pipereon, in nidorosis hiera simplici ex aloē. quod tamen ipse minus videtur obseruasse. Nam 8. met. cap. 5. in nidorosis præstat diatrion pipereon, & 6. de tuenda valetudine crudis succis ventriculo affixis præstat hieram, solum damnans aloem, & absinthium. Scire licet medicamentum diatrion pipereon, aut esse simplex, aut medicamentosum. simplicis compositio est apud Gal. 4. de tuenda valetudine ex tribus piperis generibus & aniso, thimo, & gingeribere: nulla præterea re addita. Medicamentosum constat ex pluribus rebus, estq; multò potētius. Tale est quod describitur à Mesue. Medicamentoso haud licet vti nisi in frigido affectu, hoc simplici in quocunq; genere crudatum, minori tamen copia in corruptionibus nidorosis, maiori in acidis. hiera quoque simplex à Ga. componitur 6. de tuenda valetudine, cuius tres cōpositionis modos habere se dicit, secundum aloes quantitātē. Ea constat sex aromatum speciebus, & aloē. Multi alij modi hieræ compositæ sunt. Illarū verò hic nō est vsus, de simplici loquitur Gal. hac vtendum est ad humores biliosos in ventriculi tunicis cōtētos, hos enim expurgat. licet tamen etiam ea vti ad frigidos affectus, calorifica enim etiā est, & incidens, aloē verò sola nullatenus licet, succis pituitosis impactis vti, quia adstringendo inculcat magis humores. hac ergo ratione est aduersissima tunc temporis, non tamen proinde & hiera, quippe in qua emēdatur quodammodo adstrictio. Quia ab aromatis alijs iuuatur inci-

asio & deterfio. Quare ad frigidās passiones cōtulerit parare nobis ex minori aloes quantitate, & aliorum maiori. Absinthium quoq; dicit loco citatō esse ad pituitosos succos aduersissimū, eadē omnino ratione. Ego verò nō putauerim nostrū absinthium inuile ad expurgandū succos pituitosos. est enim amarum valde, & fœtidum, quare adstringēs nil ferē, detergens verò insigniter. Sed est aduersissimum absinthium ponticum, de quo 11. meth. cap. 16. disputat. Itaq; ex nostro absinthio parata potio, proderit ad quoscūq; succos, è ventriculo euacuādos. hiera picra non licet vti tā crebro, ac sine intermissione, quā medicamēto diatrion pipereon, vt Gal. 6. de tuenda valetudine his verbis monet. Verūm assiduē vti hoc medicamenro nō licet, sicut diatrion pipereon, aut diacalaminthes, quibus etiam si quotidie vtatur quem frigidus venter infestat, nil incommodi ex his sentiet. Itaq; & si Gal. hic dicat loquens de ambobus his medicamentis, si ipsis vti perseveraueris, homo sanitati restituetur, tamen sit in vnoquoq; suus modus perseverantia. Diatrion pipereon quotidie sumi potest ad frigidos affectus, ad calidos rarius. Hierapicra ad nullum affectum sumatur quotidie. Nam in frigidorum redundantia lædit aloes adstrictione, in calidorū, calore. Itaq; melius est hanc ex longioribus interuallis sumi.

D Sic equidem quosdam colicos vocatos sanavi dato in potu medicamento ex aloē. quippe coniiciens mordacem humorem in patientis intestini tunicas imbibitum esse, dedi autem hoc medicamentum, quod scirem omnino ab ipso huiusmodi passionem fore quietorē, quod vbi contigit intelligens reſta me ductum coniectura rursus plus ipsius exhibui, sed quid me ad hanc coniecturam promouerit, operæpretium fuerit enarrare. Vidi hominē à calidis tum cibi, tum medicamentis atq; ab omni calorifica victus ratione irritare, rursus iuuari ab alimentis boni succi & attemperantibus in supermediam ei noxam referre, doloris verò speciem percontanti mihi mordacem esse respondit, qua de re multo magis sperās ad veram me peruenisse notitiam, ausus sum amarum ei medicamentum exhibere. Postremò conspiciens hominem mirificè adiutum, qua passio esset efficaciter me deprehendisse putavi. Fuit alter quem cibi concoctu faciles irritabāt, hic de præcedentib. interrogatus respōdit se in hac deductū passionē sumpto purgante medicamento, rursus interrogans quid ipsum ad sumendū medicamentū promouisset, intellexi mordaces edacesq; dolores multo tempore ventriculum infestantes fuisse in causa. Coniectans itaque vitiatum fuisse à purgante medicamento intestinum ac dispositū ad fluxiones cum facili reciperet ex hepate redundantes succos qui deinde corrumperentur, cibum exhibui haud ita facile corruptu & astringentē, vnde et mordaces dolores mitigati sunt, & nihil postea

805

postea excreuit, cum antea protinus vt mordacitatem sentiebat, corrupta quedam & liquida & fatiitia excernere cogeret, cuius multo post mordicationem tempore ea deiceret ad superiora intestina passione pertinere conieci. Ita in alio quoque vbi celeriter a mordicatione sequebatur excretio passionem ad intestina inferiora retuli. Hunc ergo iniecit per clisterem medicamento, illum vero dictis iam cibis exhibitus sanauit quippe certo sciebam proximas ventriculo partes exhibitus superne tum cibis tum potibus, que vero non ita multo a sede distat inferne iniectis medicamentis proptius adiuuari. ceterum, non solum an ventriculus, an intestinorum aliquod patiatur, verum etiam que passio vigeat considerandum, atque distinguendum, quoniam note passionibus propriae sint, quoniam partibus patientibus, vt concoctio sublata ventriculi est accidens, at ciborum ad nidorosum vel acidum rictu conuersio ad causas & passiones ipsas referenda est. Sic autem de intestinis & tepus exitus et excrementorum species atque accidentium differentia cum his que precesserunt, & nunc adsunt simul & passionem ipsam & partem in qua consistit ostendere possunt. Ergo age vt per ventrem deiciantur, aliquando quidem crassa, aut veluti membranarum rasura aut cruentum aliquid atque aliquando simul omnia: intestinum vlcere affectum nemo dubitauerit. Atque verò vtrum in exilibus intestinis an crassus vlcus consistat, nondum manifestum est, sed vt nuper dicebamus, & extrasura & exitus tepore, & vt tertium addatur, ex mitione cum stercore vt modo magis, modo minus, interdum nequaquam miscetur distinguere oportet, quicquid infirmarum partium vlcera, nullas omnino vlcerum habent notas, alii excrementis admixtas. Earum vero partium que paulo altius collocatae sunt, mixtas quidem cum stercore habent notas, sed id leuiter duntaxat, quemadmodum si multo sint altiores vehemētior erit mixtura, praecipue vero in supremis intestinis, vlceris nota vehementer stercore videntur admixtae.

Enterogantibus, id est attemperantes cibos appellat Gal. eos qui acrium succorum qualitatem corrigunt, cuius modi qui boni succi sunt, neque tamen facili concoctionis.

CAP. V.

Hoc capite Gal colligit ex omnibus antea dictis, refertque signa quibus cognoscuntur loca patientia, & quibus cognoscuntur passiones. Locorum patientium sunt quinque signa, actio laesa, excrementa, positus, doloris proprietates, propria accidentia. Passionum sunt signa totidem, species laesae actionis, species excrementorum, loci natura, doloris proprietates, propria accidentia. Singulorum exempla scribit Galenus.

Porro accidit s. penumero, vt ex vno indicio simul & locus, & passio deprehendantur, aut locus vna cum causa. Veluti locorum nota & ab actione laesa, & excrementis, & positu, & doloris proprietate & proprijs accidentibus sumuntur, passionum vero, & ab excrementorum specie, & loci natura & doloris proprietate & pro-

A prijs accidentibus. Sanè actio laesa patientem partem indicare potest, & quidem hoc modo si n. accidens aliquod circa cernendi officium euenerit, oculum pati constat: verum an propria passione an per consensum an vtroque modo laborer, alia consideratione inquirendum. excrementorum species patientem partem indicat veluti iam antea dictam est & per partium ipsius essentiam & per contenta in ipsa. atque & ipse positus patientem locum manifeste monstrat. durus igitur tumor in

B dextra Hypochondriorum parte non lienis, sed iecunoris affectus nota est: quemadmodum si fuerit in sinistra non hepatis, sed splenis affectum portendit. ac positus interdum vbi similiter se habent excrementa patientem partem coindicat. Si. n. membranosa tunica frustulum excernatur, id vlceris esse alicubi ostendit, verum in qua sit particula ex positu discere potes. nam si vomendo fuerit reiectum, aut gula, aut ventriculi, si rictu summi gutturus aut aspera arteria, si excreando faucium, si cum vrina eiusus, si a sede, alicuius intestinorum, si per mulieris pudenda, vteri affectum portendit. At verò constat quod singuli dolores propositus varietate affectum locum ostendere possunt. hoc etiam pacto ea que supra proposuimus distinguere oportet. Quippe apparentibus per vomitum vlceris notis animaduertendum est vtrum anterioris partis circa hypochondria aut posterioris circa dorsum dolor aliquis infestet. etenim qui in anterioribus percipitur ventriculum, qui vero in posterioribus gulam occupare censetur, haud aliter os ventriculi ab spacio ipsius distinguendum est si deo caru quibusdam acibus hoc quidem in ore ventriculi aut in parte inferiori mordicationem excitet, illud vero in transitu per thoracem omnia. Na hac positu definiuntur. quemadmodum alia ex doloris specie, verum de doloribus latius in 2. lib. dicemus. sed nunc exemplum aliquod afferre operapretium videtur, quomodo scilicet locus ex proprijs passionis accidentibus innotescat. nam supra

C diximus singula que vlceribus adnascuntur propriam indicationem habere. id verò in presentia subiiciendum est, ore quidem ventriculi patiente fastidium infestat. per hepatis vero imbecillitate excrementa per aluum deiecta aquae in qua carnes nuper maceratae abluta fuerunt similia sunt. Item maxilla rubrae apparent in peripneumonici.

VTrobique Gal. & vbi refert signa loci patientis, & vbi signa pathematis, intelligit accidentia propria morbo. nimirum per accidentia morbo propria cognosci potest locus qui patitur. Sunt propria accidentia, vt ipsemet docet, id est, de crisi bus, quae simul inuadunt cum morbo. Ergo modo quo ex positu cognoscitur locus patiens, dixit multa exempla quia positus multis modis significat, nimirum indicat per se, & distinguit etiam alia signa, cum ea esse contingit multis partibus communia. Vnde constat decipi Fuchsum putantem Galen. vbi inquit

(at

(at verò constat quod singuli dolores) ex-
 pla scribere argumenti sumpti à doloris
 proprietate. nam re vera illic nulla mentio
 fit speciei doloris siue sit mordens, siue gra-
 uans, siue pungens, sed positus dolentis par-
 ticulæ, vt non per doloris speciem, sed per
 suum positum dolens particula dignosca-
 tur, quod breuissimè dixit Hippocrat. sen-
 tentia illa, vbi dolor ibi morbus. Ergo quod
 de gula & ventriculo dicit, pender ex disse-
 ctione. Gale. sexto, de vsu partium docet gu-
 lam vsque ad nonam vertebra[m] thoracis
 affixam esse spinæ, illic eleuari versus ante-
 riorem simul & sinistram partem, proinde
 laborante gula medicamenta imponi de-
 bent spinæ à tergo laborante ventriculo
 anteriori parti, vt dicitur 13. methodi. Ergo
 vbi dicit (si cum vrina eius viæ) intelligi de-
 bet nomine viæ vrinæ (Græcè ἰσχυρῶς) non
 tantum collum sed & vesica & eius collum.
 Non. n. in hoc tantum potest esse vlcus ex
 quo prodeat ramentum, sed etiam in vesica.
 Ergo proprietatis doloris nullum exem-
 plum hic scripsit, quia toto libro secundo
 nulla alia de re est acturus. Tamen ex dolo-
 ris proprietate cognosci nonnunquam pa-
 tientem locum nonnunquam passionem,
 facillè fuerit exemplis indicare. dolor pun-
 gens significat inflammata[m] pleuram, do-
 lor grauans laborans hepar, dolor pulsans
 inflammationem.

*Quinetiam propria passionum ipsarum nota
 in excrementis deprehenduntur, vt crusta vlceris,
 si in vrina sabulosa residet lapidis, cucurbita ve-
 rd seminibus similia excrementa latorum vermium
 indicia sunt. Atque à locis ipsis morborum indicia
 sumuntur, ed quod quibusdam solis morbus hic
 accidat, quibusdam verò solis nunquam accidat.
 quippe soli oculi suffusione laborant, lapis in reni-
 bus & vesica duntaxat nascitur, atq; vt nonnullis
 placet etiam in collo, lubrici in intestinis gignuntur.
 vrsus impossibile est vt abscessum cor sustineat,
 quemadmodum neq; pulmo neq; ligamenta dolo-
 rem. Ab accidentium quoq; proprietate passionum
 indicia oriuntur. nam quibusdam per tabidos mor-
 bos vngues adunci euadunt. intempestiuus rigor
 cum febre inflammationis ad suppurationem trans-
 euntiu indicium est. lingua nigricans ardentem fe-
 brem portendit, sic etiam coloris in vniuerso cor-
 pore proprietates, alia quidem per hepatis, alia verò
 per splenis passiones apparet, ita vt doctum medi-
 cum haudquaquam possit fallere: sicut ne color
 quidem quem hemorroides induxerunt, caterum
 pauca admodum sunt ipsarum passionum nota,
 que non simul locum patientem ostendat. etenim
 vt actionum noxa patientem duntaxat particula[m],
 ita earum differentia ipsius passionem declarant.
 Nec ergo sola sunt passionum propria signa secun-
 dum aliquid quod illis accidit sequentia, id verò
 clarius in vniuerso huius operis discursu patebit.*

A nec non videbuntur communes quoq; nota, qua
 simul & passionem & sedem patientem aut duas
 passiones aut duas particulas indicare possint.

A Loci natura ad morbum duplex est
 ratio argumentandi, alia affirmans,
 alia negans, affirmans prorsus habet debile
 argumentum, sed aliis attestantibus auget
 coniecturam, vt locus dolens est ren (atte-
 stantibus alijs) ergo affectio est lapis, hęc n.
 pars hoc modo solet laborare, eaq; sola so-
 let. vnde prodit argumentum negatiuum
 hoc modo. Dolor est in hepate, ergo nõ est
 lapis. laborat cor, ergo morbus non est ab-
 scessus. lapidem in solis renibus & vesica ge-
 nerari dicit G. additq; atq; vt nonnullis pla-
 cet etiam in collo, haud dubium inueniens se
 nunquam in collo vidisse lapidem, neque a-
 lio in loco præter renes & vesicam. Trallia-
 nus lib. 5. cap. 4. asserit vidisse se tussi reiectum
 verum lapidem, quidam mihi retulit extra-
 xisse se ex recto intestino lapidem perma-
 gnium, ego hætenus extra renes aut vesicam
 non vidi, neq; Ga. viderat cum hoc opus
 scripsit: nam etli ca. vlti. lib. 4. refert vidisse
 se grandini similes è pulmone reiectos la-
 pillos, illi tamen non erant modo substan-
 tiæ similes lapidibus renum aut vesicæ, sed
 longè diuersi, verum quamquam alibi gene-
 rari lapis possit (non. n. abroganda alijs fi-
 des est) cum illud rarissimum sit, possit me-
 dicus doctrinali assertione dicere, lapidem
 in renibus aut vesica semper generari. Ergo
 lumbricorum est triplex genus, rotundi, la-
 ti, & ascarides. rotundi sunt longitudinis pal-
 maris figuræ rotundæ. lati sunt longissimi
 figura ampli zonæ similes. hi autore Plinio,
 tricenum cubitorum visi sunt, sed Gal. au-
 tore per omnia intestina protendi possunt.
 Ascarides sunt minimi quidam vermiculi.
 vermes omnes in intestinis generari ac nul-
 los in ventriculo docuit Arist. lib. 4. Meteo-
 ron ca. 5. causam in illius loci commentarijs
 quæ superiori anno emisi reddidi, modo il-
 lud sit satis dicere Ga. subscribere Arist. sen-
 tentiæ hoc loco & 3. Apho. vbi docet rotun-
 dos generari in intestinis gracilibus, ascarides
 in ipso podice, latos per tota intestina,
 itaq; si qui vermes in ventriculo continen-
 tur, eos ex intestinis ascendisse dicuntur hi
 autores, nihilominus Amatus Lusitanus cõ-
 tendit illos posse in ventriculo generari, nil
 horum autolitate permotus, certè vt ex his
 quæ dicimus in distis commentarijs colli-
 gi potest, neutra harum sententiarum po-
 test monstrari. quare neq; altera conuinci-
 non tamè est quod repugnemus tantis au-
 toribus, cum probabili ducantur ratione,
 quam illic scripsi, & non possis euidenti ex-
 perimento explorare, vermibus qui in ventri-
 culo continetur, fuerit illic genitus, an ab
 ipre-

309
 intestinis ascēderit. Ergo species læsæ actionis significat pathema, vt visio per quam appareant res omnes duplices, significat inueriam esse pupillam, tamen non proinde opus est, quantum aliud signi genus addere dictis quatuor, quia species læsæ actionis cōtinetur in accidentibus proprijs. Ergo vbi ego legi, hæc ergo sola sunt passionum propria signa, secundum aliquid quod ipsis accidit sequentia, legit Fuchsius, quæ secundum accidens consequuntur, atque seductus verbis deerrat in enarratione. nā inquit, hæc accidentia sequentur pathemata per accidens, i. per aliud per affectum scilicet, tamē fallitur. nam hic Gal. quanquam nomine pathematis vtitur, intelligit morbum quemcunq; siue factus sit, siue fiens, siue partim vtrumq; nam dicta signa non sunt comparata ad dignoscendum solas passiones, ac non etiam affectus particularum. non est ergo ita legendum, siquidem actiones læsæ quæ inter dicta signa connumeratæ sunt, non sequuntur morbos per accidens, cum morbus sit affectus præter naturā, lædens operationes per se & primò. sed dicta signa consequuntur morbum secundum aliquid quod illi accidit, vt morbo accidit esse in hoc aut illo loco, esse tanto, & maiori aut minori, secundum aliquid tale quod ei accidit, sequuntur signa, vtructus nidorosus consequitur ventriculi inflammationem, secundum hoc quod ei accidit, puta esse in ventriculo.

CAP. VI.

Arat Gal. finem iam iraponere huic lib. volens prius distinguere modos omnes quibus particula patiens per consensum læditur. Quando quidem superius monstratum est quoties actio læditur pati illius instrumentum, per se aut per consensum, explicat ergo quot modis lædatur pars aliqua per consensum, hi sunt 2. aut enim priuatur re aliqua, aut rem aliquam aliunde venire patitur, priuaturq; aut facultate, aut materia aut facultate cum substantia veniente, aut sine substantia veniente.

Hic itaq; li. in presentia finē imponere statui, si de proprijs passionibus & ijs quæ per consensum eueniunt, aliquid addidero, admonens in primis quod d. passiones quæ à reliquis medicis primaria vocantur, equidem commodius proprias passiones appellauerim, quanquam nihil refert si eas primarias nominare volueris. quippe satius est rerum differentias intelligere quam contēdere de nominibus, sanè cum vel vapores vitiosos vel ipsi quoque humores à ventriculo ad caput ascendunt, & mens læditur primogenæ quidem passione, tum cerebrum laborare dicet nemo, quanquam omni passione carere ipsum haudquaquam defendi potest. verum quod per verbum consentire de illis ipsis est in confesso id omnino verissimum est, quippe ex hoc vocabulo per consensum pati partem non pēnitus à passione esse liberā sed ipsam cum alia pati declaratur. at qui melius clariusq; enarraueris si eā partem quæ per consensum patitur ab altera pati

A dixeris, ergo quod multi medicorū veluti somniantes obscure intellexerūt atq; ipsum vtpotē non intelligentes haudquaquam clarē enunciauerunt, id equidem veluti instituto operis perquam necessarium docere aggredior inde sumpto initio: sunt nō nullæ actiones quæ idonea indigētes materia ipsam ab alijs partibus preparatam accipiunt, quæ de re interdum optima ratione fit vt nulla existente in actionis cuiuspiam proprijs instrumentis noxa actionis cuiuspiam proprijs instrumentis noxa actionem ipsam perire contingat defectu, scilicet materia, ex qua fieri consuevit, veluti in voce res sese habent. Nam in lib. quem de ipsa conscripsimus ostensum iam est, quod efflatus materia quidem vocis est, & efficiunt eum contracto thorace intercostales musculi. Ergo his nil agētib; animal vocem amittit, & quidem nulla interdum in proprijs vocis particulis apparente passione. Sunt verò huiusmodi partes summatim quidem loquendo totum summum guttur, si verò particulatim explicare volueris sunt tres cartilaginee à tribus demissi, est præterea in gutture summo ligula (græci γλωττιδα vocant) hæc maxime proprium vocis instrumentum est, etenim cum moderate & aperitur & committitur vocem efficit: quanquam vocem reddi impossibile est nisi vehementer spiritus egrediatur, id verò intercostales musculi perficiunt.

Q Vatuor hæc sunt quæ sibi præstāt materiā, alia alijs hoc ordine. Expiratio est efflato, efflatio vocis, vox sermoni, efflatio est vehemēs, ac violēta spiratio. Proinde docente Gal. libello de causis respirationis ad expirationem sufficit motus septi transuersi, ad efflationem opus est motu musculorū intercostalium, quos Gal. lib. citato 22. esse numero refert, singulis spatijs quæ inter 12. costas vndecim sunt binos, eosq; vtrinq; vt cum totidem sint in altero latere, fiant intercostales musculi 44. quorū 22. sunt externi, 22. interni. Andreas Vesalius de medicina hac in parte optimē meritis lib. 2. cap. 35. merito addit alios 12. vtrinq; vt omnes fiant 58. scilicet qui inter spatia costarum verarum sunt non pertingunt vsq; ad os pectoris, sed finiunt antequam illæ degenerent in cartilagineas, illincque bini, alij in singulis spatijs, quod reliquum est vsq; ad os implent, prioribus ipsis fibris contra positi, vt vel hinc cōstat alios eos esse: cum ergo sint veræ costæ septem erunt spatia sex, & musculi 12. hos musculos Gal. præsentis loco indistinctē, dicit expirationem facere, quanquam lib. citato internos dicit expirationem, & externos inspirationem facere. Cæterum, quantum ego intelligo, rectē censet Vesalius dicto in ca. omnes hos esse gratia expirationis cōditos. Nam vt illo inquit illarum positus, id abundē declaratur, nimirum externi veniunt obliquē à costa superiori ad inferiorem, K internj

interni ab inferiori ad superiorē, à quacunq; earū in sibi proximā, cum ergo nullus eorū moueri possit aliter quā contractus versus suā radicē, constat utroq; illorū cū mouētur adducere costas ad se ipsas, externos inferiores ad superiores. Sed adductis costis necesse est strictiorem reddi thoracē, & ita expirare, ut cōtrā abductis à seipsis fieri latiorē, & inspirare. Agitur ergo expiratio omnib. musculis inter costalibus. Ergo quō cōstructus sit larynx ex tribus cartilaginibus, & quib. moueatur musculis vide apud G. 7. de vsu partiū cap. 11. ex quo loco cōstat subscribente illi experimento laryngem habere 12. musculos proprios & 8. cōmunes. 12. proprii mouent solas tres cartilagine laryngis, 8. claudentes, & 4. aperientes, quarū non dubiū est, corruptū esse locū hunc, vbi dicitur & musculi ipsam mouētes tres, & deprauatū græcū codicem (nā & ille habet ita:) sed legendū & musculi ipsas mouentes, aut ita verba construere oportebit, & musculi ipsas tres mouentes, ut ita significantur musculi, à quib. solæ tres cartilagine mouentur. sed quia videtur hæc in elegans cōstructio, & G. solet loqui semper elegantissimè, suspicor dictionē illam tres redundare & ab ipso nequaquā scriptā. Ergo addit cum neruis à capite venientib. Vocatur verò à cerebro demissi nerui qui nō per spinā sed ab ipso cerebro per se prodeunt, quorū esse 7. paria, atq; à sexto pari ramulos mitti in omnes musculos laryngis proprios & cōmunes, exceptis duob. qui ab osse hyoide ad cartilaginem ensiformē veniunt, qui ex septima conjugatione ramulos accipiunt, docuit G. lib. de dissectione neruorum. Ergo quid sit glottis aut ligula diximus, cap. huius lib. quodq; præsentī in loco haudquaquam debet legi ἐπιλωτῆς, sed λωτῆς.

Cecidit quidā ab alto ita ut dorsi initium terra illideret, is tertio die exiguā admodum vocē emisit, quarto deinde die omnino obmutuit, resolutaq; simul fuerunt crura manibus omnino illasis, sed neq; spirationē amittebat, nec difficulter spirabat, cum enim tota sub ceruice spina esset resoluta accidit thoraci, ut per septū transversum, & musculos superios numero quidē 6. moueretur. Quippe nerui ex spinali medulla que in ceruice est ipsis adueniunt. At intercostaliū musculorū nerui per quos efflatū fieri diximus omnes affecti erāt. Cum itaq; frustra medici negotiū subirent circa crura quidē vires soluta, circa summū guttur verò, propter vocis affectū, equidē id interdixi, atq; affecto duntaxat loco curationē adhibui. Proinde finita tandem spinæ inflammationē à septimo die vox restituta est inueni, & crura motionis facultatem recuperauerunt. Huiusmodi ergo noxa speciē magis proprie per consensum euenire dixeris quā vbi ab humoribus in ventriculo cōtentiū caput dolore tentatur. Quippe

A per huiusmodi affectiones eleuatur ad ipsum aliquid, sed in dictis nuper affectionibus nil noxiū ad crura deferitur. Nam contra priuatur ea facultate, quam antea spinalis medulla ipsis suppeditabat. Guttur verò summū cū vox ablata est nō omnino priuatur spiritu, quippe spirare animal per ipsum etiā dū videmus. At verò efflatū amittit, quidē fieri solet cum affatim plurimus spiritus per summum guttur animalis foras effertur. Sed de nominibus contendere ceteris permittamus, nobis enim res quas illi penitus ignorant pertractare satis fuerit. Quippe aliter dolet caput vbi contēti in ventriculo humores eleuantur, qui simul & calciferē, & distendere caput possunt, atq; aliter suffu foras apparent visa quadā, neq; calfacētis, neq; in tēris oculis, sed solo vapore per ipsos transeunt. Præterea aliter affici videtur is qui non videt, quia meatus à cerebro descendens obstructus est, aliter ille (quāuis hic quodāmodo sit similis) cui propter spinalis medullæ inflammationē resoluta sunt crura, atq; C aliter is cui vox aut pergit, aut vitata est, etenim ad crura facultas quadā, sed citra essentiā descendere prohibita est, ad oculos verò cū essentiā, verum ad summū guttur quāuis mandata perueniat, sufficiens tamē ipsius quantitas, haudquaquā accidit. Qui verò ob intercostaliū musculorum perforationem obmutuit, is totā vocis materiā amisit. Porro quemadmodū crura per dictam spinalis medullæ affectiones resoluuntur, ita etiā guttur summū vocalibus neruis vel incisus vel laqueo interceptis (vocare aut vocales neruos consueui eos, quos ipse inueni. Nam præceptores mei, eos duntaxat, qui ad arterias pertinent cognoscebant) ceterum ob horum quoq; vitia, vox perire solet, quoniam propriū gutturis summi nerui, quos equidē recurrentes nominare sum solitus, ipsorum essentiæ pars esse cōsentur. Sed cū in multas alias partes distribuuntur, magis propriā quā neruorū vocalium appellationē retinent, quæ propria est instrumentorū vocē concinnantium: atq; idem est modus quo summi gutturis musculi læduntur, siue recurrentes nerui, siue hi qui iuxta arterias sunt vitentur. Vtrinq; enim animalis facultes desideratur, sine qua à consilio & voluntatis imperio moueri non possunt: & quidem incisus musculus qui ligulā (id est glottidā) mouēt, animal penitus mutū euadit. Sed neq; simili omnino modo neq; etiā in totū diuerso si nerui lapsi fuerint, nam vtriusq; noxa hoc cū altera habet cōmunē q. ligula continuitate quam admonens principium habet priuatur. Ad verò fieri solet siue neruus E siue musculus incidatur aut laqueo interceptatur aut cōrundatur aut quomolibet aliter vitetur, equidē vocem vitatā fuisse meminī, aded ut pend perderetur infrigidatis vehementer neruus, recurrentibus in chirurgia quadā circa collum per byemem. Quod cum intelligerē calorificis remediis naturalē temperatū neruis restituens, vocem reuocauī. Ceterum ut ob materiæ priuationē perforato thorace, ita etiā aspera arteria tota incisa vox perit, quod nullus supersit spiritus qui ad propriū vocē instrumentū trāsmittatur, idem efficit, sed alio modo.

modo laqueus collo circumdatus, verū hic nō solum
 muscū reddit animal, sed etiā suffocat tollendo scilicet
 spirationē. Arteria autē dissecta voci quidē no-
 cet, sed animal respiracione nō priuat. Angina verō
 vocata cū sit internarū summi gutturis partiū, in-
 flāmatio strangulationi proportione respondēs re-
 spiracionē tollere potest: ipseus meatū obstruendo.
 Idcirco vocalis instrumenti maximē proprius affe-
 ctus est, deinceps externorū ipsius musculorū noxa
 est. Ceteras partes omnes quarum meminimus non
 propriē sed per consensum potius afficit. Cū itaq;
 ex ceruice quidā cheradas, id est strumas in profun-
 do incubentes excideret, et præformidine, ne vas a-
 liquod dissecaret pelliculis scalpello non incideret,
 sed vnguib; euelleret: imprudens ob ignorantiam
 simul recurrētes nervos disraxis, atq; hoc pacto pue-
 rū liberauit à strumis, sed muscū reliquit. Quidam
 alius in alio puero sectionē faciens ipsum similiter
 semimuscū reddidit, laeso videlicet altero duntaxat
 nervo: mirabatur verō omnes quo pacto neq; aspe-
 ra arteria, neq; summo gutture affecto vocē ledi cō-
 tingeret, qui cum vocales nervos (me ostendēte) cō-
 spicerent admirari desierūt. Quibus ergo partibus
 vel materia, vel facultatis copia non trāsmittitur,
 actionē ledi probabiliter dixeris, parte ipsam faciē-
 te nequaquā laesa: at verō si vel à vaporibus vel hu-
 moribus aliunde ad ipsam veniētibus laedatur, eam
 non rectē dixeris illasam. Neq; minus etiā probabi-
 le est partē, vel materia, vel facultate priuatā ledi,
 vtiq; si officii suū cum hæc reciperet secundū na-
 turā exercere possit, proinde ex huiusmodi in vitia,
 que partē aggressione dialecticorū problematū cō-
 sideratio, neq; ad affectū notitiā, neq; ad curatio-
 nem, neq; etiam ad futurorum euentū presagia
 quicquam vitiatū asferre posse videtur.

Musculis intercostalibus adueniūt ner-
 ui ex vertebra dorsi sibi è regione re-
 spondentibus, cruribus ex tribus vltimis lū-
 borū vertebra & osse sacro. inflāmata ergo
 aut vtcunq; obstructa spina in principio dor-
 si necesse fuit hominē sensu & motu crurum
 atq; actione musculorū intercostaliū priua-
 ri. Tamē quia septo trāsverso veniūt muscu-
 li ex quinta & sexta cōiugatione, ac nōnun-
 quā cū his quarta aut septima vertebra col-
 li, cōstat potuisse manere septū illæsum, q̄ v-
 nū ad respiracionē nō violentā sufficiebat, vt
 dicitur ab eodē Gal. lib. de causis respiratio-
 nis. Accedit, q̄ manebant (inquit Ga.) illæsi
 sex musculi de collo descendentes ad respi-
 rationē facientes, horū musculorū facit men-
 tionē non minus libello dicto. Tamē ego nō
 video qui musculi sint vtrinque tres à collo
 descendentes, qui ad respiracionē faciūt, nisi
 is qui descēdit è clavicula ad duas costas pri-
 mas è collo descendens nuncupatur, & secū-
 dus is qui è tribus vltimis colli vertebra ve-
 nit, sub spatula vsq; ad quatuor primas co-
 stas, & tertius quem à primis colli vertebra,
 venire tradit Ga, qui tamen in hominib; nō

A inuenitur, ad constrictiōne thoracis faciens
 nullus musculus seruatus est in illo homine
 illæsus, sed ad expirationē sine efflatione nil
 refert. Nā hæc docente Gal. lib. de vsu, pulsus
 per otū musculorū dilatantiū fit, subsidente
 thorace sua sponte, sine actione aliqua ani-
 mali. Brachia accipiunt nervos ex tribus vl-
 timis vertebra colli & duabus primis dorsi.
 Quare non oportuit ea resolui in illo homi-
 ne, cū plurimæ maximæq; neruorū ipsam
 subeuntiū productiones ex collo sint: tamē
B omnino nil esse læsa, non est verisimile, cū
 neruis ex duabus dorsi vertebra priuata es-
 sent. Ergo nervos opticos tradit Ga. 10. de vsu
 particularū esse cauos arteriæ cuiuspiā mo-
 do, quam cavitatē tamen non reperias ma-
 nifestē, vt primus monuit Andreas Vesalius.
 Cæterum vtcunq; neruuli illi habeant, illud
 videtur Gal. dicto lib. apertē mōstrare, ad o-
 culos non venire solā irradiationē è cere-
 bro, vt ad alia omnia instrumenta sensus, sed
 substantiā etiam spiritū. Nam aliter (vt cæ-
 tera argumenta taceā) non fieret vno oculo
 clauso, alterius pupilla duplo latior, neq; ve-
 rō inopinabile est per illos nervulos, (quī
 quanquā manifestē excauati non sint, sunt
 tamē omniū mollissimi, & maximi, atq; ita
 minime densi,) spiritū venire, si quidem fla-
 tui, aut auræ multas particulas videmus esse
 peruias. Ergo de neruis teurrentibus vnde
C oriantur, & vnde recurrāt, & in quos muscu-
 los inferantur, lib. 7. de vsu partiū ca. 14. proli-
 xè satis dixit G. illud modo monendum est
 eos esse ex 6. coniugatione, inferiq; in sex
 laryngis musculos duos claudentes, & qua-
 tuor aperiētes, Et sextā coniugationē descē-
 dere ex cerebro per illa eadē foramina per
 quæ intrant arteriæ carotides. Quare perin-
 de est eos nervos secare, aut cū iam recur-
 runt ad arterias. Ergo de anginae specieb; ta-
E cemus, modo dicturi ca. 4. li. 4. de neruis etiā
 recurrentib; addeamus aliqua cap. 3. illius lib.

*Considera ergo quo pacto ego neq; attingens i-
 psam narrabo curationem ex patientis loci notitia
 inuentā. Occurrit mihi quidā medicamentū tribus
 digitis adhibitū ostendēs, dixitq; triginta iam die-
 bus sentiendi illorū facultatē se amisisse illæsa ser-
 uata motione, sed nil præsidij ab impositis medica-
 mentis percipere. Ego verō id quod in eiusmodi ca-
 sibus facere cōsueui, ne tūm quidē ob liuioni tradi-
 di. Quippe vocato medico qui digitorū curationē
 susceperat, interrogauī cuiusmodi remedia adhi-
 buisset, quæ cum intelligerē ad hanc rē esse idonea
 causam inuestigare cœpi cur nullum ab ipsis homo
 præsidij cōsecutus fuisset, inquirens itaq; qua præ-
 cesserant accidentia, inueni ipso dicente, neq; instā-
 mationē, neq; refrigerationē, neq; ictū præcessisse,
 sed ipsum paulatim sensum perdidisse, captus itaq;
 miratione rursus interrogauī num superiorū par-
 tiū aliqua ictū fuisset, ille respōdit digitos quidem*

non fuisse ictos, sed dorsi initium fuisse afflicta. deinde de quomodo & quando id accidisset cum interrogaretur, respondit se cum Romam proficisceretur a vehiculo decidisse, ac non multo post digitorum incepisse lesionem. quocirca coniecturam feci nervorum qui primi a septima vertebra procedunt partem quamprimum obiectam fuisse inflammata, ac nunc duram habere passionem. id scilicet intellexi doctus ex arte secandi corpora quod nervi per propriam circumscriptionem veluti vena exoriri videntur, aded ut unumquodque exquisitè unum esse putares quemadmodum & venam: verum protinus ab origine multi sunt simul concreti & communibus vinculis quæ à cerebri membranis exoriuntur contenti, ergo nervorum qui à ceruice prodeunt, ultimi exigua pars ad minores peruenit digitos per cutem ipsos continentem, ac præterea per medij digiti dimidiam partem dispersa: quod verò ceteros medicos in magna duxit admiratione, quod dimidia duntaxat pars pateretur, id mihi persuasit potissimum eam tantum nervi partem quæ in cubito ab ipso egrediens in iam propositis digitis finitur esse læsam, ergo adhibitum ei medicamentum abijcere iubens illi præcipue spina parti quæ patiens particula principium obtinebat, ipsum apposui, secutaque est res ut aspicientibus videbatur & admirabilis, & inopinabilis, quod digiti manus adhibitis spina medicamentis essent curati.

VBi ego legi quomodo neque attingens ipsam (scilicet dialecticorum problematum considerationem) legit Corpus, quam ne attingi quidem, ut referat curationem. Quæ verborum sensum constat esse falsum: cum illam curationem & attigerit & cõpleuerit Gal. ut sequens sermo declarat. Sed ille corruptum locum putans in his verbis *ἡντι ἀγρίου* & *αὐτῆς*, particulam *αὐτῆς* referre curationem, refert tamen ut dixi, considerationem. Ergo conspicuus satis est ille nervus quem in homine præsentis historiarum læsum esse dicit. Prodit ex prima vertebra dorsi, est furculus quarti nervi venientium ad manum, decurrit per totum brachium per internam & internam partem. Præterit articulum cubiti inter vlnam & internam extuberantiam ossis brachij. In medio ferè vlnæ, aliquanto magis versus brachiale secatur in duos ramulos, alter it ad internam partem manus, præstatque furculos musculis mouentibus duos digitos, minimum, & annularè, & procedit per internam partem usque ad extrema illorum. Alter it in partem posteriorem, & defert sensum eisdem duobus digitis, & parti posteriori mediarum, quamquam dicti duo ramuli loco dicto primum separantur, constat tamen vel ab ipsa spina duci è diuersis fibris, ut illæ essent quasi multi concreti nervi. Si ergo non tota radix sed illa duntaxat, in ea pars læsa fuit, quæ in cubito separata, in cutem duorum digitorum cum dimidio erat emersura, nil mirum læsum fuisse sensum seruato motu.

A Verum passione plane submotâ, vna est inter medicos quaestio, quænam sit eiusmodi nervorum affectio ut per ipsam seruato eorum motu sensus pereat. Equidem id ipsum dicebam quod priores medici dicere solebant, quod scilicet sensus patiendò, motus verò faciendò aliquid sit. Quapropter ut quis moueatur opus est robore, sed ut sentiat vel minima facultas sufficit, cumque rectè meum dixisse sermonem putarent, quid ergo (inquam) num vidistis aliquando contra euenire, ut seruato sensu motus periret? tum ceteris omnibus se nunquam conspexisse dicentibus vnus id confiteri audebat, ac nomine laborantis citato testes quoque adhibiturum esse pollicebatur. At cum hoc cum proposita oratione de partibus motis illis quidem sed non sentientibus pugnare videretur (etenim quod ad illam rationem pertinet fieri haudquaquam potest, ut perditò sensu motus à voluntatis imperio prodiens seruetur) rursus orabant, ut causam explicarem, quam obrem vtræque appareant. Ea verò ut plane intelligunt hi qui nervorum dissectionem didicerunt, talis est.

Hic locus proculdubio corruptus fuit à librarijs, interpositis aut exclusis dictionibus. nam non sit contextus consentaneus. Nam videtur perinde differere, ac si propositum esset, habuisse hominè sensum sine motu, cum tamen cõrtarium propositum sit, & statim inquit, hoc quod seruato sensu motus periret, cum proposita oratione de maiori vi ad mouendum quam ad sentiendum pugnare, cum tamen ab ea oratione confirmetur, ut licet videre cap. 5. lib. 1. de causis sympto. Itaque locus corruptus est, quaestionem ego decidi lib. 5. controuersiarum, quo loco monstrauit in eadem exactè particula nervi non posse perire sensum seruato motu, quia motus consistit in actione magis quam sensus, atque proinde maiori facultate & meliùs disposito instrumento habet opus, quare vtrūque tollatur, siue per sublationem influxus facultatis, siue per intemperiam particulæ citius tollitur motus, quia citius deficit vis quæ ad motum est necessaria, quæ ad sensum sufficit, & motus minore intemperium sustinere potest, quin tollatur, quam sensus eadem ratione.

F Omnis ab impetu prodiens motus ad musculorum officium pertinet, quippe nullus nervorum per se sine musculo vlla huiusmodi in animantis particulis actionem efficere potest. sed per musculos omnes à consilio & voluntate prodeuntes motus perficiunt. Ad partes verò mouendas musculi ipsi aliquando quidem manifestè perueniunt, aliquando verò per medios tendones quos aponeuroses aliqui cognominant, atque ex hoc genere sunt tendones quibus digiti mouentur, haud ab similes his qui tibi ab Hippocr. nominantur rotundi scilicet, si itaque musculorum nervos pati contingat, motus digitorum perit: si verò eos qui ad cutem perueniunt, tangendi sensus corrumpitur: sed vbi tota res sol-

nuntur mēbra, cūm videlicet cōmune principiū affectū est simul & sensus & motus percuti, atq; tū locū primario affectū ex latorum neruorū multitudine duntaxat inuenire poteris. Idq; si exquisitè cognoueris cōmunia ipsorū principia quæ in neruorū dissectione percurramus, cūm nullus ante me huiusmodi dissectionē accuratè tractasset, ut potè nemine non plus minūse errante. ergo solus ille qui in ipsis fuerit exercitatus exquisitè considerare poterit in qua vertebra spinæ medulla laboret, siue tota siue altera eius pars patiatur. Nā accidit vt dextra pars duntaxat patiatur, altera omnino illæsa, aut è contrario, vt illa manente integra sola sinistra patiatur.

Miror Andream Vesalium virum alioqui modestum cap. 14. lib. 4. irridere hanc Gal. rationem qua contingit nonnunquam perire sensum sine motu, nonnunquam contrarium (idq; non in eadem exactè particula vt statim diximus, sed in eodē membro, vt manu, aut digito) nam fortassis hic ipsum aliquis irrideat, qui ex his verbis intellexerit Gal. asserere per alios neruos deferri sensum, per alios motum, cūm tamen Gal. suā sententiam paulò antè explicauerit, dicens ex eadē radice nerui alias fibras inferri in musculos: alias emergere in cutem, illasq; mouere, has minimè, non quòd aliam vim deferant illæ, aliam hæc, sed quòd in musculos inserantur illæ, propria motus instrumenta: hæc non: illæ quidem deferunt etiam sensum tactus. cæterum, quia delitescentes sub cute ac pinguedine sunt, minimè apparebat in ppositæ historiæ homine. itaq; potuisset hic Andreas Vesalius abstinere à refutatione, nedum ab irrisione.

Atque hac ratione interdum sinistra pars resoluitur dextra parte manente illæsa, interdum contrà, dextra pars duntaxat læditur & resoluitur. Vbi verò non læsa spinæ medulla tantum vnus nerui processus læsus est, eas duntaxat partes resolutio consequitur, in quas neruus ille resolutus est. Accidit enim interdum vt duo aut tres duntaxat neruorum processus lædantur, quum interim spinæ medullam nulla noxa infestet. Sic laborabat illo qui per reliquas quidem manus partes omnes ita fuit resolutus, vt neq; sentiret, neq; moueretur, sed in solis tribus digitis sensum habebat integram. Porro cuidam alteri non solum ipse sensus mansit illæsus, sed etiam eorum musculorum in quos neruorum propago sub septima vertebra exorta distribuitur, motiones seruata sunt. Atq; alius ob casum ab alto solos eos musculos resolutos habuit, qui huius nerui partes suscipiunt. Idem etiam in his duntaxat cutis partibus sensum amisit, ad quas prædicti nerui ramusculi demittuntur. ergo si scire desideras in qua vertebra sit affectus, vt in sola nerui cuiuspiam propagine, an in spinali quoq; medulla, in neruorum dissectione te exercitatum esse oportet, communemq; habere methodum, quare solutos musculos vna cum cute quæ sensum amittit

Arit obserues, nam spinali medulla in aliqua vertebrarum affecta omnes partes inferiores resoluuntur. Quòd si in altera parte lædatur altera manente illæsa, partes duntaxat quæ illi directè respondent resolutio infestabit. Si verò nerui radix afficitur, reliquæ partes omnes affecto loco inferiores nil afficientur, sed sola illa partes resoluuntur, in quas singuli nerui distribuuntur. Hæc si accuratè didiceris, circa resoluta mēbra reliqua spinæ medulla minimè occupaberis: huic enim adhibitis remedijs partem affectā curabis. sic etiam si non circa spinam, sed in regione illam sequente neruus afficitur, partim ex musculis, partim ex cute querende sunt notæ. Cutem quidem facillè est cognoscere, nam oculis subicitur, musculi verò ex actione qua perijt deprehenduntur. Proinde necesse est circa musculorum sectionem te exercites, vt cognoscas cuius actionis quilibet sit instrumentū. sic enim duntaxat discernere poteris partes: quarū quidem actio perit, nullo morbo corporalem ipsarum essentia infestante, aut in quibus præcedit morbus, vel fieri vel factus. Verum morborū genera & differentias omnes ex eo didicisti libro qui de morborum differentia inscriptus est, atq; similiter ex alio accidentium differentias. at de causis vtiorumq; etiā separatim scriptum est: in vno quidem de morborū, in tribus verò de accidentium causis, in quibus exercitari oportet eum qui facillè voluerit inuenire discernereq; causam & passionem & sedē patientem, etenim fieri non potest vt omnia per concursum doceantur, quāuis eorum qui ab experientia empirici vocantur huiusmodi fuerit opinio: qui verò accuratè & prægressa & præsentia cognouerit accidentia, atq; sic ad curandorū morborum experientiam via & ratione peruenerit, inueniet & locum patientem & simul ipsam passionem. atq; hoc magna ex parte continget in partibus quæ in intimo corpore constituuntur, veluti paulò antè de his qui sensum & motū perdiderunt ostendimus, atq; non ab re fortasse fuerit narrare quadā que iam facta fuerunt, cuiusmodi hæc sunt. Puer annorū ferè sex inuitus per aliuū excrementa deijcere incipit resolutus repente circa sedem musculo: quinetiam seni quondā huiusmodi euenit accidens, atq; rursus alius puer atatu ferè annorum quatuordecim excrementa inuitus per alium deiecit, infestante simul vesicam dolore. atq; alteri, vrina quoque fuit suppressa. Contrà alius vrinam inuitus excreuit, atq; alius non solum vrinā, sed alui quoq; excrementa inuitus deiecit. In his omnibus ea quæ præcesserunt scrutari oportet. Nam omnino aut refrigeratam aut icctam ipsorum spinam arbitrandū est. sed frigus quidem vni duntaxat patienti musculo nocet, icctus verò magna ex parte pluribus noxam infert. nam perrarum est vt icctā spinā vnus lædatur musculus, quoniam nerui ex spinali medulla orti in plures musculos diuiduntur. sed & vbi ob icctum læsus est musculus, si superueniens inflammatio ob negligentia induretur resoluti ipsi contingit, quanquam id rard accidere videatur. at verò frigus sæpenumero vnu lædit musculum, eum

maximè qui in superficie sedù est, siue sederu quis super lapidem frigidum, siue in aqua frigida supra modum fuerit versatus. Ergo puer cuius & vesica & sedes lædebatù cum in fluuio pisces venaretur, sic fuit affectus, nonnullis etiam in aqua frigida nauantibus, itidem accidit. hos itaq; sic affectos curare oportet, calida auxilia locis patientibus adhibendo, quibus verò neruorum à spina medulla ortorum quispiam fuerit læsus, ipsi spinæ adhibenda sunt remedia. Sæpenumero etiam vbi ab alto quis cecidit, aut vehementem fortemq; ictum spina subiit, inflammatio ad plures partes extensa, non solum musculis sed vesicæ quoq; noxam intulit, quibus ob vesicæ ipsius passionem vrina supprimitur. Sunt quibus non solum vrina, sed alui quoq; excrementa penitus retinentur, læsi scilicet intestinis. Nam vt musculi læsi actiones à consilio & voluntate pædentes, ita & vesica & intestina naturales actiones ledere possunt, eo quòd ipsis obuolutis excernuntur ea quæ continent.

Si cerebrum cum spinali medulla geminum esset vt Gal. statuit lib. 10. de vlu partium, productionibus ex meningibus dissectum, non esset inuentu difficilis causa, qua altero latere in cerebro aut spinæ medulla, aut illius exortu septo, aut obstructo, aut utcumq; aliter læso tota pars subiecta ab eo latere resoluitur: verum cum reuera non ita habeat, sed cerebri medulla vndiq; dissecta in extremis partibus ad quandam vsq; profunditatem, in medio vnica fiat, coeatq; in corpus callosum, quod tamen totius cerebri est pars maxima, & continet oēs ventriculos intra sese: cumq; medulla spinæ ab hac media basi exoritur ex loco non dissecto meningibus, nõ dissecta, sed quantum sensus indicat, tota & integra, ac simplex, qui sit vt cum dimidium illius scissum est, facultas in inferiorè sectione partem ab altero latere non permeet, certe non possum aliã rationem excogitare, quã quòd id lumen aut is splendor, qui à cerebro per spinæ medullam & neruos distribuitur, per rectas fibras it, vt lumē solis per rectas lineas. Quare perinde est obstructam esse alteram partem spinæ, atq; si in dimidiato corpore obiecta esset nubes. si quod lumen fingis per reflexas lineas venire, id respondebo ad nullas manifestas actiones esse satis. Hæc ratio nullo modo reddi potest, iuxta id quod Vesalius sibi persuasit, neruos scilicet nõ necesse esse distribui in musculos, neq; per capita, sed tantum præterire more venæ & arteriæ, & ita facultatem in totum musculum versus quaq; distribuere, sed ego non ita statuo. Excogitet ille rationem, si quid potest, si minus permittat nobis cum Galeno sentire, de distributione neruorum in musculos, quam id sensus non percipiat, verum multa facit ratio sensui adiuncta. Ergo vbi Gal. inquit, alteri contigisse, vt reliquis quidem ma-

num partibus neq; sentiret neq; moueretur, sed in solis tribus digitis sensum haberet integrum, quidam sine dictione tribus legunt in solis digitis, vt ita significetur omnes digitos sensum retinuisse, in meo codice *nat. i. j. τὸς τρεῖς δακτύλους μόνως.* ceterum parum refert, ita aut aliter legere. nam vtrunq; contingere potuit, per partem enim elatiorè brachij totius it neruus quidam, illi de quo locuti paulo antè sumus, è regione oppositus, qui ex sexta & septima vertebra colli perfectus, & prima & secunda dorsii, versus digitos tendens, per interiora mittens ramulum in musculos pollicis, indicis & medij, ad finem etiam digitorum decurrit. Per posteriora alii ad deferendum sensum eisdem digitis, & præterea dimidiæ parti annularis, ex quinta & sexta & septima colli vertebra, & prima dorsii venire constat. Itaq; digitis omnibus tribuitur sensus, à tribus illis neruis, qui à dictis vertebra orti ad summam manum demittuntur.

C Intellige ergo vt illi de quo locutus antea est Gal. contigerat, inferioris nerui eas fibras ad radicem lædi, quæ in illum ramum erant ante carpum euasuræ, ita huic illæfas esse eas ex toto illo neruo, & accideret tres tantum digitos sensum retinere. intellige rursum illas quæ huius alterius nerui erant ramulum formaturæ, illæfas etiã manere, fietq; vt amborum ramulis illæfis, digiti omnes sensum retineant, alijs omnibus partibus immotis & sine sensu. Quod si fingas alteri non illos tantum ramulos mansisse sine læsione, sed etiam totum eum neruum, qui ex septima vertebra procedit, eum in quã, qui minimo & annulari defert sensum, retinebit tunc temporis homo non tantum digitorum sensum, sed motum etiam trium, minimi, indicis & medij, & multos musculorum trahentium manum, non habebit immotos, impartitur enim illis ramulos hic neruus. Ergo occasio ne illius quod in fine capitis dictum est, animaduerte ictum in spina acceptum posse efficere vrinæ suppressionem, non quòd motus quo se vesica circa lotium cõprimit per neruos deferatur, cum animalis non sit, sed quòd vesica priuatur sensu, quo priuata non irritatur. Sine irritatione verò nulla particula naturalis operari potest. Id docet Galenus sexto huius operis, cap. 4.

CAP. VII.

C Apite hoc docet instrumenta naturalia non posse lædi per compassionem, sed quæcumq; symptomata vt naturalibus instrumentis illis accidunt primario patientibus accidere. Quia facultates naturales nõ sunt aliunde venientes, vt vitalis & animalis, vt per compassionem principiorum lædi possint, sed sunt singulis membris insitæ. Docet etiam exẽplis distinguere symptomata quæ membris accidunt, vt naturalibus, & quæ vt animalibus instrumentis.

A Tq; in hac re plurimum differunt naturalia ab animalibus instrumentis, si quidem

naturalibus cognata actionis vim esse, animalibus vero instrumentis à principio, veluti lumen à sole ipsam defluere iam indicatum est. Ergo vt Magnes lapis in seipso habet vim qua ferrum trahere potest, ita naturalia quoque instrumenta omnia facultatem habent qua actionem suam perficiunt. proinde si permanens fuisset ipsorum essentia, neque arterijs, neque venis indiguissent, verum quia nutrimento egent seruari, oportet innati caloris temperiem, hanc ob causam & venis indigebant & arterijs, sunt etiam muscoli vt essentiam suam seruare possint, non secus quam naturalia instrumenta & venis & arterijs indigent, at quia cognatum principium sensus & motus non habent, idcirco neruis per quos hoc ipsis insuat semper indigent qui illis ea suppeditare possint, quemadmodum sol omnibus rebus quas illuminat splendorem affert. Quamobrem solis partibus quæ & sentiendi & mouendi vim habent, accidit vt ipsis interdum haudquaquam læsis, nihilominus earum actio pereat. id quod naturalibus instrumentis accidere non solet. prius enim ea lædi necesse est quam actio lædatur: quin & animalibus instrumentis omnibus naturalis est distributio, quippe & arteriarum & venarum ad miniculo indigent ad essentiam ipsorum seruandam. Idem accuratissime intueri ac discernere oportet, quæ accidit eis ea ratione qua aut naturalia, aut animalia sunt soleant euenire, veluti alterari (vt ita dicam) à vicinis ipsis vt naturalibus: alterationem vero sentire, vt animalis euenit, sic oculis quoque; sæpenter contingit. Nam vapores à ventriculo elati ipsos omnino alterant. Verum tam exigua alteratio non ab omnibus sentitur, nisi maxime sincerissimam habeant sentiendi facultatem, voco autem maximè sinceram eam quæ minimas quasque res cernere potest.

NE intelligas nullum membrum naturale, vt naturale est, posse pati per consensum aliquo modo. Nam per priuationem materię, quam inter modos cõpensationum retulit Gal. superiori cap. nil prohibet pati. Nam potest membrum arescere præcis venis quæ ab hepate veniunt. Præterea cap. 4. dictum est posse ciborum corruptionem fieri in ventriculo per consensum hepatis & corporis totius, quas cõpensationes cõstat pendere ex influxu prauorum succorũ. Duplex modus est cõpensationis eius quam Gal. in præsentia negat posse membrum, vt instrumentis naturalibus accidere, priuatione scilicet facultatis quæ cum substantia, aut sine substantia insuat (atque hoc est quo naturalia ab animalibus differunt.) Nam vt Gal. hic aperte docet, & nos alio loco cõfirmauimus, nulla naturalis facultas influit, sed singulis membrum sunt omnes insitæ. Nimirum vt partes plantarum, singulæ per se reguntur, à nullo membro principe recipientes guber-

nationem, sed solum naturam per radices, ita nostra membra ab hepate mandata tantum recipiunt per venas, quare nisi ad animalis vitam opus esset animali, & vitali facultate, vt ramus non emoritur statim, ac ex arbore secatur, ita neque præcisum animalis brachium emoreretur. Non enim aliter cognoscimus arboris partes non gubernari à membro aliquo principe, sed singulas per sese, quam quod, & si singulæ ab alijs distraherentur, nulla priuantur re, præter materiã, ad eum vt præcisus ramus huius figatur, per se viuat. Nulla itaque facultas in plantis est, ab alijs in alia membra influens. Quare neque in hominibus erit aliqua quæ naturalis sit, non enim video cur quod ad hanc animæ partem attinet, plus tribuatur hominibus quam plantis, cum nil hominibus per eam contingat, quod non superentur à plantarum multis: scilicet nutriuntur, augentur, & generantur quam plurimæ plantæ, plus etiã quam homines: sunt enim viuaciores, & affurgunt in maiorem molem, & sunt fecundiores. Nulla itaque facultas naturalis influens est, sed hoc alibi est ostensum. Ergo vbi dicitur, quamobrem solis partibus quæ & sentiendi, & mouendi vim habent, accidit vt ipsis interdum haudquaquam patientibus, nihilominus earum actio pereat. Id quod naturalibus instrumentis accidere non solet: intellige ipsis haudquaquam primario patientibus actionem lædi, non enim nullo modo patientibus, cum prius in hoc ipso opere monstratum sit, nullam actionem lædi posse, omnino non læso instrumento illius proprio. Neque verò illud de solis naturalibus instrumentis, & actionibus intelligendum venit, vt ex hoc loco colligit Fuchsius. Qui tamen videtur mihi, cum in hunc locum incidit, illum non intelligere, & priora tradidisse obliuioni. Nam argumenta omnia quibus Galenus nitebatur monstrare contra Erasistratum nullam actionem lædi sine læsione instrumenti proprii, erant communia instrumentis omnibus, atque omnibus actionibus, & plerumque exempla quibus illic est usus, sunt instrumentorum animalium: nihilominus docuit (quãquam id dialecticæ disputationis esse sæpe dixit) nullam actionem lædi, omnino illæso suo instrumento, primario scilicet aut secundario. Ne ergo quæ modo dicuntur cum prioribus pugnent, ita intellige solis, quæ & sentiendi & mouendi vim habent accidere, vt ipsis interdum haudquaquam primario patientibus, nihilominus earum actio pereat: id quod naturalibus instrumentis accidere non solet, cum ijs limitationibus, quas nuper scripsimus, verum est.

FINIS SECVNDI LIBRI.

4 DE

DE PATIENTIBVS LOCIS,

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Quum tres modi exercitationis, in hac artis parte possint esse (vt Erasistratus prius dixerat) primus à locis ipsis sumptus, secundus à causis & passionibus, tertius à signis: tertium hunc modum, qui est per signa, prosequi vult Galenus libello hoc secundo, in exeplo specierum doloris, volens inuestigare, quæ doloris species quam partem patientem indicet.

PROPOSITVM est exercere mentem, vt Erasistratus semper precipit cum in alijs artis operibus, tum verò in ea quam nunc proposuimus, patientium locorum noticia. Circa quam tres sunt exercitationis modi: vnus circa singulas corporis partes, quas locos nominant: alter circa causas, & passiones: tertius est de accidentium differentia. Igitur à locis sumptus modus huiusmodi est: patiente cerebro huiusmodi separatim eueniunt accidentia: ventriculo patiente, hæc sunt propria: collo patiente, hæc: atque in reliquis similiter. À passionibus & causis, talis est: inflammationis seorsum, huiusmodi sunt accidentia: scirrhi, huiusmodi: refrigerationis, hæc: plenitudinis, hæc: corruptionis, hæc. Ab accidentibus, vt hoc doloris genus hæc passionis portendit, aut hosce locos: rufus verò has: ita & vomitus, sanguinis eruptio, fluor alui, conuulsio, rigor, horror, delirium. Quippe his inter se ita distinctis, quis rectè, secusve dicatur, facilius percipi poterit: quòdque ita se res habeat, ex singulorum contemplatione planè discet.

Primus totius operis liber omnes hos exercitationis modos continuit, idque breuissimè, vt ad sequentia fundamenta iacerentur. Nam inter nouem illa loca, quæ caput quantum continuit, in aliquibus argumentabamur ab accidentibus ad locum, in aliquibus ab accidentibus ad affectum, in aliquibus à loco ad affectum, in aliquibus ab affectu ad signa. Liber hic secundus continebit tertium modum exercitationis, duos modos priores continebunt sequentes libri, nimirum in illis cuiusque interiorum membrorum morbis dabitur proprium caput.

CAP. II.

Monstrat hoc cap. Galenus errasse Erasistratum dicentem stupidum dolorem significare neruorum affectionem, primum quia stupor non neruis solum, sed alijs etiam partibus contingit: deinde quia dolor stupidus non est species doloris, neque stupor nomen doloris sed affectus. notat etiam in Erasistrati verbis contradictionem, quòd alibi ad neruos, alibi ad musculos stupidum dolorem dicat pertinere.

Velut statim, cum nimis sit Archigenes, qui ex dolorum differentijs locos patientes significari existimauit, accuratius de ijs nobis differendum est. Nam stupidum quidem dolorem, ner-

Auis euenire dicit, sed planè peccat. Quippe stupor à frigida passione oritur, non neruorum duntaxat, sed etiam venarum, arteriarum, carnis, membranarum, tunicarum, & cutis. Quod si ob id quod hæc omnia per neruos sensum habet, ad neruos passionem refert: cur non reliquas oes dolorum differentias, propriè ad neruos pertinere dicit. Quippe vt dolor tristis sensus est: ita voluptas blandus est sensus, ergo non solum stupidus dolor in neruis est, verum etiam reliquorum dolorum omnium, quos ipse quoque Archigenes descripsit, vnusquisque. Quòd si rectè accuratius inspexeris, haudquaquam dolorum species dicendus est stupor: veluti neque vlcus species, vlcus inflammatum: sed duarum potius rerum, in his quidem vlcus & inflammationis, in illis verò doloris & stuporis concursus est. Etenim stupor per refrigerationem insignis est: idcirco corporibus ita laborantibus & sensus & motus difficultatem inducit, quemadmodum completa per refrigeratio, & sensum & motum omnino tollit. Sed quòd stupor passionis sit nomen, non sensus aut doloris, sic dicente Hippo. declaratur. Stupor enim mediocris, dolorem solvere potest. Nam stupor: ob refrigerationem fit, vt planè videre est in ijs qui in hieme per frigora proficiscuntur, atque in refrigerantibus quoque medicamentis. Nam si extrinsecus immodicè adhibeantur, particula ipsa stupida euidet, quæ sensum quoque omnino amittit si vehementissimè refrigeretur, idque non solum à medicamento, sed etiam à circumfuso nobis aere. Equidem non quosdam aded refrigeratis pedibus, vt in primis quidem sensus periret, sequèribus verò deinde diebus, emortui pedes putrescerent. Ergo vt perfecta per refrigerationem, & sensum penitus aufert & motum: sic moderatior, & sensus, & motus difficultatem inducit. Nominaturque (vt dixi) huiusmodi per refrigerationem, stupor. Itaque stupidum dolorem passio efficit frigida simul & dolorifica, indicante id nomine, non doloris (vt dixi) differentiã, sed dolorem simul & frigidam passionem, aut ab ipsa inductam particula, & sensus, & motus difficultatem. Constat autem quod constrictas vehementer particulas, atque eos quoque qui torpedinè animal, dum adhuc viuunt, tetigerint, stupor in festinare solet. Et quibus membrum aliquod stupidum fuerit, ijs & tangentes ipsos, obscuro, & hebeti sensu percipiunt, nec moueri possunt: si verò moueri cogantur, dolent. At citra hoc quòd moueri tentent, passionem ipsam stuporis haud obscure sentiunt, sed tunc nequaquam dolet. Proinde valè Archigenes enunciauit stupidum dolorem ad neruos propriè pertinere. Stupor. n. passionis, non loci patientis indicum est. At qui paulò post rursus Archigenes propriè ipsum ad musculos pertinere ait. Habet autem dictio vtraque ad hunc modum.

modum. Prior quidem, nervi aut contorti distenduntur, & indurantur, atq; hi stupidos inducunt dolores, atq; dure intendentes. Deinde paulo post in huc sermonem prorumpit: musculi carnis, & nervi, imò etiã arteria proprietate misturam in doloribus referunt frementes, vt ita dicã, & late se distendentes, ac stupide pulsant. In horum sermonum priore nervos aut stupidos in, vt dolores: in altero verò musculos stupide pulsare, stupidum non ad passiones, sed ad partes referens. Sed vt dicebã, stupor nõ particula cuiuspiã propria passio est, sed affectio, que quidẽ in omnib. fieri potest, sed non in omnib. sensibiliter apparere: quippe in his duntaxat apparet, que suas passiones sentire, & pro volutaris imperio moveri nata sunt. Ceterum eis, qua manifeste in musculis apparent, sermo ipse repugnat. Quin etiã distincte prolatus est, ac fortasse nõ intelligit, nusquam in corpore carne ipsam per se inveniri. Dã musculorũ id, q̄ nervosum est, in plurimis vel capitib. vel extremis partib. est, vbi etiã tendones inveniuntur. Id verò, q̄ in medio continetur, vbi homines carnem nominant, nemine intelligere, qui non exquisite sectione vsus est, carnem solam haudquaquam manere, sed cum tenuissimis quibusdã, veluti fibris, in quas nervosum genus resolutũ est. Voco aut nervosum genus, in vnicã appellatione cogens, tũ ligamẽta, tũ tonos. Quippe ex ijs per carnem dispersis musculorũ ostẽdimus essentia consistere, que vt pmanere possit venis indigebat & arterijs.

Non accusat Archigenem (vt prima capituli verba videntur sonare) quod ex locorum differentia locos patientes significari existimaverit. Nam id Gal. ipse asseruit lib. superiori cap. 5. Sed quod in hac parte nimius fuit, & multas finxit, & vanas dolorũ differentias, vt sermo ipse faciet palam. Doloris essentiam nonnulli constituunt in sensu ipso, nonnulli in sensui obiecto, nonnulli in sensu ipsius quadã tristitia. Nam cum illud constet dolorem non posse contingere, vbi non est sensus, prætereãq; nullum dolorem esse, vbi sensus omni tristitia vacat, non dubium dolorem aut esse sensibile, siue id sit proprium tactus, siue commune (nam id ad presentem disputationem nihil facit) aut tristem sensum, aut tristitiam sensus. Protinus ergo vt monstratum erit, non esse sensibile quodpiam, supererit esse tristem sensum, vt Galenus hic dicit, aut tristitiam sensus, vt alibi. dici enim ita dolere est habere tristem sensum, aut tristitiam sensus, aut sentire cum tristitia, perinde sit, quamquam Argentarius in his mirè se exercent. Verum dolorem non esse sensibile quodpiam ita licet tibi colligere. Accidentia sensibilia in obiectis sunt, haudquaquam in organis sensus, aut si in his sunt, fiunt ab ijs que sunt in obiectis, vt frigiditas que sentitur, in re frigida que sentitur est, non in eo qui sentit, aut si que est in sentiente sit à frigore sensibilis

A corporis. Ita ergo oporteret dolorem haudquaquam in secunda manu esse, sed in secunda te gladio, aut eum dolorem qui in manu sit, ab alio nasci qui in gladio præfuerit. Non enim aliter accidentia sunt sensibilia. Quum ergo hæc absurda sint, non sentitur dolor, sed est tristis sensus. Nec verò Hipp. secunda part. Apho. huic sententiã repugnat dicens, dolentes dolorem non sentiunt. Accepit enim illic nomen doloris pro dolorifica affectione. Qui modus plerisq; hominibus consuetus est. Ita enim dici semper audias, Dolorem sentio, aut dolorem non sentio. Qui tamen modus loquendi haud est exquisitus. Est enim dolor ipse sensus. Quod si tamen dolore illius obiectũ non sentiri obijcias, solutionem scilicet continui aut interperiem, eoq; non esse dolorem sensum velis. Respondeo, sentiri per dolorem causam, verum id plerumq; obscurissimè quia perturbatur sensus per tristitiam. Non aliter ac ipsa mens solet per animi conturbationes ea circa que versatur, vix sentire, atq; ita contingere sensus acerbiter maximam, perspicuitatem minimam. Sed de doloris essentia hæc sunt satis. Vbi Galenus inquit, stupor perfrigeratio insignis est, ne putes definitionem illis verbis contineri. Nam sæpe fit stupor sine perfrigeratione, ex cõpressione scilicet nervi alicuius. Sed stupor re vera est, semi resolutio aut inchoata paralytis: vtcunq; enim sensus & motus particulæ hebetetur, affectus est stupor, plerumq; verò à frigore insigni sensus hebetatur, quare volens Galenus stuporem qui est morbus, ab eo qui est symptoma distinguere, stuporis ex refrigeratione exẽplo vltus docuit refrigerationem insignem esse morbũ, dolorem stupidũ illius symptoma. Quod pedes refrigeratione emortui putruerint, nõ est mirũ. Frigus enim **E** ambiens per se præferuat à putredine, quippe sit à calore externo: tamẽ ex accidenti potest esse putredinis occasio, quia frigus debilitat naturalem rei calorem, eo verò debilitato, quod illius est reliquum à quocunque ambientis calore dissipatur, vt in com. quarto, lib. Meteoron scripsimus. Emori etiã viventis adhuc animantis membrum præintemperie, irrecoverabiliter amissa vita, nõ est mirum, quum membri illius temperies naturalis est omnino corrupta, & præternaturam in habitum mutata. Causam qua pisciculus torpedo stuporem inducit piscatoribus, in frigore putant esse nonnulli, sed si id animal frigore faceret, mortuum id faceret melius quam adhuc viuum. Omne siquidẽ animal calidũ est ad seipsum emortuũ, 2. de tẽp. Nõ ergo frigore facit, sed facultate quadã, quam id faciendi ei tribuit natura, quãq; sese tuetur ab inuadentibus. Caro proprie **F** ea tantum appellatur que est in musculis, sed

sed præter hanc est in singulis membris sua cuiq; caro propria. Illa verò quæ propriè caro appellatur, nullibi est simplex, sed fibris plena, & ligamentis, & tendonibus, vt docet Galenus secundo de temp. cap. 4. Verùm ne intellige simplicem re vera non esse natura: nam similes partes actu sunt in dissimilibus, sed non posse carnem à fibris separari, tam esse cum illis permixtam. Appellat hic Galenus, *vtpòdes yev*, id est neruosum genus, omnia ea quæ nonnullos nomine in latiori significatione vtentes, neruos vocare, dixit sexto Epide. part. 1. com. secundo, scilicet neruos propriè appellatos ortum habentes ex cerebro aut medulla spinæ, & ligamenta quæ illi appellabant neruos colligatorios ortum habentes ex ossibus, & tonos seu tendones, ortum habentes ex caudis, aut extremis partibus musculorum, hos censet Galenus, primi de motu musculorum mediæ naturæ esse ex ligamento & neruo propriè dicto constantes, quanquam quidem repugnent, sed modo minus moror, illud vnum sciri expedit nonnunquam ligamenta, & tendones appellari neruos translata similitudine, nõ secundũ neruorũ vim, sed secundũ substantiã corporeã illorũ.

CAP. III.

Causam aperit qua dolor pulsatorius in particulis inflammatis contingat, docetq; malè Archigenem dolorem eum ad musculos retulisse, quum tamen ille contingat propter inflammationes aut arteriarum solum, aut partium aliarum habentium arterias, & sentientium. Nec verò propter inflammationes omnes, sed magnas. Nam si quodpiam horum desit non fiet talis dolor, etsi morbus inflammatio sit, quare renum pulmonis aut hepatis inflammationes, pulsantem non faciunt, sed grauantem dolorem, nou enim sensum habent. Pleuritis habet punctorium non pulsantem, quia caret arterijs, affecta particula.

Itaq; citra dolorem pulsare, ad solas arterias pertinet, animali etiã bene valente. Vbi verò ingens oborta est inflammatio, vel erysipelas, vel abscessus, arteriarum pulsus cum dolore sentimus: cum antea per bonam valetudinem nec cum dolore, nec sine dolore ipsum sentiremus. Etenim res ad hunc modum sese habet, duabus præcipuè occasionibus vehemens dolor inflammatis partibus infertur, cum mouetur, aut cum à re quapiam comprimuntur. Inflammato igitur omnino musculo, duplici modo dilatatis arterijs, dolorem sentimus. Nam & mouentur, & ab adiacente carne comprimuntur, & ipsum comprimunt. Atq; hac ratione partes inflammatae pulsant. Et hunc solum vocabant antiquissimi pulsus: posteriores verò omnem arteriarum motum, quem sensus percipere posset, similiter nominauerunt. Non tamen inseparabile musculorum patientium, aut omnino proprium est stupide pulsare, pulsũ id quod cum dolore est vt diximus significante, siquidem neq; ipsum pulsare in vniuersum. Siquidem pulsus (vt prius

A dictum est) dolorem quendam infundat, nam in scirrhis, & in tumoribus qui propriè œdemata appellantur, atque intemperiebus, quæ sine tumore consistunt, motus arteriarum dolorem bandquam excitat. Ac ne per inflamas passiones quidem, nisi cum maiores effecte sunt, dolor infestat, quinetiam sine musculo arteria inflammatoriam sustinens passionem, ipsa per se cum dolore pulsat. Dico autem inflammatoriam passionem, vt simul cum inflammatione & erysipelas, & abscessus intelligatur. Huiusmodi igitur passionum, cum maiores fuerint pulsus, accidens esse censetur.

A Pud antiquos non fuit eadem accipio nominis pulsus, quæ hodie. Nã dicebatur de solo pulsu qui in inflammationibus sentitur, vt docet G. 4. de ratione vict. acut. com. 26. aut de eo qui manifestè sentitur ab ipso homine, aut ab alijs videri poterat. Hippo. ipse vsus est ita nomine hoc, loco citato, & primo prog. 31. dicens, si pulsus in hypochondrijs insit perturbatione significat aut deliriũ. 2. etiã epid. part. 5. ita dicens, cui vena in cubito pulsat, insanus, iracundusq; est, œdema propriè dictum est tumor mollis sine dolore, tamen dicebatur etiã hoc nomen ab antiquioribus de quocunq; tumore præter naturam. Ita Hippocr. 1. prog. 32. œdema durum & dolens. Inflammationes non quascunque, sed magnas solum dolorem pulsatoriam habere docetur 13. meth. cap. 1. itaq; dolor pulsatorius etiã si pars senties sit, & venas habens magnas: non est alsides signum inflammationis, sed superueniens. Inflammationis etiã est duplex significatio. Propriè est tumor durus & dolens ex sanguinis fluxione consistens, latius patete nomine omnis tumor ex calida fluxione dicitur, libello de tumoribus præter naturam cap. 1.

E Quod si aliquando in ijs pulsus, ipsi scilicet laboranti, stupidi esse videatur (hic enim stuporis passionem sentire potest) tũ scire licet, passionem in musculo neruis consistere, sed ita consistere, vt ad paralytim tendant. Quippe stuporis passio, inter resolutionem, & integram valetudinem media est. At pulsus cum dolore factus, sequitur inflammatorias passiones notatu dignas, idq; semper in ipsis arterijs, atque in continentibus ipsas partibus, quas & ob angustiam premunt, & cum attolluntur, modò pars laborans sentire nata sit, veluti percutiunt. Ergo nec in peripneumonia, nec laterali morbo, dolor pulsatorius euenire potest, idque ob partiu naturam. Namq; pulmo sensum non habet. Morbus verò lateralis membranæ costas succingentis, morbus est: quæ vbi costis quidem vicinis est, necessariò comprimitur: at intermedia pars ipsius cõprimi non potest, sed inflammatione duntaxat ratione dolet. Atq; in hoc spatio arterie sunt, quæ per intercostalia vocata spatia, & per crassas, laxasq; laterũ partes extenduntur, in profundo

constituta ut succingentem costas membranā non attingant. Harum igitur arteriarū motus in morbo laterali ab egrotante sensu non percipitur, tantū abest ut ei dolorē inferat. Inflammatū quidē interdum intercostalibus musculis, arteriarū dilatationem, dolorem inferre necesse est, proinde laborans ipsum facile percipiet, atq; pro inflammationis magnitudine, sentiet in parte inflammata pulsationē. Ob hanc quoq; causam, ubi vehemens fuerit pulsatio, suppuratur inflammata particula, consequente suppuratione ingentes duntaxat inflammationes. Constat igitur ex his quae iam diximus, quod pulsatorius, siue pulsatiuus à medicis vocatus dolor, per inflammatorias passiones fiat, atq; in corporibus sensibilibus: idq; vel per se vel proprie, vel primaria passione in arterijs: nominet enim quilibet ut voluerit: in reliquis verò partibus sensibilibus omnibus, per consensum, eo quòd à vicinorum contactu premantur. Igitur nec in hepate, nec in renibus vnquam huiusmodi pulsatio apparet: quoniam nullus per totum corpus ipforū nervus dispersus est, nec etiam per pulmonē. Quocirca grauius in ipsis sentitur, cum tumoris praeter naturā genus aliquod ea in se haerit. Nam in horum viscerum quolibet, circumscita membra, per quam nervus dispergitur, sensu potitur. Quia verò à tumore, qui est in viscere, ipsa extenditur, doloris speciem appellatione dotauit. Proinde Hippo. primus omnium scripsit, in renem dolor grauis. Post hunc verò optimorum medicorum non pauci, non acuti doloris, sed grauitatis sensum in praedictorum viscerum inflammationibus fieri dixerunt. Enimuerd membranas, ut quibus nullae sunt arteriae, nec pulsare ratum consentaneum est, quemadmodum nec cutem, etiam si vehemens adsit inflammatio. Atq; eadem ratione, nec glandulas, quibus nullae sunt arteriae. Etenim huiusmodi partes, cum inflammatae sunt, vnico duntaxat doloris modo vexantur, extensionis. Quippe huiusmodi doloris species à nullo sentientium corporum in huiusmodi passionibus separari potest.

Videri possit alicui nisi attentē admodum legat in verbis primis huius dictionis recidere Galenum in sententiam Archigenis putantis stuporem ad nervos pertinere. Caeterum considera, stuporem esse affectum omnem per quē hebetatur sensus, & motus fit difficilis. Id quod aliquando ob solius nerui obstructionem, ut cum tēdit in paralyfim, tuncq; haud dubiē stupor est primario in neruo secundario in toto mēbro, aliquando fit ob perfrigerationem extrinsecus factam, tuncq; est in toto crure stupor, affectus primarius, horum stuporum vterq; quod ad symptoma attinet, est medius inter bonam valetudinē & paralyfim. Tamen hic de primo loquitur qui medius est etiam in affectus essentia. Quod de pulsatorio dolore Gal. docet, ipsum scilicet primario in arteria consistere, & secundario in alijs partibus sentientibus, non videretur mihi satis distinctē do-

A cere, pulsus siquidē arteriæ solius est, tamen dolor pulsatorius (non enim idem est pulsus & dolor pulsatorius) aliquando consistit in alijs partibus primario, & in arteria secundario, aliquando contrā, aliquando in vtrisque primario, ut si fingas (saepē ita continget) arteria nequam inflammata, partes quibus cōtinetur, inflammatione laborare, quo casu cōstat arteriam ipsam non doluturam, sed praestituram motu alijs partibus doloris occasionem, easq; dolere primario gratia propriae affectionis puta phlegmonis (phlegmonis enim symptoma est dolor) arteriā verò (si quo modo) pati per consensum. Contra, si sola arteria est inflammata, sola dolebit primario, reliqua secundario, si vtraq; inflammata sunt, primario, vtraq;. Itaq; ut dolorē stupidum diximus se habere ad neruum, in quo solo nonnunquam est primario, nonnunquam verò non in eo solum sed primario etiam in alijs partibus, ita de dolore pulsatorio & arteria debes intelligere, quod tamen non videtur Galenus satis assequutus, quanquam inuentionis principia praestitit: Arterias per spatia intercostalia decurrentes profundius penetrare per intercostales musculos, quā ut membranā succingentem attingant, non omnino verum esse in renes, sed ad costarum radices, & aliquanto post, iuxta membranā ipsam sunt, deinde submerguntur, quare si pleuritis exquisita est, id est ipsius membranæ inflammatio, siquidem ad partes anteriores laterum aut etiam versus anteriores spectet, non dubium est, non posse illam pulsantem dolorem afferre, sed si sit inflammatio in posteriori parte iuxta spinam, fortassis possit, cum arterijs adiaceat eo loco membrana. Meritò Gal. ubi loquens de renibus & pulmone inquit, nullus per corpus ipforū nervus spargitur, addidit, per totum corpus ipforum. Nam 4. de vsu part. cap. 13. idē quod hoc loco dicens, hepar scilicet obscure sentire suos morbos, idq; per tunicæ suæ sensum, & neruū nō recipere, addidit, quod nervus cum sit paruus, qui in tunicam ambientem distribuitur, aut non omnino in viscus aut non in totū certē se insinuat. Dixerat paulò antē dedisse nihil nerui his visceribus naturā, ne omnino plantē essent. Itaq; neruū venientem de sexta coniugatione quem his membris ramulos praebere lib. de nervorum dissectione docuit Gal. nihil obstat aliquid etiā ipforum viscerum carni impertiri, (sunt enim tenuissimis quibusdam vinculis suae illis tunicæ alligatae,) verū id quam minimū nec in tota viscera penetrans. Meritò etiam cū dixisset ne glandulas pulsus habere, addidit, quibus nullae sunt arteriae. Nā est duplex genus glandularum, docente eodem Gal. u. capite 14. meth. aliud vile, quod ex abundantia factum est,

est, nam ad aliorum membrorum separationem & ad replendum caua, & ad recipiendum excrementa: aliud quod generandi faccum aliquem gratia factum est, cuius generis sunt mammae, & glandulae adnatae testibus, & quae in faucibus saliuam gignunt. Haec glandulae arterias habent, & cum inflammatae sunt pulsant cum dolore.

CAP. IIII.

Differit imprimis Gal. de doloris causis, eas dicent esse tres, inaequalem intemperiem, distentionem, & contactum alterius rei, cuius nomine intelligitur & corrosio & punctio & contusio ac compressio: has tres causas redigit deinde ad duas, intemperiem scilicet inaequalem & solutionem continui. Deinde loquens de dolore quodam coli quo ipse laborauit, & de lapide descendente de renibus & de dysenteria, & eius speciebus, describit dolorem, ut ex perforante terebra, & ut ex infixio palo, & mordentem, docetque illorum quilibet cui parti & eius passionis qua causa contingat.

Reliquae vero doloris species quibusdam partibus accidere possunt, quibusdam non possunt. Igitur meminisse eorum semper oportet, ac cognoscere singulorum locorum naturam: quinetiam intueri, quid unicuique parti modus doloris peculiariter conueniat, qui vero contra. Proinde resumptes rursus ipsos dicamus. Quippe vnus doloris modus est, qui per inaequalem intemperiem in patiente parte consistit, ut nulla re ipsam extrinsecus attingente. Alius qui ob tensionem fit, non soli patienti parti proprius, ut qui vicinas partes interdum laedit. Est item dolor, qui a tangentibus duntaxat, in patiente particula generatur: quum videlicet compressa vel contusa, vel a re quapiam superueniente vulnerata dolet. Atque is quidem modus, qui ex motu contingit, interuentu alicuius alterius, dolorem efficit, quemadmodum de arteria paulo antea dictum est. Etenim quae per se mouetur pars, tenditur: & ad vicinas accedens comprimitur interim, & contunditur, & vulneratur. Si vero nulli incidit, eam sola tensione dolere necesse est. Quare partes omnes ab alijs mota, si nihil extrinsecus ipsas attingat, nullo praeter eum, qui necessarius est, dolore afficiuntur. Ceterum alibi me frequenter dixisse memini, primas doloris species duas esse: Quum assatum temperies alteratur, atque cum soluitur continuitas. Quae cum iam dictu haudquaquam pugnare videntur. Namque pars intentae, aut compressae, aut contusae, aut vulneratae dolet ob continuitatis solutionem. Neque enim cum acu quopiam vulneratur, alia passione laborat, quam si ab acri humore facta fuisset erosio, utpote per vtramque passionem corrupta continuitate. Igitur non eandem doloris speciem excitant, mordax humor & plurimus. Nam ille rodendo dolorem excitat, hic vero tendendo, statuosus spiritus exemplo, ac veluti vrina vesicam intendit, cum non redditur. Verum in Erysipelate, & inflammatione, atque omnino in passionibus inflammatorijs, non solum quia intentae sunt partes, laborant, verum etiam quia intemperatae

A sunt, ac ne hoc quidem exiguum ad dolorem inducendum vim habente. Id quod declarant hi, qui per vehementem huiusmodi profecti, manus ad ignem assatum calefacere tentant, intolerabilem omnino sentiunt dolorem, & quidem maxime in vnguium radice.

Vbi Gal. dicit *ὁ γὰρ μὲν ἐν τῇ κνήμῃ τοῦ ποδὸς τῆς ὀδύνης, διαμέσσω τῆς ἐπέρας τῆς ἐργασίας, καὶ ἀπὸ τῆς ἀρτηρίας ὀλίγω πρότερον ἔλεγετο.* Quidam ita transferunt. Modus autem doloris, qui ab eo quod mouetur procedit, per alterum quoddam medium efficitur, quemadmodum paulo antea de arteria dictum est. Quam lectionem sequutus est Fuchsius, & locum sinistrè admodum interpretatus est, dicens dolorem, qui fit cum particula aliqua mouetur & comprimitur, interuentu rei alicuius accidere, ut particula inflammata dolet interuentu arteriae, tamen Galenus rem aliam innuit, scilicet, dolorem per motum factum haudquaquam esse modum a tribus prioribus diuersum (illi erant ex inaequali intemperie, & dilatatione, & contactu alicuius substantiae) quia is dolor mediante aliquo alio doloris modo, ut compressione, aut dilatatione fit; id quod declarant sequentia verba, scilicet, etenim quae per se mouetur pars, (ut arteria scilicet, aut musculus) tenditur & ad vicinas accedens, comprimitur interim & comprimitur, ergo is dolor dilatatione fit aut compressione, si vero nulli incidit, eam sola tensione dolere necesse est, eritque ita etiam per distensionem dolor. Quare partes omnes ab alijs mota (ut digitus transferretur a manu) si nihil extrinsecus ipsam tangat, nulla ratione motus, praeter eum qui necessarius est, id est, praeter eum quo etiam si non mouerentur dolerent, dolore afficiuntur. Vides quam aptè cohæreant haec verba cum prioribus ita intellectis, quae tamen aliter non video posse aptè herere. Proinde ego fidelissimè transferens mihi videor verum sensum clarius expressisse. Ita nempe, is quidem doloris modus qui ex motu contingit, interuentum alicuius alterius (scilicet doloris modi) dolorem afficit, quemadmodum de arteria prius dictum est. Haec addit, quia dictum antea erat arteriam cum dolore pullare aut causa distensionis aut causa compressionis. Vngues perfrigerati ad ignem positi dolent, quanquam ad naturalem dispositionem videntur transferri, quia violentia ignis magnae refrigerationi repente superueniens magnam in partibus inaequalitatem facit, & partium distractionem, sed haec alibi diximus. Vnguium vero radices duplici causa plus alijs partibus dolent, & quia sunt magis sentientes (recipiunt enim vngues nervos per radices, ut dentes haudquaquam per omnes partes in alueolos distributos, ut dicitur

dicitur 2. de anat. adm. cap. vlti.) & quia sunt magis affixi carni, ligamentis, & interno-
dio, quam in vterioribus partibus. Quare si
quis flatus generatur calefactione, illas vio-
lentius lancinat.

Porro memini, mihi ipsi cecidisse dolorem vehe-
mentissimū, vt videre mihi viderer, in intimo ven-
tre terebra perforari, in eo potissimum spatio, per
quod à renibus ad vesicam vtereras scimus exten-
di. Iniecto deinde rusaceo oleo, cum id pauld pōst
excernere tentarem, excreui simul grauisimo cum
dolore, humorem vitreum à Praxagora appella-
tum. Quippe vitro fuso, tum colore, tum sub-
stantia haud ab similibus erat. Arque id alijs quoque
accidere conspexi. Quod verò hic humor sit frigi-
dissimus, iam à Praxagora dictum est, qui ob hoc
virrei nomen ipsi imposuit. Id enim haud obscure
percipitur sensu tactus, tum ipsorum, qui illum
excernunt, tum aliorum, si quis confestim ipsum
tangeve voluerit. Sed dignum utique admiratio-
ne est: quomodo frigidus excidere possit, neque ab
excretionis violentia, cum excidit calidus euadat.
Equidem putabam lapidem in altero vterere im-
pactum, aded erat vt mihi videbatur doloris ipsius
species perforante similis. At qui vacuato humore,
doloreq; sedato manifestè constabat, nec lapidem
fuisse causam, nec in vteribus, aut renibus lo-
cum laborantem fuisse, sed in intestinis potius,
precipue verò crassioribus. Neque enim, vt à tenui
corpore, breui temporis spatio exire poterat, sed
à profundo quodam & quidem crassiori corpore,
quàm sit tenuium intestinorum tunica: ferebatur
huiusmodi dolores, omnes fere medici colicos no-
minare videntur, quanquam ab ea parte, qua do-
lor sentitur, nullum inditium sumi potest, qui ma-
gis colon, quàm tenue intestinum dolor afficiat.
Nam huiusmodi dolores, perinde ac si terebra par-
tes perforentur, molestare solent, narrantibus ita
infirmis. Sunt alij dolores, per quos palus videtur
infixus, qui & ipsi corpus laborans crassum esse si-
gnificant. Differunt autem inter se, aut multitu-
dine, aut motu, aut crassitudine, aut rei dolorem
facientis potentia, siue ea humor fuerit, siue spiri-
tus flatuosus. Quippe paucus plurimo, & tenuis
crasso, & permanens moto, minorem dolorem ex-
citare solet. Atque qui ad vehementem refrigeran-
di vim haudquaquã accedit, vehementissime refri-
gerante minus cruciat. Verum hoc doloris geuus ad
crassum intestinum referendum est, siue palum ibi
infixum, siue terebra perforari locum quis putave-
rit. Et distingui quidem hæc impacto lapide non
possunt, nisi expectatis ijs que consequuntur.
Quamuis ob huiusmodi ignorantiam, quod ad do-
loris mitigationem attinet, nullam laboranti no-
xam inducamus. Si quidem vtriusque doloris præ-
sidia omnia communia sunt, & quidem calorisifica
imprimis, siue ea extrinsecus adhibeantur, siue in-
trinantur. Deinde nisi mitigatus dolor fuerit, eo-
rum medicamentorum, quæ dolorẽ obtundere pos-
sunt, aliquod adhibendū est, cuiusmodi est id, quod

A à Philone compositum est. Verum si lapis dolorem
excitauerit, ipse interdum solus, interdum vnà cū
cruore excernitur. Etenim radit ea corpora, per
quæ transit, maximè si vel asper, vel acutus fuerit
lapis, ac si postea vrinas inspexeris, sabulosa quedã
subsistere inuenies. Quod si in colo passio constite-
rit, nec lapis, nec cruor, nec arena, sed humor aliquis
qualis iam dictus est, subsistere videtur. Arq; alia,
quæ ad malè affectum intestinum pertinent, appa-
rent accidentia. Protinus enim inflatio quadam, &
B extensio, & flatus complures, sed magis posterioris,
& tormina, & excrementa flatibus plena videbun-
tur. Ea autem discernere licet, si super aquã natet,
ac bubulo stercore simulentur. Quinetiã cibi tū cu-
piditas tum concoctio deterior euadit, & præsens,
& prægressa, & quæ sequitur, ventriculo parti pri-
mario patienti gratia continuitatis cōpatientie. In-
super colicas nominatas passiones, magna ex parte
præcedit, & cruditas, & spiritus flatuosus, & vomit-
us, & nausea, quæ multo tēpore inanis permanet,
C & in præcordijs mordacitas, & inquietudo, ac an-
gustia plurima.

Q uod Gal dicit colicū dolorem ab eo
quo lapis impactus est discerni non
posse, nisi quis accidentia quæ postea conse-
quuntur expectauerit, videri forte posset su-
spectū, nam ex antecedentibus etiam possunt
discerni dolores dicti. Nam in lapide ante-
quam is concretus sit, semper fere aliquibus
ante diebus minguntur arenulæ, & dolorẽ
similem terebræ perforanti, aut infixio palo
antecedit dolor grauis in rene: colicū dolo-
rẽ nec hic, neq; arene mictio, sed cruditates,
vomitus & nausæe antecedit. Verum intel-
lige Galenum hic nō negare, posse ex ante-
cedentibus notas sumi, quibus illi dolores
dignoscantur, sed si semel ex antecedentib.
distingui non sint, aut propter medici absen-
tiam, aut quia signa non sunt obseruata, non
E posse iam ea mala, ex doloris specie, aut loci
patientis situ, aut re alia, quæ tunc temporis
conspiciendam se exhibeat, distingui, sed ex-
pectanda esse consequentia, accedit signa an-
tecedentia, & si diligenter obseruetur minus
sufficietia esse ad euidentem distinctionem,
nisi cum subsequenter coniungantur, nã
vomitus, & nausea, ac cruditas, ambobus
malis solent esse communia, retentio etiam
excrementorum. Iam verò nihil vetat are-
nulas superioribus diebus esse mictas, tamẽ
F modò lapidem non esse concretū, vitreo suc-
co colum affligente, quare potuit etiã arenul-
larū causa dolor grauis in rene antecedere
nullo lapide subsecuto. Quod de curatione
addit, bono etiam indiget intellectu. Non
enim illorum malorum, lapidis in quã, tenui,
& doloris colici, sunt prorsum eadem præsi-
dia: in illo enim vsus est medicamentorum
frangentium lapidem, & ad extremum, diu-
reticorū, in hoc verò minimè. Cæterum con-
L sidera

sidera in his duobus malis, ab eisdem auxilijs esse incipiendum, calorificis inquam modice, & laxantibus, eisq; vtendū vsq; dum dolores incipiant sedari. Tunc enim in altero, est studendū intestinorū, in altero, renū expurgationi, cū vero sedari iam incipiunt dolores, incipiūt etiam prodire in altero arenulae aut etiam lapilli, in altero flatus & excrementa flatulenta, quare incipiunt etiā mala apertē distingui. sunt igitur in illis auxilia omnia communia, cum distinctio est difficilis, cum verō euariare debent auxilia, mala distinguntur facillimē. Non ergo obest curationi hęc dignotionis difficultas. A medicamentis stupescientibus abstinendum est nisi cum summa vrget necessitas, per ea enim symptomatici subuenitur, tamen morbus augetur, & causa fit magis rebellis, potissimum cum ea frigida est vt in dolore colico. Docet hęc Gal. 12. meth. cap. 1. Ventriculus non est continuatus intestinis, vt gulæ. Nam ventriculus & gula eisdem omnino tunicis productis consistant, intestina verō & ventriculus non ita, sed diuersæ sunt tunicae, & diuersæ fibræ: implātatum enim est intestinum primum in ventriculum, & illi alligatum, haudquaquam ab eo deductum. Ex loco dolente non possis cognoscere, laboret colon an aliquid tenuium intestinorū, nam quanquam colon habet exortum humiliorem quā tenuia, tamen recurrit ad superiora & omnia in gyrum lustrat.

Igitur ex huiusmodi quidem doloribus, ij qui vehementissimi sunt, haud ab re in crasis intestinis consistere putatur. Qui verō mitiores sunt ex duobus alterum necessarium est, aut quod in his ipsis sunt, sed à leuiori causa, aut quod in tenuibus consistant intestinis. Sed qui mordaces sunt, à mordaci humore intestinum erodente, fieri solent. Vnde dysenteriam semper huiusmodi dolores præcedunt, eam videlicet per quam intestina exulcerentur, quā vel solam, tum recentiores medici dysenteriam nominant, tum antiquorū non pauci. Ex his enim nonnulli, non solum hanc, sed aliam quoq; quæ cruenta, ob excretorum speciem, nominatur, dysenteriam appellant. Nam interdum sincerus, plurimusq; sanguis, interdum veluti limus, & feces ipsius non parua quantitas excernitur. Verum hac patientis iscoris accidens esse censetur. Ea verō, per quam sincera, multusq; sanguis excernitur, vniuersum corpus plerunq; euacuat, haud secus, quā hæmorrhoides, aut muliebre profluuiū. Verū de ijs posthac rursus nobis agere licebit, nūc ad dolorum species nostra redeat oratio: eas enim in hoc libro persequi potissimum proposuimus.

Non omnes intestinorū dolores sunt vehementiores in intestinis crasis quā tenuibus, quanquā addas causam vtrobique; esse equalē. Nam dolorē ilei seu voluuli,

maiorē & periculosiorē esse in tenuibus docet Gal. 3. epi. par. 2. in historia mulieris apud Tisamenū, his verbis, & cū sit omnis voluulus periculosus, qui in sublimibus intestinis confederunt his sunt deteriores qui in crasis (paucis impositis) præterea tormina: & dolores faciunt ad notitiā quando teneant hi alta intestina. Itaq; dolor voluuli quia hic fit docere Gal. 3. de caus. symp. interclusa via descensus excrementorū, & hęc quo stri-
Betior est, eo ab æquali causa magis obstruitur, quo in tenuiori intestino fit eo est acerbior ac periculosior. Is verō de quo hoc in loco est disputatio quia fit humore frigidissimo infixio tunicae & veluti ipsam penetrante in crasis est grauior, quia quo crasior est tunica eo penitus & profundius videbitur accidere perforatio. Hęc ergo ita intellige, de dysenteria & eius speciebus & causis distinctius loquutus est 3. de caus. symp. & in sequentibus est iterum de eis disputaturus.

CAP. V.

Hoc capite, quod nobis vnicum vocare placuit, quanquam apud alios multa habentur, mentio hæc facit Gal. doloris cuiusdam partibus oris proprii, puta hæmodiæ (latini vocant stuporem dentium) qui dolor differentia quædam ineffabilis est, verū experientia compertissima. Reprehendit Archigenem, quod membranarum dolores quiddam habere hæmodiæ simile asseruerit, & præterea reprehendit illum in alijs quā multis, transcribens in hoc caput duo loca longuicula ex primo libro de locis patientibus illius, expendens seorsum singula verba. Illud verō præter cætera vitio dat, quod non aliter in hac doctrina quā in tractatione de differentijs pullum fecit, alienis vitur nominibus, & nihil minus quā differentias dolorum significantibus.

Igitur iterum incipiamus ab eo dolore, quem puncturium vocant, qui circa membranas potissimum consistit, ipsius passionis veluti radice eo loco fixa, vbi membrana pungitur, dolore verō circum circa latius se fundente. Atq; hoc modo in laterali morbo dolorem puncturium esse, vt in inflammatione pulsatiuum, apud omnes ferè medicos confessio est. Porro membranosorum corporum dolorem stupori dentium quid simile habere, vt Archigenes censuit, non est existimandum. Nam quid duntaxat nec ei toti, sed solis dentibus, & gingiuis hanc passionem accedere solitam obseruauimus, que omnibus hæmodia dicitur. Cæterum hanc oratione explicare est impossibile, sed cum quispiam
F aliqua sequatur in dentibus & gingiuis, eā in omnibus eandem esse credimus. In quā plurimū rebus videntes, nos esse similiū passionum capaces, ita vt ab eisdem causis eadem patiamur. Hanc quidē passionem in ore duntaxat fieri scimus. Sunt alia doloris genera ab Archigene descripta, que nec dum sunt, nec dum proferuntur, intelligi possunt, veluti tractorius, austerus, dulcis, leniter acutus, salsus, viscosus, atrox, astringens: atq; huiusmodi nomina in libro de pulsibus scripta posteritati reliquit, que auditores nihilo doctiores reddere possunt, eo quod
 doctriua

doctrina quæq; propria desiderat nomina. Si enim de saporibus aut omnino de proprijs sensibilibus, quæ lingua iudicatur, differamus, dicemus vtiq; auferri, & acerbum, & stringentem, & mordacem, & salsum, & dulcem, & amarum. Si verò de his quæ tactu iudicantur, humidum corpus, & aridum, & calidum, & frigidum, & asperum, & leue, & molle, & durum, & acutum, & obtusum. Haud secus de his, quæ visu discernuntur, rubrum, flauum, nigrum, album, fuscum, aut aliud quidpiam huiusmodi. Quod si appellationes ipsorum permutaueris, quid dicas, auditorum intellexerit nemo, veluti de astringente, aut austero dolore. Quippe fieri non potest, ut quid sit dulcis dolor, intelligatur. Nam dolor semper molestare solet: at qui dulcia quæq; iucunda sunt. Igitur quam verissimum est, Archigenem circa medicæ artis opera fuisse studiosum, quo pacto tamen in huiusmodi nomina incidit, cum sepe numero inuestigauerim, inuenire non potui. Videmus ergo quid manifeste ex ipsis colligere possimus, veluti paulo ante de stupido dolore iam fecisse videmur. Nam iustum est, ut obscura nomina in dubio derelicta, inutilia reputentur, perinde ac si nunquam scripta fuissent. Quæ verò clara sunt iudicantur non ratione duntaxat, sed multo etiam precedente experimento, quanquam huiusmodi iudicium perdifficile est. Nam plerumque alijs nos credere oportet, qui suas passiones ob animi mollitiem, nec consequi planè, nec si consequantur, eas enarrare possunt, aut quia oratione quid patiantur declarare omnino nequeunt (quippe non parvæ facultatis eares existimatur) aut quia passio ipsa ineffabilis est. Ergo relinquitur, quod nemo singulorum dolorum species conscribere potest, nisi ipsemet passus fuerit, sitq; medicus, qui interpretandi alijs facultatem habeat, & qui prudenter, & sine mollitie, comprehendere possit suas passiones, dum laborat. At qui nemo inuentus est, qui per totum ætatis suæ decursum, omnes passiones sustinerit, etiam si perquam morbosus fuerit. Proinde non possum non mirari, cum eorum proprietates ab Archigene scriptas lego, ita scilicet ipso narrante, tanquam omnes passus fuisset, quanquam non admodum morbosus erat Archigenes. Si enim vnam aliquam partem & infirmam & morbidam habuit, non protinus omnibus laboravit, veluti nec reliquorum mortalium vllus. Neque enim inuenire est, hominem eundem, qui simul & caput habeat infirmum, & thoracem & pulmonem, & hepatis, & lienem, & ventriculum, & intestinum, & colum, & vesicam, atq; reliquas id genus partes. Videtur itaq; Archigenes premeditationibus pro consilijs, & quidem dialecticis, potius quam locorum patientium experimento fulcitur, pro viribus dolorum species explicare voluisse. Verum ut studiosi maiori à nobis copia dotati recedant, proposita eius oratione, eos qui in arte exercitantur, moneo, & hortor, ut quæ planè vera sunt, ea duntaxat eligant, ipsisq; credant: quæ verò ab his abhorre videbuntur, ea præteriri oportet. Igitur Archigenes cum reprehendisset Asclepiadem dicentem in articulari morbo nervum laborantem, dolore haud

A quaquam cruciari, quod nihil omnino sentiat: carnem aut, quanquam non patientem, dolere tamen, utpote à parte vicina compressam. Postea ad verbum ita scribit: porro vasa vehementer compressa, capitis dolores sine inflammatione obortos arcet, veluti prohibita in ipsa incurfione, id quod barbarum vinculum tum maxime perficere potest: Sphacelodes verò hemicranias, dissectio eorum, sed maxime arteriæ circumscribit. Quæ primo laboras pulsatorum, persultantemq; dolorem inducit, ac rotunda euadit, horroremq; plane excitans. Quemamodum venæ quidam varicosa sunt: nervi verò intenti distenduntur, ac indurantur, atq; hi torpentes inferunt dolores, dura distensione cruciantes, & profundos, & infixos, & angustia plenos, & minime fusos. Membrane autem in latum discurrentes, & inæquales dolores excitant, atq; cerebro ita laborant, ut dentium stupori simile quippiam habeant, transmissionis videlicet asperitate. Itaq; superficies quoq; & membrana in media carne contenta, plerumq; patiuntur, quæ dilaniantes quoq; dolores inferunt. Dolores verò à membranis ossa circumdantibus dependentes perinde affligere cõperiuntur, ac si in ossibus ipsis consisterent: à venis graues, & detrahentes, & equaliter infanti dolores suscitantur. A carne autem & fusi, & laxiores: quapropter non admodum extendi videntur, sed arbitratur laborans sensu asperis quibusdam rebus impleri. Musculi carnis, & nervi, imò etiam arteriæ, proprietatem mixturæ doloribus referunt, extendentes & late se distendentes, ac stupide pulsantes. Ex reliquis verò vlcerosus quidem dolor, & in vlcerebus leuiter acutus, & maxime dulcior, & qui pruriginem inducere potest, ad superficiem pertinere videtur. Punctorius autem profundas partes infestat. Infixus autem, cum sinus accesserit. Stimulans autem partim eorum, quæ in loco sunt, aliquid pati declarat, partim contra, utpote qui haudquaquam profundas partes occupat. Lacerans autem est qui in sinu consistit. Hic est I. Archi. sermo ex li. x. de loc. pat. qui docere conatur quomodo ex dolorum differentijs partes patientes possint inueniri. Igitur rursus ab initio ipsum diligentius examinemus. Sphacelodes, inquit, hemicranias vasorum dissectio circumscribit. Igitur quos dolores nominet Sphacelodes, inuentu difficile est. Non enim inter omnes cõuenit, quid hæc vox significat. Sunt enim qui dicunt ipsam vehementem dolorem declarare. Alij tantum inflammationis excessum, ut partem ad corruptionis periculum inducat, quæ passio à nonnullis gangrena appellatur. Alij partis patientis corruptionem ipsam, Sphacelon dici volunt. Alij conuulsionem. Alij non simpliciter conuulsionem, sed nervosorum corporum, quæ inflammatione laborant. Nonnulli non eam, quæ sit, conuulsionem, sed eam, quæ ex inflammationis magnitudine expectatur, alij simpliciter fortè tentionem. Alij putredinem. Ergo vocabulum Sphacelodes, in iam proposita Archigenis oratione scriptum ad tantam peruenit obscuritatem, ut nihil per ipsum explicari posse videatur, ipso nusquam in alijs libris medicorum hominum enarratione conscribente. Per verbum autem circumscribit, fortasse intelliget quispiam ab eo, veluti celeriter, et

ex toto sanari. Ac subiiciamus vt ita dicatur. Cur enim se quisquā torqueat, intelligere cupiēs ea, quae ne is quidē, qui scripsit, intelligi voluit? Deinde pulsatoriuū & persultantē dolorē, arterias inferre dicit, cum ipse videlicet per Sphacelodes hemicranias primogenia passione laborat. Imprimis itaque qualis sit pulsatorius dolor, prius explicabimus, quāuis ante nostrā enarrationē, omnibus medicis notus sit, siquidē ingentiū inflammationū accidēs ipsum esse perhibent. Persultans autē dolor est qui à parte primario patiēte, velati à radice incipiens, celeriter in partes adiacentes transfertur. Id verò non solum in homicrania, vt Archigeni placuit, sed in cephalaea quoq; vocata, euenire solet. Etenim in hac nonnunquā arteria primario laborantes huiusmodi (qualē dixit Archigenes) dolore vexantur. Ita vt fateantur nonnulli, vasorū ipsorū se dolorē sentire, id interpretari tentans, arteriā subhorretem, fieri rotundā dixit. Igitur inquirendū est, verum, veluti per Sphacelodes hemicranias, arterias ita pati dicit? ad eundem modum de venis eū sensisse existimandū sit, quod per hunc solam morbū, varicū exēplo obtorre sint: an hoc commune sit accidens venarū, vel quomodolibet laborantium, vel duntaxat inflammatarū. Ex eo enim quod sermone de arterijs, iungit sermonē de venis, par est, vt conijciamus de eadē passione ipsum fuisse loquutū. Ex eo autem, quod mox in vniuersum de neruis, atq; de alyis huiusmodi partibus scribit, non adaptans vni morbo sermonē, ea ratione putandum est, eundem de venis quoq; fuisse dictū. Itaq; in hac ambiguitate satius fuerit, vt existimemus in eo sermone, quō de hemisrania circumscripsit, simul cum arterijs, ipsum venarum quoq; mentionē fecisse: simpliciter verò reliquorum instrumentorum sine vlla distincta passione, nec in neruis, nec ijs partibus, quae illos deinceps consequuntur, in quibus dixit venas graues, ac detrahentes, atq; aequaliter in artos dolores inferre. Verum haec nonnihil ambiguitatis continent. Quod verò deinceps sequitur vbi dicit, nerui verò contorti distenduntur, & induratur: manifeste recedit ab hemicrania passione, definiens id in vniuersum ad neruos quomodolibet laborantes pertinere, quod planē mendacium est. Neq; enim qualibet neruorum passio ipsorū essentiam indurat atq; intorquet. Sunt enim nonnulli, per quos laxiores euadunt nerui, quemadmodū palam est, vbi alimentum non sentiunt. Quinetiam se penumero vbi nullam sensu perceptibilem habent differentiā, ita vt exquisitē sani videntur, nihilominus nec sensum, nec motū praestant subiectū corporibus. Itaq; in solis fortasse inflammationibus, aut inflammatorijs morbis, aut prater naturā tumoribus, dixit neruos & indurari, & intorqueti. Atq; in ijs quidem manifestē apparet, neruos intendi. Nam & laborantibus ipsis, & nobis aspicientibus intenti nerui apparent: quapropter nisi curentur, & conuulsiones, & distentiones ad ipsa sequentur. Atq; omnium quae in tumorem attolluntur, commune accidens esse videtur vt intenduntur. Nam & artcrias, & venas inflammatione laborantes intendi vidimus: venas

A quidem, vbi per summa membra orta inflammatione glandularum tumor exurgit. Plerunquē enim totum vas intentum videtur, ac rubere magis, & calere, atque maiori dolore (si tangatur) laborare, ita vt satū constet totum inflammari, incipiendo ab ea parte, quae primario laborat, vsq; ad alas, & inguina. Proinde rectē dixerunt omnes ferme medici, inflammationis partibus accidit vt rubescant, tendantur, remittantur, intumescant, & dolent. Verūm (vt diximus) non omnibus, sed biduntaxat accidit pulsus, quae arterias habent notatu dignas, & partem sensu praeditam, vbi ad notabilem magnitudinem inflammatio attollitur: Tunc enim pulsatoriuum dolorem sentiunt laborantes, vel nullo existente sensibili vase in parente corpore. Sed interrogabis me fortasse, quae sint singulorum instrumentorum propria accidentia. Id verò iam antea nec semel duntaxat explicatum est, quod videlicet propriae actionis noxa, qualicumque sit specie, cuiuslibet partis proprium est accidens: neque enim aliud ei accidens, nec etiam nozarum differentias inesse necesse est. Nam differentiae quaedam variantur, pro passionis tum specie, tum magnitudine. Accidentis verò, quod in vitata actione est, siue genus, siue species, aut vtcunq; nominare volueris, semper permanet. Caterum satius fuisset Archigenem, qui omnia, via & ratione se explicaturum professus erat, abundantius haec persequi, praesertim cum ab alijs negligentius essent tradita, quorum non pauca in plurimis alyis libris conscripsimus, quemadmodum & deinceps dicentur sed breuiori quidem compendio, ea, quae exacte alibi fuerunt exarata. Longiori verò disputatione hic tractabuntur ea, quae alibi breuiori stylo percurrimus. Nunc verò reliquas dolorum differentias, quarum in perscripto sermone Archigenes mentionem fecit, persequamur. Quod enim peccauerit, dicens stupidos dolores neruis euenire, quodque stupor non vnius cuiuspiam partis sit passio, sed causae potius, ac passionis rationem habeat, iam antea dictum est. Quod verò dolores dure distendentes in ipsis fieri dicit, rectē dictum est: quanquam melius erat, si simpliciter dixisset, distendentes, non addendo, dure. Nam neruorum dolores vtriusque vehementer distendere possunt, quia ad vtraque extrema tenduntur, tum id à quo incipiunt, tum illud, in quod finiuntur, non secus quā chorda in cithara, quae saepenumero, vbi nimis intenduntur, distrumpi solent. Quapropter citharista, cum instrumenta sua post vsu reponere voluerint, chordas relaxant. Nam planē constat, eas à contrarijs, tum causis, tum passionibus intendi, siue humidus fuerit ambiens aer, vtrigato ipsas, & implere possit, siue vehementer aridus. Ab vtraque enim ambientis aeris temperie, ad vltimam tensionem perueniunt, ac merito rumpuntur. Proinde rectē dixit Hippocr. neruorum conuulsiones & à plenitudine, & ab inanitione euenire, vtpote per quas nerui immodicē scilicet tenduntur. Sed quod profundos dixit esse dolores, id ab accidentibus, quae plurimū ex neruis

ueniunt, sumptum est. Etenim cum venæ quidem semper priores in superficie sint, deinde post eas arteria, quibus postea nervi subduntur, idcirco laborantes tensione in imo sentiunt: quanquã multi tendones, qui ob id, quod nervosa sunt corpora à nonnullis planè nervi nominantur, non profundos, sed in superficie dolores habent si quãdo ipsos quoque intendi contigerit: ut sunt illi, qui digitos extendunt. Sunt autem & qui illos incurvant, in superficie quidem, sed non similiter ut extendentes.

Porro Archigenes nervorum dolores infixos esse dicit, cum huiusmodi doloris species, ut antea diximus, ad colon magis pertineat. Atque accedit etiam auri, cum quadam pulsatione, atque dentibus molaribus, quæ etiam oculis, sed infixus dolor nervi minime evadere potest. Etenim magna ex parte utroque extenduntur, & ad supernas & inferiores animatus partes. Quod verò deinceps ab Archigene dictum est, nervos angustia plenos habere dolores, in prædicto dictum est. Nã nihil amplius declarat, cum dicit, & minime fusos. Reuera. n. minime fusos id est, quod in latitudine porrectos dolores nervi non habent, sed magis circumscriptos, utpote perueniente ipsorum tensione et ad supernas, et ad inferiores partes, magis verò sursum usque ad caput. Ac tunc primò ipsos uniuersum corporis, & convulsiones, & distentiones comitantur, nulla nervi tensione huiusmodi accidentium aliquid inducere potente, antequam caput ipsum attingat. Post hac consequenter scripsit Archigenes de membranis, quod in latitudinem perueniant ipsi dolores, cum patiuntur. Quod quidem verum esse fatemur. Quod verò aliquid dentium stupori simile habeant, non est verum, ut antea dictum est. Neque etiam omnino verum est, quod membranarum dolores sint inæquales. Si quidem contrarium magis veritati consonat: quippe ex propria ratione, videntur æquales inducere dolores, eo quod uniuersum ipsarum corpus æquale est. Nam quod ob communicationem cum vicinis inæqualitatem quãdam afferunt, id interdum per accidens evadere solet. Quum enim ad patientem ipsarum partem, circumiacentes & ducuntur, & tenduntur, distingui fieri dolorem necesse est. Vbi enim intenta particula acutiori sensu est, ibi dolore vehementiore cruciantur. Vbi verò sensum habet hebetiorem, ibi minus dolent. Atque ex eo quoque, quod quæ tenditur membrana os ipsum vel attingit, vel non attingit, non ab re dolorum differentia deprehenditur. Atque hac ratione nonnulli pleuritiorum iugulo dolent, porrecta in hunc locum membrana costas succingente. Aliquando tamen non ad iugulum sed ad præcordia dolor transit, percepto ipsius sensu in septo transverso, utpote quod necessario mouetur, cum pleuritici respirant, idque omnibus thoracis partibus magis. Quum enim veluti radix doloris in latere consistit, tunc laborantes muscoli, qui illic sunt, respirare cunctantur: quare tunc soli septo transverso natura respirandi officium committit, quemadmodum in bene valentibus, qui libera, & non violenta utuntur respirazione, contingere solet. Igitur cum in partibus laterum infernis oritur inflammatio,

A septum transversum intantum magis dolet: cum verò in partibus supernis, tunc iugulum potius dolor infestat. Cæterum septum transversum quia mouetur, iugulum autem, quia durum est, doloris causa est. Vbi verò ingens in hepate oritur inflammatio, aut vbi ipsum induratum est, dolor, qui tunc iugulum in dextra parte infestat, concave venæ magis quàm membranarum tensione sequitur. Quum autem dixit, hoc modo sæpenumero superficiem quoque dolere, quod non aliud est, quàm membranarum

B laborantium speciem referre planè declarat, unde adductus ipsarum dolores aliquid hæmodiæ habere simile existimaverit. Quia enim simul cum hæmodiæ proprietate, stuporis etiam sensus percipitur, ut ab eadem causa utraque passione dependente, membrana autem, quæ in superficie cuti substrata est, sæpenumero stupenti dolore afficitur, utpote quæ ab externis causis, & quidem frigidis, celerius noxam subit. Idcirco deceptus Archigenes passionis communitate, cæteras membranas hæmodiæ

C simile quidpiam habere dixit, ac sæpenumero superficiem quoque, non secundum patientis particulæ essentiam factò dolore, sed ob membranarum ipsarum essentiam, quæ exanguis est, & frigida, unde faciliè à frigidis passionibus infestatur. Eos, quia huiusmodi dolores comitantur, idcirco sæpenumero dixit fieri huiusmodi dolores, nõ veluti per patientis particulæ essentiam (sic enim inseparabiles essent) sed per accidens superuenientes. Substrata igitur cuti membrana, quæ cum ipsa simul excoriatur, dolores facit tenuissimos, & torpidos: membranae verò quæ in media sunt carne, veluti diuallentes, dolores excitant. Sunt enim plurimæ, & inæqualiter insita atque etiã circumdantes. Quæque aliquando è diverso, contra naturam, tendi carnem contingit, huiusmodi dolores evadere necesse est. Sanè à multis exercitationibus, aut tensiui aut vlcerosi proveniunt dolores, qui totos musculos occupare consueverunt, inter quorum partes carnes quoque numerantur. Verum de huiusmodi doloribus satis in salubribus præceptis iam dictum est. Sed quod membranarum,

D quæ ossibus adiacent, dolores & profundi sunt, & ossium ipsorum, veluti dolentium, inducunt imaginem, haud quaquam mirandum est. Nam hæc à quâ plurimus ossi loci nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus evadere solent: quamvis interdum vel à frigore, vel plenitudine, fieri possit. Insuper venas dixit graves, & detrahentes, & æqualiter insartos inferre dolores. Verum ab initio vbi hemicrania mentionem feci, venas veluti varices incurvari ait. Ergo in hoc solo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. At qui scire licet proprium arteria, venæque dolorem, extensum secundum longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam speciem referre, nulla vti que gravitate simul apparente, æqualiter autem infigi, siue insartos esse venarum dolores, admodum obscurum est: quippe infigi, ad nihil, quod ipsi accidere solet, referri potest. Deinde de carnibus dicit, quod & fusos, & laxiores inducant dolores. At qui omnino nullus dolor laxus est, nisi eos fortasse, qui minus intenduntur, laxiores vociter: quoniam &

E bus præceptis iam dictum est. Sed quod membranarum, quæ ossibus adiacent, dolores & profundi sunt, & ossium ipsorum, veluti dolentium, inducunt imaginem, haud quaquam mirandum est. Nam hæc à quâ plurimus ossi loci nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus evadere solent: quamvis interdum vel à frigore, vel plenitudine, fieri possit. Insuper venas dixit graves, & detrahentes, & æqualiter insartos inferre dolores. Verum ab initio vbi hemicrania mentionem feci, venas veluti varices incurvari ait. Ergo in hoc solo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. At qui scire licet proprium arteria, venæque dolorem, extensum secundum longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam speciem referre, nulla vti que gravitate simul apparente, æqualiter autem infigi, siue insartos esse venarum dolores, admodum obscurum est: quippe infigi, ad nihil, quod ipsi accidere solet, referri potest. Deinde de carnibus dicit, quod & fusos, & laxiores inducant dolores. At qui omnino nullus dolor laxus est, nisi eos fortasse, qui minus intenduntur, laxiores vociter: quoniam &

F bus præceptis iam dictum est. Sed quod membranarum, quæ ossibus adiacent, dolores & profundi sunt, & ossium ipsorum, veluti dolentium, inducunt imaginem, haud quaquam mirandum est. Nam hæc à quâ plurimus ossi loci nominantur, & magna ex parte ab exercitationibus evadere solent: quamvis interdum vel à frigore, vel plenitudine, fieri possit. Insuper venas dixit graves, & detrahentes, & æqualiter insartos inferre dolores. Verum ab initio vbi hemicrania mentionem feci, venas veluti varices incurvari ait. Ergo in hoc solo fortasse accipere oportet, ipsum hoc dicere. At qui scire licet proprium arteria, venæque dolorem, extensum secundum longitudinem corporis, veluti chordæ cuiusdam speciem referre, nulla vti que gravitate simul apparente, æqualiter autem infigi, siue insartos esse venarum dolores, admodum obscurum est: quippe infigi, ad nihil, quod ipsi accidere solet, referri potest. Deinde de carnibus dicit, quod & fusos, & laxiores inducant dolores. At qui omnino nullus dolor laxus est, nisi eos fortasse, qui minus intenduntur, laxiores vociter: quoniam &

Causa venarum iugularium e causa ascendentiū dolet iugulum inflammato hepate.

vasorum, & membranarum dolores, magis intendi videantur. Quod vel ex eo confirmari potest, quod eos non adeo extentos conspici dicat, propterea quod carnea musculorum partes brevibus lineamentis continentur. Sed id, quod deinceps scribit, videri tactum, veluti asperitatibus quibusdam plenum, an proprie ad dolores, qui in carnibus consistunt, pertinere, inquirendum est. Nam quod interdum aliquid huiusmodi per ipsarum dolores eueniat, à veritate haudquaquam abhorret. At quia non semper euenit, sed facta in ipsis, ut plurimum certa quadam passione, non proprie ad substantiam earum referendum est. Nec simpliciter intelligendum est eam passionem esse inflammatoriam, sed quæ cum humore sit, exasperare sua præ natura potente. Porro deinceps de musculo scribens Archigenes, eos carnis, & nervorum proprietatum missionem proprie referre dicit, tanquam peculiari ipsorum essentia ex his consistente. Addit vero arterias, quoniam in ipsis inveniuntur. At qui hoc pacto, venas quoque dicere debuit, atque membranas. Vocabulum autem extendentes, patrio sermone de his dicitur, qui boni habitus modo pleni sunt. Atque idcirco de minoribus duntaxat dicit consuevit, de senibus vero minime, quod non possit ipsorum corpus boni habitus plenitudinem suscipere. At vero in quam rem hoc vocabulum Archigenes referre velit, inuenire non est facile, maxime quia confundere, & corrumpere solet patriorum nominum significata. Quod si extendentes, de his dicit intellexeris partibus, quæ à plenitudine intenduntur, non proprie ad musculos, seu communiter ad omnia repleta corpora pertinebit. Quum vero eos capaci cum spacio extendi dicit, puto ipsum hanc à nervorum plenitudine voluisse se iungere. Stupide autem pulsare, haudquaquam fuisse recte dictum, iam antea declaratum est. Reliquorum vero dolorum, vlcerosus, inquit, leuiter acutus est. Est autem hæc quoque oratio obscura, nec per se quicquam docere potest, haud aliter, quam ceteræ ipsius obscuræ orationes, quas ne enarrare quidem possibile est: nisi quis rem ipsam per se intelligens, eam orationi adaptare conetur. Quum itaque sciueris tum medicos, tum exercitationis principes, eos dolores vocare vlcerosos, per quos inter mouendum, vel tangendum, in laborante parte sensus excitatur, qualis in vlcera tum partibus percipi solet, facile intelliges per dolorem leuiter acutum, huiusmodi quampiam speciem significari, qualis ab acute acis punctura fieri consuevit. Ergo constat, ipsum nec continuū esse, nec æqualiter per omnes partes porrectum. Hunc itaque dulciorem esse dicit, cum dicere deberet imbecillio rem, aut obtusio rem, aut non vehementem, aut minus molestum, aut id genus aliud quidpiam. Nihil enim quod molestum est, proprie dulcius appellari potest. Id autem, quod dicit, & pruriginem inducere potest: inarticulate dictum est. Quippe haud obscura est inter pruriginis sensum, & vlcerosam passionem differentia. Verum quia crebro pruriginosa passio vlcerosam antecedit, atque soluta, quiescenteque, vlcerosam in pruriginosam transmutatio fieri solet, inde est,

quod de ipsis confusè, indefinitèque Archigenes scripsit: quemadmodum nec causas harum passionum alicubi exactè tractauit. Verum nos eas in libro salubrium præceptorum perfectè exarauimus. Igitur vlcerosus dolor, non solum ad cutem, sed ad imas quoque partes, vsque ad ossa extenditur. Pruriginosus autem re vera ad solam superficiem pertinet, non tamen primario, pro ratione ipsius propria, sed per accidens. Ipsa enim omnes sibi subiacentes partes spissitudine superat. Horum ergo dolorum vterque, proprie passionis est accidens: sunt autem ob acres quosdam humores, atque tantum ipsi, quantum passionis ipse inter sese differunt. Sed, ut dixi, satis de ipsis in libro salubrium præceptorum definitum est. Punctorius vero (inquit) dolor, in profundo est. Sed non rectè: nam ad membranas non ad imas partes proprie pertinent. Infixus autem (ut inquit) cum sinus accesserit. Qui sermo omnino absurdus esse videtur. Quippe sinus, cœcauitas quædam est, cum partium, antea coniunctarum, altera distat ab altera cum itaque fluxione impletur, ita ut adiacentes partes distendantur, tum tensum dolorem sentiunt laborantes, non quidem in longitudine porrectum, sed proprijs limitibus circumscriptum. At ex cetero quomodolibet è sinu humore protinus dolor conquiescit, nisi ambientia sinum corpora adeo distendantur, ut inflammatoria passione torqueatur. Hæc sunt quæ proprie ad sinus pertinent. Quod vero ab Archigene dictum est, aliud ab his est, vnum quid intellexerit, cum ita scriberet, haud facile inueniri potest. At quod deinceps scriptum est, non minorem habet dubitationem. Nam stimulan (inquit) dolor non in imo subsistit. Hic enim sermo, cum eo, quem in initio huius sermonis præmisit, pugnare videtur, quo in hunc modum scripsit: stimulan autem, partim eorum, quæ in loco sunt, quidpiam pati declarat, partim contra. Id enim fieri potest, & in parte ossibus maxime vicina, & in cute, atque omnino in medio huiusmodi dolore facta ab humore mordaci, sensibilibus partium aliquam erodente. Deinde quod in fine eiusdem orationis sic scriptum est: lacerans autem est, qui in sinu consistit. Si lacerans quidem idem significat, quod diuellens, mendacium est. Nam illi, qui in sinu est, id minime contingere solet. Quod si non hoc, sed aliud quidpiam dicere voluerit, quomodo id poterit inuenire? Atque huiusmodi sunt, quæ in præscripto sermone Archigenes posteris memorie prodidit. Igitur transeamus ad alium, qui & ipse ex dolorum differentia patientes partes cognoscere docet. Est ipsius series huiusmodi. hepatis vero dolor, tractorius & inherens & torpidus est atque atrocius molestans. Splenis autem acutus non est, sed & grauitatem simul, & extensionem habet, atque similis videtur ei, qui ad elisionem quidem, atque expressionem, sed extrinsecus incumbentem, renittitur. Renes & austeros dolores inducunt, & cum permanente astringitione pungentes. Vesica vehementer astringentibus vitur doloribus, atque intensionibus partibus: uteris autem acutis, per saltantibus, partibus, distendentibus torminatim incidentibus: quippe

845
 quippe qui huiusmodi missionis dolere natus est: quamobrem proprietatis quoque ambiguitatem inducit. In hoc sermone, iterum Archigenes proxi-
 mus ab initio hepatis dolorem holci non (id est tri-
 borum) esse dicit. Verum hoc vocabulum *holci*,
 apud grecos in vsu non est: proinde quid significet,
 haud facile inuenire est. Nam vocabulorum signi-
 ficationes ex longo vsu deprehenduntur. At qui
 video eos, qui illo vtuntur, visidum per ipsum vel
 le significare, quale viscum esse videtur, vt cuius
 vna parte trahita, potest per ipsam reliqua illi con-
 tinua simul attrahi. Sic massa farina quoque ex
 frumento holcima dicitur, maximè si accuratissi-
 mè subacta fuerit: sed ex ordeu, aut milio pasta,
 holcima non dicitur. At qui sub hac significatione
 hepatis dolor haudquaquam holcimos euadet, proin-
 de aliam significationem querere oportet. Itaque
 vnus ex his, qui Archigenis sectam reliquis propo-
 nere conantur, holcimon hepatis dolorem dici as-
 serit, cum hepar, vel induratum, vel inflamma-
 tum, detrahere iugulum videtur. Alius, cum diu-
 turno morbo laborat. Alius, cum mediocri dolo-
 re afficitur. Sunt qui tardum ipsum significare
 velint, vt pote qui acuto aduersetur. Atque vrgen-
 tem, & adeò vehementem, vt nullam admittat
 requiem, acutum vocare ipsum dicunt: contra-
 rium verò, nempe tardum holcimon. Nonnulli ve-
 rò eum dolorem holcimon vel grauem dicunt, qui
 grauitatis speciem refert. Vsu enim deceptum pu-
 tant vt de grauitate tractus dicatur. Multa au-
 tem & alia, variè explicantes dicunt, qui admi-
 rantur ea quae nullus intelligit. Constat igitur hoc
 vocabulum holcimos, quod in proposita orationis
 initio inuenitur, nihil nos posse docere. At verò
 deinceps consideremus, quid vtrique sit dolor in-
 herens. Nam hunc hepatis proprium esse dixit. Mi-
 hi quidem facile persuasum est, per sultanti dolori
 inhaerentem per contrarietatem opponi, ipsum di-
 cere voluisse. Quid enim aliud conyere quis pos-
 sit? At verò hepatis dolor, si quispiam alius, vici-
 na corpora ad consensum inducit. Nam & ad iugu-
 lum vsque porrigitur, & spirandi difficultatem
 creberrimè affert: atq; interdum tussim quoq; ac
 dysenteriam, nec raro nothas costas infestat. Igitur
 quonam pacto verè dicitur eodem in loco perman-
 nere? Ac fortasse satius fuerit putare, quod inhaeren-
 tem dolorem dixerit, veluti infixum. At qui hepatis
 dolor vt nuper ostendimus, haudquaquam huiusmo-
 di est. Similiter antea iam declaratum est, ne tor-
 pidum quidè dolorem particula cuiusquã propriu
 esse. Nam ad passionem potius referendus est. Si verò
 etiam alicuius particula esset, nequaquam hepatis.
 Verum si sanè ita se res haberet, neruosorū corpu-
 sculorum esset. Porro atrociter molestus, cum torpi-
 do pugnat, vt pote qui violentus est, atq; continuus.
 Sed nec huiusmodi quidem hepatis dolor est, sed po-
 tius grauis. Ac ne grauis quidem, exacte proprius he-
 pati est, sed spleni quoque ac renibus inflammatis
 communis. Equidem non satis mirari possum quo
 pacto Archigenes ad lienem duntaxat, hanc doloris
 speciem referre tentauerit. Nam vel Hippocratem

A audire debuit dicentem: & in retem dolor grauis.

Verum hoc peccatum exiguum forte censetur. At
 longe maximum est illud quod committere solet,
 nomina scribens ceteris sensibus peculiaria, quem-
 admodum nunc de renibus quidem austeros scribit
 dolores, de vesica verò astringentes. Hac enim sa-
 porum sunt nomina, qui lingua, vt instrumento, &
 gustandi sensu dignoscuntur. Igitur res quaedam
 declaratur, generatim quidem, per hoc vocabulum
 astringens, sed magis particularim per austerum.

B & acerbum, quippe ambo astringunt sed magis a-
 cerbum, qualis est omphacitis vocata galla. Porro
 austeri sunt multa, vt mali punici genera, atque
 cotonea mala, ac reliqua complura mensis apta.
 Sanè acerbis, haudquaquam sunt iucunda, non so-
 lum ea, quae medicamentorum speciem referunt,
 veluti Hypocystis, & Balaustru, & Galla, & Rhus,
 sed etiam illa, quae cum sint huiusmodi, recipiuntur
 tamen in cibos. Quapropter non excogitari quidè
 potest, quid vel austerum, vel acerbum dolorem di-

C cere voluerit Archigenes, non magis, quam aut ca-
 ruleum, aut rubrum, aut fuscum, aut alium ali-
 quem, à caloribus nonnatum. Nunc autem quid
 dixerit doctor quidam ex Archigenis familia, tem-
 pus est considerare. Nam dolorum proprietates
 Archigenem studiose interpretari voluisse cen-
 set, at quia re vera ineffabiles sunt, eum in hu-
 iusmodi nomina absurda incidisse, non intelli-
 gentem vnamquamque qualitatum, siue gusta-
 bilem siue tangibilem dici posse. Vbi verò multae

D qualitates circa vnam essentiam apparent, ibi
 & proprietatem fieri contingit, idque maximè
 in gustu videre est, si aliquando & amaritudinem,
 & dulcorem, & austeritatem, & acrimoniam,
 in vna essentia apparere contigerit. Sic enim in
 gustu proprietas quaedam oritur, ineffabilis illa
 quidem, si vnico nomine ipsam explicare tenta-
 ueris, sed quae dici tamen potest, si per singulas
 qualitates discurras, eo addito, quod & magis, &
 minus declarare, haud impossibile est. Ita & her-
 bas vniuersas, & reliquam quoque materiam en-
 narrauerunt medicorum non pauci, singulas qua-
 litates, quae enuntiatu rebus insunt, explicantes.
 Ergo Archigenes, si vniuersam essentia proprietatem
 vnico nomine comprehendere voluerit, indo-
 ctus omnino fuisset.

E Id quod de Archigene nequaquam sentien-
 dum est. Si autem simplices qualitates, ipse qui-
 dem ineffabiles non sunt, eorum verò quantitas,
 exacta quidem mensura, ineffabilis est, quanquam
 sub latitudine quadam explicari potest. Igitur lon-
 giori sermone vti non oportet, cum ea species ob o-
 culos omnibus sit posita, quae vti debet us, qui quam
 libet rerum sensibilium interpretari aggreditur.

F Quippe omnium tangibilium qualitatum propria ha-
 bemus nomina, haud secus, quam gustabilem, vi-
 sibilem, & audibilem. Atque omnibus his pari-
 more vti debemus, & neque astringentem, neque au-
 sterum nominare dolorem, vt pote quae saporu pro-
 prie appellationes sint. Plurimi enim medici Archi-
 gene antiquiores, cum dolorum differentias con-

L 4 scriberent,

Astringens
 genus est
 ad acerbū
 & austerū.
 lib. j. de sim-
 pli. me. fac.
 ca. 37. quod
 idem repe-
 tit lib. 4. e-
 iusdem o-
 peris.

scriberent, haudquaquam ausi sunt à consuetudine in nominum vsu recedere, quæ & ab ipsis laborantibus audire licet, qui perinde se dolere interdum aiunt, quasi acu pungantur, ac rursus perinde ac si terebra perforentur. Quinetiam videri sibi aiunt contundi sese, & diuelli, & tendi, & retrahi, & detrahi, & grauitatis cuiuslibet sensum percipere, interdum ex superioribus dependentis, interdum circumpositis incumbētis. Igitur vt huiusmodi nomina omnia facile intelliguntur, ita astringentes, & acerbi, & austeri dolores, intelligi haudquaquam possunt, ac præterea ab vsu omnino alieni sunt. Hæc intelligere debuit Archigenes, cum docere nos vellet, quomodo loci patientes possint cognosci.

Nam omnis, qui de doloribus habetur sermo, vanus, nugariumque, pleuius esse censetur, nisi ex his, quæ laborantes ipsi dicunt, eos cognouerimus. Ergo si ab ipsis, quomodo dolent, discere oportet, nunquam verò dicunt acerbam, aut austeram, aut atrocem, aut holicimon dolorem, rursus inutilis erit huiusmodi doctrina. Præterea ex eo loco, quo dicunt Archigenem interpretari velle dolorum proprietates, hæc docendi ratio, tum impossibilis, tum inutilis esse planè videtur. Primum enim vel ipsis authoribus, non omnis ipsorum proprietates enuntiari potest: quod cum ita sit omnino fieri non potest, vt ea sub doctrinam cadat, vt pote quam y duntaxat, qui sensibilibiter ipsam percipiunt, noscere possunt. Deinde ea nobis ignota sit necesse est, quæ nō laborauimus, nisi fortasse Archigenes omnes sui corporis partes habuerit laborantes. Quod licet concesserimus, fieri tamen non potest, vt credamus vnum hominem omnes singularum partium passiones fuisse expertum. Donemus tamen (si volueris) hoc quoque, quanquam impossibile est. Nam vteri saltem passiones nunquam scilicet percepit Archigenes, nihilominus huius proprietates conscripsit, quæ à solis mulieribus expertis dignoscuntur. Itaque admirationem (ita dii me ament) sapenunero mihi induxit, ex qua tandem ratiocinatione, tam absurdam hanc doctrinam collegerit: quam etsi veram contendis, nihil tamen ex ea utilitatis prouenire fateri cogeris, nullo infirmo suas passiones per Archigenica nomina interpretante. Nam quod nonnulli laborantium fastidire stomachum aiunt, id nobis, eo quod aliquando laborauerimus, planè notum est: sicut etiam mæstitia torqueri, quippe quosdam sic laborasse satis constat.

An verò austero dolore; ab Archigene dicto, quispiam fuerit affectus, intelligi non potest: vt pote nemine sciente, cuiam rei nomen hoc adaptauerit. Nam punctorium, & distendentem, atque eos, qui ita nominantur, atque hys multo magis vehementem, & fortem, & violentum, & continuum, & intermittentem, nemo est qui non nouerit: vt pote qui per nomina à consuetudine non abhorrentia enarrantur, & quos quotidie euenire videmus. At austeram, & astringentem, & atrocem, & holicimon, vt nemo profert, ita si quis fortasse proferat, nemo intelliget. Ceterum oportet & passionem esse communem & appella-

tionem ipsam declarantem, ab auditorum consuetudine non aberrare, veluti cum stomachum premi dicimus, id quod nemo non dicere solet: quippe tali sepe numero sensu laboramus: qualem extrinsecus onus aliquod incumbens inducere potest, idque in nonnullis oris ventriculi passionibus, quod per abusionem non solum populares, sed probatissimi quoque medici stomachum appellant. Quinetiam inter vehementer respirandum, nonnunquam grauitatem in dextra præcordiorum parte sentimus. Id si circa febrim eueniat, aut obstructione, aut dura passione, hepar laborare coniciendum est. Veluti cum inflammatione infestatur, febrim comitari necesse est. Itaque omnia huiusmodi & dici possunt, & manifesta ac nota sunt, omnibus medicis Archigene prioribus, atque siue absurdis illis nominibus, ab illis ipsis prodita. Archigenis verò doctrina hoc habet exactè proprium, vt non nouarum rerum, sed nominum rem nalam declarantium, enarrationi studeat. Nam librum de pulsibus, huiusmodi nominibus implet: quamuis ille, vt in commentarijs de pulsibus ostendimus, haudquaquam translatus indiget at nominibus.

Nullis cap. hoc Scholijs indiget præter scripta in marginibus.

CAP. VI.

Refutato in multis Archigene iam tandem Gal. scribit breuem methodum inueniendi patientem particulam, ea est considerare seorsum signa, quæ consequuntur patientia loca, deinde quæ passiones ipsas: deinde ea, quæ consequuntur hæc ambo. Proponitque ad hanc considerationem pro exemplis, peripneumoniam, & pleuritidem, quorum morborum quædam signa sunt, quæ causa locorum patientium contingunt: quædam quæ causa ipsorum, quædam quæ amborum.

Quidem vellem Archigenem tantorum medicorum successorem, aliquid lucis doctrinæ addidisse, sed eam ita obscurauit, vt ne nos quidem qui in artis operibus iam seniuimus, dicta ipsius intelligere valeamus. Quod igitur illius erat officij, id ego præstare nitar. Docebimus etenim imprimis viam & rationem vniuersalem, cuius adminiculo, & ipse patientes locos inuenire, & ceteris viam ostendere possit. Igitur vt in priore libro dictum est, via & ratio huiusmodi est. Imprimis enim quærendum nobis est, an singulorum locorum, quomodocumque patiantur, propria signa inueniri possint. An pro passionum ratione alterentur. Deinde vtrum singularum passionum propria sint signa, an circa quamlibet partem variantur. Ita, vt oportet, & loci & passionis non immemores, deinceps signa perstringera. Veluti si ita acciderit, vt pulmo inflammatione laboret, tanta inducetur spirandi difficultas, tantaque angustia, vt suffocari laborantes videantur, ac recti sedere conentur: quam passionem orthopnoeam nominant. Quinetiam calidam sentiant respirationem, idque maxime si erysipelatis participes fuerit inflammatio: quocirca vbi plurimum efflant, iuuari videantur, ac multum aerem frigidum attrahere concupiscunt, atque intertusendum spumant,

expuunt, idq; modo hoc, aliàs alio colore infectum, vt interdum rubrum, interdum flauum, aut rufum, ac spumosum quoq; & nigrum & liuidum appareat. Insuper grauitatis cuiusdam thoraci incumbentis seu sum se penumero percipiunt, ac dolorem ex imo ad ipsum peruenire, & ad pectus, & ad spinam. Præterea acuta est ipsi febris. Pulsus verò habent, qualem in libro de pulsibus diximus. Sic vbi membrana costarum succingens inflammata est, acuta febris infestat, accedente pulsus eam, quæ in commentarijs de pulsibus diximus, proprietate. Est aut dolor punctorius, vnà cum spiritus difficultate, ac magna ex parte sputum colore infectum apparet, haud secus quàm in peripneumonia. Igitur vrasq; passiones spirandi difficultas necessario comitatur, eo quod patiens particula spiritus sit instrumentum, oritur autem febris, & propter passionem ipsam, & propter positum. Nam & pulmo, & succingens costas membrana prope cor constituuntur. Inflammatio verò calida passio est. Sic etiam tussis, ipsi vt spiritalibus conuenit. Spuere autem aliquid ab ipsa passione procedit. Quippe iam ostendimus, omnem inflammationem, ex affluente fieri sanguine: quapropter si bilis sus fuerit sanguis, flauum aut pallidum erit sputum. Si pituitosus, & spumans, & candidus: si melancholicus, aut nigrum, aut liuidum. Si nihil horum sanguine infecerit, rubrum. Quinetiam in laterali morbo se penumero magis biliosum, in peripneumonia verò magis pituitosum sequi consuevit. Sed hoc satis iam declaratum est. Quod autem inflammatarum harum partium excrementa per asperam arteriam afferuntur, eius rei causa, rùm ad positum, rùm ad formationem referenda est: quippe quæ per solam hanc viam effluere possunt. At verò ventriculus duos habet meatus, ac quod in eo vitiosum est, supernatante solet, vomitio neq; eijcitur: quod verò in intestinis continetur, deiectione vacuatur. Veluti renum, vesicæq; excrementa meiendo excernuntur. Cerebri verò redundantia, per nares præcipue, nonnunquam verò per palatum, & aures vacuatur. Igitur sedes patientes dignoscuntur, & ab accidentibus, & ab actione læsa, & excrementorum qualitate, & à tumoribus præternaturam, & doloribus, & à coloris vitio, quod sequitur, in vniuerso corpore, vel in vna quapiam parte, vel duabus, idq; maxime in oculis & lingua. præter hæc autem sunt, si placet, quæ proprie appellatam compassionem consequuntur: ut in primo libro dictum est.

Videbitur fortassis inconstanter docere Gal. quia non eadem connumerat signa ad dignoscendas patientes partes, atque in primo libro. Illic enim dixit eas cognosci ex actione læsa, excrementis, positu, doloris proprietate, & proprijs accidentibus. Hic verò etiam tumoris & coloris meminit, positus nulla facta mentione. Veruntamen in idem recidit hæc, & illa diuisio. Nam color illic intelligebatur sub accidentibus, hic distinctioris doctrinæ causa est per se scri-

Aptus. Quia positus hic non meminit, connumeravit tumores. Nimirum positus per excrementa & tumores, & dolores cognoscitur, potuit ergo ille taceri, vbi hæc dicebatur. Ex recremētis docuit cognoscere illum Hipp. in apho. dicēs: Et in qua parte sudor multus est, in ea est morbus. Ex tumoribus docuit Gal. in superioribus dicens, tumorem dextri hypochondrij malum hepatis, tumorem sinistri, malum lienis significare. Ex dolore

B quoque eodē modo sentitur laborans pars, scilicet vbi dolor ibi morbus, oculos facillimè infici colore referente corporis morbum. Author est Hipp. 6. epid. part. 4. cap. 17. dicens, vt oculi valent, ita & totum corpus, & color in melius, aut deterius mutatur. Linguam quoque idem pati & perinde significare est idem author par. 5. eiusdem 6. epid. aphor. 14. dicens, lingua lotium significat, chloræ quidem biliosæ.

CAP. VII.

Nunc deducit Gal. discipulos ad exercitationem, docetq; primum patientes particulas distinguere, propositis exemplorum loco inflammatione iecoris, & pleuritide costarum inferiorum, quia hæc duæ inflammationes propter similitudinem symptomatum sunt distinctu difficillimæ. Deinde docet cognita particula laborante speciem causæ, à qua læditur, distinguere, idq; facit propositis pro exemplis cerebri passionibus, sopore potissimum, perugilio, & delirio.

At nunc tempus esse videtur, vt amicos, quorum petitioni obtemperans hos commentarios scribere aggressus sum, ad exercitationem inducam. Fit autem exercitatio omnis, cum particularia sub eandem viam & rationem ducuntur. Huiusmodi autem doctrinæ specie, vt per se ostendimus, non aliud inuenitur vtilius: quippe viæ, & rationes, vbi solæ sine multifaria secundum ipsas exercitatione cognoscuntur, haudquam possunt perfectos efficere discipulos. Quum igitur in superioribus viam, ac rationem dixerimus, ad exercitationis modum accedamus. Imprimis quidem intruere oportet, num actio aliqua sit læsa, quippe cum ipsa proprium actionis instrumentum laborare necesse est: deinde vbi actionem læsam esse perspexeris, ad modum læsionis accedendo, considera ad quam passionem proprie pertineat. Postea patientem particulam nota, num tumore quopiam, aut dolore infestetur, & quidem accuratè cuiuslibet horum speciem inuestigando. Nam non solum tumorum, verum etiã dolorum quoque, varios modos didicisti. Aspice subinde patientis partis excrementa, per quem meatum vacuatur, ac vide, num aliquid essentia à patiente parte discernatur. Ad hæc vtrum omnino incocta sint ipsius excrementa, an mediocriter cocta. Ac deinde quibus, ex ipso corpore, rotum, quibus verò partes aliquæ incommodum subeant, partim circa actiones suas, partim circa colorē, aut figuram. Esto enim vt quispiam inter respirandum in notharum costarum loco doleat, non protinus hunc esse pleuriticum suspicari debes. Sed imprimis quidem, an tussiendo

aliquis

aliquid expuat, intueri. Id enim si coloratum, ut dictum est, videris, tum ipsum pleuriticum esse dices. Quod si tussiendo nihil omnino expuat, fieri potest, ut nihilominus pleuriticus sit ille quidem, sed inflammatione habeat, & incoctam, & strictam aded, ut nihil ab ea foras egi possit. Ac fieri quoque potest ut ob hepatis inflammationem dolor in iam dicta sede excitetur: intentis videlicet internis vinculis, quibus nonnullorum iecur costis alligatur, atque sic dolor ad succingentem costas membranam, perueniat. Verum nequaquam similis est pulsio, in hepate & membranæ costas succingentis inflammatione, ac ne alui quidem excrementa similia sunt. Imo hæc non in qualibet iecoris inflammatione insunt, sed in his passionibus quæ propriè iecorariæ nominantur. Igitur ubi nihil excernitur, à quo iudicium aliquod sumi possit, satius fuerit præcordiorum dextram partem tangere: quod si nullus apparet tumor, ne sic quidem desistere oportet. Quippe fieri potest ut in sola sinistra hepatis parte sit inflammatio. Similiter etiam in gibbis partibus, ubi non omnes, sed hæc duntaxat intumescunt, quæ à nothis costis conreguntur. Itaque laborantem, ut vehementer respiraret, monere oportet, deinde interrogare, num grauitatem sentiat, aut suspensam à superioribus, aut incumbentem vicinam. Accidit autem aliquando, ut in his, hæud secus quam in hepate, oriatur tumor præter naturam, cuius occasione septum transversum oppressum, respirationem efficit difficiliorem, atque qui ita laborant, ab exigua tussi iritentur. Ergo in huiusmodi passionibus solidum, firmumque discernendi iudicium per omne tempus morbi à pulsu sumendum est: deinde tractu temporis, reliqua quoque accidentia consideranda sunt. Nam & lingua, & vniuersi corporis calor alteratur, ubi hepar vitiatum est. Sicut rursus thorace patiente, tussis increfcit, atque eo tempore omnino apparent ea, quæ tussiendo exprimuntur.

Vbi legimus, ad modum læsionis accedendo, considera ad quæ passionem propriè pertineat. Legitur in græco codice: επί τὸν τρόπον τῆς βλάβης ἀφορισμένον & ἐπισυνέτιστο τίνος ἐπι πάθος ἰδίου. id est (si verbum verbo vis reddi,) cum ad modum læsionis accesseris, considera cuius passionis est proprium. Quoniã verò hæc verba non valde videntur cohære, dictio enim proprium, græce ἰδίου, non videtur quid referat, non enim læsionem, nam ratio grammaticæ non fert dicere, læsio proprium, vel βλάβη ἰδίου. Fuchsius literam græcam permutans, loco πάθος legit πάθος, & ita deinde transfert, ad læsionem accedendo cuius est proprium pathema consideranda. Et relatiuum Cuius, dicit referre læsionem. Itaque intelligit, considera cuius læsionis est pathema. Qui sensus mihi videtur peruersus. Nam præterquam quod non video quid ita à Galeno doceretur, quia pathemata non sunt læsionum, sed læsiones pathematum, tollit pulchrū sensum, scilicet oportet

A tet primùm considerare læsionem actionis, videreque ad quod instrumentum pertineat, deinde modum læsionis, ac considerare ad quam passionem pertineat, ut ita cognoscatur pars læsa, & morbus. Nimirum ut dictum antea est, læsio actionis significat partem laborantem, modus læsionis passionem. Ergo errauit Fuchsius, legendumque est, Considera ad quæ passionem propriè pertineat, supple modus læsionis. Aut reddendo verbum verbo, **B** Considera cuius passionis sit (supple modus læsionis) proprium, supple signum aut malum, ubi nos legimus ac deinde quibus, ex ipso corpore totum, quibus verò partes aliquæ in eodem modum subeant. Copus legit, ac deinde quibus vniuersum corpus, quibus, priuatim quedam corporis partes fruatur: Fuchsius legit, ac deinde è quibus vniuersum corpus, è quibus partes aliquæ læduntur. Alij legunt, atque ex eo an totum corpus aut partes aliquæ incommodum ferant. Græca litera ita habet: καὶ περὶ τῶν μέρων, ἐξ αὐτῶν σιωποῦντες τὸ πάθος, τὴν ὁρμὴν ἢ ἐξ ἑστέ & μόρια ἀτῶν, i. reddendo verbum verbo, Deinde quibus ex ipso fruatur aut læditur, totum corpus, quibus partes aliquæ. Fuchsius censet codicem esse deprauatum legendumque; ubi ἐξ αὐτῶν, id est ex ipso, ἐξ αὐτῶν, id est, ex ipsis. Quia non videt, illud Ex ipso, quid possit referre. Ex ipsis verò refert excrementa, quasi dicat, quibus ex ipsis excrementis, totum corpus, & quibus partes aliquæ læduntur. Ceterum ego non ita puto (cur enim dicam vitiatum esse codicem, cum sensus verbis hæudquaquam mutatis constare possit?) Sed illud ἐξ αὐτῶν, id est ex ipso, corpus referre: ut ego in mea lætione expressi. Quod verò alij legunt læduntur, aut incommodum subeant, ferantur, alij fruuntur: factum est quia verbum σιωποῦντες, quo Gal. hic vititur, significat frui aut ferre malum, itaque portare aut bonum aut malum, ut est phrasus Hispana. Utuntur enim Hispani verbo gozar in bonam aut malam partem. Latini non ita, sed frui in bonam partem accipere solent. proinde ego nolui legere, ut Copus, fruuntur, sed incommodum subeant. Hepar per membranas peritonæum scilicet, ex quo habet suum indumentum & per omentum alligatum est costis inferioribus, ubi illis hæret septum transversum, id verò non in omnibus accidit nec hominibus nec simijs, ut docebitur à Gal. li. 5. ca. 7. huius operis, proinde ergo modo dixit, quibus nonnullorum iecur costis alligatur.

Igitur quemadmodum fieri non potest, ut ille si spirandi tum partibus, tum instrumentis, difficilis fiat respiratio: (accidit autem interdum nullo existente in ipsis proprio morbo, sed transuerso septo, aut detracto, aut oppresso, ut homo difficulter spiret) ita etiam vsu venire solet in ea sede, qua

qua principem in se animæ facultatem continet. **A** Nam cum & scientia, & opinio, atq; cogitatio omnis in ipsa consistat, si harum aliqua lædi videatur, protinus ipsam quoq; passione quapiam laborare arbitramur. Nam ubi vel in pleuritide, vel peripneumonia delirium incidit, nemo vel à costa, vel à pulmone accidens hoc provenisse dixerit. Quippe universi eam partem, in qua princeps animæ vis residet, consentire putant, ac nititur quisq; ut modum consensus secta sua conformem ostendat. Verum in alijs passionibus non consentire, sed primogenia ipsam passione laborare aiunt, veluti in lethargo, & phrenitido. Sæper verò pati, ubi propriarum ipsius actionū aliqua læditur. Proprias actiones dico, quas per nullā aliā partē, velut per instrumentū facit. Nam re vera & videre illam & audire haudquaquā negandum est, sed videre oculis, & audire auribus. Atqui ut cogitet, & reminiscatur, & existimet, & eligat, neq; oculis, neq; auribus, nec lingua neq; alia quapiam parte vitur. Quod si hæc animæ pars ita esset in continente ipsam corpore, ut nos in domo aliqua fortasse nullam omnino ei noxā afferri putaremus à loco: quoniā verò ipsam lædi videmus, quomodo lædatur, est inuestigandum. Si verò veluti forma quadam corporis est, ab ipso inseparabilis, eam lædi non inficiabimur, ob suscipientis ipsam corporis alterationē. At quia de hac re inter Philosophos ingens pugna est, alijs eā veluti in domicilio cōrineri dicentibus, alijs verò ipsam corporis formā esse putantibus, idcirco quomodo lædatur inueniri perdifficile est. Quod verò lædatur, ab experientia discere licet. Etenim ubi fracto capitis osti cerebra adacta est, si quis vehementius cōprimat, protinus sensum omnē amittit laborans. Quinetiā si inflammatio quedam oriatur, Nam hanc etiam euenire interdum videmus. Mentem itaq; lædi minime negandum est. Præterea nonnulli per vehementem capitis vstrionem delirauerunt, atq; per fortes ictus capiti adactos sæpenumero stupidum soporem sequi videre est: multæ quoque passionēs in capite consistentes mentem haud obscure vitiant aded ut etiam populares, cum aut delirare aliquē, aut mentem quomodolibet laborare conspiciunt, capiti remedia adhibenda esse censeant. Verū mentiuero quod principium sensus & motionis ab imperu prodeuntis, sedē in cerebro habeat, & quod hoc à meningibus contegatur, id in alijs commentarijs, quam verissimum esse declaratum est. Nunc verò quomodo distinguantur passionēs primitiua ab his, quæ per consensum eueniunt, considerandū est. Nam huiusmodi speculatio propriè ad hoc nostrum institutum pertinere videtur, & quidē non sine manifesta vtilitate: quippe ad curandi rationem imprimis pertinet cuiam parti remedia sint adaptanda, cognouisse. Nam per solū consensum læso cerebro si ea pars, quæ primitiua passione laborat, fuerit curata priusquā cerebro propria aliqua eueniat passio, nullum in ipso relinquitur accidēs. Quod si ex consensu, permanens aliqua fiat in ipso passio, cū non solū parti quæ primitiua passione laborat, sed capiti quoq; remedia adhibere oportet.

Quapropter exactè desinare virū cerebrū, an membrana ipsius primitiua patiatur, haud magnā vtilitatē afferre potest. In veraq; enim passione capiti succurritur. Igitur huic rei nō ita vehemens studiū adhibere, sed morbi potius essentiā qualis sit, inuenire cōuenit: quippe humidū exiccare, aridū humectare, frigidū calfacere, calidū refrigerare oportet: ac si conjugata fuerit passio, per contrariā cōiugationē ipsam curare, ut calidā & sicā humectare & refrigerare, humidā frigidamq; exiccare & calfacere, atq; in reliquis duab. conjugationibus portionē, ac in cæteris morbis omnibus, eadē ratione similiter facere cōuenit. At vnius cuiusq; speciei, in libro de morborū differētia persiquuti sumus. Quæ itaq; & cerebri, & membranarū eius, ij dē morbi simili curatione indigeant, logica magis, quā ad curationē vtilis esse videtur quæstio, in vrotolibet illorū contineatur princeps animæ facultas. Verū an in corde sit ea facultas, longe diuersa, atq; omnino differens est quæstio. Esto enim ut à staua bile in corde & accumulata, & putredine affecta, phrenitis sit excitata, nōne delirare videbitur is, qui caput oxyrhodino perfundere iusserit? Nam si hoc præsidio phrenitidis causa sanari possit, non capiti, sed thoraci, ipsum adhibere poterat. Nec tamen vniuerso thoraci, sed illi dūtaxat parti in qua cor cōtinetur.

Scientia & opinio species cogitationis sunt, pertinentq; ad cogitatiuā vim, quā teste Aristo. i. de historia animalū cap. i. animantiū omniū solus homo habet. Propriæ actiones aliquando dicuntur à Gal. quæ non sunt communes, ut gustare, est proprium lingue, quia nulla alia corporis pars gustat. Ita hinc s. de locis patientibus cap. 7. Aliquando dicuntur propriæ alicui parti quæ aguntur proprietate aut similitudine substantiæ, ut sanguinis generatio actio propria est hepatis, venis nō est propria. Quia in hepate generatur sanguis gratia proprietatis substantiæ ipsius, in venis non ita, sed calore cū ipsarum, tum membrorū circūiacentiū, tum etiā sanguinis qui ab hepate confectus venit, cocta pituita transit in sanguinem, non aliter quā mustum in dolio coctum transit in vinum, quanquam vini conficiendi nō est proprietas dolio. Hoc modo est vsus Gal. nomine propriæ actionis lib. 7 de placitis. Hic verò in alia significatione eo vitur, dicēs actiones proprias membri alicuius esse eas, quas per se ipsum obit id membrum, non proprias verò, quas obit aut membrū, aut facultas, quæ in eo est, sed per alia instrumenta. Ita imaginatio, extimatio, & recordatio, propriæ actiones cerebri sunt. Quia cerebrum imaginatur, extimat, & memoratur seipso, citra aliud instrumentum, ut ventriculus retinet, & coquit, & commutat; nec verò hic abusuus modus est loquendi, cerebrum imaginatur, imò proprius magis, quā hic, imaginatiua imaginatur. Nam actiones de instrumenta

strumentis dicuntur per facultates, ut cerebrū imaginatrice imaginatur, ventriculus cōcoctrice coquit, visio, auditio, & tactio, actiones sunt cerebri, sed non propriæ: aguntur enim alijs instrumentis, oculis nēpe, auribus & manibus. Caue tamen hic intelligas cerebri esse actiones, ut Manardus & alij quidā, sensus oēs agi in cerebro, quāquā passionēs instrumentorū in singulis illorū fiant. Nam hanc opinionem satis refutauius lib. 2. con-
trouer cap. 25 sed tandē facultate quæ in cerebro residet, hac inquā ipsa oculi vident, aures audiunt, lingua gustat. Operatur scilicet ea vis ubiq; pro ratione instrumenti. Non est quod ad præsentē doctrinā labore Gal. scire quid sit anima, nec quomodo in corpore consistat (præcipuē cum de ea re nullā afferri posse monstrationē sæpe dixerit) nam utcunq; ea habeat, & utcunq; in corpore sit, constat ad actionis læsionem instrumentorum esse satis. Quod ad curationem attinet nihil refert, contineatur facultas animalis in meningib. aut in cerebri substantia, nam utcunq; hoc habeat, medicamenta capiti imponēda sunt. Cæterum de hac re scripsimus cap. 13. lib. 2. cont. ubi retulimus opinionem Fernelij hac de re, ostendimusq; illum leuibus rationibus à Gal. recedere, statuentem vim motoriam esse in medulla cerebri, & sensitiuam in meningibus. Quum tamen vnica facultate ambo hæc agantur, eaq; in medulla ut in prima sede resideat, docente Gal. 7. de plac. in libri calce.

Atq; ut hæc à nobis pulchrè sunt definita, ita illud, non solum patientē locū, verum etiā causam illi noxiā inferentem considerandam esse: ut exempli gratia, deliriū est accidens eius actionis, quæ à loco mentis cōpote prodit: similiter sopor profundus, ac stupidus: sed à contrarijs causis oriuntur, quippe & vigiliam, & deliriū, causa potestate calida efficit. At quotquot somnolentæ & soporose sunt passionēs, omnes à frigida causa proueniunt: id quod ex medicamentorū natura planè discere licet. Quippe frigida stuporem, soporemq; calida verò vigiliam, et varias motiones inducunt. Sed quid opus est fortia medicamenta enumerare, cum quotidie videamus & lactucas, & potabiliū, calidarumq; aquarū balneas, et vinū modicè dilutū, sanè nūquā inducere? Reliquorum medicamentorum exemplo, quæ & humectare & refrigerare possunt: quæ verò ijs contraria sunt, vigiliam excitare. Itaq; tenuis ratio victus, & vinum meracius, vigiliam inducunt, idq; multo magis, cum vinū meracū, aut suapte natura fuerit calidum, aut valde antiquum: veluti apud nostrates Pergami olim accidisse, memoriæ proditum est: nec absurda videtur historia ipsius narratio. Grammaticus quidā, singulis diebus balneū petens vnum ex pueris secū ducebat, altero domi relicto cōcluso, qui rem familiarem seruaret, atq; ea, quæ ad victū essēt necessaria, præpararet, Puer itaq; domū custo-

adiens cum vehementi siti cruciaretur, nec esset ei aqua domi copia, vinum antiquum liberaliter potauit, atq; reliquo tempore vigil omnino permansit. Postea correptus febre, vnā cum vigilijs oborto delirio periit. Cæterum animatia quæ frigidiori sunt natura, per hiemem ob frigus vim, perinde ac si mortua essēt latitare solent. Atq; tūc viperas quoque videres, si manibus tractentur, deferanturq; haudquaquam mordere. Nam per æstatē, tum hoc animal, tum serpentes reliqui omnes maximè sub caniculo feruore, cum vehementer æstuant, furorē præ se ferre videntur, ad eò ut ne exiguo quidē momento quiescere possint. Quod intelligēs Nicander, sic de Cenchride cecinit:

Non temerè offendas, calcando Cenchridis artus,
Dum tarijs agitur.—

Verum de ijs alibi pleniorē inuenies & enarrationem, & demonstrationē. Siquidem calida causa ad motum excitat, atq; idcirco vigiliam affert: frigus autem otiosum, & ad motiones pigrum reddit animal, ob idq; somnum, soporemq; inducit. Igitur qui hæc intelligit, cum per ardentium febrium vigori, hominem viderit & vigilare, & delirare, deinde inclinante iam febre & dormire, & recte sapere, in capite nullam propriam esse passionem, sed à febris abundantia in caput calore delirium fieri existimabit. Sic etiam in peripneumonia & laterali morbo, cum ad vigorem febris peruenit delirium sequi solet, nulla existente in capite propria passione. Quippe tum passio propria esse putanda est, cum permanere in parte quapiam conspicitur. Vnde si in laterali morbo, permanens eueniat deliriū, caput proprium habere morbum existima, ita ut quamuis lateris morbus quiescat, possit tamen capitis morbus permanere. Sæpenumero enim vidimus glandularum tumorem ob vlceris aliquod obortum, vlcere curato, deinde diutius infestare. Ergo cū pars aliqua simul cum alia sic laborat ut irritata quidem vna, altera vehementius molestetur, remissa verò irritatione quiescat, eam per consensum pati putandū est. Hæc enim vna coniectura cōmunis est. Sed de cerebro, ut dictū est, proprium sumitur indicium, si non assidue delirium permaneat, sed auctam febrem sequatur. Atq; eadem ratione fieri solet, ut cū febrili accessiones irruere incipiunt, sopore laborantes grauentur, quod hoc tempore cerebrū vehementer sit refrigeratū: quippe quod alioqui paratissimum est, ut noxam huiusmodi subeat, cum intemperie habeat frigidam: non verò tantam, ut hæc sola prædictorum accidentium possit esse causa, sed cum accessio ab initio processerit, frigus adeò increuit, ut soporem queat inducere. Id verò, ut dixi, fieri consuevit vel ab intemperie frigida, vel à pituita in cerebro exuperante.

Sopor semper fit à causis vehementer frigidis (est verò sopor somnus profundus, quem verius appelles cerebri stuporē quàm somnum) mediocris verò & naturalis somnus non tam fit frigiditate quàm humiditate, eo fit ut is non tantum à modicè frigidis, cuius-

cuiusmodi lac & lactuca sunt, concilietur, sed etiam a modice calidis, cum ea humectantia simul sunt, & replentia caput, cuiusmodi vinum in mediocri quantitate haustum, aut mediocriter dilutum, verum hoc interest, quod modi ea frigiditas humiditatem cui coniuncta est in conciliando somnum iuuat aliquantulum (quanquam is ab humiditate primario procedit, nam qui a frigore procedit primario stupor iam est) calor vero humiditatem in conciliando somnum per se nullatenus adiunat, quin potius impedit (addidi per se, quia ex accidenti potest etiam calor excitando vapores qui repleant, somni esse causa, quomodo expurgantia medicamenta somnum videmus accersere)

A quo fit ut quae valde calida est, etiam humida maneat, peruigilij causa fiat. Ut si vino meraciori immodice utaris, quod ut quidam statuerunt calidum & siccum cum sit, non potuit non inducere peruigilium, ut verò nos alibi diximus est calidum & humidum, & eo calidius quo generosius, & antiquius, & meracius: factum ergo est in puero praescriptae historiae peruigilij causa, cum quia per se calefecit vehementer, tum etiam quia ex accidenti recessit dissipato cerebri humore. Ad loci huius enarrationem, haec sunt satis. Qui de medicamentis somniferis optat audire plura, legat caput decimum, libri .10. cont. medicarum.

LIBRI SECVNDI FINIS.



LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

C Aput hoc, quod in plerisque codicibus occurrit in tria capitula distributum, nos vnicum esse fecimus: quia totum nihil fere continet praeter dictum prius repetitionem. Cum enim haecenus Gal. duobus libris methodum cognoscendi loca patientia, & locorum passiones docuerit, toto reliquo opere insitit ei exercitationis modo, qui in prooemio lib. 2. primus numeratus est: qui per singulas particulas procedit 3. hic liber continet morbos cerebri. 4. morbos faciei, & spinalis medullae, & pulmonis. 5. cordis, thoracis, septi transversae, gulae, oris ventriculi, & iecinoris. 6. lienis, ventriculi, & intestinorum, renum, vesicae, vteri, & colis. Prius tamen quam hanc exercitationem ineat, repetit Gal. pluraque eorum quae haecenus dicta sunt. In actionem hanc significare partem patientem. Repetit etiam modos compassionis antea dictos: affectiones quoque esse duplices, quasdam in habitu, quasdam in dispositione. Mōstrat deinde ad morborum curationem necessariam esse hanc doctrinam de locis patientibus: quamquam empirici medici contrarium statuebant, dicentes, curationis rationem ex solo experimento, cum proprio, tum praceptorum, posse citra ratiocinationem quampiam constare. Tamen Gal. de illorum secta hanc fert censuram, posse quidem illos morbos, qui frequenter occurrunt, sola experientia fretos curare: ceterum in iis qui rarissimi eueniunt, nequaquam posse id praestare: ad horum enim curationem rationali medicina esse opus.

DE patientibus locis, (sic enim vocant corporis partes) pauci admodum medici scribere aggressi sunt, ac multo plura quam attigerint omiserunt. Itaque ceteris silentio praeteritis vnus Archigenis, haud indigne quomodo omnibus praeferreretur meminimus. Diximus enim eum sermonem, quo afferit actiones quasdam lesa illa corporis particulae quae ipsi deputata est, discussione egere, defendi enim potest, si pars per alterius consensum lesa, non dum permanentem habeat affectionem, sed veluti vmbra quadam, ut ipse dicebat insit haec ei affectio. Nā

si ad ignem quis propius accesserit, ut fere comburi videatur, citra tamen visionem, dolebit quidem vehementer, sed calfacta parte nihil adhuc patiente: sic etiam ubi ambiens aer vehementer frigidus, aut aqua exacte frigida, aut nix infestat, grauis admodum dolor excitatur. At qui ablata re qua nocuit, protinus conquiescit affectio. Quamobrem satius fuerit, ut dicamus nomine id ipsum indicante, affici quodammodo eam partem qua alteri consentit. neque enim pars quae nihil patitur, sed ea quae cum alia patitur, consentientis vocabulo significatur. quare quando in stomachi affectionibus, similia Symptomata quae in suffusis apparere solent circa oculos sunt, dicendum est illos patitur elato ad cerebrum ab humoribus in ventriculo contentis fumoso quopiam vapore: non tamen ad eum afficiuntur, ut ablata re quae molestiam intulit, propria curatione egeant. rerum huiusmodi disputatio, ut dixi, ad dialecticam potius pertinet. Quaecumque enim quaestiones usum transcendant, qualis sit rerum natura secundum propriam essentiam indagantes, haud dubie logica esse censentur. Sic enim Chrysippus philosophus cum de animi agilitudinibus scribere instituisset, vno quidem libro curam rationem tradidit nobis ad earum curationem imprimis necessario, alijs vero tribus logicas quaestiones esse complexum. Igitur quae sint lesarum affectionum modi, Archigenes parum accurate explicuit: quoniam haec quaestio est melior, & huic nostro proposito utilior fuisset, quae primo affecta, siue propria affecta, siue quomodo libet nominaueris corporis sedes ita deprehenditur, & curandi quoque facultas abunde suppetit. Ego vero in vocalibus instrumentis id iam exposui, ac in eo quoque qui in manusensum amisit digitorum, ipsis non affectu. Quippe inueta in dorsi initio pars, quae primo afficiebatur, idoneam curationem ostendit, sed aliter eueniant suffusionis

fusionis accidētia, affecto ventriculo: atq; aliter ei qui ab alto decidit, nullo existēre in vocalib. instrumentis vitio, vox intercepta est: deniq; alia consensus specie laborabat. is, cuius digiti sensum amiserāt. Si quidē oculi vexabātur, q; ascenderet ad eos aliquid, vox aut, q; materia eius esset oblaesa. Sed digiti idcirco torpebant, q; sentiēdi facultas ad ipsos non descēdebat: & melius quidē fuerit, existimare nihil omnino pati vocalia instrumenta & digitos, prae oculis. Nā his vt fumoso vapore impletis affectus ipse inest: vocaliū verō instrumentorū atq; digitorū officium laditur, non q; veniat ad eos quippiā prae naturā, sed q; ea re aut eo, q; secundū naturā ad ipsos venire debet, laeso igitur nervi iuxta spinale medullā exortu, vsu sentiēdi digiti nō insluit. Guttur verō summū resolutū intercostalibus musculis, spiritū, qui efflatur, non recipit, nihilominus rectē dixerū, in ipsis hanc esse affectionē, q; nō perueniāt ad ipsas partes ea, quae antea secundū naturā se habere, venire solebāt. etenim fontes affici haud absurde putaueris, si non perueniat ad ipsos aqua, sic cerealiū quoq; frugū ē terra prodeūrum, squallor immodicus, affectio est, & animalū, cibi, portionisq; penuria. Quoties enim alicui deest illud, sine quo secundū naturā munere suo fungi nō potest, ipsum optimo iure affectū esse putandū est. Sed huiusmodi quaestiones (vt iā dixi) ad dialecticā potius pertinent. Ceterū magna medicorū pars negligit eas consideraciones, quae vel laesis, vel deperditis actionibus, necessariae sunt. Cum enim duae, tres ve fuerint aliquando huiusmodi actiones, accidit interdū, vt vna particula affecta, reliquae illi consentientes in suis actionib. simul ledantur, interdū verō, vt omnes eodē modo afficiantur. Atq; accidit interdū vt hanc aliqua affectionē habeant (vt ita dicam) hecistica, id est, quae tenaciter haeret, reliquae verō (vt sic dixerū) catasibestis, id est, leuiter inherētem, & quae facile discutitur, de quibus secundo libro de viorū dissectione, atq; in eo, qui hunc praecedit, iam diximus, ac nonnihil ip sequentib. quoq; dicemus, vt videlicet futurū sermonē, qui sine huiusmodi definitionib. explicari non potest, perficiamus. Sed iam enarrare aggrediamur, id quod admodū vtile fuerit prae dixisse, propter eos, qui verbo quidē demonstrare nituntur affectionē locorū inuestigationē medicū esse necessariā, opere verō illam euerūt. Atq; vnū aliquē affectū, pro exēplo sumamus, sitq; is pleuritis, in qua latus esse affectū, dolor ipse declarat. Sed utrū quae succingens appellari solet, siue mēbrana siue tunica (nihil enim refert) inflāmetur in pleuriticū, an alia quidē lateris particula, praeter ea virū pulmo secundū fibras, siue apices, necessario afficiatur, an omnino affectionis sit expertus, scire nihil ad rē pertinere autumat ij, qui vsu & experimenta praefereunt: multos enim pleuriticos alios vnā cū praceptoribus, alios sua tantū industria se curasse dicunt, obseruatis ijs praecipis quae ab Hipp. in lib. de ratione victus in acutis morbis praescripta sunt. Uē quid ipsis prodest, & quid nocet plane noscere, euidentiaq; signa habere, quibus discat cui veniā secare oporteat. Insuper de fomen-

tiis, cataplasma atis, victus ratione, alui ductione, nihil sibi ad completā notitiā deesse, idq; ex longa experientia. Sed quid vel Hipp. vel alii quempī illo priorē induxerit, vt haec inueniret auxilia penitus se ignorare, satis ipsis esse, si iā dictis remedijs cōmodo vtantur. Id q; alios quoq; artifices facere videmus. Neq; enim faber, siue lignarius siue aërius, nec coriarius quo pacto artes suae fuerint inuenta, inquirunt, sed a praceptoribus edocti, vsu eas probāt, & confirmāt, atq; sic clarū nomē assequuntur. Equidē, vt verū fatear, cū medicos, qui se empiricos ab experientia nomināt, talia profereres audio, inducor certe vt probabiles putē eorū rationes, videnturq; mihi dogmatici cōtra illas parū Mōtea serensione tueri. Proinde vt ceteris in rebus omnib. remerariū assensū semper cohibui, ita in inuestigandis singularū remedijs diu multūq; apud me cogitavi, an logica demonstratione indigerēt, an sufficerent ea praecipia, quae ab experientia, & praceptoribus, atq; ex me ipso didicerā. Igitur ea, quae diuina inquisitione lege optima iudicant, ita me diu amant, veritatis amatores docere nō grauabor, nihil enim causa est, quātib. mentiar, quod facere solent ij, qui vni sectā addiūt, omni ex ipsa gloriam querūt. Quippe contentiose eos defendere oportet, eam sectā verā esse quam vnicā nouerunt. Nam ex nullo alio disciplinarū genere, gloriam sperare possunt. Ego verō re ipsa, & publicē, et priuatim, apud eos videlicet, qui sectā quamlibet à me discere cupiebant, ostendi, in omnib. sectarū scientia (ne maius quicquā dixerō) me esse posthabendū nemini, quod si vni sectarū patrocinium ferre velim, ita in prōptu sunt mihi rationes, vt nō verear ne quis me conuincat. Non enim vt nonnulli faciunt, ex libris eius didici, sed praestantissimis in vnaqua; secta praceptorib. vsus sum, nec sanē odisse possum empiricos, quorū praecipia sū instituta, vel dogmaticos. Pari enim studio omnib. dedi operā, versatusq; sum cum praestantissimis in vnaqua; secta praceptorib. itaq; innotui Romae tū primorib. eius vrbs civibus, tū imperatoribus deinceps omnibus, & quidē ob artū opera, non ob sophisticas rationes. Quāobrem nihil prohibet, quo minus de vnaqua; secta vere dicam ea, quae sentio, igitur per artū rationem comperi, eam remediōrū inuentionem, quae ex vera demonstratione procedit, in ijs quae rarō accidunt, experientia longe praestare. Vnde multos morbos curavi, medicamentis ab experientia maxime alienis: quae huiusmodi in libro de curandi via & ratione latius explicata sunt.

Vbi dicit, & melius quidē scit existimare, nihil omnino pati vocalia instrumenta & digitos, nō negat haec pati. docuit enim in primo li. & in hoc etiā cap. docet ea aliquo modo pati, sed dicit non pati vāq; rōs opōdā. is, id est, prae oculis. nam oculi suffulorū laborant per consensum ventriculi, quia influit in eos excrementū inutile. Digi verō & vocalia instrumenta laborabant tantum per priuationē, digiti facultatis, vocalia materia-

teria. Constat verò longius abesse hanc cōpalsionem à propria palsione quàm illam: quia illud est infestari à re inutili, hoc non est infestari, sed carere. Medici empirici & methodici negabant ad curationem morborū conferre quicquam notitiam locorum patientium. Quidam verò dogmatici, qualem fuisse Archigenem inquit, dicebant quidem necessariam esse, cæterum operibus id minime indicabant.

Nunc verò ea duntaxat perstringam, qua nostrò proposito magis accommodata videbuntur, inueniēs enim actionū lesiones, non solum propter similes partes à quibus leduntur egrotantes, sed etiā propter alias quasdam partes, quarū vilitas aliqua est, actio autem nulla. Inueni etiā organicarū partium morbos operationes ledere, atq; hīs præcognitis, dein de inueni quosdam morbos continenter fieri solitos plerisq; hominū, quosdam autem raro, empiricā autem medicinā videns non quod rarū est, sed quod crebro accidit in memoria & imitatione cōtinere, ac propter hoc dimissas morborū raro eueniētium, non solum curationes, sed etiā præcedentes ipsorū curationes, quomodo ipsos dignoscere oportet primum inuestigari, inueniēq; earū quasdam scientifica deprehendi posse notitia, nonnulla verò artificiosa vocata cōiectura, atq; idcirco ipsas magna ex parte reiectas. Eiusmodi enim est artificiosa cōiectura vis. Verum tunc has ipsas, tunc vel maxime quæ raro eueniunt affectiones, scientificamq; notitiā admittunt, indigere semper inueni affectarū partium notione. Itaq; medicinā professus, vsq; ad senectutem, nunquā in hodiernū vsq; diē turpiter me gessi, neq; curādo, nec præcognitō: id quod celeberrimis quibusdam medicis interdū accidere memini. Quod si quis gloriā ab artis operibus, non à sophisticis sermonibus assequi voluerit, is nullo negotio facili cōpendio colligere poterit, ea que per omnē fere ætatem diligenti inquisitione inueni. Idq; sibi persuasum habeat, hac via & ratione, medicamenta me inuenisse, quibus morbos raro euenientes curarem, cum antea nec præceptorem vidissem huiusmodi morbos curantem, neq; ipse aliquod expertum habebrem remedium. Id quod, per deos immortales, asserere nequaquā timeo. Quippe vitiatā actione, semper inuestigare studebam, quænam sedes, vel ipsa afficeretur, vel alteri consentiret, cumq; eam inuenisse persuasum mihi esset, tum affectionem ipsam querere atq; ex vtriusq; totius curatiui generis indicationē sumere, simul remedium & quantitatem, & qualitatem, & idoneam materiā inuenire. Præterea cum prædictis, & ætatem & naturā laborantis, tum anni tempus, & terram, & genus, & alia, quorū in Hippocraticorū librorū enarratione memini, perpendere operæpretium ducebam. Verum superioribus duobus libris hunc præcedētib; nisi fluxa admodum fuit memoria, didicisti affectas sedes posse deprehendi ab excrementis, atq; hīs, qua affectus partibus adnascuntur, item actione lesa, quibus connumerantur & color præter naturā

A & figura. Sed excrementa trifariā diuiduntur. Aliquando enim affectarum sedum partes, ipsarum videlicet essentia vel soluta, vel dissecta excernuntur, interdum ea, quæ in ipsis continentur, nonnunquam aliquid, quod morbosas affectiones sequitur, idq; vel solas, vel semper, vel magna ex parte. Cum itaq; in quibusdam affectibus, nulla alia mihi pateret via sola actionis lesio satis conducebat ad affectarum partium inuentionem.

B Actiones instrumentis aguntur, sed propter simplices partes, ex quibus constant, scilicet in vnoquoq; instrumento est pars quædam simplex, quæ est instrumentū proprium illius, reliquæ omnes aut agunt, aut vsum præstāt, atq; ita ex primariis actionibus quæ aguntur partibus simplicibus, procedunt actiones secundariæ, quæ sunt instrumentorū, vt ingressus sit cruribus, carnea in illis parte hielaxata, illic contracta, neruo præstante vim, esse semper firmante. itaq; actiones omnes quæ secundariæ aut perfectæ dicuntur, instrumentorū sunt, sed causa simplicium, in simpliciu liquidem temperie facultates omnes consistūt, proindeq; hoc loco Galenus dixit, non solum propter simplices partes à quibus eduntur. Nec verò quicquā hac in re interest inter sensus & motus, vt Aristot. secundo de partibus animalium, capite primo somnauit. Eodem enim modo, quo de motibus diximus, sensus contingūt. Fit scilicet visio ab oculo, sed singulis partibus illius ad visionē conferentibus, humore cristallino sustinente alterationem à visibiliunt speciebus, tunica cornea vicē perlucidi mediij habente, vtea attemperate splendorem internum & externum, & aliarum partium singulis præstantibus suos vsus. Cæterum quanquā actione aliqua omnino nulla particula caret: (habet enim saltem cōiunctam nutritionem, quare dictum vere est decimo septimo de vfu partiū nullam particulā esse, cuius non sit actio aliqua) tamen actione instrumenti multa instrumenta sunt quæ caret, habent tamen vsum aliquē gratia cuius instrumenta sunt. Dicuntur habere actionē, quæ ad aliquā actionē habent vim, efficaciam ve, quæ verò nullam talē habent, sed cōpositionē aliquā vt aliquid agatur accommodatam, vsum habent, non actionē: vt vena, quæ præter nutritionē, quæ non inest illi vt instrumento, sed vt simplici cuius parti, nullam actionē habet, sed accommodatā habet figurā, vt per eā sanguis fluat, & distribuatur. Illud etiā quod tunica cornea præstat visioni, nō est actio, sed vsum. Nihil enim facit, sed peruia est facultati & speciebus. Ita intelligentur facile verba illa libelli de differentia morborū. Quod si id, cui tumor accidit corpus, nullū proprium habeat opus, vna rātum erit ægritudo, & in eodem libello paulo infra ita scribitur

ptum est. Nam cum didiceris, in ijs quæ de functionibus, atq; vsu membrorum rationationes habentur, ex omnibus animalis partibus, nonnullas quidem operatione toti animali vtilem conferre, nonnullas autem nihil agere, sed vsum aliquem operationibus afferre. verum cap. hoc non indiget pluribus.

CAP. I I.

I Am hinc incipit Galenus agere de capitis morbis, sumitq; principium ab abolita memoria: atq; vt nos ad exercitationem deducat, refert historiam quandam, docetq; qua via ipse inuenit, oblato quodam homine cui memoria repente erat abolita, & patiente locum, & morbi essentia: interim acrius inuehitur in Archigenem quod quamuis operibus in hac curatione dogma suum de sede facultatis animalis aperte proderet, tamen in eo asserendo verbis proteriret. Inuehitur etiam obiter in empiricos, ostendens huius agitudinis remedia nequaquam inueniri posse experientia, eo quod non potuerunt casu quopiam, vt alia quam plurima contingere. Tandem docet locum patientem esse cerebrum, & morbi essentiam, cum in abolita memoria, tum etiã in omnibus soporosis affectionibus, (huiusmodi sunt lothargus & carus, & cataleptis) tragus esse.

Igitur cum deperditam cuiusdam memoriã re-stitueret oportere, esseq; adhuc iunior, ac nec præceptorem vnquam vidissem, qui huiusmodi affectionem curasset, nec apud vllum antiquorum curationem legissem: primum quidem apud me ipsum inuestigavi quanam pars esset affecta, cui topica id est localia vocata remedia adhiberem prius videlicet vniuersi corporis curatione premissa. Id enim commune præceptum est, quod in omnibus morbis obseruare oportet. Deinde qua via, ratione, remedium singula inuenirent. Ceterum patientem sedem eam ipsam existimaui, qua princeps animæ vis continetur. Medicamenta autem ea adhibenda esse, qua huius sedis affectioni aduersarentur, interim oratos habere velim omnes, qui in horum commentariorum lectionem inciderint, vt scabiem aut rabiem vel insaniam quam de seclis conceperunt, deponant: deinde, sic (vt probos viros decet) dicendorum seriem considerent. Equidem cum ea, que iam supra proposui, perpendere, accepi Archigenem libram quandam de obliuione memoriæ instantatione edidisse, quocirca omnes bibliothecas illico percurri, conueniq; bibliopolas oēs, atq; medicos quoq; quos & viros & scriptorum eius studiosos esse sciebam, quo eius libri copia mihi daretur, sperans in eo remedia me inuenturũ, locũ autem patientem minime, quod plane sciũ nullam aliã à corde sedẽ huic affectioni ipsum destinasse, seclis ipsius constanter defendente, principem animæ vim in ea parte sedẽ sibi vindicare. Porro intelligere cupiebam quod intemperantiæ genus eius affectionis causam esse putarem, neq; enim dubitabam quin distemperantiã aliquã pro causa afferret, vt pote qui seclis eius non ignorarem. Sciens itaq; octo intemperantiæ genera in qualibet particula posse consistere, quatuor simplices, & quatuor compositas, noscere cupiebam, quod intemperantiæ genus Archigenes læsa actionis cau-

A sam esse declararet, frigusne, an humiditatem spiritus in corde, an compositum ex frigore & humiditate, aut ariditatem cum frigore putaret huiusmodi posse passionem producere. Etenim manifestum erat eum in hac re nihil tribuisse calori. Quid igitur mihi acciderit ijs qui vt dicebam seclis insaniam deposuerint, deinde narrabo. Sane primos eius libri sermones descripsi, vbi videlicet Archigenes curationem scribere aggreditur de læsa recordationis, siue obliuionis, siue memoriæ amissione, aut læsa, vel vt cumque eam, quam supra proposui passionem nominare voluerit, aut si non passionem, sed morbum, aut accidens aut infirmitatem appellaueris. Talia enim à sophistis tractantur, quæ ne minimam quidem vtilitatem ad curationis rationem afferunt. Verum quo clariora reddantur ea, quæ posthac dicemus, hoc prædixisse non parum refert: Archigenem vndecim libros epistolarum scripsisse, in quorum primo extat ad Marsum epistola, qua consulit vt patri memoriã restituere nitatur, atq; ab initio, statim post proamũ, vbi curationẽ tractare incipit, ita ad verbũ ferẽ scriptũ est: Detractionem itaq; sanguinis modicã, & repetitã factam esse vobis incipiente interceptione credidi nisi quæ imbecillitas obster. Deinde rursus inquit: Arbitror autẽ & irrigationibus vos tepestine vsos esse, & fomẽtis totius corporis, de raso vero capiti cucurbitulas adhibuisse, huic ita lectũ (vt verũ fatear) vertigine affectus sum, idq; non ab re, qd spe quã de viro conceperã frustratũ me videre, quippe qui millies in multis cõmentarijs suis patientium locorũ atq; passionis ipsorũ scienciã necessariã ad rectam curationẽ esse dixisset. Sed quid vtilitatis inde consequemur, nisi ab ipsis ad remediõrũ inuentionẽ dirigamur? Qua igitur, ò Archigenes, probabili ratione persuasi caput aggrediemur, relicto corde, cuius cognatum quoddã officium memoria est, affectus verò huius actionis deperditio. Quam passionem sanando, cucurbitula capiti adhibita memoriã reuocat. Qua ratione huiusmodi suadet remedia? Ita nunc quoq; inter visitandũ egros per cõmunes consultationes video medicos inter ipsos interrogãtes qua ratione hoc potius quã illud suaserit. Atq; ÿ ne minima quidem negligunt, rãtã abest vt tam grandia qualis est cucurbitula capiti adhibita prætereant. Nec video si pectori è regione cordis fuisset adhibita, qua ratione Marsi patrẽ iuuare potuisset. Præterea proposita iam verborũ series non explicat vtrum concisa ante scalpello, an integra cute cucurbitulã thoraci aptare voluerit.

F Si enim forte fortuna vt nonnunquã cuenire solet frigida aridaq; fuerit passio, sanguinis quidem detractio ad extremum ducit periculum, sola verò cucurbitule, non alio nomine quã caloris excitandẽ gratia vtilis esse cõsentur cucurbitula enim attrahũt ad sese humorẽ ex imo, id quod arida affectioni maximẽ aduersatur. Ignora enim passione qua vel caput, vel mēbranas ipsius afficit, haudquaquã tutum fuerit in exteriores caluaria partes materia retrahere. Sic enim prædicere debuerat, si frigida humidaq; passio fuerit, capite hoc modo affecta,

cure.

curationis summam in calfaciendo exiccandoque statuerit, atque praesidiarum materiam quae huiusmodi habeant facultatem adhibere oportet. Quaeque vix ex obscura me vertigine recollegissem, sequentia etiam legere aggressus sum, inuenire me posse sperans, si non per ordinem, saltem sine ordine huiusmodi aliquem sermonem, qualis is erat quem nuper exempli causa percurrimus. Deprehendi itaque omnia praesidia per delectum vehementer calorisifica, atque exiccantia, aded ut totum caput sinapismo, ab ipso vocato calefaceret, quamuis vehementissimum sit medicamentum. Deinde ablato sinapi caput initio conspergere mox aqua calida rigare iubet: quo medicamine nullum in arte medica violentius inuenies, siquidem dolorem veluti cauterium excitat: sed diutius durat eius operatio. Itaque Archigenes inferes inquit: igitur intolerabilem habet dolorem, neque ulli vel maximorum praesidiarum cedit hoc medicamentum. Quin etiam ex sinapi, nasturtio, grano gnidio, vna taminea (καριδάριον Graeci vocant) apophematisimos instituit, ac sternutamenta mouere, et potiones propinare iubet vtraque; ex vehementer calidis aridisque medicamentis componens: ut facile constet ipsum credidisse ad humiditatem et frigiditatem vel cerebri vel membrarum hanc passionem pertinere. Huiusmodi enim passio si caluariam tantum affecerit hominem memoria haudquaquam priuabit. Verum haec obiter propterea dixerim, quod exiccantia calorisificaque remedia inducit. Quamquam nusquam ab ipso explicatum est humore frigoreque obliuionem constare. Sed quis non indignabitur videns caput tot vexari modis, alia videlicet parte patiente? Caterum id quod de cucurbitulis ab initio indeterminate protulit, postea pergens huiusmodi verborum serie manifestissime declarat. Atque irrationes (inquit) quas sinapi cucurbitulaeque inferunt leuare oportet: Quippe quae interdum mitiores, interdum vehementiores esse solent. Atque efficaciores sunt illae quae concisa prius cute adaptantur: verum hoc clarissime Archigenes nulla tibi suffragari ratio potest quam obrem capiti ista adhibeas si passio consistat in corde. Neque enim ab experimetro ut interim empiricos alloquamur, talia possunt inueniri. Nam effluans quispiam sub ardenti febre frigidam aquam per intemperantiam ingessit, et nonnihil praesidij expertus medicis imitationis viam nulla interueniente ratione aperuit, cucurbitula vero, nulla fortuita occasione duce, sed sola indicante ratione adhibetur. Neque enim sua sponte cucurbitula sese adaptare, neque etiam si hoc detur per fortuitam occasionem aliquam capiti adhiberi potest, praesertim in ea affectione quae raro euenire solet. Interroganti vero mihi nostra tepestatum medicos praecipue senes et exercitatos, curassent ne vnquam huiusmodi passionem omnes pene responderunt, nunquam id se sentirent, vno duntaxat excepto qui diceret curationem quidem aliquando se aggressum, nihil vero profecisse: quo pacto igitur eorum quae ex casu quodam fortuito accidunt auxilia imitatione cognoscemus? si raro eueniat huiusmodi passio, nec fieri possit ut

A cucurbitula per se casu quodam capiti adaptaretur? Frigida, n. potio, ceteraque id genus remedia, quorum quotidie in multis creberrimum facimus periculum per experimenta inueniri possunt: sed cucurbitula appositio, siue concisa prius cute, siue ea integra fiat: ab experientia occasione accipere non potui. Cum enim reliquarum passionum sedes, quamuis non exacte ad inuentionem remediorum satis sensibus dignoscuntur: in memoria id conceditur minime. Reliquas voco passiones ut lateralem morbum, B peripneumoniam, nephritidem, passionem colicam, hepaticam, splenicam, aut vesicam, aut vteri passionem, atque id genus ceterarum partium. In quibus omnibus et dolores et ea quae per meatus excernuntur, et si non exactissime saltim in latitudine sedem affectionem declarant. In laterali enim morbo facile est vniuerso lateri adhibere quidquid volueris: similiter ventri in colica, quemadmodum si hepar aut lien inflammetur hypochondrijs: atque haud secus in ceteris partibus. Deperdita vero memoria nullum patientis loci signum, nec tumor praeter naturam, nec dolor aliquis, nec excretio, neque aliud quidpiam extat. Quemadmodum neque in melancholia, phrenitide, insania, morbo comitiali, lethargo, sopore, et in ea passione quam recentiores medici carochen vocant, et in catalepsi, ac ne in his quidem passionibus quae vel toto corpore residet ut spasmi et palpitationibus, vel altera duntaxat medietate ut paralyti. Nullum enim signum ab his tanquam ex radice prodit: quippe nec tumor praeter naturam, nec dolor, nec color a priori mutatus, nec excrementa unde Archigenes potuisset inuenire remedia, siquidem nugaces sunt empiricorum fortuitae occasiones: atque Archigenis sermo nos ducit ad cor. Verum si concedamus ab experientia dictarum passionum auxilia prodixisse, nunquid manifeste deprehendatur falsa illorum arrogantia qui dogmatici vocantur? ac ne simplex quidem illa reprehensio erit, sed gemina atque vtraque fortis. Si enim vsque aded vtile est experimentum, ut non solum citra rationem inueniat remedia, verum etiam coarguat rationem tanquam a parte falsam, tantum abest ut ratio dogmaticis medicis sit vsui, ut etiam nocere videatur: sed (ut aiunt) satis erat eam inutilem esse ostendisse, verum si ratio aliquando etiam nocere videatur, quod magis argumentum desideras quo rationis vitium ostendatur? porro multas de principe vitium rationes dialectico more interrogando inductas vna cum patientium locorum vsu quibus euincere possis in animalibus affectibus auxilia cordi adhibenda esse, ita subito contempsit Archigenes alioqui in curandi ratione exercitatus, ut neglecto pectore capiti cucurbitulas adaptaret, ipsamque licet haudquaquam patiens et incideret et vreret. Num igitur, per louem mentitus sum paulo ante cum dicerem rationalem viam quod ad remediorum inuentionem pertinet, omnino prodi ab his, scilicet qui patriam quam secta sua prodicionem equiori ferrent animo? Quippe prodicionem esse arbitrantur, si vera dicendo dissentientium sit his quibus ea secta defenditur. Igitur ut in praesenti

ria turpem contentionem manifeste declarant, sic etiam haud obscure dementiam suam produunt, cum putant omnia sua decreta turbari si aliquando vel in vno reprehendantur. Placitorum enim alia mutuo consequentia coherent, alia inter se pugnant, alia neque consequuntur sese nec pugnant, ut in hac ipsa de principali anime potestate quaestione. Siue enim in corde, siue in capite sedem ei statueris, poteris de elementis, quamcunque volueris eligere opinionem, cum priore sententia nec pugnando nec consequens aliquod adducendo. Haud secus de generatione quoque, & corruptione, de anime essentia, de viis, de providentia, de fato, item quod sit mundus, an ingentis: finitus an infinitus: praeter ea an plures sint mundi, numeroque incomprehensibiles, an vnus duntaxat. Quippe nulli iam doctorum placitorum repugnat, neque ad vllum ipsorum sequitur ea qua de anime vi principali habetur opinio, siue in corde siue in cerebro eam contineri dixeris. Itaque vniuersam suam sectam dogmatici produunt, qui huiusmodi scribunt curationes, cum de propria anime vi adeo manifesta sint demonstrationes, ut omnibus fere hominibus nota sit pars, in qua residet, solis medicis, summisque philosophis, qui in corde eam collocant, non appareat. Demonstrationes vero ipsas in commentariis quos de Hippoc. Platonisque decretis edidi, iam dixi. Porro rationalem anime vim in cerebro, virilem vero atque irascentem in corde, concupiscentem in iecore sitam esse, nemini non persuasum est: id quod quotidie dicentes audiendo, discere licet. Quippe fatuū, aiunt cerebrum non habere, timido & pusillanimo corde esse. Titio vero iecur ab aquila erodi non solum poetae: verum etiam pictores, sculptoresque fingunt: sed tempus est ut ad propositum redeamus. Sane in confesso est omnibus medicis si opera qua rationali potestate patiente laborantes faciunt, caput propriam rationis esse sedem. Proinde consideremus oportet, qualis sit in vnaquaque passione affectus, de lapsa memoria principium facientes, si quidem de ipsa loqui statuimus. Haec autem cerebro nobis occurrit, vitata simul quodammodo ratione, quemadmodum si ratio laedatur, memoriam quoque laedi contingit, vtriusque noxia ab eadem passione procedente, quae vbi vehementius intenditur, simul cum memoria ratio quoque deperditur, quae passio stultitia nominatur.

Videri possit commune illud preceptum de vniuersi corporis curatione ante topica remedia non habere locum in abolita memoria, saltem non semper habere locum. Nam ea passio auctore Galeno est intemperies frigida. Esto ergo nuda sine humore, (potest enim esse) ac si lubet sit cum siccitate: (Nam & hoc potest ut ex verbis Galeni palam fiet) quorsum mittatur sanguis? Aut quorsum expurgetur vniuersum corpus, quod cerebrum intemperatum sit: cum positum sit illud sine fluxione laborare, atque cum ea intemperies qua laborat non calida, & quae fluxiones possit conuocare, sed frigida, quae magis

repellit, sit? Certè est non parum necessaria corporis totius vacuatio, cum quoniam intemperies, quaecunque ea sit, debilitat membrum, in membrum autem debile facile mittunt reliqua, si tantum habent redundantie, tum etiam quia cerebrum eo tempore à parua etiam fluxione replebitur multum, utpote refrigeratum, quòdque nihil discutit. Sanguis igitur mitti debet ante omnia, aut expurgatio molienda est: ut hoc aut illud exiget corpus. Verum licebit in hac affectione, si non dum incoepit caput laborare fluxione, ut in quacunque alia capitis nuda intemperie, venam secare, quae nullam habeat cum capite rectitudinem, ut venam in talo, aut internam in cubito. Non enim ex capite haurire sanguinem, tunc temporis mens est, sed alia membra in penuriam deducere. Quare quod à Galeno paulò post dicitur, vbi ita scriptum est: Si enim sit affectio ut potest, si ita res ferat, frigida & sicca esse, detrahere sanguinem extremum est malum: intelligi debet de sanguinis de tractione quae ex ipso capite fit, ut affixis curbitulis capiti, cum sacificatione, aut scissata vena in ipso capite. Hoc enim non potest non esse malum in hac affectione, extremum vero, cum ea est frigida, & sicca. Ergo vbi ego legi, de tractionem igitur sanguinis modicam & repetitam factam esse vobis incipiente interceptione credidi, habetur in Graecis codicibus, *πεποιδαι ημας*. Censeo autem eos esse deprauatos, legendumque esse cum *v. ημας*. Nam haec verba, *αφαιγεσθαι μηδ' εμ' εμ' αμαρ' & αμαρ' εσθαι μηδ' εμαρ' αμαρ' εσθαι ημας αρχαιων τ' ης ε ποβ' ημας πεποιδαι ημας*: non videntur mihi bene coherentia: ut ego legi, haerent aptè, & reddunt bonum sensum; quòd modò inuestigat Gal. & paulò ante scire cupiebat ex Archigene, à quo intemperantiae genere aboleretur memoria, videbitur fortassis alicui inanis quaestio, quando quidem videtur posse actio haec non minus quam alia quaecunque, à quavis intemperantia cum multum exorbitat corrumpi, cum celebratissimum sit apud omnes medicos, maximeque apud ipsum Gal. omnem immodicam intemperiem deicere actum cuiuscunque virtutis. Nimirum virtus omnis, aut facta (nam nihil interest) aut temperamentum ipsum est, aut simul cum temperamento tollitur (dicit Galenus paulò infra in hoc ipso libello) cum ergo temperamentum exorbitantia cuiuscunque qualitatis corrumpatur, omnis facultas exuperantia cuiuscunque qualitatis corrumpetur. Certè videtur hic sermo probabilis, verum Galenus ita potest effugere calumniam. Cum sint tres propriae cerebri actiones, recordatio, extimatio, & imaginatio, cumque in cerebri cauernulis, quae quatuor inueniuntur, nulla in

his ipsis consistente actionum ipsarum differentia, saltem quam nos possimus sentire, sed omnes agantur in omnibus cavernulis. (Hoc enim partim est in superiori sermone dictum, partim secundo libro controuersiarum à me monstratum, partim monstrabitur postea in hoc ipso sermone) ad memorandum indiget cerebrum intensiori calore, quam ad extimandū, aut imaginandū, ad hæc verò indiget moderatori quam ad memorandum. Hinc fit vt cū refrigeratione intemperatur, citius amittat memoriā quā rationem & imaginationem, quia quod maiori calore indiget minus potest sustinere illius subtractionem, quam cui minor sufficit. Tamen cum per calefactionem excedit cerebrum suum temperamentum, citius læditur secundum extimationem & imaginationem quam secundum memoriā. Ergo cum memoriā repente sine alijs cerebri læsionibus minuitur, aut tollitur, frigus in causa est, aut solum, aut cum siccitate aut humiditate. Nam si calor foret, necesse esset multo ante læsas esse imaginationem & rationem. Galenus verò hic de memoriæ læsione sine dementia disputat. Verum oportebit dictis adijcere, frigus actiones incipere, statim ac lædit minuere, & deinde tollere, calorem verò nullam actionem tollere, nec minuere, qn prius deprauet. (Tres enim tatum læsionum modi possunt actionibus contingere.) Nam cum facultates omnes vtantur vt instrumento calore naturali, & frigus nullius actionis sit effectuum per se (vt à nobis monstratum est capite decimo libri quinti controuersiarum) sed omnibus sit per se aduersum, crescente frigore minuitur instrumentum actionum, puta calor, crescente calore fit præter naturam & prauum instrumentum. Igitur si frigore intemperatur cerebrum, primum amittitur memoria, eaque sola si frigus plurimum crescit, læditur etiam ratio, verum ea læsio non deprauatio, sed amissio est aut diminutio, appellaturq; ea affectio fatuitas. Si verò calore cerebrum intemperatur, primum deprauantur ratio & imaginatio, memoria nihil læsa, deinde si calor multum crescit, memoria etiam deprauabitur primum, deinde nihil mirum si tollatur etiam, per accidens, corruptione facultatis quæ in temperamento habet essentiam: verum satis constat, quàm facillè distinguatur illa læsio memoriæ ab ea quæ per se incipit, de qua hic differitur. Constatque vt non inepte quæramus à qua intemperie ea contingat, quanquam à quacunq; intemperie possit omnis actio tolli, verum addes, solam humiditatem aut siccitatem posse memoriæ officere per se, citra frigus, eo quòd memoria ad facillè apprehensionem humiditate

A quadam, & ad firmam retentionem quadam siccitate indigeat. Hoc quoq; ita potest distinguui. Humiditas & siccitas nudæ & citra succū non possunt repente ingruere, sed paulatim, ac multo tempore ab humoribus verò illis qualitatibus affectis citius fient aliæ passiones, vt grandines, aut vertigines, quàm memoriæ abolitio. Itaq; si quis repente memoria est priuatus citra præsentem insaniam, is cerebro est refrigeratus. Sed illud quoq; oportet dictorum gratia adijcere, posse memoriā non minus reliquis facultatibus pati, non minutione solum & abolitionem, sed deprauationem etiam (quanquam Galenus id Symptoma. libello de Symptomatum differentia videtur omisisse.) Nam si quis species quas memoria conceperat nullatenus amisit, sed confundit ita vt quæ Petri sunt, Paulo, (gratia exempli,) quæ Pauli Petro tribuat, recordatur sanè rerum omnium, sed peruerse. Explicita sanè iam sunt verba illa Galeni. Hæc passio crebro nobis occurrit vitiosa simul quodam modo ratione, quemadmodum si ratio lædatur, memoriā quoque lædi contingit, vtriusque noxa ab eadem passione procedente: quæ vbi vehementius intenditur, simul cum memoriā ratio quoq; deperditur: decisa etiam obiter est controuersiola quæ hoc loco solet cogitari, an cum memoriā necessario lædantur ratio & imaginatio, sed modo distinctioris doctrinæ gratia enarrabo iterum. Quæcumque ex causa memoria minuat, tollaturue, patiuntur aliæ duæ facultates quodam modo, id est per compassionem, priuationem materiæ, defectu inquam specierum, quas memoria illis solet supeditare. Id certe esse quàm verissimū hac ratione intelliges, fieri potest vt homo alioqui solertissimus malū aliquod imminens non præuiderit, quod rei cuiuspiam alterius, quæ illud portendebat, oblitus sit. Oportet ergo eum virū qui sit prudenter coniectaturus, non modo solerte esse, sed & firmę memorię: priuatur ergo suo munere quodam modo ratio læsione memoriæ, quod cōtra non accidit. Nihil enim prohibet imprudentē hominē esse firmissimæ memoriæ, verum si non de priuatiua cōpassione loquaris, oportet causas distinguere. Si memoria frigore læditur primū sola læditur, nulla propria passione serpente in alias potentias, deinde verò crescente frigore, reliquæ etiam læduntur, omnium noxa ab eadem passione procedente. Cum ex calore procedit memoriæ læsio, multo ante rationis læsio inceptit. hæc proculdubio ita intellexit Aetius, qui libro sexto capit. 2. ita scripsit: At verò vbi memoria deperdita est in febrilibus morbis, simul perit omnino & ratio & imaginatio. Nō enim sine causa adiecit Aetius in febrilib. morbis, sed

quia cum frigore memoria læditur, non necesse est reliquas facultates simul perire.

Pereunt autem ambo hæc & in lethargis, in omnibus soporosis passionibus, atque affectionem ipsarum necesse est unam esse genere: secundum quidem primum genus intemperiem (ostensum enim est eam simplicium partium quæ primo operantur communem esse affectionem) secundum alterum verò frigidam omnino intemperiem esse. Hac enim animales actiones torpidas efficit, id quod animalia qua per frigora latere coguntur, haud obscure declarant, id etiam in frigidis medicamentis videre est, ac frigidis quoque cibis: si quidem lactuca graues inducit somnos, si multam ipsius quantitatem quis ingesserit. Verum etiam capitis grauitates, quæ videlicet sine mordaci infestant dolore, somnum, soporemque afferunt, quibus apoplegmatis magnifice opitulari videntur. Ad hæc non mediocri argumentò sunt capitis ardor, & perfrigeratio: si quidem ardor vigilias, perfrigeratio soporem inducit. Item biliosi calidique morbi vigilias, deliria, phrenitides: contra pituitosi frigidique, ignauiam, soporemque efficiunt. Quippe quod ad vigilias soporesque, per morbos pertinet calida frigidaque intemperies primam cibi facultatem vendicat: altera verò ab hac ad humiditatem ariditatemque, refertur, nam balnea eo quod caput madefaciunt, soporifera sunt. Haud secus vini moderata portio, omnes cibi humectantes atque ex ætatibus pueritia quidem ob humorem somnolenta est. Senes verò ob ariditatem vigilis vexantur, igitur omnia hæc argumentò esse possunt ad animi ignauiam inducendam, humiditatem præter naturam secundas partes obtinere, frigiditatem verò priores. Proinde ut humiditas abundans vel sola longos profundosque somnos: ita ariditas quoque sola vigilias efficit. De quibus passionibus ab Hippocrate dictum est: somnus aut vigilia, si alterutrum modum excessit, malum est. quod si frigus cum humore sufficienti coniungatur, soporem, stuporemque constituit: sine hoc verò memoriæ nocet, fatuitatemque inducit. Cuius itaque non solum in frigiditate humiditateque, verum etiam in ariditate & calore non paruum secundum magis & minus sit discrimen, nihil mirum si multifaria inueniantur cause, quæ animales actiones lædere possint. Ceterum clarioris doctrine gratia rationalis animæ actiones, principales: irrationales verò, morales vocentur. Sed has in præsentia silentio præterire decreuimus. Nondum enim vel cordis, vel iecoris passionibus tractare proponimus. Igitur quemadmodum somnus & vigilia si modum excesserint, illa ob humiditatem, hæc verò ob temperantiam sit aridam: ita & in his ipsis, & magis, & minus tum in somnis, tum in vigilis sequitur maiorem aut minorem vel humiditatem vel siccitatem. Cumque bifariam (ut iam declaratum est) fiant huiusmodi intemperies, duplex quoque erit vtriusque passionis modus: vnus quidem in humidis siccisque humoribus, alter verò in corporibus solidis: si aliquando in eadem intemperies solida partes

atque molles inciderint. Præterea quamuis iam dicta temperies sint contraria, sit tamen ex ipsis mixtum quoddam temperamentum, ut in vigilanti sopore cum pituitosis biliosisque humoribus abundauerit: ita in calidi frigidique contrarietate eosdem quoque modos inuenire licet, tum simplicibus intemperantijs, tum ex amibabus compositis. Pituita enim & bilis misceatur, flaua dico mixta sit ex calido frigidoque passio. Quod in solidis corporis partibus mixtam ex contrarijs passionem fieri fateamur, tres ita prodibunt in vnaquaque contrarietate prima intemperies. Igitur huiusmodi passionibus omnes capiti aduenire solent, sed inter se differunt, non solum mixtionis varietate, aut eo quod magis minus intenduntur, cum in simplicibus tum mixtis passionibus, verum etiam quod ventriculi cerebri interdum afficiuntur huiusmodi intemperantijs: interdum vniuersa eius vasa, aut humiditas quæ per corpus cerebri dispersa est. Accedit ad hæc quartus quoque modus, cum videlicet ipsummet corpus cerebri intemperatum reddatur.

Lethargi nomen nonnunquam accipitur pro ea affectione de qua proprie dicitur, quam comitatur somnus grauis per totum morbum cum continua febre, quæ affectio phrenitidis est secundum speciem contraria, nonnunquam pro quacunque delatione in somnum, ita ut grauis somnus qui solet per accessiones quartandam febrium accidere, & qui proprie appellatur Carus, & Veterinus, qui per consensum hypochondriorum solet accidere, hoc nomine dicantur. Aetius lib. 2. tetra bibli. cap. 3. nos admonet harum nominis acceptionum, quas Galenus hoc loco respexit dicens: Pereunt ambo hæc in lethargis, & omnibus soporosis affectionibus. Iam verò quod omnes has affectiones secundum primum genus intemperies esse, secundum alterum verò soporosas esse frigiditas, vigilias & deliria calidas, satis aperte significat, quod nos scilicet libro controuersiarum monstrauimus, phrenitidis nempe, & lethargi essentias haudquaquam consistere in tumoribus præter naturam. Sed in cerebri intemperantijs cum effluentia humoris, quæ nisi præscindatur auxilijs, firmatur in tumores. Ergo omnis causa quæ suapte natura moderatum & naturale quodpiam accidens solet gignere, si in quantitate modica sumitur, causa sit grauis symptomatis. Hoc dixerim propter lactucam quæ Galenus cap. vltim. lib. 2. leuiter inducentibus somnum annumerauit, & modo dicit graues somnos facere si immodicam ipsius quantitatem quis ingesserit. Quod ad somnum inducendum à Galeno dicitur frigus habere primas, de sopore intelligendum est. Nam ad naturalem somnum primas habet humiditas, cum verè somnifera dicatur medicamenta tantum humida, primo de symptomatum

tum causis cap. vltimo. vnde satis patet perperam omnino Copū verba paulo inferius scripta ita transtulisse: Quod si frigus cū humore vehementer intendatur, soporē stuporēq; constituit, sine hoc verò memorię nocet, stultitiāq; inducit. Nam hæc verba aperte significant, frigus et si vehementer intentum sit, si tamen sit sine humore nō facere soporē, sed pro eo fatuitatē & obliuionē, quod dictis paulo antè repugnat. Nam cū solus humor somnum possit facere, si solū frigus non potest, falso tribuantur frigori in conciliando somnum primæ. Præterquam quod per se est falsum, frigus vehemens et si solum sit, non stupefacere. Nam medicamentā quamplurima eorum quæ soporifera dicuntur sunt frigida & sicca, vt ex his verbis Galeni quinto de simplicium medicamentorum facultate cap. 17. licet colligere. At ea quæ *ἡνερὰ πορῶν*, id est soporem epota molium tur, ac proinde *ἡνερῶν*, hoc est somnifera à plerisq; nuncupantur, temperiem sortiuntur vel summe aduersam ijs quæ re vera sunt a nodina. Refrigerat siquidem omnia corpus, & sensum eousque obstupefaciunt, vt si paulo liberalius ebibantur, mortem adferant. Ceterum ad vsum propositum optima sunt quæ desiccant. Propterea igitur nos curauimus hunc locum fideliter transferre. habet verò græca litera in hunc modum: *εἰ δὲ ψυχρὸν τὸ μετ' ὑποτίθῃ & ἡνερὸν πρὸς τὴν ἡνερῶν πορῶν, ἡνερῶν πορῶν παρὶς αὐτῶν γὰρ, ἡνερὸν δὲ τῶν αὐτῶν, ἡνερὸν τῶν ἡνερῶν πορῶν, ἡνερὸν δὲ τῶν ἡνερῶν πορῶν.* id est: Si autē frigus cum humiditate sufficienti coniungatur, soporem stuporemque inducit, sine hac verò, memorię lesionē, & fatuitatem. Hic quidem non sit mentio de vehēmenti frigore (nam quod tale est nullo humore indiget, vt somnum inducat) sed de eo quod solum non faceret somnum, & cum quodam humore possit facere, sine eo verò si non soporem, ad memorię abolitionem scilicet minor frigoris gradus (cum frigus solum est) sufficit obesse memorię, quam stupefacere: frigiditas verò & humiditas vtralibet per se, cum vehemens est, valet stuporem facere, cum est moderata, nulla illarum per se facit, ambæ coniunctæ faciunt somnum. Vbi nos legimus, & vini potio moderata, in nonnullis codicibus habetur, *ἡνερῶν πορῶν* non *ἡνερῶν* id est moderata, sed *ἡνερῶν*, id est immoderata. probaturque à nonnullis hæc lectio, quia vident multos à vini mēracioris potatione sopiri. Verum ego putauerim legendum à moderata, quia immoderata quanquam nonnullos sopire possit, quibus scilicet cerebrum non facillè ardet, & exiccatur, tamen multos agit in peruigilium, vt indicauit in fine secundi libri historia pueri, ad quam modo respiciens Galenus, dixit potio vini moderata.

EXtribus rebus docet Galenus cognosci posse in abolita memoriā cum frigore coniungatur humor, an siccitas, an earum qualitatum neutra, ex somno scilicet aut vigilia, aut in his ipsis mediocritate, & ex ijs quæ ex capite desillant per os, & nasum, & ex causis procatarticiis. Hinc facillè colligit curationem qua in ea ægritudine vti oportet. Est enim ea aut sola calefactio, aut calefactio cum humectatione, aut cum desiccatione, vt fuerit affectus. Refert interim historias quorundā, quibus cum desiccatione, abolita memoria est, alteri ob vigilias & studia, alteri ob laborem immodicum, vt interim nos doceat has causas solere simul siccare, & memoriā tollere. Deinde repetit dictorum quedam. Primum quomodo distingui debeant hæc mala, cum propria sunt parti ab iisdem cum per consensum sunt. Inuehiturq; rursus in eos qui animalem facultatem in corde sitam esse asseuerabant, cum essent medici, quos oportuit ipsa curatione admonitos, contrarium intelligere.

QVorum itaq; vel memorię vel intellectus perit, somnos obseruare oportet, (quippe **C** intellectus amissio stultitia est) virum vehementer an modicè somnolenti sint, aut omnino non somnolenti, sed quantum ad somnum pertinet, secundam naturam sese habeant. Sic enim vincentem inuenies intemperiem. Præterea considerandum est, virum excernant quippiam vel ex naribus, vel ab ore, quod à capite desinat, an arida huiusmodi partes sint, quippe ex his passionem ipsam consequi poterimus. Quemadmodum in desiccatione, & grauedine vsu venit. Siquidem in his **D** & qualitas & quantitas excrementorum, atq; causarum quæ precesserunt contemplatio capitis passionem declarat: siue calida fuerit vt in ardore, siue frigida vt in perfrigeratione. Nisi enim omnia hæc discretè cognoueris, idoneā cuiq; passionē curationē haudquaquam inuenies. Cum igitur vel perit, vel grauitè lesa est memoria, frigida intemperies est: quocirca calefacere ipsam oportet: at verò exiccare aut humectare non necessariū est, sed si humiditati copuletur refacere: si ariditati madefacere: ceterū si inter hæc mediū obtinet, ipsum conseruare oportet. Equidē noui quendā qui ob laborem in studijs, atq; vigilias memoriā penè amiserat, lesa etiā ratione, item agricolā qui ob labores quos vites colendo subierat, ac tenuem victum eodē modo affectus est. Atq; ij exiccantibus calorificisq; ladebantur, madefaciētia verò qua calefaciēti quoque vim haberēt haud mediocri ipsis erat presidio. Interdum verò vbi principales actiones lesæ sunt, febris quoq; accidit, vt in phrenitide & lethargo. **E** Interdū sine febre vitium est, vt in mania, & melancholia: id est quod modo per consensum, modo primaria passione cerebro laborante accidit. Cū igitur proprijs accidentibus exactè discernuntur huiusmodi vitia, & perpetua sunt, neq; alijs preaccidentibus superuenerunt, primogenia passione: cum verò proprijs accidentibus discerni non possunt, nec perpetuo permanent, atq; ad alias passiones consequuntur, per consensum ipsa constare dicimus. Nec latere nos debet, vbi per consensum quis patitur fieriq; adhuc passio, quod deletis efficientibus ipsa

ipsam causis, ipsa quoque simul deletur. Si verò consentientes partes permanentē iam habeant passionē, quāuis quiescat causa efficiens, ipsa tamen permanebit passio. Igitur quod in cerebro consistant omnes principalium animæ actionū passiones in cōfesso habent omnes medici: si quis vni fortasse secta addictus, aliter in animo sentiat, aliter deprobat ex ore, at qualis sit intemperies, non sine negotio inuenitur, medicūque requirit, non qui laboret quō antiquis contradicat de animæ principatu, re adedō aperta & perspicua, vt eā in cerebro esse etiā inter priuatos conueniat: sed qui laborosus sit, & inquirendo non defatigetur. Sed Philosophis fortasse, vt pote in angulis desidentibus facilius pro hoc errore quis veniā dederit, medicorū verò qui in operibus medicis consenuerunt indigna venia est conuersionis libido, aut vt verius dicā impudentia, quādo quidē vigilantibus phreniticis letbargicis caput irrigare consueuerūt, nā & arc. quoque vbi vitata memoria medicāda est aut stultū medicari aggreditur, capiti remedia adhibet, quā vnquā exercitatus medicus apoplexiā morbū comitalem Opisthotonon Emprothotonon neruorū distentionē aliter curauit? Quis denique dimidiā partē corporis resoluit? Nunquid verò vbi nerui conuulsionem patiuntur, oēs medici vel experimenta etiā profecti: summā curationis esse censent primis vertebri remedia adhibere? Quemadmodū vbi dimidia quoque vniuersi corporis pars resoluta est. Porro cerebrum quoque cāsfaciunt, quemadmodū apoplecticos quoque curare consueuerūt, morbumque comitiale. At cum vel in stomacho, vel in alia quapiā parte passio consistit, eam maximē, & imprimis curare præcipiūt, cerebrū verò ita preparant vt nō ita facile afficiatur. Hæc itaque potissimū inquirenda sunt non principalis animæ vis, quam nemo nisi peruersa fuerit mente, non apertissimē cognoscit, nec neruorū originē diuiniantiū more à dijs petere, sed ab experto dissecatore discernere oportet.

Passiones quæ cum ex alijs principium acceperint, habent iam propriā permanentiam, vt inguinum inflammatio ex cruris vlcere, non tam debent appellari, morbi per consensum, iam enim facti sunt proprii, quā secundarij. Verū Galenus nomina minus curans, omnes secundarios morbos appellat hoc loco compassiones, & diuidit postmodum morbos per consensum, in eos qui simul cum causa tolluntur, & eos qui propriam habent permanentiam. Quo loco intellige nomine causarum, morbum primarium, non vt alij intelligunt quamcunque causam, putantes omnes morbos fientes esse re verā compassiones, quod falsum esse superius est monstratum.

CAP. IV.

Occasione sumpta à disputatione de neruorum principio, transgressionem facit ad tractationem de conuulsione, docetque illius duas tantum esse causas, repletionem & inanitionem: deinde quomodo ex cau-

A fa procatartica à qua excitata conuulsio est, facile sit coniectare ex repletionem, an inanitionem fiat.

Sunt enim nonnulli qui sibi iam persuaserunt neruos à corde oriri, eo quod nequeunt inter ligamentū neruūque discernere, quibus nonnihil etiā suffragari videtur ipsa homonymia, quippe ligamēta multis medicorū colligantes nerui appellantur. Verū nulla vexabimur nominis inuidia, si modo non ligamenta ipsa, sed voluntarias (vt ipsi aiunt) neruos intelligant, quos scilicet à cerebro initium accipere dicimus. Neque enim illi aut conuulsionē aut paralytin ad ligamenta referunt, sed eorum neruorū qui voluntatis imperio obediūt passionē esse dicunt. Conuulso, n. vniuerso corpore oēs quidē autem pati talē quampiā partē, quæ vt in arbore caudex ramorū, sic ipsa sit omnium neruorū cōmuniū origo: Idque veluti caudex non paucorū in vna parte, quem admodū ramus: vt si vel crus vel altera manus forte fortuna conuellatur, totius membri conuulsio neruorum qui ad ipsum proueniūt originem affectam fuisse declarat, rami cuiuspiam exemplo in arbore. Quod si vniuersum corpus patiat, communē originem omnium, infra faciem neruorum, quæ arboris caudici proportionē respondet affectam esse putandum est, quæ sunt primæ spinalis medullæ partes. Proinde exercitatisimi quoque medici huic remedia adaptant: cordis verò in hac passione, nullā omnino mentionem fecerunt. Si verò simul cum vniuerso corpore, facies quoque conuulsa videatur, non solum eam partem, quæ ex spina medulla procedit, verū etiam cerebrum ipsum curamus: etenim labra quoque septennero conuulsa videmus. Item oculos, frontis cutem, rotam mandibulam, similiter & linguæ radicem. At quia omnes iam dictas partes à musculis, ex cerebro neruos suscipientibus moueri, ex anatomia didicimus, cerebrum ipsis sic laborantibus credimus pati. Vbi verò ipsis illæsis, cæteras partes conuelli viderimus, spina medulla initium pati fatemur. Hæc igitur sunt, quæ promptè discernere, mox ipsorum passiones considerare oportet. Sed sunt nonnulli medici qui passiones ipsas ne aggrediuntur quidem, sed certant super rebus manifeste apparentibus, iacturam temporis nos facere cogunt, quod non erat consumendum, respondendo ijs, qui recta medicorum discreta evertunt, sed inueniendo potius ea quæ illi silentio præterierunt. Vel haudquaquam res ipsas definerunt, aut ea sine demonstratione, aut sine idonea distinctione, aut non satis abundè explicauerunt: quemadmodum Hippocrates, vbi neruorum conuulsionem vel ad plenitudinem, vel vacuitatem fieri dicit.

Non quamcunque membri alicuius contractionem præter voluntatē contingente appellant medici conuulsionem, sed cum propriè vtitur hoc nomine, de neruorū motoriorū conuulsione illud dicunt. Nā nihil prohibet membrum aliquod contracto ligamento, quod musculū neruo alligat, cum

& vita

& vsta, aut malè ad cicatricem ducta cute, sine neruorum malo membrum aliquod contractum manere contingat, tamen contractiones illæ non sunt conuulsiones. Quamquã si tui libet omnè membri alicuius contractionè, conuulsionè appellare potest, modo distinguat conuulsionè ligamenti, atq; aliarum partiũ, à conuulsionè neruorũ motorũ, intelligatq; antiquos medicos hanc solam conuulsionis nomine solitos significare. Quod arbitror eos facere, quòd per alias contractiones, quæ sine neruorũ malis sũt, non apparent signa, quæ conuulsionis appellantur, quibus illi vtuntur ad cognitionem & curationem, puta conuulsiuus pulsus, & motus conuulsiuus antecedens, & resia quædam. Itaque conuulsio propriè dicta neruorum est, quamquã neq; ita dici vellem, sed instrumentorum voluntariorũ, musculorum scilicet, aut neruorum. Ita enim dicit Gal. primo de causis Symptomatum, & certe videas Galenũ, hanc passionè modo referre in neruos, modo in musculos, modo in ambo hæc, vnde ego illud intelligo conuulsionem amborum esse, tamen modo esse passionem propriam totius musculi & cõ passionem nerui, vt cum conuulsio fit musculo disto multo flatu quem in seipso generat, (nam ita posse fieri Galenus ipse docet) modo esse neruorum propriam, & cõ passionem in musculo, vt cum repletionem aut inanitionem, fit ipsius nerui.

Etenim verus est sermo eius: quibus verò rationibus fulciatur vt fides ei adhibenda sit, non popularibus, sed doctis dumtaxat viris, & qui diligenter prima medicina rudimẽta didicerunt, notũ est. Hæc igitur cũ didicissem facile mihi persuasi, conuulsionem fieri ob eas causas, quæ ab Hippocrate dictæ sunt.

Indicatum est à me libro 5. controuersiarum cap. 14. verissimam esse sententiam illam Hippocratis, conuulsio omnis ex repletionem, aut inanitionem fit, nec præter dictas, esse aliam conuulsionis causam, quare vanum prorsus est, quòd barbari dicunt, de spasmõ non proportionate (ita loquuntur) ad materiam: eo quòd mala quæ sine repletionem aut inanitionem fiunt, vel non propter repletionem, aut inanitionem, nõ tam conuulsiones sunt, quàm motus conuulsioni quodammodo similes. Sed hæc dicto loco docuimus. Illud etiam hoc loco sciri expedit, cõuulsiones, quas repletio facit cum ea quam facit inanitio, si morborum essentias consideres, nõ esse eiusdem speciei morbum, imò verò neq; eiusdem generis, sed esse duo mala genere diuersa, quæ similitudo symptomatis, contractionis in quã membrorum efficit, vt vnò nomine dicerentur. Constat si quidem contractionem non esse

A morbum, sed symptoma & actionem deprauatam, morbum verò esse affectionem illam nerui, quæ deprauatæ actionis causa est, per se & primò: ea verò est aut ariditas nerui, aut distentio quæ ab humore fit. distentionem hanc constat esse morbũ in magnitudine nerui, ariditatem in temperamento. Est enim nihil aliud quàm extrema siccitas. Ergo altera conuulsio (affectus considero non actiones lasas) est morbus in compositionem, altera in temperamento. Tantum abest vt eadè species morbi sit. Hæc apertè colliguntur ex Gal. loco præsentem. Inquit enim humor madefacit ipsas vt in tumorem præter naturã attollantur, qui mox eas extēdit. At veluti sol ea quæ resiccatur contrahit, ita siccitas chordas & trahit, & extēdit. His verbis apertè Gal. reijcit conuulsionem ex plenitudine in genus tumoris præter naturam, & eam quæ est ex inanitionem in genus intemperiei simplicis, quod primo de causis Symptomatum cap. 2. multo clarius dixit his verbis, Quoniam autem duplici ratione tenditur (erat illi sermo de tentionem tunicæ vee, sed quod ad causas huius mali attinet nihil interest, de ijs, aut illis fibris loqui) cùm vtique suapte natura id patitur vel siccata vt corpus simile, vel humectata vt instrumentale. Verum quando hæc apertè iam monstrauius, ad aliud venio quod præscripta etiam verba declarant, quodq; quamplurimis videtur valde difficile, nempe quomodo differat, inter conuulsionem ex repletionem (Nam quæ ex inanitionem fit, apertè dissidet) & paralyin. Videntur enim passionem hæ nonnullis sola ratione maioris aut minoris diuersæ, eò quòd mediocris obstructio deprauati motus neruorum causa fit, maior verò illos sensu & motu omnino priuet. Res tamen non ita habet. Sed ea paralyis quæ humorem cõsequitur, (Non enim omnis fit humore, sed quædã solo frigore aucto ex stupore, quædam etiam neruorum cõstrictionem, aut cõpressionem, primo de causis Symptomatum cap. 4.) generatur ab humore, humectante emollienteq; & obstruente neruos, nequaquam tamen in tumore eleuãte, contra conuulsio fit, vt hic à Gal. dicitur, quia humor in tumorem præter naturam attollitur. Paralyin ergo facit humor, non tam replens caua, & fibras à se ipsis multũ distrahens, quàm ipsas magis penetrãdo, emolliens. Habet ergo intemperiei plus paralyis. Conuulsio enim minima etiam fieri potest, humore, aut flatu tumefaciente neruos, aut etiam ventres musculorum. Proinde tenduntur fibræ per conuulsionem, laxantur per paralyin. Differt itaque specie inter duos hos morbos, quantum inter intemperiem humidam cum obstructionem, & tumorem præter naturam interest.

Quippa

Quippe si omnis motus qui à voluntate procedit, attractis musculis in eas quibus innaſcuntur partes fieri videtur, nec poſſit fieri attractio, niſi ad ſua originē retrahatur musculus: cōſtat conuulſionem, in cōuulſis partibus factam hac ſola ratione à motu naturali differre quod præter voluntatem fit. Itaq; quemadmodum in eo qui ſecundum naturam habet, voluntas in cerebro iuxta neruorum originem ordinata motionis principium primis dat nexuſ, ac per ipſos musculus: ita ſi ſine huiusmodi principio inuenerimus quæ cauſa neruos conuellerè poſſit, modum quo conuulſio fiat nos iam ſcire non temerè proſitebimur. Etenim ſi videris aliquando neruoſa corpora vt lyre chordas ob ambientis aeris immodicam intemperiem aded vehementer vt rumpantur intentas, haud difficulter intelliges, idem in animantium quoque neruis poſſe contingere. Sed quomodo affecto acre tenduntur chordæ vt rumpantur? Si vel nimis aridus, vel admodū humidus ſit, nēpe humor madefacit ipſas, vt in tumore præter naturam attollantur, qui mox eas extendit. At veluti ſolea quæ reſiccantur contrahit, ita ſiccitas chordas & trahit, & extendit. Sic loca quoq; cum ad ignem exiccantur contrahi tendiq; videntur. His itaq; præcognitis haud difficile inuentu fuerit, vtrū ariditate quæ eſt humida eſſentiæ defectus & vacuatio, an humoris plenitudine quæ defectui aduerſatur, & ab Hippo. repletio nominata eſt, paſſio ipſa prodierit: quippe cū conuulſio fit, vel à labore, vel vigilijs, vel fame, vel ſollicitudine, vel arida æſtuanteq; febrī qualem in phrenitico videre eſt, cauſam eius eſſe ariditatem, vacuationemq; rectè putaueris. Si verò remulento cuiſiam ac omnino pleno homini qui videlicet in otio degit id euenire conſpexeris, non ab re à contraria cauſa conuulſionem ortum habuiſſe iudicabis. At qui euacuationi contraria eſt repletio.

Non præter rationem vbi Gal. dicit, cōſtat conuulſionem, in cōuulſis partibus factam hac ſola ratione à motu naturali differre, quod præter voluntatem fit: addidit in conuulſis partibus. Nam ſi ſimpliciter diceret (vt pleriq; dictum intelligunt) contractionem nerui aut musculi quæ per conuulſionem fit, nulla alia ratione differre à motu voluntario, quàm quod inuoluntaria ſit, falſa proſum eſſet aſſertio. Nam cum musculus quiſpiã reſoluitur, aut per medium ſiccatur, contrahitur alter qui contra poſitus ei eſt, idq; præter voluntatē, cū tamen nulla conuulſione labore. Imò verò cū ſanus omnino ſit, trahitur ſiquidē per paralyſin membrum, verſus partē ſanā, contrā ac per conuulſionē. Nec verò arbitror, cuiſpiã in mentē ſubeat dicere eam contractionē non eſſe inuoluntariā, quamuis à ſano musculo agatur. Ridiculum enim ſi, qui tortura oris laborat, per paralyſin libèter putetur buccas contorquere, cū tamē id oēs ægerrimè ferant. Certe nō contrahitur musculus quiſpiã, cū con-

Atrarius musculus paralyſin patitur voluntario impetu, ſed naturali quadā ſuarū fibrarū contractionē, ſimili ei quam vides fieri vbi in demortuo homine musculū per tranſiſterſum ſecas. Nimirū fibræ oēs cum diſtente prius à re alia, remitti incipiunt, deponūt tentionē, corrugaturq; ſua ſpōte, facultas volūtaria nō poſteſt naturali huic fibrarū contractioni, vbi cōtrarius musculus reſolutus eſt, aut ſectus, obliſtere. Nā musculus omnis habet impetū ad contractionē, ad laxationē nō habet. Sed contrarij contrarios diſtendūt, non ipſi ſefe. Itaq; dicta contractio eſt musculi, & eſt inuoluntaria, voluntariāq; omnino ſimilis, tamē conuulſio nō eſt. Quare malè putat hanc eſſe conuulſionis definitionē, eſt motus inuoluntarius ſimilis volūtario. Nā huic quā modo produxiſmus oratio hæc quadrat. Nomen conuulſionis non quadrat. Sed intelligendū eſt verè eſſe dictū omnē conuulſionē eſſe inuoluntariū motū ſimilē voluntario, non tamen vim definitionis, eſſe in illa oratione, quandoquidē non omnis motus inuoluntarius ſimilis volūtario eſt cōuulſio. Quanquā potes definitionē ita accipere, eritq; tunc cōuulſionē continēs: Eſt paſſio instrumentorū voluntariorū, per quam ad ſitū talem, qualē per voluntatē cōparere ſolent, à cauſa quapiam præter naturā in ipſis exiſtente trahuntur. Si ita interpreteris quæ à Gal. de cauſis

D Symptomatum dicuntur, habebis tibi definitionē. Nam ea contractio, quā ex paralyſi factam obijciebamus, non fit à cauſa quapiam præter naturā exiſtente in musculo qui contrahitur. Nulla enim alia ea eſſe poſſet, quàm repletio, aut inanitio, quam nullam habetis musculus. Quin potius benè valet, ſed conuulſionis eſſentiam & cauſam ex dictis modo, atque in libris controuerſiarum, nemo non aſſequetur.

CAP. V.

Tranſgreſſionem facit Gal. ad epilepſiam, & melancholiam, docetq; ambos hos morbos in cerebro fieri, ab eraſis ſuccis: epilepſiam, ſiue ij ſint pituitoſi, ſiue melancholici, obſtruentibus ventres cerebri, melancholiam à melancholicis aſſicientibus ipſam cerebri ſubſtantiam. Obiter diſſerit de numero & principatu ventriculorum cerebri, & de ſpeciebus craſſorum ſuccorum, atq; deinde de modo quo melancholia diſſert à phrenitide (quanquam vtrique accide perpetuum delirium) & à delirio accidente perfectiorem vigores.

Atq; morbus quoq; comitialis conuulſio eſt omnium corporis partium non perpetua, vt in Emproſdotono & Opifſhotono atque Tetano videre eſt, ſed quæ ex tempore accidit interualis: nec ſolum hac re, ſed mentis quoque ac ſenſuum oblaſione à iam dictis conuulſionum generibus diſſert. Vnde conſtat in ſupremis corporis partibus cerebro videlicet hanc paſſionem conſiſtere. Ceterum velox eius diſcuſſio craſſum humorem ſpiritus meatum in cerebri ventriculis obſtruentem,

rem, hanc maximè passionem peperisse declarat nervorum principio seipsum quatiente, quo excutiat id quod noxium est. Ac fortassis per morbum comitalem convulsio, haud ab similibus est his, quæ à spinali medulla incipiunt convulsionibus, singulorum nervorum irrigatis processibus. Verum non ab ariditate vacuationeque, sed à crasso semper humore hanc passionem induci argumento est, quòd & subito fit & soluitur confestim: nam subitariam meatuum obstructionem à crasso viscosoque humore fieri constat. Etenim brevi tempore fieri non potest, ut vel cerebrum, vel tenuior ipsius membrana ad tantam perveniat ariditatem, ut corio simile quippiam pati videatur. Accedit ad hæc: ut is qui sic laborat, nec videat, neque audiat, neque vlllo sensu quicquã percipiat, ac ne cõsequi quidẽ possit quid factũ sit, siquidẽ cũ memoria viribus ratio quoque leditur. Ex his igitur omnibus planè cõstat in cerebro hanc passionẽ consistere impediẽte humore animalẽ spiritũ, qui in ventriculis eius continetur quò minus possit exire. Porro quæ amobrã hic spiritus vocetur animalis, aut quæ sit eius potentia, in eo cõmentario quẽ de Hippocratis Platonisq; placitis scripsimus, iam demonstratũ est. Sane cũ ea quæ per dissecciones apparere solent accuratè considerarem, rationi consonũ videbatur, animã in cerebri corpore sedẽ obtinere, atque in ipso & rationis vim & sensibiliũ imaginũ memoriã residere, ac primũ ipsius instrumentũ, tũ in sensibilibus actionib. omnibus, tũ in his quæ à consilio & voluntate procedunt, spiritum esse qui in ipsius ventriculis, maximeq; postremo continetur: quamvis non contemnendus sit medius ventriculus, perinde quasi non valentissimus sit. Multa enim rationes nos ad hunc adducunt & à duobus anterioribus abducunt, verũ exacta horum notitia ad curationis inuentionem nihil conducit. Nam satis fuerit ad probe curandum nosse sedem patientem esse cerebrum, atque in eius ventriculis humorem crassum & viscidum comprehendere.

Proprium & inseparabile Epilepsie signum est, cõcussio totius corporis per intervalla facta, quæ quãquam à Gal. hoc in loco convulsio non perpetua omnium corporis partium appellatur, tamẽ, ut alio loco docuimus, re vera non est cõcussio. Ea enim non fit præ repletionem, aut inanitionem contractis nervis, sed est motus quidem convulsivus ab ipsius cerebri facultate, conante expellere profectus, appellatur tamen convulsio à Gal. in significatione latiori accepto nomine, ut convulsivum etiam motum significat, vel quia cum motu illo convulsivo in epilepticis semper coniungitur contractio quædam membrorum, quæ re vera est convulsio, & fit à repletionem. atque id quod statim subdit, dicens, ac fortassis per morbum comitalem convulsio, haud ab similibus est his quæ ab spinali medulla incipiunt convulsionibus, singulorum nervorum irrigatis pro-

A celsibus, de contractione epilepticorum dictum intellige. Nam concussio satis dissimilis est nervorum ab spinali medulla ortorũ, convulsioni, immò verò singultui est similis motus, convulsioni veræ non ita. Aut si de concussione hoc etiam videtur, causa cõsequenti sermonis intelligendum, ita intellige, convulsionem per morbum comitalem, id est copuulsiuam illam concussionem, similem esse cõcussioni: non in motus specie, aut efficiẽti causa, sed in materia morbi, eo quòd yterque horum motuum fiat humore incidẽte in nervorũ radices. Quod à Gal. dicitur, velocem discussionem indicare, causam epilepsie esse humorem crassum, non est dictum ad differentiam humoris tenuis (Velocior enim est discussio tenuis humoris, quàm crassi) sed ad differentiam ariditatis, ratione ita procedente, cum epilepsia convulsioni similes habeat causas, eæque sint aut crassus humor, aut inanitio, inanitioque nulla ratione possit repente aut fieri, aut discuti, ut fit, & discutitur epilepsia, habebit ea profecto ortum ab humoribus crassis. Quæ de spiritu animali hic dicuntur, septimo libro de placitis monstrata sunt à Gal. Quibus rationibus induci posset, ut postremum cerebri ventriculum, reliquis omnibus præponat, & medium duobus prioribus, non satis intelligo. Nam quod plerique putant, tres sensus interiores, imaginationem, rationem & memoriã locis disidere, tenereque imaginationem priores ventriculos, rationem medium, memoratricem vltimum, atque perfectioni sensuum, perfectionem ventriculorũ respondere, eo quòd perfectissimus sit qui reminiscitur, imperfectissimus qui imaginatur, vanum prorsus esse iudico, & libro secundo controuersiarũ demonstrari. Qua enim ratione possis mihi suadere, hos sensus ita esse in cerebro collocatos? Aut qua ratione dum ita distribuis, non videaris imperare potius quàm demonstrare? Nam anatome ad hanc rem nihil præstat. Video enim esse quatuor ventriculos, duos priores à lateribus incumbentes alijs, tertium in medio sub his collatum, quartũ postremum & infimum: ramen illos imaginationem, hunc memoriã continere, nunquam vidi. Nec ratio curatiua potest mihi quidquam præstare. Nam utcumque lædantur sensus interiores, eidem parti sunt imponenda medicamenta, puta capiti ad futuras, potissimumque ad coronalem, docente Galeno decimotertio Methodi, capite vigesimo primo. quare verissimè dictum est hoc loco ab eodem Galeno, exactam horum notitiam ad curationem nihil conducere. Nam siue sensus illi interiores locis differant, siue secus: siue ventriculorũ cerebri par sit dignitas, siue impar, siue hi illis præsentent, siue

illi his, ut cūq; lædatur mens eidē parti imponi debēt medicamenta. Quare ad physiologiā pulchra disputatio est hæc, ad medicinā nō est necessaria. Errauit itaq; Leonhardus Fuchsius in curatiōe phrenitidis ita scribēs, ut locis horum sensuum instrumenta distare intelligerēt, quod scire non parum in medendo, ut rectē præsidia adhibeantur, prodest. Hæc inquit tamen oportuit illum ex anatome didicisse, etsi imaginatio & ratio locis differrent, quare earum læsiones diuersarum partium patientium essent, tamen non posse illis, diuersis partibus medicamenta imponi. Nam ventriculus medius, neque anterior est nec posterior prioribus, sed substat illis loco exactē medio. Cū ergo non possis d Fuchsi medicamenta intrinsecus in ipsis ventriculis specillo admouere, cui cranei parti admouebis, ex qua ventriculum tertium respiciat, priores nō attingens? Itaque ratio curatiua nullatenus indicare potest sensuum interiorum diuersas sedes, nec ventriculorum cerebri imparem dignitatem. Quid igitur hoc possit indicare? Num læsæ actionis species? quod scilicet nunc læditur imaginatio sine ratione, nunc sine imaginatione ratio, quod non contingeret nisi locis disiderent? At ratio hæc, quicquid probabilitatis præ se ferat (nam quantum id sit expendimus alibi) illud vnum colligitur, sensus differre locis, tamen hunc esse in hoc, illum in illo loco, alia peculiaris ratio deberet suadere quæ tamen est nulla. Sed ut sensus omitramus, nondum video quæ tam multæ rationes nos adducant ad medium ventriculum, & abducant à prioribus, ut Gal. dicit. Nam si ab exortis argumētari volumus, ratio videtur cedere in contrarium. Nervi enim plurimi, & ij plurimo sensu præditi ante vltimum ventriculum exoriuntur, ab ea cerebri parte qua vltimus fit, nullum oriri video, præter septimum par, & fortassis sexti quādam portionem. Quod maior noxa sentiatur, vulnerato tertio ventriculo quàm solis prioribus, nihil facit ad maiorem medij ventriculi dignitatem. Nam cū non possit vulnus in tertium ventriculum penetrare prioribus nō vulneratis, quāquam sit indignior, præ se feret maiorem noxam vulneratus. vnicum mihi videtur superesse dignitatis medij ventriculi argumentum à situ desumptum. Cū enim natura soleat ea quæ digniora sunt, & quorum maiorem curam gerit, in reconditori loco collocare, collocans priores ventriculos in loco sublimiori atque craneo magis vicino, medium verò sub his, ac sub corpore quod appellant cameratum quartum sub his omnibus in loco profundissimo, videtur nobis maiorem horum & minorem illorum dignitatem significasse.

A **I**gitur quemadmodum hæc ad curaciones quarum gratia & patientes sedes, & earum passionnes inquirimus, sunt vtilia: sic crassorum quoq; humorū differentie vtrum eos nominari, cum simpliciter ita dicimus, vtrum pituita, an atra bilis naturam habent, si tamen in præsentia non obliuiscamur, videlicet pituitosos quidē in quibus humiditas, frigiditasq; melancholicos verò in quibus siccitas atq; frigiditas dominantur: quāuis magna peculiareq; interim differentie, tum pituita tum atra bilis inueniantur. Pituita quidem vnum genus est, quod quotidie vel siccando, vel vomendo, vel emungendo educitur, vaporoso scilicet spiritu plenū, ut ne sensum quidem lateat ipsum esse dissimulare, alia verò pituita similari quidem videtur, licet fortasse non sit similari, qualis est tum crudus humor qui in vrinis substat, tum is qui à Praxagora vitreus appellatur. Atq; ex hoc genere esse videtur salina, quæ nec fluida admodū est nec aquosa. Verū salina nō vnica duntaxat qualitate gustum afficit, nedum vniuersa pituita. Sæpenumero enim & salsam & acidam, ac salsuginosam in ore saliuam manifestò deprehēdimus, veluti cū sani degimus nulla qualitate infecta, sed perinde quāsi aquosa salina gustui offertur. Sic atra bilis quoq; ob substantie varietatem non obscuras habet differentias. Nam alia est veluti fax sanguinis quæ admodum spissa est siccibus vini haud ab similibus: alia verò quàm superior essentia est multo tenuioris, atq; vomentibus eam & olfacientibus acida videtur, quæ etiam terram radit, attollit & fermetat, atq; ampullas quales feruentibus iusculis supernatare videmus, excitat. Sed ea quam crasse feci similem esse dixi, in terram effusa non inducit feruorem, nisi fortè in ardenti febre ipsam præassari contingat, minimè autè acida qualitate participat, tumq; ipsam nominare consueui melancholicum succū, aut melancholicū sanguinem. Hæc enim meo quidem iudicio non rectè atra bilis appellari potest. Prouenit autem huiusmodi humor in quibusdā plurimus, vel à temperie ab initio cōparata, vel à cibo, qui (cū in venis coquantur) in huiusmodi humore transmutari solent. Igitur ut crassus pituita succus, ita hic quoq; comitialem morbum solet efficere, vbi in meatibus ventriculorū cerebri retinetur, siue is medius sit siue postremus, vbi verò in ipso cerebri corpore abundat, melancholiam efficit. Quemadmodum alter atra bilis succus qui præassata flaua bile nascitur, ferina deliramenta inducit, modò sine febre, modò cū febre in cerebri corpore abundans. Atq; ob hanc causam phrenitis nonnunquā mitior est, cū videlicet à pallida bile ortū contraxit: interdum vehementior, cū bilis eam peperit, atq; in super alia nonnunquā dementia occurrit ferina, & melancholica flaua bile præassata. Deliria autem quæ per febrium vigores accidunt, non propria cerebri passione, sed per consensum fiunt, proinde eos delirare & desipere, ac mēte moueri, non solū medici, sed priuati quoq; dicere consueuerunt. Phreniticos autē non appellat, eo quod phreniticorū insania non quiescit mitigatō febrium vigore. Igitur quemadmodum in phreniticis

niticis febris vnum quoddam accidens affectionis cerebri cōsetur, sic è conuerso in ardentibus febribus dementia multis elatis ad ipsum vaporibus. Similis est huic eorum quæ in suffusis apparent symptomatum generatio, ab affectionibus ventriculi excitata. Namq; cerebrum ventriculo, & ventriculus cerebro, suas passiones transmittit, idq; propter nervorum à cerebro ad os ventriculi descendentiū magnitudinē, per quos etiam sensus huic particula, quàm vlli reliquarum corporis partium acutior est. Quocirca capitis fracturas cum ad mēbranas vsq; perueniunt, biliosus vomitus, ac interdum dolores capitis quomodocunq; fiunt, nausea, stomachiq; morsio comitatur. Hipochondriacas verò & stauosas vocatas passiones melancholica tristitia sequitur, haud secus quàm acutam febrem dementia & quasdam oris ventriculi passiones ea, quæ in accidentibus suffusioni simulatur, passio. Sic nervosis partibus inflammatis, promptius, quàm reliquis delirium superuenire solet, idq; ascendente ad caput, interdum per continuas partes solo calore, interdum verò spiritu vaporoso, vel fumoso vel fuliginoso.

Pituitæ nomen aliquando dicitur de eo tantum humore, qui cum è numero sit humorū, quatuor, in via est ad sanguinis generationē, aliquando latius patet, diciturq; pituita etiam succus crudus, (ita appellatur humor qui solet esse in crudis tuberculis, & subsidere in vrina) qui à reliquis pituitæ speciebus differt crassitie (Crassus enim est) à vitrea pituita differt lentore, eo quod vitrea pituita, vt est crassa, ita est lenta. Diuidi solet pituita ab authoribus variè, nunc in plures differentias, nunc in pauciores, quod duplici de causa fieri reperies, aut quod differentia earum iuxta diuersa pituitæ accidentia sumuntur: aut quod differentia aliquot earum quæ alicubi dicuntur, alio in loco tāquam ad alias relata dimittantur. Videas ergo Gal. nonnunquam capientem differentias pituitæ ex modo substantiæ, nonnunquam ex saporibus, nonnunquam ex vtriusq; Atque ex modo substantiæ, non vnicomodo diuisionem facit. Neq; enim substantiæ modus vnum est accidens, sed modò in eo consideratur crassities aut tenuitas, modò æqualitas aut inæqualitas partium. Itaque potest pituita multis modis diuidi, quanquam omnes diuisiones perfectæ sint. Libro secūdo de differentia febrū cap. sexto, diuisit Gal. per saporē, fecitque pituitæ species quatuor, vitream, acidam, fassam, & dulcem. Quarto etiam de ratione victus acutorum commentario 13. per saporē diuidens fecit tres species, redigens nimirum vitream ad acidam. Nam duobus his locis nō aliorum inuestigabat species pituitæ, quàm vt inueniret febrū differentiam, & ex multis alijs pituitæ speciebus; tam diuer-

A sæ febrū figuræ prodeunt, quàm ex his quæ sumuntur ex saporibus. Vitream verò omisit 4. de ratione victus, quia (vt dixi) subacida compræhendi potest, & re vera est differentia ex modo substantiæ potius sumpta, quàm ex sapore, quā tamen in opere de differentia febrū, non oportuit omitti, quia insignem facit figuram febris. Primo de alimentorum facultate, ca. 2. multarum differentiarum pituitæ meminit, diuidens secundū saporē in quatuor, acidā, fassam, dulcē, & inspidam, secundū modū substantiæ dupliciter, primū in crassam & tenuē (intelligi oportet mediocrem, & si nō dicatur) deinde in viscidam & dissipatū facilē. Nimirum in opere de facultatibus naturalibus has oēs differentias dici oportuit. Sunt enim alimentorum quædam succi tenuis, quædam crassi, quædam lenti, quædam succi sine lentore, quædam dulcis, quædam fassi. Dixit verò hic saporū differentias quatuor, quia addidit inspidam, quæ est naturalis pituitæ species, quæ in opere de differentia febrū non debuit dici, naturalis enim pituita talis manens, non potest fieri febris causa. Hoc etiam in loco simile quoddam artificium est. Quoniam enim de pituita quæ in cerebrum incidens obstructions facit, est disputatio, hoc verò nulla qualitate ita fit, sed aut è qualitate partium, aut inæqualitate quæ ex admisione flatus nascitur, aut crassitie, aut tenuitate. Ab hac diuisione incepit Gal. dein de saporibus addidit, quia ad enarrandam acidam melancholiæ qualitatem erat facturus transgressionem. Vbi Gal. dicit, alia quidem pituita similis videtur, licet fortasse non sit, alludit ad sententiam Platonis, qui censuit omnem pituitam esse dissimilem ex multis inuisibilibus ampullis constam. Quod verba hæc ex Timæo declarant: Sæpe verò tenerioris recentisque carnis portio quædam vnā cum aere colliquefcit, dein de vento inflatur incluso, humiditate protinus circumfusa, fiuntque ex hoc ampullæ, quæ sigillatim propter paruitatem videri nō possunt: iunctæ verò simul in grandiore tumefactæ molem, conspiciuntur: coloremque propter spumę generationem habent album. Omnem hanc tenerioris carnis eliquationem vnā, cum spiritu factam, quæ ex humiditate vento circumfusa tumefcit, albam pituitam appellamus. Saliua re vera non est pituita, quanquam verba hæc (Saliua non vnā qualitate duntaxat gustum afficit, nedum vniuersa pituita) illud videntur significare. Sed est humor quidam in oris & faucium glandulis genitus propriam substantiam habens. Quod aperte intelliges ex saliuę viribus, quas decimo de simplicium medicamentorum facultate Gal. scribit. Constat enim illas nullius speciei pituitæ esse;

tæ esse, sed quoniam admisione humorum qui redundant, maximeq; pituitæ varios sapes in dicit salina, & quia cum salina quæ verè salina est, multa pituita quotidie spuitur, illam appellat pituitam, atq; ex illa sapes pituitæ iubet explorare. Vbi legimus, sepe numero enim & salinam & acidam, & saluginosam, à quibusdam legitur, amaram, & acidam, & saluginosam, ab alijs acrem, & acidam, & saluginosam, tamen non sine errore. Nam præterquam quod dictione *άλυνή* neque acris, nec amara significatur, sed falsa, sensus etiam fit vitiosus. Nam cum occasione pituitæ, mentionem faciat salinæ, oportet quæ de salina dicuntur ad pituitam transferri, itaq; dici speciem aliquam pituitæ acrem aut amaram, quod nec apud Gal. ipsum neque apud alium quempiam auctorè inuenias. Omnes enim ex saporibus quatuor tantam species numerant, (id quod à Platone ipso fluxit) salinam, acidam, in spidam, & dulcem (nam sicubi apud Auicennam acris dicitur, acida significatur) nimirum pituita nullo modo alterari potest, vt amarescat, antequam in bilem permuetetur. Quod si miscetur cum bile, aut ea est modica, redditq; salinam, aut copiosior, rapitq; denominationem, estq; bilis. Itaq; nulla pituita est amara. De atræ bilis speciebus Ibro. 1. controuersiarum ca. 21. satis à me disputatum est. Sed quod de naturali melancholia hoc loco dicitur (minimè etiam acida qualitate participat) videri posset alicui falsum. Cum Gal. ipse soleat hunc eundem humorem acidum appellare, nec solum acidum, sed & acerbum appellauit, s. de vsu partium his verbis: Acerba enim est, & acida nigra bilis. Nec verò nomine nigre bilis loco illo alia intelligi debet, quàm naturalis melancholia, disputat enim de ea quam lien secundum naturam congerit, & quotidie rejicit in ventriculum. Tamè cum hic à Galen. dicitur *ἡνιστα μετέχεται ποιότητα ἀξίας*, id est, minimè participat qualitatem acidam, ne intelligas quod nonnulli intelligunt, quasi dicat nulla qualitate acida participat, sed *ἡνιστα πάντων*, id est, minimè omnium (supple specierum melancholiæ) acida qualitate participat, quæ dicitio non significat melancholiam naturalem non esse acidam, sed minus acidam esse omnibus speciebus præternaturalis melancholiæ. Iam verò quod s. de vsu partium dicitur, *σφιγνὴ γὰρ ἐστὶ καὶ ὀξεία, ἢ μέλαινα*, nolim ita transferri, Acerba enim est & acida, sed, astringens enim est & acida, & vt nomine astringentis non significetur sapor intensior acido (nam melancholiam naturalem haud parum est esse acidam) sed vi astringentia. s. omnia acida aliquatenus astringunt. Ergo temperameta non debere definiri per humores, sed qualitates, monstratum est lib. 1. controuersiarum, & ab a-

lijs ante me. Quare non est idem dictu temperies melancholica, & temperies frigida & sicca, sed quæ temperies sit per quam multa melancholiæ copia in corpore colligitur, nunc definire oportet, non enim est, vt prima fronte videri possit temperies frigida & sicca. Nam quæcūq; natura frigida est, vt cūq; habeat in passiuis qualitatibus, eorū humorum generat copiam, qui crudiores sunt sanguine, qui que citra sanguinem consistentes appellantur. Huiusmodi sunt solum pituitosi, vt videre licet 4. de tuenda valetudine, vbi de biliosis ac pituitosis humoribus ita scriptum est, siquidem sanguis qui medio est biliosorum, atque horum quorum genus appellare licet vel crudum succum, vel pituitam. Illi namque ex sanguine fiunt, vbi supra iustum modum est percoctus, hi verò ex eonondum perfecto. hæc Gal. vnde facile est intellectu, calorem minorem quàm vt possit sanguinem perficere, nec melancholiæ magnum prouentum facere, sed pituitæ: id quod senes etiam declarant, qui cum frigidissimi sint ac siccissimi, non tamen sunt melancholici, sed pituitosi: itaq; melancholia supra naturalem mensuram non gignitur à frigidis & siccis, sed calidi & sicci sunt qui curi; generant multam aut melancholiam, aut bilem flauam, aut atram: (qui enim calidi sunt & humidi sanguinè colligunt, qui frididi siue cum humiditate siue cum siccitate, pituitam) non tamen omnes eodè gradu, sed qui aliquando calidiores sunt iusto, quia à maiori calore crassior gignitur sanguis & veluti taurinus, melancholiam: qui multum calore iam vrente tenues partes sanguinis, flauam bilem: qui maxime, atram bilem, calore vrente iam etiã partes crassas sanguinis, & tenues alioqui vltas perurente. Hoc docuit Gal. haud obscure 3. li. de causis symptomatum cap. 2. ita scribens: Sed alteratricis potentia intemperies, quæ ad calidius sit versa, aliàs biliosum, aliàs melancholicum efficit excrementum, quæ admodum aut vtrumq; in alijs est traditum. Ad frigidius verò mutata, vel pituitosius vel aquosius facit excrementum. libello etiam de atra bile ca. 4. ita scripsit: Sanguis igitur in vena secunda crassior & nigrior in siccorum calidorumq; corporum naturis cospicitur. Hæc in illo loco, ex quibus euidenter patet eum docere naturam calidam & siccam gignere melancholiæ multam copiam. Nam melancholiæ redundantis nullum est apertius signum, vt sequenti cap. dicitur quàm sanguis è vena fluens melancholicus apparet, (niger & crassus puto) quid ergo, non oes melancholici sunt calidi? non omnes. Sed quicunq; maiore melancholiæ copia colligere iniiciant quàm pro natura ciborum quibus vtuntur, calorem habet moderato maiorem, hi verò ipsi diuturnitate possunt frigidius euadere

euadere, manebuntq; nihilominus melancholici, non gratia temperaturæ, (hæc enim pituitosa esset) sed quod consueta membra nutrirî melancholia, eam expetant, ac gratia similitudinis quam cum ea contraxerunt, omnia in melancholicum sanguinem transmutare tentent, non aliter quàm leucophlegmatici hominis membra in pituitam. Itaq; constat vt possit tandem frigidus simul ac melancholicus esse homo, sed constat non minus homines natura sua atq; à prima generatione frigidos, & siccos, & pituitosos esse, non melancholicos. Quod præter dicta, illa etiã quæ à Ga. sequenti ca. dicuntur aperte declarant, describens enim eos homines qui facile colligunt multam melancholiam, ita inquit, macri, nigri, & hirsuti & quibus latae sunt venæ, & impense rubri, & flauir: quæ omnia constat esse signa calidi temperamenti: sed de his statim dicemus. Nervi ex sexta coniugatione in os ventriculi venientes compassione illius cum cerebro sunt causa, & acer sensus, qui præ alijs omnibus corporis partibus huic inest, quo fit, vt hæc sola fame & siti crucietur, quoniam scilicet nulla alia est, quæ cum tam acri sensu tantam suctionem fastineat.

CAP. VI.

Docet Galenus cerebrum non eundem semper morbum à crasis humoribus pati, sed diuersos, cum quoniam crasis humores diuersi sunt, pituitosi scilicet aut melancholici: tum etiam quia ij diuersimode lædunt cerebrum, nonnunquam enim lædunt illud vt partem instrumentalem, nonnunquam vt similem: vt instrumentalem, vt cum obstruunt, faciuntq; ita epilepsiam: vt similem, vt cum ex melancholico succo melancholia morbus fit: huic contingit, vt epilepsia, & melancholia facile in se inuicem commutentur. Quanquam non æque utrumque in alterum, sed melancholici omnes possunt fieri epileptici, non tamen omnes epileptici melancholici, quia epilepsia à quocunq; crasso succo fieri potest, melancholia vero haudquaquam à pituitoso, quare epilepsia, pituitosa non potest mutari in melancholiam, potest tamen in apoplexiam. Post hæc inquit Galen. melancholiam tripliciter fieri, aut redundante melancholico succo in solo cerebro, aut hypochondrijs, aut in toto corpore, præstatque signa, quibus dignoscatur, redundet in toto corpore, aut vniçs aliorum membrorum, ex corporis habitu melancholico, & victu antecedente, & retentis melancholicis vacuationibus, & modò substantiæ sanguinis fluentis. Signa verò hypochondriacæ melancholiæ petit ex Diocle.

Porro, quemadmodum hæc passiones, quibus caput per consensum patitur, ita illæ quoque, quæ primogeniæ ipsius passiones sunt, non parum inter se differunt. Igitur crassi humores, qui in cerebri substantia abundant, interdum ei vt instrumentali, interdum vt similari parti nocent. Cum enim meatus obstruuntur, vt instrumentali, cum vero temperamentum alteratur, vt similari: proinde totus hic sermo in fine sexti libri de vulgaribus morbis præscriptus est: melancholiciq; magna ex parte somniali morbo afficiuntur, & contra morbo co-

Anituali laborantes efficiuntur melancholici; atque horum vtrumlibet magis accidit, prout vel in hanc vel in illam partem infirmitas reperit. Si enim in corpus comitiales, si verò in mentem, melancholici redduntur. Hoc sermone primum quidem declarauit quod non semper, sed magna ex parte harum passionum altera in alteram transit. Quippe non solum atra bilis, verum etiam pituita morbum comitalem committit. Igitur ea quam atra bilis constituit, in melancholiam aliquando transit, quæ verò à pituita parta est, in aliam passionem de qua paulò post dicturus sum, permutatur, melancholiam verò, haudquaquam efficit. Altera verò Hippocratici sermonis pars non paruum contemplandi locum desiderat: quippe cum anima fit, aut temperamentum actiuatum qualitatatum, aut ab ipsarum temperamento permutetur: bilem, cum cerebro veluti parti instrumentali nocet, ad cerebri corpus conuerti ait, id quod in obstructionibus fieri constat: cum verò temperamentum mutando, ei vt similari nocet, ad mentem eam reperere dicit. Verum hoc, quod medici dereliquerunt, definire imprimis necessarium esse videtur, nempe vt in manifestis corporis partibus, interdum omnibus eadem apparet temperies vt in morbo regio & elephante sic vocato, & aqua inter cutem, & malo habitu. Insuper in hu, quæ ab hepate atque splene pendent, colorum vitijs. Interdum verò vniçs duntaxat partis, quæ videlicet aut biliosum, aut pituitosum, aut melancholicum humorem suscipit, temperies permutatur. Ita etiã cerebro accidit vt nonnunquam vniçs in venis sanguine melancholico effecto, ob commune vitium, ipsum quoq; lædatur. Nonnunquam verò reliqui corporis sanguine prorsus innocuo, solus is qui cerebro contentus est, alteratur, idq; bifariam fit. Aut enim aliunde in ipsum deriuatur, aut in ipsomet melancholicus humor genitus est, generatur autem à multo calore interno assante crassiore, & nigriorem sanguinem. Atq; hæc doctrina non paruum habet in curatione momentum, siquidem vbi vniçs corpus sanguinem melancholicum continet, curatione à venæ sectione incipere oportet. Vbi verò solum cerebrum, infirmus (quod ad hanc passionem attinet) sanguinis detractione non indiget, quãuis ob aliam quampiam causam sanguis mitti possit. Vtrum verò melancholicus sanguis vniçs corpus, an solum cerebrum occupet, ita discernendum est. Imprimis vniçs corporis habitum qualis sit, consideres velim, meminerisq; quòd molles, & candidi, & obese nequaquam humorem habent melancholicum. Macri verò & nigri, & hirsuti, & quibus lata sunt venæ, aptissimi sunt vt huiusmodi in ipsis humor cumuletur: fitq; interdum vt impense rubri homines affatim in melancholicam temperiem decidant, atq; post hos flauir, idq; maximè quando & vigilijs & multis laboribus & sollicitudine, & tenui victu fuerint educati. Quibus hæc quoque note conueniunt, an hæmorrhoids aliqua restricta sit, aut alia quæpiam consueta sanguinis vacuatio, aut mulierum menstrua. Insuper quibus cibis quibus fuerit vsus

rit vsus, vtrum ijs qui suapte natura melancholicū sanguinem pariunt, an è diuerso. Porro qui melancholicum sanguinem efficiunt hi fere sunt, caprina, bubulaq; caro, magisq; hircina, & taurina, sed maximè a sinorū, camelorumq; carnes, nam & his nonnulli vescuntur: item vulpine, caninēq; carnes: atq; magnam in huiusmodi sanguinis generatione vim obtinet ex lepore cibus, sed multo magis ex apris: ac limaces quoq; melancholicum sanguinem pariunt, si frequens sit eorum vsus: præterea omnes terrenorum animalium carnes sale condita, aquatium quoq; carnes vt thunni, balena, vituli marini, delphini, canis atq; cetaceorum omnium. Ex oleribus autem brassica ferè sola huiusmodi sanguinem gignere consuevit, quemadmodum & arborum germina, vbi vel muria vel oxyhalme condiuntur præcipuè lentisci, terebinthi, rubi, caninubi. Leguminum verò omnium maximè lentescit, inter melancholicos cibos numerantur, mox panis fufuraceus, & qui ex typha, atque vitiatu seminibus factus est, quorum apud quasdam nationes vsus loco frumenti habetur: verum de ijs in primo libro de ciborū facultate iam dictum est. Præterea vina crassa, nigraq; aptissima sunt, vt ex ipsis melancholicus humor fiat, præsertim si quis abunde ipsa ingerens, incommodè oblatà occasione, in multo corpus calore contineat. Vetus deniq; caseus vbi forte fortuna in corpore fuerit supercalesfactus facile huiusmodi parit humorē. Igitur si quis antea, quam in morbum inciderit, huiusmodi victus ratione fuerit educaturam, maiorem quandam inde licet facere coniecturam. Si verò boni succi cibus vsus fuerit, considerare oportet exercitationes ipsius, mæstitiā, vigilias, solitudines, sunt etiā nonnulli, qui per febriles (vt dictum est) morbos, melancholicum humorem contraxerunt, atq; ad efficaciorē notitiam, non parum confert anni tempus, ac præterita, præsensq; constitutio, item terra, ac laborātis ætas. His itaq; omnibus præconsideratis, cum speraueris in vniuersi corporis venis melancholicum sanguinem contineri: quo certiore habeas notitiam, cubiti venam seca, præcipueq; mediam, quæ communis est, & ei, quæ humeralis nominatur, & ei quæ per axillam ad manum fertur, quod si tunc fluens sanguis non videatur melancholicus, statim supprimatur. Si verò talis appareat, vacua quantum pro laborantis corporis habitu satis esse conieceris.

Nisi nuperrimè monstrauissemus melancholici succi magnū prouentū cū non culpa victus sit, ab intēperie calida procedere, meritò quispiā intelligeret omnem melancholiam propriā cerebri esse inaniā, ex illis verbis Gal. Aut enim aliū de in ipsum deriuatur, aut in ipso met melancholicus humor genitus est, generatur autem à multo calore, interno allante crassiorē, & nigriorem sanguinem. Verū omnem melancholice prouentum nimium, indicare calidam temperiē sequentia declarant. Quales enim dicit esse melancholicos? Macros, nigros, &

A hirsutos, & latis venis. Hos tamen oēs calidos esse natura, docet libro artis medicinalis ca. 56. his verbis: Calidior simul, ac fuscior est quæ hirsuta magis, ac calida, & dura existit, & pinguedine caret tenuisq; est, & capillos nigros habet. Si verò multū in caliditate excedat, calor quoq; niger illi adest. Hęc Ga. quib. apertè docet quos modo depingit nulatenus esse naturā frigidos, si qua ratione frigidi esse possunt, id quidem erit quod ætate tales redditi sint, vt cum prius essent biliosi, in tempore decrementi redditi sunt frigidi, hi euadunt melancholici, quia natura calidi in consistendi tempore habent calorem minorem iuuenili qui omnia in bilem commutabat, maiorem verò quàm reliqui consistentes qui pituitosi fieri incipiūt, proindeq; ipsi melancholici ea ætate sunt, quod dictū est cap. 59. artis medicinalis, quo etiam cap. Qui natura sua sunt frigidi & sicci, graciles & glabri esse perhibentur. Vbi nos legimus, fitque interdum vt impense rubri affatim in melancholicam temperiē decidant: legit Copus, qui rufo colore sunt, nō sine magno errore. Nam præterquam quod Græce habetur *ἰσχυρὸν κόκκινον*, falsus prorsum sensus redditur illa versione, nam rufus color capitēs. artis medicinalis, naturam significat frigidam & humidam quam constat esse pituitosam. Ergo Typha, quantum ego ex primo de alimentorum facultate possum colligere, est genus frumenti quod Hispanicè appellatur *centeno*. Quod genus vere est melancholicum. Fit enim ex eo panis grauis odoris & ater.

Est præterea tertium melancholice genus: morbi comitialis exemplo, cum oritur à ventriculo habuerit. Solentq; medicorum aliqui, hęc dispositionem, hypochondriacum, statuosumq; morbum nominare. Sufficit autem mihi ea percurrere symptomata qua Diocles illi asidere scripsit in eo libro cui titulum fecit *passio, causa, & curatio*. In eo enim Diocles ad verbū ita scripsit: Porro alius oritur à ventriculo morbus, qui supra propostis non dissimilis est, nominaturq; ab alijs melancholicus, ab alijs statuosus, quem sumpto cibo, maximè coctū difficili, & ardorem inducente, sputum humidum, idemque multum comitatur, item ructus acidus, status, æstus in præcordijs, fluctuatio non illico, sed cū reuenerint: interdū ventriculi quoq; vehementes dolores, nonnullis ad dorsum vsq; procedunt, concoctis deinde cibi quiescunt, mox alijs ingestis eadē rursus reuertuntur acciditque quæ interdum ieiunos, interdū etiam à cæna molestant, atq; euomūt crudos cibos, & pituitā, vel subamarā, vel calidā, vel acidā, adeo vt nonnunquā dentes stupore afficiantur. Atq; horū plurima ab ineunte statim ætate eueniunt, vt cumq; tamen acciderint omnib. producuntur. His præscriptis, Diocles mox causam subiungēs ita scribit: *Ceterum statuosos vocatos, suspiciendum est*.

est, plus caloris, quam expedit, habere in his venis, quæ alimentum à ventriculo excipiunt sanguinemque in ipsis crassiorē factū. Quippe in his venis sanguinem contineri constat, vel hoc argumento, quod alimentum corpori non distributo, sed in ventriculo manet incoctū, cum ipsū meatus antea suscipere, magnāque ipsius partē in imū ventrē excerneret. Itē quod postero die vomat, utpote non digestis per corpus cibis. Sed quod calor id, quod secundū naturam est, facillimē intelliges, cum ab æstu qui in ipsis accidit, tum ab his, quæ ingeruntur. Siquidē iuuari videntur refrigerantibus cibis, qui videlicet calorem refrigerare, extinguereque solent. Deinde alia quoque Diocles iam propositis in hoc sermone addidit. A iunt autē nonnulli os ventriculi, quod intestinis continuatur, in huiuscemodi passionibus inflamari, ac ob inflammationē ipsam et obstrui, et prohibere, ne alimenta statuto tempore ad intestinū descendāt. Quāobrem diutius, quā decet in ventriculo manentia, et tumores et æstus atque reliqua quæ prædicta sunt, efficiunt. Hæc sunt quæ Diocles quidem literis prodidit. Verū in hoc symptomatum catalogo præcipua totius concursus silentio præterit, quæ videlicet et melancholiā, et flatuosam, hypochondriacāque passionē, tanquā charactere quodā designant, atque omisit (ut puto) huiuscemodi accidentia, eo quod ex morbi ipsius nomine manifestē declaratur. Etenim ab Hippoc. didicimus: si mæstus et mæstitia longo tempore tenent, melancholica est huiuscemodi passio. Verū haud absurda questio est, quare Diocles cum causas aliorum accidentiū redederet, quā ob causam mens lædatur, non scripserit. Siue enim venarū, quæ ventriculo contigua sunt, calor exuperat, siue partes, quæ iuxta portam sunt inflammatione laborant, quid causæ sit, cur melancholica comitetur accidentia, derelictū est. Etenim quod venter flatuoso spiritu impletur, ac deinde eructando ipsum leuetur, ac præterea, quæ dicta sunt vomitione quoque iuuatur, ut nihil dicere Diocle manifestum est. At propria melancholiæ accidentia, simul cum dicta ventriculi passione scriberet, haud ita facile ei fuit. Nos igitur hoc adiciamus, affectuosum manifesta interpretatione enarrantes. Atque videtur quidē in ipso inflamatio esse. Sanguis autē in parte inflamata concretus et crassior, et magis melancholicus. Itaque quemadmodū elato ex ventriculo ad oculos fuliginoso quodā aut fumoso habitu, aut crassis quoque vaporibus, similia suffusorū accidentia contingunt. Eadē ratione sublata ad cerebri, ab atra bile euaporatione, melancholica eueniunt in mente accidentia. Quinetiā quā frequē-

A flammam se factum putauit, atque idcirco obuiantibus cedebat, ne collideretur: alter gallos cantare audiens, ut hi alarum, sic ille brachiorū plausu latera quatens, animantium sonum imitatus est. Fuit item alter timens ne Atlas, qui mundum sustinere dicitur grauatus sub tāto onere, ipsum a se excuteret, atque ipse cum illo collideretur, ac nos quoque cum ipso periremus. Sunt alia huiuscemodi infinita eorum visa. Differunt autem inter se melancholici. Nam omnes timent, mæret, vitam damnant, odio habent homines, sed non omnes mori cupiunt. Etenim hoc ipsum nonnullis melancholiæ caput est, quod mortē perimescunt. Quosdam etiam alieno admodum, atque extraneo videbis animo: utpote qui simul et mortem metuant, et tamen mortem sibi consciscant. Proinde recte videtur Hippocrates omnia ipsorum accidentia in duo hæc coegisse, metum, et mæstittam, mæstittia nimirum eos inducit, ut odio prosequantur omnes quotquot viderint, nunquam non tristittiam præferentes: ac terrentur ut in tenebris pueri, atque ex adultis indocti. Sanè quemadmodum externa tenebra omnibus ferè hominibus pauorem inducunt, nisi vel audaces admodum, vel edocti fuerint: sic atræ bilis calor, mentis sedem tenebris obumbrans timorem efficit. Etenim summis, tum medicis, tum philosophis, in confesso est, et humores, et omnino corporis temperatiā animæ actiones variare posse: id quod nos quoque vnico commentario docuimus quo demonstratum est, quod animæ potentiæ corporis temperaturam sequuntur.

D Quocirca humorum vim ignorantes (in quorum numero et Erasistratus est) ne scribere quidem de melancholia quicquā ausi sunt. Nec indignum est admirari tum communes hominum sententias, tum plurima quoque dogmata, quæ et philosophi et medici per ignorantiam præterierunt. Igitur ab omnibus passio ipsa melancholia vocitatur, indicare nomine humorem, qui ipsius causa est. Quum circa ventriculum, prima inceperint accidentia, ipsiq; auctis melancholica sequatur passio, deinde alui deiectione, et vomitu, et proba concoctione, ructibusque, leuetur is, qui laborat, hypochondiacum flatuosumque morbum, ipsum nominabimus. Accidentia verò ipsius dicemus et mæstittiam, et metum. Quum autem propria melancholiæ accidentia auctiora videntur: circa ventriculum verò, aut nulla, aut parua admodum sunt: haud ab re existimaueris primitiuam in cerebro passionem consistere, ob atram bilem in ipso cōgestam. Caterum quibus signis discernatur, vtrum in solo cerebro, an in vniuerso corpore huiuscemodi humor contineatur, paulo antè dictum est. Interim monendi sunt mihi amici, qui me curantem videntur, frequentibus balneis, victuque humido, bonisque succis, nullo alio adhibito presidio, huiuscemodi me morbum curasse, vbi nondum ob longum temporis tractum, nocuus humor multum vacationi resisteret. Quum enim diuturnus iam factus est morbus, fortiora prædictis oportet adhibere remedia. Fit autem huiuscemodi melancholiæ species affecto prius calidis passionibus cerebro, aut ex æstuatione, aut inflammatione, aut

phrenitide quoque ipsum afficiente, interdum à solitudine, mœstitia, vigilijs. Verùm satis fuerit, hæc de melancholia dixisse.

C Vt si hypochondriacus morbus æstus est aut inflammatio circa vetriculum, ructus acidi fiunt ex assumpto cibo, ac non potius nidorosi, quales verisimile erat calidã intemperantiã subsequi? an quia multa melancholia, succus alioqui acidus, quæ eo tempore heret circa hypochondria, miscetur cû cibis, ipsosq; acidus reddit. De modo quo a ter melancholiæ color metum & mœstitiã parit, disputatum à me est libro 5. controuer. modo illud vnum satis sit dicere, non minus expedire, vt spiritus animales lucidi sint, quo actiones animales eis, vt instrumentis, citra noxam agantur, quàm vt bene temperati. non minus ergo vitiabuntur, atq; cum ipsis animales actiones, cõturbati, denigratiq; quàm mala temperie affecti.

CAP. VII.

T Rifariam fieri morbum comitalem docet hic Galen. aut per passionem propriam cerebri, aut per consensum, idq; bifariam, aut consentiente cerebro cum ventriculo, aut cum alia quapiam parte. Refert etiam duas historias vt doceat quo modo tertia hæc epilepsiæ species fiat, ac docet causam qua motus conuulsiuus per morbum comitalem fit.

A Tq; de morbo comitali deinde dicendum est, quandoquidem hic quoq; interdum ipso met affectu, interdum alijs consentiente cerebro, euenire solet. Vt enim tria melancholia genera, ita hunc quoq; morbum, tribus contentũ differentijs, omnes serè medici distinguere neglexerunt. Verùm omnibus cõmune est, quod cerebrum afficitur vel consistente in ipso passione, id quod pluribus comitalibus accidit, aut à ventriculi ore (quod stomachũ vocare solèt medici) ad cerebrũ per consensum ascendente. Atq; hoc genus proportionè responderet accidentibus, quæ oculis à stomacho adueniunt, veluti in suffusionibus. Fit etiam sed rarò, tertia morbi comitalis species (nec refert siue genus, siue differentiam nominaueris) cum à parte aliqua cui id fore fortuna accidit, incipit passio, quæ deinde sentiente egro ad cerebrũ vsq; ascendit. Hoc genus primum vidi in puero qui tertium decimum ætatis annum agebat, cum equidẽ adolescens etiamdum, cum optimis eius tempestatis medicis conuenissem, ad idoneam ipsius curationẽ inueniendam, audiui, tum narrante puero, passionem ipsam à crure initium capere, mox illuc rectã ascendere per femur, & imminentes illi lumbos, ac per latera ad ceruicem, donec ad caput perueniret, quod cum primum pertingeret, ipsum haudquaquam sibi constare. Interrogãtib; autem medicis, quale esset id, quod ferebatur ad caput, nihil habuit puer quod responderet. Alius deinde adolescens compos mentis (quippe qui satis poterat & sentire quod fiebat, & alteri enarrare) dicebat veluti frigidam quandam auram esse id, quod ascendebat.

V idetur aut nullã epilepsiã posse esse cõpationẽ, aut nullam esse propriã passionẽ. Nam aut cõpationis nomẽ ita intelligimus, vt quod per se propriã permanentiã habet compassio non sit, atq; ita nulla epilepsia erit compassio, cùm sit obstructio propria laborantium particularum: aut omnem morbum secundarium appellamus hoc loco compassionem, atq; ita omnis epilepsia videtur compassio. Non enim potest fieri humoribus in eadem parte genitis, quæ obstruitur, sed necessariò à parte alia in eã quæ obstruitur impetum faciunt, aliter enim nõ repentẽ fieret, ergo necessariò sit alia parte congerente materiam obstructionis, & alia obstructa. Ceterum animaduertendum hoc loco morbum secundarium dici compassionem, atque hinc temporis solum compassionem cerebri dici, cùm illud cum parte alia consentit, nam cùm idem secum, quam secundum diuersas partes id fiat, vt substantia ipsius cerebri mittente in ventriculos humorem aut flatum, merito cerebrũ dicitur primario patiens. Facta est mentio in diuisione hac trimembri, ventriculi per se, eo quod frequenter solet epilepsiæ esse causa. Quamquam potuit etiam vteri mentio fieri, hic enim mulieres frequentissimè faciunt epilepticas.

Vnde ex duobus alterum Pelopi præceptori placuit, aut quod qualitas quadam alteratis per continuationem partibus, aut statuosam quædam substantia transmitteretur. Nec mirandum esse dicebat, tam validam vim esse humori, qui in patienti parte præter naturam genitus fuisset, vt perniciosarũ ferarum venenis possit comparari. Quis enim crederet, vel scorpionum, vel phalangiorum ictibus, totum corpus ac tam vehemẽti mutatione affici? nisi se penumero id accidere videret, præsertim minimã quandã rem feris in ipsum demittentibus. Quã itaq; phalangium aliquẽ momordit, quamuis paruum sit animal, existimare tamen debemus, venenũ ex ipsius ore in ictũ corpus descẽdisse. Porro marinae turturis, quemadmodum & terreni scorpionis aculeus, in partẽ extremam acutissimam illã quidẽ finitur, vbi nullum foramen est, per quod venenum deijci possit: necesse tamen est, vt excogitemus, substantiam quandam esse, aut statuosam, aut fluidam, quæ vt mole minima, ita facultate quãdam maxima est. Etenim cùm nuper ictus quidam esset à scorpione, Videor mihi videre, inquit, quod grandine percussus sim, eratq; omnino frigidus, sudore etiam frigido accedente: sed tandem debitu adhibitis remedijs, non sine negotio seruatũ est. Itaq; Pelops, Non impossibile est, inquit, in corpore similem aliquã essentiam generari, non accedente causa extranea, quæ vbi nervosam aliquam partẽ occupauerit, per continuas partes vsq; ad nervorũ principium vim suam transmittit, siue id per alterationem, vt ipse dicebat, fiat, siue statuosam essentiam, veluti

luti aura, ad ipsum elata. Sæpenumero enim in-
 gente aculeum scorpione, aut in neruum, aut ve-
 nam, aut arteriam, manifestè videmus percussos,
 vehementissimis infestari accidentibus. At qui scor-
 pionis aculeus, totam cutem penetrando, ad profun-
 dum vsque potest peruenire. Phalangiorum verò
 paruorum ictus solam afficit superficiem. Vnde con-
 stat, interdum à sola cute, veneni vim ad totum
 corpus deferri: quippe tota cutis & continua est &
 nervosa. Proinde haudquaquam impossibile est,
 cum ex icta parte, per totam ipsam celeriter di-
 stributa sit veneni vis, eam inde eodem rursus con-
 tactu, in singulas subiectarum ei partium recipi
 mox ex illis in alias continuas, atque iterum ex his,
 quæ patiuntur in aliascumque ad dominantium
 partium aliquam peruenerit, tum mortis periculū
 homini instare. Ad hanc rem imprimis conferunt
 vincula superioribus partibus iniecta: id quod in
 viperarum scorpionūque ictibus, item aspidum
 quoque, quod propter imminens subitanea mortis
 periculum, magis incredibile est, expertus sum.
 Etenim cum Alexandriæ essem, rusticus quidam nō
 longe ab vrbe, in vno manus digitorum ictus, eius
 radicem apud palmam validissimo vinculo ligauit,
 accurrensq; in urbem, ad familiarem sibi medicū,
 totum digitum ab ipsa coarticulatione ad postbra-
 chiale vsque abscindendum præbuit. sperans inde
 se nihil mali passurum. Nec frustratus est sua spe,
 quippe nihil aliud faciens, saluus euasit. Similiter
 alium noui qui epoto ex viperis medicamento, re-
 scisso prius digito, à periculo liberatus est. Vidi
 præterea rusticum cuius totum digitum vipera mo-
 rderat, qui falce, quam tunc fortè habebat (e-
 rat enim vinitor) ab ultimo articulo ictam partem
 refecans, deinde inducta in digito cicatrice, nullo
 sumpto medicamine sanatus est. Sed puerum quo-
 que, cuius morbus comitialis à crure oriri con-
 sueuerat, medici, qui tunc ad curationem eius con-
 uenerant, sanare sperabant, si in primis vacuato
 vniuerso corpore medicamen ex tapsia, aut sinapi
 parti adhiberent, ligato interim mēbro, supra eam
 videlicet partē, qua primaria passione laborabat:
 atq; hoc pacto, accessionem reuerti prohibuerunt,
 quamuis antea quotidie puerum infestare consue-
 uisset. Verum hæc obiter, atq; ex abundantia dicta
 sint, ne quis miretur, quo pacto, ab ignobili aliqua
 parte tantus morbus ortum contrahere possit. Su-
 perest autem causam vestigare, quamobrem in hu-
 iusmodi per consensum passionibus, comitiales fiāt
 conuulsiones. Nam ne Pelops quidē vllam ad hanc
 rem attulit probabilem persuasionem: nec etiam a-
 lius quisquam, cum quo nobis aliqua fuerit con-
 suetudo. Mihi itaq; per huiusmodi consensum, vi-
 denti aliquando laborantem, sine vehemēti con-
 uulsione concidere, simul quod quod per interual-
 la, breuib; quibusdā moribus quateretur probabi-
 le visum est, quemadmodū frequentissimè singultū
 fieri cernimus, patiente stomacho, ita hanc quoq;
 passionē euenire. Etenim meipsum quoq; singultus
 illic inuadere solet, si pipere aliquando immodi-
 cam quantitatem ingesserō. Id quod alijs quibus-

A dam non paucis, quibus scilicet facilis erat oris ven-
 triculi sensus, accidisse meminimus. atqui iam su-
 pra memoratum est, id nō solum medicis, verum et-
 iam vniuersis hominibus stomachum appellari. Ita-
 que cum cecidissent, qui non ex propria cerebri
 passione, sed per consensum comitali morbo la-
 borabant, eos citra perpetuam conuulsionem, ve-
 luti palpitante quadam agitatione, per interual-
 la concuti videbam. Proinde existimaui similem a-
 liquem cerebro motum exenire, qualis stomacho,
 interdum à re quapiam molesto accidere solet:
 quippe cum à ciborum mole grauatur, aut vbi cor-
 ruptis cibis mordicus infestatur, tum singultum pa-
 ti conspicitur. Atque acrem quoq; humorem, non
 singultum modò, verum etiam conuulsionem per
 vniuersum corpus efficere sæpenumero vidimus:
 deinde vomitu eiecto eo quod mordicabat, illico
 quiescere. Quo minus mirandum est, si neruorum
 principium, huiuscemodi motu concutiatur, dum
 festinat vt à se expellat, quidquid fuerit id quod
 C à parte primum patiente ad ipsum affertur. Ad
 hunc modum reliqua quoque accidentia omnia,
 quibus nerui concutiuntur, fieri putauerim. Vbi
 verò deperdito sensu quis conciderit, non acciden-
 te motu conuulsorio, aut palpitante, id à vehe-
 menti frigore ortum trahere censeo. Huius autem
 generis est & lethargus.

NVdam qualitatem nō putauerim pos-
 se epilepsiæ esse causam. Non quòd
 D quamplurimæ admirandæ actiones non a-
 gantur per simplices alterationes, tum in
 nostris corporibus, tum extra illa, sed quòd
 nuda qualitas non possit obstruere. Opus
 ergo est substantia quæ obstruat, ea est aut
 humor aut flatus, fumusve, quæ quidem
 in via animalis influxus hærentia consi-
 stunt, non gratia crassitie: nam per densio-
 res alias substantias penetrat, cum per ipso-
 rum neruorum fibras penetret, sed quia ca-
 E liginosa sunt, atq; splendori non peruia, vt
 sunt quāplurima extra nos, quæ cū sint cras-
 siora splendoris transitum minus impediūt
 quàm alia tenuiora. Sane cristallū, & vitrū,
 ac laminæ corneæ densioris substantiæ sunt
 aqua, aut caligine, aut nubecula, tamē lumi-
 ni sunt magis peruiæ. Itaq; mirum non est so-
 lum flatum caliginosum, & substantiam hu-
 moris à quo est excitatus referentem, influ-
 xum animale, quem irradiationem quan-
 F dam esse antea diximus, impedire.

Apoplexiæ autem, quod subitò eueniat, aut
 frigidum succum, aut crassum, aut viscidum,
 qui principes cerebri ventriculos affatim implet,
 non totius substantiæ intemperiem, causam es-
 se manifestum est, veluti lethargi, phrenitidis, in-
 sania, melancholia, stultitie, amissa memoria,
 sensuum heberationis, resoluti motus. Porro in o-
 mnibus his passionibus, in quarum numero apo-
 plexia quoque continetur, periculi magnitudinem

ex respirationis nocimento conijcere oportet. Sanè quemadmodum dormientes spirant, quamuis nulla alia fungantur actione, quæ à consilio prodeat, nimirum cum supini iaceant in cubili: ita in soporosis passionibus omnibus, quamquam nec sentiat corpus nec moueatur, tamè sola spiratio seruatur, quæ musculorum thoracem mouentium est opus, huius enim firmam habemus fidem, & demonstratiua lege factam. Quemadmodum & quod musculis etiam omnibus, motus principium ab innatis ipsis nervis accedit. Atqui ex anatomice didicimus, nervos omnes à cerebro primarium sumere initium. Nec simpliciter initium, sed primum dixi, id quod spinalis medulla gratia orationi adieci. Quamuis enim permulti ex ea nervi prodire videantur, vim tamen omnem, quam habet cerebrum, ipsi mittit, cumque ita spirationem vehementer impeditam difficultèrque procedentem videris, non parua in cerebro morbida passionem esse conijcere debes, idque in soporosis morbis, quos nimirum omnes in cerebro fieri manifestum est.

OMnes soporosas passiones ortum trahere à frigore dictum antea est. Dictum non minus antea est de lethargi, phrenitidis, manie, melancholie, stultitie, amissæ memoriæ, sensuum hebetationis, & resoluti motus essentia. De apoplexia, quodque illius grauitas ex respirationis difficultate congnoscatur, dicitur decimo capit. Illud videtur in hac parte difficile, quod Galenus postquam dixerat soporosas passiones à frigore nasci, de apoplexia ita scripsit: Apoplexiæ autem (loquitur verò de apoplexia ad differentiam aliarum) quod subito eueniat, aut frigidum succum, aut crassum, aut viscidum, qui cerebri ventriculos affatim implet, non totius substantiæ intemperiem, causam esse manifestum est, veluti lethargi, phrenitidis, insanie, melancholie, stultitiæ, amissæ memoriæ, sensuum hebetationis, resoluti motus. His verbis aperre videtur docere Galen. apoplexiam non fieri propter substantiæ cerebri intemperiem, vt lethargum, phrenitidem, & reliquos morbos, sed propter humorem frigidum aut crassum, aut viscidum. Qui tamen sensus videri possit alicui falsus, quandoquidem & lethargus fit propter humorem, non propter solam intemperiem. Nec verò videntur verba illa alium à dicto modo sensum accipere posse. Nam si ita legas, apoplexia non fit propter substantiæ intemperiem, sed propter succum frigidum vel crassum, vel viscidum, vt & lethargus, & phrenitis, & cetera, longius aberit à veritate sensus. Nam phrenitis non fit à crasso neque à frigido, nec à viscido humore, amissam memoriæ quam tamen illic retulit nihil prohibet à nuda intemperie nasci. Quid ergo nobis significant

900
illa verba? quod modò dico. Quamquam ple-ræque harum egritudinum ab humore male afficiente cerebrum nascantur, atque in illis ferè omnibus cerebrum ab humoribus & obstruatur, & distemperetur, tamen symptomata apoplexiæ (hoc idem dictum puta de epilepsia) immobilitatem inquam & insensibilitatem repentinam, non fieri ab humore, quia distemperat (hoc enim non facit repente) sed quia obstruit. Lethargi verò & phrenitidis ac reliquarum passionum symptomata, non tam sequi obstructionem quam cerebri intemperantiam. Nimirum somnus lethargi à frigida humoris qualitate fit magis, quam à crassa substantia, deliria, & periuigilia per phrenitides calefactionem & desiccationem cerebri consequuntur. Hæc intelligent facillimè qui prius intellexerint quæ de phrenitide, & lethargo paulo antè diximus, ac multò diffusius, libro quinto controuersiarum. vbi monstrauimus illorum morborum essentias, non tam consistere in tumoribus præter naturam, quam in intemperantijs, cum affluentia humorum. Quare qui hæc nondum cepit, illa legat.

CAP. VIII.

Hoc cap. est de vertigine, quo Gal. docet, vertiginosia omnia videri in gyrum agi, maximè in circulum rotentur ipsi, aut alium rotari viderint, siue rotam, aut aquarum vortices. (Nam hæc causæ alios etiam solent ita afficere.) Verum alij nisi ab his causis aut coeuntibus omnibus, aut valde intensis non patiuntur, vertiginosia vnica illarum atque adeo non admodum intensa satis est ad passionem. docet etiam hoc fieri, quia humores, & spiritus in eorum capitibus inordinate mouentur, idque ab humoribus statosis, ac flatibus, atque vertiginosos solere iuuenem recipere à sectione arteriæ post aures, quamquam non omnes vertiginosos iuuet hæc sectio. Docet etiam vertiginem fieri, aut primogenia passio, aut per compassionem cum ventriculo. Scribitque signa, quibus dignoscuntur.

Is autem qui scotomaticus, id est, obtenebratus, aut vertiginosus vocatur, ex ipsa appellatione qualis sit, constat: quia à parua occasione obtenebrantur, qui sic laborant, adeo vt interdum cadant maximè, si aliquando ipsi in circulum rotantur. Quod enim alijs in multis circumrotationibus euenit, illud ipsis ab vna. Proinde vertiginem innuerunt, siue alium quempiam, siue rotam, aut id genus aliud quippiam, aut ipsos quoque in aquis vertices circumagi viderint. Id verò maximè, cum vel sub sole aestuauerint, vel aliam ob causam ob facto fuerint capite. Nam quod alijs, cum in circum frequenter vertuntur accidit, hoc ipsis contra circulationem euenire videmus. Atqui vbi quis cerebro vertitur, in aequalem, & turbulentum, & inordinatum motum, cum humorum, tum spiritus, in eo fieri in confesso est. Rationi igitur consonum est, huiusmodi accidentia vertiginis patientibus itidem euenire. Quamobrem nonnulli horum, ab arteriarum sectione præsidium petierunt, atque

pone aures ad tantam scilicet altitudinem secantur, ut medius inter duas partes locus cicatrice induceretur. Sed constat, non omnes huius auxilij beneficio fuisse curatos. Etenim alia arteria, hys maiores ad cerebrum ex ipsius basi per retiformem plexum ascendunt, per quas huiusmodi passionum fieri rationi consentaneum est, elato per ipsas vaporoso, calidoque spiritu, atque implente cerebrum. Atque fieri etiam potest, ut in aqualis cerebri intemperies huiusmodi spiritum producat. Igitur hanc passionem ad caput pertinere, ex ipso vertiginosorum sensu, manifestum est. Oritur vero interdum capite primogenita passione laborante, interdum capite primogenita consentiri: id quod Archigenes quoque fatetur, libro primo de longarum passionum notitia, de hac vertiginosa passione ita scribens: Porro ea bifariam oritur. Aut enim in ipso capite, aut in his partibus, quæ circa præcordia sunt. Quin etiam genera eius distinguere aggreditur. Nam, ubi ex primaria capitis passione vertigo dependet, aurium sonos, & capitis dolorem, grauitatemque præcedere dicit: item olfactus, atque alterius cuiusque sensus inde prodeuntis, oblationem, eos sensus (ut equidem puto) significare volens, qui à capite initium sumunt. Vbi vero ab ore ventriculi oritur, cordis morphonem nauisamque præsentiri. Verum ut iam antea sæpenumero monuimus, licet caput per alterius partis consensum patiat, genita tamen passio ipsius esse censenda est.

N Vllum reticularem plexum in hominibus esse Andreas Vesalius nos primum docuit, deinde nos quoque rem ipsam explorantes, ita habere ut is dicit inuenimus. Gal. fortassis aliorum animalium sectione deceptus est. Verum quod ad vertiginem attinet, nihil permutatur, siue sit plexus ille, siue non. Illud vnum est verissimum arteriam illam, quæ ab utroque latere in caput ascendit, in duas secari, aliamque post aures tendere, atque cum vena iugulari distribui, aliam tendere ad capitis basim, illincque in cerebrum ipsum penetrare, per ventriculum medium. Nec verò puto quanquam vertiginis causa in hac arteria non contineatur, omnino fore inutile illam post aures secare. Nihil enim mirum est, cum communem radicem non longè à sectionis parte habeant, & omnia in nostro costro corpore sint conspirabilia, aliquid sanguinis in vna illarum contenti per aliam fundi. Non enim ad vertiginem, & cephalæam, & inueteratas alias capitis passiones arterie secandæ tantum sunt, sed permittendū etiā est medicocriter fluere. A capite initium sumentes dicuntur illi sensus, qui aguntur per neruos, ortum trahentes ab ipso cerebro, huiusmodi sunt quatuor, olfactus, gustus, auditus, & visus. Quod in vltimis capitis verbis dicitur (verum ut iam antea sæpenumero monuimus licet caput per alterius partis consensum patiat, genita tamen passio ipsius

A esse censenda est) nihil aliud significatur, quā quod sæpius libris primo & secundo repetitum est, nempe partem cuius actio læditur, licet per consensum patiat re vera pati.

CAP. IX.

C Ap. hoc est de doloribus capitis, distinguit ergo Gal. cephalæam, à cephalalgia, & ambas has, ab hemigrania. Deinde hos omnes dolores docet fieri posse interius in meningibus, aut exterius in pericranio. Atque vbiunque fiat, posse ab humore replente, aut mordente, aut à flatu fieri, aut circa hæc omnia, propter acrimoniam sensus partium circa caput, docetque hæc omnino signis distinguere.

A Tque de ea quoque, quæ cephalæa à medicis nominatur, nemo dubitauerit quin capitis sit morbus. Est enim, (ut breuiter quis dixerit) passio hæc, dolor capitis diuturnus, difficulterque solubilis, qui à parua occasione vehementes habet exacerbationes, ut neque strepitum, nec vocem vehementiorem, nec luminis splendorem, nec motum tolerare possit infirmus, sed tranquillitatem obscurumque cubiculum querat, idque ob doloris vehementiam. Quippe nonnulli veluti malleo se percuti arbitrantur: alij caput frangi distendique sentiunt. Non paucis ad oculorum quoque radices dolor extenditur. Quin huiusmodi exacerbationum accessiones, veluti in morbo comitiali intermissiones habent, interceditque tempus, quo perfecte liberati videntur. Igitur constat, quod sicut in cephalalgia, ita in hoc morbo caput facillime patitur, atque hoc est ipsis commune: verum per cephalæam patientes partes multo redduntur, quàm in cephalalgia, debiliores. Ceterum inter capitis dolores, non nihil discriminis inuenitur: nam sunt nonnulli, quibus caput aptissimum est, ut impleatur, ac vniuersi quoque corporis habitus ad ipsum implendum admodum idoneus. Alij etiam ipsas similes partes aptas habent ut patiantur. Quibus ubi vitioso victu utuntur, accidit ut cephalæa arripiantur. Quo minus mirandum est, si horum alijs membrana cerebrum continentis dolorem patiantur, alijs pericranium. Discrimen autem ab oculorum radicibus sumitur, considerando utrum veniat ad oculum malum, nec ne. Siquidem consentaneum est, ut quibus intra caluariam dispositio est, hys ad oculorum vsque fundamenta dolor extendatur, eo quod & à cerebro, & ab utraque membrana, atque à vasis, quæ in ipsis continentur, veluti germina quadam deducuntur. Sed & eorum quibus dimidia capitis pars dolore infestatur (solent autem vocari hemigranici) alij extra caluariam, alij in capitis intimis partibus dolorem sentiunt. At verò dextram capitis partem à sinistra distinguit, sutura per longitudinem ipsius protracta, iuxta quam intra capitis ossa linea mediam cerebrum diuidens protenditur, ad quam etiam peruenit anteriorum duorum ventriculorum septum. Porro ea corpora, suapta natura, idonea sunt, ut ipsis caput impleatur, in quibus vaporosus calidusque spiritus generatur, aut quibus excrementa cumulantur in ore ventriculi. Atqui spiritus dolores inducunt ten suos: qui idcirco sic vocati sunt.

sunt, quod extensionis sensum inducunt. Biliofa A
 excrementa, dolore mordaci afficiunt. Dolores à
 plenitudine procedentes grauitatis sensum afferunt.
 Quibus si rubor accedat, atque calor, calidos; sed sine
 his non calidos humores significant. Sunt quibus ca-
 put assidue dolet, vbi vel liberalius vinum ingesserint,
 vel meracius, idque magis, si suapte natura calidum
 fuerit. Præterea calidi odores omnes, vt styracis, aut
 cypheos, atque in totum odorata omnia suffusa ca-
 pitis dolorem pariunt, aded vt nonnulli, ne thuris
 quidem odorem ferre possint. Nec verò absur-
 dum est, vt quosdam ob sensus exuperantiam, do-
 lor infestet, quemadmodum in ore ventriculi acci-
 dit. Sunt enim nonnulli, in quibus id tam exacte
 sentit, vt neque acetum, nec sinapi, nec aliud hu-
 iusmodi ferat. Quippe videntur aliqui, vel ru-
 ctare, vel vomere quædam, vsq; aded vitiosa qua-
 litate infecta, vt nos ne odorem quidem sustinere
 possimus; cum tamen ipsi interea nihil ferè mor-
 sus sentiant. Nihil igitur prohibet quominus in
 hominum cerebro similes notentur differentie, vt
 eosdem odores aliqui impune sustineant, perin-
 de ac si omnino ab ipsis distarent, alij eos sine mo-
 lestia ferre non possint. igitur quod omnes huius-
 modi passionnes ad caput pertineant, iam manife-
 stum esse videtur.

Q Vi volet copiosiores de dignoscen-
 dis speciebus dolorum capitis à Gal.
 audire sermonem, simulque curationis mo-
 dum, legat caput de cephalia libro 2. de com-
 positione medicam. secundum locos. Ci-
 phus quid sit vide apud Dioscoridem cap.
 28. libri primi. Ergo vt per hemisphæram di-
 midie tantum partis dolor fiat, nunc dex-
 træ, nunc sinistræ, non tam est causa fu-
 tura longa, quam sagittalem vocant (quan-
 quam hæc quoque aliquid facit) quam il-
 la linea quæ est intra capitis ossa secundum
 cerebri longitudinem protrahit totum ce-
 rebrum diuidens in duas partes, in hac li-
 nea sit sinus oblongus duræ meningis, qui
 factus est quasi ex membrana explicata,
 estque pro arteria, & pro vena, peruenit per
 partem anteriorem vsque ad os cribrosum.
 Per posteriora penetrat profundè inter ce-
 rebrum, & cerebellum. Iam verò vnde qua-
 que penetrat profundè ea membrana vsque
 ad partem cerebri, quæ quia duos ventri-
 culos priores diuidit, interseptum appella-
 tur, quo fit vt substantia ipsa cerebri tota fe-
 rè ab hac membrana in duas partes, dextram
 & sinistram secetur, in quas partes ab oblon-
 go illo membranæ sinu æqualiter venæ di-
 stribuuntur. Non ergo mirum est cum tam
 insignis diuisio sit, causam doloris modo
 in partem dextram, modo in sinistram in-
 cumbere. Sutura sagittalis etiã facit aliquid,
 verum hæc non secat os occipitis, neque os
 frontis, nisi in tenellis, ac recens natis, &
 alijs perquam paucis.

CAP. X.

P Er apoplexiam in cerebro esse obstructionem, eamque
 maximam, docet hoc cap. Gal. quia omnia mem-
 bra ita affectis priuantur sensu, & motu. Quod non
 fieret nisi ipsamet facultatis prima sedes laboraret. Nã
 contingit vnicum, aut duo, aut plura membra resolui,
 vt propria alicui, aut communis aliquibus, hisque duo-
 bus, aut pluribus radix patitur. Tractat hunc locum
 Gal. longiusculè, narratque de hac re aliquot histo-
 rias, docet etiam grauitatem, aut leuitatem apople-
 xia ex læsione respirationis maiori, aut minori diui-
 di ea re.

B A T verò agritudo resolutionis, & conuul-
 sionum totius corporis (quo in genere ce-
 tanus est) non similiter cognosci potest sensu, sed
 opus est ratione nos ducente. Itaque si aliquando per
 totum corpus, neruorum actio vitiosa redditur, &
 pforum principium pati constat. Id verò ex sola a-
 natomice cognosci potest. Quum igitur omnes pas-
 siones nerui, tum sentiendi, tum mouendi vim ami-
 serint, apoplexia huiusmodi passio appellatur. Vbi
 C verò alteri lateri, aut dextro, aut sinistro, id acci-
 dit, resolutio nominatur, eius scilicet partu, in qua
 consistit, interdum dextra interdum sinistra. Quod
 si in artuum aliquo idem euenerit, eiusdem mem-
 bri resolutio esse dicitur. Nam & tota manus, &
 totum crus interdum resoluitur, atque solus in cru-
 re pes, & quæ sub genu sunt. Sic etiam de tota ma-
 nu similiter proportione dicendum est. Ceterum
 ex anatomice didicimus, quod omnes animantis
 partes sub ceruice posite, quæ à consilio & volun-
 tatis imperio moueri possunt, neruos habent qui
 eas moueant, procedentes ex spinali vocata me-
 dulla. Atqui sapenimero audistis, eam spinalem
 vocari medullam, addita scilicet medulle appella-
 tione, interdum verò sine additione simpliciter
 spinalem nuncupari. Vidistis etiam in corporu dis-
 sectione, neruos, qui thoracem mouent ex ea spi-
 nale medulla parte, quæ in ceruice est, ortum de-
 ducere. Ipsa verò ex transuerso incisa, si tota fue-
 rit dissecta, omnes quæ sub ipsa sunt, corporis par-
 tes, sensu motuque priuari, vt pote suscipiente spinali
 E medulla à cerebro, vim tum sentiendi, tum mouen-
 di pro arbitrio. Præterea in anatomice vidistis, vbi
 per transuersas spinalem medullæ incisiones ad me-
 dium vsq; secundum longitudinem secaretur, non
 omnes suppositas corporis partes, sed eas duntaxat,
 quæ è regione sectionis erant. Resolutas dexteras qui-
 dem, dextram spinæ medullæ parte dissecta: sinistras
 verò, vbi reliqua pars esset incisa. Itaque manife-
 stum est, quod circa primum spinalem medullæ
 F processum, facta aliqua passione, per quam ce-
 rebri facultas quo minus ad ipsam perueniat pro-
 hibetur, omnia inferiora membra, dempta facie,
 sensu, motuque priuantur. Vbi verò media eius
 processus pars fuerit passa, non oēs inferiores partes
 resoluentur, sed vel sinistra duntaxat vel dextra. Vi-
 dentur aut huiusmodi resolutionum aliqua, faciem
 quoque infestare, sed tum resolutum latus ad alteram
 faciem partem trahitur. Quumque ex anatomice di-
 diceris neruos qui per faciem partes sparsi sunt, à
 cerebro demitti, si earum aliqua simul cum toto
 corpore

corpore resoluta est, haudquaquam vos latere debet, resolutionis passionem in ipso cerebro consistere: ubi verò illesæ permanferint, spinalis medullæ initium pati sciendum est. Accidit verò nonnullis, ut faciei partes duntaxat patiantur, quemadmodum & reliquarum quoque partium interdum aliqua, ut lingua, oculus, mandibula, labium. Etenim non omnibus ab vno loco principium influit, ut pote quæ ex diuersis cerebri partibus nervos suscipiunt: id quod in anatomice haud obscure conspicitur. Igitur apoplexia omnibus animalibus actionibus noxam inferens, cerebrum pati manifeste declarat.

Nihil est quod aded referat sciri ad capitis huius plenam enarrationem, quam dissectionem nervorum, de qua breuiter, quantum scilicet institutum huius libelli ferre potuit, diximus, in scholijs sexti cap. libri primi. Illa ergo resume: si non videntur esse fatigati, lege quartum librum, de humani corporis fabrica Andreæ Vesalij.

Discernitur autem passionis magnitudo ex noxa, quam spirationi infert, vehementia. Quum enim naturalem ordinem plurimum egreditur, magnam: cum verò paulum impeditur, parvam in cerebro noxam esse conijcere oportet. Sane omnium pessima spiratio putanda est, quæ & intermittitur, & magna cum violentia trahitur. Quippe mori contingit apoplecticos, ob id quod spirare non possunt. Nam homo qui corporis partes mouere nequit, ad vitæ quidem functiones censetur inutilem, quamuis huic subita mortis periculum haudquaquam imminet. Itaque vidimus quendam, qui reliquis partibus omnibus resolutis, nullam quæ ad faciei partes pertineret, actionem amisit, seruabatur autem in ipso respiratio proculdubio. Quomodo enim vivere posset diutius ipsa deperditæ? In hoc, primario pati collegimus illam spinalis medullæ partem, quæ paulo inferior est processu nervorum ad septum transversum tendentium. Manifestum est autem quod & vrinas, & excrementa præter voluntatem eijciebat. Insuper vidimus alium cui propter casum omnes inferiores partes, demptis manibus resolutæ essent. Igitur quemadmodum ubi vniuersæ corporis partes, quæ sub facie constitutæ sunt, resoluuntur, faciei partibus illesis, passionem in spinalis medullæ initio esse certum est: ad eundem modum, si toti corpori conuulsio acciderit, faciei partibus omnino seruatis, eundem spinæ medullæ locum pati declarat. Quod si hæc quoque patiantur, cerebro noxam iam illatam esse ostenditur. Vbi verò pars aliqua conuulsa est, nervum qui eius motioni deputatus est, aut muscolum pati necesse est. Igitur si ex anatomice nervorum ad singulas partes venientium principia didiceris, perquam facile earum & sensum, & motum deperditum curabis. Verum hæc indeterminata relicta sunt & Herophilo & Eudemo, qui primi post Hippocratem nervorum anatomice accuratè scribentes, non me-

A diocrem medicis dubitandi occasione præbuerit: quo pacto per nervorum resolutionem interdum sensus duntaxat, interdum voluntarius motus, nonnunquam ambo simul percant. Itaque nervorum resolutio potissimum dicitur ubi motus deperditus est. Vbi verò partium aliquarum sensus perit, eam partem sensus expertem esse, resolutam verò non aded dicere consuevimus. Quamquam sunt nonnulli, qui hanc passionem, sensus resolutionem vocitant. Nos verò semper iubemus ut cuique nominibus pro arbitrio uti liceat. Etenim hoc nobis esto propositum, ut patientem scilicet sedem, simulque passionem eius inueniamus. Nisi enim hæc accuratè cognouerimus, nequaquam eas partes, quibus vel sensus, vel motus vitatus est, rectè curabimus. Sanè Pausanias Syrus sophista, cum Romam aliquando venisset, secundum duos minores sinistra manus digitos, atque medij partem dimidiam, sensum imprimis quidem difficilem habebat, postea malè curatibus medicis, sensum omnino amisit. Quibus equidem cognitis, **C** omnia, quæ præcesserunt, inuestigavi, atque ipsum, cum per viam duceretur, ventriculo excidisse, atque in dorsi initio læsum, mox partem læsam, breui quidem curatam, sed auctum in digitis sensus vitium audiui. Igitur remedia, quæ illi digitis adaptauerant, læsa parti adhibere iussi, atque sic vir ille celeriter sanitati restitutus est. Etenim id quod imprimis scire oportet, quod videlicet nervi per vniuersæ manus cutem dispersi, quibus sentiendi ad ipsam facultas defertur, proprias quasdam habeant radices, quodque nervorum musculos mouentium sunt alia, medici ignorant. Verum latius, quam proposueramus, iam nostra expatiata est oratio: proinde quiescere eam decet. Quippe nostra intentio erat, ut hoc commentario omnes passionem, quæ caput, maximè verò cerebrum infestare consueverunt, inueniremus, at quia ab ipso nervi originem ducunt per consequentiam, ad nervorum usque passionem sermo peruenit: cui etiam finem imponendo, **E** lent, scribere aggrediamur, si prius hoc tantillum superioribus addiderimus.

Nulla in ægritudine earum, de quibus haecenus disputatum est, tam curauit Gal. vehementem à non vehementi distinguendam, quam in apoplexia, quia nulla alia tantum intererat distingui. Nimirum ut in aphor. 42. sectionis secundæ dicitur ab Hippocrat. Apoplexiam fortem soluere est impossibile, debilem non facile: refert ergo quamplurimum eas dignoscere, ne aut in forti curanda operam perdamus, aut debilem, ut incurabilem dimittamus. Cum verò significari possit apoplexiæ grauitas, grauitate aliorum accidentium, insensibilitatis inquam, & immobilitatis, nullo tamen melius quam noxæ circa respirationem contingentis magnitudine. Gradus vehementiæ distinguit Galen. in commentario illius aphoristicæ sententiæ, dicens, si respiratio prohibe-

prohibeatur, maxima est, & acutissima hæc apoplexia. Quicumque verò respirant quidem sed magna cum vi, fortis adest istis apoplexia, fortis autem adest & illis, sed minus qui neque intentam neque violentam inæqualem tamen & inordinatam, ac præterea intermittentem habet respirationem. Sicut in quibus aliquem seruat ordinem, debilior existit. His verbis Gal. docuit quantæ respirationis noxæ sufficiant, vt apoplexia merito grauis dici possit. Verum occurrit hoc loco questio contemplatione digna, de causa, qua cum omnes alij voluntarij motus intercipiuntur, respiratio sola seruetur. Respondit Gal. paulò antè ad finem septimi capit. (nisi sumus obliui) sanè quemadmodum dormientes spirant, etsi nulla alia fungantur actione quæ à consilio prodeat. Verum hæc comparatio nihil declarat. Rogo enim hoc idem de somno, cur dormientes respirant, si respiratio est actio voluntaria? Respirationem esse voluntariam actionem, monstratum à nobis est lib. tertio controuersiarum cap. secundo. Verum monstratum nihilominus etiam est lib. quarto eiusdem operis cap. quarto, per somnum non accidere membris priuationem integræ sensus & motus, sed cessationem quædam non integram, quandoquidem multæ voluntariæ actiones per somnum etiam agantur, & multa sentiantur. Hoc idem intellige dictum de apoplexia. Quamquam apoplexia tanto magis accedit ad priuationem integram quam somnus, quanto à maiori obstructione pendet, & quanto difficilius est excitabilis, tamen integra priuatio nondum est ea apoplexia, cum qua seruatür respiratio. Quum ergo hoc ita habeat non est mirum aliquem motum voluntarium agi per summum, & per apoplexiam, nimirum influit interim, dum viuunt animal, facultas aliqua, etsi ea per exigua. Sed cur hæc actio quam spirationem dicimus agatur, magis quam alia, cum nerui illi ministrantes obstructi sint, non minus quam qui reliquis actionibus ministrant, nondum diximus. Galen. nuper citato commentario ita inquit, videtur autem hoc fieri propter respirationis necessitatem, quæ neruorum vim excitat ad operationem. Quæ verba significant facultatem apponere conatus maximos ad hæc actionem gratia necessitatis maximè. Quo fit vt quanquam ad hanc actionem facultas influat per id tempus exigua, tamen defectum supplente conatu, actio illa obeatur, alijs voluntarijs interceptis. (Verum quandoquidem non apponuntur illi conatus à consilio, aut deliberatione, mente ita consiliante, hæc actio agatur, illæ cessent, oportet vt causa alicuius irritationis in respirationis instrumentis contingentis, maioris quam in aliarum actionum fiat. Quod

A Gal. intelligens addidit, necessitas maior quæ instrumenta respirationis excitat ad actionem. Itaque cordis feruor totiusq; thoracis ardor instigat thoracem, multo magis quam aliarum actionum instrumenta instigantur. Proinde non mirum thoracem laborare, alias partes otari, vt aliarum partium quæcunque cum irritatur, moueri solet, quietis alijs. Vt si dormientis hominis digitum vnun pungis, videbis illud contrahi alijs contractis. Illud vnun superest scitu dignum, Videtur falsum quod de irritatione partium respirationis diximus. Nam quæ dormientium corporum partibus molestiam inferunt, eadem irritatione solent dormientes excitare. Vt si digitum dormientis hominis vellices, primum facies vt refugiat, deinde etiam excitabis. Ergo si tanta in partibus spirantibus irritatio accideret, eadem irritatione homo excitaretur. Verum oportet hic aliud obseruari, quod circa dormientes accidit. Ab irritationibus consuetis minus perturbatur animus, eoq; minus excitantur homines, vt videas hominem mollissimum, pulicis morsu excitati rusticum tamen, aut illum etiam hominem, si multis diebus in loco sordido dormire feceris, totum corpus mouere & versare ad excutiendum pulices, tamen non excitari. Itaque consueta irritatio non excitat. Cum ergo tam consueta ac naturalis nobis sit ea irritatio quæ à necessitate respirationis contingit, non est mirum sufficere eam irritationem ad permouendum thoracem, permittere tamen animæ quiescere. Si causam qua consueta minus perturbant insuetis scire cupis, lege caput quintum libri 8. controuersiarum, cui titulus est de consuetudine & natur. Illud velim in præsentia animaduertas, Galenum non negare posse per apoplexiam hominem viuere sine respiratione, sed posse diutius viuere. Experimur enim quotidie, cum mulieres veteri præfocatione laborantes, tum etiam apoplecticos, sine respiratione (vanum enim sit respirationem fingere, quam nulla ratione sentio) viuere, plus etiam quam quatuor horas. Quod cum sit, subit dubitatio consideratione non indigna, cur apoplexia laborantes viuere possint sine respiratione tanto tempore, cum ij qui laqueo suspenduntur, nec quartâ horæ partem expectare videantur? Potissimum cum Gal. dicat hoc loco, mori contingit apoplecticos ob id quod spirare non possint, quo eodem mortis genere constat, mori eos qui suspenduntur. Verum (quantum ego intelligo) causa huius euentus est, quod apoplexia non minus quam vteri præfocatio est affectio frigida, per quam quia minima est aeris necessitas, nihil mirum est si sola transpiratione aliquantisper seruetur anima. At verò ijs qui suspenduntur nihil aliud accidit.

accidit, quam quòd priuentur respiratione, eadem de causa, si cui per anginam, quæ non est frigida passio, spiritus omnino intercipitur, statim ac intercipitur morietur. Nec verò hæc quæ diximus quidquam asserunt rationi dissonum. Non enim tantum per apoplexiam frigus in capitis partibus fit (quamquam neque id esset minimum ad tolerantiam apnææ, cum cerebrum propriam respirationem habeat) sed etiam ut à Gal. dicitur commentario vigesimo septimo quarti de ratione victus in acutis, in corde, hepate, & vena caua, quæ hæc coniungit viscera: nimium à magno humorum impetu per naturales alueolos factò fit interclusio spirituum, qui naturaliter sunt impetum facientes, atque hac causa sanguis congelatur. Hic accidit (quod sæpe experimur) ut etiam si seceatur his vena, sanguis nullus profluat. Nihil ergo mirum in tanta refrigeratione seruari posse animal aliquot horas sine respiratione. Ad reliqua omnia quæ hoc capite dicuntur nihil opus est scholijs, sed satis erit ea relere, quæ sexto capite primi libri diximus. Hic non est opus pluribus.

CAP. XI.

Git de læsionibus virtutis odorandi, docetq; eam lædi aut per intemperiem anteriorem cerebri ventriculorum, aut obturationem osium colatoriorum, eo quòd odoratorum sensus in ventriculis cerebri agatur, atque ita læsio contingat, vel ipso instrumento proprio intemperato, aut via, quæ ad ipsum est interclusa.

Vbi olfaciendi vis leditur, non eorum meatuum, qui in naribus conspiciuntur, sed vel anteriorum cerebri ventriculorum, cum intemperantiam quandam potiuntur, noxa est: aut meatuum, qui in colatorijs osibus sunt, cum obstruuntur. siquidem odoratorum sensus in prioribus cerebri sinibus percipitur, relatis ad ipsos percoli foramina à vaporibus, quemadmodum in libr. de in-

A *strumento odoratus demonstratum est.*

Nisi Gal. putaret proprium odoratus instrumentum esse in ventriculis anterioribus cerebri, finem iam imposuisset huic tertio lib. & caput hoc vltimum in 4. librum reseruasset, cum hic à principio fuerit dicatus passionibus cerebri, & quartus passionibus partium circa faciem. Atqui ego ita fecissem, si meum hoc esset opus, quandoquidem hæc in parte censeo Aristotelis & Platonis sententiam esse veriorè, agiq; olfactum circa internam nasi pelliculam, ac fortassis etià non nihil in tota regione respirationis. Huius sententiæ confirmationem scripsimus lib. 2. cōtro. quæ si vera est, ut mihi videor apertè docuisse, constat, non omnes causas læsi olfactus Galen. hoc loco enumerauisse, sed reliquisse intemperiem propriam partium circa nasum, quæ læsio, vel sola est per primariam passionem, id est per instrumenti primarium morbum (nec verò dubium est si quis partes internas sui nasi medicamine aliquo vehementer refrigeret, quin is odorandi potentiam sit amissurus) nam cum ossa colatoria obturantur, priuamur olfactu, non quod vapores intro non penetrent, sed quia aer non penetrat, eoque respiratio impeditur. quare cum animalia respiratione prædita non olfaciant sine respiratione, utpote per respirationem veluti suctu quodam assumentia tenues vapores in intimos tunicæ internæ nasi poros, fit ut priuentur odorandi vi, intercepta respiratione, ea potissimum quæ in cerebro agitur. Nam monstratum id à Gal. euidenter est, esse respirationem quandam cerebro propriam. Sed de hac re dictum est in illo loco quantum ad plenam intelligentiam est satis, quare minus opus est, ut hic immoremur.

FINIS TERTII LIBRI.



DE LOCIS PATIENTIBVS,

LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Qum duobus primis libris explicatum sit, qua ratione patientes sedes inuestigare oporteat, & tertio libro cœpta sit exercitatio in morbis in cerebro habentibus partes patientes: in hoc quarto libro inquit Galen. agendum sibi esse de morbis faciei, atque primum omnium de morbis oculorum toto hoc capite differit, non quidem de omnibus, sed ijs tantum qui larentes habent sedes, cuiusmodi oblitricio in neruo optico, conuulsio aut paralytis alicuius musculi mo-

uentium oculum, qui septem sunt numero, in quos omnes inferuntur nerui secundæ coniugationis: aut distortio pupillæ ad aliquem angulorum, aut ad supernam infernamve partem, aut obliquè facta, quas omnes duplicatam rerum omnium visionem facere dicit, præter eam quæ ad aliquem angulorum fit. Huiusmodi etiam est suffusio per consensum ventriculi aut cerebri, quas suffusionum species exemplis illustrat, & signis quamplurimis docet distinguere.



V A via & ratione patientes sedes scrutari conueniat, duobus primis libris certis quarundam partium exemplis satis explicauimus. Quoniam uero, ut iam diximus atque in alijs libris demonstrauius, circa res particulares exercitari oportet eum, qui singula artis opera, quæ uniuersali via & ratione didicit, tuto & celeriter perficere uoluerit, operæ precium me facturū mihi uidere uideor, si rationales quasdam notiones omnium corporis particularum, quæ sensum effugiūt, cum quomodolibet patiuntur, præscripsero, sumpto à capite initio. Igitur de memoria & intelligentia uiriata, atque reliquis animæ functionibus, quas principes nominare consueuimus, in huius commentationis lib. 3. iam diximus. Simul in non paucis passionum generibus, uia, & ratione inducto exercitatio nis modo. Nam & de phreniticorum desipiētia, & de ea, quæ circa febrem accidit, quam maniam nominant, præterea de lethargo, sopore, morbo comitiali, melancholia, vertigine, cephalæa, hemi cranea, apoplexia & similibus, ibi iam dictum est.

Non est opus scholijs in primam hanc particulam.

At in præsentī libro qui huius cōmentarij quartus est, de faciei partibus, quæ intrinsecus patiuntur, sermonem faciemus ab oculis incipiendo. Nam modo ipsorum sensus, modo motus, ac nonnunquam tam sensus quàm motus resoluitur: idque interdum in altero, interdum in utroque accidit oculo. Nonnunquam solius palpebræ, nonnunquam etiam eius partis, quam propriè oculum uocamus, uel sensus, uel motus ladicur. Quum igitur nullo in oculo malo apparente cernendi sensus deperditus est, demissus à cerebro neruus causam, ut uel inflammationem, uel duritiem in se continet, aut ex humorum defluxu, aut aliter quomodolibet meatus ipsius duratur. Et hæc quidem, ut organicae parti illi accidere necesse est. Quæ uero ei ut similari adueniunt, octo intemperantia generibus continentur. Præterea aliud quoque ipsorum uitiū est, cum uel nihil omnino, uel exiguum admodū, splendidi spiritus, à principio quod in cerebro consistere putandum est, ad eos descendit. Si uero uerius oculorum, motum duntaxat amiserit, secunda coniugationis neruum, qui à cerebro oritur, molestari necesse est, ab aliqua uidelicet earum passionum quas alteri neruo, qui à prima coniugatione nascitur, nuper accidere diximus. Quoniam uero, ut ex anatōmice didicimus, musculi oculum mouentes, senario numero constant, ac præter eos, alij quoque sunt, qui descendentes in ipsum meatus radicem amplectuntur (quippe dissectores ita nominare consueuerunt primæ coniugationis neruum, eod quod soli manifestum sit foramen) accidit interrim, quamuis ipse haudquaquam patiatur, ut musculorum aliquis, aut in propria essentia, aut in neruo ad ipsum descendente, ab aliqua nuper dictarum passionum infestetur. Siquidem singulis horum musculorum pars quedam nerui à secunda coniugatione orti transmittitur, haud se-

cus, quàm is quoque musculi, qui meatus ipsum comprehendunt, siue ij duo, siue tres siue unus durat, dicendus sit. Id enim ad præsentia nō refert, modo nouerimus horum musculorum munus esse, ut & trahant oculum, & firment, ne mollis ille neruus quem & uisificū, & meatus nominant, uel pacto in processu diuertatur. Quum itaque sex inueniantur oculum mouentes musculi, si is quidem, qui ipsum retrahere solet, patiatur, totus oculus delapsus uidebitur. Si uero is, qui ipsum detrahere potest, retractus apparebit, ita etiam si minoris anguli musculus uirtatur, ad maiorem; si uero hic lesus est, ad illum oculus deslebitur. At si uolentium musculorum quispiam resoluitur, obliqua erit totius oculi conuersio. Ceterum cum alij præterea sint musculi mollem neruum illum circumdantes, scire licet ipsis resolutis totum oculum proci dere, atque à sua sede moueri. Et uident horum plurimi sine læsione, neruo molli exporrecto quidem sensum, patiēte autem nihil, qui ubi quo quomodo patitur, uisum efficit obscuriorē. Vbi uero adhuc magis malum ingrauescit, constat eos, qui sic patiuntur, nihil omnino cernere posse.

V Bi nos legimus, splendidi spiritus: legit Copus, uisifici spiritus, nō sine magna corruptione loci, nam græce habetur, *αἰσθητικὸς πνεῦμα*, id est splēdes spiritus. Adde monstratum à nobis esse 2. libro controuersiarū, cap. 22. non esse alios spiritus uisui, alios auditui, alios gustatui seruientes, aliosque ad oculos, alios ad aures, alios ad linguam à cerebro mitti, sed eosdem animales spiritus eosque splendidos in omnia hæc instrumenta deferre vim sentiendi. Itaque nulli sunt spiritus uisifici. Ibidē ubi dicit, extra hæc autem quādo nihil prorsus, uel omnino parum mittitur spiritus splendidi ab eo principio, quod in cerebro est, uidebitur fortasse nullū nouum malū dici, sed rursum repeti, quod dixerat prius. Nam cum obstructus est neruus, nō accipit spiritus à cerebro oculus. Sed attende aliū morbum dici, scilicet cum propter malū, aut languorē facultatis animalis in cerebro non potentis mittere satis multos spiritus ad uidentū, aut parū, aut nihil uideretur. Hac ratione pueruli recens nati non uident, & alij quibus per morbos facultas languet. Verū hic non est oculi morbus nisi per consensum, sed cerebri. Aliud est spiritus non recipi oculis, aliud non mitti à cerebro. Quum obstructi nerui sunt, mittuntur à cerebro, sed non recipiuntur oculis quia non penetrant, uerū cum extremē debilis est animalis uis non mittuntur. Rationem dignoscendi, an obstructi sint nerui an debilis uis, nō scripsit Gal. arbitror, quia est facilima dignotio ex reliquis. Nam debilitas maxima facultatis alijs multis signis fiet manifesta, quæ ubi non aderunt, si nullo malo apparente in oculis, non uident, obstructio est in causa. Ergo neruos primæ

primæ coniugationis appellat poros, diciturque ita ab alijs appellari esse solitos quòd hi soli omnium neruorum caui sint, vt venæ, & arteriæ. Diximus paulò supra, non ita apparere in dissectionibus. Septem esse musculos oculorum docuit etiam libello de dissectione musculorum. Vbi non minus quàm hic dubitat, an vnicus sit musculus obuoluens neruum opticum, an duo an plures. Certè is à plerisque habetur vnicus, nec videtur esse plures. Cæterùm is musculus videri possit, non tam esse musculus, quàm ligamentum quoddam carneum. Non enim videtur, tam habere vsum musculi, quàm ligamenti. Nam non continetur oculus ne excidat per voluntatem, sed veluti affixus est. Si enim per voluntatem contineretur, esset nobis liberum exerere oculum, feriente scilicet illo musculo, vt laxamus vesicam, & intro trahere illo laborante, sed neutrum videmur posse facere, ergo aut est alius musculi illius vsum, aut is non est musculus, sed erit *symplocosis* quædam, qua oculus neruo affigetur. Gal. hoc loco alium vsum innuit præter oculi retractionem, scilicet firmare neruum ipsum, ne in processu diuertatur, aut torqueatur, sed recta meet. Hoc non possumus experiri an liberum sit, est fortasse. Libello de motu musculorum docet Galenus, vsum huius musculi esse, vt infixi oculi recti, & inconniuentur intueantur rem quampiam etiam minutulam. Verùm ad hanc rem quatuor musculi mouentes oculos præter contorquentes sunt satis cum simul operantur. Itaque haud satis scio an septimus præster vsum musculi. Nam nihil sentio ipsum liberè facere, atque secundum voluntatem. Brachium enim quia per voluntatem agentibus musculis, erigitur, potest decidere per voluntatem laxatis, feriantibusq; musculis, perinde ac decidit resolutionem patienti. Tamen oculus nunquam erumpit, nisi cum ligamenta illa sunt per morbum laxata. Illud constat conuersionem oculi in gyrum non solù agi musculis obliquis, sed simul laborantibus quatuor rectis. Nec solum hoc, sed etiã non tam agi obliquis quàm rectis non simul, sed successiuis motibus, atq; ordine quodam illum trahentibus. Nam obliqui quos natura oculis dedit non sunt satis ad integrã oculi conuersionem, recti verò videntur sine obliquis posse esse satis. Nam obliquos scimus duos esse, in oculis boum ab anguli maioris regione ad angulum minorem alterũ per supernam, alterum per infernam partem, quales Gal. describit libro de dissectione musculorum, in homine duos, alium à regione anguli maioris ad medium oculi per superna, alterum à regione anguli minoris ad medium oculi per inferna. Neutra harum compositionum est satis ad omnẽ oculi conuersionem.

A nẽ, ac multominus ea quam in hominibus inuenimus. Nam vt pupilla voluatur ab angulo minori ad maiore per superna, facit primus, vt à maiori ad minorem per inferna, secundus. Sed vt à maiori ad minorem per superna, aut à minori ad maiorem per inferna, qui musculi facient? certè obliqui non possunt nisi duos alios nam modo effinxerit dictis contrarios, faciunt ergo recti successiuis illis motibus. Ergo obliqui non videntur esse satis ad totam oculi conuersionem. At verò recti quatuor videntur esse satis, nã si primum contrahatur supernus, secundo internus (internum voco eum qui est ad angulum maiorem, contrarium, externum) tertio infernus, vltimo externus, fit integra conuulsio incipiens ab angulo minori ad maiorem per inferna: si contrario ordine contrahantur, contra fiet. Certè ergo nullis musculis minori cũ malo potuisse carere animal putauerim, quã duobus illis dicta de causa, non tamen proinde eos statim esse inutiles, sed iuuare alios ad conuersionẽ. Quo fit vt non tantum totus oculus possit habere obliquã conuersionem, resoluta aut conuulso neruo aliquo obliquo, sed etiã resolutis conuulsisve aliorum duobus, simul vt superno & externo, aut inferno & interno, aut superno & interno, aut inferno & externo, aut fibris aliquibus amborum.

Et in conuersionibus oculorum ea que ad aliquẽ angulum fit concursio conferunt naturalẽ cernendi actionem, ea autem qua sursum, aut deorsum fit, & distorsiones duplicata videri faciunt omnia que cernuntur.

F Aeta oculi ad alterum angulorum peruersione omnino manere integram visionem falsum est apertè. Nam licet tibi experiri, si tu tibi oculum alterum digito detorqueas, rem duplicem videri, atque perinde accidere, ac si ex re quæ videbatur res altera prodeat, rem verò quæ prodijt nonnunquã apparere superiorem priori re, aut inferiorem, nonnunquam ad dextrum, aut sinistrum latus inclinantem, nonnunquam superiorem, simul, aut inferiorem, & ad alterum latus inclinantem, hæcque accidere pro modo quo torquetur oculus, si ad superiora torquetur, fieri imaginem rei superiorem, si ad inferiora inferiorem, si oculus dexter ab altero abducatur, id est, vertatur ad angulum externum. (Nam oculus ad sese adduci non vitiat visionem dextram, si sinister, sinistrã: si simul oculus ad superiora expectet & abducatur, fieri superiorem, & dextram, aut sinistrã.) Perinde ergo poterit accidere morbo abducente oculum, vt accidere experimur nobis ipsis digito abducentibus. Nec verò est quod non possit

per morbum abduci, ut potest sursum, aut deorsum trahi. Quid enim prohibet musculum eum, qui ad externum angulum rectus venit, conuulsionem pati? Verum est, (quod Galenum fortasse decepit.) Oculum minus ac difficilius posse ad latera torqueri, quam sursum, aut deorsum. Cuius causam statim aperiam. Verum id fieri posse ego ipse expertus scire sum. Sed quando grauissimo auctori contradicimus, æquum est, non id leuiter facere, neque aliter quam rationibus ipsis perpendis. Non enim, arbitror, ratio ijs quæ experimento sentiuntur aduersabitur. Gal. 10. libro de usu partium inquit, nervos opticos vniri antequam à craneo erumpant, non quidem sese transuerse penetrantes, sed ita ut separati rursus, qui dexter exortus est tendat in dextrum, qui sinister in sinistrum oculum. Hoc vinculum factum dicit, ut ex ipsis nervis cum pupillis oculorum triangulus fiat, quo ita pupillæ in eodem plano sint. (Est enim secunda propositio, vnde decimilibri apud Euclidem, omnem triangulum habere latera in eodem plano.) Nam, inquit, si in eodem plano oculi non sint, sed alter superior, fore ut res videantur duplices, eo quod videretur ac si essent in duobus locis. Nam res videtur circa res alias, quas attingunt radij uisorijs præterlabentes, itaque videtur hic, aut illic, quod circa has, aut circa illas res videatur. Quo fit, ut duo homines nulla ratione possint eodem in loco rem eandem videre. Nam vident circa diuersa, quia ex diuersis oculis in eandem rem venientes radij in diuersas res incidunt, cum rem præterlabuntur, tendunt enim recta. Addit Gal. cum oculus intuetur rem aliquam, venire radium ab oculi centro ad rei centrum, aliosque innumeros ab eodem oculi centro ad rei peripheriam, hosque esse æque distantes à primo illo. Ergo cum oculi sunt in eodem plano, ab vtriusque centro venire radios illos ad centrum ipsum rei, ita ut ex duobus illis radijs & linea ducta ab vna pupilla ad alteram fiat triangulus. Ergo visiones (Ita enim vocat lineas peripheriæ) incidere simul in eandem partem rei quæ videtur. Sunt enim vtræque à suo radio æque distantes, quare cum radij coeant, & illæ coibunt, videri itaque rem vnicam necesse, tamen si ita oculis in re infixis alter eleuetur eleuari radium, eleuari ergo & visiones, quare rem alteram videri. Hæc Galenus. Mirum dictu, quod nexus neruorum optico- rum usum tanti fecit, ut à Dæmone se eum accepisse affirmet, & illius suavis scripto mādasse, alioqui rei magnitudinem, & obscuritatem formidantē. Itaque non iam cum Gal. solum est nobis inita contentio, sed & cum dæmone. Sed rogo an satis sit, ne res videatur duplex, pupillas esse in eodem plano? Dicent satis esse, nam id faciebat ille nexus.

A Sed potest oculus vnus esse altero altior, & ut sint in eodem plano, ergo potest esse alter altero altior, & ut res non videatur duplex, nam siinge, ex illo nexu ambos nervos recta tendere, alterum verò erumpere per frontem mediam, alterum infra illam per medium nasum, constat alterum altero esse altiorem, tamen sunt in eodem plano. Nam ducta ab vno ad alterum linea, fit cum nervis triangulus rectilineus, quod vnū dicebas esse satis, ergo possent videri res simplices ab oculis, etiam si Deus, ut effinxit dextrum, ac sinistrum, effinxisset supernum, & infernum. Cur ergo ductus oculi sursum, aut deorsum, facit res videri duplices, atque si talem positum oculi accepissent à natura viderentur simplices? Quia si tales essent natura facti, venirent nerui illi recti, & possent adduci ad sese facies anteriores humorum crystallo similia, modo verò cum morbo aut compressione fit, euertitur altera pupilla, & facies centrumque crystallini humoris alio spectat. Scilicet visio fit radijs recta prodeuntibus à centro illius humoris per medium pupillæ, tunc ergo radius vnus oculi abscedit à radio alterius, cum euertitur pupilla, & humor crystallinus incipit alio spectare, non quod totus oculus sine euersione, aut contorsione separaretur ab altero: etiam si alter altero altior fiat, nisi euertetur. Ergo tota ratio eo est redacta, visionem fieri duplicem, cum euertitur altera pupilla, ita ut alio spectet, ac non possit ad alteram liberè adduci inter videndum. Constat verò id accidere etiam posse pupillæ versus latus. Quid nisi an quia ligati sunt nerui in medio itinere, non potest oculus ad latus inflecti? Vides quam sit inutilis hæc ratio? Quid ergo interest, oculos torqueri ad latus, aut sursum deorsumve? certè si cum flexione abducuntur, nihil. Sed oculi habent latius spatium adductus, & abductus à lateribus, quam sursum, & deorsum, proinde possunt plus abduci sine inflexu ac euersione, quam retrahi, aut deprimi, tamen abduci, eatenus possint, ut flectantur, & visionem faciant duplicem. Itaque ille nexus faciet ad firmitudinem & tentionem neruorum, nam ita accidit in reliquis particulis, verum non est is, qui facit, ut res simplices videantur, sed adductio oculorum ad sese. Oportet enim quod visio fiat, oculorum pupillas ea tenus adduci, ut radij ab illarum centrīs egressi, in centro rei obiectæ eodē cū linea ducta à pupilla, in pupillam triangulum faciant. Quare quoties contorquebitur pupilla, aut sursum, aut deorsum, aut ad externum angulum incipiet res videri duplex. Impedietur enim ita adductus pupillarum ad sese. Verum si ad angulum internum trahantur, aut ambæ, aut altera, per morbum, res quædam videbuntur duplices, quædam non.

Nam

Nam non semper opus est eadem pupillarū adductione, sed ad longinquiora minori, ad vicina maiori, nam si minus quam oportet adducuntur, non incidunt radij ambo in idem centrum, si plus satis coeunt, radij dissecant sese per medium antequam in rem obiectam incidat, ergo opus est, certè quodam adductu, & ad res singulas proprio. Illæ igitur res videbuntur bene, ac simplices, quæ in ea distantia collocatæ sunt, quàm exigit is adductus quem morbus fecerit, cum ad internum angulum flectuntur. Sed oportet reliqua addere. Addebat Gal. res quasque videri circa res alias, verè quidem, tamen male colligebat, cum ab utroque oculo radij, & visiones incidunt in eadem puncta, necessario rem videri simplicè. Nam visiones illæ, et si coeant in eisdem punctis rei quæ videtur, cū veniant à diuersis punctis, & recta tendant, statim incipiēt separari, incidētq; in res diuersas, videbitur ergo circa res diuersas à diuersis oculis res quæcunq; : quare hac ratione duplex semper videretur. Nā quod proposui ita fit re vera. Si enim rem aliquam intuearis modo dextro oculo, sinistro clauso, modo sinistro, clauso dextro, locum videbitur tibi res ea mutasse, scilicet mutatur aspectus aliarum rerum. Cur ergo duobus oculis apertis non videtur in duobus locis? certè quia alter alterum corrigit, sinister dextrū, dexter sinistrum, scilicet dexter perlustrat dextrum latus, sinister sinistrum, videturque ita res ad medium deducta, & vnica. Quum verò res illa statuitur prope oculos ipsos inter ambo, videtur ea esse duplex, quāquam oculi bene habeant, ac secundum naturam, idque duplici de causa. Et quia acies vtriusque oculi occurrit rei illi vehemens, quare vtraque procedit, & quia aliarum species eo loci veniūt languidiores præ his, quare minus aliarum rerum intuitu duplex illa visio emendatur. Oportet enim hic meminisse, quod 2. libro, cont. cap. 28. monstrauimus, visionem scilicet vtroque modo fieri, & emissionem facultatis, & admissionem specierum. Itaque constat ut hac de re Gal. errauerit, non tantum hoc loco, sed multo magis. 10. de vfu partium enarrans somnia.

Musculi verò supernam palpebram mouentes (nam inferior immobilis est) quoniam per quam parui sunt, aded ut in maioribus quoque animalibus vix manifestè perspicere possint, nihil mirum si neruis ipsi innati difficulter videantur. Nihilominus quemadmodum in musculis, quorum iam supra meminimus, ita et in his quoque euenire necesse est, ut interdum musculi ipsi peculiari aliqua passione ex his quos ad musculos pertinere nouimus, interdum verò nerui ipsi innati infestentur. Igitur si musculus ipsam sursum retrahens exoluitur, laxam efficiet palpebram, aded ut oculus ape-

ri non possit. Si verò retrahentes (gemini enim sunt) resoluuntur, oculum claudere non poterunt. Quorum si alter duntaxat patitur, ad oppositum musculus palpebra deflectetur, ut fracta videatur, in sine videlicet circa mediam ipsius lineam: quippe ea pars, quæ iuxta musculus patientem est, retrahi, quæ verò iuxta illæsum est, retrahi videatur. hæ sunt partium oculi peculiæres passiones, quæ latentibus locis insistant.

L Ib. 10. de vfu particularum refert Gal. de sententia omnium qui anatomes erant periti, musculis quibusdam eleuari, & deprimi palpebram supernam, mentionem faciens tatum modo duorum musculorum, alterius ab angulo magno ad medium tarsi venientis ad deprimendum, alterius ad paruum angulum, à supercilio ad eandem partem tarsi ad eleuandum: verum quanquam hæc optimos anatomicorum dicat asserere, non tamen inquit se posse in illorum sententiam venire, eo quod tales musculos nunquam viderit apertè. Addit argumētum quo indicet nullum musculus talem esse ad magnum angulum, ex curatione ex ægilopis. Scilicet cum curatur, sæpe secatur per transversum, & vritur tota ea caro, quæ est ad magnū angulum, illæso motu palpebræ. Quod non posset fieri. Hæc illo in loco, hinc verò in illorum sententiam venit apertè, & triam musculorum mentionem facit. Nam deprimentem dicit esse geminum. Certè si motus ipsos consideres, & læsiones quas pati potest oculus euerfione palpebræ, geminum oportet esse deprimentem, alterum ad angulum paruum, alterum ad magnum. Nam potest palpebra ad angulum magnum esse depressa, ad paruum semiaperta, & semiaperta ad magnum, ad paruum depressa, quod nisi ad paruum esset musculus deprimens qui posset conuelli, non posset accidere. Quæ enim ratione? Verum musculi hi nec gemini, nec simplices re vera apparent inter disseccandum, nisi quis seipsum velit fallere, sibi persuadens, videre quidem se illos, quanquam non manifestè. Mihi probabilius fit, motus illos agi cute carnosa, ut motus frontis, ut quæ super alia nunc sursum porriguntur, nunc deorsum deprimuntur, opera folius huius cutis. ita superiorem palpebram. Nec verò mitum, quanquam res ita habeat, posse palpebram per morbum nunc hoc, nunc illo motu priuari. Nimirum aliquando ita esse depressam, ut non possit oculus aperiri, aliquando ita eleuatam, ut non possit claudi. Nam quanquam ea membrana contexta est ex fibris ambientibus oculum in circulum ferè integrum, ed in inferna palpebra solum deficiente, possunt aliæ fibræ claudere oculum, aliæ aperire. Scilicet, si quanquam omnes eundem seruent positum, non tamè omnes

eadem parte neruorum surculos accipiant. Nam fibræ contrahuntur versus illam partem qua neruum accipiunt. Si igitur fibræ quæ alijs sunt depressiores, & prope tarsum oculi (ita vocatur ea cartilago, ex qua oriuntur cilia) sitæ neruos accipiunt, non in inferna palpebra, sed in ipsis angulis, aliæ hinc, aliæ illinc distinctæ, depriment palpebram, claudentq; oculum, vt crumenæ solēt corrigijs. A sublimioribus autem, si neruos infra angulos in interna palpebra accipiunt, contractis fiet extremarū, & humilium partium palpebræ superioris attractione totius superne palpebræ eleuatio, ac oculi apertio. Certè hic morus est, si quis alius, maximè occultus, proinde nihil mirū si ratione ducamur accipientes quædam, quæ quanquam opere non possint præ tenuitate indicari, verisimile tamē sit ita habere, modò ab ijs quæ in rebus ipsis inueniuntur non recedamus. Alijs occasionibus, præter eas quarum mentionem facit Galenus, potest palpebra aut detracta esse, aut euersa. Visione scilicet, aut cicatrice quam acceperit, aut carne quæ in ipsa plus satis crescat. Verūm has occasiones tacuit, quia non sunt occultæ, ac proinde nec huius loci sunt.

Ac sunt præterea alij, qui ex alijs partibus, ei per consensum adueniunt. Igitur accidentia, suffusionum visis similia, videntur, oculi nulla propria passione molestatis, sed aut oris ventriculi, aut cerebri cognatione, id accidere solet. Verūm hæc ipsam ab ijs, quæ à ventre oriuntur, distinguenda sunt. Primum quidem ex eo, quòd vel alter duntaxat oculus, vel vterque similiter visus occupetur: siquidem in vniuersum visa ob humorum in ventriculo contentorum vitium oborta, vtrique oculo similiter accidunt. Quæ verò per suffusiones apparent, nec incipiunt simul in vtroque, nec similiter apparent. Deinde ex tempore quoque distinguuntur. Si enim tribus, quatuorve, aut etiam pluribus mensibus, suffusionis apparuerint accidentia, contemplantiq; tibi pupillam, nihil tenebrorum videatur, ab ore ventriculi patiens procedere inuenies. Si verò non ita multum temporis intercessit, querendum est imprimis, vtrum ex quo incepit passio singulis diebus perpetuo huiuscemodi apparitio perseuerauerit, nullo scilicet interueniente die, qui omni reprehensione caruerit, an dieb. quibusdā laborans exactè videatur conualuisse. Nam assiduitas suffusionem portendit. Intermissio verò quòd malum à ventriculo prodierit, suspicionem excizat. Idq; magis, si perfectè quis concoquens, nulum sibi visum apparere fatetur: sed multo magis, si cum apparuerunt visa, mordicus in ore ventriculi doluit: maximè verò, si post hæc vomendo, eiecta re mordente, mitigata fuerint accidentia. Hæc sunt, quæ primo statim die, cum videris hominem, interrogando discere debes, quando, vt iam diximus, exquisitè secundum natu-

ram se habuerint oculi. Vbi verò altera pupilla tenebrosior, aut turbidior, aut (vt breuiter dicam) non exactè pura videtur, suffusionis esse initium censendum. Si verò quispiam snapte natura pupillas ipsas non admodum puras habuerit, considerandum vtrumq; similis sit passio: ad hæc an non ita multum temporis à suffusionis accideribus præterierit, vt eas turbidiores reddere potuerit. Quod si ita est, impera, vt minus cibi, quàm pro consuetudine ingerat, eumq; nihil mali succi habentem: potestero die, vbi probè concoxit, qualia apparuerint visa, interroga. Si enim vel omnino nulla vel debilitiora videantur, ad stomachum referendum est accidens. At si similia permanserint, non per consensum, sed ex propria passione, sciendū est huiusmodi accidentia oculos infestare. Idq; magis vbi sumpto ex aloë medicamento, nihil variauerint. Voco autem medicamentū ex aloë, quòd alij hieram picram, alij simpliciter picram appellant. Quippe si à stomacho prouenerit, accidens huiuscemodi medicamentis potui dato, facillimè curatur, accidente simul bona concoctione: vt in idem conueniant, & patientis sedis notitia, & ipsi curatio. Equidem quosdā sic patientes, quamuis, vti scitis, non viderem, cum in alienis essent terris, per literas curavi. Nam cum nonnulli ex Iberia, Celtica, Asia, Thracia, atq; alijs regionibus, per epistolas à me peterent, etiam in suffusionis initio, nullo adhuc vitio in pupilla apparente, vt probatum aliquod eis medicamentum transmitterem, volui prius certiore me redderem, nam ex multo tempore ita fuissent passi, præterea de alijs quoque, quorum paulò antè mentionem fecimus. Qui cum per epistolas responderent, sex menses, aut annum iam exactum esse, vtrumq; oculum similiter pati, cum probè concoxissent, melius sese habere: per cruditates, atque stomacho mordicus dolente, grauius irritari, educta verò per vomitum bile, quiescere, nulla facta de pupilla quaestione, satis efficaciter me cognoscere putavi, non propria passione, sed per ventriculi consensum oculum infestari. Mitens itaq; picram, ipsos quidem imprimis, atq; præcipue, per eos autem alios quoque multos ipsorum conterraneos sanavi. Quum enim omnes, quotquot epistolas meas acceperunt, docti essent, patientium locorū notas ex literis meis didicerunt: quibus deinde facillè cognitū, eos amaro medicamento curauerunt. At similia quoque suffusioni accidentia in quibusdā phrenitidis speciebus, patiente scilicet cerebro, sæpenumero euenire solent. Nec refert virum species, differentias nominaueris. Nam simplices quidem duæ inueniuntur, ex quibus deinde tertia componitur. Quippe sunt phrenitici quidam, qui de ijs, quæ oculis offeruntur, rectè quantum ad sensus pertinet, iudicant, mente verò à naturali iudicio aberrant. Alij rursus mente quidem falluntur minimè, sensibus tamen delirè mouentur. Sunt præterea, qui simul & sensus & mentis vitio laborant. Itaq; cuiusque lesionis modum sic accipe: cum Romæ quidam domi cum lanifice puero cōtineretur, surgēs à cubili, venit ad fenestram, per quam & ipse videri, & prætere

prætereuntes videre potuit. Itaq; ex vitreis vasis sin-
gula ostendēs, interrogauit, imperarēt ne vt ea pro-
geret. Illi verò videntes, plaudentesq;, vt ea pro-
geret rogabant, tum ipse deinceps omnia arripiens
eiecit. At illi magnis acclamationibus riserunt. Pos-
tea iuberētne pueram quoq; progeri, cum eos in-
terrogasset, atq; id illi iussissent, illico ipsum deie-
cit, quem ab alto cadentem videntes, suppresso sta-
tū visu accurrerunt, & contractam iam puerum
sustulerunt. At contrariam passionem, non solum
in alijs, verum in meipso, cum adoleſcētulus adhuc
esset, expertus sum. Quū enim per ætatem arden-
ti febris laborarem, & festucas atro colore, ex cubili
emittere, & floccos similiter esse putabam, quos au-
ferre tentans, nihilq; sub digitis eductū inueniens,
accuratus vehementiusq;, id efficere conatus sum.
Audens itaq; duos ex amicis, qui tunc aderant, di-
centes: Vidēsne hunc iam & floccos euellere, & fe-
stucas colligere? Statim intellexi, id ipsum quod di-
cebant, me fecisse. Quum verò sic animo constarem,
vt rationalis in me facultas non vacillaret: Rectè,
inquam, dicitis, proinde ne phrenitis me arripiat,
auxilio estote. Illi autem cum idoneis rogationibus
caput fouerent, tota die, sequenteq; nocte, graui-
bus insomnijs turbatus sum, vt interim clamare, &
exilire viderer. Verum postero die, mitigata sunt
omnia accidentia. Igitur constat, quod licet ab vna
& eadē causa secundū speciem accidentia proue-
niant, non tamen ab eadem sede, quæ primario pas-
sa sit, emergunt, cum aliās ex cerebro, aliās ex ven-
triculo per consensum passio oriatur, vt dictum est.
Quum enim in cerebro cuiuspiam biliosus succus
abundat, acceditq; febris ardens, is efficitur, per-
inde ac si ad ignem torreretur, oriturq; tum fuligo
veluti in lucernis ab oleo: quæ fuligo simul per
vasa, quæ ad oculum tendunt delapsa, visorum
in ipsi causa censetur. Siquidem in anatomicè
vidistis, quod & arteriæ & venæ ab his vasis, ex
quibus membrana secundiformis contexta est, si-
mul cum nervis ad oculū descendunt. Verum huic
sermoni, vt pote satis iam desinito, sinem imponen-
tes, de reliquis oculi partibus deinceps dicamus: si
prius id in vniuersum monuerimus, nostri instituti
non esse earū partium aliarū, quæ manifestè sensu per-
cipiuntur, si à naturali constitutione aberrauerint,
notas præscribere, sed illarū potius, quæ cum passe
fuerint, sensum latent. Nam cum pupilla manife-
stè videtur aut fracta, aut distorta, aut præter natu-
rā vel aucta, vel minuta, haud difficile est patiētem
parriculā cognoscere. At verò quæ sit passio huius-
modi faciens scire, artis medicæ munus est. Verum
de ijs in lib. de causis accidentium iam scriptū est.
Proinde non opus esse videtur, vt in hoc lib. vel pa-
tientes sedes in oculis, quas sensu consequi potest,
vel passiones ipsas declarare aggrediar. Quippe pas-
sionū nomina vno paruo volumine, cui titulus est,
quomodo noscātur oculorum passiones, perscripta
sunt. Causas (vt diximus) in libro de accidentium
causis inuenies. Tempus igitur est, vt ad linguam
nostra conuertatur oratio.

Consensu etiam cum venis & arterijs
posse oculos suffusione laborare, non
solum consensu ventriculi & cerebri, non ar-
bitror esse obscurum, cum veniant multæ
venæ & arteriæ in oculos, & possint illæ nec
cerebro nec ventriculo patientibus per se
deferre flatus crassos. Nec solum possunt
oculi laborare suffusione per consensum ce-
rebri in phrenitide, sed etiam in vertigi-
ne, & alijs passionibus capitis non est o-
mnino impossibile, suffusionem fieri in
ambobus oculis, & eam esse proprium af-
fectum, sed est perrarum, ambo simul ita
affici, vt rarum sit, ambas manus simul cor-
ripi inflammatione, tamen quod fieri pos-
sit. Itaque potes colligere, si alter tantum
oculus laborat, non sit consensu ventriculi:
non tamen si ambo laborant statim est con-
sensus, sed sit ita plerunque. Vbi Galenus
inquit, in quibusdam phrenitidis speciebus
Caccidere ægrotantibus suffusionis acciden-
tia, ne intellige quod nonnulli intelligunt,
semper laborare oculos cum cerebro, cum
id delirat circa aspectabilia præuè imaginan-
do, sed intellige id accidere frequenter, posse
tamen solam vim imaginandi, per sese, sine
læsione instrumenti alicuius singularis sen-
sus errare. Nam imaginari se videre quæ
non videt, non est actio oculi deprauata, sed
actio imaginationis. Verum hæc demon-
strata à me sunt libro quinto controuersia.
Dcap. 17. quod velim te ad intelligentiam hu-
ius perlegere. Ego enim quæ semel sunt sa-
tis explicata repetere, præterquā quod gra-
uiter ferrem, inutile esse duco. libro de dif-
fe. symp. Gal mentionem fecit læsæ memo-
riæ, non tamen læsæ imaginationis aut ra-
tionis. Nimirum erat illi institutum inueni-
re omnes symptomatum differentias. Hic
nullam mentionē facit læsæ memoriæ, quia
visiones suffusorum ad læsionem imagina-
tionis solius, aut communē imaginationis
& rationis aliquid facere possunt, ad læsio-
nem memoriæ nihil.

CAP. II.

Ad morbos linguæ facta transgressione, docet lin-
guam posse accipere noxam motus, aut sensus, at-
que huius, aut secundum gustatum, aut secundum ta-
ctum, ac motum lædi vitio nerui septimæ coniugatio-
nis, sensum vitio nerui tertix, sensum etiam posse lædi
in gustandi facultate, illæsa facultate tangendi, eo quod
hæc sit imperfectior. Obiter cōfert sensus omnes per-
fectione. Motum, inquit, lædi posse altera linguæ par-
te, aut ambabus, eumque qui altera parte lædatur, in
periculo paralysis versari, qui vtræque in periculo a-
poplexiæ. Redditque rationem qua frequenter inter
partes faciei sola lingua solet pati resolutionem, obi-
ter disserit de essentia, causis, & symptomatis soporis,
epilepsiæ, apoplexiæ, & cathoci, tandem refert mor-
bos temperamenti & compositionis, qui possunt lin-
guæ accidere. Quanquam illorum plerisque mitti iu-
bet, vt pote manifestos, atque ad hanc tractationem
minimè attinentes.

A Tq; videmus interdum ipsius motum, interdum gustandi sensum ledi, atq; nonnunquam cum ipso tactum quoq;. Nec verò alijs gustus, atque alijs tactus nervus vititur, vt in motu videre est. Nervi enim à tertia coniugatione orti, non solum tangendi, verum etiã gustandi vim obtinet. Verum crebrius læditur gustandi, quàm tangendi facultas, quamvis ipsdem nervus vtraq; utatur, vt magis exacta indigens cognitione. Nam tangendi sensorium, crassissimum, vt cernendi tenuissimum est. Auditus verò sensorium, vt in tenuitate à visu, ita sensorium gustus in crassitudine, à tactu secundum locum obtinet. Olfaciendi verò sensorium in illorum quatuor medio constituitur.

Lingua habet nouem musculos, instrumenta suorum motuum, ab utroq; latere quatuor & nonum illorum medium. Quidam oritur à radicibus dentium molarium qui sunt postremi, alius ab osse stylo simili, & sub musculis omnibus faciei & temporum venit obliquè ad linguam. Duo alij oriuntur ab osse, formam referente: his respondent ab altero latere totidem, nonus oritur à medio mandibule infernæ à basi ima. Verum cum hi nouè muscoli ad mediũ ferè linguæ finiuntur, non videntur esse satis ad motus extremæ linguæ, qui sunt quã multi ac varij. Proinde ego dixerim extremã linguam vim per sese habere musculi atq; adeo multiplicis musculi, scilicet, finiuntur nouè musculi ad mediũ linguæ illis coeuntibus, confusisq; in vnicũ corpus laxum, ac molle, quale conspicimus linguæ corpus, fibre quedam producuntur ab illis omnibus vsque ad extremum linguæ, vbi terminantur omnes, ita vt supernæ infernæ alligentur, atq; id corpus varios motus possit imitari varietate fibrarum quarundã, quæ in illo corpore obscurè sunt, ac proinde is motus est obscurus, si quis alius. Quod instrumentum tactus sit crassissimum, videndi tenuissimum, atque alia vt Galen. hic docet, ex temperamentis illorum sensuum pendet, de quibus abundè disputatum à me est, secundo libro controuersiarum, capite vigesimo tertio. Vbi ostendi visum pertinere ad ignem cœlestem, auditum ad aerem, odorarum ad habitum, gustatum ad aquam, tactum ad terram. Merito ergo vt se habent hæc corpora in tenuitate ad sese, ita se habent sensuum instrumenta. Ratio qua gustatus crebrius læditur quàm tactus, est eadem, qua indicatũ supra est motum particulæ alicuius tolli ante sensum.

Mouendi autem vis linguæ aduenit, à septima nervorum à cerebro ortorum coniugatione, non longe à spinalis medullæ initio. Quumque hoc in loco vtraque cerebri pars, tam dextra, quàm sinistra patitur, ne apoplexia hominem rapiat, periculum est, vbi verò altera tantum, in paraly-

A sim finiri solet. Ea interdum duntaxat linguæ medietatem à motu prohibet; interdum partes sub capite constitutas, & quidem modo has, modo illas infestat. Nonnunquam alterum latus per vniuersum corpus vsque ad extremas pedum partes, afficit. Igitur ex faciei partibus sola lingua sepe numero videtur iam dicta noxa molestari, cum nulla sit, neque in tactu ipsius, nec in gustu laesio. Cuius rei causa haud obscura est, vobis precipuè qui vidistis neruorum à cerebro processus, ad faciem quidem à parte eius anteriore, ad partes verò totius animalis sub facie omnes, ab altera parte, nempe posteriore fieri, à qua etiam eorum neruorum, qui ad linguæ musculos veniunt, coniugatio procedit, quibus ipsa motum ab electione perficit. Itaque non ab re, cum anterior duntaxat cerebri pars patitur, sola linguæ motio vniuo carebit. Reliqua verò faciei partes omnes, in altera parte, dextra aut sinistra, & sensum, & motum, ab electione amittunt.

Laborat lingua frequentissimè paralyti, atque adeo sola, sine reliquis partibus faciei sæpe, ea causa, quam Galen. reddit, quod scilicet nervi ad linguam venientes à postrema cerebri parte oriuntur in exortu ipsius spinalis medullæ, adde quod minime omnium cum reliquis neruorum partibus permiscuntur. Nullum enim mittit surculũ ad aliquem priorum neruorum, quanquam accessionem quãdam recipit à tertia & sexta coniugationibus.

Quod si aliquando tota anterior cerebri pars patitur, supremum ipsius ventrem ei consentire necesse est: atque mentis quoque actiones vitari. Proinde qui ita laborat, nec sensus, nec motus munere fungitur, spirandi tamen facultas haud quaquam læditur, vocaturq; hæc passio carus. Si verò adeo vehementer spirationem opprimat, vt quis vel magno conatu, vix spirare possit, eorum exemplo, qui per grauem somnum stertere solent, apoplexia nominatur.

Tριψιλοτάτω κοιλίαν, id est supremum ventriculum appellat medium. Nam tum temporis putat fieri carũ, cum patiuntur ventriculi anteriores cũ medio. Verum non est quod medium, supremũ appellet, cũ infra duos priores sit locatus. An passione priorum ventriculorũ cerebri carus fiat cum passione medij, an vltimi, nullus possit iudicare euidenter, non enim profectò, vt Gal. innuit anteriores locati sunt in anterioris capitis parte, & post illos medius in medio supremo capite, sed vt antea monui, duo priores sunt eminentiores & à lateribus, tertius profundior, & in medio illorum. Illud vnum videtur verisimile, per carum lædi ventriculos cerebri, vt per epilepsiam, non substantiam etiam cerebri, vt per

925
per apoplexiam. Nam si substantia etiam cerebri, vt in illa obstructa esset, non posset fieri libera respiratio in caro, magis quam apoplexia, nimirum esset obstructa neruorum radix, & ipsam processum principium. Epilepsiam quoque dicit Gal. fieri obstructione ventriculorum, verum dicit ab ea differre carum, quod epilepsia sit affectio omnium ventriculorum cerebri, carum anteriorum tantummodo. Verum ego cui persuasum multo ante id non satis posse constare, cum propter anatomiam etiam quae sensus actio in quo ventriculo cerebri agatur, sciri non posse demonstrauit, aliter dixerim, epilepsiam nempe tenere ventriculos & substantiam, sed substantiam multo minus quam apoplexiam, multo plus quam carum. Atque adeo carum aut nihil aut quam minimum obstruere substantiam, praeterea humores aut vapores, qui cari sunt causa, refrigerando id facere. Inducunt enim stuporem primi sensus puta profundum somnum, eos vero qui epilepsiam, non ita, sed aliter irritando, itaque insurgere cerebrum aduersus eos & se concidere. Quanquam carum a principio non comiteretur necessario laeso respirationis, constat tamen ingrauescente malo posse succedere difficilem respirationem, verum erit iam tum apoplexia. Coniugio etiam alterius mali nihil prohibet laedi respirationem etiam carum sit, vt si anginam cum caro esse fingas, nec solum hac ratione, sed vitio quodam naturali fieri potest, vt per carum quis stertat. Nam & per naturalem somnum stertunt quidam, quod angustias habeant spiritus vias.

Atqui soluta apoplexia creberrime succedere solet, vocata paralytis. Sopore vero finito, bona valetudo magna ex parte subsequi consuevit. Fit autem sopor, Hipp. auctore, musculus temporum patiens, praeterea in acutis quoque morbis, vt idem Hipp. scripsit. Inter soporem vero, & apoplexiam, morbus comitialis medius est, conuulsionem afferens vniuerso corpori, sed in paralytim non finitur. Horum trium morborum frigidus, ac crassus, aut omnino viscidus humor, causa est. Verum & in sopore, & morbo comitiali, vetres magis cerebri, corpus minus: in apoplexia vero corpus magis pati solet. Atque in sopore anterior pars magis in apoplexia, & morbo comitiali vtraque laborat. In catalepsi vero & catoccho posteriora cerebri magis molestantur.

Carus nunquam est, cum febre, nisi cum illius est accidens, vt in quibusdam ardentibus febribus solitum esse fieri docet Hippocr. 3. epid. parte 3. sed de hac re 3. libro cont. cap. 15. scripsimus. Miror Gal. dicere epilepsiam nunquam finiri in paralytim, nam vidimus nonnullos, audiuiusque quamplurimos, infantes potissimum epilepsiam euasisse per paraplexiam, siue paralytim. Maxime cum Gal. ipse dicat 4. de ratione vict. in

A acut. com. 27. paraplexiam fieri, aut ex apoplexia, aut epilepsia, neque id solum, sed etiam apoplexiam plerumque abire in paraplexiam per media epilepsiam: quo loco ratione optima reddit qua id fiat. Nimirum per epilepsiam succus concussione membrorum partim discutitur, partim distrahitur per corpus, ergo habebit duplicem solutionis modum, aut discutit succo, aut detruso ad membrum aliquod, quare si alterum latus sit imbecillum in illud incumbet, facietque paralytim. Itaque haec duo Gal. loca manifeste pugnant, quae proinde ego in quodam commentariolo, quod de locis manifeste pugnantibus apud Gal. scripsi censui reponenda. Musculus temporum est in masticatorijs, ortum habet ab ossibus temporum, lapideo, & frontis, descendit sub osse iuguli, inseritur in processum supernum & externum maxillae infernae, laeso hoc trahi ad consensum facile cerebri ventriculos puto facere magnam arteriam, quae per tempora venit, & nervos qui eo loci a cerebro erumpunt, praeterquam quod eo loci os est debilissimum & suturae multae, quibus mouetur os vt articulus. Hoc docet Hippocr. libro de vlcibus capitis dicens, hac de causa vlcus in temporibus solere esse maxime periculosum.

D Quam autem osse quopiam cerebra perforat, medius ventriculus fuerit attritus, sopor hominem occupat, sed neque conuulsione, nec difficili facta spiratione, quarum haec apoplexiae, illa morbo comitiali peculiaris est, haud secus, quam catalepsi, sopori que seruata secundum naturam spiratio. Verum vt per soporem palpebrae clauduntur, ita in catalepsi manent aperta. Quomodo autem inter perforandum, cum quis incaute premens meningophylace, meningem plus iusto compresserit, carus fit: ita vbi os caluariae vehementer attritum, ipsius ventriculos comprimat maximeque medium, sopor superuenire potest. Quinetiam ad vehementes dolores haec passio sequitur, concidente videlicet robore spiritus animalis. Voco autem sic id, quod est in cerebri ventriculo primum anima instrumentum, quo & sensum, & motum, in vniuersas corporis partes mittit.

Non video qua ratione possit cerebra perforato osse medius ventriculus attriti, non antea ac plus etiam attritis primis, ego sane ventriculorum vitio accidere soporem probabile duco, huius tamen, aut illius vitio fieri, non possum dicere. Sed causam, qua cum cerebrum osse perforato comprimitur, sopor hominem occupat, longe aliam esse suspicor. Nimirum vt dictum est a libi de sententia Gal. cerebrum habet propriam quandam respirationem, cuius causa natura satis magnum spatium dilatationi, & contractioni cerebro reliquit inter tenuem & du-

& duram meningem, cum ergo compressione: hac ventilatione priuatur cerebrum, simile quiddam patitur suffocationi, & incipitur decursus spirituum, & cessant sensus. Nam sensus interni aguntur motu quodam spirituum, cessantibus sensibus cessat continuo toto corpore motus. Nam animantia mouetur appetitu, qui non est sine imaginatione. Itaque merito compressio cerebro accidit sopor, etsi ventriculos non attingat contusio. Nam & ipsemet Gal. dicit statim soporem accidere, compressa meninge, plus iusto meningophilace instrumento. Est meningophilax instrumentum, quo vtuntur chirurgi ad custodiam meningum cum aliquid circa cranium moliantur.

Has capitis passiones tum quod iam proposito sermoni familiaritate coniunguntur, tum etiam quod antea non satis declarata fuerunt, operapretium duximus in presentia definire. Sed ad linguæ passiones redeundum nobis est. Quorum alie quidam communes sunt per cerebri, neruorumque, consensum: alie ipsius duntaxat propria censentur. Igitur quoddam ad communicationem, quam cum cerebro habet, pertinet, vt per septimam neruorum coniugationem motus ipsius vitatur, ita sensus impediri potest per tertiam, quem neruum dissectores mollem appellant, descendentem, dispersumque; (vt scitis) in tunicam, qua linguam comprehendit: quemadmodum is, qui à septima coniugatione ortum habet, musculus ipsum mouentibus distribuitur. Propria autem solius linguæ passiones, ex ijs, quæ iam supra de oculorum propria passionibus diximus, haud difficulter inuenientur. Quippe sicut musculorum ipsius, vt pote simularium, intemperantia motum impediunt, ita ambientis ipsam extrinsecus membrana intemperies, & tangendi, & gustandi simul sensum vitiat. Instrumentalium vero passionum speciem referunt inflammationes, scyrrhi, tumores molles, erysipelata, supurationes. De his vero, vt pote quæ tum visu, tum tactu discerni possunt, nihil aliud in hisce commentarijs dicemus. Quippe eas duntaxat patientes partes hoc in libro persequi proposuimus, quæ nec visu nec tactu, sed per signa quadam ex indicatione, atque (vt summam dicam) rationali via inueniri possunt.

Libello etiam de dissectione neruorum docet Gal. neruum tertiæ coniugationis solitum esse appellari mollem, & molliorem esse re vera neruis coniugationis secundæ, certè præter naturam aliorum omnium neruorum, qui tanto solent duriores esse quanto è posteriori parte cerebri oriuntur. Verùm hoc non sine causa est machinata natura in his neruis, cum tertia coniugatio sit ad linguæ sensum, & secunda ad oculorum motum, oporteat verò neruo, motus neruis sensus duriores esse.

CAP. III.

Docet hoc cap. Gal. eadem methodo posse nos vt ad morbos occultos qui auribus contingunt, qua in morbis instrumentorum, aliorum sensuum vt hæcenus docuit, scilicet, si solus auditus læditur nullo apparente circa eorum malo, læsio est proprii nerui, si verò simul cum auditu læduntur faciei partes, malum est cerebri.

Eadem igitur ratione in sensu auditus, quæcunque passiones in aurium oculis obiecta concantitate oriuntur, rationali inuestigatione non opus est. Quæ autem non patiente eo poro qui videtur in auribus, læso autem secundum audiendiam actionem simili methodo inuestigamus. Siquidem sola patitur, proprii neruū læsum esse conyicimus.

Si quid de proprio auditus instrumento hoc loco audire cupis lege cap. 15. 2. libri nostrarum cont.

CAP. IV.

Hoc capite differit Gal. de faciei, extra sensuum instrumenta, morbis: atque imprimis de oris tortura, per quam cum resolutione fit, in sanam partem trahitur pars ægra. Obiter docet multa ad eius partis aut tomen spectantia.

Vbi verò reliquæ faciei particule simul cum ipsa læduntur, in cerebro passionem præternaturam esse existimamus, ipso velut similari, vel vt instrumentali parte patiente. Sed facies reliquis in locis omnibus non solum motum, verum etiam sensum, aut perdit omnino, aut vitiatum habet: interdum partibus, quæ læsas habent actiones propria passione laborantibus, interdum verò neruis, qui ad eas à cerebro deferuntur, denique ipsomet interdum patiente cerebro. Quorum discrimen per copulata ipsis accidentia facile apprehenditur. Quippe si fortuna vna quapiam particula, aut in sentiendi, aut mouendi, aut vtraque facultate lædatur, ea sola causam passionis continet. Idque aut in suis partibus, vel instrumentaliter, vel per intemperiem patientibus, aut in neruis, qui ad ipsam ex tertia coniugatione feruntur. At vbi plurima simul patiuntur particule, considerare oportet, vtrum ex vna neruorum origine, aut pluribus, sensum, motumve, cum in naturali sunt habitu, sortiantur. Subyiciamus enim ex arte secandi corpora, temporum, maxillarumque musculis, item labris, & narium primis, sensum & motum: linguæ verò omnibusque oris partibus, sensum duntaxat, à tertia neruorum coniugatione procedere: à secunda verò, vt oculorum musculus motum, ita à prima oculis ipsis cernendi sensum suppeditari. Igitur vbi particula, qui à tertia coniugatione nerui adueniunt, & quidem omnes, sed in alterutra duntaxat parte læse videntur (nunquam autem huius præceptionis, vel nihil dicentibus nobis obliuiscaris) neruum ipsum primario labore putandum est. Si verò vtramque simul partem lædi contigerit, non nerui propria, sed in cerebro loci cuiuspiam, à quo nerui procedunt, prima passio est. Sanè patiente in vtraque parte, tam dextra, quam sinistra, cerebro, in eo videlicet

delicet spatio, vnde tertia neruorū coniugatio prodit, omnes vicinæ partes simul pati consueuerunt. Et proinde secundæ, & primæ coniugationis nerui leduntur. vnde sequitur, vt oculorum quoq; partes ledantur. Quidā si vnus dūtaxat vel musculus, quoquo modo, siue primaria passione, siue per consensum, laborauerit, pars ipsa in aduersum trahitur musculū. Nam resolutio musculo, qui dextrā labri partē mouet, ipsa ad sinistram deflectitur. At si is, qui sinistram mouet, resoluitur, ipsa trahitur ad dextrā. Haud secūs & totā mandibulā, & nariū pinas, & genas vtrāsq; quas à musculosa latitudine moueri didicisti, in aduersam partē deflecti contingit. In hanc verò non ex tertia coniugatione nerui, sed ex vertebris colli procedūt in totā ferè, dempta parua quadā parte, in quam à quinta coniugatione inseruntur nerui. Vbi ea latitudo supremum habet locum.

Optimum sanè modū inueniendi partē laborantē Galenus docet ex partibus quæ simul cum alijs patiuntur, aut non patiuntur. Nimirū cū particula quæpiā laborat sola, non est q̄ malum referatur in radicem vnde in illam neruus venit, cum verò cum ea simul laborant aliæ, videndū est, an illis omnibus ex eadē parte, ac per oculū neruū vis veniat, an ex diuersis. Si enim ex eadē, illa in parte quæ omnibus malè affectis est cōmunis radix, malum esse putandū est, si ex diuersis, in illis omnibus: in ipsis quidē neruis cū iam sunt producti, si vnice in latere læsio fit: in ipso cerebro, si in ambobus. Itaq; cum ad locorum laborantium notitiā ad eō conferat anatomēs peritiā, & ad morborum curationē nihil ad eō conferat, quā notitiā laborantium locorū, non est q̄, quisquā neget anatomēs peritiā apprimè esse necessariam ad artē medicā. Verū illi argumento quod à partibus quæ simul laborant, aut non laborat, accipi diximus, aliud addi debere putauerim, ex signis fluxionis quæ in partem laborantem decumbit, quorū maximum est dolor. Rarè enim fit vt tortura oris quispiam corripiatur, quin doleat prius, aut inter vertebras colli, aut prope aures, qui dolor mihi indicat fluxionē in neruulos illis locis decumbentem. Nolim verò signū hoc dimitti, quia fieri potest, vt particula aliqua sola labore; tamen mali principium in primo nerui exitu sit, quod scilicet nō totus neruus, sed quædam in eo fibræ, quæ in eam partē sunt processuræ resolutæ sint. Ita diximus cap. 6. primi libri, contigisse illi cui accepto in principio dorfi, ic̄tu duo tantū digiti cum dimidio resoluti sunt, quanquā profectō neruus qui eo loco oritur in partes alias surculos demittat. Est aliud inditium, in quod, vbi reliqua non sunt satis, intendendum est, à iuuantib; & nocētibus, vt Galenus cognouit illum in principio dorfi habere causam stuporis, in-

A ter cætera quod cum tali morbo idoneum medicamentū digitis impositum esset, nihil profecerat, quod tamen si in digitis esset malum, ac nō potius in neruorū principio profecisset proculdubio. Vbi nos legimus, omnes vicinæ partes simul pati consueuerunt, proinde & secundæ, & primæ cōiugationis nerui, est corrupta versio Copi. Legitur enim tertiæ & quartæ. Causa particularum quarū Galenus mentionem facit, scire oportet sub cute verā, ac non verā, & sub pinguedine esse, in faciē musculos, decimosexto, vtrinq; octauo, quatuor mouentes maxillam infernam, eleuantes duo, deprimērem vnū, alterum circumferentem, eleuantium alter est temporarius quem nuper descripsimus, alter ex gena externa venit ad internam & infernam imæ mandibulæ partem, qui deprimat venit ab osse stylo simili, vltimus à processu osis similis alæ vespertilionis. Sūt quatuor alij bucarū, primus est quā Galenus vocat, *μωδὸς πλατύσμα*, quasi dicas musculosam latitudinē. Est cutis carnosā quæ eo loco est musculus, ortum habet à processibus omnium vertebrarum colli & duarum dorfi, producit ad dimidiā faciē, mouet ergo totas bucas, & labia, & pinas nariū, has quidē aperiendo proculdubio, aut vt Vesalius videtur verè dicere, claudendo nō nihil, vt non sit tota pinarum cōclusio in inspiratione. Præter hunc sunt tres alij bucarū musculi, alius venit desuper à mala externa in supernum labium, alius desupter à mandibulæ infernæ ima parte ad labium infernum, alius ab ea parte qua cōmittuntur maxillæ ad cōmissuram labiorum. Hi oēs musculi accipiunt neruos è tertia coniugatione, præter latum qui maximā partem accipit neruorū à vertebris colli inter secundam tertiam & quartam erumpentium, & in sublimi parte è quinta coniugatione cum tertia coalescente accipit neruum, quæ Galenus, libro de dissectione neruorū gloriatur se inuenisse. Per torturā oris partē illæsam esse contractam, si morbus is sit resolutio, si verò conuulsio, ægrā contrahi dictum est suprā, ac Gal. modò docet, quanquā Auicēna Fen. 2. lib. 3. cap. 15. contrarium innuit, sed falsum.

CAP. V.

Fincipit enumerare spinalis medullæ passiones, ac primum omnū docet necessarium esse tenere memoria numerum neruorū qui ab illa prodeunt, ac scire in quam quisq; partem veniat, & secundum quam vertebram prodeat. Deinde anginæ luxatione vertebrarū colli factæ mentionem facit, ac locum quendam ex libri 2. epidemicon constitutione 2. profert, quo Hippoc. pestatem quandam describit, qua illa anginæ species grassata est, ac enarrans Gal. Hippocratis verba, signa omnia illius mali percurrit, & singulorum, quæ acciderunt, causas docet, ac obiter omnium specierum anginæ nomina, quibus medici post Hippoc. utebantur, & signa profert.

P. Sed

Sed iam tēpus est vt spinalis medullæ passiones persequamur. Igitur spinalis medullæ passiones, quantum ad presentem inquisitionē pertinet, compendiosam habent doctrinam: minime verò compendiosam cognitionē in ipsis operibus habēt. Etenim nisi quis neruorū ab ipso procedentiū coniugationes ita memoria teneat, vt ad quam corporis partem singule perueniant, cognoscat, discernere non poterit, secundum quam vertebra ipsa patiatur: veluti ē contrario, si illarū meminerit, facilius erit patientis sedis notitia. Quinetiam si reliquarum quoq; partium omnium notitiam queris, vt neruorum, qui à spinali medulla oriuntur, memineris necesse est.

Spina tota constat 24. vertebriis, quibus accedit os sacrū sex constans ossiculis, quæ sunt pro sex vertebriis, quibus additis fiunt triginta, quæcunq; vertebra habet interius per medium quoddā foramen, cui aliud in inferna respondet, itaq; ex illis omnibus coarticulatis sit oblonga quædā fistula ē cerebro orta, per quam cerebri substantia deducta spinalis medulla fit, atq; medulla vt recedens a cerebro semper extenuatur, ita angustius etiā fit semper internum vertebræ sequentis foramen, foramine antecedentis, vt verò foramen id in sequentibus vertebriis perpetuo sit angustius, ita corpus ipsius vertebræ fit maius, præter primā & secundam, quæ maiores sunt multo proximis vertebriis, quanquā sunt excelliores. Nec tamē hoc solum habent duæ hæ vertebrae præ cæteris, sed figuram propriam & modū articuli. Ita enim oportuit cum motuum capitis futurę essent instrumenta. Prima vertebra caret spina (spina in quauis vertebra vocatur processus quidā ossis retro spectans) quanquam reliquis omnib. sit, habet duos sinus à lateribus excipientes duo tubera ossis occipitis, atq; hac ratione coarticulatur capiti. Secunda vertebra habet figurā reliquis similit, præterquam q; in parte superna & interna, quo loco aliæ habent sinū quendā excipientem processus supernarū, ea habet processum longum, & per foramen primæ subeuntem, cuius causa ab Hippocra. appellata est hæc vertebra dens, aut denti similis. Hoc secundo articulo motum annuendi & renuendi fieri, & primo illo caput in gyrum agi contendit Galenus, multis verbis, duodecimo de vsu partium, ego tamen magis acquiesco in sententia eorū, qui asserunt motum annuendi fieri, primo articulo, & flexū ac reflexū capitis in secundo, non alia de causa, quam q; ipsa structura videtur indicare. Possis enim tu ipse ita experiri. Caput in prima vertebra colloca vt per naturam est, deinde primam vertebra altera manu tene vt immota sit, atq; altera tenta caput circumferre, ac videas ipsas articuli partes esse impedimento. Ten-

Ata 2. ita collocautum caput deprimere ac eleuare in eodem articulo, ac videas articulo illæso caput cedere facillimē. Iam verò nihil facilius quam primam vertebra in secunda circumferre, trahere caput in occipitium nō videtur facile, in mentum non videtur posse fieri, quum processus dens vocatus medullā spinæ lædat comprimēs. sed hæc obiter sint dicta. Spinalis medulla, vt diximus, quo plus à principio recedit, eo fit tenuior, ac profectò tantum videtur crassitudinis amittere, quantum in neruos qui ex ea procedunt impenditur. Nam ex singulis vertebriis oriuntur bi ni nerui, vtrinq; vnus, itaq; triginta neruorū paria oriuntur ex spina, erumpētia per quædam foramina, quæ nō tam sunt in ipsis vertebriis quam fiunt in coalitu vertebræ cum vertebra, singulis habentibus sinus & excavationes. In collo æquales partes præstant foraminibus supernæ & infernæ, in dorso aliquid plus supernæ, quam infernæ, in lumbis tota ferè foramina sunt in supernis. Qui neruus in quam partem tendat multum ad hanc tractationem scire refert, si tamen omnia aut omnino multa mihi de hac re dicenda forent, opus esset libro integro, quæ necessaria sunt & videntur esse satis, sexto cap. lib. primi dixi.

Veluti vbi primæ vertebra patiuntur, licet rard, euenire tamē interdum angina potest. idq; in pueris magis, quam adultis, de qua Hippo. lib. secundo de morbis populariter vagantibus in hunc modum scripsit: Erant anginae passiones huiusmodi, ceruicis vertebræ ad interna conuersæ sunt, alijs quidā plus, alijs verò minus, atq; in partib. exterioribus, manifesta videbatur in ceruice cōcauitas: dolorem laborās, cum eo loco tangeretur, sentiebat. Accidit autem cuidam sub dente appellato, non eodem modo: acutum est autem & quibusdam valde conspicuum maiore peripheria, si simul cum vocato dente pharynx non phlegmone affecta, sed compressa aut angustia affecta sit. Ea, quæ sub bucis erant, tumebant quidem, sed inflammatione vexabantur. Glandulas nullus dolor cruciabat, sed naturali potius habitu permanebant. Lingua haud facile mouebatur, atq; aucta ipsis videbatur, atq; prominētiior. Vena sub lingua manifestè: deglutire nisi magno cum labore nequibant. At si vi quædā deuorare sonarentur, per nares effluebat id, quod ingesserat. Ex naribus loquebantur. Spiritus ipsis non admodum sublimis. Nonnullis capitis, temporū, atq; ceruicis venæ atrollebantur: atq; horum quibusdā red ditus malignioribus, tempora paululum calebant, quāuis alioqui non febricitarent. Plurimi non suffocabantur, nisi cum vel sputum, vel aliud quippiā deglutire tentarent. Nec intus subsidebant oculi. Igitur quibus tumor non in alterutram partem deflexus, sed rectus erat, nequaquā paralytici eua debant. Morum si quempiā perysse mihi constaret, id referre grauaretur minime: nam quot quot memorie

933
 nunc consequi possum, omnes superstites perman-
 serunt. Atq; alij quam celerrimè sanitati sunt resti-
 tuti: alij non pauci, quadragesimū diē præterierāt.
 Insuper nonnullos febris omnino non arripuit. Plu-
 rimis etiā vsq; in longum tempus, pars quædā tu-
 moris protracta est, cuius rei signum & à deglutio-
 ne, & à voce sumi poterat. Atq; eliquatæ quoq; co-
 lumelle, quanquam nihil mali habere videbatur,
 mala tamen significationis nuntiū præstabant. At
 verò quibus in alterā partem vergebat, in ea parte,
 vnde vertebra inclinabant, paralytici euadebant,
 atq; hæc ipsa versus alterā trahebantur. Porro hu-
 iusmodi accidentia tum in facie tum in ore & in-
 ter septo secundū gurgulionē perspicua erāt. Quin
 etiā inferiores buccæ pro ratione mutabatur. Cere-
 rū qui paralytici fiebāt, ijs non totū corpus, vt in a-
 lijs fieri solet, resoluebatur, sed vsq; ad manus dun-
 taxat malum procedebat, ab ea parte, quæ angina
 vergebatur. Atq; ij cōcocta quædā, eaq; exigua, & nō
 sine molestia exuebāt. Præterea quib. tumor in re-
 ctitudine cōstitebat, ij expuere poterāt. At ij, quos fe-
 bris quoq; infestabat, longe maiori cū difficultate
 spirabāt, ac inter loquendum salinā effundebant.
 Venæ ipsi attollebantur, atq; pedes erāt omnibus,
 maximè tamen ijs, quàm frigidissimi. Horum si ali-
 qui non illico mortui sunt, ij tamē erigere sese haud
 quaquam potuerunt. Verū omnes quorquot equi-
 dem nouerim, mortem obierunt.

A Nginae huius quæ vertebrae ad inter-
 na vergentibus fit, mentionē fecit idē
 Gal. quarto apho. in cōmentatione illius sen-
 tentiæ qua Hipp. inquit, si à febre habito col-
 lum peruertitur, & vix potest deorare sine
 vilo tumore letale. Nam de ijs prorsus ægro-
 tātibus differit illic Hipp. Atq; 2. epidemicō
 vt Gal. ipse in cōmentario testatur, & verba
 ipsa palam faciunt. Hæc angina non sine cau-
 sa accidit magis pueris quàm adultis, quia fit
 vertebrarum ad interna tractus, docentibus
 Hipp. & Gal. tertio de articulis, tuberculis e-
 tuellentibus cum ligamentis vertebrae, con-
 stat verò laxioribus & mollioribus ligamen-
 tis ossa puerorum contineri. Vergentibus ad
 interna primis vertebrae, prima inquam &
 secunda fieri anginam, id est compressio-
 nem laringis (nā hoc loco omnem illius cō-
 pressionem anginā vocat Hipp. etsi sine in-
 flammatione sit) & extra excavationem, in-
 tro scilicet vertebrae extræctis, nihil mirum.
 nec quidē mirum illic à tangentibus dolore
 excitari, pulsus scilicet magis vertebrae, & cō-
 pressis eo loco nervis. Verū quod addit cui-
 dam accidisse, vitio vertebrae quæ est sub vo-
 cata dente, quæ est secunda, tertiæ scilicet,
 non aded est conspicuum. neq; id aliter intel-
 ligi potest, quàm productis verbis græcis, re-
 periūtur enim mille versionum modi apud
 Hipp. ita reperio scriptū: ἢν δὲ καὶ κατωτέρω τινὲ
 τῶν ὀδόντων καλεομένων ὄσῳ, ὃ ὅμοιος ἐστὶν ἐστὶ δὲ
 ἰστικῶν πᾶν περιφερῆς, μέισον περιφερῆν, εἰ μὴ σὺν

A τῶν ὀδόντων καλεομένων φάρυγγι ἢ φλεγμονῶσα, καμῆ: ἢ
 δὲ. Hanc lectionem sequutus Ianus Corna-
 rius ita transtulit: Erat autem & cuidā infra
 os dentem appellatum, quod non similiter
 acutum est: quibusdā verò etiā valde rotun-
 dum maiore circūferentia. Si nō cum den-
 te appellato, fauces non inflammate, verū
 iacentes, constat his verbis falsum prorsum
 sensum exprimi. Nā tam longè abest, vt ver-
 tebra quæ est post dentem, secunda inquam,
 sit minus acuta, & aliquando valde rotunda
 & maiori peripheria quàm priores, vt nihil
 magis repugnet suæ magnitudini, & figuræ.
 Iam verò quod addit, si non cum dente ap-
 pellato fauces non inflammatae, verū iacen-
 tes, neq; ego video neq; Gal. vidit, nec alius
 quisquam, si priora verba ita legeretur, quid
 possint significare, Gal. aut habuit alium co-
 dicē, aut ratione ductus quædā immutauit,
 ita. n. legit hoc loco: ἢν δὲ καὶ κατωτέρω τινὲ τῶ
 ὀδόντων καλεομένων, ὃ ὅμοιος ἐστὶν ἐστὶ δὲ οἷσι καὶ
 πᾶν περιφανῆς, μέισον περιφερῆν, εἰ μὴ σὺν τῶ ὀδόν-
 τιν καλεομένῳ, φάρυγγι ἢ φλεγμονῶσα, ἐγνευμένη δὲ. I-
 taq; Gal. περιφερῆς, id est rotundum, scribit πε-
 ριφανῆς, id est manifesta, & in enarratione hu-
 ius loci hoc ipso ca. illud ὄσῳ, id est acutum, re-
 iicit non ad os, vt Cornarius, sed ad πᾶσθμια,
 intelligens Hippocratem dicere malum nō
 esse aded acutum, haudquaquā negare eos
 esse acutū. Hæc respiciens Copus ita transtu-
 lit, accidit etiam angina cuidam sub ea verte-
 bra, quæ dentem nominant, verū non adeo
 acuta: quibusdā verò ob rotunditatis ma-
 gnitudinē, omnino cōspicua. Fauces autem
 si non cum vertebra quæ dens dicitur, inflā-
 matione minimè laborabant, sed iacebant.
 Hic quod acutum ad anginam retulit, nō ad
 ὄσῳ, bene fecit, sed nō debuit meminisse rotū-
 ditatis nec magnitudinis, nam si legendum
 est περιφανῆς nō est in codice περιφερῆς, cur ergo
 ille omnia coniungit, obscurum reddens sen-
 sum: nam hic etiam significat maiore rotun-
 ditatem esse tertiæ vertebrae quàm priorib.
 Iam verò quod addidit, fauces autem si non
 cum vertebra, quæ dens dicitur, inflamma-
 tione minimè laborabant sed iacebant, nec
 cum priorib. quadrat, nec per se est idoneus
 contextus, vt quiuis qui vel solam gram-
 maticam degustauerit, facillè intelliget. Leōhard-
 us Fuchsius facillè reddidit sensum, sed non
 video quem codicē sit sequutus, legit enim
 περιφερῆς, vt est apud Hipp. & refert illud ro-
 tundum ad cavitatem, siquidem rotundum
 legendum est, melius multo facit quàm Cor-
 narius qui refert ad os, tamen non reperio
 ita apud Gal. sed περιφανῆς. quanquam ex his
 quæ Gal. addit toto hoc capi. non intelligas
 quam lectionē probet magis, manifesta an-
 gina, an rotūda cavitās. Sed satis est ita inue-
 niri in græco codice Galeni. Verū quod ad-
 dit Fuchsius, Fauces cū dente vocata phleg-

mone haudquaquam laborabant, molestia tamen afficiebantur, sensum sibi ipsi parauit facilem, tamen non obseruauit auctoris verba. Nam *εἰ μὴ*, significat nisi, ille verò excepit particulam excipiēdi, Petrus Iacobus Stebe Valentinus, qui secundum epidemicon librum commentarijs, & propria versione est profectus, ita scripsit, Erat autē & inferius cuidā, osse, cui denti nomen est: ne huic perinde fuit acuta. Quin & quibusdā valde cōspicua maiore circumferentia, siquidē cum dente vocato fauces non essent inflammatae, verū iacentes. Verū hic videtur intelligere, Hippocrate loqui de angina quae contigerit ex denti simili vertebra, tamen ille loquitur de tertia quae est infra secundā, praeterea ita interpretatur per fauces iacentes intelligere Hippocrate, non inflammata, tamen nomen hoc *ἐγνεμένον*, significat quod iacet, si quando per analogiā de alia re dicitur, profectō dicitur de re molestia affecta aut afflicta, non de re quae nullo malo laborat. His de causis ego nullam harū lectionū sequutus sum, sed aliter locum verti, vt opinor, verba auctoris melius obseruās, & verū sensum exprimēs. Ego enim intelligo Hippocrate asserere illa tempestate quā describit multos laborasse angina vicio vertebrarū colli infra secundā, malum tamē non fuisse aded acerbum, quā quibus in primis duab. vertebrae erat: ceterū his quoque malum fuisse manifestum, & cum magna excauationis externae periphēria, nisi quibus simul cum illis vertebrae dēti simili euertebatur, aut fauces erāt inflammatae. Nam illis sine magna excauationis periphēria, erat malum manifestū, scilicet causa inflammationis faucium. (Nam *φάρυγγα* esse apud Hipp. fauces Gal. docet 4 aphor. com. 34.) quibus verò sine inflammatione erant fauces afflictae, cōpressionē ab osse facta, magne periphērie fiebat excauatio, vides vt quaedrent modō verba. Erat cuidā (supple *πάθημα τῶν μὴ ἀγγίμων*, id est malum anginosorū) infra dentem vocatum, secundā scilicet vertebram, quod (intellige malum) non similiter (ac in primis vertebrae) acutum est. Est autem quibusdam (ita laborantium) valde cōspicuum malum, aut cōspicua angina (nam legūt quidam *περιφανής*, quidam *περιφανές*, & nihil refert) maiori periphēria (excavationis externae) nisi simul cum vocato dente (euerfo simul cum inferna vertebra) fauces non sunt inflammatione affectae, (nam ita sine excavationis magna periphēria sit malum graue) sed compressae aut angustiae affectae. Nam haec omnia significat dictio *ἐγνεμένον*. Nec verò est quod mirere, tā multis esse opus ad enarrationē breuissimae dictiunculae, est enim Hipp. non Galeni. Vbi ego legi, redditis malignioribus, legunt alij recrudescētib. alij malignis. dictio graeca est *παλιγνοτάταιον*, si-

gnificat verò *παλιγνο*, vt graecae linguae peritissimi quique testantur, qui irascitur, verum per metaphoram ab Hippo. dicuntur morbi, qui cum videntur debere sedari, maligni sunt *παλιγνοτάταιον*. Testis est Galenus in commenta. libri secundi de articulis, ita enatrans quaedam Hippoc. verba: *τὰ παλιγνοτάταια παλιγνοτάταια καλεῖται, καὶ τὸ παλιγνοτάταιον τὸ διορ παλιγνοτάταιον εἶναι*. Certē metaphora eadem vtuntur Latini & Hispani: nam apud illos homo ita percitus dicitur seuire, morbus quoque dicitur seuire, apud hos etiam homo & morbus dicitur, *furioso y enconado*. Nomine intersepti secundum gargareonem nihil aliud intelligo, quā gargareonem ipsum, siue columellam. Hoc ipsum puto dixisse Hippocratem *κατὰ γαργαρόλινα διαφραγματι*, significantem gargareonem ipsum esse quoddam septum inter partes palati & faucium. Vbi dicitur, atque eliquatae columellae, in graeco codice apud Hippocratem inuenimus, *νοῖον ἐστὶ τὸ τιμώμενον μινύθου τινὲ παρὰ νορ, ποῖον ἐστὶν ἄλλο παλιγνοτάταιον ἔχειν*: quam lectionem sequutus Stebe Valentinus, ita trāstulit: Columellae tabescentes, minutionem quandam ostendebant: quamquam nullum grauius malum habere videbantur. verum non dicit in commentarijs cur sint reddita columellae tabidae & minutionem perpeffig. Nō enim satis est dixisse columellas ad sympathiam trahi, nisi dicas, qua causa hoc affectu magis quā illo laborarint. Nam si resolutae sunt, laborabant, ita quoque sympathia. Nec debuisset vsque aded verbis codicis operum Hippocratis, qui circumfertur, haerere, cum sit à Galeno emendatus, aut cum Galeni scripta prodant fuisse illum codicem à tempore Galen. corruptum. Nam Gal. pro *ποῖον* legit *ποῖον*, itaque reddidit ille sensus quem ego expressi, columellae resolutae malam significationem praestabant, quamquam nullum malum videbantur habere. Certē ex verbis his quae ex Hippocr. profert hoc loco Galenus, facile est intellectu quantum corruptionis attulerit vetustas graecis auctoribus, vt quae maioris laboris sit auctoris genuina verba inuenire, quā inuenta enarrare. Constat non minus quantum careat adiumento ad bonorum auctorum lectionem medicus qui idiomate graeco est destitutus, non enim in dictis verbis solum est varietas, sed & vbi scriptum est, interloquendum saluam effundebant, inuenio apud Hippocratem dictionem hanc *ἀλλοχοῖ*, id est delirè loquentes, quam lectionem sequutus est Ianus Cornarius, tamen Galenus aut emendauit, aut in suo codice legebat *σινάλοχοι*, id est saluam effundentes.

Totam hanc sermonis seriem in 2. libr. eius commentarij, quem in secundum librum de morbis

morbis populariter vagantib. perscripsimus, ad verbum ferè enarrabimus. Atq; idcirco eam totam hic inferuimus, eo quod Hipp. multos ostendit accidisse, anginam nobis raro visam nullo existente in summo gutture propria passione. Quinetiam quod circa primas oritur vertebrae, à quarum altera pars quedam dentiformis vocata procedit. Vnde nonnulli ipsam totam vocauerunt dentam. At nunc sub hac quoq; vertebra (inquit) factam quidem anginam, sed non aequè acutam, vt ea, quæ circa secundam fieri solet. Siquidè constat, quod spinæ medullæ partes, quo fuerint altiores, eo sunt præstantiores. Si verò multo inferiori duabus primis vertebrae ea ipsa affectio fiat, tanto etiam minus infert læsionis. Nam ex arie secandi corpora didicimus septi transuersi nervos sub quarta ac quinta vertebra emergere. Præterea ex commentarijs de spirationis causis, edocti sumus, liberam spirationem à solo fieri septo transuerso accedere ad hanc intercostaliū quoq; musculorū actione, vbi videlicet vehemētiore opus est in spiratione. Quod si vehemētissima in spiratione indigerimus, sublimes etiā musculos cōcurrere oportet. Verum non solū ob magnā aut maximā spirationem, horum musculorum actionem requirimus, sed ob alias quoq; causas, de quibus latius in libris de dyspnœa iam dictum est. In præsentia verò satis fuerit, à præscripto Hip. sermone tantam accipere, quantum ad patientium locorum notitiam necessarium est: si prius eius verbi, quod in libro de articulis à nobis explicatum est, meminerimus, vbi inquit: Vertebrae autem, quæ in spina sunt, quæcunq; per morbos in gibbum trahuntur. Vult nimirum non solum ad internam vertebrae luxationem quam λόγδωσιον vocant, sed eam quoq; qua retro vertebrae labuntur, comitari tensiones, quæ ad partes sunt internas, trahētib. qui ibi præter naturam consistunt, tumoribus nervosa corpora. Igitur vbi vnica duntaxat vertebra, aut etiā duæ aut tres sese deinceps consequentes distrahuntur, ea parte spinæ cauari contingit. Vbi verò inter distractas vertebrae vel vna, vel plures illæsa permanerint, sic patientibus gibbus accidere solet. At si in alterutra parte, vel dextrā, vel sinistra distrahatur, ibidè in obliquū torquebitur spina, atq; in eo, quæ præmisimus, sermone, vtriusq; mentionē fecit Hip. Repanditatis quidem, (λόγδωσιον Græci vocant) cū dixit, quibus secundū reclinatū tumor erat, obstipitatis verò (vocant ὄρωσιον) dicens: quib. verò in alteram partē vergebat. Porro exactè admodū atq; vtiliter nobis (si legerimus) hac conscripsit: per λόγδωσιον quidè neminè fieri paraplecticum, quod est parte aliqua resolutū, per scoliosin aut fieri dicens ad manus vsq; significās ipsum ad infernas partes, vt costas, lūbos, crura nō posse descendere. Imprimis itaq; hoc nobis sciendum est, alia quidem sequi accidentia, laborante spinali medulla propria passione. siue id ex sola intemperie fiat, siue simul humore quopiam affluente, vt in erysipelate, inflammatione, atq; vlcere putri: alia verò, vbi vel vna, vel plures vertebrae afflictae luxantur. Quippe vbi propria passione spinalis medulla laborat, siue in

A dextra, siue sinistra parte eueniat, citra tamen vertebrae luxationē: siquidè in altera parte duntaxat patiat, omnium inferiorū corporis partium, quæ è directo nocenti cōstituuntur, tam sensus, quæ motus leditur. Si verò vtraq; pars patitur, omnes particule tam in dextra quā sinistra parte, et, quæ leditur, subiectæ similiter resoluuntur. At luxata vel ad gibbum, vel ad concauum vertebra, fieri potest, vt nulla omnino partium inferiorum, vel insentiendi, vel mouendi facultate vitium percipiat. At qui fieri etiam potest, vt ledatur, eo videlicet modo, qui ab Hippocrate in libr. de articuloꝝ passionibus definitus iam est. Quum enim angulosa (vt ipse nominat) sit spinalis medullæ luxatio, id est cū non paulatim, sed affatim, perinde ac si frangeretur, pars aliqua curatur, subiectas partes omnes ledi necesse est. Paulatim verò facta luxatione, atq; in orbem magis, nihil notatū dignum patiuntur partes, quæ commota vertebra supponuntur. Sed in obliquam luxatio, ledit omnino eas partes, ad quas nervi ex luxatis vertebrae procedentes, perueniunt: idq; magis in ceruice, in thorace minus, sed multo minus in lumbis accidere solet. Siquidem in ceruice, vertebrae inter se connexæ æqualiter vtraq; conferunt foramini, vnde nervus procedit, in thorace autem superior magis, inferior minus. Sed in lumbis, totus nervus ex superiori exit vertebra, vbi si obliqua eueniat vertebrae luxatio, eadem secum trahens & spinalem medullam & neruum, illæsum seruat ipsius secundum naturam ortum. In ceruice verò, ex loco medio inter duas vertebrae procedentes nervi per obliquas luxationes, in ea quidem exortus parte, ad quā spina ipsa deflectitur, opprimuntur, in altera verò reduntur. Porro tensiones quidem, vbi ingens quoq; inflammatio accesserit, conuulsio comitatur, ad compressiones verò earum partium, ad quas oppressus nervus peruenit, resolutio sequitur. Igitur non ab re in ea angina, cuius in præmisso sermone historia narrata est, ad manus vsq; superuenit resolutio, vt pote procedentibus, nervis ex fine ceruicis ad manus. Quippe sub ceruice thorax est, à cuius vertebrae emergentes nervi non ad manus, sed ad spatia intercostalia transmittuntur, paucis, qui ex primis procedunt, exceptis, igitur per eas, quas nuper diximus, vertebrae luxationes, reliquæ faciet partes omnes, neq; in sensu, neq; in motu noxam subeunt. Porro buccæ duntaxat sine mandibula leditur, vt quæ à musculo lato mouentur. Constat itaq; quod musculi, quibus mouendi vis aduenit per nervos qui à ceruicis vertebrae orti, in ipsis disperguntur, noxam nō euadunt, si & spinalem medullam, & proueniētē ab ipsa nervos, passio quapiam inestauerit.

V Bi ego legi. Si verò multo inferiori primis duabus vertebrae ea ipsa affectio fiat, tato etiam minus infert læsionis: legit Copus, quæ sequutus est Fuchsius: Quo inferior primis duabus vertebrae fuerit affectio, eo minorem infert noxam. Itaq; hi volunt Galenum, illud vniuersim docere, quo hu-

milior est luxata vertebra, eo minorem læsionē fieri. Qui quātum intelligo, priora verba respexere. Nam mox dixerat, constat spinæ medullæ partes quo fuerint altiores, eo esse præstantiores, ex quibus videtur statim fieri, vt quo vertebra fuerit humilior, eo læsio sit minor. Sed videntur mihi hi homines cogere autorem incaute in sententiam omnino falsam, & in ineptum sermonem. Ita enim scribunt. Proinde quo inferior primis duabus vertebra fuerit affectio, eo minorē inferet noxam. Nam ex arte secandi corpora didicimus, septi trāuersi neruos sub quarta ac quinta vertebra emergere. Quo modo quadrent verba hæc vltima primis? An quo noxa sit eo minor, quo vertebra est inferior, causa est neruos septi trāuersi oriri sub 4. & 5? Immò hinc fit illius contrarium. Nam si nerui diaphragmatis ortū habent sub quarta & quinta vertebra, maius malum erit vitari quartam, aut quintam, quàm tertiam, quandoquidem hæc non tollet respirationem, illæ tollent. Tamen constat quartam aut quintam humiliorē esse tertia. Ego quidem ita mihi persuadeo, cū Galenus docuisset inferiores, minores noxas efficere quàm superiores, voluisse excipere quartam & quintam: significare quæ; has maiores noxas facere, dicta de causa quàm tertiā. Nam hoc verissimum esse credo si quid aliud. Quibus ergo verbis illas excepit? His: *ἐὰν μὲρ οὐκ πολὺ κατωτέρω γένηται τῶν πρώτων δύο ἀποστέλλων ἢ αὐτῇ διαίσει, ἐστὶ καὶ μάλῳ ἤτοι ἀποστέλλει ἢ βλάβη, μετατέταρτον * καὶ πέμπτον ἀπόνδυλον ἐμφύεσθαι.* id est: Si verò multo inferiori duabus primis vertebra fiat ea ipsa affectio, tanto etiam minus inferet læsionis. Didicimus enim, nos ex anatome neruos septi trāuersi infra quartam & quintam vertebra nasci. Itaque illud asseruit Galenus non de quibusuis vertebra, sed de multo inferioribus duabus primis. Ac respondens tacitæ obiectioni, cur scilicet, non id, & in paulò inferioribus ita accideret, adiecit, nam ex anatome didicimus neruos, septi sub quarta & quinta nasci. Nomine sublimium musculorum intelligi debent qui in supernam partem thoracis veniunt, partim è clauicula, partim è colli vertebra, partim ex spatula. In principio tertij commenta. in libell. de articu. inquit Galenus, tres esse luxationum spinæ modos, ad interna, huncque vocari ab Hippocrat. *λόβωσιμ* (latini vocant repanditatē,) aut ad externa, vocari que *νήφωσιμ*, aut *νήρτωσιμ* (latinis est gibberus) aut ad alterum latus, vocari quæ; *σνωλώσιμ* (est latinis obstipitas) docet non minus eo loco gibberum fieri à tuberculis crudis, non quidem, vt nonnulli ante Galenum putabant, tuberculis illis incumbentibus in ossa ipsa, atque ita pellentibus illa à suis locis, sed contractis ligamen-

tis ossium, atque ita ossibus ipsis euulsis.

Verum qui & quales sint huiusmodi muscoli, ex neruorum, qui à spinali medulla oriuntur, diffinitione didicisti, veluti alia quoque cognita necessaria accidentia, quæ sequuntur, vbi spinæ ipsius vertebra, vel in gibbum, vel concauum, vel etiam obliquum luxantur, ex secunda particula commentariorum, quos in librū de articulis edidimus, omnium cum proprijs demonstrationibus accuratè descripta habetur, quorum summas in præsentia commemorasse operæ precium fuerit. Equidem nonnullam iam percurri. Superest itaque vt ea quæ nondum tractata sunt, tractemus, vt nihil orationi nostræ deesse videatur. Porro scire debetur, vertebra à suo positu luxari, aut ob casum, aut itum, aut tumorem præter naturam, neruosa corpora, vertebra ipsi, atque spinæ medullæ insita, extendentem. Horum duo sunt genera. Aliud enim est partim quæ sunt secundum naturam, aliud earum quæ præter naturam, quæ Hipp. vno nomine comprehendens cruda tubercula nominauit. Igitur manifestum est, quod in prima constitutione, quem libr. 2. de vulgaribus morbis descripsit, ceruicis vertebra adiacentes musculi patiebantur: potuit etiam tuberosus aliquis tumor accedere, ob quem concocta nonnullis scire dicit, facta videlicet tuberculum concoctione. Cur igitur eos anginosos appellauit? An quia difficilius spirabant, nullo existente, vel in thorace, vel pulmone vitio? Quippe hac in re differt anginæ cœtus, à peripneumoniæ & lateralis morbi concursu: utque in eo quod angustia sensus in summo gutture est.

Noxæ quæ ex vertebra luxatione fiunt, vt licet videre apud Hipp. libell. de articulis, partim sunt communes omnibus vertebra luxationibus, quocumque in loco illæ fiant, partim sunt propriæ pro ratione loci in quo sunt. Commune est omnibus, cū, antequam totum corpus ad istam molem creuerit, contingunt, partim circa læsionē incrementū prohibere. Itaque qui in lumbis accipiunt læsionem, coxas habent imposterum graciles: qui in dorso, habent angustum thoracem, quo fit vt his angustus & prominens thorax fiat. Qui in collo acceperint læsionem, perinde in collo ascientur. Hinc nascuntur propriæ singulis partibus noxæ, causa vicinarum partium. Vt qui in collo habent luxationē, patiuntur angine speciem illā, & scripta hoc loco accidētia. Qui in thorace, habent difficilem spirationem, & vocem stridulam, & caput repandum versus dorsum, in prima & secunda vertebra, & habent tubercula cruda circa pulmonem. Qui in lumborum regione habent luxationem, hipati solent malum renum, & vesicæ, & in ijs regionibus multas suppurationes. Et sicut impotes generadi, & imberbes, & impubes. Hæc omnia contingunt magis ijs qui luxationem acceperunt tenelli adhuc, quàm quibus

Quibus grandioribus iam factis. Vbi nos legimus, horum duo sunt genera. Aliud enim est partium quæ sunt secundum naturam, aliud earum quæ præter naturam, quæ Hippocr. vno nomine comprehendens, cruda tubercula nominavit: Fuchsius legit, horum duo sunt genera. Aliæ enim sunt partium quæ secundum naturam se habent, alij verò tumores quidam præter naturam, quos Hippocr. vno vocabulo comprehendens, cruda tubercula nominavit. Itaque Fuchsius illud præter naturam ad tumores retulit, non ad partes. Qui primum omnium autoris verba minimè obseruauit. Deinde a methodà diuisionem illi imposuit. Nam vt primum ostensionem, Gal. ita inquit: *Ἄρτα ἀλλ' ἐστὶν τῶν γίνεσθαι τῶν παρὰ φύσιν ὅσων τιμὸς, ἡς ἐν ποσάτοις ἐπιπλάσθων ὀνόματι, κενδύμεν ἄπειρα φύματα.* constat verò illa verba, τῶν παρὰ φύσιν, nihil aliud referre, quã *μορφήν*, nam quid aliud quòd referre possint, antecesserat? sed esto vt vult, quid significabunt illa verba? Duplex genus illorum tumorum: primum, tumorum qui sunt in partibus naturalibus, vt si inflammatur musculus: alterum, tumorum qui sunt præter naturam, vt tubercula cruda. An inflammatio musculi est tumor naturalis: non certè. Est ergo tumor præter naturam. Quæ est ergo ista tua diuisio, cum altero membro ambo contineantur? Nimirum omnes illi tumores sunt præter naturam. Dices omnes sunt tumores præter naturam, sed non sunt oēs tubercula cruda. Cur ergo primum genus appellauerit partium naturalium? An uō tubercula cruda sunt tumores præter naturam partium naturalium? Nam tubercula illa sunt in ligamentis ossium, aut proximis illis partibus, quæ non minus sunt secundum naturam quàm musculi. Itaque illa verba nihil possunt cōtinere Galeno dignum. Quid ergo significant? tumor potest fieri substantia quapiam naturali plus satis aucta, vt fit in oculo pterigium. (i. huius operis lib. hæc docuit Galen.) aut redundante illic substantia quapiam quæ sit præter naturam, vt excremento aliquo. Ergo potest fieri vt vertebra luxetur in cartilagine quapiam, aut ligamento, aut neruo genito fungo, qui subscrefcens ligamenta euellat, aut genito tuberculo crudo, quod sit excremento crasso illic congesto.

Præterea in prognostici libro videtur angina nomine appellare omnes passionēs huius loco accidentes, quas spirandi difficultas comitatur. Inquit enim, angina periculosissima est, celeriterq; enecat, si neq; in faucibus, neque in ceruice quidquam apparet, si dolor vehemens est, si vix spiritus erecta ceruice trahitur. Etenim eodem die iugulat, licet interdum vsque ad alterum, aut tertium, aut

etiam quartum protrahatur: quæ in reliquis non minore quidem dolore afficit, in faucibus verò tumorem, ruboremque excitat, superiori non minus periculosa est sed longius spatium habebit, præcipuè si vehemens fuerit rubor. Sed tū præcipuè malū prolongatur, cum non solam fauces, sed ceruicem quoq; rubor occupat. Maximè verò potest ab ea secunda valetudo contingere, si rubor simul & ceruicem & pectus comprehendat, neq; ad interna reuertatur erisipelus. Igitur ex his verbis, haud dubia coniectura est, omnes passionēs, quæ huic loco accidunt si spirationem quoquo modo reddant deteriorem, ab ipso *cynāchas*, id est, anginas nominari: nondum solitis medicis *cynanchen* per *K.* *cynanchen* verò per *S.* nominare. Tantum abest, vt vel *paracynanchen*, vel *parasynanchen* dicerent. Quippe tum primum homines res ipsas neglexerunt, cum nimo studio nomina querere inciperent. Itaq; quatuor inuentus nominibus, quatuor passionēs significarē dicebant. Ac notas ipsarum scribentes, genus illud, quod supra tractauimus, cum sermonem ex libro vulgariū morborum 2. explicarem, omnino dereliquerunt. Atq; hæc sunt quotnor earum genera. Primum, vbi fauces inflamantur. Fauces voco, internum oris locum, vbi simul conueniunt, & gula, & summi gutturis partes extreme. Alterum, cum neq; fauces, nec reliquæ oris partes, neq; etiam externarum partium vlla inflammata videatur, laborans tamen suffocationis periculum in summo gutturo sentit. Tertium, vbi extrinsecus circa fauces inflammatio apparet. Quartū, vbi summi gutturis partes, tum externa, tum interiores similiter patiuntur, ac superest adhuc alia ceruicis passio, quam ipsi silentio præterierunt, vbi ad anteriores partes vertebrae luxantur, idq; vel solis interdum musculis, qui cum ipsis communicant, tumore præter naturam laborantibus, vel nato ibi tuberculo, interdum etiam gula pariter vitata. Nonnunquam musculus quoq; qui gulam summo gutturi iungit. Quinetiam proprijs aliquando summi gutturis musculis, qui ipsam aperiant, oblatris. Per omnes id genus passionēs, spirandi quidem difficultas oboritur: sed cura suffocationis periculum laborantes difficulter deglutiunt, atque dolore afficiuntur: idq; præcipue cum potus eis per nares resistit. Accidit etiam interdum vt excedente inflammatione, & lingua, & fauces in tumorem attollantur, quem admodum & Hippoc. ipse tradidit. Verum huiusmodi cognatorum affectuum enarratio, proposito nostro nihil conferre videtur, nam & lingua patiente actiones deperduntur.

Larynx habet docente Gal. lib. 7. de vsu part. cap. 11. decē & octo musculos, vel vt alij putant viginti: 12. proprios, reliquos communes. proprij sunt, qui folius sunt laryngis: communes, qui sunt illi cum alijs membris communes. Horum duo sunt communes laryngi & ossi yoidi, duo laryngi & ossi pectoris, duo laryngi & gulæ. Sed hæc cap. 6. lib. 1. diximus fufius.

Hoc capite regulam quandam tradit, qua cum actio laesa est vnica, & loca male affecta possunt esse plura cognoscamus, cuius partis morbo ea laedatur. Regula verò est ex varietate symptomatum aliorum quae aetioni laesa adiuncta sunt. Nam quaquam fieri possit, vt diuersarum partium morbi idem symptoma afferat, tamen habebunt multa alia diuersa singuli sua. Ergo reputans medicusa, aetio laesa quae occurrit, quot partium vitia sequi possit, ac cuiusque partis lesio in qua alia symptomata soleant accedere, ex ijs quae adsunt, aut non adsunt, facile potest colligere, quae sit male affecta pars. Proposita hac regula, deducit nos ad exercitationem, in primis in respiratione sublimi, deinde in multis alijs. Respirationis sublimis potest, ardente calore, angustia viarum, debilitate septi transversi fieri. Quum prima causa sit illa respirationis, accedit febris ardens, & illius symptomata: cum secunda, accedit sensus angustia in larynge, aut bronchijs pulmonis, aut signa destillationis magnae e capite: cum tertia, nihil aliud quam veluti pondus quoddam in regione septi transversi. Si quis ergo sublimem habet respirationem cum febre ardente, ex febre putandum est malum fieri: si cum sensu angustiae, ex angustia: si sine his, ex debilitate. Deinde profert multa exempla debilitatis spinæ medullæ, ac rursum monet, quod supra docuit, considerari debere an pars aliqua sola laboret, an multæ simul, ac opus esse peritiæ anatomes, cuius ignorantia inquit fieri, vt multi medici peccent in curatione.

At vbi duntaxat actio laesa est, & sedes patientes plures, tum nostri insuuti est, vt reliquorum accidentium varietate eas discernendo inueniamus. Quippe nullo spiritalium instrumentorum quoquo modo, nec primario, nec per consensum patiente, fieri minimè potest, vt spiratio laedatur. Quum itaque multa sint spirandi instrumenta, ac numerosa quoque partium multitudo, quibus ipsa consentire consueuerunt, non ab re multa discretione indiget is, qui & primario patientes & consentientes sedes inuenire conatur. Igitur ex sola spirandi specie, illico nonnihil & de patiente sede & de ipsa passione conijcere licet. Quippe si videatur laborans, inter spirandum, totum mouere thoracem, vt in parte quidem anteriori ad iugulum, in vtroque latere ad summam humerum, in parte posteriore ad scapulas vsq; motus ipsius ascendat, tres ex huiusmodi spiratione passiones significantur. Vna est flammea in pulmone, atque corde caliditas. Altera in aliquo spiritalium instrumentorum angustia. Tertia est facultatis musculorum thoracis mouentis debilitas. Quumque huiusmodi spiratione conspexeris, imprimis arteria pulsationem perpendere oportet. Hæc enim quum multus sit calor indicat. Atq; de ijs in libro de presagijs a pulsu iam scriptum est. Deinde expirationem ipsam considera an multa, an frequens, an exufflando fiat. Postremò thoracem in pectore tange, quem si ardentem inuenieris, iam omnes copiosi caloris notas te habere non dubita. Quibus ex abundantia accedit, faciei, oculorumq; rubor, capitis ardor, sitis vehemens, lingua arida, & salebrosa, dicente infirmo ardere sese. Vbi verò incendij signis modum seruantibus, thorax vehementer dilatatur, angustiam in spiritalibus instrumentis esse portendit. Itaque

A consideres oportet, an summum guttur laboret, an pulmo, an thorax ipse humoribus impleatur, an tubercula in ipsis nata sint, quo in genere etiam abscissus numerantur. At qui summi gutturis passiones, tum primarias, tum eas, quibus per consensum infestatur, iam percurramus. Pulmonis autem thoracisq; vitia, paulò post accuratius persequemur. Nam in presentia spinæ medullæ duntaxat passiones tractare proposuimus, tum alias, tum illas quae ei per imbecillitatem vocatam accidere solent. Porro solet imbecillitas accidere, interdum cerebri vitio, vt pote à quo & sentiendi, & mouendi facultatem recipit. Interdum ipsa duntaxat spinali medulla primaria passione laborante: idq; ob peculiarem intemperiem, vel toti ipsi, vel diuersis ipsius partibus aduenientem, quam vulgatum medicorum mentes nequaquam comprehendere valent, cum tamen creberrimè videant laborantes quosdam aded exolutos, vt vix digitos possint mouere, quamuis omnibus thoracis partibus spiritus trahatur: nullo ardente calore ad magnam spirationem ipsos cogente. Id verò ob huiusmodi causas eis accidit. Nam dum quiescit animans, liberam spirationem solum septum transversum, modo valeant vires, efficere solet. Vbi verò ob infirmitatem spirandi munus perficere non valet, tum intercostalium musculorum concurrunt auxiliū. Quod si præterea maiori animalis inspiratione egeat, tum superni musculi omnes, quorum maximi scapulas secum manifestè mouent, ad spirandi actionem requiruntur. Quum itaq; hominem spirandi opus omnibus thoracis partibus perficere videri, non fuerit tamen frequens inspiratio, quantum thorax dilatetur perpède. Insuper & narium pinnas considera. Nam & has ipsum contrahere comperies. Dilatatur autem thorax quidem, verum non similiter vt in ardentibus febribus, cum adhuc valent vires. Nam in ijs magna ex parte totus thorax dilatari consuevit. Neq; etiam vt in illis, quibus id euenit ob aliquam spiritalium instrumentorum angustiam, vi in angina, atque dyspnoea, quam fluxio affatim descendens induxit. Nec quibus ab vtraque causa prouenit, vt peripneumonia. Quippe hoc morbo affecti, & maxima & frequentissima spiratione vruntur. Ceterum quemadmodum ob virium infirmitatem, ita ob vnus quoque particula particularem imbecillitatem, omnes thoracis partes dilatari coguntur. Igitur exercitorum magister secundus nomine, qui satis quid pateretur intelligebat, sentire se manifestè in septo transverso dixit imbecillitatem. At qui idcirco cogebatur intercostales musculos sine intermissione mouere, atq; nonnunquam superiores quoq; interdum autem zonam circundans præcordiorum partibus, sola transversa septi motione, sufficienter spirabat, quo tempore quiescebat. Verum an septi transversi musculum, an ad nervos, qui ad ipsum perueniunt, an ad aggregatum ex verisq; pertineat huiusmodi imbecillitas, mihi quidem explicatu per difficile videtur. Idem spirationis genus etiam in alio quodam notari, quem cum aliquando equus in præcordiorum regione calcitrasset aded atrociter,

vt aborta in septo transuerso inflammatione, mor-
tis periculum immineret: is licet euaserit à pericu-
lo ruitus, ab imbecillitate tamen liberari nequiu-
it. In alio etiam qui à vehemēti peripneumonia con-
ualeſcebat, brachij tam externæ, quàm internæ par-
tes, à cubito ad summos vsq; digitos, sensus difficul-
tate laborauerunt, atq; motus nonnihil laesus est.
Hinc nerui, qui in primo atq; secundo intercostali
loco inueniuntur, noxâ subierunt. Quorū primus nō
contemnēde magnitudinis, per intimas partes ab-
ditus defertur, sed ei qui ipsum præcedit, admittus,
atq; multifariam diuisus, vt in arte secandi corpo-
ra videre est, cuius etiam partes aliquæ, per interio-
rē cubiti regionē, vsq; ad digitorū extremâ perue-
niunt. alter verò neruus tenuis quidē, nulliq; admi-
ſſus, per axillâ sub cute ad brachiū defertur, disper-
ſus per cutis tam exteriores quàm internas partes. Iuic
humini celeriter sanitas reddita est, adhibito medi-
camento ei loco vnde nerui procedunt, iuxta primū
ac secundum intercostale spatium. Iam sanati sunt
quoq; nonnulli, quibus vtrumq; crus paululum reso-
lutum erat, adaptato lumbis medicamento, in eo
spinalis medullæ loco, vnde cruribus nerui adue-
niunt, nullum resolutis cruribus medicamen adhibē-
do. Neq; enim ipsorū, sed medullæ propria erat pas-
ſio. Vidimus aliū, cui magna aborta suppuratione
in altera harte, iuxta cruris initium, nerui eiusdem
cruris per incisionē nudati sunt: sed ea parte sana-
ta, toti membro mouendi difficultas accidit. Itaque
conſiciens durum quippiã à priori inflammatione
in neruo derelictum, quod huiusmodi passionē in-
duxerit, patienti loco idoneum medicamen adhi-
bendo, hominem perfectè sanauit, quod autem de
partibus faciei dictum est, id de reliquis quoq; om-
nibus est intelligendū. Quippe vnica duntaxat per-
eunte actione, solum musculum, qui ipsam efficere
solet, aut neruum ipsum, laborare putandum est. At
vbi plures actiones vitiatæ sunt non eodem in loco,
accidit interdū, omnes musculos à cōmuni aliquis
causa ledi. Eteri etiam potest vt neruus aliquis, qui
musculari illis cōmunis est, patiatur. Præterea pesca-
tor quidã, cum in fluuio pisces venaretur, adeo cir-
cā sedem & vesicam inſeſigidatus est, vt ipso inuito
effluerent, & alui excrementa & vrina. Atq; hic
quoq; per calida remedia patientibus musculis ad-
hibita, celeriter sanus euasit. Item alius eisdem mō-
lestatus accidentibus sine tamen manifesta causa,
laesus circa os sacrum neruis, multo tempore per mul-
ta præsidia, vix sanatus est. Igitur quod protinus ab
initio dicebam, illius nunc quoq; mentionē facien-
do ad alia me diuertam. Etenim si ex arte, qua cor-
pora secare docet, ad quam particulam descendat
singuli nerui, à spinali medulla prodeuntes, cognō-
ueris, patientes sedes quàm facillime inuenies. Ex
artis itaq; operibus horum omnium examen rē ipsa
deprehendisti. Namq; sæpenumero vidisti ex bu-
iusmodi notitia, manifestè inuari laborantes. Quip-
pe non solū crura & manus temerè, ac frustra vul-
gares medici, tota die, noctuq; calidis medicamen-
tis illunt, prætereuntes locum, vbi vel spinalis me-
dulla, vel neruus aliquis ex ipsa emergens, leditur;

A verum etiam caput cuiusdam non ita pridem, im-
positis medicamentis vehementer calidis, vlcera-
runt, putantes sensum ipsius grauiter laesum, hoc
pacto posse reuocari. Atq; hunc ipsum sanauimus,
inuenta sede patiente, tum ex reliquis accidenti-
bus, tum ex euidentibus causis. Nam super singulis
interrogauimus. Quorum vna huiusmodi erat: cum
sub multa pluuia, ac vento impetuoso ambulasset,
pallium circa ceruicem madefactum aiebat, aded
vt vehemens se frigus in ea parte pati sentiret. Ita-
que si sciueris ex primis spina medulla vertebriſ,
quatuor neruos ad caput ascendere, à quibus pellis
ipsum ambiens sensum accipit, facile sedem patiē-
tē inuenies. Hac igitur sanata, capitis quoq; pel-
lis pariter sanata est: vt potè quæ nulla primaria
passione laborabat. Medici verò neque huiusmodi
neruos, neq; eos qui per singulas cutis partes disper-
si sunt, cognoscentes, quamuis presentaneum sit
eis remedium, quod minimæ particule iuxta nerui
initium, adhiberi deberet, ipsi partes illas multo
negotio moleſtāt. Ego verò sæpenumero vos monui,
alios quidem in ipsa spinali medulla, veluti radicē
habere, alios verò, vt ex magnis ramis, atque ipsis
quoq; è spinali medulla exortis, procedentes, qui rur-
sus diuisi distribuuntur. Atq; alij per valde multas
cutis partes, alij per pauciores. Quo magis miror dis-
sectores ipsos, illos non cognoscere, atq; in neruorū
resolutionē querere, quæ ob causam resolutarum
partium nō semper & motus, & sensus pereat: sed
aliquando sensum duntaxat, aliquando & sensum,
& motū simul deperdant. Arbitrantur namq; ner-
uorum, qui per musculos dispersi sunt, reliquias, ad
tunc tendere, cumq; diuisus per musculū neruus
laborat, siquidē vehemē fuerit vitium, & sensum, et
motū simul ledi, si leuius fuerit malū, seruari qui-
dē sensum, vt potè qui non tantum roboris deſide-
ret, motum verò eo quod robustis egeat viribus, pe-
rire. Interdum enim vnus musculus, vel totū crus,
vel manum mouet, ac proinde viribus indiget, qui
si ita patiatur, vt munus suum perficere nequeat,
E membrum ipsum immobile relinquit, sentiendi ve-
rò facultas partium passionēs discernens, illa tūc
permanet, vt quæ non ita validis egeat viribus, nā
pati non minus, immò plus etiam contingit imbe-
cilibus. Cognitio autem passionis sit sufficienter,
& per debilitatem facultatis: efficit tamen im-
becillitas, vt facilius passio sensu dignoscatur. I-
gitur ratio ipsorum in huiusmodi quidem neruo-
rum resolutione probabilis esse potest: vbi verò
perdita sentiendi facultate, motus non perit, non-
nulli quidem aded vanas adduxere rationes, vt fa-
ctius fuisset eos conticescere: nonnulli verò cognitā
huius questionis difficultate, non grauati sunt di-
cere huiusmodi paralysis speciem, qua seruato me-
tu sensus perderetur, neminem vnquam vidisse.
Sane qui arroganter sibi selecta alicuius principatū
vsurpant, artis verò opera nunquam in exercitatio-
nis vsu duxerunt, hys nihil tam difficile videtur,
quod non intrepidè profiteatur. Verū magna ex par-
te mentiuntur, atq; vt scribunt nonnulla, perinde ac si
ipsa frequenter cōspexerint, quorū tamen ne som-
nia

nia quidem vnquam viderunt, ita plurima nunquam videri aiunt, quæ creberrimè conspexerint.

Vbi ego transtuli, cognitio autem passionis sit sufficienter & per debilitatē facultatis: legit Copus, Efficit tamen imbecillitas, vt facilius affectus à sensu dignoscatur, qui transtulit parum fideliter, & in falsam sententiam orationem detorsit. Nam Ga. ita scripsit: ἡρὲ ἀκύνωσις τῆς νάβης ἀπὸ δένου γίνεται, ἢ ἀπὸ πύρεος ἀνωμαλίου. quæ oratio constat quæ respondeat meæ versioni. Præterea quo pacto non sit falsum dicere, imbecillitatem efficere, vt affectus facilius cognoscatur? nam ea passio quam infert id quod sentitur, potest esse maior, causa debilitatis. Nam omnes passionibus quæ violentia fiunt, fiunt per debilitatem maiores, tamen ipsum sentire siue cognoscere instrumenti passionem, aut non est pati, aut certè non est pati cum violentia, sed passio quædam perficiens sensum ipsum, ea igitur non est quod melius agatur propter debilitatem, sed propter sensus acrimoniam. Sed quia potest esse satis magna sensus acrimonia, cum ea debilitate, qua non possint membra moueri, & alteratio violenta à re ipsa quæ sentitur sit maior, inquit Gal. nam pati non quidem minus, imò plus etiã contingit imbecilibus, cognitio autem passionis sit sufficienter & per debilitatem facultatis. De modo quo sensus & motus pereunt, non est quod modo dicam quidquam, nam dixi supra, & in cõtrouersijs disputavi de ea re diffusè.

CAP. VII.

Docet Gal. signis cognoscere, cum sanguis per os rejicitur, an è thorace an è pulmone aut aspera arteria, an è ventriculo, aut gula, an è faucibus aut gurgulione an è capite, an ex ore extremo sit. Nam ab omnibus his locis potest venire. Id dignoscitur modo quo rejicitur, tussiendo, aut vomendo, nauseando, aut excreando, aut expuendo tantum. Præterea ex causis quæ antecedunt, & ex accidentibus qua comitantur malum. Dicit etiam sanguinem è pulmone prodire posse, exesis, ruptis, aut laxatis venis, cum verò nullius talis morbi notæ adsunt, & serosus cruor prodit, hirudinem aliquam affixâ esse gulæ aut palato suspicandû est.

Atque conuenit quidem inter medicos, sanguinem è gula ventriculo, vomitione, ex spiritalibus partibus tussi, ex faucibus & qui gurgulione scatur, ex ore simplici expuitione expelli. Nos verò sanguinem, qui à capite & gurgulionis partibus internis, vt ad fauces assatim descendebat, tussiendo educi sæpe numero conspeximus, quippe subito summo gutturi irruens, tussim mouere potest. Quare diligenter aduertere animimum oportet, ne aliquando huiusmodi sanguinem ex spiritalibus instrumentis ascendisse putemus. Quemadmodum iam noui quosdam medicos falso suspicatos, qui ex suo errore induci putauerunt multos optimos medicos non rectè pronunciantes, periculosissimam esse huiusmodi sanguinis ern-

Aprionem, vt pote pulmone veberenter laborante. Neque enim parui alicuius vasis in ipso ruptione fieri verisimile est. Caterum contingit plerumque etiã, vt vel erosa, vel exesa, vel vitiumque nominare volueris vena, sanguis assatim tussiendo eiciatur. Quum enim retroactis temporibus, quis ex non ita multo interuallu, quotidie sanguinem tussiendo expuere consuevit, superueniatque ei postea multi sanguinis inter tussendum eruptio, & quidem neque ab alto cadenti, neque in certamine, nec palastra grauius vulnerato, neque etiã sub vlllo graui pondere oppresso thorace: reliquu fuerit, vt conijciamus, ob autem erosionem, plurimum sanguinem inter tussendum fuisse reiectum. Atque non pauci sic laborantes, pulmonis quasdam particulas simul cum sanguine eiecerunt. Quocirca diligenter considerare oportet an spumosum quidpiam simul educatur, id enim efficacissimum fuerit indicium, quod ex pulmone facta sit excretio. Haud secus si bronchij pars quedam, aut arteria, aut vena tunica, aut etiam pulmonis ipsius caruncula eicitur. Quippe nihil horum accidit ijs, qui ex thorace sanguinem tussiendo producant: haud secus atque nullus dolor infestat eos, quibus à pulmone sanguis erumpit: vt potè qui duos nervos perquam tenues, à sexta nervorum à cerebro ortorum coniugatione recipit, extrinsecus per membranam ipsum continentem dispersos, qui intrinsecus haudquaquam per viscera profunditatem extendantur. Verum thoraci (vt scitis) multi ab internis, multi etiam ab externis partibus adueniunt nervi, quibus facile dolores percipi possunt. Præterea thorax musculis, ossibusque abundat, pulmo verò laxus est, atque ab afflictione tutus. Proinde thoracis dolores intensiores sunt, pulmonis remissiores. Quum igitur dolente thoracis parte quapiam, sanguinem quis spuendo reiecerit, neque multum, neque rubrum, sed nigricantem grumosumque, huic thorax primaria passione infestatur. At sanguis patiente thorace per pulmonem educitur, haud secus, atque in suppuratis passionibus pus quod inter thoracem & pulmonem sensus iudicio contineri percipitur: ad eundem modum etiam in pleuriticis spiritus coloratum emitti solet, quemadmodum in quinto huius commentationis libro vt cumque dicemus. Consequens est, vt de vlcerebus qua sanguinis reiectioni superuenire consueuerunt, deinceps dicere aggrediamur. Ea in pulmone creberrimè fieri possunt, ac curationem (vt quibusdam videretur) nequaquam admittunt, aut (vt alij putant) difficulter admodum sanantur. At in thorace dirupta vasa, à quibus sanguis expuitur, magna ex parte conglutinantur. Næ etsi multo tempore maneat, vlcus tamen nunquam fiunt non perfecte sanabilia. Quæ verò in pulmone longo iam tempore permanserunt, quamuis aliquando curentur, relinquuntur tamen in ipso res quadam callosa, fistulosaque qua tractu temporis à leui occasione exseriari solet. Atque cum ijs, quæ inde expuuntur, miscentur vlcus tectoria, ephelctides à medicis vocatæ, ac cruoris exigua quadam guttula, qua in re cum vlcerebus in alijs sedibus genitis

genitis communicant. Verum ex gula ventriculoq; vomitu: ex renibus & vesica, cū vrina: ex intestinis verò, deiectione excernuntur. Sed ex spiritalibus instrumentis nihil sine tussi expui potest. Quòd si pluribus deinceps diebus aliquis cruorē & sereauerit, & emunxerit, idq; citra capitis vel dolorē, vel grauitatem siue presentē siue præteritā, neq; is ex ictu procedat: huius & totū per nares meatū, atq; eam oris partē, qua ad nares foramen tendit, accuratē cōsiderare oportet. Nam fieri potest huiusmodi accidens, hirudine huic loco adherente, quæ quidē in dies augeri solet. Quamuis enim primis diebus, ut potē exigua, sensum effugiat, tertio tamen quartove die, haud obscurē videri potest. Eadē ratione ex ventriculo quoq; cruor epota sanguisuga euomitur: sed est huiusmodi cruor tenuis, ac serosus, siue is ex ventriculo, siue naribus, siue ex ore feratur. Igitur cum talem videris, ac hominis considerato habitu, super præteritis eum interrogaueris, ex omnibus, rei ipsius veritatē facile conyctes. Equidē cum viderem hominē integra valetudine, huiusmodi cruorē euomentem, interrogauit qua victus ratione antea fuisse vsus: ille verò inter alia, quæ narravit hoc quoq; addidit: q̄ cū nocte quadā siuaret, misso puero, qui aquam afferret, ex immundo fonte bibisset. Quibus auditis, scisitarus sum, apparuisse ne ali quando sanguisuga in ipso fonte: qui cū id quoq; fateretur, epoto subinde idoneo pharmaco, hirudinem vomitione reiecit. Porro cū alius quispiā huiusmodi cruorem emungeret, & expueret, ipso naritate audiuī, eum rure æstatis tēpore, in stagno quoddā, cū cæteris iuuenibus iuuenili ludo, qualē adolescentēs in aqua ludere solent, exercitatum: tūm ego sciens in eo stagno sanguisuga esse, duxi laborantē ad splendore, conuersoq; directē ad solis radios narium foramine, in eo meatu vbi nasus ad oris regionē perforatur, hirudinis in meatu lateris caudam conspexi. Has igitur historias, utpote perquam conduci- biles, vobis narrare operæ precium duxi.

Quæ in periculosa sit exulceratio pulmonis docet Gal. ipse 5. lib. meth. ca. 8. docens eam multis de causis esse periculosa. nulla tamē causa vsq; ad eò quàm quòd non potest pulmo aliter, quàm tussi expurgari. Tussis verò lancinat illū, ergo fit ut sua curatione augetur malum. Quamquā sunt etiā aliæ causæ, nimirum pulmo est in motu perpetuo, sed quæ ulcerata sunt indigent quiete, ut conglutinentur. Accedit quòd nō possunt medicamenta venire ad pulmonem ipsum nisi fractis admodū viribus, quia à ventriculo ad illum sunt multi anfractus. Accedit quòd hoc loco docet Gal. q̄ scilicet ruptura in pulmone non potest non esse magna. Nam non est verisimile in illo fieri parui vasis rupturā. Ita enim inquit Gal. ὅτι γὰρ ἡμῶν τινὸς ἀγγείων ρήξις ἐπὶ τοῦ θυλάκου. Quæ verba apertē ostendūt quāto cum errore quidam vertant: Neq; enim ferē alicuius vasis rupturā in ipso fieri verisimile est. Nā nec hæc ver-

ba respondent illis, nec verū continēt. Nam non posse aut ferē non posse rupturā in pulmone fieri, falsum apertē est, atq; contrariū prorsus docuit ipse Gal. sed ille longe aliud docet, scilicet rupturā quæ in pulmone fit nō posse esse parui vasis, sed magni, proindeq; fieri ut si exulceratio pulmonis est ruptura, magna sit ac difficilis. Iam verò si est exesio aut corrosio multis etiā nominibus erit magna. Inter cætera quæ pulmo naturæ suæ substantiæ est paratissimū membrum ad putredinem contrahendā. Est enim calidū & humidum, & excrementis plenum. Sed cur nō possit in pulmone rumpi vas parū? Certē quia in illo nō sunt venæ exiguæ, sed magnæ, præterquā si quæ sunt capillares per substantiam ipsam distributæ, hæc verò non possint frangi nisi dirupto pulmonis corpore, quòd cum sit tam laxum & versus quaq; sequax, non sit facile ruptile. Nam cōprimi ac distendi, & utcunq; aliter flecti possit, nō ruptum. Itaq; his omnibus de causis pulmonis vlcus est curatu difficile, quatum multæ quamquā communes sint pulmone cum thorace, nam thorax etiam mouetur perpetuo & tussi expurgatur, & medicamina sero accipit, tamen illa non tam conueniunt thoraci. Nam neq; in tanto motu est assidue, quanto pulmo, neq; ad eò lacinatur quàm ille. Reliquis causis longe etiā superatur thorax. Nā nec tam magna vasa solent in illo quàm pulmone rumpi, nec in illo est substantia tam apta putredini quàm in hoc. Ergo merito vlcera thoracis melius curantur quàm pulmonis: vsq; ad eò ut vlcera thoracis quamquam non sint admodum recentia, sed aliquanto plus manserint, perfectē curari possint, vlcera verò pulmonis, diuturna, nunquā perfectē curentur. Ita enim transfero verba illa, καὶ εἰ παρὰ μὲν νεῦρον μέγιστον πλείονος ἢ ἐλκυσίως, ἀλλ' ὅτι γὰρ τελέως ἀσπύεται, γίνεται, non ut legitur in vulgari versione, Nunquam enim vel diuturna curatione omnino resistunt. Nam hæc verba malè hærent sequentibus ut legenti cuiq; videre licet, sed τελέως ἀσπύεται, idem est, ac si dicas, nō perfectē curabilis. Si quis hoc loco plura signa partis ex qua sanguis venit qui ore reijcitur, audire cupit, legat ca. 59. lib. 8. apud Aetium, & cap. 3. lib. 3. medicamenta commoda ad epotas sanguisugas inuenies apud Gal. lib. 2. de antidotis cap. 41.

CAP. VIII.

Refert modos læsionum quæ cōtingere possunt secundum vocem aut sermonem, ut quæ hæc sese ordine quodam sequantur, ita ut priora materia posteriorum sint, expiratio, efflatus sine strepitu, cum strepitu, vox, sermo. Docetque, quæ sint singulorum instrumenta propria, ut quæ nonnunquam lædantur per se, nonnunquam ex accidenti.

Quod in proposito sermone, læsionē putare oporteat, etiam si non penitus tota partis actio secundum naturam deperditur, sepe numero

iam diximus. Neq; ab re fuerit id in presentia monuisse. Præterea (quāuis non ignoretis) monitos vos velim, non eandem esse rem, vocem, & sermonem; siquidē vox vocalium instrumentorum munus est. Loquela verò eorū, quæ sermoni deputata sunt, inter quæ lingua principatū obtinet. Cui non parum conferunt & nares, & labra, & dentes. Sic etiam vocis instrumenta sunt, summū guttur, & muscoli ipsum mouentes, atq; nerui, qui à cerebro ipsis vim deferunt. Igitur si vel claudentes vel aperientes summū guttur muscoli, immobiles reddantur, qui sic laborat obmutescet. Vbi verò vel difficulter mouentur, vel palpitant, aut tremunt, pro passionis ipsius modo, vox ipsa ledetur. Similiter, si vel conuellendo, vel quatiendo mouentur, aut vbi imbecilla sunt ipsis vires, siue ob suā ipsorum, siue ob neruorū ipsos mouentium passionem, obscurā & paruum efficiunt vocē. Quod si alius quispiam ex mouentibus summū guttur musculis, quoquo modo laborat, ledetur quidem vox, sed paruum erit vitium, atq; sic laborans, nec obmutescet omnino, neq; ita exiguā habebit vocem. Vt autem ex musculus summum guttur mouētib; præcipui habentur ij, quos recurrentes vocant, qui & ipsi sextæ coniugationis pars sunt, neruorū, qui à cerebro oriuntur: quemadmodum & alij, qui quidem per ipsum dispersi differunt ab illis, eo quod à neruis sextæ coniugationis non in ceruice, sed cum ad thoracis regionem peruenierint, separantur. Nullus itaq; tam ineptus dissecctor est, qui sextam coniugationem totam secet inuitus, quamuis recurrentes nerui ob imperitiā nonnunquam diuellantur. Accidit verò interdum in magnis aspera arteria vulneribus, vt vnā cū ipsa arteria, vel alter, vel vterq; incidatur. Porro per chirurgiam quoq; in frigidati tantisper vocem impediunt, donec calefacti naturalē temperiem recuperauerint. Quæ etiam vitari vocē haud obscure contingit cum vel acutior, vel maior redditur, ob id quod fauces à suis musculis nequeant intendi. Itē grauissimè leditur vox, vbi membrana, quæ faucibus, & summo gutturi communis est, multa humiditate rigatur. Quod etiā destillationes eadem ratione vocem rauicam efficere possunt nemo non intellegit, vehemens quoq; exclamatio similiter vocē ledit, vt pote quæ similem inflammationi circa iam dictā membranā, atq; summi gutturi musculos parit passionē. Caterum cum summi gutturi interni muscoli inflammantur, eam passionem, angina esse constat, quæ simul & vocem & spirationem ledit. Ac idem quoq; in vniuersum facere solent omnes præter naturā tumores, siue in spiritalibus vjs exoriantur, siue extrinsecus ipsas cōprimant. Sic enim gula quoq; vbi inflammationē patitur, vt comprimat aspera arteria, tunicam, quæ cartilagini ipsius partes extrema sigmoides vocatæ cōiunguntur, & spirationi, & voci noxam afferre consuevit. Haud ab simile quoq; vitium inducit, vertebrarum ceruicis in anteriorem partē luxatio, sed de his iam antea dictum est. Igitur omnes huiusmodi passionēs voci adueniunt, proprijs ipsis instrumentis familiaribus aliquo vitio siue primogenia passione, siue per

consensum laborantibus. Nam ad propositū modo sermonem nihil interest. Sunt præterea alia passionēs, cum peculiari sua materia priuatur. Atq; in cōmentarijs de voce dictū iam est, quod propria huius actionis materia generatim quidem loquendo, est exspiratio: secundum speciem verò, atq; propriā differentiā, exufflatio. Quæ quidem est, cum affatim spiritus foras effertur, intercostalibus musculis ad hanc actionē cōcurrentib;. Vnde fit, vt per vehementia thoracis vulnera, atq; omnino ipsius in altera parte resolutionem imprimis quidē semispirans ex accidenti aut & semiuocale fit animans. In apoplexia verò, sopore, morbo comitiali, vigilanti sopore, communi ratione earū actionum, quæ ab impetu, & voluntatis imperio procedunt, vocē ledi contingit, siue spinalis medullæ partes primæ, siue simul cum vjs cerebrū quoq; patiatur. Huius itaq; quæ inter se consequentia quādā coniunctiō actionibus, expiratione, exufflatione circa strepitū, strepenti exufflatione voce, loquela si earū prima ledatur reliquæ omnes ledi est necesse: vltima verò ledita, reliquæ haudquaquam laduntur. At cum secunda, tres reliquæ laduntur: cum tertia, due vltimæ, cum quarta verò, sola postrema leditur. Etenim si nihil omnino spiret animal, vel ex vtriusq; thoracis partibus, vel ex altera parte duntaxat: & quidem si ex vtriusq;, celestim suffocabitur: si ex altera tantū, semispirans, atq; semiuocale reddetur, per deiq; simul reliquarū deinceps duarum actionū partem dimidiā. Quarum alteram exufflationem circa strepitū, alteram verò strepentiem nominare consueuimus. Quod si expiratione seruata corrūpasur exufflatio, reliquæ tres actiones, strepēs exufflatio, vox, & loquela, simul corrumpentur. Sicut voce pereunte, loquela quoq; perire necesse est. Quū itaq; dictarū actionū opines musculos cognoueritis, superest considerare, qui ex ipsis propria passione laborent, & quorū actio ledatur per accidens. Quod si quidpiam eorum, quæ ex corporum dissectione vidistis, obliuioni tradideritis, admonebūt vōs ij, quos de respirationis causis atq; de vocē perscripsimus, commentarij. atq; de his ipsis in 2. lib. de viuorū dissectione etiam dictū est. Sanè expirationē faciunt vniuersi thoracem contrahentes muscoli: vocem verò ipsam summi gutturi muscoli efficiunt: sed lingua articulati vocē distinguens, loquendi vsum præstat, atq; nonnihil ad hanc rem conferre videntur dentes, labra, narium foramina, palatum, gurgulio, præterea mediocre lingue ipsius vinculum. Ita q; balbis, blesisq;, atq; alijs, qui impedita sunt loquela, locutionis instrumentorum aliquod, aut cū natura ipsum formaret, aut postea ledi certū est. Veluti cum vel polypus, vel aliud quippiā narium foramina obtudit, aut ex primis dentibus aliquis deperditus est, aut vbi labia fuerint mutilata. Verum quo pacto quidam tenuem obrineant vocem, ac præterea quō alia vocū, tum differentiæ, tum passionēs fieri possint, vt rauca, clangosa, tenuis, aspera, aut magna, in cōmentarijs de voce sufficienter diximus.

Nerui sextæ coniugationis emergentes à caluaria per ea foramina, per quæ carotides vocatæ arteriæ cum venis penetrant, descendunt vsq; ad hipochondria, interim per viam in multa membra bonas portuncululas demittentes, inter cætera, cum eis ad medium thoracem peruentum est, demittunt duos ramulos satis manifestæ magnitudinis, qui recurrentes sursum subeunt in musculos laryngis. Quo fit vt multo maiores sint hi nerui cum descendunt, quam cum recurrunt. Nā descendentes furculos aliquos in descensu demiserunt, ac non toti recurrunt, sed bona pars vltra, progreditur ad inferna, hac de causa inquit Gal. nullus tā ineptus dissector est, vt sextam coniugationem inuitus secet, qui amittit recurrentes sepe per incuriā secantur. Verum non incipiunt ambo nerui eodem loco recurrere, sed dexter è loco sublimiori, sinister ex humiliori. Nā annexitur sinister arteriæ illi quæ est aortæ pars, & reflectitur ad inferna, descenditq; per spinā, dexter illi arteriæ quæ de magna ascendenti, iam decisa ad brachiū tendit. Neruos hos inquit Gal. lib. 7. de vsu partium, annexos esse dictis arterijs, vt illinc impetum capientes, melius possent musculos ad inferna trahere. Nō aliter quam fune res aliqua per trochleā trahitur. Cæterum debuisset Galenus meminisse loco illo, nullum neruum motū habere, sed musculos solos esse motus instrumenta, eos verò per neruos accipere facultatem. Non ergo neruus innititur, aut contentionē capit antequam in musculos subeat, sed musculi solum contrahuntur, isq; contractis contingunt omnes motus liberi. Ille annexus fortassis solum est pro ligamento, atq; ad neruorum recurrentium directionē, ac ne plicas, aut cōpressiones facile paterentur. Si quid aliud maioris artificij lateret in illo annexu, haud scio satis profectò naturā contentinī qui non fatetur, nullum mortalium posse omnē artē, qua in formandis hominibus vsa est, intelligere, nedū enarrare. Illud satis cōstat, nequaquā naturam nexus illos effecisse, vt nerui arterijs innitentes, musculos deorsum traherent. Nam præterquam q̄ natura neruorum repugnat, qui nullum per se motum habent, neq; illa ars erat satis idonea. Nam si illi nerui firmati in arterijs contraherētur, profectò comprimerentur cum arterijs, ac viā in recurrētes neruos facultati obstruerent. Nam mediocres etiā neruorum cōpressiones videmus in illis stuporē efficere, ac maiusculas etiā resolutiones. Musculos faucium intelligo eos esse, qui sunt communes laryngi & gulæ, qui ad vocem & sermonem iuuant, quanquam instrumenta propria nō sint. Docet idem Galenus, lib. 7. de vsu partium, voces raucas fieri cū larynx est nimis humida, cum nimis sicca, clango-

A sas. Ergo multa vociferatio clangosas voces solet efficere, cum quia post multum clamorem difficile clauditur larynx, tum etiam quia desiccatur, fit ergo vox vt ex aridis fistulis solet, ergo facit (inquit) vociferatio similem passionem inflammationi nimirum vt inflammatio ardore desiccatur, ita exclamatio: quanquam videtur melius quadrare si hic φλεγμων, significet quod φλόγσις, ardorem inquam, non tumorem præter naturam. Nam tumor angustiam facit magis quam clangorem. Non satis attentè dictum est à Gal. expirationem faciunt vniuersi musculi thoracem contrahentes, exufflationē, quæ vehemens exspiratio est, intercostales maximè. Nam videtur innuere pluriū musculorum actione esse opus ad expirationē facilem, quam ad exufflationem. Accedit q̄ ad expirationem solam, sola septi transuersi motio sufficit, nisi cum is est debilis admodū. Cæterum dicit optime, musculos intercostales, omnes scilicet, efficere exufflationem, quanquam libr. de causis respirationis aliter docuit, scilicet intercostales internos expirationē, externos inspirationē. Tamen non est dubium, verius esse quod hoc loco affirmat. Nam omnes intercostales musculi adducunt costas ad sese. Balbi & blaſi græce τραύλοι & ψέλοι, dicti, iisdē sunt, vt Gal. ipse sinit 6. apho. com. 32. qui ρ. non possunt exprimere, potissimum post 7. intellige vno nomine eos, qui non possunt literas prolatu difficiles, qualis imprimis est ρ. exprimere. Hoc imbecillitate neruulorum mouentium linguam præ nimio humore contingit, vt in pueris, & mollib. hominibus. Impediti aut cunctabundi fiunt quibus non est expeditum mouere versusquaq; faciliē linguam, aut quia ea adiacentibus membris est plus satis alligata, aut minor quam opus est, ipsa tota, aut musculus aliquis eorum qui ipsam ingrediuntur. Commentaria de voce quæ genuina Galeni sint, non habemus, tamē constat vocem raucā ac clangosam dictis causis fieri, tenuem, aut magnam, aut asperam, tenuitatem, amplitudinem, aut asperitatem, arteriæ asperæ sequi. Constat etiā corruptissimū esse hoc loco codicem græcum. Habet enim vbi in ipso extremo calce capituli legimus magnæ, μελαυγής, id est, nigræ. Est enim legendum μεγάλης, id est, magnæ. Nam nigra, nullatenus est vocis differentia. Nec verò probo q̄ nonnulli interpretantur, vestentes, obscuræ. Nam vox non est obscura, sed per metaphorā talis dicitur, at verò nec quod obscurū est propriè dicitur nigrum, sed per metaphoram. Nam obscurum est contrariū splendido, vt nigrum albo. Ergo appellare vocem nigram, vt obscurā intelligeret, esset vti metaphora, ex alia metaphora ducta, q̄ in nominibus quibus Archigenes utebatur acerrime

rimè reprehendit. Nisi ergo quod in alijs vituperat est oblitus deuitare, non vocat vocè nigram, sed verisimilitus est corruptum esse codicem. Nam aerem nigrum dicere, id est obscurum, licet, cum verè ac propriè est obscurus. At vocem non licet, nam non est obscura propriè, sed per metaphoram.

CAP. IX.

Repetit breui plurima eorum quæ in libris de difficili respiratione scripta sunt, dicens, nonnunquã moueri omnia respirationis instrumenta, nonnunquã quædam illorum. Atque respirationis eius quæ omnibus instrumentis fit, tres esse causas, debilitatem virtutis, aut calorem magnum, aut obstructionem in instrumentis. Docet etiam has causas signis distinguere, cum singulas per se, tum compositas, enarratq; sententiam 27. prognostici, & de apuua dilierit.

Atq; de dispnæ iam antea vbi spinalis medulla passiones percurramus, multa dicta sunt. Quibus nunc in memoriam reuocatis, quæ ad presentem cõtemplationem supersunt, subiugam. Itaque in vniuersum expedite vos meminisse velim musculorum thoracem mouentium, neruorumq; qui ad ipsos perueniunt, quos in corporum diffinitione vidistis. Igitur introeuntes ad hominem difficulter spirantem, imprimis considerate an omnes thoracis musculi moueantur, an soli intercostales sine superioribus, atq; an simul cum intercostalibus septum transversum quoq; moueatur. Quam itaq; conspexeritis omnes moueri, vnam ex tribus, quas dicemus, causis, huiusmodi motionem efficere putandum est, ac deinde quæ sit illa, quæ nunc infestat, perpendere oportet. Quod si non omnes mouentur, aliter desinire. Subiciamus igitur aliquem omnes simul mouere musculos, vt pectus vnã cum scapulis manifestè subleuetur. In hoc opere ex tribus vnum aliquod conijcere necesse est, aut virium imbecillitatem, aut viarum spiritus angustiam, aut vehementem in corde & pulmone calorem. Quamuis interdum duæ, aut nonnunquam (licet rarò) tres quoque ex iam dictis causis concurrere possint. Atq; hi tribus quidem simul conuenientibus proximam mortem timere oportet: vbi verò duæ fuerint, difficile est agrum seruare. Sed vna duntaxat infestare, peculiari opus est finitione, vt sciatur, vtrum ad sanitatem perueniet aeger, an sub malo succumbet. Igitur vbi vires duntaxat fuerint infirmæ, ad tria mouentium musculorum genera venire, eosq; omnes ad motionem excitare solent, quia vnum genus satis vehementer mouere pectus non valet. Quippe si septum transversum solum veluti cum secundum naturam se habet, sufficienter mouere posset, nec intercostalibus nec superioribus musculis indigeret: quoniam verò imbecillum est, omnes sensim mouet, sed neq; frequentem, vt nec raram omnino facit actionem. His igitur adhibenda est mens, nam cætera haud difficulter per ea discernuntur. Sanè plurimum aucto in spiritalibus instrumentis calore, omnibus quidem thoracis musculis agit animam, sed velox, frequens & vehemens est eorũ actio, quando videlicet citra virium imbecillitatem, calor infestat. At virium imbecillitatem vbi

A flammæ calor non necesserit, nec velox, nec frequens omnino comitatur motus, proinde non ita multũ omnes thoracis partes dilatare potest. Quippe hoc dispnæ genus, cum ea, quæ ob nimiam inflationem facta est, vnum commune habet, quod omnes thoracis musculi per ipsam agere coguntur. Quinetiam vbi ob plurimum calorem spiratio difficilis est, præter magnitudinem, frequentiam, & celeritatem, hoc quoq; accedit, quod calidus feruens spiritus exussillando producitur: vbi per virium imbecillitatem, nulla ab ore facta exussillatione, exsolutis naribus emitti solet. Quod si per inspirationem cupiam narium pinna manifesta contrahi videatur, id verò efficax prostrati roboris indicium est. Ob spirituum verò instrumentorũ angustiam totus quidem thorax magna ex parte, & celeriter & frequenter dilatatur: sed qui sic laborant, exussillare omnino non consueverunt. Si verò simul conueniant in spiritalibus instrumentis, & calor & angustia, vt in peripneumonia, tum nec maxima, nec frequentissima, nec etiam celerrima spiratio sufficere potest, sed surgere tentant sic laborantes. Etenim sentit hoc pacto totum thoracem facilius dilatari. Quippe qui cum decumbentibus in sese concidit, sed quod pectoris partes ad spinã declinant, quæ erecta, thorax etiã simul fertur, non amplius seipsum grauat, ac similiter quoq; respirare solent ij quibus aspera pulmonis arteria plurima defluxione oppletur, aut vbi ex proximis locis in ipsas aliquid deriuatum est: vnica verò duntaxat re differunt, q; neq; exussillant, nec calidum spiritum emittunt. Sic etiam ijs, quibus inter thoracem pulmonemq; magna puri quantitas collecta est, quos suppuratos vocant, totus thorax attollitur: sed neq; calidus est ipsorum spiritus, neq; etiã exussillando emitti solet, nisi adurens fortasse febris accesserit. Verum ij celeritè suffocantur, tum ob passionem ipsam, tum quod vires omnibus suppuratis ex necessitate imbecilliores redduntur. Sed nõ necessario in fluxionibus, quæ ad pulmonem irruunt, aut peripneumonia, aut asthma robor prosternitur. Nam contra per anhelantes passiones, crassus & viscosus humoribus palmoni impactis, vires robusta, constat esq; permanere possunt. Atq; si tuberculum, coctum difficile, aliquando in ipso natum fuerit, thorax minimè quidè dilatabitur, sed nõ ita multũ inspirabit aerem. At licet continenter spirare cogatur, non tamen exussillare solet: id enim aucti caloris propriũ est. In eandem dispnæ speciem, sed alia ratione labuntur, ij quoq; quos angina molestat, ob angustiam cauorũ, non qua inspiratione suscipiunt, sed eorum qua transmittit. Quibus verò & abscessus & instamatio atq; humorũ plenitudo, in thoracis, aut pulmonis cauernis consistit, nulla obstructione accidere in gutturis atq; asperæ arteriæ concauitatibus, illis videlicet qua inspiratum aerem suscipere solèt, si tum angustia constringat, ex necessitate sequetur magna thoracis dilatatio, sed nõ ita multus trahetur spiritus. Proinde laborantè & celeriter & frequenter spirare necesse est. Præ omnibus enim vos meminisse velim, magna respiratiuis geminis esse differentias. Fit enim interdum, ob dilatationem

dilatationis à thorace procedētis magnitudinē, inter-
 dum verò ob inspirati aeris multā essentiā. Sci-
 tus nimirū q̄ sapenūmero vos admonere soleo, earū
 verū quæ à prioribus omissæ sunt. Nā quas ipsi per-
 sequuti sunt, earū, propter scriptorū multitudinē,
 facilis atq; in promptu est memoria. Quæ verò ab
 Hip. (quāuis accuratē de dyspnœa descripserit) non
 sunt definita, ea posteriorū nō explicauit defini-
 tiuē. Idcirco necessarium esse putauī, creberrimē
 illorum vos admonere. Igitur quicumque sine in-
 flammatione, vel omnino sine aliquo præter natu-
 ram tumore, aut angustia spiritalium instrumen-
 torum per febres ardentes difficulter spirant, ijs in-
 spirati aeris quantitas magnitudinē dilatationis
 thoracis proportione respondet. Quibus verò vel tu-
 mor, vel angustia sine flammæ calore in spiritali-
 bus est, in his thoracis quidem dilatatio maxima
 est. Id verò quod inspiratur, non solum dilatationē
 proportione non assequitur, verū etiam minus,
 quam secundū naturā inspirari solet, attrahitur.

Videtur Gal. innuere posse respirationē
 agi solis intercostalibus musculis, at-
 que adeò non moto septo transuerso. Nam
 inquit, considerate an oēs thoracis musculi
 moueatur, an soli intercostales sine superio-
 ribus, atq; an simul cum intercostalibus se-
 ptum transuersum. Quod tamen falsum est.
 Nam quoties musculi intercostales mouen-
 tur, mouetur etiā septum, quanquā non con-
 trā. Nam septū est quod semper facit ad re-
 spirationē, musculi intercostales, cū opus
 est efflatu. Accidit q̄ intercostales oēs con-
 stringunt, vt prius indicatū est, quare illis so-
 lum agentibus non posset thorax dilatari. Cer-
 tē nulla ratione fieri puto, vt solis intercosta-
 libus respiratio agatur, nec vt intercostalibus
 & sublimibus vocatis, quin simul moueatur
 septū transuersum, nisi fortē id sit omnino
 resolutum, quæ p̄sio citissimē afferet mor-
 tem. Quare ego ita intelligo Galeni verba,
 considerate an omnes thoracis musculi mo-
 ueantur, an soli intercostales sine superiori-
 bus. i. an inter musculos qui præter septum
 sunt soli intercostales moueātur, & an septū
 moueatur, simul cum intercostalibus (intel-
 lige) an solū. Considerare debes in singulis
 harū causarum debilitatis virtutis, angustia
 viarū, & aucti caloris, excessus non omnino
 immodicos & excessus maximos. Nam ali-
 ter hærebis in ijs quæ a Galeno dicuntur. A-
 lias enim dyspnœæ species efficiunt cū illis:
 alias cū his excelsibus, singulæ causæ, cu-
 iusmodi illud est, Debilem virtutē mouere
 omnes musculos, sed neq; densam, neq; ra-
 ram omnino respirationē facere. Nimirum
 cū nihil aliud in causis respirationis per-
 mutatū est, quanquā virtus est facta langu-
 dior, si mediocris est lægior mouet omnes
 musculos, sed non facit crebriore respiratio-
 nē naturali. Quia quanquā facit minorem;

A tamen quod deest magnitudinis suppletur
 multitudine instrumentorū. Verū si plus
 crescat debilitas, vt non posset mouere illa
 omnia instrumenta, quantū illi vsui possit ef-
 se satis, crebram efficiet haud dubiē. Contrā,
 quod aucto colore accidere dicit, vt scilicet
 moueantur omnia instrumenta, non est cu-
 iusvis ardoris, sed magni. Nam auctus calor
 primum facit magnā, celerem & crebrā re-
 spirationem, deinde sublimē etiam, & exuf-
 fationem. Illud etiam quod spiritalium in-
 strumentorum angustia accidere dicit cele-
 riter & crebro respirare, illi tantū angustia
 accidit, quæ est maxima. Nam imprimis fa-
 cto in thorace tuberculo, calore & facultate
 non mutatis, fiet respiratio tātō maior, quā-
 tō via est naturali magis obstructa, quia ita
 trahetur quantū exigit vsui qui est modera-
 tus, nam non trahetur satis multū aeris pro
 magnitudine dilatationis, sed tantō minus
C quantō instrumenta sunt magis impedita,
 atq; ita aeris copia quæ non respondebit di-
 latationi, respondebit vsui, deinde verò facta
 maxima obstructione, cū non possit thorax
 tantū dilatari, vt vsui nihil desit, celeris & cre-
 bra respiratio fiat. Refert ergo multum, non
 tantum causas illas considerare, sed medio-
 cres & maximos excessus in singulis.

D At sine distinctione, vnā passionem ostendit
 magna thoracis dilatatio, si raritatem simul ac-
 ceperit. Verū animaduertere oportet, ne aliquando
 in hac decipiamini, putātes eam spirationē, quæ ob
 virium imbecillitatē omnibus agentibus musculis
 efficitur, eandem esse cum magna. Quam equidem,
 quo clarior esset interpretatio, sublimē vocare vo-
 luit. Hic q̄ mihi facile fuit intelligere, Hip. eū subli-
 mē vocare spiritū, qui altioribus thoracis partibus
 inspiratur. Quem admodū cū inquit, magnus spi-
 ritus ex longis interuallis, delirium declarat: con-
E stat eum, magnū pro multo, dixisse. Is verò bifariā
 fieri potest, vel sine superiorū musculorū actione,
 vel ipsa quoq; concurrēte. Nā plerūq; intercostales
 musculi, vnā cū septo transuerso, ad multā thora-
 cis eleuationē, qua multus spiritus alliciat, supe-
 riorū musculorū auxilio nō indigēt. Quod verò hu-
 iusmodi eleuationis species, delirium portendat, in
 cōmentarijs de dyspnœa iam ostēdimus, vbi etiam
F cuiuslibet difficultatis spirandi passio declarata est.
 Nunc verò, vt compēditio quodā hic explicamus eas
 passiones quas in alijs antea cōmentarijs iam per-
 currimus: ita & de dyspnœa differētis, partim qui-
 dē dictū est, partim verò in sequentibus dicemus. Nā
 veluti magnarū respirationū alia quidē crebra est,
 atq; huic sunt differētiæ cōplures, quarū alia alias
 passiones indicant: alia verò rara vnicam indicans
 passionē: sic etiā de parua dicendum est, quod rara
 quidē spiritaliū instrumentorū frigiditatē, frequēs
 verò non solū spiritaliū, sed eorū quoq; quæ cum ip-
 sīs mouentur, vt hepatis, lienis, ventriculi, gulæ, do-
 lorē portendit. Quum igitur plures sint passiones,
 Q 2 quæ

quas per vehementes motus dolor comitatus, ex alijs notis, & cōsiderandū & definiendū est, siue inflammatio quædā, siue erysipelas, siue vlcus, siue abscessus dolorē efficiat. Quinetiam didicisti, q̄ inæquales intemperantia, dolores excitare s̄: penumero solent. Similiter spiritus crudi flatusq; copia, qui arctatus aliquando partes ipsum ambientes distendit, aliquando verò violētē egreditur. Præterea calidi, & aeris, aut frigidi, & lenti humoris abundantia, si aliquando retentus humor ambientia corpora distendat, aut inde violenter exeat, dolores efficere potest. Quod si grauius passus fuerint instrumenta, in quibus butusmodi humores continentur, dolent, vel non mota: si verò tenuior fuerit passio, quando mouētur. Verū in lib. de dyspnœa, causam explicauimus, cur parua spirationis, frequens quidē spiritus, motorū per expirationē instrumentorū dolorē significat: rarus verò, vehementem per refrigerationē, & quidē spiritaliū duntaxat præcipue pulmonis & cordis.

Mœstia aut cogitabundi sæpe spiratione magna & rara vtuntur, idq; sine delirio, atq; quod bene valētibus propter mœsticiam aut animi cogitationē solet, potest egrotantibus iisdem occasionibus accidere, verū in morbis & causa ipsorū morborum, atq; sine manifesta causa, non potest accidere nisi delirātibus. Parua & crebra spiratio (inquit) significat dolorem, ego addi velim parua & crebra, ac nō languida. Nā aliter aucto calore & debilitata multū facultate fieri possit spiratio parua & crebra.

Est etiam alia dyspnœæ species, cum veluti breui quadam quiete interceptur opus thoracis, idq; nonnunquam expirando nonnunquam verò inspirando, siue hoc accidat ob musculorum thoracis conuulsionem, siue ob caloris copiam, cogentis laborantem continētē vel expirare, vel inspirare.

Hæc spiratio est quam Hipp. 6. part. Aph spiritum offendētē appellat, est alsimilis pulsui dicroto, videtur fieri posse aucto vehementer calore, verū rarissimē fit nisi incipiente conuulsione.

Est insuper alia spirationis passio, quā apnœā (quasi non expirationē dixeris) nominant, nulla, ve aspicientibus videtur, facta spiratione. Verū vt rei ipsius natura declarat, eam nō fieri incredibile est. Nam impossibile videtur, vt animal omni spiratione exactē priuatū, in vita seruari possit, quāuis ea animalia quæ in cauernis latere consueuerūt, thoracem mouere videantur minimē. Proinde duorū alterū coniungere oportet, aut aded exiguā fieri spirationē, vt sensum effugiat, aut huiusmodi animalia tunc spiratione omnino non indigere, sed eam transpirationem, quæ per vniuersum corpus fit sufficere: quippe hęc cor ipsum per arterias efficit. Respirationē verò per thoracē cerebrū efficere cōstat,

A Verū qualis est passio, qua apnœā efficere potest, cōmunis certē omnibus alijs partibus esse videtur, veluti in apoplexia sopore, morbo comitiali, catalepsi. Nam in his omnibus nulla propria passio spiritalia instrumenta, & ceteris infestat, non magis quā vocis, aut locutionis, aut prægressionis instrumenta sed patientis principio, omnia, quibus vires sua, per quas reguntur ab ipso suppeditari consueuerunt, ei consentaneæ necesse est. Verū de apnœa iam & particulatim & per se diximus, quam ob rem tempus est vt nunc ad alia transeamus.

Multis in locis Gal. videtur cēdere nulloatenus viuere posse hominē sine omni respiratione, sed tunc etiam cum omnino videtur ea carere, habere exiguā aliquā, quæ non sentiatur. Id enim libello de vsu respirationis & penultimo cap. lib. vltimi huius operis innuit, non minus quā hoc loco. Ego verò quanquā respirationē vt alias omnes actiōes citius fugere sensum quā omnino perire non dubito, tamen cur non possit etiam aliquando perire omnino respiratio antequā vita, non intelligo. Nam respirationis sunt tres causæ continentēs, vsus, instrumenta, & facultas, quæcunq; illarū tollatur deerit actio omnino. Illa facultas apponitur per volūtatē (est enim animalis) ergo me volente cessabit meus thorax: non tamē momento moriar, sed aliquantulo tempore suffocationis periculum tubeam, interim uiuēs sine respiratione, perinde accidet, si cui animanti ad tertiā colli vertebrā præcisa sit spinæ medulla. Iam verò deficiente vsu, deerit etiā respiratio, ille verò potest deficere viuente animali. Nam respiratio nō est necessaria propter vitā simpliciter (multa enim viuunt sine respiratione) sed propter attemperationē caloris. Quare ea animantia quæ quia frigida sunt, attemperatiōe caloris non indigēt, non sunt donata à natura respirationis instrumentis, nimirū flamma omnis conseruatur mediocriter frigidi aeris modica ventilatione, marcescunt ergo flammæ ventilatione priuatæ, vt sub cucurbitula, & à flama maiori dissipantur. Ita noster calor indiget aere mediocriter frigido, nā in calido non minus suffocamur, (quod in aere balnei accidere solet) quā omni aere priuati. Ergo nō dubiū est aerē qui inspiratur mediocriter refrigerando tēperare calorē cordis. Ergo accedente interius causa plus refrigerante cor, quām aer soleat, non indigebit animal aere. Quare cessante vsu cessabit actio, illud certē accidit mulieribus quæ vteri præfocationē patiuntur, illæ enim causam habent, dicente eodē Gal. quæ totum corpus refrigerare valet. Nō itaq; dubiū est posse hominem aliquantulo tempore, solo pulsū cordis & arteriarum viuere. Nam omnino sine respiratione & pulsū non possit viuere, aut id sit ferè temporis momen-

momentum. Nam quamuis fingas interius fuligines, aut flatus aurās ve perfrigerantes accedere, quominus opus sit attemperatio- ne quam præstet respiratio, aut pulsus, tamē erit opus motu spirituum, quo cessante ex- tinguitur innatum calidum repente.

CAP. X.

Disserit de pulmonis morbis, ac primum omnium expurgat se, quod repetat multa eorum quæ supra dicta sunt. Deinde refert signa ad cognoscendum, an in pulmone sint tubercula cruda, an crassi succi, an tenues & multi, an pus. Scribitq; peripneumoniæ acci- dentia, atq; accidentia quibus distinguatur inflamma- tio ab erysipelate pulmonis, atq; ij à tumōribus mediij generis. Porro docet intemperiebus sine humore labo- rare nonnunquam pulmonem, atq; quæ mala intempe- riebus succedant, utq; dignoscantur, ex quibus præterea causis rumpantur vasa, aut laxentur, aut corrodan- tur in pulmone, ut sanguis excreetur. Narrat tandem hi- storias quorundam qui putredine pulmonum tabidi sunt, atq; alterius qui grandinis similia quædam tussi rejiciebat, demum aliam Antipatri medici, qui in pulsu omne genus inæqualitatis habebat, tamen non respi- rabat difficulter. Quia crassi succi erant non in asperis pulmonis arterijs, sed in leuibus. Tamen hic quoque exactis sex mensibus mortuus est.

Igitur cum exercitationis via, qua ad patientiū locorum notitiam peruenitur, duplex sit: altera quidem ab apparentibus accidentibus, altera verò à corporis partibus. si quis per viasq; voluerit exer- citari, eadem bis dicet, quamuis alio & alio modo: ut de pulmonis confestim passionibus dictam est, v- bi de dolorum ratione, de sanguinis reiectione, ac de dyspnœa diximus, atq; in præsentia quoq; dice- mus. Etenim vehementi dolore nunquam cruciatur, verum & gravitatis sensum, & aliquando exten- sionem quandam, vel ad pectus vel ad spinam per- cipere potest. Ibi enim membrana ipsam ambiētes suspenduntur. Sæpenumero etiam angustia mō- lestatur laborantes, atq; ob hoc crebro celeriterq; spirant, thoracem multum dilatantes, sed non ita multum aerem attrahunt. Hæc si citra febrē acci- derint, aut tuberculum quoddam, aut lentorū cras- sorūve, aut multorum humorū plenitudinem in eo existere, aut pus, aut alium quædam humorū, vel lentum, vel crassum, vel multum, in ipsum effu- sum fuisse declarant. Verum ea per præterita acci- dentia discernere licebit. Namq; si quis per bonam valetudinem, cum solitis actiones facere potest, sic difficulter spirare inceperit, augeaturq; accidens; nec inter respirandum stertere videatur, crudi ru- berculi ortum suspicari oportet. Si verò stertendo strepitum fecerit, lentorum, crassorumq; humorū pertinaciter impactorum multitudinem pulmonis bronchia molestare indicium est. Quod si illico ab angustia sensu, quis difficulter spirauerit, fluxionē vel à cerebro, vel à vicinis sedibus, in pulmonem ir- ruentem portendit. Sed cum fluentibus in pulmo- nem, vel viscosis, vel crassis, vel multis humoribus hominem difficulter spirare dico, in bronchiis eos contineri, intelligas velim. Diuisa enim in totū vi- scus aspera arteria, haud secus atq; leui, bronchio- rum substantia in totum pulmonem procedit. Vd

A cantur autem à dissectoribus bronchia, aspera ar- teriæ cartilagines, sigma litteræ figuram referen- tes. At vbi pleuritis præcessit, mox remissa febris ve- hementia, intra latera grauitas in imo thoracis de- relicta sentitur, ac vbi quis assatim à decubitu trās- mittatur, idq; maximè si ab vno latere in aliud se conuertens, defluere aliquid sentiat, puris multitu- dinem ibi contineri, haud dubia coniectura est. Quinetiam in ijs fluctuatio sæpenumero haud ob- scure creditur. Accidit ad iam propositas notas hoc quoq; indicium. Si vehementi prægressa pleuride, nihil penè laborans expuerit. Si verò citra febrē serosus aut pituitosus humor in thoracis spatium subito defluens, spirandi difficultatem excitauerit, laborans tenuē sputum, idq; ab initio quidem exi- guum, sed cum vehementi tussi: vbi verò cōcoctum est, plus atq; crassius, & cum mitiori tussi expuere solet. Quippe bifariam accidere potest, ut vehemē- ter tussiendo, pauca quis expuat. Alij enim ob len- tum, crassūve humorem, alij ob tenuem, id facere videntur: siquidem tenuis humor, cum subleuatus est, inter tussendum à spiritū diuisus refluit. Len- tus verò, aut omnino crassus difficulter effertur, ut- pote qui non tam facile à corporibus, quibus impa- ctus est, abstergi, neq; etiam à quauis occurrentis spiritus violentia impelli potest. Nisi enim spiritus qui tussiendo effertur, & multus, & vehemens fuerit, nihil secum educet. Igitur sputum, quod neque liquidum, aut aquosum admodum fuerit, nec crassum etiam, aut lentum, id facile efferi solet, maximè vbi valida fuerint vires. Etenim si- ne vehementi thoracis contractione vehementer tussire nemo potest. At sine valida tussi, crassos, len- tosq; humores efferi impossibile est. Igitur quando cum spirandi difficultate, cui & angustia & gra- uitas coniuncta est, acuta quoque febris inciderit, ea passio inflammatio pulmonis est. At si intolera- bile fuerit incendiū, angustia verò, grauitatūq; sen- sus minor, erysipelas ipsum vexare censendum est. Extremis autem ita definitis, quid sit erysipelas in- flammatum, aut inflammatio erysipelatodes, haud difficulter deprehendetur.

Dvuplici via potest aliquis disputatio- nem de locis patientibus instituire, aut percurrere symptomata, atque ex illis inuestigando particulas, aut ordine percur- rendo particulas, atque in singulis sigillatim considerando quibus malis corripi soleant. Vtrumque ordinem maioris exercitationis gratia sequutus est Galenus. Nam primo & secundo libris methodum tradidit quæ ab accidentibus auspicabatur, tertio libro in- cepit partes percurrere, à capite capiēns ini- tium, atque hoc ipso 4. lib. cognitione ser- monis ad symptomata quædam, (ut cum su- perius de sanguinis sputo disseruit) deuolu- tus est. Ergo non potest non multa bis dice- re. Quod posset fateor, si simplici methodo velit insistere Galenus, deuitare, sed mihi crede in hoc opere, nulla repetitio non est

Q 3 vtilis

utilis. Ex his quæ hoc loco dicit de succis A
qui facile aut difficulter reijciuntur tussi,
intelliges meritò medicos humores quos
ad excreationes præparant, modo tenuare
modo crassos reddere medicamentis, quan-
quam eos quos ex reliquo corpore euacua-
ri volunt, perpetuo curetenuiores reddere.

*Sunt aliæ pulmonis passiones, vbi citra humo-
rum affluentiam; intemperies ipsum infestat, siue
æqualis ea fuerit siue inæqualis. Igitur inæqualis B
tussim excitat: æqualis verò, si moderata est, spi-
rationis rhytmum variat. At si vehemens, idq;
vincente calore, frigidi aeris, atque potionis cu-
piditatem inducit, ac tractu temporis finitur in fe-
brim, per frigidam autem intemperiem, contra-
ria euenire solent: quippe interim dum est medio-
cris, calidi aeris: si verò modum excedit, replet vi-
scus ipsum fluxionibus. Ceterum de ea tussis specie,
qua sanguis ex ipso reijcitur, vel exeso, vel rupto
vase aliquo, vel ore alicuius vena patefacto, antea,
vbi de sanguinis sputo mentionem fecimus, iam di-
ctum est, atq; nunc quoq; pauca quedam dicemus.*

Non accipitur hoc loco nomen intem-
perie æqualis rigidæ, vt libello de in-
æquali intemperie. Nam ita ea tantum in-
temperies quæ est facta, & in habitu, cuius-
modi hecticus calor, potest esse æqualis. Hic
verò non est factæ, aut non factæ intempe-
rici mentio, sed aliquanto latius patente no-
mine quæ manifestæ inæqualitatis est, in-
æqualis intemperies dicitur, quæ non ma-
nifestæ dicitur æqualis. Solere hæc nomi-
na ita vsurpari à Galeno, memini me alio e-
tiam loco dixisse. Rhythmus respirationis,
vt ego intelligo, est non vt in pulsu propor-
tio temporis dilatationis ad tempus constri-
ctionis (quanquam hic quoque rhythmus
possit considerari:) sed vt apud musicos pro-
portio motus ad quietem. Quum ergo frig-
us pulmonis faciat rarâ, & calor crebram
respirationem, ac crebritas & raritas, sint in
longitudine, aut breuitate quietum, nõ pos-
sit non vtraq; illarû intemperierum rhyth-
mum permutare. Sed cur cum Galenus con-
sideret vtriusq; intemperiei, calidæ inquam
& frigidæ duos excessus, alium mediocrem,
alium magnum: mediocrem frigoris, dicit
afferre calidæ potionis & inspirationis cu-
piditatem, caloris verò non mediocrem, sed
magnam contrariam cupiditatem, frigidæ
inquam potionis & inspirationis afferre?
An quia vt docet Hippocrat. sexto particu-
apho. frigida sunt inimica thoraci? Atque
proinde quia frigida per sese sunt thora-
ci inimica, tardius expetuntur alijs pari-
bus, quàm calida, quæ sunt amica? Tussis
vt docet Gal. lib. 2. de causis sympt. fit aut cû
aliquid incidit in viam spiritus, aut irritatio

aliqua, aut asperitas, fit in respirationis in-
strumentis. Hanc vocant græci *úspov*. Hanc
facit intemperies inæqualis, æqualis verò
non facit hæc passionem asperitati similem,
proinde quanquam efficiat alia mala, non
facit tussim.

Porro ruptiones in ipso depræbendes, tum ex
multa sanguinis lesione, tum etiam quòd post ma-
gnam aliquam causam quæ antecedit, quiddam
sensui manifestum ac magnum succedat. Voco
autem præcedentes causas, vt cum ex alto, vel
in ludo, vel certamine ceciderit, aut cum alter
super alterum cadit, aut vbi ex inanimatis cor-
poribus aliquod graue, vt vel lapis, vel lignum,
thoracem lesit. Nonnullis ira cum exclamatione
præcessit. Quæ etiam citharædis, tragædûq; cer-
tantibus, acuta, vehementiq; voce vasa inter-
dum dirumpuntur, maximè vbi non præmissa pul-
monis per præcedentes exclamations lenitione,
violenter clamare conantur. Vt enim luctatori-
bus, si certamen aggrediantur, musculis prius nec
calescatis, nec per frictions, aut moderatas mo-
tiones explanatis, partes quedam rumpuntur, at-
que conuelluntur: ita etiam pulmone accidere so-
let. Hunc, quia frictions ad vehementes motio-
nes præparare non licet, per exclamations, quæ fric-
tionibus proportionem respondent, id efficere stude-
mus. Insuper nulla manifesta extrinsecus adueni-
te causa, in pulmone quoque vas aliquod ob san-
guinis abundantiam dirumpi potest: velut etiam
alia quedam corporis pars, cum videlicet exten-
sioni resistit, aut ob frigus à vicinis partibus contra-
ctum, aut ob innatam intemperiem. Ita Hippocra-
venas (inquit) frangit frigidum. Atqui ipsum per
se ruptiones non facit, sed quia venarum tunicas
frigiditate sua duras, & extendi contumaces red-
dens, vt rumpantur paratiores efficit. Ruptionis
verò causa est, aut vehemens motus, aut humo-
rum abundantia, qui vel per se, vel vnà cum crudo
& frigido, & flatuoso spiritu venas extendunt. Ve-
rùm ruptionis ab huiusmodi haud obscurum indi-
cium præbet, subita plurimi cruoris vacuatio. Quæ
verò venarum ora aperiuntur, non frigida, sed è con-
trario, calidæ passiones præcedunt: veluti vbi mul-
tis, eisdemq; calidis balneis, homo vititur: atq; tero-
ram inhabitat calidam, fueritq; anni tempus e-
iusmodi, similiter alimenta quoque, & potiones.
At quæ eroso vase aliquo affatim accidunt sangui-
nis euacuationes, eas præcedere solent exigua spu-
ta, atque acres in pulmonem à capite fluxiones.
Nonnunquam verò & pulmonis aliqua pars, aut
crustula simul efferri videtur, vt neminem latere
possit, ad pulmonem hanc passionem pertinere, or-
to verò in aspera arteria vlcere, præter hoc quòd
sputum purulentum apparet: dolorem quoque in
loco patiente laborans sentire consuevit. Ipsum ve-
rò per ea quæ sciantur, quia exigua sunt, ab vl-
cere, quòd in pulmone natum est, discerni potest:
quippe ab vlcerebus pulmonis, plurimum puri re-
ijcitur. Atque vt ex pulmone educta particula, vi-
sceris

sceris ipsius ulcerationem significat: ita ex summo gutture videmus interdum corpusculum aliquod à ligula per ulcerationem excreari. Id verò non solum hoc indicio deprehenditur, verum etiam ex eo quòd in ulcerato loco, doloris sensu laborans infestatur: veluti de aspera arteria dictum iam est. Et enim pulmonis ulcera dolor non comitatur: ea verò que in his sedibus oriuntur, dolorem quidem inducunt, sed non vehementem: ut si alicui suapte natura hebes fuerit sensus, ipsum sanè non percipiat. Igitur persepe vidimus eas quas iam supra proposuimus, passionis, & que pulmoni, & spatio thoracis, & asperæ arteriæ & summo gutturi accidere possunt. Nam & horum, sermonis communitate inducti, mentionem fecimus.

Consultum est, ut docet ipsemet Galenus libro secundo, de tuenda valetudine, labores quoscunque à leuioribus inchoare. Sic enim melius feruntur, ita ergo & in exclamationibus vsu venit. Hippocra. sexto epide. part. tertio frigidum inquit, valde frangit venas & (paucis interpositis) cau sa duritiei. Libr. etiam secundo epide. constituta tertio inquit, frigidum exulcerat. Rursum hic animaduertendum est, quod capite primo, libri primi. Est enim eodem modo quo illico corruptus codex, scriptumque ἐπι-γλωττίδα pro γλωττίδα. Ligula enim γλωττίς est, nō ἐπιγλωττίς. Verù hæc illo loco diximus.

Quæ verò deinceps dicentur non ita crebro nobis apparuerunt. Quidam humorem repente expuit, liquidæ bili in colore perquam similem, medium videlicet inter flauum ac pallidum, ac nulla acredine infectum: atque ita quotidie magnam eius quantitatem expuit: deinde leui suborta febricula, tabescere incæpit, aded vt purulenta screaret. Postea tractu temporis, quatuor videlicet mensum, exiguum cum pure cruorem reiecit, atque sic aucta febre, magis consumebatur: ac iterum atque iterum plus expuebat, aded vt magnam sputi quantitatem redderet: quocirca magis incremente febre, ac resolutis viribus, eorum qui tabe marcescunt, exemplo mortem obiit. Deinde alium vidi eodem ferè modo sex mensibus, ac alium quoque diutius laborantem. Igitur qui primus nobis occurrit, initio quidem nihil mali habere, sed tandem pessimè affici visus est. Alterum verò cum conspiceremus, ei statim ab initio cognita malo, presenti medicamento succurrere tentauimus. Ac multo etiam magis tertio. At quamuis multo negotio eos liberare conaremur, nihilominus neque horum vllus, neque alius post eos seruari potuit. Quum enim morti iam proximi essent, pulmonis ipsius putres quasdam partes expuebant. Proinde facile cognoui, haud absimili eos passione laborare, qualem in externis partibus videre solemus, cum à putrefaciente quopiam humore inficiuntur: verum hæc & abscindere & vrere possumus: pulmoni verò horum auxiliorum neutrum

A adhibere licet. Quapropter omnes perire necesse est. At verò postremum cum viderem, ad visceris fortem exiccationem, sollicito me animo conuertit, & quidem odoribus atque potionibus ad id efficacibus. Proinde medicamentum, quod hedybromum vocant, interdum naribus ipsius iugiter adhibere iussi. Ad somnum verò sese conuertenti prescripsi, vt narium foramina ex aliquo preciosorum vnguentorum illinerentur, qualia videlicet Romæ preparari solent, vocant verò ea, & foliata, & spicata. Atque dedi in potu medicamenta, mithridaticam vocatam compositionem, ambrosiam, athanasiam, tberiacam. Itaque perpetuo anno sic educatus tandem similiter, vt reliqui tabidi, vitam finiuit, quam fortasse, ob iam dictam educationem, longiori tempore prostraxerat. Præterea aliam huiusmodi passionem in pulmone notavi. Quidam diuturna tussi vexatus, & pauca, eaq; viscida expuens, frustum quoddam, paruo grandinis grano haud absimile, excreauit, ac deferens illud mihi ostendit, atq; rursus non ita multo post, aliud quoq; attulit. Vnde conieci, lentum illum, ac viscidum humorem, quem antea expuere solebat, ad huiusmodi compagem peruenisse. Quamobrem medicamentum ei in potu dedi, quod anhelosis auxiliatur. Atq; ita factum est, vt minorem expueret grandinem, atq; longiori, quam antea interuallo, nec pluribus deinceps annis aded mitigari potuit passio, quin tandem moreretur. Caterum grandines ipsa magna ex parte erui magnitudinè æquabant, quamuis interdum maiores, interdum minores esse viderentur. Atque alios quoq; similiter quidem spueri, sed nihilominus in multos annos vitam extendere vidimus. Quorum alij aliam ob causam, alij verò ob spiritualium instrumentorum passionem mortui sunt, quamuis nihil cruoris excrearent. Ea verò que Antipatio medico acciderunt, nemo est qui nesciat: vt potè qui medicam artem publicè apud Romanos professus est. Agebat hic atatem sexaginta quidem annis minorem, sed quinquaginta iam annos excefferat. Is correptus aliquando febre quadam diaria, idq; ab euidenti causa, declinante iam febre vt quid sibi factò opus esset, intellexeret, pulsus ipse suum tangere aggressus est. Quum igitur omne inæqualitatis genus in arteriarum motione inueniret, imprimis quidem terribus est: deinde verò cum sese non febrile planè sentiret, illico balneum subiit, quippe laboribus ac vigilis corpus fatigauerat. Atque tenui quoque victu, donec diem tertium præterisset, vsus est, quo cum nulla appareret febris, ad solita negotia pertractanda redijt, atq; arteriã in extrema brachij sui parte tangens, admiratus est perseuerantem in pulsibus inæqualitatè. Occurrens itaq; mihi, exten dit manum ridens, iussitq; pulsus tangere. At ego subridens, Quid, inquit, portendit hoc, quod proponis enigma: ille iterum ridens, obnixè orauit, vt tangerem. Igitur inter tangendum, omnigenã in pulsibus inueni inæqualitatem, non solum in multarum pulsationum cumulo, quam collectiuam vocat, verum etiã in vna arteriæ dilatatione. Proinde

miratus quomodo viueret, cum talem haberet pulsum, interrogari, num difficilis esset ei respiratio: illo verò nullam se sentire respondentem, obseruaui equidem, an aliquando mactaretur: quippe sex mensium spatio assidue arteriam tangebam. Quumque ab initio interrogaret, quanam corporis passio mihi videretur posse huiusmodi pulsum efficere, atque per quem modum, idque, citra febrim, ad eam questionem respondi, in commentarijs de pulsibus iam declarasse me huiusmodi inaequalitatem. Nam ob magnarum in pulmone arteriarum angustiam, id euenire putavi. Angustiam verò hanc dixi, ob visceris inflammationem, nunc tibi abortam esse impossibile esse, quippe febre fuisset affectus. Relinquitur igitur vel obstructionem ex liquidis, & crassis, & viscosis humoribus, vel crudi cuiusdam tuberculi ortum, in huiusmodi te passionem induxisse. Tum ille respondens, Oportuisset (inquit) me anhelosa orthopnoea laborare. Probabiliter dixi ipsum loqui, sed nondum verè: quippe cum ab huiusmodi causa orthopnoea fiat humore crasso, & lento, non in leuius arterijs, sed aspera arteria collecto. Proinde omnem ei victus rationem atque medicamenta quoque, baud aliter, quam anhelosis, adhibere iussimus: deinde sex (vt dixi) mensibus elapsis,

A leuem quandam spirandi difficultatem passus est, accedente simul cordis palpitatione. Imprimis quidem semel, deinde bis atque ter, postea quater, ac sepius quoque aucta simul spirandi difficultate, ad quindecimum vsque diem; post quem difficillima derepentè aborta spiratione, resolutus statim obiit, aliorum quorundam exemplo, qui cordis passionibus laborant, de quibus post hac sermonem faciemus.

B **E**X alijs membris potest incipere tabes aut consumptio corporis. Nam ex affectione ventriculi aut hepatis possit fieri febris hectica atque ad extremum marcor, fitque saepe ex horum membrorum inflammationibus. Verum fit citissimè ex vlcere putri ac sordido pulmonis, quia est in via inspirationis & nimis vicinus cordi, hoc facit vt putrescentis membri calore, lædatur statim cor, ac comparet calorem factum, & hecticam febrem, illud, vt nec inspirationis refrigerio male affectum cor frui possit. Nam cum aer pulmonem prætereat, attingit eo tempore cor calefactus & infectus. Reliqua omnia per se sunt aperta satis.

FINIS QUARTI LIBRI.



DE LOCIS PATIENTIBVS,

LIBER V.

PROOEMIUM.

IN libro qui hunc antecessit, à pulmonis passionibus exorsus sermonis communitate thoracis & cordis mentionem feci, differens perfectam de his disputationem in quintum hunc commentarium. Quoniam verò quarti commentarij doctrina finita est in ijs quæ Antipatro medico euenerunt, eius passione primam affectionem habente in pulmone, transeunte verò in cor, melius esse videtur de omnibus ipsius passionibus differere.

CAPVT I.

Differit hoc capite de cordis morbis, atque primum omnium monstrat omne mortis genus accidere per mala cordis, quandoquidem in illo est principium vitæ. Docet quoque cor non posse sustinere vlcera, nec inflammationes, ac differit de lyncope cardiaca, & de ea quæ accidit per consensum ventriculi, & de cordis palpitatione, ac narrat historias quasdam de hac affectione.

SITUR quemadmodum de ceteris corporis partibus, ita de corde quoque definiendum est, quanam ipsi propriè vel primaria passione, vel

Evcunque nominare volueris, superueniant accidentia, quanam verò ipso ceteris partibus consentiente. Id autem ex ijs intelligi potest, quæ prius in alijs libris demonstrauimus, vbi iam declaratum est, innati caloris cor velut fontem esse, neque animal mori omnino posse, nisi cor patiatur. Quum itaque tres sint principes partes, quibus gubernatur animal, (quippe præter cordis principatum ostensum est sensum & motum, vniuersis corporis partibus à cerebro suppeditari, iecur verò nutritiæ facultatis esse principium) semper

mors

mors ad immodicas sequitur cordis intemperatias. Simul enim cum ipso omnes vitiantur partes. Quam autem, ut ostendimus, ipse peculiari sua temperie, actiones suas perficiant, hac pereunte, actiones quoque ipsarum perire necesse est, ac proinde cerebri quoque, & iecoris. Horum verò temperie deperdita, non oportet cordis simul actionem perire. Nam etsi nec sentiendi actiones, neque eas quae ab arbitrio procedunt animal retineat, quin nec nutriatur, veluti in labentibus euenit animalibus, nihilominus viuere ipsum posse, quoad cor manserit illesum, haudquaquam negandum est. Et videtur quidem saepe multis deinceps diebus aliquis non intelligens, nec sentiens nec motum habens, tamen adhuc viuere. Quae admodum ubi quis ob vitium hepatis imbecillitatem non nutritur, diutius etiam sufficere potest. Si verò quis cor respiratione priuet, statim vitiscitur. Igitur qui ad spirandi functionem, nihil referre thoracem putat, hanc causam reddere nequeunt, cur per vehementem apoplexiam, superno duntaxat principio vitiatò, laborantes subito moriantur. At vobis eam inuenire haud difficile est: ut potè quibus efficaciter persuasum est musculos, qui motionis principium, à neruis in ipsas à spinali medulla, quae in ceruice est, delatis, suscipiunt, thoracem attollere, priuatis tunc musculus mouendi facultate, quae ex cerebro ipsis influere solebat. Etenim nisi ad spirandi functionem ambo principia simul iuncta concurrere oporteret, potuisset aliquis viuere, priuatus interdum superno principio. Igitur ex quibus causis inuenimus, cur patiente cerebro, in vehementi apoplexia, cor quoque ledatur, ex hisdem ipsis, sed secundum alium modum causam quis inueniet, quam obrem in apoplexia minore, catalepsi, sopore, morbo comitiali, letargo animal ita laborans non pereat. Namque si diligenter consideraueris, inuenies per huiusmodi passiones, quomodo spirant laborantes: quippe videbitur violentam et difficilem spirationem, perinde ac si vinculo quodam constrictus thorax attolli prohiberetur. Atque huius rei sufficientem fecimus mentionem, in libro de musculorum motione. Namque similis est haec quaestio ei, quae de somno quidam haesitant. Quippe cum per somnum omnes musculorum actiones exoluantur, sola actio, quae ad thoracis musculos pertinet, seruetur. Nunc verò ea duntaxat dixisse satis fuerit, quae proposito nostro conducere videbantur. Porro qua ratione homines per somnum spirant, reliquis musculus omnibus quiescentibus, eadem quoque ratione per minorem apoplexiam, atque alias ei vicinas passiones, spirare possunt. Vbi verò vel apoplexia, vel alia quapiam passio adeò vehementer increuerit, ut musculorum thoracis actio omnino deperdat, perire simul respirationem necesse est. Unde de cordis quoque temperamentum soluitur. Quo fit tandem, ut etiam animalis ipsis necessario sequatur interitus. Atque hac ratione per vehementes superni principij lesiones animalia perire videmus.

O Mne mortis genus ad intemperiam magnam cordis venit: nec aliter potest

A animal interire quam multum intemperato corde. Nam quanquam facultas animalis est à cerebro & naturalis insita singulis membris, tamen suppeditat cor alijs omnibus membris instrumentum quoddam necessarium, calorem scilicet naturalem. Hoc ergo aut per intemperiam cordis extincto, aut praecisione cordis detracto, necesse est membra omnia viribus suis carere, ac intemperari corrumpique, ac mori. Verum hoc perseverante animal non interit, utcumque membra alia afficiantur. Infert quidem mortem membri cuiusque principis aut praecisioni, aut intemperies maxime cerebri, trahitur enim statim cor ad compensationem priuatum ventilatione, aut alimento, aut aliter itaque praeciso capite emoritur reliquum corpus, quia cor priuatur respiratione, & per insignes venas & arterias effunditur sanguis & spiritus. Verum si fingas praeciso capite (quanquam est hypothesis impossibilis) nihil horum fieri, corpus non est quod moriatur, quamquam carebit sensu & motu, quia deerit virtutis illius praecipuum instrumentum. Nam quod ad reliquum corpus attinet, perinde est caput praecidi, aut perfecte obstrui, sed fingere perfecte obstructum esse caput, respiratum verò, vi daemonis cuiuspiam, aut utcumque aliter Deus volet agi, cur intereat animal, dum non praefame intemperabitur cor? certe ut habet membrum aliquod per se, ita corpus totum. Brachium religatione quinque neruorum in fine ceruicis & principio dorsi, priuari possit omni vi mouendi & sentiendi, tamen non statim morietur, nam dum in eo seruabitur temperies viuet, membrum verò sthiomend affectum caret sensu & motu, & mortuum est, quia hoc non habet iam naturales facultates insitas, has enim amisit cum temperamento, & influentes non potest amplius

E accipere; illud verò quanquam vi sentiendi & mouendi religatis neruis priuatum est, tamen solutis vinculis potest eas recuperare. Viuit ergo, nam quod mortuum est non potest reuiuiscere. Caeterum si consortio eo quod habet cum corde, etiam priuetur brachium, ligatis etiam arterijs & venis, morietur, amissa temperie ac simul viribus omnibus, & vita. Sed neque id, temporis momento, sed cum soluta manifeste iam sit temperies quae calido innato conseruatur, quae non possit momento temporis solui. Imò verò possis cum his omnibus vehementer religatis, veluti mortuum corpus effeceris, illis festinater solutis vitam restituere. Id ita habere aperte intelliges, quod & praeciso corde vidit Galen. in sacrificijs animalia vociferari, & ingredi. Quae constat non interiisse (non enim agerentur motu animali) tamen praeciso corde. Neque ergo brachium repente praecisum, momento moritur, sed ut temperies & calor naturali

ralis in eo corrumpitur. Vnde (vt hoc quoq; A
obiter dicam) euidenter mihi videor capere ar-
gumentum, esse in nobis præter rationalem
animam aliam altricem quæ corpus ipsum in-
format, facitq; viuū & idoneū accipere vim
animalem, quæ animæ rationalis est (nisi est
etiā alia anima sentiēns.) Nam in præciso bra-
chio minimo illo tēpore quo nondū natura-
lis calor extinctus est, sola altrix superest. Nā
rationalis vnica, cum nō sit per corpus pro-
ducta ac extenta nō possit duo deiuncta cor
pora afficere. Itaq; manet anima altrix quæ
non potest manere sine calore vitali, nec ma-
nente calore vitali, potest perire. Tūc demū
homo mortuus est, cū facultates omnes
quæ viuētis sunt amittit, quas, nisi pereun-
te prius calore amittere non potest. Venit it-
taq; omne mortis genus per vitium cordis.
Quare rectè Galenus lib. 7. metho. cap. vlti-
mo dixit, si necessitatē spectes cor esse mem-
brum omnium præstantissimum, aliter, si a-
ctionis nobilitatem, nam hac ratione est ce-
rebrum nobilissimum. Verūm possit alicui
videri falsum, quod modo diximus, atq; o-
portere iecur vltimo mori, ac proinde intem-
perato multum corde posse viuere. Nam
quod omniū primò generatur, videtur de-
bere omniū vltimo mori, cōtrarius enim
est resolutionis ordo compositioni. At ve-
rò iecur generari ante cor indicat factum
dissectio. Sed hæc ratio etsi videtur proba-
bilitatem præ se ferre, non euertit veram as-
sertionem. Non enim cor necessarium est
reliquis omnibus membris ad vitam pro-
pter seipsum, sed propter vim vitalem quam
tribuit. Ea consistit in calore vitali, iecur ve-
rò in fœtu cū nondum erat cor, erat qui-
dem sine corde, sed non sine calore vitali,
hunc enim per venam & arterias accipie-
bat influentem à matre, verūm in perfectis
hominibus non est vnde accipiat, corde ex-
ciso, aut multum intemperato. Quod ve-
rò Galenus in propositæ assertionis confir-
mationem addit, consideratione indiget.
Nam sunt hæc verba, etsi nec sentiendi a-
ctiones, neque eas quæ ab arbitrio procedunt
retineat adhuc animal, quin nec nutri-
atur, veluti in latentibus euenit anima-
libus, nihilominus viuere ipsum posse quo-
ad cor manserit illæsum, haudquaquam ne-
gandum est. Primum omnium hoc non de-
bet intelligi de facultatibus, sed de actioni-
bus. Nam totum animal facultatibus om-
nibus priuatur simul, actionibus non ita,
sed potest carere hac ante illam, vt gratia
exempli, dum viuunt animal non potest ca-
rere anima altrice, quæ vis est alendi, ta-
men non nutriari aliquantulo tempore etsi
viuat, vt per eam ægritudinem quam pro-
pter symptoma appellamus atrophiam, ni-
hil habet veræ philosophiæ aduersum. Nam

nutritio non est simpliciter ad vitam neces-
saria ac per sese, sed ad reparandum id quod
perpetuò absumitur, mors verò non eue-
nit per se, quia hoc non reperiatur, sed
quia illud assumitur absumptio non potest
repentè fieri, sed tempore satis magno.
Non ergo detractio alimenti potest infer-
re mortem repentè. Malè ergo omnes A-
ristotelici vulgares, quod de facultate Ari-
stoteles asserit tertio de anima capite vn-
decimo, venitque intelligendum, vt ego
explicui, ad actionem transferunt asserman-
tes non posse id quod viuunt nutritionem vel
tantillum tempus intermittere. Producent
deinde argumenta quædam futile. Cuius-
modi est illud: primus gradus animatorum
est quod vim habet nutriendi, veluti reli-
quorum fundamentum, non ergo potest a-
liquo modo viuere quod hoc carebit. Sed
argumentatur à facultate ad actionē. Qua-
si verò opus sit, vt quod potest ingredi,
ingrediatur, ac non possit quod modo,
sed & eam habere vim. Perperam etiam in-
terpretes quidam Galeni vbi ego legi actio-
nes sentiendi, & eas quæ ab arbitrio pro-
cedunt, legunt, facultatem, cū tamen
Græce habeatur *διεργεῖται*. Itaque Galenus
rectè asserit posse quod viuunt non nutriari, sed
quod in exemplo innuit animalia quæ la-
tent in cauernis eo tempore non nutriari,
falsum esse puto. Nam vt Aristoteles obser-
uauit, atque octauo de historia animalium,
capite decimo septimo affirmat, pinguescunt
eo tempore illa animantia adeo vt non pos-
sint se loco mouere, quod sine nutritio-
ne non continget. Nutriuntur profectò,
quamuis cibum non capiant, succis cru-
dis, quos interius continebant. Quod præ-
ter cætera profundus somnus atque lon-
gus indicat, per quem non possunt non a-
gi multæ concoctiones. Itaque non admo-
dum cautè Galenus quod non vescantur,
nutritione carere affirmauit. Iam verò quod
addit, & videtur sæpe multis deinde die-
bus aliquis neque intelligens nec sentiens
nec motum habens tamen adhuc viuere, est
proculdubio præcipitara assertio, ac proin-
de falsa. Nam quo pacto videri possit se-
mel nedum sæpe homo sine sensu & mo-
tu viuens vno die nedum multis deinde
diebus, cū qui sine sensu & motu est ca-
reat respiratione. (Est enim respiratione mo-
tus animalis,) sine hac re verò, quod ipse
mox affirmat, statim intereat animal? Nec si
intelligas Galenum non quidem rigide asser-
mare hæc, sed sine sensu & motu appellare
eum in quo sola seruetur respiratione, possis il-
lud à temeraria assertione vindicare. Nā qui
fieri potest vt sæpe Galen. viderit apoplecti-
ctos homines viuere multis deinde diebus,
cū illa tam repētè iugulet, nisi omnino sit
leuisi-

leuissima? Certè cōcepit verum sensum quē incautē falla assertionē confirmauit, ferebatur nonnunquam, quantum suspicor, impetu sermonis. Verus sensus is est, quē ante expressi. Fieri posse vt homo multis deinceps diebus viueret, et si sensu & motu priuatus esset, nisi hanc priuationē consequeretur lesio cordis. Verum id quidē re ipsa apparere fallum est. Nam sit necessario vt cor lædatur statim respiratus interceptione. Qua causa dormiētes respirent reliquis omnibus musculis quiescentibus, atq; etiam per minorē apoplexiam, dictum à me est supra.

Jam ex iocinoris quoque affectu mori accidit, sed alia ratione, inedia scilicet. Vnde longiori temporis spacio, in huiusmodi affectibus vitam protegere possunt. Atque mori contingit nonnullis per alium quoque modum, vt in sincopa stomachi vitio eueniente, & vehemēti dolore, & timore graui, & voluptate maxima. Etenim quibus vitale robur infirmum est, animi verò passionēs ob imperitiam fortes, ijs animæ essentia facile dissolui potest, atque horum aliqui ob mœstitiā interierūt, sed non ilico, vt de superioribus diximus. At vir magnanimus neq; ob mœstitiā, neq; ob aliam aliquā animi ægritudinem mœstitiā fortiolem vnquam succubuit; vt pote cuius animæ robur validum est, passionēs verò non addē vehementes.

Non omnes qui vitio hepatis pereūt, præ inedia perire verum est, sed eos tantum quibus illud præcipuum mali caput est, quod a cōtione iecoris priuantur, vt qui atrophia vocato malo vitio iecoris laborant. Verum qui præ inflammatione iecoris moriuntur, non inedia moriuntur, (Durarēt enim plus temporis.) sed maligni morbi vi. De causis sincopes Gal. disputat satis diffuse lib. 12. meth. atq; à me lib. 5. controuer. multa disputata sunt, illinc ergo pete.

Ceterum propria quoque passione cor laborare solet, vel ob simplicem intemperiem, siue inæqualis, siue equalis ea fuerit: vel inflammationem, vel erysipelas, idq; dum fieri incipit. Illico enim antequam angebatur huiusmodi passionēs animal corrumptur. Atque has passionēs rursus cardiaca sincopa sequitur. Quemadmodum quæ stomachi vitio fiunt sincopa, ad eas passionēs, quibus os ventriculi (stomachum nonnulli appellant) infestatur, sequi solent. Verum hæc consentiēte corde veniunt. Porro vtriusque partis, tum oris ventriculi, tum cordis dispositiones, aut à forti duntaxat intemperie, aut venenoso humore, nonnunquam ab erysipelate, aut inflammatione, aut alio quopiam præter naturā tumore fieri solent. Igitur exigua quidē cordis intemperantiæ, pulsus artierarum, pro sua quaque natura variant, de quibus in libro de pulsibus iam dictum est. Maiores verò per proprias quidem simularium partium intemperies subitam

A mortem non inducunt, per eas verò quæ ad instrumentales partes pertinent, subito enecare possunt: sed præcedentibus prius signis quibusdam, quorum vnum ab Hipp. dictum est: qui sape & multum exoluntur sine causa manifesta, hi repenti moriuntur. Est & alia passio, palpitatio videlicet cordis, aut per se eneniens, aut cum significatione quadā: quod in humore cor ipsum moueatur. Neque enim mirum videri debet, tantam humoris multitudinem cumulari aliquando in ambiente cor tunica,

B vt ipsum ne attollatur impedire possit. Quippe in animalibus dissectis vidimus plerumq; plurimā humoris vrine speciem referentis: in eo qui ipsum inuoluit panniculo contineri. Etenim simia quadam cum emaciari in dies videretur, eam tamen necessarijs nostris negocijs impediti secare in tempore non potuimus, post mortem verò reliquis corporis partibus omnibus illasis, inuētus est in ambiente cor tunica tumor præter naturam, humorem in se continens, qualem pustula hydatides emittere solent. Atque in gallo quoque vidimus aliquando cordis tunicam huiusmodi scirrhuso tumore affectam, perinde ac si plures crasse membrana inuoluta altera alteri fuissent: verum in eo nihil humoris continebatur. Vnde verisimilis coniectura elicitur, homines etiam similibus posse passionibus infestari. Inflammato autem manifeste corde gladiatores vidimus, haud aliter quam qui cardiaca sincopa pereunt obisse. Igitur si ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cum sanguinis fluore hominē mori necesse est:

C idq; præcipue si sinistra partis venter fuerit vulneratus, si verò non ad ventrem vsq; perringat, sed in cordis substantia persistat vulnus, ex ita affectu aliqui non solum ea die qua vulnerati fuerunt, sed sequenti quoq; nocte viuere potuerunt: qui oborta deinde inflammatione extincti sunt. Atque etiam hi quamdiu vixerūt mentis compotes inuēri sunt. Vnde euidentē testimoniū sibi sumere potest ea secta, qua negat rationalem animæ vim in corde cōsistere.

Ere. Palpitatio autē visceris huius pluribus integra valetudine degentibus, tum adolescentibus, tum adultis subito, sine alio manifesto accidente euenire visa est, atq; omnes eos sanguinis detractio inuit. Atq; hoc accidente planè liberati sunt, qui post sanguinis missionem vsi sunt, victu & medicamentis, quibus esset extunuenti facultas. Horum verò nonnulli, quos rursus huiusmodi accidens infestabat, simili curatione sospites euaserunt. Ceterum nouis quendā quotannis verno tempore huiusmodi palpitatiois accidente vexatū, qui cum per tres annos à sanguinis distractione se adiutū intelligeret, anno quarto, antequam accideret ipsum inuaderet, sanguinē misit, idq; pluribus deinceps annis faciendo, idonea etiā post sanguinis detractioem medicamenta adhibuit. At nihilominus hic quoq; ante senectutem morte præuentus est, sicut & reliqui omnes, quorū alij quidem per acutas febres, alij verò cum sani degerent, affatim sincopa perierūt intercepti. Quāuis vnus vel duo citra sincopā alia quadā mortis specie perierint, At verò sic patientium magna

F pars

pars etatem agebant, quinquaginta quidem annis inferiorem, sed quæ quadraginta annos excederet. Porro panniculus cor ambiens quomocumque passio sit, nisi inflammatione infestetur, inter ignobiles partes reputatur. Quocirca ipsius dispositio per consensum ad cor transcurrit. Cum enim ipse solus patitur, exemplo reliquarum omnium partium, quæ ad custodiam, & regumentum cæterarum nobiliorum factæ sunt, nullam affert periculum. Cæterum nulla à corde spirandi difficultas oritur, præter eas quas in priori libro diximus, cum de Dyspnæa sermonem haberemus. Etenim insuper calfactum spirationem efficit magnam & densam, atque celerem, ac calidum insuper spiritum reslat. Contra refrigeratum, exiguam reddit spirationem & raram.

Dubitet aliquis, qua ratione non reputat Gal. libijphi dicens, maiores vero per proprias simplicium partium intemperies subitam mortem non inducunt, per eas vero quæ ad instrumentales pertinent subito necare possunt: cum lib. de diff. morborum dicat, intemperies oēs esse partium simplicium, compositarum vero morbos in compositione, vocat Gal. hoc loco intemperies pertinentes ad partes compositas, siue instrumenta, eas quæ non sunt nudæ, sed fiunt à succo aliquo, qui simul morbum in compositione facit, huiusmodi sunt tumores præter naturam omnes, & omnes obstructions.

Cum tanta sit cordis necessitas ad vitam ut vitalis facultatis sedes sit, & vitalis spiritus contineat, non mirum, si neque vlcera neque inflammationes possit sustinere, sed neque mirum est posse per diem & noctem vivere animal vulnerato corde, nisi vulnus penetret in ventriculos cordis, non enim spirat repente vitalis illa flamma (spiritus & tenuem sanguinem intelligo) nisi penetret, atque ut noxa citius in caua cordis penetrat, ita citius valde robur extinguitur, ut non careat probabilitate quod multi venatores affirmant, citius expirare animam ceruos & sues, atque talia animantia, si sagitta veneno intincta pulmone infixæ sit, quam si cordis carni, delato scilicet celerius veneno ad cordis caua.

CAP. II.

Differit hoc capite Gal. de morbis ad thoracis ipsius partes pertinentibus, docetque distinguere veram pleuritidem à non vera, ac dignoscere, an in musculis inter costas consistat inflammatio, an in membrana succingente costas. Docet etiam qua ratione succus eò loci in inflammatione conclusus, & pus quod est intra thoracem possit tussis rejici per os, ac refutat de ea re sententiam Erasistrati, proferens illius verba.

Atque huic quoque parti, vel primario patienti, vel alijs consentienti. Quemadmodum reliquis omnibus passionibus quædam superveniunt, quas respiracionem ledere necesse est. Quippe proprium respiracionis organum eam esse iam demonstratum est. Igitur ubi dolorificis passionibus mo-

Alestatur, exiguam densamque edit respiracionem, veluti commentationibus de difficultate spiracionis ostendimus. id vero & vicinis quoque partibus, & ipsæ simul mouentur passionibus euenire solet. Nam diximus antea de spinæ passionibus, respiracionem interdum lædi, thorace propria passione nequaquam laborante, sed vel nervo quopiam à spina procedente, vel spina ipsa patiente. Earum vero, quæ proprie ad thoracem pertinent passionum, quædam in ipsius musculis, quædam vero in membrana succingente costas consistunt. Nam de his passionibus quæ vel in cute, vel in costarum ossibus consistunt, hic agere non proposuimus, in quibus locus patiens sensibus subijciatur. Igitur cum ex musculis alij spatium intercostalia vocata replent, alij vero exivum secus extendantur, dolorificæ externorum musculorum dispositiones, ut vlcera, contusiones, abscessus erysipelas, inflammatio, haud difficulter à medicis manuum adhibentibus discernantur. At intercostalibus musculorum inflammationes eorum maxime, qui in interna parte consistunt (duo enim, ut scitis, sunt huiusmodi musculorum genera) tactu consequi non possumus, atque hi graviori quam externi dolore cruciantur, ac fluxione, quæ inflammationem induxit, ad internam per eam quæ costas cingit membranam transmittunt, quam tunc pariter cum ipsis inflammare necesse est. Veluti rursus ubi ipsa aliquando primaria passione infestatur, intercostalium musculorum partes internæ, similiter ei consentiunt. Verum exquisita pleuritis sit, ubi cingens costas membrana primaria passione laborat. Proinde dolor, vel ad ingulum, vel ad præcordia pervenire potest, ad ingulum quidem superioribus eius partibus patientibus: ad præcordia vero ubi inferiores patiuntur. Atque vehementis quoque febris huiusmodi inflammationem perpetuo sequitur, quia sedes patiens, & parum distat à corde, & cum panniculo ipsum involuente, ac septo transverso cognationem habet. Cæterum patientiatur ne magis cingens membrana, an musculi ipsam contingentes, à pulsibus indicium petere oportet. Namque musculi minus, cingens vero membrana magis extendit, & indurat arteriam. Ut in peripneumonia nulla penitus apparet huiusmodi durities. At effusa in spatium thoracis sanies in asperas arterias pulmonis transmittitur, deinde tussiendo excreatur, qualis sit, qui inflammationem fecit, humor, declarans, an videlicet biliosus, aut melancholicus, aut pituitosus, aut cruentus. Etenim si bilis abundat, pallidum, aut flavum: si atra bilis, nigrum: si pituita, spumosum & cadicans: si sanguis, rubrum spatium rejicitur. Quod vero tussiendo ex thoracis spatium aliquid interdum spatatur, facile intelliget, qui eas dispositiones consideraverit, quibus ab exterioribus, ad intima pectoris vlcus penetrare contingit, siue id ob vulnus non conglutinatum eueniat, siue ob magnum abscessum vtrinque eruptum, vel perinde dissectum, ac si externas duntaxat partes afficeret, facta deinde sectione, inveniatur cingens costas membrana erosa, aut costa ob sphacelum (id est cariem) excisa, aut eò quod medici cingentem membranam, utpote erosam, putrescentemque servare

seruare illasam non potuerunt. In omnibus iam A
 propositis dispositionibus, si aqua mulsam in thora-
 cis spacium infundatur, mox rufiando expuitur,
 laborans ipse aquam mulsam esse, ex sapore depra-
 hendit. Quo pacto autem hoc fieri possit, atq; per
 quos meatus ipsa in asperam arteriam ingrediatur,
 perpendere debet is, qui errorem illum in quem mul-
 ti in cause inuestigatione inciderunt, effugere vo-
 luerit: ij namq; ex thoracis spacio in pulmonem qui-
 piam recipi, impossibile esse iam sibi persuaserunt,
 fortasse ita se sentire simulantes, ne videantur de
 re quapiam dubitare. Ceterum credere oportet hu-
 iusmodi fieri transumptionem: quippe per vulne-
 ra haud obscure apparet. Deinde quo pacto ea fie-
 ri possit, inuestigare, vt quum inuenerimus, ani-
 mo simus quietiori. Sed inter querendam, quan-
 diu nihil nos inuenisse putauerimus, ruditatem
 potius nostram accusare, quam veritatem ipsam
 negare debemus. Atq; videmus etiam conglutinatis
 cruentis vulneribus, in spacio notas quasdam fluen-
 tis ex vulnere cruoris, ad spatium quod inter pul-
 monem est & thoracem. Præterea suppurati in hoc
 ipso spacio pus continere, & ipsum spuere haud
 obscure videntur. Atqui rationi consentaneum est,
 vt eodem modo tum cruor, tum pus ex thorace spu-
 atur. Quorum viam inquirens Erasistratus, incre-
 dibilia quædam scripsit in eo libro, cui titulus de
 Sanguinis eductione est, sub hac verborum serie: Via
 autem per quam incedunt, ea quæ ab ijs sedibus re-
 jiciuntur, huiusmodi est: Ab ea arteria quæ spine
 adiacet, vasa quædam ad vtrunq; latus, tam dex-
 trum, quam sinistrum similiter procedunt, deinde
 in loca vicina, multiplici diuisione dispersa, tan-
 dem aded euadunt exigua, vt sensum lateant. Quæ
 itaq; sanguis in huiusmodi arterias inciderit, non-
 nunquam per concauam arteriam, ad loca quæ cir-
 ca pulmonem sunt, atque ad eos nexus per quos
 pulmo apud spinam arteriæ coniungitur, ascendit.
 Quippe ea quæ huc inciderint, hac via ad pulmo-
 nem ascendere solent. Verum quomodo ex pulmo-
 ne deinde rejiciantur, antea dictum est. In his ver-
 bis manifestè declarauit Erasistratus, eas arterias
 quæ à magna arteria ad singula intercostalia loca
 procedunt, per ora quæ ad inflammatam partem
 perueniunt, sanguinem suscipere, ipsumq; ad ma-
 gnam arteriam, quæ à corde orta, per spinam ex-
 teditur, referre, atq; ab ipsa rursus, ad ea loca quæ
 circa pulmonem sunt, transitum fieri. Sed neq; mo-
 dum quo huiusmodi transitus fiet, neq; viam expli-
 cauit. Verum deinceps scripsit. Atq; per eos nexus,
 per quos pulmo arteriæ circa spinam adheret: fit e-
 nim (inquit) hac quoq; via eorum quæ inciderunt
 in pulmonem, ascensus. At quomodo & per quæ
 conceptacula id fieri possit, non ostendit. Proinde
 manet adhuc eadem quæstio, nihil planè ad ipsam
 dissoluendam afferente Erasistrato. Quamuis vt in
 cæteris libris omnibus, ita in hoc ipso de sanguinis
 eductione, perspicuam pollicitus fuerit interpreta-
 tionem. Quocirca multò magis vitiosum quispiam
 huiusmodi sermonem reputauerit, vt pote qui ipsi
 quoq; Erasistrato fuerit suspectus, apparet itaq; ex

industria eum voluisse obscuris vti sermonibus, vt
 aliquid dixisse videretur, cum nihil diceret. Atque
 hoc in loco quæstionis enarrationem dereliquit. Nã
 quomodo sanguis ex lateribus quidem ad magnam
 arteriam perueniat, manifestè declarat. At quomo-
 do rursus ab hac ad eas sedes, quæ circa pulmonem
 sunt, vt ipse dicebat, ascendat, haudquaquam ex-
 posuit. Constat etiam ex eo quod dixit, loca quæ cir-
 ca pulmonem sunt, cum dicere pulmonem potuis-
 set, eum haud inuitum sermonis obscuritatem as-
 sectasse, id quod postea declarauit, dicens: ex pul-
 mone autem quomodo ad eductionem ascendat, iam
 antea dictum est. Perinde enim ac si in pulmonem
 ex magna arteria iam delatus sit, quomodo inde re-
 jiciatur, velle nos admonere videtur. Quod verò de
 expuitione quæ ex pulmone fit, iam antea dictum
 fit, non ignoramus, ac perspicuam fuisse enarratio-
 nem testificamur. Verum optaremus vt de ea, quæ
 ex magna arteria in pulmonem fit, transumptione
 dixisset. Quemadmodum cum inquit, per eos quoq;
 nexus per quos pulmo arteria apud spinam coniun-
 gitur, fieri circa pulmonem sanguinis reiectionem.
 Ne hic quidem quos nexus dicat declarauit. Ere-
 nim si vel ex membranis vel fibris consistant, ad san-
 guinis in magna arteria contenti, in pulmones de-
 lationem nihil conferunt. Quippe necesse est ex ar-
 teria oriri vasa quædam per quæ sanguis in pulmo-
 nem transferatur, quemadmodum Erasistrato se-
 cta hoc ipsum per arteriam pulmoni substratam
 fieri autumat. Huius enim arteriæ extreme partes,
 & quidem exigue, ad asperam arteriam transire
 videntur. Atqui ipsa quoq; ex magna arteria, an-
 tea quàm ad spinam perueniat initium sumit. Ita-
 que duplici quadam ratione, Erasistrato ab hac ar-
 teria auxilium suppeditare conantur sectæ ipsius
 professores. In presentia quidem ad sanguinis ex
 thorace eductionem, alibi verò ad inflammationis
 in pulmone generationem, nam & hanc obijciunt
 eis, qui aliter sentiunt, vipotè quam ita, vt Eras-
 istratus docuit, fieri sit impossibile. Namque vbi do-
 cet quomodo fiat inflammatio, putat incidentem
 in arterias sanguinem, spiritui, qui à corde defer-
 tur, obuium fieri, atque sic ad extremas arteriarum
 partes repelli, nisi vulnerata aliquando quadam ar-
 teria, vacuato ex ipsis per vulnus spiritu, ex ea quæ
 ad vacuatum spiritum fit sequela, sanguinem susci-
 piunt. Hac itaque ratione non posse fieri inflamma-
 tionem in pulmonis arterijs dicunt. Quippe si ali-
 quando sanguis in eas inciderit, nulli ipsum spiri-
 tum obuiare, quod in solas pulmonis arterias, nul-
 lum à corde ferre spiritum Erasistratus contendat,
 quamuis reliquas arterias omnes à corde spiritum
 suscipere fateatur. Verum è contrario, ipsas cordis
 spiritum suppeditare, quem per inspirationem ab
 asperis leues arteriæ suscipiant. Hanc igitur arte-
 riam, quæ à maiori arteria spine incumbenti, in
 pulmonem fertur in inflammationem in extremis
 partibus sustinere, atq; vt sanguis ex thorace rej-
 ciatur, efficere dicunt Erasistrati sectatores. Sed in-
 flammationis rationem hoc in loco tractare non
 proposuimus. Ceterum quod ex magna arteria, in
 pulmo-

pulmonem sanguinis transumptionem fieri Erasistrati sectatores dicunt, à veritate deluare videtur, imprimis enim sanguinem ex intercostalibus locis in magnam arteriam ferri impossibile est, quippe à spiritu, qui à corde per magnam arteriam ad hæc loca transmittitur, repulsus illico reuertetur. Si concesserimus autem hoc ita fieri, ac demum in magnam ipsum arteriam deferri multò absurdior ex Erasistratica secta fundamentis sermo euadet, etenim spiritum saluantem incurfionis impetum, à corde in hanc arteriam expressum, in totum deferri corpus, per ortas ab ipso arterias autumat, perinde ac si ex vna arteria constrictione spiritus ad extremas pedum partes peruenire possit, veluti à vehementissimo vento delationis celeritate fieri putans. Quod verò tanta vehementia, sanguinem in magna arteria contentum, ad quamlibet corporis partem non impellat, impossibile est. Neque vlla ratione dici potest, ipsum in vnam arteriam que in pulmone feratur compelli: ita enim is impetus mentis sit particeps, atque intelligat, qua via quam facillime vacuari possit. Id ipsum verò rursus pugnare videtur cum presenti sermone, qui sanguinem quam celerrime vacuari per asperam arteriam concedit. Nam si tam facilis est per extremas harum arteriarum partes transitus, ut incidens in ea sanguis, tam celeriter vacuetur, fieri non potest ut impactus inflammationem excitet: eòque impingi, & excidere, inter se sunt contraria. Id verò multò maiori admiratione dignum est, quod cum Erasistratus quàm diligentissime deinceps de puris vacuatione conscribat, siue id in pleuriticis, siue in suppuratis contineatur, ipse pugnam hanc, qua videlicet sermones eius, tum nobis, tum reliquis hominibus omnibus, inter se certare videntur, non intellexerit, ea facile deprehenderetur, si sermonem eius, qui ad verbum sic se habet, hic subscripsimus. Atque in his ipsis passionibus, plurimi interdum puris excretio fit: causa, venarum natura est, quam si perpendere oportet, magna quadam vena ex corde nascitur, adiacens spinæ, ac in eo loco, ubi à vertebra septum transuersum nascitur, sine accipit, ab hoc verò, vena que ad latera extensa sunt, atque arterijs adiacent, oriri videntur. Igitur cum vel vlcus, vel abscessus, in his locis euenit, multum puris congregas, id quidem haud facile ad spatium quod inter latera & pulmone est, effundi potest. Quod succingens latera membrana nervosa est, & fortis, ac diuidi cõtumax: proinde coercetur ad vasa membrana intrinsecus subiecta. Cum itaque, tenuis magis, ac imbecillior vena sit quàm arteria, hæc vasa prius diuiduntur quàm ipsæ arteriæ, atque per has diuisiones, pus effunditur in venas: per inferiores verò sedes, pus deijci non potest, quia ad eas venarum natura non peruenit, sed sine fortiuntur, ut dictum est, circa septem transuersi ortum. Cum semper autem continue sedes repleantur, ut per superiores meatus exitum capiat necesse est. Perpendenda igitur est actio, quam pulmo inter respirandum efficit, ac quomodo, tum spiritum tum humores, & attrahit, & expellit, quippe eodem modo pus à lateribus ad pulmone ascendere solet. Sed quomodo demum à pulmone reijciatur, ante à dictum est.

A In hoc sermone quod pus in venas transumptum est, non possit ad loca, septo transuerso inferiora peruenire, rectè ab Erasistrato dictum est, ut pote vena, que octo inferioribus thoracis costis alimentum prebet. Non enim omnes alere potest, ad septum transuersum perueniente: neque enim in presentia contedere velim, an exigua aliqua eius particula inde exiliat. At quomodo huiusmodi pus expuatur, neutiquam dicere aggressus est: similiter nec sectatorum eius quispiam. Neque enim quemadmodum arteria quandam à magna deductam in pulmone ferri affirmant, ita de vena dixerint, etenim arterijs, tametsi non manifestè in viscus ipsum ramis distribuitur, ei tamen substermi, atque ad asperam usque, arteriam ramusculos emittere videtur. Verum à magna vena, que spina incubie venam aliquam in pulmone transire, neque nos vnquam vidimus, neque diffectorum quisquam scripsit: ac nec Erasistratus quidem id affirmare ausus est. Quippe inter omnes conuenit, quod à dextro cordis ventriculo, per vnum dantaxat vas, pulmo sanguinem recipit.

C Oportet igitur pus quod à costis in eam venam, que spina adiacet, imprimis quidem peruenire ad cor, deinde ad venam que ab hoc orta in pulmone transit, postea ex hac in asperas arterias, que per ipsum dispersæ sunt transsumi: postremò tuisi indigere quo scilicet ipsum usque, ad os efferre possit. Quo autem pacto puris sanguini permixti, ab ipso fiat secretio, tanquam exiguum quippiam ac vulgare, & quod ad vniuersam ipsius rationem firmandam paratum conducatur, præteriens dicere neglexit.

D Omnia intestina mouentur simul cum septo transuerso ad respiratum, ut hac ratione inflammatio etiam in illorum aliquo consistens, possit respirationem partiam & crebram facere. Et ut respiratio, quantum ego opinor, ad descensum ciborum, & delationem non parum conferat. Musculi thoracis sunt duplices, quidam habentes principium extra thoracem & in thoracem ipsum delati ac inserti, venientis ex lumborum vertebra, ex collo, ex clauicula & spatula, quidam à costis ipsis nati, & in ipsas costas inserti per spatia media, qui propterea intercostales appellantur. Horum etiam sunt quidam externi, quidam interni, nam alij alijs subsistant. Omnes musculi thoracis sunt expositi tactui, usque ad eum ut cum inflammati sunt, compressi doleant, præter intercostales. (Nam duos musculos qui interius sunt triangulorum formas referentes, soleo ego intercostalibus internis annumerare.)

Nam neque hoc dicere quisquam possit, sanguinem qui continetur in ea vena que circa spinam est, ad cor referri. Nam contrarium prorsus dicendum est venam hanc à dextera cordis auricula oriri, ac simul cum ipsa sanguinem commutare partes omnes thoracis circa octo costas nutrientem, etenim superiores quatuor non ab his, sed à vena ad iugulum ascendente, que à medio loco inter cor & iugulum exoritur.

979

ritur, nutrimentū suscipiūt. Præterea & hoc quoq; A
non minus absurdum ad Erasistrati verba sequi-
tur. Nam pus quod à supernis quatuor thoracis co-
stis, in concavā venam refertur, maximè quidē ad
eas venas ducetur, quæ ad ceruicem & scapulas, &
caput, & manus, imò potiùs ad vniuersas animalis
partes perueniunt. Hæc sunt ferè absurda, quæ ad
Erasistrati scripta sequi videntur. Accedit ad hæc,
quod causam in hac perpensione penitus non atti-
git: diuēs enim, non faciliè pus effunditur in spatiū,
quod inter costas est & pulmonē, quia succingens
costas membrana nervosa sit, & fortis, atq; diuidi
contumax, pus aliquando in hoc spatium effundi
posse, non negauit: quippe qui neruis suis non faciliè
addiderit. Debit ergo dicere id quanquam non fa-
ciliè, tamen aliquando fieri, deinde viam ostendere
qua suppurati pus spueri possint. Vt enim ex his nō
paucos perire, ita & alios quamplurimos seruari
vidimus. Quorum si quis per singulos dies recti pu-
ris quantitatem collegerit, interdum sex aut octo
heminas, interdū decem, atq; interdum plures tan-
tam summam æquare inueniet. Cæterum id quod
quàm creberrimè dicere consueui, nunc quoq; di-
cā, quod multi medici rerum quæ manifestè viden-
tur causam reddere nequeūtes, eas esse omnino ne-
gant, quamquam (vt dixi) omnes quot quot in tho-
race vulnerati sunt, iniectam per vulnus aquam
mulsam, illud expuere solent. Nonnulli etiam me-
dendi modo & qui cruentis adhibetur & glucina-
torio dicto, haud paucis perforationibus curati, in
primis quidem diebus purulenta quædam expuunt,
nisi rectè ac exquisitè, vniuersus sanguis per vulnus
(quatiendo videlicet hominem qui sic vulneratus
est) fuerit effusus. At verò membrana costas succin-
gens & valida est, & nervosa, ac diuidi cōtumax.
Sin autem moles, adde sermoni etiam membranam
pulmonem ambientem eandem cum illa naturam
habente: eoq; liquores in vacua thoracis infusus
hæc quidem non transmittit, illa non transsumit.
Itaq; ad eundem modum dices cutem membranis
esse multo fortiozem, atq; crassiozem in fracturis os-
sum callo obducendis sanguineum humorem, quo-
minus per ipsum penetrando egrediatur prohibere
possit. Hunc tamē in nonnullis videmus aded copio-
sè effundi, vt tota etiam ligamenta possit irrigare.
Quod cum ita fieri videamus, idem haud absurdè
per tennes quoq; membranas fieri fatendū est, atq;
satiùs fuisse Erasistratum non de hac re dubitare,
sed id potiùs abundanter intelligere, quomodo hu-
mor inter thoracem & pulmonem contētus, in a-
speras pulmonis arterias recipiatur, ad leues verò
arterias, atq; ad venas, peruenire non possit. Nam
& ipso Erasistrato autore, tria hæc vasa simul ex-
tenduntur, atq; simul diuisa terminantur suo ex-
tremo quodlibet ore, in adiacentem pulmoni mem-
brana. Cū ergo tria hæc ora inter se proxima sint,
cur in vnum duntaxat fiat transsumptio, querere
debit Erasistratus. Nam longè præstantius erat ea
quæ sunt, quomodo fiant querere, quàm q; fiant
negare. Quanquam neq; dubia neq; inuentu diffici-
lis mihi videtur, eorum quæ in thorace continen-

tur, in pulmonem receptio, quæ quidem in asperæ
arteriæ partibus extremis fieri potest, quippe quæ
non aded angustæ sunt, vt leuium arteriarum atq;
venarum partes extremae. Atq; quod magna ex par-
te asperarum arteriarum essentia, cartilago est,
quæ concidere atq; concludi omnifariam non po-
test: quod etiam earum, quàm duorum vasorum re-
liquorum, ora multò sunt ampliora. Cū igitur i-
psorum circa pulmonem diuisiones numero sint æ-
quales: rationi consentaneum est, asperæ arteriæ ve-
luti ramos, reliquorum duorum generum partes,
proportione superare. Id verò manifestè apparet
per visceris ipsius dissectionem, nam vicina quæque
vasa eandem inter se seruant in magnitudinis ex-
cessu proportionem, quam ab initio maximè eorū
partes habere conspiciuntur. Hæc sunt quæ dicere
debit Erasistratus, ac deinceps, vtrum in inspiratio-
nis, an respirationis, an quietis tempore pus ex tho-
racis spatio in pulmonem recipiatur, explicare: ac
deinde cum id neq; per inspirationē, neq; per quie-
tem fieri docuisset, ostendere ipsum spirationis tem-
pore recipi: id quod facillimum erat demonstrare,
ei cui prius per sua sum esset, respirationis actionem
ad thoracem pertinere, pulmone nullam propriam
habente motionem, quippe per consequentiam di-
latato thorace pariter attollitur: eo verò conscripto
ipse spongiarum exemplo quas manibus exprimi-
mus, in se se residere solet. Etenim hoc pacto per
magna vulnera fibra ipsius per vulnus procidere vi-
detur. Verum citra vulnus, thorax vehementer cō-
strictū humorē qui in eo spatio quod inter ipsum
& pulmonem est, continetur, in asperas ipsius arte-
rias comprimēdo cogit, nec credas velim, huic ora-
tioni vehementer frustra fuisse insertum, nisi enim
vehementer admodum, thorax pulmone omni par-
te comprimit, humor in asperarum arteriarum ora
recipi non poterit. Quamobrem natura, quo robu-
stior fieret expressio, tussi vocata donauit anima-
lia. Quæ cum naturale sit accidens, & sternutame-
ntum, & singultum, & nauſeam, similitudine
quædam imitatur, de quibus in libro de causis acci-
dentium satis dictum est. Verum quia viribus opus
est, quibus huiusmodi accidens naturale excitetur,
contingit creberrimè per suppuratas passiones, mo-
ri laborantes, prostratis antea viribus, quod à vali-
dissima thoracis constrictione eademq; celerrima,
tussis excitatur, atq; vires imbecillæ, neque validè
neq; celeriter agere possunt. Ergo de spuitione quæ
ex spatio thoracis procedit, satis fuerit hac dixisse:
redeamus igitur rursus ad eum quem ab initio pro-
posuimus sermonem. Sæuè quæ in succingente co-
stas membrana, ac musculis illi continuis, sunt in-
flammationes, morbum quem lateralem vocant ef-
ficere solent. Huius accidentia inseparabilia sunt:
febris acuta, dolor, perinde ac si locus vel intenda-
tur, vel pungatur: spiratio frequens & exigua: pul-
sus paruus, arteriam & duram & quodammodo ten-
sam indicans: tussis magna ex parte cū spatis colo-
ratis, nonnunquā verò sine his. Hæc incoctas pleuri-
tides nominant, quæ vel celeriter hominē rapiunt,
vel longo temporis spatio finiuntur. Ac dolor modò

ad iugulum modo ad præcordia pertinere videtur. **A** Sunt præterea alij laterum cum febre dolores, per quos spirationem exiguam reddi necesse est, sed nullum redditur sputum, ut in ea re nihil à pleuritide sine sputo constante, differre videatur. Verum hi facile ab illis discerni possunt. In his enim nulla omnino tussis est: illi verò qui sine sputo pleuritide laborant, sic a tussi molestantur: deinde quod neque tensionem, neque duritiem ullam refert pulsus: postremò quòd non eque acuta febris laborant, neque adèdè difficulter spirant. Sunt etiam nonnulli, qui **B** presso extrinsecus inflammato loco dolere sese sentunt. Atque ij per sputum non purgantur, quia ab initio nihil eius succi qui inflammationem excitavit, ad thoracis spacium peruenire solet. At concocta inflammatione, nisi prius discutiat, ad cutem usque atrollitur atque inciditur.

Venam sine coniuge appellat hoc loco Gal. venam quæ circa spinam est. Nam hæc nutrit partes circa octo costas inferiores. Verum illa non oritur, quòd Gal. videtur innuere à dextra auricula cordis, sed à caua, supergressa iam cor, neque putes velim Gal. negare sanguinem eum qui continetur, in vena sine coniuge posse retrocedere versus cor. Nam non dubium est posse illum præter naturam ita ferri, neque enim verum est, ut alibi ostendimus, quòd quidam cõmentum sunt, esse inquam ostiola quædam à natura, principio venæ illius affixa, quominus quicquam ab ea recurreret. Quid ergo est quòd Gal. dicit? Certè nihil aliud, quàm sanguinè non solere secundum naturam à vena illa versus cor ferri, sed contra rursus venam illam ferri. Nam utitur verbo illo *ωπευμένη*, id est secundum naturam fieri aut contingere.

CAP. III.

Docet toto hoc capite paraphrenitidem, quæ ex inflammatione septi transversi ortum habet, à vera phrenitide, quæ est cerebri affectio propria, distinguere. Fit ea distinctio per respirationem quæ in phrenitide est magna & rara, & in inflammatione septi diversa, ac inæqualis: & per signa antecedentia utrumque malum.

Terminum quo thoracis pars inferior finitur, antiqui phrenas (id est mentem) appellauerunt: siue simpliciter de ipsis in animum venerit, siue (ut aliqui putant) quia eo inflammatione affecto, mens quoque laeditur. A Platone autem diaphragma vocari incepit: qui sanè & ipse alijs veteribus similiter, phrenas appellavit. Putat autem huc in animalibus usum habere diaphragma, ut irascibilem animæ vim in corde contentam abs appetitoria, quæ in iecore sedem habet, septo distinguat. Postea Medici neglecto prisco nomine, diaphragma ipsum appellare consueuerunt. Id quòd in dorsali quoque medulla eos fecisse constat. Quippe huic quoque hoc propriæ substantiæ nomen medulla est, quemadmodum instrumentum cuius nunc mentionem fecimus phrenes nuncupantur. Verum quo clarior esset dignotio, illi dor-

salis, quemadmodum & cervicalis, & spinalis, atque lumbaris, cognomenta addiderunt. Postea ferè omnes simpliciter dorsalem appellare consueuerunt. Sic in presenti quoque proposito phrenum nomine reiecto, diaphragma (id est septum transversum) nominare magis placuit. Aristoteles autem hanc animalis particulam succincturam appellat, nescius ipsam magnæ ac perquam necessariae actioni, in animalibus esse deputatam, quippe quæ spirationis fit instrumentum.

Multi philosophorum ut refert Arist. 3. de partibus animalium, putauere mentem, aut vim sentiendi residere in septo transuerso, hancque esse causam qua ij qui inflammatione huius membri laborant, delirant perpetuò. Cæterum neque Plato, neque Arist. ita sensere, sed Plato vim sentiendi in cerebro, irascibilem in corde, concupiscibilem in hepate: Arist. has omnes in corde collocavit. Proinde Plato de huius partis usu ita differuit: In pectore igitur mortale genus animæ posuerunt, cumque id naturaliter partim melius partim deterius esset, disposuerunt rursus thoracis capacitatem, decernentesque sedem tamque virorum alteram, alteram foeminarum. Cartilaginem enim quandam, nomine diaphragma, quod etiam phrenas vocant, inter hæc mediam interiecerunt. His verbis constat Platonem non alium usum septo transuerso adscripsisse, quàm ut separaretur mortalis animæ pars ignobilior, quæ est in hepate, à nobiliori, quæ est in corde. Arist. 7. de partibus animalium. cap. 10. de huius partis usu ita scripsit: Habent hoc omnia quæ sanguinem obtinent æque, ut cor & iecur, cuius rei causa est, quòd idèdè habetur, ut sedem cordis à ventre dirimat, videlicet ut animæ sentientis origo inoffensa feruetur, neque facile occupetur exaltatione cibi, & caloris aduentitij copia. Hæc verba aperte indicant Arist. non minus quàm Platonem septi usum huic membro dedisse, atque ambo eodem modo sensisse de particulæ usu, esse scilicet eam ad separandum ignobiliorem à nobiliori parte, præterquam quòd in reliquis obseruat suis placitis consequentia, loquunturque consentanea. Scilicet Plato, ut qui irascibilem in corde consistere, concupiscibilem in iecore putat, partem animæ nobiliorem ab ignobiliori dirimi: Arist. ut qui omnes animæ partes principes in corde collocet, sentientem animæ partem ab officinis alimentum ventre inquam, & hepate separari, ne vapore & calore lædatur, affirmat. Verum uterque omisit maximum particulæ usum: nimirum septum transversum est instrumentum proprium respirationis. Estque musculus quidam, quo solo subleuato & depresso modo flabelli, agitur respiratio naturalis.

Quòd

Quod non intelligentes illi philosophi vocabant nunc membranam, nunc cartilagineum. Est tamen neque membrana, neque cartilago, sed musculus quanquam formatione & positu ab alijs musculis, non nihil discrepet. Confert itaque ad respirationem, ut est instrumentum motus, sed & alia ratione confert ad respirationem, ut est septum: nam aliter non esset thorax conclusus undique, quare non magis agi posset in illo respiratio, quam reciproce aer trahi & pelli potest foliis disruptis, aut si totus etiam venter in cauo respirationis contineretur, agerentur huc & illuc, & contorquerentur, mouereturque; violentius, quam par erat, intestina, vesica, & omnia viscera.

Igitur non immerito cum afficitur spirationem ledit: ut supra cum de spirandi difficultate ageremus, diximus: ubi proprias eius passiones una cum his qui per consensum cum spina & nervis ab ea exortis in ipso sunt tradidimus. At verò nunc eas passiones, qui superne consentient principio, ei adueniunt, perstringamus. Igitur antea quam aliquis deliret, frequentem ac exiguum: infestante verò iam delirio, multa varietate inaequalem spiritum reddit: ut in libris de Spirandi difficultate iam dictum est. Fiunt etiam desipientia, & his qui ore ventriculi male habent, & ardentibus febribus, & pleuritide, & peripneumonia, quae verò ob septum prope phreniticos sunt. Quippe per ceterarum partium passionum, atque per febres ardentem delirium mitigari solet, quoties morbus declinare videtur. At phrenitidis propria, praecipuaque nota est, ne in declinatione quidem febrium delirium quiescere. Neque enim per consensum duntaxat, sed huiusmodi morbo cerebrum afficitur, sed propria primariaque affectione laborat, atque proinde paulatim accidere, quiescere verò neque subito, neque assatim solet, ut in his partibus quarum nuper mentionem fecimus: ac antea quam inualescat, praecedunt ipsum accidentia non pauca. Eaque omnia phrenitica indicia vocantur, quae ab his quoque, qui me praecesserunt scripta sunt. Videas enim aut vigilias, aut quosdam somnos manifestis imaginibus conturbatos antecedere. Nam interdum vigilias praecedere, siue etiam somnum manifestis imaginibus turbatum, ut clament nonnulli, & exiliant videre est. Interdum verò irrationalis accidit obliuio, ut laborantes aliqui cum matellam petiuis sent, meiere tamen neglexerint, aut cum lotium emitterent, matellam ipsam, haudquaquam prodeze meminere. Interdum maiori cum tumultu, aut temeritate respondent, praesertim ubi aliqui antea fuerit mansuetus. Atque hi omnes exiguo videntur potu. Spiratio ipsis rara est & magna: pulsus minores, magisque nervosus habent. Nonnunquam occupat dolor infestat. Quum verò iam proximè ad phrenitidem accedunt, oculi eius vehementer euadunt squalidi, aut ex. lero ipsorum acris lachryma effunditur, ac deinde lippitudo innat, & re-

na ipsorum sanguine plena videntur, & sanguis stillat è naribus. Quo tempore nihil quod exacte ad prudentiam pertinet, respondent, & stoccos auellunt, & festucas carpunt, atque aridior febre cui non ita magna in alterutram partem mutationes accedunt, torquentur, quemadmodum in alijs quibusdam febribus videre est, quae per vigorem quidem grauissime infestant, inclinationes verò habent mitiores. At hac lingua quoque salebrosa est, nonnulli interdum audiendo falli videntur, ac interdum mæsti iacent, vix quicquam respondent, atque dispositione dolorifica affecti, vel acrius premente aliquo, eam haudquaquam sentiunt. Ergo hoc modo per cerebri affectum, paulatim phrenitis euenire solet. Ab aliarum verò partium nulla, perpetuum delirium procedit dempro solo septo transuerso cuius vitio excitarum delirium, parum à continuo distat, aded ut veteres putauerint, hac parte inflammatione affecta, homines phreniticos euadere, atque ob eandem suspicionem phrenas (id est mentem) eam appellauerunt, tanquam sapienti parti conferat quippiam. Verum delirium, quod huiusmodi vitio accidit à phrenitide distinguitur, & ex oculorum accidentibus, & sanguinis à naribus stillis atque spirationis specie. Quippe phreniticorum spiratio magna est, & ex longis semper interuallis. Contra ubi à septo delirium oritur, inaequalis ut modo exigua sit, atque frequens, modo magna, & angustiosa. Nam incipiente septi transuersi inflammatione, prius quam delirent laborantes, exiguum ac frequentem reddunt spiritum: contra his qui ob patiente cerebrum delirant, magna prodit, raraque spiratio. Atque ut summam dicam veluti eorum accidentium, quae phrenitide antecedere diximus, aut nullum apparet, aut si apparuerit aliquod, id perexiguum est, in his quibus septum transuersum inflammatione laborare incipit: ita rursus sursum reuelli hypochondrion septi transuersi, illico ab initio patientis, proprium indicium est, id quod patiente cerebro posterius accidit, non incipiente videlicet affectu, sed cum factus iam fuerit. Atque calor quoque circa caput & faciem vehementior est his, qui ob cerebri vitium delirant. Reliquae septi transuersi passiones, siue primariae sint, siue per consensum illi eueniant, partim quidem ab hoc nostro proposito sunt alienae (nempe quae manifeste apparent: ut sunt, tum alia accidentia, tum abscessus in ipso exorti) partim verò iam antea dicti sunt.

Septo transuerso inflammatione laborante hominem perpetuo delirio teneri Arist. nouit, non minus quam medici. Tamen rationem vnusquisque reddit suis placitis consonam. Arist. loco citato ex 3. de partibus animalium ita inquit: contra calorem se efferentem hoc veluti sebolem esse, argumentum, ex his quae plerumque accidunt ducitur, ubi enim attraxerint humorem calidum atque excrementitium, continuo mentem sensumque planè perturbat. Nos medici duplici de causa non possumus hanc rationem reddere,

& quod septum alia causa factum esse asserimus, & quod facultatem animalem in corde esse non putamus. Cur ergo magis accedit ad perpetuum delirium quod ex septi inflammatione nascitur, quam quod ex ventriculi, aut pulmonis? Certè propter analogiam aliquam, quæ in vtriusque membri (septi inquam & cerebri) natura consistit. De hac analogia, atque de omni sympathiæ ratione scriptum à me est libro quarto controuersiarum diffuse satis. Certè delirium ex septo transfuso, tam est perpetuum, ut perpetuitate, quantum ego intelligo, nullatenus à vera phrenitide differat, sed alijs notis, quas Gal. scribit. Quare fortasse dicens cuius vitio excitatum delirium parum à continuo distat, posset illud parum tacere. Omnia signa phrenitidis, quæ hoc loco refert Galenus, scripsit Hippocrates, varijs in locis prognostici, & primò prorrhiticon, vbi Galenus ipse singulorum causas optimè scripsit, ut non opus sit, me eas nunc repetere.

CAP. IV.

V Sum eius partis quæ gula appellatur, & morbos qui ei accidunt, & dignoscendi eos rationem, continet præsens caput, & historiam multorum qui abscissum in gula factò laborauerunt.

Eam partem qua inter fauces, & os ventriculi media est, quam veteres œsophagon nominabant, qui post Aristotelis seculum scripserunt, stomachon appellare consueuerunt. Quamvis Aristoteles prisco semper vocabulo hanc animalis particulam nominauerit. Eius duplex est vsus: vnum quod veluti via est eorum qua deuorantur: alter quod circa vtramque viam actionem quandam efficere videtur, tum deuorando ea quæ ab ore ad ventriculum deferuntur, tum reijciendo ea quæ ab hoc ad os eleuantur. Quum enim gemina sint ei partes, (quas dissectores tunicas appellant) altera ad cibi potusque deglutionem vititur: altera ad eam qua vomendo fit expulsionem. Proinde rationi consentaneum est, duo esse affectuum ipsius generæ: vnum ut viæ eorum, quæ ingeruntur, alterum ut instrumenti eorum tum qua euomuntur, tum qua deuorantur. Constat verò, duorum iam memoratorum vsuum, alterum quidem semper esse necessarium, alterum verò propter occasiones quasdam. Igitur eorum accidentium quæ ipsum, tanquam viam infestant, genus vnum est, quum ob tumorem aliquem præter naturam angustia fit ipsius meatus. Alterum cum proprias actiones perficere nequit.

είσοφα, aut *σώμαχ*, est id membrum quod latinis dicitur gula, estque via cibi, & potus ab ore summo ad os ventriculi, ea simul cum toto ventriculo constat duplici tunica. Interna habet villos oblongos: externa transfusos. Primam dedit deus particulam ad deuorandum, secundam ad vomendum. Nam quantum vomitu multi nun-

A quam, perpetuo nulli indigeant, tamen dedit Deus id membro ut auctuarium, ut cum res posceret haberet eam vim. Ut vel hinc constare possit, quod alio loco confirmauimus, vomitum esse euacuationem hominibus naturalem. Sed modò quod præsentis instituti est dicamus. Trahere & pellere habet gula ut instrumentum transglutiendi, ut via nihil aliud, quam patere cibo & potui, qui deuoratur. Vtraque ratione pati potest mala, & ut instrumentum quo agitur aliquid, & ut via.

Porro iam antea, vbi de angina quæ ad vertebra-
brarum in ceruicæ luxationem sequitur, sermo habebatur, diximus quod aduicta ei angustia accidit, vbi à vertebra ipsi comprimitur, cuius rei nunc quoque admonitum te esse velim. Neque obliuioni tradas tumores eorum musculorum qui gulam ipsam inuoluunt, quomodocunque fiant: nam de omnibus in libro de Tumoribus præter naturam dictum iam est. Cæterum in his omnibus commune est, quod tanta sæpenumero inter deuorandum infestat angustia, ut potus ad nares remittatur. Quum verò inflammationem patiente gula familiari propriaque angustia, non à vicinis partibus acquisita, torquetur: tum grauissimus inter deglutiendum dolor infestat, accedente quoque perquam difficile transitu, præsertim si supinus quis laborat iacens transglutire quippiam conetur: quocirca sic affecti habitum transformare atque erigere sese student, ex accidente ipso edoceri, facilius ita fieri deglutionem, adeò ut hæud parum habitus hic ad ciborum in declines partes delationem, conferre videatur. ut potè quæ possit sæpenumero vel sola fieri, si prius ex ore vsque ad gulæ initium facta fuerit expressio, at supino decubitu nullum speratur auxilium, quo facilius ad infernas partes ferantur alimenta, quippe quod tum à sola gulæ actione deuorandi munus perfici potest.

E **M**usculi gulæ substracti sunt ijs quos communis gulæ & laryngi esse supra diximus, ego non spero posse positum decliuem gulæ tantum conferre deglutioni ciborum, ut possit aliquando fieri deglutione per sese pondere ipsorum ciborum, nullatenus agentibus fibris gulæ, nisi fortè cibus in potu accipiat, sitque liquidus. Hic enim vbi semel in gulam inciderit defluet per sese, vsque ad ventriculum, maxime si nullo est lentore præditus, verum cibus solidus hærebit in gulæ medio, nisi per partes singulas, gulæ facultate naturali trahatur. Nam ni ita fieret deglutio, cur imbecillitatis gulæ ea nota sit, ut longò vix tempore per gulam transeat ea quæ deuorata sunt? nimirum deglutio facultatis ventriculi & gulæ munus est. Neque enim tam patens cuiuspiam est gula, ut, ni tunica trahat, descensui ciborum expedita via sit.

Sed quanquam deglutionem facultas facit, A ad meliorem deglutionem non parum de-
cilius positus confert.

Scitis autem membra omnia cum operantur do-
lere, in quiete esse sine dolore. Ergo cum sentiendi
facultate gula prædita, eò ipso quoque vti licebit
quasi auctario partis, vnde passiones eius dignoscân-
tur: id quod à laborante, inter respondendum depre-
hendere licet, nisi adeo fuerit saueus, vt quid ipsi sumi
liedat, narrare non possit. Quod si huiusmodi est B
qui possit animi sensu interpretari, gula sensus ma-
ximū præstabit corrolarium, ad passionū ipsius di-
gnotionem. Etenim imbecillitate nonnunquā per-
cipere se dicunt laborantes, vt longo vix temporis
spatio per gulā transeant, ea quæ ingesta sunt: quæ
aliquando ad primū impetum facile descendunt,
deinde rursus arcentur, vt videantur impacta, de-
mum per residuū spatium facile labuntur. Horum
primum actionis infirmitatē, alterum particula cu-
iuspiam indicat. Verum vtriusque differentias, ex re-
liquis accidentibus intelligere licet. Nam in imbec-
cillitate quæ à sola intemperie citra tumorem præ-
ter naturam fit, ingestorū in transitu tarditas æqua-
lis est, & sine dolore, & in supino decubitu auge-
tur: erecta verò ceruice mitigatur neque vllus acci-
dit angustia sensus. Vbi verò cū tumore est imbecil-
litas, vnamquāque particulam robustiorem cæteris
hæcific, atque per eam tardior erit transitus. Quod si
tumor inflammationis fuerit particeps, aut erisipe-
latis, accidit ei partit, & dolor, & fitus, & multi ca-
loris sensus, & febris non admodum ardens, quæ e-
tiam siti proportionem haudquaquam respondet. Si verò
tumor aliquis ex non ita calidis fuerit: cum citra fe-
brim, & calorem, & sitim, deglutionis inæqualitas
tueniet, verentis in parte quapiam alimentis, præ-
sertim si maïnsculū, atque solidū fuerit id quod de-
uoratur: acciditque dolor aliquis, sed exiguus. Ergo
cū aliquando huiusmodi accidentia longo tem-
poris tractu nobis apparuissent, accedente nonnun-
quā ephemera febre, nonnunquā etiā horrore, con-
iecturam faceremus, abscessum concoctu difficilem
esse in gula: accidit procedente tempore vt la-
borans ruptionis sensum perciperet, ac subinde pus
euomeret, idque non solum eodem, sed postero quoque
die atque itidem tertio, deinde succedebant ei dein-
ceps omnia vlceratæ gule indicia. Quippe siue a-
cria, siue acida, siue salsa, siue acerba deuoraret,
aut vellicationem, aut constrictionē sentiebat: do-
lebatque hac in parte, vel nihil deglutiendo, sed mo-
deratius. Vehementiorem verò dolorem excitabat, F
ea quibus mordendi aut constringendi vis erat. Hic
ergo longo temporis spatio vix seruatus est, fretus
scilicet ætatis beneficio, etenim natu maiores fere
omnes perierunt. Sanè quotquot dolorificum que-
piam in gula habent passionē omnes ex dorso quod-
que dolore ipsum significantem declarant, cuius
rei causa haud obscura est, ijs qui gulam spinē in-
cumbentem viderunt. Quinetiam constat, quod ex
gule vasis, haud secus quam ex reliquis omnibus
sanguis vomendo reijci potest, id si ob ruptum vas

acciderit, dolor ibi percipitur, ac locum vbi aliquid
ruptum est indicat. Haud secus vbi vena fuerit ero-
sa, siue diabrosim, siue anabrosim, siue aliter quo-
modolibet nominare volueris, locus patiens depre-
hendi potest, aperto autem vasis alicuius ore, nullus
omnino dolor sentitur. Atque hac re à reliquis distin-
guitur, ac præterea quod neque ictus, neque casus hanc
profusionem præcebit, id quod rupto vase videre
est. Quanquam ob solam sanguinis plenitudinem,
nulla adueniente extrinsecus causa, vasa inter-
dum diripi possunt. At venæ erosionem vlcus præce-
dere solet: fit autem vlcus, vel rupto vase vel vitio-
sorum humorum influentia, id quod in cute quoque
sæpenumero accidere vidimus.

CVM Gal. inquit, membra omnia cum
operantur dolent, cum quiescunt sunt
sine dolore, intellige, cum mouentur loco,
neque enim omnis operatio facit ad dolorē,
intellige etiā dictum de membris quæ do-
lent, non enim omnia possunt dolere, vt quæ
sunt sensus expertia, cuiusmodi pulmo & he-
par, reliqua huius capitis si attentē legantur,
non indigent explanatione.

CAP. V.

Docet Gal. in prima capitis parte, morbos qui ob
vitium ventriculi euenire solent, vtque ventriculo
consentiat cerebrum & cor, vsque adeo vt omnia vi-
tia quæ proprie illorum passione fieri solent per con-
sensum, cum ore ventriculi fiant, docetque notas quib-
us hæc passiones per consensum factæ distinguantur
ab his quæ primaria passione fiunt, quamquam no-
tas quasdam ineffabiles adhiberi etiam debere dicit,
reddit cum admiratione, huius consensus causas, &
de melancholia hypochondriaca disputat, & syncopæ
ob ventriculum, & de pica. In secunda capitis parte
de passionibus fundi ventriculi disputat, & sententiam
quorundam refutat, putantium non posse sanguinem
aut pus ex hepate aut liene vomitu reijci.

Veteres os ventriculi cor nominabant, ab ac-
cidentibus quæ inducere videtur hanc (vt
aiunt) deducentes appellationem. Neque enim vt
cardiacis syncopis: ita & stomachicis, nonnulli cor-
ripiuntur: sed etiam conuulsionibus, sopore, morbo
conituali, & melancholia, nec non accidentibus
qualia per suffusiones infestant, vt iam antea,
quàm de oculo loqueremur, dictum est. Atque omnes
hæc passiones, consentientibus ei cætern partibus, in
ipso fieri dicuntur. Nam ad propriam eius rationē
pertinet & appetentiam prohibere, & natantes
cibos corrumpere, quemadmodum id haudqua-
quam fieri solet, cum cibi in ventriculi fundo fir-
miantur, præcipuè si suapte natura non ita facile
corrumpantur. Igitur ex acedè animum aduertere o-
portet, vt discernantur passiones, quæ in ipso per
consensum eueniunt ab ijs quæ huiusmodi particu-
lis, quarum actionibus nocere consuevit os ven-
triculi passionem, (quod vt veteres omnes cor
appellabant, ita nostra tempestate stomachus vo-
catus) primario accidere censentur. Sed hac inter
se discernere facile poterit is, qui assidua exerci-
tatione circa notiones versatus, ea quæ præcefferunt
R 4 diligenti

diligenter considerauerit. Sunt enim proprietates quaedam ineffabiles, sed quae accidentibus quae narrari possunt, succedunt, quibus certiores stabilioresque euadunt patientium partium nota. Sed huius vnusquisque, per se inuenire poterit. Quae uero tanquam fundamenta vniuersae dignotionis existunt, atque ex quibus studiosissimi quique ineffabiles accidentium proprietates discunt, deinceps explicare aggredior. Igitur grammaticus quidam iuuenis quoties vel nimis vehementer doceret, aut cogitaret, aut in ediam sustineret, aut irasceretur, comitiali morbo corripiebatur. Perpendi quidem in hoc oris ventriculi (ut potest quod facile sentiret) passionem esse, ac deinde per consensum & totum cerebrum & corpus vniuersum conuulsione concurri. Cui probam concoctionem accuratè procurare, tertia vel quarta hora panem optimè preparatū exhibere iussi, atque hunc quidem solum, si non sitiret. Si uero siti cruciaretur, ex vino diluto, & quidem albo, atque modicè adstringente. Nam huiusmodi vinum ut ventriculū robustū efficit, ita haudquaquam tentat caput: id quod facere solent ea quae uehementes vires obtinent. Cum igitur hac victus ratione vitēs non ut antea afficeretur: exactū iam notitiā me habere arbitratum sum, eorū quae prius sola coniectura conseqnebar. Itaque, quolibet anno bis, aut etiam ter medicamentū amarū ex aloë ei exhibui: totū enim ventrē purgat, viresque reparat, atque ita vir ille viginti annis, quibus postea superstes permansit, integra inculparatque valetudine vitam exegit. Quod si aliquando ob ingruentia negotia diutius à cibo abstinere cogerecur, exigua quadam conuulsione vexabatur. Iam alios quoque vidimus conuulsione comitiali ob oris stomachi vitium correptos: cum aut non probe concoxissent, aut vini & quidem meracioris plurimum potassent, aut ubi veneri immodicè operā dedissent. Quemetiā per febres quosdam conspeximus derepentè conuulsione prehendi, nullo (quod eam praesaginet) praecedente indicio: qui bilioso superueniente vomitu, proximus ab omni noxa liberati fuerunt: atque hoc modo patientium nonnulli res quasdam fuscas vomendo reiecerunt, alij humorem porri succo similem: Quidam etiā vitiosis grauati cibis, soporosi permanserunt, donec ea quae os ventriculi opprimebant, omnia euomissent.

Ventriculi sunt tres partes, gula, os ventriculi, & fundum, differunt haec particulae usu, & formatione, & morbis, quos solent pati. Gula est ea pars quam proximo capite descripsimus, eius usum esse diximus deglutitionem, idque eam praestare bifariam, ut viam, & ut instrumentum. Quae ea finitus est os ventriculi, pars ventriculi angusta, inflexa ad sinistram partem, crassa & neruosa, tam multis neruis praedicta, quia ad sensum famis & sitis est formata à natura, hicque est illius usus. Fundum est profunda ventris pars à medio deorsum, quae quasi reducto ventriculo ad dextrā partem est locata infra septum transversum, est hac parte ventriculus

A multo magis carnosus, quia haec pars maxime ciborum concoctioni dicata est. Cum ore ventriculi tam multum consentit cor, ut haec de causa veteres os ventriculi *ναρδία*, id est cor, & illius dolorem *ναρδίαλγία*, id est cordis dolorem appellauerint, neque solum cor cum ore ventriculi consentit, sed & cerebri. Quare ventriculi malum facere potest syncopas, & conuulsiones, sopores, morbum comitalem, melancholiam, & suffusiones. Verum hi morbi non pertinent ad propriam illius rationem. Nam illi morbi dicuntur pertinētes ad propriam membri alicuius rationem, qui proprias illius membri actiones laedunt, ut lapsus appetentiae & ciborum innatantiū corruptio, & appetitus rerum alienarum, qui vtero gerentibus solet accidere, & fames canina, oris ventriculi morbi sunt, ad propriam illius naturam pertinētes, quia laeditur per eos apprehensio & appetitus ciborum, quae actiones sunt oris ventriculi. Proprietates ineffabiles appellat Gal. quaedam quae morbos sequi solent, quae non tam dici possunt verbis, quam in ipsis operibus inueniri ac demonstrari, ut hinc intelligant tyrones, quam perperam ij faciāt, qui quam primum duorum triumve Gal. libellorum enarrationes à preceptoribus audiuere, praxim illorum minime obseruantes, relicta schola in patriā conuolant, & ad artis opera sese transferunt, & ignari multarū rerum, quas vsu oportuit edisci (nimirum sunt quaedam ineffabilia) amicorum (hi enim se primum illis concredunt) salutem ludunt. Immodica uenuset solet facere epilepsiam per consensum cum ore ventriculi, quia debilitato calido innato impedit concoctionem ciborum & corruptionem facit.

E Atqui horum accidentiū vix vllum crederes à ventriculi ore procedere, quemadmodum nec syncopas quoque, nisi tamen crebro ita euenire viderentur. Quamquam enim non pauci ad ipsum ex cerebro nerui perueniunt, non tamen tot esse videntur, ut per eos tantus sit principij cum ore ventriculi consensus, ut inde conuulsio inferri possit. Tantum abest ut quis credat, cor ipsum tam uehementer ori ventriculi consentire, ut acuta protinus sequatur syncopa. Porro multos non solum insomnia, & somni tumultuosi molestant, sed amentia quoque propter vitiosum humorem in ore ventriculi acruatū. De flatuoso uero uocato & hypochondriaco morbo nemo non dixit, quomodo tristitiam, desperationem, maestitiam inducat: atque, ut summam dicam, ad melancholiam accidentia nihil reliqui facit. Quippe laborantes huiusmodi morbo, post cruditates dictis accidentibus multo uehementius infestantur: ac quidem ex ipsis splenici quoque fiunt. Quocirca coniiciendum est ex hoc etiam viscere vitiosam sanies

saniam in ventriculum irruere. Ergo ea accidentia quæ vel cerebrum, vel oculos afficiunt, vitiosorum humorum vaporatationem sequuntur. Ac syn-copa quæ stomachi vitio solet euenire, ob dolorum ipsius proprietatem, exolutione inducit: eius quoque intemperie ad cor fortasse peruenire. Quemadmodum vbi cor vehementer intemperatum est, vires agminatim cadere necesse est.

CAusa qua ori ventriculi aded consentiunt duo membra præcipua, cor & cerebrum, similis est ei quam de septo transuerso & cerebro diximus, nimirum obscura quædam analogia. Quanquam manifestas etiam causas habet, cum corde magnam viciniam, cum cerebro continuitatem, per neruulos quos accipit ex sexta coniugatione neruorum, qui ex cerebro oriuntur.

Atque constat etiam, quod *νίτριον* (id est pica) vocata mulieribus accidit, vbi hæc particula affecta est. Quæ enim aut canum more, aut nihil omnino, aut malos cibos, cupiunt, ijs appetentiæ instrumentum lesum esse certum est: id verò os ventriculi esse demonstratum iam est. Sic etiam nau-sea, cordis dolores, singultus inter huiusmodi partis passiones numerari debent. Verum omnium harum passionum causas in libro de accidentium causis, iam diximus, vt nihil nunc opus sit, in earum explicatione temporis iacturam facere. Etenim quæ per intemperantiam ei veluti similari corpori morborum differentia adueniunt, iam ibi enarrata sunt. Instrumentales verò morbi, qui ei accidere solent, aded manifestas habent notas, vt latere possint neminem qui communes significationes, quæ & in his antea commentarijs, & in alijs quibusdã præscriptæ sunt, memoria tenuerit. Neque enim abscessus, neque inflammatio, neque erysipelas, neque vlcerabuius loci in obscuro sunt, vt potè quorum communes sunt nota cum ijs, quæ supra de gula passionibus dicta sunt. Atque illis eo manifestiores, quo facilius huic parti sensus est, hæc claram quoque promptamque notionem habet. Similiter vbi ex hæc parte sanguis reijcitur, indiciorum proprietates communis est, cum illis, quæ de gula iam diximus: verum cognitio longe manifestior euadit.

CItta siue pica estis affectus, per quem appetunt laborantes absurda quædam, & aliena, vt carbones, cineres, & similia. Huius causam docet Galen. libro. i. de causis symptomatum esse succos prauos quibus os ventriculi est imbutum. Sed qua ratione illi succi, cum præter naturam in ventriculo sint ad similitum appetentiã alliciunt, dixi ego capite septimo, libri quinti controuersiarum.

Atque par esse videtur totum ventriculi spatium simili dispositione affici, quales sunt illæ quæ in ipsius ore fieri diximus, atque familia quo-

A que ei aduenire accidentia. Quod verò longè maiorem inferunt violentiam ea, quæ in ipsius ore contingunt, idcirco medici ea quæ in parte ventriculi inferiore eueniunt perinde ac si omnino non fierent, & despiciere & contemnere solent. At quia coctionis opus in partibus ab ore inferioribus fieri nemo negat, necesse est, hanc ipsam partem, cum male disposita fuerit, cruditatũ esse causam. Cum videlicet, vel ob inordinatam alimentorum ingestionem, aut multitudinem, aut qualitatem homo concoquere nequit, morbi verò, ceteris partibus omnibus communes, siue instrumentales sint, siue per solam intemperie infestent, quorũ sedes affectæ manifestæ sunt, ad hanc presentem commentationem proprie non pertinet. Quippe eas duntaxat partes, quæ sensus indicium effugiunt, considerare propositum est. Sed de sanguine qui ex ipso vomendo reijcitur, nõ conuenit inter medicos. Etenim sunt qui putent, nequaquam fieri posse, vt sanguis, vel ab hepate, vel à liene effluens, per ipsum euacuetur, similiter de pure quoque ab ipsis erupente existimant. Verum enim vero per artus exercitationem vtramque opinionem examinãti mihi, visa est per ipsum fieri euacuatiõ ex ipsis visceribus. Ceterum differre volumus huius rei doctrinam in eum locum, vbi de ipsis sermo nem faciemus. Quippe deinceps, & iocinoris, & lienis passiones percurrere propositum est.

CRuditatem fieri posse inquit etiam sine malo ventriculi, esu nimio, aut inordinato. Ego addiderim, aut intempestiuo. Qui sit ordo assumendi alimenta, atque occasio opportuna, si scire hoc loco cupis, lege caput 4. libri 6. controuersiarum.

CAP. VI.

Docet hepar pati posse intemperie omne genus, & quemcumque tumorem præter naturam, & obstructions, verum non posse illius tumores tactu deprehendi, ob octo musculos abdominis, qui sunt super hepate, nisi tumor sit magnus, & homo gracilis, inflammationum tamen habere alias notas non obsecras, alias cum in gibba parte, alias cum in caua consistit. Harum alias dicit omnibus hominibus, qui ita laborent communes, alias quibusdam proprias, hydro-pis etiam tres species, ascitem, tympanitem, & anasar-cam, non antea fieri, quam hepar affectum sit, quantum non semper, ex primario illius affectu procedant.

Huius parti, quemadmodum & ceteris omnibus, duplex morborum genus accidit: vnum à sola intemperie, citra tumorem præter naturam. Alterum vbi vna cum intemperie tumor quoque infestat, vt inflammatio, erysipelas, scirrhus, id est tumor durus: obstructions, à crassis, & viscosis humoribus, spirituosas, seu flatulentas distentiones, idque in extremis vasorum partibus quæ ex venæ ipsius portis exoriuntur. Has quidem obstructions sequitur grauitatis sensus, quæ dextro hypochondrio incumbat. Quod si halitosus quoque spiritus, cui non pateat exitus, ibi concludatur: non solum grauitas, sed tensionis etiam sensus sequetur. Inflammationes verò quæ in hoc viscere citra ipsius imbecillitatem nascuntur, siquidem in

gibba parte consistunt, præcipue si grades fuerint, perfacile vel solo tactu dignosci possunt. At simarum partium inflammationes per alia potius accideria, quam per tactum inuestigare oportet. Incipiam igitur ab his que in parte gibba oriuntur: si prius vos admonuero eorum quos in corporum dissectione conspexistis musculorum, qui sub cute tenduntur. Sunt verò octo numero, quatuor contenti coniugationibus. Quarum prima ex musculus constat rectus, per totum carnis, à locis que circa sternon sunt, ad pubis ossa, ita enim vocant dissectores, descendentes. At reliquarum trium coniugationum musculus, usque ad rectorum contactum, carnea quidem parte constant, ubi verò illos primo attigerunt, in nervosas membranas degenerare videntur. Horum itaque musculorum una coniugatio, qua quidem reliquis omnibus exterior est, à thorace obliqua deducitur, in anteriores partes & deorsum descendens: altera huic contraria ab infernis exorta partibus, obliqua ad anteriores & superiores ascendit. Huic tertia musculorum coniugatio subiicitur, qui transversum habent positum: atque peritonæo, id est membrana que intestina continet, innituntur. Rectorum autem musculorum tumores præter naturam oblongi, atque per medium ipsius ventris extensi videntur: umbilicum, veluti ipsi quoque musculus, comprehendentes. Quapropter haud obscura est eorum dignotio, utpote quos & positus, & figura declarat. Accedente ad hæc, & ipsi à nullo exteriori musculo conteguntur. Hæc autem obliqui quoque musculus, qui à thorace descendunt, sunt communia. At multo difficilior est notitia musculorum qui his subiecti sunt, difficilissima verò transversorum. Constat autem iecur intra hos sub peritonæo esse positum: quod cum tribus contegatur musculus, fieri non potest, ut tactus aliquando ipsius notitiam præstet, nisi vel magna in ipso oriatur inflammatio, vel incumbentes ei musculus exnuentur. Sed iecur affici declarant, in dextra hypochondriorum parte gravitas, dolor tota hypochondria retrahens, atque ipsius usque ad iugulum extensio (nam & hoc nonnunquam euenire solet) exigua tussis, lingua color in primis quidem ruber, dein de verò niger, ingens fastidium, sitis inexhausta, vomitus tum syncera bilis, tum eius que ororum vitellus assimilatur, que postea æruginis aliquando colorem referre conspicitur. Aluus quoque adstringitur, nisi una cum viscerum huius imbecillitate inflammationem excitari contingat. Erysipelatis autem accidentia his febre similia sunt, & in super febris quoque cum vehementissima siti laborantes cruciat. Eas enim febres quas ardentes antiqui vocabant, magna ex parte aduenire videmus, iecoris, aut vetriculi flammæ dispositionibus, atque in pulmonis inflammatione erysipelatis particeps, ardentes febres excitantur. Quemadmodum ubi in vniuerso quoque corpore biliosi humores ad immoderatum feruorem perueniunt. Verum hæc que aut iecoris, aut vetriculi occasione eueniunt, omnium sunt vehementissima. Quibus particulis ita laborantibus febres magna ex parte in marcorem transmutantur. Sed de hac alibi seorsum scriptum est. Quæ

A in finis iecoris partibus eueniunt inflammationes, ut magis quam ille que in eius gibbo sunt fastidium, nauſeam, vomitum biliosum, sitim ingentem inducunt: sic è contrario hæc maiori quam ille, inter spirandum dolore (ut dictum est) laborantem afficiunt, magisque tusses excitant, atque dolorem usque ad dextræ partis iugulum, aded ut detrahi videatur, extendunt. Porro vtriq; parti cum dolor adest, non hæc costæ nonnunquam consentiunt. Itaque eis commune est, non omnibus: propterea quod iecur per membranas non omnibus coniungitur: id quod non solum in simijs, sed in alijs quoque animalibus videre est. Etenim alijs quidem coniungitur, alijs minime. Igitur quemadmodum interdum in gibbus duntaxat, ita & in finis huius viscerum partibus inflammatio oritur: quamuis in neutra partium exquisitè distincta possit consistere. Nam omnium eius partium carnes inter sese continuantur. Cæterum quibus naturam abdominis gracile est, quando morbo gracilius efficitur, in his facile est videre ingentem iecoris inflammationem. Quæ propriam hanc à musculus incumbentes sortitur differentiam, quod moles sub manibus ad coaceruatam circumscriptionem desinit. At musculus quilibet, cum totus sibi continuus sit, inflammationis ipsius moles sensim diminui consuevit. Quippe soli iecori proprium est ut tumoris cumulum comprehensim habeat circumscriptum. Vnde manifestum est, quod durus in ipso tumor (græci scirrhum vocant) multo euidentius dignosci potest, eo quod durior scirrhi sit ipsius, quam inflammationis moles, quodque in huius modi dispositione extenuata sint corpora, que ei incumbunt. At verò tractu temporis quamuis magis increſcat scirrhi tumor, non tamen æquè facile fuerit, per tactum ipsum cognoscere, intercipientem scilicet iudicium aqua inter cutem, que illo scirrhum sequi consuevit.

Merito dubitet aliquis, quæ ratione possit esse inflammatio, in parte quæpiam, siue illius imbecillitate, cum fluxionis causa debilitas partis recipientis essa soleat: itaque putet non posse inflammata particulam non esse debilem, ac proinde malè Galenum dixisse. Inflammationes verò quæ in hoc viscere, citra illius imbecillitatem consistunt. Sed intelligendum est, hoc loco de ea imbecillitate sermonem esse, per quam naturalis hepatis facultas concoquendi, aut retinendi, aut vtriusque in essentia est læsa, quæ læsio non fit, nisi temperamentum ipsum membri sit radicitus euersum, habeatque membrum intemperiem factam, quod non necesse est, accidere inflammato membro. Non enim fluxionis quæ in membrum aliquid concitatur causa est perpetuè membri imbecillitas, sed nonnunquam redundantia, aut ardor trahens. Quod si in his quoque, quandam imbecillitatis specie esse tibi persuadeas, at non dices necessario esse tantam, ut membrum simpliciter imbecille dici debeat. Quid enim

enim prohibet hepār quoddā cōfluentem succum nō repulerit, posse sanguinem mediocriter retinere, & coquere? Nam si inflāmatam particulam mediocriter sanguinem coquere negas, quoddā vrat, & bilioliorē faciat, id non est imbecillitas facultatis essentiæ: nam ita infra mediocritatem cōsisteret, sed deprauatio actiōnis ob deprauatum instrumentum. itaque potest esse inflammatio hepatis citra illius imbecillitatem. Sed quā ratione dixit inflammations hepatis quæ citra illius imbecillitatem nascuntur, si in gibba parte consistunt, præcipuè si grandes fuerint, perfacile vel solo tactu dignosci possunt. An inflammations hepatis quæ cum imbecillitate consistunt in gibba parte non possunt tactu dignosci, etsi sint grandes? Nam id videtur innuere: Non certè. Sed quia post hanc disputationem de inflammatione sine debilitate, in sequenti capite disputaturus est de inflammatione, cum debilitate, quasi proponens qua de re nunc agat, dixit, inflammations quæ in hoc viscere citra illius imbecillitatem nascuntur. Historia musculorum abdominis perspicuè satis narratur à Galen. nulla opus est enarratione. Sed oportet hoc loco considerare, quam leuiter multi solo tactu tentent obstructions, & omne tumoris genus in hepate & liene dijudicare, cum sit res minime leuis, sed quæ fallere possit, per tumores octo musculorum vt Gal. inquit, & vt ego arbitror, per tumores omenti. Quos ego hac ratione dijudico. Si quæ pars in toto ventre durior, aut latior, aut vtrunquē videtur quàm pro natura, primū omnium considero, an id in vna parte fixum sit, an possit manibus de parte in partem trahi. Si potest, aut est in parte supra umbilicum, aut infra. Si supra umbilicum est, tumorem in omento esse coniicio. Nam solum est id membrum eo loco mobile, & veluti pendens, alijs non affixum: si infra, duorum alterum esse potest, aut tumor in omento (attingit enim omentum in hominibus infimas partes) aut vola matricis. Reliquas ergo notas volæ matricis considero. Si tumor in vna parte fixus est, an impaducto tumoris figuram, an longitudinem aliquam fibrarum in musculis transuersis, longitudinalis, an obliquis, obseruet, an nullam. Si quā obseruat in musculo esse constat, sin minus, situs dexter, aut sinister altus, aut humilis, mihi declarat, an sit in hepate, an liene, an vtero, an vesica. Inflammationibus magnis ventriculi & hepatis plerūq; succedit tabes, quia vicina sunt cordi, atq; quia remittunt alimenta ad reliqua membra sicca, & vsta: non aliter ac inflammato pulmone aer calefactus remittitur ad cor.

Quippe nisi hepār afficiatur, hāudquaquam

A fieri potest huiusmodi passio, non tamen semper, ob primariam eius affectionem excitatur. Quamuis hoc sit, quàm frequentissimum. Etenim quia ipsum eius facultatis, quæ sanguinem gignit instrumentum est, consequens est, vt vitiatō hoc viscere, actiō quoque eius vitietur. Accidit autem (vt dixi) cum alias, aliam partem frigida admodum intemperies afficit, vt hepār quoque refrigeretur. Igitur si vel lienis causa, vel ventriculi, vel intestinorum vniuersorum, maxime ieiuni, mesenterica vena omnes habituali intemperie afficiantur, facile etiam vna refrigerare possunt, omnes simarum iecoris partium venas: quo fit vt ad hepatis quoque corpus intemperies ipsa perueniet. Si verò vel pulmonis, vel septi transversi, vel renum occasione id accidat, in primis vena, quæ in visceris huius partibus gibbis consistunt, per consensum afficiuntur: deinde tractu temporis totum hepār quoque eadem dispositione infestatur. Ergo quæ hucusque diximus sic se habere nemo inficiabitur, nisi forte quis, aut suapte natura contentiosus, aut omnino fuerit indoctus. De obstructione verò, non æquè, certè habentur coniectura. Etenim quoddā simarum partium venæ, ab ea quæ in porta est oritur, in tenuissimas extremitates finiuntur, hāud obscure apparet. Atque quoddā ad eundem locum, alia quoque venarum extremitates à concaua vena, in gibbas visceris partes distributarum peruenient, similiter constat, licet quomodo per sua ora ipsæ inter se coniungantur, videre nequaquam possimus. Neque enim dubitat aliquis, sed omnes ferè medici, ex vno ore enunciant, quoddā cibus vniuerso corpori distributus, ex omnibus simarum partium venis exiens, ad gibbas partes prædictas, extremitates transsumitur. Quoddā si fateamur sanguinis transitu, ob tumoris venarum, quæ inflammatione, & scirrho occupantur, molem constringi, rationi consentaneum esse videtur (vt nonnullis placuit) vt pars quæ in sanguine magis tenuis, atque aquosa est, transsumatur, atque vehatur per vniuersum corpus: sincerus autem sanguis, qui propter sui crassitudinem in caua visceris parte permanet, ei morborum qui ex plenitudine fieri solent, causa esse censeatur. Perscrutantibus verò nobis, huius sectæ placita, videntur partim, cum his quæ iam supra dicta sunt, consentire: partim verò nonnihil ab ijs, quæ apparere solent, differre. Quoddā enim aquosa sanguinis pars transsumpta in venam concauam, vsque quaque per corpus dispergatur, consequi videtur ad ea, quæ iam in confesso esse diximus. Quemadmodum crassorem sanguinem in visceris venis præ angustia earum retentum ad intestinum ieiunum, & tenue, & colon, & cæcum, atque rectum differri, & (vt quispiam dixerim) in ventrem fortissimè, nemo tamen id accidisse vidit, neque in hepatis præter naturā tumoribus, neq; etiam obturationibus. Verum in omnibus corporis partibus, tum supernis, tum inferioribus, pituitosus sanguis contineri conspicitur in his morbis, quos Greci & anasarca & leucophlegmatias nominare cōsueuerunt. Per aliū autem

tem nihil cruentum, neque in ijs, neque in ascite, neque in tympania secerni solet. Sed spatium quod inter peritonæum & partes ei subiacentes est, a quofo humore impletur. Proinde rationi magis consentaneum est, vt ob visceris refrigerationem cibus qui reliquis partibus distribuitur in sanguinem transmutari non possit, quin etiam refrigerantur cum ipso vniuersi corporis venæ, idq; maximè, vbi nullo plerunq; tumore in iecinore apparente, laborans aqua inter cutem molestari videtur: vitio existente vel in liene, vel ieiuno, aut tenui intestino, aut mesenterio, vel pulmone, vel renibus, aut etiam vbi plurimus per hæmorrhoidas sanguis excernitur, aut ob muliebri profluuiam, aut cum retinentur menstrua, aut ob aliam ingentem in vteri dispositionem. Nam per omnes huiusmodi passiones aqua inter cutem hominem vexare contingit, vel nullo existente in hepate præter naturam tumore. Id verò præcipuè intelligitur ab ijs, qui didicerunt quomodo ex intempestiua aquæ frigide potatione iecur affatim refrigeratum, statim aquam inter cutem inducit, ante quàm scilicet in durum tumorem attollatur. Verùm si affecti vehementi ciborum desiderio tenentur, nec mirū, quippe ob refrigeratum os ventriculi, huiusmodi cupiditates inualefcere, iam antea didicimus. Sed de aqua inter cutem, quantū ad præsens attinet propositum, ea dixisse satis est.

Videtur vitio alterius partis ab hepate eo nondum consentiente posse fieri hydrops, contra ac Gal. docet. Nam ea hydrops sicca de qua Hippoc. loquitur aphor. ii. quartæ particulæ, quibus tormina & circa umbilicum dolores & lumborum dolor, qui neq; à medicamento, neq; aliter soluitur in aquam inter cutem siccam firmatur, videtur fieri ex intestinis & partibus circa lumbos, etiam nondum refrigerato hepate. Siquidem etsi hepar refrigeratū non sit, potest illa pars ex alimentis & excrementis quæ in sese secundum naturam continet flatu eleuare. Præterea, si hepatis habere secundum naturam, ac proinde consuetam sericopiam generare, tamen renes esse adeò imbecilles vt nihil seri ad sese alliciant, set vt ferofus sanguis distribuatur, ac proinde multum seri in regionem quæ est inter peritonæum & intestina resudet, fietque ita hydrops, etsi hepar sanum omnino sit. Certè hæc argumeta non sunt leuia aduersus Gal. sententiã, tamen possis pro illo respondere, non posse satis multam flatu copiam ex intestinis & partibus circa lumbos prodire, ad distendendum ventrem, nisi hepar etiam illius generationem augeat: neq; fieri posse vt tantum seri retineatur in venis & arterijs vitio renum, vt in regionem intestinorum multa copia regurgitet, quin suffocato calore hepar refrigeretur, vt refrigerari solet retentis menstruis.

CAP. VI.

Docet hoc capite quibus partibus patientibus fiat morbus regius, & quomodo cognoscatur parum affecta, docet etiam earum affectionum quæ hepaticæ vocantur signa & essentias, primum cum per se sunt, deinde cum sunt cum inflammatione hepatis. Narrat deinde longam historiam de hepatis inflammatione, quam coram Glaucone cognouit. Deinde repetit quædam eorum quæ ad sermonem facultatum naturalium pertinent, & species & causas dicit excretionum cruentarum. Concludit deinde caput, & librū, ad morbum regium sermone conuerso.

Porro verum semper in morbo regio locus patiens sit hepar, an alia præterea dispositio hunc affectum efficere possit, deinceps percurrendo scrutemur: si quidem vidimus nonnunquam iecinore nequaquam affecto per morbi iudicationem, effundi ad cutem bilem pallidam quomodo humorum in aliquam partem decubitus quoque aliqui interdum euenire consueuerunt. Videmus etiam aliquando citra morbi iudicationem sanguinem ab extranea quadam corruptione in bilem verti, qualis ferarum morsu fieri solet. Etenim imperialis seruitorum quidam qui viperarum venationi deputatus erat cum à vipera morsus esset, aliquanto tempore medicamenta quibus vti consueuerat potabat: cumque vniuersi corporis color mutaretur, aded vt porri colorem referret, accedens singula nobis enarrauit, cui epota theriaca, quàm celerimè color secundum naturam restitutus est. Solent autem medici inuestigare, an assumpti veneni propria extent signa, eò quod sæpenumero videat, citra letalis veneni portionem humores similiter vt epoto veneno corrumpi, verum non mirum est si sic aliquando mutantur humores, vt vniuersum corpus auriginosum euadat. Quamquam fieri etiam potest, vt iecinoris secundum naturam temperies mutata, humores huiusmodi vitio afficiantur, & quidem citra obstructionem, aut inflammationem, aut scirrhum. Quinetiam manifestè quandoq; videmus, vniuersum corpus herbas candenti pallore infectis similari: interdum plumbeum, aut etiã magis fuscum referre colorem: interdum etiam alias quasdam ineffabiles colorum proprietates, quæ iecinore suo munere non rectè fungentia, sine tumoribus præter naturam accidere solent. Sic ab splenis quoq; vitio huiusmodi colores eueniunt, sed multo nigriores quam ab hepate. Quos vt clara interpretatione enarrare difficillimum, ita cognoscere facillimū: ijs præsertim qui illos sæpenumero conspexerint. Etenim Stephanus cum medicorum iudicium subijsser, nescio quo pacto eorū non pauci abscessum in ipsis hepate consistere crediderint. Sed postea quã longo temporis spatio nihil se in melius proficere sentiret, me quoq; vocauit. Igitur simul atque domum vbi iacebat fuissim ingressus, aspiciens eum, hoc, inquam, scias velim, nullum tibi esse in viscere vitium: sed quid aliud te molestat, nudatis præcordijs, declarare conabor. Inueni ergo in profundis musculis abscessum, contra èto iam parte in medio spacio eorum muscutorum, qui pertrāsuersum incedunt, atq; illorū qui obliquè ab inferis

fernis sursum tendunt, qui (vt nouistis) medij sunt inter eos qui transuersi peritonæo incumbunt, & eos qui sub externa cute obliqui dorsum feruntur. Sic etiã alios complures scitis me notasse, per colorem declarando modo iecur, modo splenem esse affectũ: nulla audita præteritum accidentium narratione, neq; etiam per tactũ inuestigato viscerum affectu. Proinde sæpenumero audiistis me malè imprecãtem ijs, qui medica quidem professionis (quod ad spectatiuam pertinet) principes se esse iactabant, nullius verò egri volebant aggredi curationem. De quorum numero plurimi fuerunt tum empirici, tum methodici: quibus si quis dixerit, fieri posse, vt solo perspecto colore, affecta sedes interdũ cognoscatur, illi aperto ore atq; rabidi canis exemplo, exerta lingua impudẽter ei resistũt. Verũm præsens sermo haud quaquam ad illos dirigitur. Itaq; ad aliud accidentiũ genus quod sola iecinoris imbecillitate, qua per se ac sine inflammatione euenire solet, continetur, nunc transeamus. Quemadmodũ & de ipsius inflammatione, qua citra propriæ facultatis suæ imbecillitatem accidit, seorsum iam diximus.

SCHOLIUM.

A Ntint notæ propriæ accepti venenian non, sequenti libro declarabimus, modo illud oportet intelligas Gal. disputare de affectionibus hepaticis. Hepaticæ vocantur omnes hepatis imbecillitates, siue cum inflammatione, siue sine ea consistant. Non tamen pertinet ad hoc genus inflammatio hepatis, sine illius imbecillitate.

CÆterum postquam sanguinis generationẽ hepatis munus esse intelligimus, si causa aliqua fuerit, qua hunc generare possit, eam hepatis propriam facultatem esse dicemus. Propriam autẽ diximus, propter eas qua omnibus corporis nostri partibus communes esse dignoscuntur: quas in libro de naturalibus facultatibus iam percurrimus, attracticem & expultricem. Neque quarta generatim quidem alteratrix, speciatim verò sanguifica

SCHOLIUM.

EX his verbis intelligunt pleriq; in venis & arterijs esse vim languinem generandi, influentẽ ab hepate: proprias verò facultates, attracticẽ inquam, retentricẽ & expultricem & alterantem, quæ cuiusq; membri nutritioni subseruiũt insitas esse singulis partibus, non venientes ex hepate: ego verò qui nullam facultatem naturalem influentẽ esse libro 2. controuersiarum confirmaui, aliter interpretor hæc verba. Nempe sanguinem venarum (consulto addidi venarum, quia sanguis arteriarum tenuior multo, in corde generatur) in hepate generari per se, & a facultate propria, gratia similitudinis modi substantiæ; tamen in venis non per se, sed feruore quodam & calore mouente vt mustum sit vinũ in dolijs, in quibus non est fa-

A cultas, vt ita dixerim, viuifica, vt in li. 2. diximus. Ergo dixit Ga. Cũ sanguinis generationẽ hepatis munus esse intelligamus, quia in nullo alio mēbro est facultas talẽ sanguinem generadi, addidit si causa aliqua fuerit, quæ hũc generare possit, id est vbi est facultas quæ hũc generet, hepatis propriã facultatẽ dicimus: qui etli in venis generetur, tamã id nõ fit à facultate, sed vt explicauimus.

Porro omnium facultatum essentiam in peculiaribus partium temperantijs consistere didicistis. Proinde cum iecur ad aliquam octo intemperantiarum labitur, accedit viribus ipsius noxa, quæ illi intemperantiæ peculiariter debetur. Sed de his generalem scripsimus sermonem, in tertio libr. de accidentium causis: proprias autem cuiusque secundum speciem partis communi ad portionem respondet. Igitur calida iecoris intemperantia cũ contentos in ipso humores, tum eos qui per mesenterij venas deferuntur, & assant, & adurunt: frigida autem, contentos iam in ipso humores, crassos atque ad fluxum & motum contumaces reddunt: id verò quod ad ipsum fertur, & pituitosum, & crudum, & semicoctum efficiunt. Sic de reliquis quoque duabus dicendum est, arida quidem intemperantia sicciores crassioresque: humida verò magis tenues aquosioresque reddit humores. Igitur cum alui sedimina, aqua, in qua nup̄ macerata caro abluta est, similia esse videritis, efficacissimum inde affecti iecinoris signum elicere nequaquam dubitetis. Ac nominantur hepatica, ea præcipue quæ ob imbecillitatem ipsius deiciuntur: quippe ad iecoris essentiam pertinent huiusmodi passionem. Atqui didicistis cuiusque primorum corporum essentiam ex quatuor qualitatibus constare temperamento. Sic etiam cum facit sanguinis similia per aluum excrementa deiciuntur, iecur affectum esse conyiciendũ est. Vt enim tenue & saniosum excrementum infirmi iecinoris sanguinem creare non potens, itã id quod facit similatur, superassantis sanguinem hepatis indicium est. Neque enim à memoria vestra decidit, cum sæpe videritis quosdam, imprimis quidem saniam & cruenta quædam, dein tractu temporis crassum, ac melancholicum sanguinem, postremò atram quoque bilem, & quidem sinceram deicere. Accidit autem interdum vt hic affectus ob frigidam intemperiam citra febrim incipiat, quãdo tenuis sanies sanguinis excernitur, deinde tractu temporis, corrupto in viscere sanguine, febris superuenire solet, quæ tamen ab imperijs vsque ad eò negligitur, vt laborantem interdum nequaquam febricitare putent, quippe hanc passionem ob inediã accidisse existimant. Siquidem quod nulla sit ipsis cibi cupiditas potius, quàm ob medicorum institutum laborantes à cibo abstinere inuenerunt. Itaq; cũ interim nihil excernatur, videaturque laborans omnino liber à febre, balneis eum exponunt, ac debitam victus rationem præscribere negligunt. Quocirca rursus corruptos cibos alius de-

icit, quos deinde hepaticorum excrementorum nonnihil sequitur. At nonnulli qui ob frigidam intemperiem laborare inceperunt, non solum non perdidit cibi cupiditatem, verum etiam interdum multo magis quam antea se esurire aiunt. Calidas vero intemperies nunquam committatur ciborum appetentia, seu cibi fastidium sitis, vehementis febris insignis, vitiosorum humorum venitus. Hæc sunt propria hepaticorum accidentia. Sic N. nominari iam dixi eos, quibus visceris ipsius vires fuerint imbecillæ. Quam in re vulgum medicorum errans, hæc passionem putat esse dysenteriam. In inflammatione autem alia (ut dictum est) sequuntur accidentia. Cuius itaque amba interdum passionem conveniunt, utriusque accidentia simul apparere solent, quæ in proprio medicum habere oportet. Sic non solum laudabunt nos, sed admirabuntur etiam illi, qui opera nostra indignaverint, præsertim si accidentia quoque, quæ alijs morbis communia sunt, in super prospexerimus. Veluti quod dolor ad nothas costas peruenit, quod iugulum detrabi videtur, quod spiratio parva redditur & frequens. Equidem cum primum Romam venissem magnifice admiratus est, me Glaucum philosophum ob huiusmodi quandam dignotionem. Etenim per viam mihi occurrentes, oportune (inquit) advenisti, iugulumque, dextram dextro, proximum sumus (inquit) laboranti, qui nuper vidi: itaque oro, ut vna mecum ad ipsum venias. Est autem Siculus medicus, quem non ita pridem mecum ambulanti, vidisti. Ego vero, quid inquam molestat ipsum? tum ille & copiose admodum & aperte id declarare aggressus est. Neque enim adeo erat vafer, ut aliquid me accelerare posset. Quonia heri (inquit) & Gorgias, & Apelas, mihi in cianuerunt, motiones præfagiæ, edidisse te, quæ ad divinationem potius quam ad medicinam pertinere videbantur: cupio equidem periculum facere, non adeo ut tuam experiri doctrinam, quam ut sciam, num tota sit in arte medica tum cognoscendi, tum præfagiendi facultas. Interim cum hæc diceret, venimus ad laborantis ostium, ut neque verbo eius provocatoni respondere, neque etiam ea quæ sepe numero me dicere audivissem, effari possem: quod scilicet multa interdum nobis feliciter facileque apparent, interdum vero omnia sunt ambigua: atque idcirco & alteram & tertiam quoque considerationem expectamus. Itaque in primo statim aditu obviam nobis venit quidam perluim à cubiculo efferens, continentem tenuem cruoris sanie carnium nuper mactatarum ablutioni haud ad similitudinem evidenti simum affecti iecinoris indicium, quæ vix de inspecta vna cum Glaucione ad medicum ingressus sum. Apprehendi itaque manum in carpo, id est brachiali, quo intelligere virum inflammationem, an sola imbecillitas esset in viscere. Quia vero (ut diximus) medicus erat: nuper (inquit) à deiectione decubui, itaque perpẽde arterias ob id quod surrexeram crebrius pulsare. Hæc quidem ille dixit, ego autem deprehendi inflammationis indicium prospiciensque, ad fenestram hyssopum ex aqua malsa decoctum in olla consideravi, proinde cogitavi, medicum se pleuriticum esse putare, dolore videlicet nothas costas infestante, qualis iecinoris quoque inflammationibus aliquando accidere consuevit. Hunc itaque

A cum sentiret, effectusque spiratio, & parva & crebra, atque exigua tussi infestaretur, pleuriticum se esse existimabat. Quamobrem Hyssopum quoque, ex aqua malsa preparaverat. Intelligens itaque ego, quod fortuna viam mihi præberet, quæ apud Glaucionem clarum nomen adipisci possem, manum eius ad nothas in dextro laborantis latere costas detuli, indicato quoque loco, dixi eum ibi dolere. Quod cum ipse fatetur, Glaucio ex solo arteriarum pulsu existimans me sedem affectam inuenisse, planè admirari me cepit. Verum ut vehementius superet, hæc quoque addidi. Quemadmodum hoc in loco dolere te confisus es, ita velim fatearis, etiam tussendi cupiditate vexari te. Etenim ex longis intervallis tussis exigua, arida, & quæ nihil expulsi molestare te solet: atque ita me dicere incipit forte fortuna huiusmodi quadam tussis specie (qualis iam diximus) tussire, quæ de re tanta admiratione Glaucio commotus est, ut continere sese non valens magna voce exclamando in laudes meas prorumperet. Tum ego non putetis (inquam) sola hæc ex arte posse præfagiri. Sunt enim alia quoque, quæ nunc aggredior. Quibus & laborans ipse testimonium feret, itaque rursum incipiens dixi: cum magnam trahis spirationem, dolor ea parte qua notavi, vehementius te cruciat, sentisque in dextra hypochondriorum parte gravitatem. His auditis, ne infirmus quidem sese potuit continere quo mirus præ vehementi admiratione, vna cum Glaucione exclamaret. Itaque sentiens equidem arridentem mihi fortunam, de iugulo quoque, quod videlicet ad inferiora trahi videretur, aliquid efferre volebam. At quia magnas inflammationes quemadmodum & scirrhum, id comitari solent, dicere non sum ausus, veritus ne laudem quam antea de me excitaveram sauciant. Cumque animum induxissem tutum me aliquid eloqui oportere, aspiciens laborantem, haud ita multo post (inquam) iugulum ad infernas partes detrabi senties. Nisi fortasse id iam antea tibi evenerit. At cum hoc quoque, fateretur, conuersis equidem oculis ad egrotantem mirifice attonitum vna (inquam) addeda est prædictis divinatio. Etenim dicam, quæ de morbo suo laborans ipse habuerit suspicionem. Tum Glaucio ne de hac quidem divinatione desperare se dicebat. Laborans autem incredibili hæc pollicitatione in stuporem adductus, et acriter me iniuens, quid esse dicurus attenta mente spectabat. Igitur dicite me quoque in festante pleuritide esse putasset, ille ingenti cum admiratione huius quoque, rei se teste exhibuit: quæ affirmabat ex astantibus vnus, qui paulo ante latus eius ex oleo fouerat. Atque ex eo tempore Glaucio, tum de me, tum de vniuersa arte quam optimam concepit opinionem, cum antea nihil magni ab arte spectaret, utpote quæ nunquam cum cõsuetis in arte viris versari consuevisset. Hæc ideo dicere volui, ut intelligatis quæ accidentia cuilibet morbo propria sint, & quæ alijs quoque morbis communia, ac præterea quæ ab vtroulibet genere sint inseparabilia. Itaque quæ magna ex parte, & quæ raro videri solent, atque ea quæ ancipitem habent euentum, ut si aliquando fortuna huiusmodi vobis occasionem qualem mihi

fuisse

fuisse oblatam iam dixi praebeat, ea commode uti
satis. Sape enim fortuna non contemnendam ad-
piscende laudis ansam suggerit, ea tamen vulgus
medicorum ob imperitiam uti nescit. Quamquam
doctissimus quisquam cum accidentium aliquod hu-
iusmodi conspexerit, haud difficulter reliqua quo-
que inueniet quorum alia quidem necessario, alia
vero magna ex parte & locum patientem, & morbum
ipsum sequuntur. Verum meminisse debetis generalium
praceptorum quae & vniuersalia appellantur, & quae
multorum specialium, communia genera sunt, ut
ea in particularibus prouide discernere discatis.

SCHOLIUM.

Essentia facultatis, si quis exacte confide-
ret, non est temperamentum. Nam fa-
cultas non aliter definiiri potest, quam ad ac-
tionem vis aliquid agendi. Tamen quae sit
eius essentia absolute, & ad nihil aliud rela-
ta ignoramus, docente Gale. ipso in fragmen-
to de substantia facultatum naturalium, tam-
en medicus, perinde de reliquis omnibus
sentiens, ac si facultatis essentia esset, in tem-
peramento nihil errabit. Proinde Gal. ita sta-
tuit. Ut libro octauo, de compositione medi-
camentorum secundum locos cap. 6. docet
Gal. ipse omnis hepatica affectio, id est he-
patis imbecillitas primum incipit ab excre-
tionibus diluti sanguinis, deinde degenerat
alia in alias qualitates, ut est intemperies quae
imbecillitatem peperit. Si frigida est in pi-
tuitosa, aut aquea, si calida in atrum sangui-
nem. Merito Gale. curabat admirationem
sibi, & arti comparare, debet medicus qui-
uis eandem solertiam imitari. Ut cum occa-
sio ansam obtulerit honoris, eam arripiat.
Neque enim id vanum est, facit siquidem ad
salutem aegrotantium. Quia ut Hipp. docet
in principio prognostici, aegrotantes audent
se se committere medicis, & magis parent,
quare illi melius moliantur curationem. Prae-
terquam quod & fides infirmi habet ad illius
salutem aliquid momenti, quia facultas alacri-
us pugnat cum morbo, neque succumbit, ut
cum animum aegrotantes despondent.

Est igitur communis sermo, quem invenire pro-
posui de naturalibus facultatibus quae in qua-
libet parte generatim quatuor esse dedicastis: pri-
mam voco attractivam, quae peculiare parti suc-
cos alendi usum gratia, & appetere, & attrahere
potest. Deinde secundam tractorum commutatri-
cem a qua similis succus tractus sit particulae. Huic
alia duo ministrant, retentrix quae suo munere fu-
gitur, quando pars attractum succum coquit, do-
nec in suam ipsius naturam eum mutauerit & ex-
pultrix quando a coctione, quod inutile est excer-
nit, idque excrementum vocatur. Haec itaque fa-
cultates in qualibet affecta parte utrumque valida sint,
an infirma consideretur hortor, ut in hepate. Quo-
nam de hoc dicere instituimus, vis attrahendi si

A quomodolibet afficiatur, cibum in ventriculo iam
in succum transmutatum relinquet, ut per aluum
exacte confectus, liquidus & haudquaquam exic-
catus excernatur. Atque hoc quod ipsa affecta sit,
signum vobis erit. Quidquid enim ab aliquo tan-
quam a causa procedit, id etiam illius signum esse
constat. Hanc passionem nonnulli ad mesarum per-
tinere autumant, vocantque sic laborantes mese-
raicos, eo quod vident cibum per venas mesarum &
mesenterio in textas distribui, ut solebat, non posse,
B eodem seducti errore, quo & qui manus eorum,
quos syncopa vel stomachica, vel cardiaca prostra-
uit, affectas esse arbitrantur: ut pote quae haudqua-
quam ut antea, munere suo fungantur. Quippe ie-
cur mesarum venis, veluti manus, quae ex ventriculo
ei cibum afferant, utitur. Similiter etiam fallun-
tur nonnulli, ubi crura resoluta sunt, ob passionem
aliquam, eam spina partem, quae iuxta lumbos est
in festantem. Quippe neglecta spina cruribus reme-
dia adhibet, igitur si mesenterium vel inflammatio-
ne, vel alia huiusmodi passione laboret, hunc pro-
C prie ad ipsum referemus: si vero iecur ob imbecilli-
tatem per venas suas cibum allicere nequeat, non me-
senterio (id est laelibus) sed iecinori, remedia sunt
adaptanda. Quemadmodum ne resolutis quidem vel
manibus, vel cruribus ob passionem quae in spina
consistit. Verum ubi vel inflammatio, vel erysipelas
mesenterium afficit, haud ita difficile est discerne-
re, si alui excrementa diligenter consideres. Ne-
D quo enim solem qualia excerni diximus in iecino-
ris imbecillitate cum ad sese cibum trahere non po-
test, talia plane deiciunt: sed apparet etiam, veluti
ab inflammatione, sanies quaedam admixta. Nam
ab omni parte inflammata, cui spissum crassumque
tegmen non incumbit, in primis quidem tenuis sanies
defluit, quae concocta deinde inflammatione & cras-
sior puri similior redditur. Cum ergo nulla existe-
te in iecore inflammatione, huiusmodi quippiam,
cum excrementis succi speciem consequitur deijci-
E tur ut non potente ob imbecillitatem hepate suc-
cum a ventriculo attrahere, attrahendi facultas
afficitur: ita cum retinere nequit, comprehendens,
continensque facultas, infirma putanda est. Proinde
in primis quidem cruorem saniosum excerni vi-
demus, postea vero crassum & feculentum. Simi-
liter alia quaedam eveniunt excretiones non qui-
dem ob imbecillitatem, sed ob expultrix facultatis
roborem, ratione plenitudinis, & quidem sapenu-
mero integra etiam dum constante valetudine. Sic
F plarumque pars aliqua, cum affecta per hepar pur-
gatur, viribus ipsius iam factis robustioribus. Quip-
pe concoctis in ipsa vitiosis humoribus sequitur ex-
cretio, sed ita sequitur, ut vitales humores retinean-
tur, expellantur vero inutiles. Atque sunt nonnulli
qui huiusmodi vacationes nominant etiam eas de-
sententis: quae exire solent quibusdam vel mus-
culo aliquo membro, aut ubi quis in exercitatione
educatus ad otium se converterit. At solet quoque
mulieribus retentis mensuribus huiusmodi per sedem.

euacuatio fieri. Atque interdū per vomitū quoque eadem ob causam quibusdā mulieribus. Verū his sincerus sanguis excernitur. similis ei qui ab hostia interfecta profundi cōsuevit, modo inferne per aliuū, modo per superiores etiā partes. At per erysipelata, & inflammationes, accedente concoctione, vitiosus, canosus, & putris deicitur. Atque ut in hepaticis passionibus (quanquā raro medicamentorum auxilio, robustiore euadente iecinore, interdum deiciuntur excrementa, tum colore, tum odore pessima, purgato ita viscere. Si eodem modo vrina deteriores redduntur, quibus imperiti medici, nonnunquam decepti grauis morbi periculum subesse arbitrantur. Etenim quibus sine ratiocinatione, rudis duntaxat experientia suffragatur, de his quæ raro eueniunt experimenta habere non possunt, veluti eorum, quæ sæpenumero accidunt, facile meminerunt. Quod autem protracto per longum spatium morbo apparentibusque notis concoctionis, huiusmodi fiant euacuationes, non semel duntaxat, imo creberrimè, ex enarrationibus, quas in Hippocratis opera edidimus, didicistis. Igitur quemadmodum retentrix facultas cum imbecillior est, ac rem quæ ipsam grauat, retinere non valet vis expultrix id quod molestat, euacuat: ita infirma expultrice, res quedam retineri solent facultate retentrice, non admodum grauata. Nam in quolibet instrumento aliās, alia facultas fortior, aut imbecillior fit secundum relationem, ad actionem, nobis semper ad aliquam intelligentibus quamcunque facultatem. Nam re vera semper tota particula operatur secundum propriam temperiem, quæ illi accidit frequenter, verū aliquando rem grauantem substinet, ac longo temporis tractu eam vincit, conficit, alterat, & concoquit: deinde rursus alio tempore, rei infestantis, vel qualitatem, vel multitudinem ferre non valens, ad ipsius excretionem insurgit. Sicuti è contrario cum interim admodum molestatur: ipsam rem molestantem deicere cupiens, viribus grauiissime prostratis, ob imbecillitatem id efficere non potest. Igitur hæc omnia in quouis naturali instrumento perpendere, atque mentem in ipsis discernendis ponderare debetis. Sic enim inuenietis partium quarundam passiones, antea haudquaquā indagatas, veluti ne folliculi quidem fel continentis. Sic enim (ut ostendimus) biliosum humorem ad se trahit, quemadmodum renes vri sanguinis ferum, aut splen, id quod vini fecibus, aut amurca similatur: accidit interdum, ut ob huius folliculi imbecillitatem, impurus fiat sanguis, atque idcirco alia eueniet regij morbi species, præter eas tres quas iam supra proposuimus. Ac nonnunquā ita repletur etiā (quemadmodum vesica quæ vrina est conceptaculum) ut euacuari non possit, aut quia obstructus est, aut secretoria ipsius facultas est imbecillior. Veluti etiam, cum obstructus, aut infirmis vasibus quæ ab ipso exorta ora sua in hepar extendunt, biliosum humorem interdum attrahere non potest. Proinde excrementorum proprietatem in morbo regio confi-

derare, per quā necessariū est. Id enim non mediocriter nobis ad huiusmodi notitias auxiliū suppeditauit. Hæc equidē considerans inueni quorundā regium morbum patientiū excrementa flaua bile vehementer colorata, similiter etiā & vrinas: item per cutem quoque, ut nonnullis plurimum flaua bilis a balneo profundi, ita alijs plurimū ipsius retineri, ac per quā exiguū effundi cōperimus. Hanc re si accuratiori experimento intelligere volueritis, nulla prius adhibita vnctione, hominis sudore strigili auferri iubete: videbitis profectō non eodem modo in omnibus strigilis concavitatem impleri, utpote quod in alijs magis aquosum, atque in alijs magis biliosum est. Itaque loci patietis notitia vobis multo erit dilucidior, si cum prædictis hanc quoque notitiā adijciatis. quidā enim acuta biliosaque febre laborans, die septimo multa flaua bile ad cutem transmissa, à morbo liberatus est, mansitque sequentibus deinde diebus auriginosus. Itaque & excrementa & vrinas considerauimus: virisque verò secundum naturam se habentibus, atque ob eam causam nullam visceris passionem declarantibus, venit in mentem, fieri posse, quod translata in cutem bilis crassior esset, quaratione promotus dicere volui qualisnam esset sudor, illo autem apparente aquoso, coniecibilem esse, dissipari contumacem, præcipi itaque laboranti ut aqua suapte natura calida, & cui discutendi vis esset, vteretur, ac præterea victum adhiberet humidiorum, qui humorum crassitudinem moderate posset extenuare. Hic autem bonam valetudinem consequutus est, vnico auxilio, & notitia confirmata, & à curatione absoluta. Quinetiam alium multā in strigili bilem relinquere vidimus, vnde eam plurimā in vniuerso corpore procerari perpendentes, ipsum adhibita idonea curatione sanauimus. Quibus verò citra febrim morbus regius accidit, urgente in dextra hypochondriorū parte grauitatis cuiusdam sensu, iis omnibus aperiens (ut scitis) obstructiones & cibis, & potibus & medicamentis extenuantibus deinde medicamentū quod bilem educere posset exhibens, eorum plurimos vna die sanitati restituimus. Qui verò purgatione liberari non potuerunt, iis rursus valentiore ad aperiendum data portione, medicamentum quod vehementius purgaret, exhibui. Sic deinde sub fine purgationis, vel carulea, vel flaua bilis, cum acri mordacitate secernebatur. In his conieci fellis folliculum, simili quapiam passione laborare, qualis in velum, simili quopiam passione laborare qualis in venim adeo multam nonnunquam recipit, ut nimis intentata nequeat eam quæ in ipsa continetur expellere. Verū in vrina receptaculo (neque enim absurdum fuerit, vesicam ita nominare) bifariā id fieri solet. Interdū vel ob excretoriæ facultatis imbecillitatem: interdū vel ob grauem sonum, vel negotia quapiam, retenta vltra quā par est vrina: quæ deinde vesicā nimis intendens, hæc ipsa ratioe vires prosternere potest. At folliculus fellis utpote cui nullū succurrit ab animali facultate præsidium, vnicum habet imbecillitatis principium, veluti cætera quoque

naturalia instrumenta, à partis intemperie or- A
tum.

SCHOLIVM.

Q Vatuor esse naturales facultates dictū à me est, libro secundo, controuersiarum, neque minus disputatum est, libro quarto, qua ratione harum facultatum, vna lædi possit, alijs non læsis, cum facultates omnes eiusdem sunt particulæ, si omnes habent essentiam in temperamento, & vt videtur consentaneum, vnius particulæ vnicum est temperamentum. Reliqua etiā B omnia huius capituli, partim sunt per sese perspicua, partim alijs locis à me disputata,

vtque actio facultatis quæ contrariam habet possit esse nimia, vel ob inordinatum illius motum, vel per debilitatem contrariæ, & vt quædam appellantur violentia facultatis expellentis, quædam languore retinētis. Quod in fine huius capituli Gale. dicit, indiget animarduersione. Nam vesica fellis potest imbecillitatem pati, non tantum ob intemperiem, sed etiam ob fibrarum distentionem, cum plus satis plerumque est, non aliter ac vesica vrinæ. Nam distentionem quam negotia, vel somnus faciunt in vesica, potest in illa, obstructio viæ facere, ac deinde, soluta etiā obstructione, imbecillitas superesse.

FINIS LIBRI QVINTI.

LIBER SEXTVS DE LOCIS
PATIENTIBVS.

Cap. I.

Relectiuncula.

Docet breui hoc capite Gal. omnes lienis affectiones similitudine cum affectionibus hepatis cognosci, clariùs quàm vt indigeat propria disputatione, idq; indicat facta quarundam affectionum enumeratione.



X iis, qua de iecore diximus, facile inuenientur nota, quibus lienis passionibus discernantur: præsertim cum inflammationes ob duritiem facile tangendo deprehendantur. Quum itaque splen multa habeat acci-

dentia cum hepate communia, illa nullare differre videntur, nisi quod quædam magis, quædam verò minus, altervtri euenire solent. Nam quod ad coloris rationem pertinet, vniuersum corpus, vbi splen imbecillitate laborat, magis nigricare videtur. Nam hoc ei natura officium dedit, vt melancholicum sanguinem ex hepate ad sese atrahat, quo ipsum aliam demonstratum est. Igitur attrahendi facultate facta imbecilliore, sanguis ex iecore in vniuersum corpus impurus transmittitur, quocirca color nigrior euadit. Quin etiam hepatis exemplo, sæpenumero excrementa quadam ex se rejicit, ita vt vomitione, in nausea quoque accedit, melancholicum sanguinem excernat: qui interdum per inferiora quoque decedere videtur. At huiusmodi vacuatione suppressa, nonnulli mæstitia melancholica vexantur atq; cibos auarissime concupiscunt, idque præcipue, si valde fuerint acida, quæ ad ventriculum transferuntur, excrementa. Quod si alia accidat humoris melancholici corruptio, euerri, deijci que appetentiã videas. Quod verò indurato ipso, aqua inter cutem effunditur, consentiente iecore, iam antea dictum est. Quinetiã laborante aliquando vtroque viscere, regium morbum

C euenire conspeximus, nigriore, quàm pro consuetudine, subsequente colore, ita vt putaretur flaua bilis fuligini esse permista. Atq; medici quidam iecur nulla passione laborare existimantes, dubitant, quomodo à splene morbus regius nasci possit. Quemadmodum dubitant qui à solo liene indurato, nullo existente in iecore vitio, aqua inter cutem fieri posse arbitrantur, haud secus dubitare consueuerunt, in ea quoque aqua inter cutem specie, quæ ad acutos morbos sequitur: quippe ab ijs iecur calida, & sæpenumero sicca quoque intemperie ita grauiter laborat, vt cibum in sanguinem transmutare nequeat. Atq; ne in iis quidem iecur pati existimant, ab Erasistrato accepta consuetudine, vt nullam partem laborare arbitrentur, nisi vel tumor quispiam, vel vlcus in ipsa consistat. Verum id illis concedendum est, qui existimant nullum ab intemperie morbum fieri. Ad medicos, qui sequuntur ea, qua manifeste apparer, qui & refrigerata parte quapiam, accidentia quædam fieri suspicantur, admiratione digni sunt, quod aquam inter cutem consistere posse putant; neutro horum viscerum patiente. Si enim ob id, quod nullus est in hepate tumor, ipsum haudquaquam pati existimant, nec aliarum partium vlla patitur, in his, qui aqua frigida vitiosa epota, mox aqua inter cutem corripuntur, quippe noxam infert internis partibus sic ingesta, alias alijs, sed præcipue & in primis, ei, quæ forte fortuna eo tempore reliquis fuerit imbecillior. Verum nisi ad iecur frigus transmittatur, aqua inter cutem subsequi potest minime. Sic splenis quoque vitio aqua inter cutem nonnunquam euenire consuevit, aut cum tumor quispiam, vt scirrhus ipsum refrigerat, aut vbi citra tumorem refrigeratum est, vt cum quis aquam frigidam & vitiosam affatim, & importune potauerit. Quod verò melancholica mæstitia, ipso huiusmodi excrementa ad os ventriculi transmittente proueniat, antea, vbi de ore ventriculi tractauimus, iam dictum est.

Quamobrem in hoc viscere diutius nobis immorandum non est, cum eius instrumentaria passiones rationali dignotione non indigeant. Quae vero ab intemperie proficiuntur partim ex ijs quae iam diximus, partim ex ea doctrina, quam supra de iecore proposuimus, nota sunt. Nam aliae quidem nominatim sunt explicatae, aliae vero quae similiter ut illae, consistunt, similem quoque habebunt dignotionem.

SCHOLIUM.

Lienem duris passionibus laborare solentem ob crassitiam alimenti, quo vitur dictum est à Galen. lib. 13. metho. his verbis: Lienis verò rarior substantia quam iecoris est, ceterum crebrius scirrhis vitij affigitur ob nutrimenti quo vitur speciem. Monstratum namque est, quod crasso nutritur sanguine, qui veluti limus purioris est. Ceterum videri possit alicui ratio à nutrimenti specie ducta in contrarium cedere. Nam Ga. ipse asserit lienem nutriri tenui succo lib. quarto de usu partium his verbis: Splenis verò corpus cum tanto rariore hepate sit, quanto est crassius pulmone, merito ex tenuiori parte sanguinis nutritur. Verum scire licet alimentum quod aledo spleni trahitur crassissimum succum esse puta melancholicum, tamen ex melancholico illo succo per crassas arteriarum tunicas tenuissimam partem assumi, qua illius caro nutritur. Hinc fit, ut ex tenuissima parte melancholiae rara fiat substantia membri, & ex faecibus succi alioqui crassi, tumores soleant in eo duri fieri. Hinc palam fit, non mirum esse, Gale. modo dicere splenem nutriri succo crasso, modo tenui. Nimirum trahit succum, quo alatur, deinde illius accipit tenuissimam partem. Nec proinde accusare debemus contradictionis Galenum, ut facit Lacuna Segobientis, qui nimis adstrictus verbis videtur iam non satis assequutus, sed aduersus huius viri contradictiones quodam commentariolo à me scriptum est, atque de lienis proprio alimento. 2. libro controuersi. capi. tertio. Calida & sicca intemperies iecoris videbitur fortasse non posse parere hydrope, quandoquidem ea intemperies videtur alia ratione sanguinis generationem vitare posse, nempe sanguinem biliosum generando, non tamen pro sanguine aquam. Nam id videtur frigidae esse intemperiei. Verum scire licet omnem intemperiem, cum eatenus iam processit, ut natium partis temperamentum corruerit, actiones quasque tollere aut minuere, quia facultates omnes debilitat. Quanquam antequam eatenus processum est, aliae intemperies incipiunt laedere, tollendo aut minuendo, aliae vitiatas edendo actiones. Non video cur dicat morbos instrumentales lienes non indigere rationali dignotione. Nam si de tumoribus praeter naturam, qui morbi sunt, partim in tem-

peramento, partim in compositione, dicit, falsum est ad eorum dignotionem non esse opus ratiocinatione. Nam illos tumores nisi magni sint, impositi musculi prohibent sentiri tactu, quod si magni sint tumores, tactu sentiuntur, sed non nisi ratione dignoscuntur ab ijs qui sunt in omento & musculis. s. ex figura. Cōstat verò ut ea dignotio quae agitur ratione adiuncta sensui rationalis dici debeat. Quod si de morbis solum instrumentalibus vocatis dicit Gal. multo clarius est eos indigere rationali dignotione. Na si venae, quae ab hepate veniunt in lienem, aut à liene in ventriculum, obstructae sint succo aliquo crasso ac lento, sine omni tumore (quid enim prohibet, cum id in renum venis fiat quotidie & alijs plerisque) quae erit ratio dignoscendi ex solo sensu? aut quae alia quam ex symptomatis, quae eas vias obstructas esse argumenta sint? Certae morbi instrumentales lienis ratiocinatione indigent, nihilominus verum est Gale. non multum defecisse in horum enarratione. Nam omnes sunt spleni communes cum hepate, aut similes ijs qui sunt in hepate, & similem habentes dignotionem. Nam si qua dictarum venarum obturatio sit, eadem via procedendum est, qua in obstructionibus vesicae fellis procedebatur. Nam ut ex his colore pallido tota cutis tingebatur, aut regurgitate melancholico succo aliorum, accideret deiectiones nigrae, aut nigrae vrinae, aut manabunt hemorrhoides largius.

CAP. II.

Relectiuncula.

Cap. hoc est de affectionibus imi ventris, quo non omnes morbi referuntur sig. llatim, sed praecipui & maximi, ut dysenteria, tenesmus, & dolor colicus, & voluulus, & calici affectio, ac lienteria.

Quum de ventriculi passionibus, superiore libro loqueremur, in duas maximas ipsum partes secari diximus, quarum altera, quae superior est, gula continua est, ex multis nervis sensibilibus contexta. Altera verò huic continua, ad intestinorum usque, exortum extenditur. Porro sicut utraque in animalibus proprio munere fungitur, ac pro utilitatis differentia diuersa eis eueniunt accidentia: ad eundem modum quacunque passiones communiter, tum similaribus, tum instrumentalibus partibus aduenire solent, ea etiam iis, tum inter se, tum etiam in vniuersis intestinis, communes esse censentur. Verum accidentium similitudo, non solum in iis inter se, sed etiam in vicinis quoque partibus, quae ipsa attingunt, inuenitur: qualis est renum, & coli communicatio: atque horum nonnulla sedem patientem habent cognitu facilem, ut dysenteria & tenesmus. Sanè in praesentia nomen dysenteria proprie audire oportet, ut potè quod ex appellatione ipsa, intestinorum vlcus significat. Neque enim assatum sit eiusmodi passio id quod in ea, quae hepatis vitio accidere dicimus, fieri solet: atque proprias etiam habet notas.

Etenim

Etenim protinus ab ipsius initio bilis mordax fecer-
nitur, quàm deinde interaneorum abrasiones se-
quuntur. postea paulum cruoris simul excerni vide-
tur, quando videlicet passio ipsa iam dysenteria esse
censetur. Quum itaq; huiusmodi abrasiones solæ ex-
cernuntur, considerandum est, num pingue quippiã
simul cum ipsis deiciatur: ita enim in crassis inte-
stinis vlcus consistere credendum est. Vbi verò cruo-
rem quoque excerni videris, intueri oportet, vtrum
is reliquis excrementis ita sit admistus, vt vniuersus
miscetur vniuersis, an pars eius aliqua reliquis su-
pernatet: etenim si admistus est, in superiorib; si ve-
rò supernatat, in humidioribus intestinis vlcus esse
portendit. At idem quoque in ramentosis excremen-
tis videre est, verum non ita manifestè vt in cruore.
Similis etiam de crustulis ratio est. Nam & ipsa,
vtra intestina sint lasa, declarant, tum ex essentia
propria, tum ex modo, quo vel commisceri reliquis
excrementis, vel vni eorum parti supernatare vidè-
tur. Ceterum non mediocriter conducit ad cura-
tionem, nosse in qua intestinorum parte consistat
vlcus. Nam si in superioribus intestinis est, ab epotis
medicamentis presidium petendum est: si verò in hu-
milioribus, clysterem subicere magis conuenit. At
huiusmodi dysenteria ab his, quæ ab hepate pro-
fluunt, ita discernuntur. Nam ab initio tenax sa-
nies siue serofus humor sanguinis ab hepate deici-
tur, deinde aucto malo, crassus humor fecibus vini
haud ab similibus. Prætereaq; in hepaticis excretioni-
bus nihil abrasum expellitur, atq; interdum duorū,
aut triū dierum interuallo supprimitur euacuatio:
deinde rursus redit malum, atq; excernuntur ex-
crementa prioribus multo peiora. Id verò per inte-
stinorum vlcera haudquaquam apparet: quippe in
ijs neq; affatim, neq; ex longis temporum interual-
lis, laborantes deicere consueverunt. Atque vlcera,
quæ in recto intestino oriuntur, (tenesmus vocat)
vehementer quidem tensione & prompta deicien-
di cupiditate infestant, paucis admodum sequen-
tibus excrementis, quæ quidem ab initio pituitosa,
pinguia, progressu verò temporis etiam ramenti spe-
cie deiciuntur, sed per totum morbi spatium ijs,
quæ à supernis descendunt, haudquaquam misce-
ri videntur. Scribunt nonnulli, quod à forti excer-
nendi conatu, præcedente dolore vehementi, aliqui
lapides callosos deiecerunt, ijs, qui in vesica nascun-
tur, haud ab similibus: id, quod neque ego vidi, neque
alium, qui viderit vnquam, audiui. Sed colli vehe-
mentem dolorem sæpenumero conspexi, medicis il-
lum non ad colum, sed ad renes pertinere putanti-
bus, veluti renum quoque cruciatus ad colum re-
ferre videntur. Sunt qui omnino negent, in sinistris
partibus, colicam passionem euenire posse. Igitur ab
initio, harum passionum distinctio difficilis est,
quo tempore neq; ita magnam presidiorum differe-
ntiam ipsi requirunt. Itaque accidentia exupe-
rantia etiam tunc diligenter intueri oportet. Nam
& nausea, & vomitus vrgent, multo grauiores, &
magis assidui, dolente colo. Euomuntq; ita laborā-
tes pituitosa quædam atq; corrupta, hac in re ne-

A phríticos longè superantes, ac retinent etiam ma-
gis excrementa, vt ne statum quidem, neq; etiam
ructum excernere possint. Sæpenumero etiam velu-
ti in cuire videtur dolor, atq; ampliolem locum oc-
cupare, & diuersas quoque partes occupans, mo-
do in hac, modo in illa parte, vehementior fit, ne-
phríticos verò dolores, eodem in loco stabiles iugiter
infestant. Quum itaq; dolor in loco fuerit renibus
altiore, manifestum colicæ inditium portendit. Si
verò in vno loco, vbi scilicet renes ponuntur, stabili-
lis confiterit, nihil ad notitiam potest positus ipse
conferre: proinde cum his notis quas nuper percur-
rimus vrina quoq; considerande sunt. Nam nephri-
tici ab initio dilutas, purasq; reddunt vrinas: dein-
de sequentibus diebus, crassum aliquid in ipsis sub-
sistere videtur: demum omnino arenose minguntur.
At in colica, si quid ab aluo deicitur, id flatuosum
quodammodo est, & sæpenumero aqua supernata-
re consuevit, similem habens bubulo stercore con-
sistentiam. Quinetiam colicorum cruciatus multo
magis, quam nephriticorum, lenientibus mitigan-
tur clysteribus. Atq; euenit interdum, vt frigido ali-
quo humore simul eiecto, illico quiescant: eritq; mi-
tigans præmiam, non mitigans tantum, sed etiam
curatiuum, & ad cognitionem faciens. Porro vt
hi frigidum humorem aluo excernente, ita nephri-
tici cum vrina lapide exeunte, & à dolore liberan-
tur, & simul locum patientem ostendunt. Itaque
nihil relinquitur, nisi vt prouideatur, ne postea tam
facile pati possint. Nam vt perseverante dolore, v-
traque pars eisdem indiget presidijs, ita tempore
subsequente oportet diuersa auxilia adhibere.

S C H O L I V M.

D E intestinorum doloribus & renum
vesicæque malis, tam multa dicta sunt
à Galeno in exemplis, libris primo, & se-
cundo, & de reliquis intestinorum affectio-
nibus proximo libro, qui totius operis erat
quintus ob cõmunem rationem cum ventri-
culo & hepate, vt liceret ei hic breuius age-
re de his omnibus, aut illic esset immoran-
dum in exemplis minus. Licebit ergo nobis
hic omnia quæ illis locis enarrata sunt inta-
cta præterire. Vt differat ventriculi os & fun-
dum, vlu & symptomatis dictum est à me
cap. 5. lib. 5. vt vicinarum loco partium maxi-
mè continuitate quadam coniunctarū mor-
bi similes difficilè dignoscantur constat, cum
desit argumentum à loco & situ, in dicatū in-
que est supra multis exemplis, maximè in
in doloribus renum & coli, diciturque hoc
capite rursus. In maximis intestinorum
morbis sunt dysenteria, & tenesmus, & dolor
colicus, de quibus hic disputat. Reliqua quæ
de dysenteria vera distinguenda à dysente-
ria cruenta per hepatis affectionem dicit, en-
arrata sunt satis. Causa, qua in cruentis de-
iectionibus per hepatis affectiones sanguis
fluat copiose, sed ex quibusdã interuallis, in
vera dysenteria contra, guttatim & assid-
uè est, quòd in hac nō alia causa quàm vlcu-

ri: effluit sanguis, vlcus verò adest perpetuò, non per interualla, in illis verò effluit hepate demittente sanguinem & intestinis rapien- tibus per mesenteriu. Verum euacuationes omnes quæ aguntur membro in in membrum mittente ex interuallis omnino fiunt. Nam nullum membrum perpetuo emittit, sed cum irritatur, aut grauiatur, quare cum quoddam tempus insumat in colligendo quod grauet, quoddam quoque tempus est antequam fecudo expellat, ex quo primo expulit. Quod dolor colicus non possit in sinistra parte fieri nulla ratio est, quamquam nonnulli ante Gal. ita putauerint. Nam eolum minus attingit sinistram quam dextram partem, vidimusque non raro sinistram partem dolet e dextra in sinistram partem, aut contra migrantem.

Quapropter nullum, quod ad curationem pertinet, committetis errorem, si in prima protinus horum morborum accessione, eos difficulter discernatis, eo quod tum nec extrinsecus, nec intrinsecus, differentibus egent auxilijs, quod satis sit, ea, quæ dolorem lenire possint, adhibere. Quum autem omnia intestina ordine quodam à ventriculo descendant, atque omnium supremum ieiunum sit, deinde quod tenue vocatur, postea cacum, quod vsque ad infernas partes extenditur, deinde eolum, quod ad superiores reuertitur partes, donec saepenumero & lienem, & iecur attingat: satis mirari non possum, quomodo non solum medici ferè omnes, sed etiam populares, vehementissimos quoque dolores, quacunque parte euenerint, ad eolum referant. Id quod mihi quoque veri simile visum est, atque hoc, cum causam quæ fuisse, cur tam vehemens tamque perseuerans esset dolor, non simpliciter huic assertioni fide habita. Neque enim similiter vt in renibus, atque vteribus impaeto lapide, ingentes dolores in transitu excitantur, sic & in tenuibus intestinis, rationi consentaneum esse censebis, frigidis spiritibus repletos, atque similes his humores, dolorem in ipsis efficere. Nam tenuium intestinorum tunica rara, tenuisque essentia constant, vt non ita diu huiusmodi causas continere possit. Ergo probabile est, frigidum, eundemque crassum, aut viscosum humorem, aut statuosum spiritum, in corpore crasso, densoque genitum, sed egredi nequeuntem, dolorem excitare, vehementem quidem, geminam ob causam, intemperatiam, & corporum quibus continetur, tentionem longum verò, quia difficulter vacuatur. Nam corpora ambientia, tum ob crassitudinem ipsius, tum spissitudinem suam, ipsam arcere possunt. Atque interdum alij quoque dolores, & quidem vehementissimi in sublimioribus intestinorum partibus eueniunt, graui- ter vomitionibus cruciantes, adeo vt nonnulli sub fine sterco quoque euomere conspiciantur, à qua passione vix vnquam aliquis potuit sanus euadere. Nunc ileon vocant, nonnulli etiam chordapson, cum scilicet tumor aliquis eminent, in tenuium intestinorum parte, vt videatur intestinum ad chorda similitudinem conuolutum. Itaque non ab re visum

A est medicis antiquioribus, vel ab inflammatione, vel obstructione aridi stercoris, huiusmodi tenuium intestinorum passiones oriri. Sunt alia quoque accidentia, quæ quidem haud absurde, & intestinis, & ventriculo simul patientibus euenire creduntur, vt sunt passiones, quas linterias, & cæliacas nominant: cum videlicet materia nequam sunt mordaces. Nam vt mordaces, ob mordendi vim totum intestinum ad excretionem excitant, ita non mordaces intestinorum imbecillitatem sequi consueuerunt: quia retinere contenta, ne exiguo quidem tempore possunt. Siquidem illico excernunt ea, perinde, ac si graue aliquid onus deponerent. Haud secus, quam in stillicidio vrinæ contingit. Nam & in hac, modo ob acrimoniam, & vellicationem, vesica ingiter, quidquid ad eam peruenit, secerni, modo ob id quod molem ipsius, vel exiguam, sustinere nequit. Ceterum à quibus causis intestinorum leuitas proueniat, alibi particulatim ostendimus, præter ea, quæ in libris de curandi via, & ratione, de naturalibus facultatibus, & de accidentium causis iam dixeramus. Etenim hunc librum non incepimus, vt causas, quæ morbos efficiunt, sed vt patientium locorum, qui & tactus, & visus iudicium effugiunt, notas perstringeremus. At quia ad exactam horum notitiam, etiam de ipsis passionibus interdum aliquid dicere coactus sum, idcirco de causis quoque, quæ ipsas efficiunt, mentionem facere non sum grauatus. Itaque sermone de intestinorum passionibus finem imponamus. Sunt enim in ipsis passiones quedam cognitui faciles, quæ & ipsa cum prædictis communes habent notas. Nam abscessuum, inflammationum, scirrhorum, inflammationum, erysipelatum indicia, omnibus cognita, cum in ventris locis apparent, & passiones ipsius, atque simul patientis sedis notitiam ostendunt. Sed de his iam antea satis dictum est.

SCHOLIUM

E Magnam medicis profecto solatium, quod cum difficilis est morborum dignotio, facilis est curatio, quare aut nulli, aut leuissimi committentur errores ex obscura cognitione. Nam difficilis dignotio, è magna, morborum similitudine nascitur. Quæ enim diuersa admodum sunt, nullus non distinguet, quæ verò similia sunt mala, non indigent dissimilibus curationibus, sed communia habent auxilia. Quamquam alijs locis sex nominet Gal. intestina, hic verò quatuor tantum, nihil repugnans putetur dicere. Nam ieiuni nomine intelligit duodenum, & ieiunum, nomine coli, eolum & rectum intestinum. *ἰλεὸς*, est voluulus ita dictus à verbo *ἰλεῖν*, hoc est volui. Dicitur etiam *χορδᾶπσον*, à *χορδᾶ*, id est simplico, quod per eum morbum videantur esse intestina inuoluta & implicata. Cæliacæ affectiones ventri, ita dictæ à *κελία*, id est venter. Dicuntur verò ita affectiones similes lienterijs, id est læuitatibus inte-

intestinarum, quæ vergunt magis ad ventriculum quàm intestinum, vt leuitas ad intestinum magis. Itaq; leuitas intestinarum à ventriculo humidis excrementis abundanter principium ducens est cæliaca affectio. Reliqua omnia quæ hic dicuntur, libello de causis morborum require.

CAP. III.

Relectiuncula.

Cap. hoc est de renum passionibus, imprimis de dolore renū cum lapide, aut arenulis, quem docet à colico distinguere, & de abscessu in renibus, & excretionepilorum, & caruncularum & mictu sanguinis, & de diabete. Quem morbum, quanquam habeat multa symptomata communia, cum alijs membris, confirmat multis argumentis Gal. propriè ad renes pertinere, docetq; longiuscule illius causas & generationem Tandem disputat de magna totius corporis dissolutione.

Igitur cum derepente nephritis incidit, lapide notatu digno, vel in renum aliquo, vel in vreticibus impacto, dolorem excitat colico haud absimile. Verum distinguitur colicus, ex nausea tum multitudine, tum magnitudine. Sunt q; per vomitū reiecta, & biliosa, & pituitosa, quibus presumpti quoq; cibi aliquid admistū videtur. Sæpenumero èt ex loco, cū superiore coli partes patiuntur. Atq; ex eo interdū, quod nō vni loco dolor innititur, sed reuoluitur, & ad plurimas exēditur partes, præterea quod ne flatus quidem transmittitur. Atq; omnia hæc colicis duntaxat euenire solent, sed alia quidem magis, alia verò minus. Quum verò ex his, quæ in vrinis resident, aut lapide cum vrina excreto, planè discerni possunt, nullus relinquitur quæstioni locus. Sunt nō pauci laborantium, qui dolorem modicum in profundo lumborum infestantem sentiunt, quamuis ab initio nondum sabulosum quippiam manifestè excernatur. Quib. (vt scitū) dato medicamento, & lapide in renib. continere posset, simul & passionem ipsam, & sedē patientē cognouimus, atq; ipsum habuimus curationis principium. Quum n. à medicamento porione, in vrinis sabulosa quedam subsidere conspicerem, nephriticam passionē esse cognoui, atq; deinceps eadem medicamenta exhibendo, reliquam simul perfecit curationē. Quumq; renem quēpiam ita laborare cognoueris, si dolores cū horrore interpellato, varioq; infestare videantur, sequitur que febres quadā inordinatæ, tū pronū in ventrem decubere, atq; interdum in alterū latus, vt sublimis sit patientis partū positus laborantē sese vertere iube, ac deinde interroga, num circa renē dolentē veluti suspensi cuiusdā ponderis sensum percipiat. Et enim cū hæc ei acciderint, abscessū iā concretū coniungere oportet. Quo concocto, pus mictum, vt laborantem à dolore liberat, ita vlcus in rene periculum affert. Proinde exacto studio laborandum est, vt inducatur cicatrice. Quod nisi illico contigerit, difficiliorem reddet curationem. Porro perseverantis vlcus notæ ex vrina haud obscurè deprehendantur. Adde quod laborans creberrimè in patiente rene dolorem sentit, atque interdum cum vrina exiguum pus, veluti ab vlcere, excernitur. Simi-

Alis crusta vlcus nonnunquam cum vrina expelli videtur. Ac interim sanguis quoq; qui erosi iā vlcus indicium est, quanquam rupto aliquando vase, aut ob plenitudinem, aut casum, aut vehemētē ictum, nonnulli magnam sanguinis copiam meiendo profuderunt, id quod etiam aperto interdum vena ali cuius ore fieri contingit. Sed certissima vlcusatorū renum coniectura est, si cum vrina exigua quedam caruncula excernantur, vt pote quas renū essentis partes, easq; ob vehementem vlcus erosionem auulsas esse constat. Ea verò, quæ pilis similia sunt, Hippocrates quoque cum vrinis excerni vidit, quemadmodum in Aphorif. scripsit, ac ipsi etiam vidimus aliquando, quæ palmi longitudinem æquant, interdum etiam vs longiora, nonnunquam valde exigua, vt mirarer quomodo in renum spatio talia possent consistere: proinde probabilius mihi videbatur, in venis huiusmodi res procreari. Quemadmodum in quodam Arabia loco (vt aiunt) in tibijs hominum dracunculi vocati nascuntur, nervosa natura, colore, crassitudineq; lumbricis similes. **I**gitur cum multos audiuerim, qui sese vidisse eos dicebant, ipse verò nunquam viderim, idcirco nec de ortu, nec de essentia ipsorum quicquam exactè dicere possum. At vbi pilos meiendo excretos vidi, tū ex colore, tum ex mole, credidi dicentibus ex crassa lentaq; materia quam calor calcēcit, exiccavitq; in venis consistere: quanquam longitudinis ipsorum causam non intelligo. Verum cum primum eos vidissem, curationem à medicamentis, quæ vrinam ciere possent, tentavi, quam postea experientia comprobauit. Atque nullis ferè qui hac passione laborauerunt, symptoma aliquod nephriticum, aut prius fuit, aut postea superuenit, medicamentis vreticis curatis. Verum etiam si alia quapiā humorum vitia à venis per vrinā expurgentur, quemadmodū si puris quoq; multa fiat per vrinam excretio, nihil ab ijs, vel renes, vel vesicam, vel vreticis, molestari cognouimus. Caterum in hac re, non parū cū intestinis conuenire videntur, quæ in hepaticis passionib. nihil leduntur, licet à bile sincera ledantur, veluti vesica quoq; vbi longo tempore acres per ipsam vrina transeunt, vlcera pati solet.

SCHOLIUM.

DE caruncularum, quæ in vrina conspiciuntur substantia, dictum à me supra est in hoc ipso opere. Similia capillis dicit hic in venis, non in renibus generari, tamè comment. 76. part. 5. Apho. inquit, succo in rebus quodammodo vsto pili generantur. Certè vt cunq; puto verum esse, comparareque capillos in venis longitudinem, in renibus soliditatem, & consistentiā magis. Dracunculos illos, quos in quodā Arabia loco oriri audiuerat Galenus, viderat autem nunquam, ferunt generari sæpe in quibusdam locis Indiarum quæ superationibus annis regno Castellæ accesserunt

Est etiā alia renum passio, quæ tenuis sanies, siue humor

humor serofus sanguinis mingitur similis excrementis qua in heparaticarum passuum initio excernuntur nisi quod magis videtur cruenta. Cuius rei causa est passio haud ab similibus ei. qualem in iecore diximus imbecillitate esse. insuperque cum ora aut meatus, (utcumque nominare volueris) per quos ex concava vena in renes vrina percolatur, supra modum dilatatur atque ad renes quoque pertinere cavidetur passio, quam alij hydrop. matelle alij vrine profluuium alij diabete, alij dyspason appellant, quae certe quam rarissime evenire solet. Equidem eam hactenus bis duntaxat videre potui, supra modum videlicet sitientibus infirmis, atque subinde bibentibus. Quapropter exuberanter quoque reddunt id, quod biberunt, eo a sua qualitate non mutato. Atque haec renum vesicaeque passio similis est ventriculi, intestinorumque, lauitati. Sed de intestinorum lauitate alibi separatim iam dictum est, ubi ostendimus non ventriculum duntaxat sed uniuersa quoque intestina ad excretionem, tum ciborum, tum assumptorum, celeriter excitari, quae ne paucillo quidem tempore citra molestiam ferre possint, ipsorum aut pondus, aut qualitatem. At quod affatim, celeriterque ad vesicam vrina deferatur, id neque ad ventriculi nec ieiuni, nec tenuium intestinorum imbecillitatem, tanquam causam referendum est. Si enim ob id quod potum sustinere non possunt ad excretionem properant, quid obstat, quominus per sedem excernatur? Id quod in lauitatibus intestinorum fieri plane videtur. Neque enim cibus duntaxat, tam celeriter, per tam longam intestinorum conuolutionem transies deicitur, verum etiam ea quae epota fuerit. Porro transmissionem a totius ventriculi partibus ad hepar non propter hepatis aut venaarum in mesenterio, aut ventre, aut eorum, quae ab hepate exortae ad renes tendunt, imbecillitatem fieri didicimus. Quippe in libris de naturalibus facultatibus iam ostensum est, nec ex ventriculo per mesenterij venas, veluti arbores a terra per radices, cibum ad sese allicere: sic etiam renes id, quod a quo sum in sanguine est, verum vesicam non trahere a renibus, quemadmodum nec intestina a ventriculo, sed renes quidem per vtereris excernendo in vesicam mittere ventriculum aut in ieiunum per eum exortum, quem Herophilus dodecadactylon vocat, a duodecim digitorum longitudine nomen ei imponens. Itaque renum potius imbecillitas accusanda est, utpote qui continere diutius vrinam non valent, non vero aliorum partium, per quas potus transire solet. Sed rursus reprehendendo dicit quispiam, cum infirmi fuerint renes, quomodo fieri potest, ut tam celeriter vrinam ad sese attrahant? An dicere possumus, quemadmodum in ventriculo quibusdam hentericis vehementissima excitatur ciborum cupiditas, ita in renibus quoque cupiditatem simul oriri, atque hanc ob causam eas vrinam per concavam venam ad sese trahere, sed illico ab attractionis impetu grauari? Etenim quemadmodum in his, qui canina vocata appetentia vexantur, videmus ut affatim impleti paulo post aut euomunt aut fluore deieciunt, id quod non solum his, qui praeter naturam se

habent, accidere solet, verum etiam animalibus quibusdam integravale tudine degentibus, ut in auiculis quas nostrates in Asia Seleucidas vocant, videre est, quippe quae iugiter locustas edunt, easque celeriter excernunt. Ac in alijs quoque animalibus huiusmodi accides naturale videtur. Ut igitur canina cupiditas in ore ventriculi consistens, non potest, ipse deuoratorum pondus sustinere, multum impetuose ingerere, atque ea celeriter excernere cogit: ita in renibus quoque accidit serofa humiditatis cupiditas, vna cum vrinam imbecillitate, vnde et humiditate affatim attrahere, ac eam deinde in vesicam impellere coguntur. Sed quare fortasse, quamobrem vrina fluere subito evenire potest, leuitas intestinorum non potest? Veluti nec canina cupiditas, sed plurimum dierum numero opus est. Nam passionis initium ab incremento, incrementum a vigore distinguitur. Quoniam ventriculi cupiditas quae cibum, potumque appetit, animale officium est, quo citra sensum nostrum nequaquam fungitur. Renum vero desiderium naturale est, neque ab ipso sensu nostri patiuntur. Proinde cum ad statum peruenit, ne sensum quidem mouet, quemadmodum appetentia canina. Qua de re rationi consentaneum videtur, ut cum inceperit, paulatim crescat. Imprimis enim trahit sanguinis serum ex venis vel nihil noui sentientibus: quod cum totum attraxerit, videaturque sanguis in venis huiusmodi humiditate spoliatus, exiccata tum vasa humorum trahunt ex hepate, deinde hoc ex intestinis, et ventriculo. Quum itaque exiccata fuerint vena, quae in ore ventriculi sunt, potum desiderat homo, utpote passione ipsam, tum primam sentiens, deinde exhibitam portionem venae ex hepate ad ventriculi venientes, utpote arida totam rapit, atque ex his alia deinceps donec ad renes perueniat transumptio. Quippe in libris de naturalibus facultatibus dictum est, non solum portionem, verum etiam cibum transumptione per attractionem facta, per uniuersum corpus deferri. Igitur haec passio, quod ad transitum celeritatem pertinet, per similes est intestinorum lauitati: atque etiam quod renibus passio ventriculi passioni eadem sit. Verum hoc vno inter se differunt, quod quae ante renes sit latior actio in naturalibus numeretur, attractoria facultate successione agente. Atque hac ratione inter sese nonnihil differunt, quamuis in vna re similitudo inueniatur, quippe ex concava vena ad renes attractio prima deglutioni eorum, quae ex ore in ventriculum deferuntur, haud ab similibus est.

S C H O L I V M.

Diabete dicitur morbus per quem accidit sitis inexhausta, & mictus celeri impermutati potus, à verbo διαβαίνει, id est transire, qualiter transitus potus. Dicitur ob aliud symptomata δειλακος, à verbo δειλέω, id est, sitire, quali siticulolus morbus. Hydrops quoque matelle vocatur, ob similitudinem cum hydrope vera, infert enim vtraque sitim, quam potus copiosus non sedat, sed auget. In vera quidem hydrope, quia aqua epota salum saporem comparat putrescens, in diabete, quia praedebilitate

bilitate retentricis è renib. defluit in vesicam aqua, illi rursum arescentes trahunt è ventriculo, fitq; ita sitis, & potus rapitur statim in renes, qui copiosior est, eo plus grauat, & minus in renib. moratur. Itaq; sitis crescit potu. Nimirum docente Arist. sect. 3. prob. 21. Nimirum potus facit celerem mictum. Hæc affectionem ad renes præcipue pertinere, id est in renib. esse affectionem propriam, in ventriculo, hepate, & vena caua, & vesica per consensum multis argumentis probat Gal. quæ omnia vno hoc continentur. Sola debilitas retentricis in renib. est occasio omnium symptomatum et si alijs partib. nulla propria passio sit. Nam hæc facit ariditatem renum, hæc magnum tractum renum. Hepar ergo siccatum violenter trahit è ventriculo, quò siccatum vehementer sitit. Debilitas quoq; renū facit descensum vrinæ in vesicam cõfertim factū. Copiosus potus grauat vesicam, quæ proinde statim expellit. Quod inquit Gal. hoc loco, vesicam non trahere à renib. sed tantum recipere, nisi cum quadam limitatione intelligatur falsum est. Nam cap. 11. lib. 5. de vsu partium ita scriptum est ab ipso Gal. ac vesicarū tunicæ rectos, & rotundos, & obliquos habent villos. Vna enim vtriusq; vesicæ tunica cum sit, ad omnem motus speciem constructionem adepta est accommodam, siquidē & eum motum, quem attrahendi gratia villi recti, & eum quem excernendi causa transuersi tandem eum quem vt ea etiam retineant, vt quæ vndique constricta sunt obliqui efficiunt, instrumenta ipsa habere æquū fuerat. Itaq; docet his verbis trahere velicā lōgis villis. Sed & alij omnes dissectores hoc idem cõfirmat, atq; si nullus diceret, res ipsa indicat vesicæ esse tunicā vniēā triplicib. cõtextam villis, longis ab intima parte, obliquis ab extima, medijs transuersis. Quid ergo dicendum? Certè trahere non nihil vesicam, id verò multo minoris momenti esse quam vt possit efficere celerem vrinæ descensum è renib. qualis per diabete fit, nisi debilitas retentricis in renib. potissimū iuuet. Vbi Gal. inquit, tractoria facultate successione agente. Caue intelligas tractionem fieri successione eius quod euacuatur. Hoc enim in opere de facultatib. naturalibus refutauit Gal. Sed perinde est ac si diceret. facultate attractoria in membris agēte, primū in hoc, deinde in illo, successione membrorum.

AT verò actiones quæ hanc antecedunt ad vrinæ fluorem propriè pertinent. Non rectè autem putasse quosdam diabete veluti caminam cupiditatem ad ventriculum pertinere hinc manifestū est. Nam qui præ nimia siti ventriculum impleuerunt, seruare potionem longo tempore possunt. Sed vehemēti siti laborantes quatuor accidentium periculum à potione subire solent. Vnū

A & quidem primū vomitio est. Alterū velox per aluum excretio, aut fluore, aut intestinorū lenitate. Tertium, quod potus diutius, quā par est, in ventriculo manet. Quartum, id ipsum, de quo nunc sermo est, siue id diabete, siue dyspnoe siue vrinæ fluore nominare volueris. Neq; enim vt idoneum ei nomē imponamus sed vt curationis viam cum ex loco patiente, tūm ex ipsa passione inueniamus, scrutari animus est. Atque alia interdum passio occurrit diabete perquam similis. & quidem à multis cibis, qui nec crudi sunt, nec per aluum deiciuntur, nec plenitudinem efficiunt, nec etiam probe alere possunt, sed citò dissipantur, discutunturq;. Cuius vt crebrior est, quam dyspnoe entus, ita faciliorem admittit curationem, quippe si prius, quam ad summum peruenerit ipsam cognoueris, haud ita difficulter curabitur. Nam vbi quis duplum consuetorum alimentorū assumpsit, nec corpus ali videatur, idq; citra alui fluorem, hanc passionem non solum pruat, verum etiam medici parū pendunt. Quū verò triplū ingerit idoneis auxilijs liberari potest, priusquam scilicet ad quadruplū, aut quintuplum perueniat. Igitur rationi consentaneū est, hanc passionem à celeri disputatione incipere, omnibus partibus attracticem, atq; ei coniugatam facultatem, quæ propria appetentia vocatur, seruantib. At verò ingritis sitis, quæ citra diabete accidit causa est ventriculus aut calida, aut sicca, aut vtraq; intemperie affectus, maximè verò os ipsius. Proximè ventriculo hepar, sed maximè pars eius ima simul inflammatis mesenterij partib. & ieiuno, ventriculoq; ac stomacho, & pulmone. Atque huius accidentis radix inde plerunque profisciscitur, quod à passione erysipelatis naturam referente incenduntur. Quibus vt plurimum marcoris genus aliquod sequitur, aliàs aliud, veluti cum hanc tractarem materiam, declaratum est. Hæc itaq; propter accidētium communicationem, simul cum renum passionibus dicta sunt. Porro diabetes propria renum passio est, quæ caninæ in ore ventriculi cupiditati proportionè respōdet, accedente præterea retentricis facultatis imbecillitate. Nam si citra vehementem cupiditatem, ipsam fieri diceremus, nulla omnino insignis vrinæ copia ad renes perueniret. Si verò citra retentricis facultatis imbecillitatem non tanta celeritate sequeretur vrinæ profluium.

SCHOLIUM.

QVorsum de attractione, quam vrinæ agunt ex vena caua, disputas, inquit, at verò actiones quæ hanc antecedunt ad vrinæ fluorem propriè pertinent? an quæ antecedunt, pertinent ad vrinæ fluorem, & quæ sequuntur non pertinent? At verò magis videtur ad illam pertinere emissio vrinæ è vesica, quæ illam tractionem sequitur, quam sitis, quæ antecedit. Certè non dicit, actiones quæ antecedunt pertinent ad vrinæ fluorem, quasi q̄ sequuntur nō prinet, sed q̄ hæc aperte pertinent, de illis est aliquanto magis dubiū an pertineant. Id ergo asserit confirmatq; G. confir.

confirmaciones haud sunt obscuræ. Non erat hic locus disputandi, si quis rectè consideret, de vehemēti fame per nimiam dissipationem toto corpore contingentem, nec de siti per consensum cum totis venis, sed ex similitudine symptomaticis cum appetitu naturali præter naturam contingente in renibus. occasione cepit. Nimirum diabetes fit per appetitum naturalem, qui nimius est in renibus, ita illa canina fames fit per nimium appetitum eumq; naturalem, toto corpore.

CAP. IIII.

Relectiuncula.

Scribit morbos vesicæ, ischuriam in primis, & stranguariam, & dysuriam. Docetq; ut hæc nonnunquam fiant per passionem propriam vesicæ, nonnunquam per consensum cum alijs partibus. Stillicidium vrinæ nonnunquam fit debilitata retentrice vesicæ, nonnunquam vrinæ reddita aeri vitio alicuius membri superioris, suppressio vrinæ nonnunquam eadem debilitate vesicæ, nonnunquam obstructione viæ: fit etiã nonnunquam inuoluntaria excretio vrinæ per laesionem spinæ, in quam sententiam narrat multas historias, deinde dicit quæ partes per vrinam cerebro expurgentur, & quæ raro, & horum omnium causas & signa.

Vesicæ superueniunt accidentia, partim cæteris communia, veluti omnes ipsius præter naturam tumores, dolores, atq; quæ hos facere possunt, passiones: partim ipsi soli propria, ut ischuria, stranguria, atq; alio quoquo modo immoderata vrinæ excretio. Verum huiusmodi euacuationes (ut de renibus supra dictum est) vesicæ, tanquam meatu vtuntur, ipsa haudquaquam patiente. At verò stillicidium, si ob vrinæ acrimoniam fit, accidens vesicæ est, passio verò minimè. Si verò aut ab vlcere, aut imbecillitate procedit, à vesicæ passione factum esse dicitur: quemadmodum vbi acrimonia in causa est, aliquando ob renum vitium, aliquando ob alias partes, quæ cum vrinis, humorum suorum vitia aut pus, vbi abscessus aliquem in se haurit, transmittere possunt. Euenit etiam interdum vrinæ stillicidium, humoribus, qui in venis sunt, & per renes, & per vesicam expurgatis. Caterum quæ ab intemperie vesicæ fit imbecillior, leditur propria ipsius actio, quæ est vrinæ excretio ad quam animal excitari solet, cum vel à multitudine contenta in ipsa vesicæ materie grauatatur, vel à mordacitate conuellitur, ambo verò hac debiles quàm fortes maiori dolore afficiunt. Debilitas autem fit & ob instrumentorum nonnunquam passiones, & ob intemperies, cum alias, tum ab eas quæ multis sapissimè eueniunt, huiusmodi est frigida. Manifestè enim videtur tunc temporis grauata, & parum in ipsa humida est. Atq; vesicæ etiam veluti meiendi instrumento ischuricæ accidens superuenire solet. Interdum quidem (ut dictum est) cum circa id quod in ipsa continetur, obvoluit vehementer non potest, ut ipsum exprimat. Interdum etiam obstructio inferiori meatu, aut à crassis humoribus, aut impacto lapide. Atque accidit nonnunquam, vel ab inflammatione, vel alio huiusmodi tumore, ut angustior reddatur meatus, vel etiam omnino obstruitur. At verò nec nervorum à spinali medulla exor-

torum, neq; etiam ipsius spinalis medullæ passiones, vesicæ tantam imbecillitatem asserere possunt, ut vrinæ propterea supprimatur, quæ modo nonnulli putauerunt, credentes vesicæ officium à consilio, & electione procedere, quod scilicet vrinam retinemus, quoad voluerimus, atque eam pro voluntatis imperio excernimus. Verum satius fuisset nosse non vesicæ, sed meiendi officium, veluti etiam deiecti, non intestinorum munus ab electione, consilioq; pendere. Quippe vesicæ officium vnicum est, obvolutio circum vrinam. At musculus qui vrinæ meatum in circuitu ambit in origine cervicis vesicæ positus, instrumentum est, cuius opus ab electione excitatur, utpote qui ambiens vesicæ cervicem, eam ita stringit, ut nihil humoris ex vesicæ in meatum ingredi possit. Atq; similem quoq; & actionem, & utilitatem habet musculus, qui recti intestini partem extremam ambit. Proinde ipsi resoluti neq; vrinam vesicæ nec stercore alius retinere potest, sed præter voluntatem, paucis omnino intervallis vrinæque excernuntur. Itaq; veluti in reliquis musculis, quod à resolutione fit nobis inuitis, id electio nostra haud inuita efficere solet: ita eadem ratione ab horum actione quiescimus, cum vel stercore, vel vrinam excernere proposuimus. Atq; ut nonnulli tum vrinarum, tum cibi excrementorum deiectio, totam ab electione procedere existimantes errauerunt, ita rursum alij his è diuerso, totum hoc opus naturale putantes, à veritate deuiarunt. Etenim cibi à ventriculo in ieiunum transmissio, tota natura opus est. Rursum omnino ab electione pendet, & vroriq; membrorum, siue artuum & cuiuslibet digiti, ut extensio, tum inflectio. Delatio n. quæ à ventriculo ad ieiunum fit, & quæ ab hoc in tenue intestinum, à sola naturali facultate procedit. At alui deiectio & vrinæ redditio, utroq; instrumento proprijs suis facultatibus perficiuntur. Recti intestinum, atq; vesicæ naturalis virtus facultate: musculi verò ea, quæ & animalis, & voluntaria nominatur. Quippe musculi qui fluores cohibere solent, tum quiescunt ab opere, ab dominis musculis munere suo fungentibus. maxime verò medijs. Sunt nonnulli, qui cum non ita facile deiectores possunt, manibus huiusmodi musculos comprimunt: nec non vbi vrinæ ita suppressa est, ut omnino retineatur, idem facere consueverunt. Cum itaq; nervi, per quos animalis facultas ad iam dictos musculos peruenit, patitur aut spinalis medulla ipsa lasa est, resolutur musculorum actio, atq; excernitur, & vrinæ, & stercore, vel inuito laborate. Cui verò vesicæ corpus ita laborauerit, ut quæ in ea continetur, exprimere non possit, supprimatur vrinæ, nominaturq; hoc accidens ipsius ischuria. Accidit autem & ob difficile sensum illius fieri nonnunquam suppressionem vrinæ, quin affecta sit excretrix facultas. Quum prope vesicæ nervi partiantur, qui autem sunt constringenti illius cervicis musculi, funguntur suo munere retinentes suam vim, ut cum resoluti sunt, proprium signum est resolutionis huius musculi vrinarum inuoluntaria excretio. Quæ autem fit hæc passio, & vias illius obstructa est, difficile est cognoscere affectiones ambas.

Proinde

proinde vt exquisitè dignoscantur, non solum eæ, sed reliquæ quoq; omnes vesicæ passiones, perquam necessarium est præscire euidentes causas extrinsecus aduenientes, quas propriè procatharticas vocat. Sed multo etiam accuratiori inuestigatione, eas, qua præcesserunt in animantis corpore, passiones inquirere oportet.

SCHOLIUM.

Quod dicit, ambo verò hæc debiles quæ fortes maiori dolore afficiunt, consideratione dignum est. Videtur enim non esse roboris minus sentire ea quæ offeruntur, quare videntur robusti non minus dolere quàm debiles. Sed aut nomine fortium & imbecillium intelligimus pingues & graciles, aut eos qui propriè robusti, aut debiles nuncupantur, idq; aut animali aut naturali facultate. Vt cunq; intelligas, debiles magis dolent ab eadem causa quam robusti. Graciles quidè quæ pingues, quia sunt magis excarnes. Debiles facultate animali, non quæ magis sentiunt, sed quæ magis lædantur, ac p inde magis eorū sensus cōtristetur. (Non enim tam est dolor in sensu simpliciter, quam in sensu tristitiæ: debiles facultate naturali non tã dolent magis, quàm læduntur plus, id est, quo homo debiliorem facultatè naturalè habet in vesica, eo citius stillicidium patitur ob copiam, aut acrimoniam vrinæ, quia quæ debiliora sunt citiùs, & plus cōpatiuntur cum alijs, quàm quæ fortia. Fit verò omnis in nostris instrumentis excretio consensu quodã facultatum, naturali scilicet insurgente in id, quod animalis cum molestia fert. Ergo naturalis facultas cum debilis est, citiùs consentiet animali quàm robusta. Quæ enim citiùs patiuntur, citiùs etiam cōpatiuntur. Nam cōpassio passio quædã est. Constat verò vt passioni sint magis opportuna, debilia quàm fortia. Videtur Gal. hoc loco contraria proferre ijs quæ suprã docuit. Nimirum hic dicit: At verò nec neruorum ab spinali medulla, nec ipsius medullæ passiones, vesicæ tantam imbecillitatem afferre possunt, vt vrinæ suppressio accidat. lib. i. huius operis cap. penultimo, sæpenumero etiam vbiq; ab alto quis cecidit, aut vehementè fortemq; ictum spina subiit, inflammatio ad plures partes extensa non solum musculis, sed vesicæ quoq; noxam intulit, quibus ob vesicæ ipsius passionem vrina suppeditur. Altero horum loco videtur affirmare, posse vrinam supprimi consensu cum spina, & altero negare. Tamè re vera non facit. Nam primo loco affirmat læsionem spinæ posse suppressionem vrinæ facere, intercepta facultate sentiendi: secundo loco negat posse facere suppressionem afferendo vesicæ debilitatem facultatis, facultatis inquam illius, qua vesica comprimitur exprimès vrinam. nam facultatem illam

non accipit vesica per neruos, quare nec priuari ea per neruos possit. Accipit verò per neruos sensum, quo læso neruorum principio, priuatur. Cessat autem ab expulsionem priuata sensu, quia non sentit irritationem. Hanc esse Gale. sententiam intelliges ex ijs, quæ hac ipsa huius capituli parte addit paulò infra dicens, Accidit autem & ob difficilem sensum illius fieri nonnunquam suppressionem vrinarum, quin affecta sit excretrix facultas.

Igitur cuidam, cum cecidisset, spina intro sinuata est, quapropter vrinam reddere non potuit. Nam & id aliquando fieri solet, quemadmodum ab Hippocr. dictum est. Verum non ilico suppressa fuit vrina, sed perendie, ob afflictarum vertebrarum intro luxationem inflammata vesica. Itaq; dolebat in ea parte vel nemine tãgente, sed multo magis, si quis manu eum tangeret. Atq; hunc curauimus inflammationi remedia adhibentes. Rursus alter luxatis vertebris, vrinam inuitus profudit, nullo infestante vesicam dolore. In hoc coniecimus eius mæculi neruum, qui vesicam claudit, fuisse passum, proinde spinalem medullam curare volumus. Atq; in alio similiter laborante, suppressa fuit vrina, repente ob patientes neruos vesicæ sensu Quum itaq; inter dormiendum, non sentiret homo vesicam impleri, ipsa extensa nihil excernere potuit. Etenim accidit interdum, vt hoc modo vrina supprimatur: quemadmodum etiam sanis quibusdam, aut vrgentibus negotijs, vel in concionibus, vel senatu, vel foro, vel conuiuio. Tum enim retenta longo tempore vrina extenditur vesica, atq; vrina supprimatur, obuolente ipsam facultate lesa, propter immoderatam tensionem. Quidam etiam, cum cecidisset, manente spina illaesa, in primis quidè magnam sanguinis copiam cum vrina emisit postea verò omnino suppressa est vrina. Cuius rei causam esse coniecimus, quod concreti sanguinis grumus intus se opposuit. Quocirca demissa per colem fistula paululū vrinæ reddidit, extracta: deinde fistula apparuit in ipsius ore grumi indicium. Præterea cum alios quosdam diuturni dolores vna cum abscessuum notis infestassent, finitis abscessibus tenuè pus cum vrina profluere visum est, deinde subsequens vrinæ retentio, coniectura occasionem dedit, quod à crasso pure meatus obstrueretur. Atq; in pueris etiam, quos lapsu in vesica cruciabat, vidimus sæpenumero vrinam retineri. Eos itaq; resupino figurato corpore, concussimus, vt ita à meatu lapsi dimoueretur.

SCHOLIUM.

Videtur præter eas causas quas Gal. hic refert, conuulsio musculi vesicæ posse esse occasio suppressionis vrinæ. Atq; ego ita sentio. Causa, qua, cum vesica vrina (eadem est ratio vesicæ bilis, & intestini, & ventriculi & vteri, & aliorum omnium instrumentorum naturæ) plus distenditur, quam pro sua capacitate, non potest sese contrahere,

T

est, quod fibrae illius veluti euulsae sunt, atque earum motus non potest esse satis firmus, quali ad expressionem opus est. Quod dicitur atque in pueris etiam quos lapis in vesica cruciabat, vidimus saepe urinam retineri, non eo dicitur, quod in adultis non faciat vesicae lapidis suppressionem urinæ, sed quod in pueris crebrius accidat.

Qum verò id quod iam dicam, saepe videritis, oro vt ipsum tenaci semper memoria seruetis. Quod ad grumos vocatos, non solum eos, qui in vesica, sed multo magis illos quoque, qui in intestinis, ventriculo atque thorace nonnunquam continentur, animi defectio, & color pallidus sequi solet, pulsus verò paruus, obscurus, frequens apparet, & laborans ipse cum anxietate resoluitur: quemadmodum in magnis musculorum vulneribus saepenumero accidit, vt mirari aliquis possit, quoniam sit huius euentus causa. An sanguis, cum omnium quæ in corpore sunt, maxime nobis sit familiaris, ex vasis suis effusus, tanti mali auctor est. Nam & putredo partium, & mortificatio ipsum sequi solet. Etenim vidimus, vbi vesica meatum grumus obstruxerat, eadem sequi accidentia. grumum verò adesse coniecimus hoc argumento, quod plurimum antea cruorem laborantes cum vrina reddidissent. Itaque medicamentum, quod lapidem terere possit, ex aceto mulso atque ipsum quoque acetum mulsum per se in potu dedimus. At nihilominus alij quidem perierunt vno quodam seruato, solutus grumis, quos paulo post cum vrina excreuit.

SCHOLIVM.

Videri posset hoc loco Gale. causam reddens, qua grumi sanguinis afferunt tam graua symptomata, fauere quorundam neotericorum sententiæ, quam in controuersijs refutauimus, putantium maligniores febres fieri putredine sanguinis, quam aliorum succorum. Videtur enim innuere, quod illi affirmant, sanguinem, eo quod nostræ naturæ maxime familiaris sit, cum degenerat, maligniorem fieri. Tamen Gal. non hoc affirmat, cum alijs locis docuerit, bilem & flauam & atram, quæ sanguinis vitione fit, mitiorem esse alijs generibus, quanto sanguis alijs succis benignior est. Quid ergo est, quod hic dicitur? An sanguis, cum omnium quæ in corpore sunt, maxime nobis sit familiaris, ex vasis suis effusus tanti mali causa est? Certè sanguis facit cum extra vasa funditur, maiora mala quam alij succi, quia familiaris est nostrorum membrorum naturæ, non quidem quia familiaris est magis putrescit, sed quia familiaris est, cum putrescit facit partes compactas, & omnia membra magis compacti: familiaritas enim patientium maioris compactionis causa est, Hinc fit, vt grumi sanguinis, membris gangrenam siue mortificationem afferant.

Quod verò non satis est ad laborantis sedis inuentionem, ea duntaxat accidentia, quæ in presentia infestant, intueri sed & ex his quæ præcesserunt, subinde desinimus, facile intelligetis si eorum, quæ antea vidistis, memineritis. Igitur cum multi creberrimè pus cum vrina emitterent præteritorum accidentium memoria & sedem patientem nobis ostendit, & passionem in ipsa consistentem declarauit. Quidam enim cum prius in regione renum saepenumero doleret, accedente inordinato horrore, et exiguo rigore febre correptus est. Alius circa vesicam positum simul cum horrore, ac febre, dolores præsentit. Nonnulli circa septum transversum, & thoracem, atque alij in dextra præcordiorum parte. Cõiecturam itaque fecimus in his omnibus, quod pus per renes expurgaretur, vomica scilicet in loco dolente erupta. Cum in di. 95. autem supra propositum, non nihil confert purus quantitas, & quomodo totum cum vrinis misceatur, vtrum confusum, an contra, considerare. Veluti iam antea in intestinis dictum est. Nam vt in his si a superioribus intestinis quippiam defertur, id ciborum excrementis perinde admistum videtur, ac si cum ipsis subactum fuisset si verò ab humilioribus, cum vna ipsorum parte excernitur. Simili modo vrina, aut tota à pure cum ipsa emisso conturbatur, aut per partes quasdam dispersum pus inæqualiter defertur. Plerumque etiam solum pus sine vrina excernitur. idque hæud obscure in vesica suppurationem consistere indicat. Quod verò exacte commixtum est à supernis aliunde partibus venit. Sed quod mediam inter hæc conditionem seruauerit, à renibus descendisse certum est. Similiter si erupta vomica, cum patientis loci indicijs, vlceris quoque, signum aliquod appareat. Nam & hoc aliquando quidem exacte conistum videtur, aliquando verò mediocriter: interdum vel nullam habet mixtionem, vel quodammodo superfertur, vel solum excernitur. Atque vocata quide crustula, vlceris: essentia verò proprietas, patientis partis proprium indicium est. Quippe partes à vesica auulsæ, lamis: renibus verò, carunculis sunt similes. Ita etiam vbi ex sublimioribus partibus aliqua laborat, excrementa cum vrinis reiecta intueri, & ea suspensarum partium essentia comparare oportet.

SCHOLIVM.

Quod hoc loco dicit Gal. pus purum sine vrina ex vesica solere excerni, videtur pugnare cum sententia quam. 6. cap. quod libri huius est vltimè scripsit his verbis. Quod verò à vesica egreditur urinæ admistum videtur. Tamen intelligi debet, quod modo affirmat, de suppuratione recēs rupta. Nam tunc prodit pus multum & purum, & quod sine vrina emitti potest, tamen cum multo ante rupta est, minus est, iam puris, quam vt solum ac sine vrina excerni possit. Cole ipso laborante, etiam ex vlcere prodit pus ante urinam, quia musculus qui est in collo vesicæ, extentus per totum colem est, exprimitque

que illum antequam ex vesica vrina affatim A
prodeat.

Igitur per vrinā expurgantur gibba hepatis par-
tes, atq; omnes quotquot sunt hū superiores: per
alium vero pars iecoris resima, intestino ventricu-
li, lien. Præter has aliæ quadam sunt purgationes,
sed raro, vt cum thorax, & pulmo per alium pur-
gatur: quæ sub septo transuerso posita sunt partes,
per vrinas. Quorum causam cum nonnulli igno-
rent, neq; id vnquam accidisse viderint, quod à
multis visum est negant fieri posse vt, abscessu in
pulmone orto pus per renes excernatur. Nos verò
pulmonis vomitam per vrinam, thoracis autem per
intestina, et alium expurgari vidimus. Quamquam
re verà de latione ex pulmone in renes nulla omni-
no sit dubitatio. Etenim vt à concava vena, ita ex
magna quoq; arteria, rami descendūt ad renes. Hac
questio tamen Erasistrati sectatores non parum vr-
get, quippe qui putauit solum spiritum in arterijs
contineri. Nobis verò nihil difficultatis adfert, vt po-
te intelligentib; quod leuis arteria pulmonis, quan-
tum puris ex erupta vomica suscipit id in sinistram
cordis sinum deferre potest, quod inde in magnam
ipsius arteriam incidens per renes transit in vesicā.
Hoc tamen non ita crebro euenire videtur, vt pote
pure prius in asperas arterias magna ex parte trans-
sumpto. Itaq; quam ob causam pus in pulmone ge-
nitum cum vrinis (licet raro) excernatur, iam dictū
est. Id verò, quod per ventrem purgatur, aliam &
quidem rarā (quæ in corporū dissectione apparet)
habet causam. Quippe concava vena, mediante va-
se quodam stelechie vocata videtur interdum ad-
aptari. Proinde nihil mirum, nec impossibile est, &
ex partibus septo transuerso superioribus, pus in vē-
trem defluere, & ex his, quæ eidem supponuntur, i-
psū per renes in vesicam peruenire. Nam corpo-
rum raros habitus par est, vt rara etiam accidentia
sequantur.

SCHOLIUM.

Qua via quæuis particula expurgari so-
leat scripsi lib. 10. Controuersiarum, ca-
pit. 10. Rarum est pulmonem, & thoracem
expurgari per ventrem, per vrinas non ita li-
mo verò partium omnium quæ ad thoracē
spectant expurgatio per vesicam magis quā
per ventrem fit. Tamen cum dicit rarum e-
tiam esse partes, sub septo transuerso posita
expurgari per vrinam, ne intellige de omni-
bus quæ sub septo sunt, nam gibba hepatis
& renes non aliter expurgantur, sed intelli-
ge his exceptis. Nam hæc veluti in ipsa via
vrinæ sunt, ad quam è ventriculi fundo aut
ventre inferno, aut liene nullius venit furcu-
lus venæ, aut arteriæ. Nisi per paucis quibus-
dam hominib; quibus venæ cauæ cū aliquo
vase stelechiæ: (est verò id mesenterij) coit.
Qui coitus aditum præstat, & ijs quæ sunt in
thorace ad ventrē infernū, & ijs quæ sunt in
ventre, aut liene, aut cauo hepatis, in renes.

CAP. V.

Relectiuncula.

De vteri affectionibus hic disputat, in primis de
præfocatione vteri quæ frigida passio est, & suppres-
sione menstruorum, aut seminis fit, assertque multo
grauiora symptomata, cum sit ex semine, vique adeo
vt non possit sæpe distingui ab epto veneno. Deinde
causam reddit retractionis, aut peruersionis vteri,
quæ per hunc morbum fit, refutans de hac re aliorum
sententias. Reddit etiam causas, & refert signa suppres-
sionis menstruorum, & nimij fluxus, & abortus.

Atque ne hoc quidem loco sollicitos esse oportet,
vtrum vuluam, an vterum appellemus, eam
partem, quæ mulieribus à natura data est. Nec rur-
sus vtrum numero plurali vuluas, aut vteros, an sin-
gulari vuluam, aut vterum quis nominauerit. Ete-
nim satius fuerit in rebus vtilibus tempus colloca-
re, ex quibus vel ad notitiam, vel præfagia, vel cu-
rationem fructum aliquem decerpere possumus. Ve-
luti in ea passione, quam nonnulli vteri suffocatio-
nem, alij spirationis ob vterum ablationem vocant,
volentibus medicis vtraque appellatione vnā
quandam passionem explicare. Ego verò cum vi-
derim multas mulieres hystericas (vt ipse seipsas
nominant, medica quidem primum a quibus æ-
quum est illas nomen habuisse) alias sine sensu
simul, & motu iacentes, debilissimum simul &
minimum habentes pulsū, aut omnino appa-
rentes sine pulsū, alias sentientes, & cum motu,
& ratione nihil læsa, tamen deficientes animo, &
difficili respiratione alias autem contrahentes ar-
tus differentias inuenio hystericarum passionum
esse plures, vel magnitudinis efficientis cause, vel
secundum speciem aliquam diuersas mutuo. Igitur
prima species, cuius Heraclides Ponticus in suo com-
mentario mentionem fecit, multam exhibet de
ortu suo ambiguitatem. Ait enim, sub hac specie,
nec pulsū, nec spirationem mulieris deprehendi
potuisse. Atq; ob id duntaxat, non visam esse mor-
tuam, quod exiguum in medijs corporis partibus
calorem haberet. Est autem libri titulus, Apud
Heraclidæ. Ac astantes quoque medicos quæsiuisse
ait, an nondum esset mortua. Rursus nonnulli He-
raclidæ posteriores credentes seruari aliquid spir-
ationis, quamuis ipsa non appareat, carpta lanæ flo-
culos coram naribus suspendi iubent, vt exactè de-
prehendantur, num spiritus aliquis inter spiran-
dum, cum intro, tum foras, rursus deferatur.
Sunt qui poculum aquæ plenum ori ventriculi im-
ponere precipiunt, quippe immotum omnino ser-
uari humorem aiunt, si tota perierit spiratio.
F Itaque si omnes ita laborantes mulieres interij-
sent, simplex esset questio: cum verò nonnulla ser-
uata videantur geminam oriri questionem neces-
se est, inuestigantibus nobis tum passionem, ob quā
spirationis munus deperditur, tum vel magis, quo-
modo viuere possint, quæ nihil omnino spirant,
Quippe in confesso est, & spirationem à vita, & vi-
tam à spiratione separari non posse adeo vt viuē-
tibus non spirare & spirantem non viuere, sit im-

possibile. Atque hæc quæstio, quanquam superio-
re difficilior videtur, non est tamen perinde dif-
ficilis. Quippe facile suscipitur, si latebris in-
elusa animalia consideres, nulla apparente in ip-
sis spirationis nota. Hoc enim cognito perspectis-
que animalibus, ut potè frigidis atque eo demon-
strat: quod maximus respirationis usus est ut in-
timus calor, & refrigeratione, & ventilatione
seruetur, haud ita difficile fuerit perpendere,
exiguam illum calorem in ipsis derelictum, arte-
riarum cordisque officio conservari. Quæ actio
à quibusdam medicis perspiratio veluti ea, quæ
thoracis pulmonisque officio prodirit respiratio voca-
tur. Itaque, in vteri suffocatione quoniam uniuersum
corpus refrigeratur (id enim manifestè videtur)
fieri potest, ut nulla prodeat ab ore spiratio, quan-
uis ea quæ in arteriis sit, nequaquam intercipia-
tur. Quin & ad id potest esse exigua, ut sensum om-
nino effugiat.

SCHOLIUM.

Medicas mulieres vocat obstetrices. Ex
ea historia quam refert ex Heraclide
possis apertè colligere, non statim ac pul-
sus & respiratio sensum omnino effugiunt,
putandum esse mortuum esse hominem, si
modo calor quilibet per totum corpus su-
perest. Imò verò centies non prius affirman-
dum esse animi euolasse, in ijs præcipuè qui
repentino casu intercipiuntur, quam totum
corpus æqualiter frigidum, liuensque sit.
Quanquam cum semel respiratione, & pul-
su videntur carere, nulla spes est fore ut re-
uiuiscant, retinendi tamen homines sunt
ne humo condantur viuentes adhuc. Quod
ad primam quæstiunculam, quam Gal. mo-
uet, attinet, ita sentiendum est, si nomine
spirationis intelligatur omnis ventilatio, ve-
rum est non posse hominem non spirantem
vivere. Tamen si intelligatur sola respiratio,
non est omnino verum, sed quadam expo-
sitione indiget. Nam animal quod vivit,
non potest non habere pulsum, etsi possit,
tam exiguum habere, ut omnino sentiri
non possit. Nam cum ad eam intemper-
iem cor venerit ut ne tantulum moueatur,
proculdubio homo perierit, tamen respira-
tione potest omnino carere aliquantulo tẽ-
pore, præcipuè cum præ frigido affectu ces-
sat à respiratione, quod in hysteriis acci-
dit, & in apoplexia fieri posse, supra mo-
nuimus.

Ergo ut nihil ad hanc passionem maneat indis-
cussum, succedit iterum alia quæstio, quam ob
causam corpus refrigeretur. Ea verò haud diffi-
culter dissolui poterit si causas, quæ præcesserunt,
diligenter intueamur. Sunt autem huiusmodi:
conuenit inter omnes medicos, hanc passionem
magna ex parte viduæ euenire, ijsque maximè,
quæ cum antea probè purgarentur, ac parerent,

A atque virorum concubitu gauderent, ijs omni-
bus priuantur. Quid igitur ex ijs quis probabili-
us conicere possit, quam quod ob retenta men-
strua, vel semen cohibitum, huiusmodi mulie-
ris vteri passionibus crucientur: siue intercepta
spirationis, siue suffocationes, siue etiam contra-
ctiones sint. Idque fortasse magis à semine re-
tento contingere potest, ut potè magnam vim obtinet.
Ut est enim in mulieribus humidius, ita etiam fri-
gidius, proinde ipsum excerni oportet, præsertim si
naturaliter multo semine exuberat mulier. Proin-
de in mulieribus, quæ multo semine abundant, id ex-
cerni postulat, haud secus atque in viris, quippe
non parua est etiam horum differentia. Sunt enim
nonnulli quos proinus à iuuentute concubitus im-
becilliores efficit. Alij, nisi assidue coeant, capitis
grauitate molestantur, cibos fastidiunt, ac febribus ob-
noxii fiunt atque, ut dicitur, si ijs appetentia ita
concoctio minor. Hos Plato arboribus immodice fru-
ctiferis comparat. Equidem noui quosdam, quibus
huiusmodi erat natura, qui præexercitij instituto
à libidine vsu abstinentes torpenti, pigrique ad ma-
tum facti sunt, nonnulli etiam melancholicorum
exemplo, præter modum maesti, ac timidi, cibi
etiam cum cupiditate, tum concoctione vitata. Qui-
dam uxoris mortem lugens, & à concubitu quo an-
tea creberrimè fuerat vsus, abstinens, cibi cupidita-
tem amisit, atque ne exiguum quidem cibum con-
coquere potuit. Vbi verò plus cibi ingerebat, protin-
us ad vomitum excitabatur: maestus etiam appa-
rebat, non solum has ob causas, sed etiam (ut melan-
cholici solent) citra manifestam occasionem. Ve-
rùm hic ad pristinam consuetudinem rediens, quam
celerrimè liberatus est. Hæc ergo cõsideranti mihi
apud me ipsum, visum est longè maiorem ex retento
semine, quam menstruis, corporis noxam euenire
posse: præsertim in his, quibus suapte natura magis
vitiatum id ipsum est, ac redundans, atque in his
qui in atio degunt, quique cum antea nihil ad libidi-
ne reliqui fecissent, assacim continere ceperunt. E-
quidè perpendi in ijs naturalem excernendi ipsum
cupiditatem huius rei causam esse. Quam enim &
rãle, & tantum fuerit, neminem non ad sui excre-
tionem ut quadam stimulat. Itaque, Diogenem cyni-
cũ narrat, virum alioqui omnium mortalium, quod
ad continentiam pertinet constantissimum libidi-
ni tamen indulgisse, non à copulata illi euacuatio-
nis voluptate veluti bono aliquo illectũ, sed ut noxã
quæ a retento semine provenire solet, euitaret. Eũ
meretrix adire pollicita, cum diutius cessaret, ipse
manu pudendus admotã, semen proiecit, ac venien-
tem deinde mulierculam remisit, inquit, manu
hymenæum celebrando te præuenit. At planè con-
stat modestos viros non ob voluptatem, sed ut à ve-
xatione liberentur, libidini indulgere, perinde ac
si nulla esset ei voluptas coniugata. Sic etiã reliqua
animalia ad coitum excitari arbitror, non quod ex-
istiment voluptatem boni cuiuspiam speciem pro-
se ferre, sed ut semen, quod ob retentionem ipsa mo-
lestat, excernant, haud secus, quam deiciens ster-
coris

coris, excernendaq; vrina desiderio suapte natura moueri consueuerunt.

SCHOLIVM.

Galob retentum sanguinem, aut semen acri vteri p̄focacionem rectè docet, ta men qua causa ea retetio frigus faciat, oportet dicere clarius. Retentus sanguis affatim occludens venas & arterias vteri obstruit sibi ipsi viam spirituum, facta ergo spirituum interceptione statim refrigeratur, densaturque sanguis, semen quoq; frigidum est subiecto, & substantia sua. Calorem enim & generandi vim habet per spiritus, ergo exhalante ab eo spiritu frigidum manet, quare continui alteratione frigefacit. Accedit quod & sanguis & semen cum detinentur, putrescunt, atque adeo malignè, semen præcipuè, ex eo ergo ascendunt in cor maligni vapores, qui spirituum vitalium temperiè exoluunt, dissipantq; ita innatum calidum, fitque ita frigus. Hi pravi vapores afferre possunt tentantes caput melancholiæ accidentia, non in mulieribus solum, sed in viris, in illis per cōsensum cum vtero, in his cum vasis seminarijs, & tentantes os ventriculi, fastidium. Quod de Diogene refert Gal. à vera Christianorum religione est alienissimum. vocat enim hominem quod ad continentiam pertinet constantissimum, eum qui semè in terram fundendo, vel in ipsam naturam incontinenter peccauit. Nec verò licet quancunque molestiam vtcunq; deuitare, sed vt recta ratio dicat. Verum hoc Theologi possunt demonstrare nobis, vel ipsa rei turpitudine hoc ita habere indicat. Iam verò non intelligo vnde coniectet Gal. bruta non allici voluptatis desiderio ad libidinem, sed vgeritantum irritatione. Quod quidem equus nondum venerem expertus, irriteretur multitudine, aut acrimonia, verisimile est, voluptate enim nondum est potitus, sed postmodum quis prohibet illum voluptatis recordatione permoueri? an non equus, qui quietus ac non lasciuiens vagabatur solus equam intuens hinnit statim, lasciuit, irruitq; in illam? Quid ergo auxit equali illi semen aut semini acrimoniam? non arbitror, sed voluptatis recordationem effecit. Certè nisi voluptas bruta ad coitum prouocat, frustra est eis voluptatis illius maximæ & insignis occasio à natura tributa. Fallitur ergo hoc loco Gale. multis modis. Sed quoniam tota hæc disputio fordida est, de his hæcenus.

Cogitanti itaq; mihi super hac re, tale quoddam accidens apparuit in muliere ex longo iam tempore vidua qua præter cætera mala, neruorum quoq; distentione vexabatur. Ac dicente obstetrice, vterum esse retractum, remedijs ad huiusmodi passionem consuetis vti decreuit. Quibus adhibitis, partum ob ipsorum calorem, partim etiam quod inter

A curandum manibus tractarentur partes muliebres, oborta titillatione, cum labore & voluptate, veluti per coitum vsu venire solet. excruuit crassum, plurimumq; semen, atq; ita à molestia sua liberata est mulier. Proinde manifesta coniectura assequitur sum, vitiatum semini, maiorem quam mensuris esse vim ad noxam vniuerso corpori inferendam. Itaq; licet hæc quidem aliquando profluant è vidua suppressum nihilominus semen molestiâ, noxamq; ipsis inferre potest. Quibus verò nequaquam per suaderi potest, exiguum succum in vna parte contentum, tantorum accidentium, qua vniuerso corpori eueniunt, esse causam, si omnino immemores esse videtur eorum, qua quotidie contingunt. Etenim à phalangij ictu totum corpus pati videtur, exiguo veneno per minimum foramen iniecto. Sed longe maiori admiratione dignus est scorpionis ictus, quod breui admodum tempore grauissima infert accidentia: quippe cum sese applicat, aut perquam exiguum est id, quod iniicitur, aut nihil omnino, nullo apparete foramine in ipsius aculeo. At qui fieri non potest, cum primùm quis perinde quasi ab acu, punctus est, vt vniuersum corpus veluti grandine percussus videatur, animi simul defectione accedente. Nam rationi magis consentaneum est, vt vel à spiritu quodam, vel tenui humiditate iniecta hæc eueniant accidentia. Sunt qui putant, res quasdam solo tactu per qualitatis vim, ea qua eis vicina sunt, alterare posse: idq; plane videri in marina torpedine, vt pote cui tam vehemens sit potentia, vt per piscatoris tridentem transmissa ad manum alteratione, derepente totam reddat torpidam. His coniecturis facile deprehenditur parua molis res quasdam, solo tactu, maximas inducere alterationes. Id quod in Heraclio quoq; lapide, quem magnetem nominant, videre est. Ferrum enim quæ tetigerit, ei adhaeret, vel nullo adhibito vinculo. Deinde si aliud, id, quod primo tactum fuerit, tetigerit, similiter vt primum illi inhaerebit. Postea tertium secundo: ita vt planè constet, rebus quibusdam vehementissimas esse vires. Reliquum est vt inuestigemus, an in animantibus corruptio aliqua nasci possit tanta, vt venenitum qualitatem, tum vires æquet: an id iam à medicis enodatum, discussumq; esse videtur, qui hanc solent proponere questionem, vtrum propria sint nota veneni, necne. Nam, qui de hac questione melius disputasse videntur, si easdem fieri passiones concedunt, & à lethali veneni passione, & corruptione, qua è corpore ortum habet: non tamen eas discerni non posse, qui venenum sumpserint, ab ijs, qui aliunde passi sint. Quum enim homo suapte natura probis humoribus abundans, ac sanorum more educatus, derepente moritur (vt lethali assumpto veneno fieri solet) deinde corpus aut liuens, aut nigricans, aut varium est, aut diffusum, aut præ putredine sædum, molestumq; reddit odorem, hunc venenum sumpsisse aiunt. Igitur si eiusmodi passionibus nos infestari fateamur: qua ex nobismetipsis accepto sua originu impetu, similes sint, his, qua pernicioso epoto veneno eueniunt: nihil mirum, si vitiatum semen, aut men-

fructum huius di. cum retinetur, & pure sit cor
poribus ut afficiantur idoneis, graui inferat accidē-
tia. Quippe facile intelligitur in canibus, quantam
habeat vim efficienda rei aptitudo. Quum enim
reliq̄orum animalium nullum rabie capiatur,
solum canis ea passione corripitur. atque tanta
fit in ipso humorum corruptio, ut sola eius sali-
ua, si humanum corpus contigerit, rabiem exci-
tare possit. Ut igitur ab exiguo initio, salua videli-
cet qualitate, aucta quaedam in corpore passio, quā
do ad magnitudinem votam dignam peruenit,
discerni potest, idq̄, post sex menses, cum nonnun-
quā ante id tempus nulla nota deprehendatur: sic
eod. modo vitioso humore in animalis corpore ge-
nito paulatim tractu temporis principalium parti-
um aliqua conseruit, à qua deinde vniuersum cor-
pus celeriter alteratur. Quod aut à priscu iam secu-
lis optimo iure creditū fuerit, hysterica dicta acci-
dentia, ad vterū tamquam ad radicem pertinere, vel
maximo argumento esse potest, quod & solus viduus
& is, quibus menstrua supprimuntur, huiusmodi
passiones euincere cōsueverunt. Quod verò ad eas ex-
citandos retentū sem. maiorem, menstruum verò
minorē vim obtineat, facile intelligitur ab his mu-
lieribus, quibus, cum non sint viduae, purgationes
supprimuntur. Quāuis enim plaribus infestetur ac-
cidētibus quae post hac dicuntur spiratione tamē nō
priuātur, nec animi defectione, neq̄, alijs quoq̄, ac-
cidētibus, quae paulo antea dicta sunt, laborare vidē-
tur. Praeterea ex eo q̄ sunt viduae quaedā, quae licet a
que ut antea, aut paulo min⁹ purg. tur, nihilominus
si milibus corripitur accidentibus. Quippe medica
quae eas exquisitē tetigerunt, fatētur circa vterum
notas quasdam apparere. Nā ceruix eius inclinata vi-
detur, interdū quidā veluti sursum retractus sit ro-
tus vterus, interdum verò veluti ad latas trahatur.

SCHOLIUM.

Q Vando quidem feminis effusionem
grauissima vteri mala solere soluere
experimēto scim⁹, cōstat in ijs, quas
probabile est retentione feminis laborare. E
ut virginibus & viduis, optimam curandi
rationem esse aut contretatione, aut pes-
sis succis idoneis intinctis, aut afflictu mo-
lini voluptatē, & semini effusionē. Tamē non
licet nobis, quos in sancta religione Christi
gratia retinet, id aliqua ratione moliri. Non
n. licet illas vel p̄ vita ipsa (quātū intelligo)
ad libidinē & turpē voluptatem prouocare
Certē licet alia ratione feminis cōsumtionē
procurare, sunt n. res quaedā quae illud opti-
mē assumūt, in quibus est imprimis ruta, ut
cunq̄; ea vtaris. Sententia, quā modo refert,
dicēs, sunt qui putant solo tactu res quasdam
per qualitatis vim, ea quae eis vicina sūt alte-
rare posse: est sententia Pelopis, quā 3 lib. re-
tulit, dixim⁹q̄; eo loco nō parū esse p̄balilē.
Certe posse in nobis succos ad eā corruptio-
ne venire, ut venenis euadant similes, infe-
rāntq̄; omnino eadē symptomata, quae epo-

A tē venenū, idq̄; cū alijs succis accidere possit,
maximē accidere retēto semini verissimum
est, idq̄; adeo ut nisi antecedentiū & externa-
rū quarundā rerum ratio habeatur, nullatenē
nō diiudicari possit, an venenū quis hiberit,
eorū qui cū grauissimis symptomatis repētē
moriuntur. Nā q̄, ad internā causam attinet,
nihil malitiē nō potest interius comparare, si
modo corpus paratum est. Sed est vnica ra-
tio medica cōiectādi, an homo venenū acce-
perit ex hominis repētie, & ex victu, quo hu-
culque vtēbatur. Nā si homo bona cōperit &
bona valetu linde fruens repētē moriatur,
cū grauissimis symptomatis, ac emortui cor-
pus liuidum aut nigrū totum, aut cū vibici-
bus siue alijs partibus liuidū alijs nigrū (nā
hoc est quod dicitur rarū) siue diffusū id est,
versus quaq̄; fluxionē paties, ut si fluat simul
multus sudor & sanguis ē naribus, & succi
multi de ventre (haec omnia facit debilitas
facultatis naturalis) & grauiiter olens & fa-
dū, certē venenū accepisse magna cōiectura
est: sed si mulier aliqua eorū quae venere pri-
uantur, & cui menstrua male fluebant, &
prauis erat succis & praē appetitus corrup-
tione, & praē imprudentia cibis mali succi
semper vtēbatur, & vteri affectibus ac ven-
triculi saepe laborauerat, ita intereat, ego
quidem hanc venenū accepisse nunquam
suspiciabor. Est alia ratio cōiectandi civilis
magis quam medica, spectat. n. ad iudicem
magis quam ad medicū, ex conditione qua-
rundam rerum externarum, quae pendet ex
locis, & personis, & factis, & verbis. Sed
hunc locum hi tractent ad quos spectat. Ra-
bies species quaedam est maniae aut furoris,
qua laborantes aquā reformidant. Hanc ca-
nes solum corripere, verū non est, nisi intel-
ligas primum ac sine alterius compassione.
Nam homines à canibus demorfos in hunc
affectum trahi ipsēmet affirmat. Sed et si in-
telligas pri maris, videtur omnia sine excep-
tionē transgino posse. Nā Arist. 8 de part.
ani. ca. 22. camelum rabie laborare dicit. Ita-
q̄; intelligendum arbitror, solos fere canes
atque eos maximē rabie corripit.

P Rinde quidem vterum veluti animal esse sta-
ruentes, quid creanda proli gratia mouetur,
si priuatur his, quae concupiscit, vniuerso corpi
ri nocere dicunt. Quae de re Platonem ita scrip-
sisse comperimus: Ea pars, quae in mulieribus, &
vterus, & vulua nominatur, cum sit animal prole
generare cupiens, si intempēstiae, diūque infu-
ctuosum fuerit, succensens agre fert, erransq̄; per
totum corpus & spiritus meatum obstruens, respira-
reque non sinens, in extremam anxietatem deigit,
atque multos alios morbos excitat. Haec dicente Pla-
tone, quidam addiderunt, quid postea quam ita
per corpus vterus errauerit, ad septum transversum
perueniens, respirationem imp. dire solet. Alij
errare ipsum veluti animal negantes, vbi suppres-
sa sunt

si sunt menstrua, & exiccari aiunt, deinde humerari cupientem, ad viscera vsque ascendere: cum vero ascendendo nonnunquam septum transversum contingat, idcirco animal spiratione priuari Etenim qui ignorant ea, quae in dissectionibus apparent, quique nec naturales, nec à voluntate pendentes actiones vnuquam considerauerunt, quauis ea, quae iam diximus, nulla audiant demonstratione roborari, fieri tamen posse arbitrantur vt aliquid ex ipsis à veritate nequaquam abhorreat. At vero qui in vtrisque fuerint exercitati, hanc rationem vtpote infirmam, vel me tacente, despiciunt. Nam si aliquid vteri ascendere videatur, id perexiguum est, nec sufficit ad hoc, vt totum ipsius fundum, ne ad ventriculum quidem ascendisse ostendat, tantum abest, vt hunc praetercundo, ad septum transversum pertingere possit. Quòd si detur etiam vt attingat, quid momenti habeat, vt spirationem tollere, aut adimi defectionem, aut membrorum contractionem, aut integrum soporem, inducere possit? Etenim cum aliquis se impleuerit, ventriculus intumescit, plamè videtur septum tranuersum comprimere, atque hanc ob rem spiratio redditur crebrior, sed nullo insuper alio accidente animal infestatur. Atque praegnantibus quoque vterus adeo intenditur, vt crebrior fiat spiratio, sed neque hic aliam lesionem inducat. Id autem, quòd dicunt, exiccatos vteros humoris desiderio ad viscera ascendere, nemini non absurdum videri potest. Si n. absolute humorem vterus requirit, vesicam, atq; crassi intestini partem inferiorem, totam sibi proximam habet. Si vero non simpliciter humorem desiderat, ad hepat potius, quam ad septum transversum ipsum moueri oportebat. At vero quid opus est vt alijs extrinsecus irruat partibus, cum densum tegmen, membranosum indumentum sibi ipsi circumdatum habeat? Omnia n. quae ad sese humorem ex intestinis attrahunt, per ora quae plurima id efficere solent. Atqui ad vterum multa admodum venarum ora perueniunt, per quas ex concava vena, vtpote cui ex hepate sanguis insluit, sanguinem attrahere potest. Etenim quae aliam fistulam hac in regione quis inuenerit, qua ex hepate in vterum sanguis deferatur, aut per quam aliam omnino vterus ex iecore quippiam attrahere possit? quòd si hunc concava vena riuum non maximè, saltem non aliam esse fateamur oportet: quippe sola hac vna partibus sub transuerso septo constituta ex hepate defert sanguinem. Absurda igitur omnino est illorum ratio, cum hoc, quòd vterum esse animal, hac ratione astruere videntur sed si hoc ipsis concedatur, ergo agere feret vterus priuari se eo, quòd concupiscit fortasse autè & sine nutritione tabescet. vt quidam dicunt amantes phœnices pati. Verum ob hoc nec ad septum transversum, nec ad alium quemuis locum perueniet. Nam vt caetera omittamus, perquam arida est septi transversi temperies, atque vterus iuxta illorum placita, qui ipsum exiccari dicunt, humidam partium communicatione indiget. Sed interrogaueris fortasse, quae ob causam modo sursum, modo in latum retrahi vterus videatur, id n. obstetricis

Aiunt. Aut cur ipso in sua sede saepenumero manente, nihilominus mulieres quaedam ab hysteriis accidentibus corripiantur. Equidem huius rei causam explicare tentabo, ea quae ab Hippo dicta sunt, intueudo. Nam simul ac vterus, ceruicem quoque ipsius retrahi necesse est.

SCHOLIUM.

Satis multis argumentis & satis dilucide refutat Gal. sententiam Platonis de vteri natura, putantis illum vt animal quoddam per corpus vagari, & sententias aliorum qui affirmant eum humoris gratia septum transversum petere. Quare haec argumenta non videntur mihi indigere illustratione, sed attentione & iudicio lectoris. Phœnices tam incontinentem amabant, vt, cum potiri votis non possent, praetedio arescerent sine cibo. Huc respiciens dicit Gal. Atque fortasse non nutrietur, vt quidam dicunt amantes phœnices pati.

Superest ergo vt declaremus, quam ob causam vterus vel sursum, vel ad latum retrahatur. Hoc enim huic sermone debeat. Et esse constat vasorum ad ipsum peruenientium plenitudo, vna cum appendicibus ipsorum. Etenim ostendimus in enarratione eius aphorismi, quòd inquit, conuulsionem & à plenitudine fieri, & euacuatione quòd plenitudo repletorum corpora & in latum, & profundum extendit sed longitudinem abbreviat. Ergo quò efficiuntur breuiora eo magis ad originem retrahuntur. Nam Erasistrasi musculos quoque si spiritu impleantur, in latitudine augeri, in longitudine vero minui, atque ob id retrahi dicit. Vnde ergo oritur plenitudo tum venarum tum appendicum? Nempe ex retentione mensurorum. Nam peruenit quidam ad vterum sanguis, sed ad interna ipsius ingredi non potest, aut quia est crassior, quam vt per ora vterus possit penetrare, aut quia clausa sunt ora. Itaque multiplicatus in venis, eas extendit, atque vicinis ipsis appendices madefacit: ad horum autem extensionem, continuo vterum retrahi necesse est. Igitur si aequaliter vndique trahatur, recta erit sine inclinatione, ipsius transmutatio: si vero inaequaliter, ad partem vehementius trahentem extenditur. Non ergo veluti animal errabuudum, alio ad alium locum, discurret in mulieribus vterus, sed ab extensione retrahitur. Quòd si dixerit quisquam, vteri corpus tum non pati sed peruersione laborare, cum alias aliorum trahitur, hic haud absurda dicere videbitur. Nam circa reliquas quoque corporis partes accidit, vt huiusmodi appareat passiones, & vt saepenumere decipiuntur medici, qui peruersam partem, quae vel incuruari, vel extendi non possit, arbitrantur laborare. Atque hoc docuit Hippo. in eo libro, quem de articulis scripsit, vbi etiam de vteri vocato errore mentionem fecit, ita scribens: Si in posteriorem partem caput femoris exciderit, quanquam hoc raro fit, extendi non potest, cruris, neque adeo secundum luxatum articulum, neque adeo secundum

maleolum quoque, & quod minimè ubi longo spacio dura uerit malum, vel inguinis, vel maleoli articulum extendere possunt. Hoc sermone quamuis maleoli articulus haudquaquam laboret, quia tamen cum inguine communicat, ipsum extendi non posse ait. Atque deinceps subiungens inquit, sanè animaduertere hoc oportet. Vt enim utile est, ita magna est ipsius habenda ratio. Quamuis non paucos lateat, quod ne sani quidem extendere possunt maleoli articulum, non extenso inguinis articulo, nisi sursum leuato pede. Ita enim possunt Neque etiam similiter, sed longe maiori cum difficultate flectere possunt maleoli articulum, nisi simul flectant articulum inguinis. Haec dictis deinceps ait, multa alia quoque, quae haud dissimilia in corpore inueniuntur & secundum neruorum distentionem, & musculorum figuram. Quinetiam plurima notatu fortasse digniora, quam quis putauerit, contingere solent, & secundum intestinorum naturam, & uniuersum uentriculum, atque utriusque tum errores, tum extensiones. Haec uerbis Hippocrates de maleoli articulo dicere proposuerat, non potente secundum naturam moueri, idque non ob propriam ipsius passionem, sed quia coxa confertur. Quinetiam extensionum, quae utero accidunt, mentionem fecit: cum uidelicet ipse non per se transmutatur, sed à quibusdam alijs trahitur. Igitur utriusque peruersiones, eo quem diximus modo, ad suppressa sequuntur menstrua: eas tamen ob hoc, accidentium, quae in animalis corpore apparent, causas esse nequaquam putandum est. Quippe quae communem habent causam, plenitudinem suppressa menstruorum purgatione euenientem. Quae uero citra peruersionem, aut menstruorum retentionem, uiduas molestant noxae, haec ob retentum semen euenire putantur. Caterum pro multitudinis, qualitatis uariatione, tum menstruorum, tum seminis, alias aliae accidentium species oriri solent. Etenim affligente causa uniuersum corpus refrigerare potente, adeo vehementer in frigidatur corpus, ut & spiratio, & arteriarum pulsus, sensu deprehendi nequeant. Quae si uel crassa fuit, uel acris, conuulsiones: si uero atra bilis naturam habuerit, mæstitiam inducet quemadmodum animi quoque defectiones, & ad fortes extensiones, & perfrigerationes & stomachi afflictiones sequi consueuerunt. Constat autem quod in huiusmodi sermonibus os uentriculi stomachum solemus appellare. Quippe omnium medicorum mos est, in sincopa stomachica huiusmodi utriusque appellatione.

SCHOLIUM.

Galenus plenitudinem appetitum utriusque affirmat efficere utriusque peruersionem, si plenitudo altero latere fiat, aut retractione, si ambobus, non aliter ac membrorum conuulsiones fiunt. Ego uero aliam quoque esse causam arbitror in ipsa utriusque natura, quod is retractus videatur. Nimirum, non aliter ac uirile membrum tentiginem pati natum est, & intenditur. Quum ergo mulier ueneris

A cupida ea priuatur, retentione & titillatione feminis patitur tentiginem, & intumescit: uterum, uideturque sursum repere, non aliter ac si uirile membrum intra corpus intumesceret, id uero aperte declarat, quod ita affectis saepe succurritur frictione quadam leui, & admota manu, quia semen erumpit, & cessat tumor uteri. Quod de articulo femoris & maleoli affert ex libello de articulis, non aliorum affert, quam ut exemplo declarat non esse mirum hanc utriusque passionem fieri posse citra utriusque proprium morbum, sed per distentionem acetabulorum. Nimirum ut articulus maleoli non potest moueri immoto articulo femoris, ac proinde luxato, aut quauis alia de causa articulo femoris moueri non potente, fit alius immobilis. Causa huius rei in ipsa ossium compositione consistit, licetque cuius contemplari, & in seipso & in scheleto. Constat ex dictis non esse uduas iuniores potissimum tutas ab utriusque retractione, nam & si semen non faciat acetabula tumere. (Neque enim tanta eius est copia) facit tamen tentiginem. Quod ad reliqua, quae de causis aliorum accidentium dicit, attinet, constat eum loqui de conuulsione, nomine latiuscule accepto, ut significet non tantum ueram conuulsionem: sed & conuulsioni similes motus. Nam inquit, si crassa fuerit & acris, conuulsiones facit. Constat uero ut crassa causa & acris non pariat eundem affectum. Sed crassities distentione potest conuulsionem ueram, acrimonia, irritatione conuulsioni similes motus facere.

Porro accidentia, quae ob adstricta menstrua infestare solent. (Nam de his quoque non nihil me dicturum pollicitus sum) nunc enarrare aggredior, sum pro initio ab his quae ab Hippoc. in Aphorism. scripta sunt, praecipue uero cum dicit, si mulier nec praegnans, nec puerpera lacte habet, menstrua eius defecerunt. ac nullo in mammis apparente lacte, menstrua suppressa hisce notis deprehenduntur: grauitas totum corpus molestat, item fastidium quoque, ut nulla sit cibi cupiditas, horror inaequalis. Quod si citra horrorem inaequalitas aliqua fuerit, atque fastidium, cupiatque mulier quaedam aliena, iube ut obstetrici utriusque ceruicem tangat. Nam si citra duritiam clausa inueniatur, eam praegnantem esse coniciet. Ex his nonnulla cibum praeterea euomunt, ac terram, aut extinctos carbones, aut alia quadam huiusmodi edunt. Si uero clausum fuerit os ceruicis utriusque, ac duritiam quoque habeat, passionem aliquam in utero esse portendit. Oportet itaque speculari obstetricem, ad quam partem, uel declinet, uel trahatur: nam in ea parte patientem utriusque sedem esse coniciendum est. Atque in quibusdam feminis, eius partis dolor cum grauitate, non nihil significare potest. Quinetiam in coxam dolor transit, ac crura ipsum, quod est regione est, per incesum claudicat, quod

quod si longiori tempore supprimantur menstrua, nullamq; medicus mulieri vacuatione promoueat, tumor aliquis præter naturam in inani parte interdum exoritur, ostendens nimirum ex internis partibus quampiam esse inflammatam. Nonnulli tuberculum in extremo inani partis excitatur, veluti vix quoq; eodem in loco nonnunquam oriri solet, quod ubi suppuratum aliquando fuerit secari debet. Atq; hæc partem siue membrum suppuratum dissectumq; vidimus, interdum ignorantibus medicis in expertis quid incidere, interdum vero intelligentibus quoq; Atq; omnia membra ita suppurata facile curantur. Vteri vero sectiones maiori cum difficultate conglutinantur. Huiusmodi accidentia sequi suppressa menstrua consueuerunt, ac præterea lumborum, & colli, & sincipitis dolor qui etiam oculorum fundamenta infestat. Item febris ardentes, & vrina nigricantes cum rubra quadam sanie permixta ac si aqua, ex qua nuper madent carnes ablute fuerunt, fuliginem quis miscuisset. Quibusdam vrina, aut difficulter redditur, aut omnino supprimitur. Quum ergo horum aliquod in muliere conspexeris, vterum veluti radicem ipsorum conygere oportet. Quod si per alium quempiam corporis locum sanguis effluxerit, aut inflammatio, aut erysipelas excitatur, an menstrua purgentur interrogare debes: siquidem nihil horum accidere solet integre purgatis. Igitur quibus menstruorum cohibetur purgatio, his plerumq; huiusmodi eueniunt accidentia.

SCHOLIUM.

Quod mulier per suppressionem menstruorum lac in mammis habeat ut Hippoc. dicit part. 5. Apho. 39. in causa est magna illa communitas venarum, quæ est mammis & vtero, coeuntibus ijs venis, quæ per musculos rectos vteris ascendunt, cum descendentes à mammis. Fit enim ut menstruis non erumpentibus regurgitet in mammis, illaq; ex redundanti alimento lac generent, ut lactantes solent. Certè, ut alio loco diximus, difficile admodum est primis diebus cognoscere an inuenerit conceptum, quia eadem omnino contingunt accidentia ijs quibus menstrua retinetur, puta grauias totius corporis, fastidium, horror, quin & appetentia quædam alienarum rerum, quæ vocamus picam (de huius causa scripsi lib. 5. cõtr. modo nihil dicam) præterquam quod semen post concubitum ei quæ concepit non excidit, & vteri os siue duritie, aut tumore aliquo præter naturam astrictum est. Hoc ergo oportet ipsam mulierem confiterasse, & obstetricem tangendo os vteri, discere. Ita par. 5. Aph. 51. scriptum est. Quæ vtero gerunt ijs vteri os comprimitur. Et rursum 54. quibus os vteri durum est, ijs vteri os comprimi est necessarium. Inanis pars est, quæ illa vocamus. Vteri inflammationes solere ad coxam extra suppurari 5. etiam part. Apho. 47. his verbis dixit

si vterus in coxam vergens suppuratur, necesse est linamentum fieri. Vteri iectiones curatu esse difficiles. intelliges ex sua substantia. Est enim nerua. At qui dictum est 6 par. Aph. 19. cum discissum fuerit os, aut cartilago, aut neruus, aut genæ particula tenuis, aut præputium, neq; augetur, nec coalescit. Lumborum dolores & colli, & sincipitis & febres ardentes succedere solere suppressioni menstruorum, res est expertissima neq; habet obscuram causam. Vrinæ quoq; non raro supprimi vidimus obstructis vijs renum. Tales vero reddi, quales hic describuntur, scilicet, quasi quis fuliginem dissoluerit in sanguine diluto multa nonnunquam aqua, res est expertissima, atq; Hippoc. mulierem, quæ ad frigidam aquam in Thaso egrotabat cum filiam peperisset, & non esset purgata, vrinam toto morbo habuisse dicit nigram, tenuem & dilutam, quæ corè est quam hic Gal. describit. Verum hoc ne ita intellige suppressionis menstruorum hæc esse temper vrinam. nam videmus sæpe tenues & decolores, & ob debilitatem hepatis, & ob renum obstructiones. Sanguinis etiam alijs vijs factum effluxum solere significare suppressionem menstruorum, intelliges ex Hippocrat. parte 5. Aphorism. 32. mulieri sanguinem euomentis menstruis erumpentibus solutio, & rursum, menstruis deficientibus sanguis & naribus fluens, bonum.

Quum vero in modice vacuantur, sequitur color fædus, pedes molli tumore accedunt, corpus totum subhumidum est vitiatum ciborum, tum concoctio, tum cupiditas. Atq; omnino omnia, quotquot immoderatam sanguinis vacuationem, siue hemorrhoidæ siue alio quopiam sanguinis fluxu euenientem, sequi consueuerunt, accidentia huiusmodi feminas infestant. Sed accidit interdum feminis muliebri vocatum profluuium, vel vtero haudquaquam patiente, cum videlicet vniuersum corpus per ipsum expurgatur, quemadmodum interdum per renes quoque euacuatur. id vero potissimum fit, si mulier laxa sit carnibus, & pituitosa. Huiusmodi mulieres intacto quidem vtero sed vniuerso corpori adhibitis remedijs sanantur. Atq; id, quod excernitur, nonnunquam rubet serosus humor, siue rubra sanies est, interdum aquosa, aut subpallida. Quod si purus fuerit sanguis, qualis ex dissecta vena profluit, diligenter animaduertere oportet num erosio sit in vtero. Ea vero magna ex parte in ceruice potius, quam alibi contingere solent, discerniturq; per excretam sanie, si fuerit profusa. Si vero circa os ceruicis constitierit, non solum per hanc, sed per tactum quoque cognosci potest. Atque prægnantes quoque cum ora venarum in ceruice apperuntur, sanguinem excernunt. Quod si mulieri vtero graui, mamma subito extenuatur, abortus sequitur. Atq; geminas ferens, si altera mamma extenuetur, alteram amittit, & omnino si dextra mamma extenuata est, mareur si sinistra, feminam.

nam amittit. Quippe fetus, qui mares sunt, parte vteri dextra continentur, at femina magis sinistra. Atque raro aliter euenire compertum est, adeo ut in animalibus quoque, quae suapte natura geminos ferre solent, itidem accidere videamus, ut in capris, ouibus, atque alijs quadrupedibus non paucis videre est. Si vero mulier promptè quidem conceperit, deinde secundo, aut tertio aut quarto in pragnationis mense fetum eiecerit, circa vteri acetabula humorem pituitosum abundare, atque idcirco venarum arteriarumque eius loci, ad ora vasorum in vterum descendentium, nexum debiliorem reddi conyendum est, ut fetus ob grauitatem ferre nequeat. sed facile abruptatur.

SCHOLIUM.

Magnas noxas sequi vtrunq; menstruorum excessum, & suppressionem, & nimium profluuium, docet Hippo. part. 5. Apho. 57. his verbis si menstrua plura fiant, accidunt morbi. Atque si non fiant, ex vtero morbi contingunt. Sanguine menstruum quibusdam gerentibus vtero profluere experimento comperimus. Causam Gale. hic reddit optimè, dicens, cum venæ in ceruice vteri apperiantur. Nimirum in vterum inseruntur duplices venæ, aliæ per fundum ex vena caua in lumbis, & his productis generantur secundæ, quæ nisi dirumpantur non potest ex eis sanguis fluere, non potest ergo quin abortus succedat. Aliæ sunt quæ ex inguinibus recurrunt in ceruicem vteri, ex quibus fluere potest sanguis etiam gerentibus vtero citra abortum, hinc fit ut cum vtero gerenti sanguis menstruus profluit, femora doleant, non lumbi, alijs mulieribus, lumbi non femora. Quod non parum refert considerare, cum suspitio erat conceptus, & menstrua apparent. Reliqua omnia quæ de lignis abortus hic dicuntur, 5 part. Apho. scripta sunt dilucidè satis.

CAP. VI.

Relectiuncula.

Est cap. hoc de malis membri virilis, recusat verò Gal. d. sputa. e de euacuationibus, quæ per id membrum cum fiant aliorum morbos significant, quia de his dictum est in illorum capitibus, & de tumoribus præter naturam, & vlcibus huius membri, quia sunt hi morbi manifesti, & proinde ad hoc opus non pertinent, propterea gonorrhæa & priapismi tantum causas refert, sit gonorrhæa, id est effluuium seminis, aut præ debilitate retentivæ in vasis seminarijs, aut præ affectu aliqua in illis, conuulsioni simili, priapismus fit aut flatur in pudendo genito, aut apertis oculis arteriarum, quæ in illud inferuntur, aut præ in temperie calida renum aut testiculorum, aut ipsarum arteriarum. His contraria morbo huic remedia sunt.

Quemadmodum pauca eorum, quæ per sedem excernuntur, passionis in partibus prope ipsam sunt signa, plurima verò illorum intestinorum & ventris, & splenis, & hepatis, non raro autem & succorum vniuersi corporis sunt nota. E-

odem modo pauca eorum, quæ ex cole excernuntur, propriam ipsius passionem ostendunt: plurima verò vesicæ, renum, hepatisque & splenis, & pulmonis, & thoracis, & affectionis succorum totius corporis sunt signa. Verum huiusmodi signa per alia, quæ vnicuique parti patienti subservire diximus, indicia distinguntur. Igitur patienti colis hæc erunt indicia. Nam vlcus manifeste apprehenditur à dolore ipsum infestante, atque si aliquid ex his per vrinam excernatur, quæ vlcera comitari solent. Id verò ab eo, quod ex vesicâ fecernitur, ita discerni potest. Nam ipsum in primo protinus exitu apparens, vrinam præuenire consuevit: quod verò à vesicâ egreditur, vrinæ admixtum videtur. Quinetiam assidue inter micendum mordicus dolent pudendorum vlcera, præcipue cum vel crustula, vel sordibus solutis, pura fuerint. Sed longè euidentius ipsius inflammationes, ac reliquæ huiusmodi passionis, vel sine indicijs dignoscuntur. Verum de gonorrhæa, & priapismo diffuse agere satius fuerit. Ergo gonorrhæa est seminis excretio inuita, quam inuoluntariam quoque nominare licet. Sed significantius dixeris, seminis assiduam excretionem, cole haudquaquam extento. Priapismus verò est, cum coles, & in longitudine, & circulo torus augeatur, nullo stimulante ad libidinem aut desiderio, aut acquisitio calore, ut quibusdam accidere consuevit, qui supini decumbunt. Sic enim aliqui ipsum depinxerunt. At breuiori quoque compendio dicere potes, permanentem colis aut auctiorem, aut tumefactionem. Deducta verò denominatione est à priapo. Nam quasi ei suapte natura huiusmodi colis esset, ita cum fixerunt, atque pictura descripserunt homines, gonorrhæa autem nomen planè compositum est ex γόνος quod semen genitale & γένε quod fluere significat, etenim semen modo γόνος modo γένε nominari solet. Porro quemadmodum omnia corporis nostri excrementa duobus modis vacuantur (interdum enim à continentibus ipsa corporibus excernuntur, interdum spontè profluunt, eo quod ob imbecillitatem ab ipsis corporibus contineri non possunt) ita de semine quoque dicendum est. Nam in omnibus huiusmodi ut excernere tempestive, ita continere, nature officium est. Verum secretio quidem fit aperto fluxionis meatu, ac reliquo conceptibili spatio & contracto, & ad appertum iam meatum quidquid continente spatio continetur, impellente Retentio verò fit cum clausus permanet meatus, & contentum à continente haudquaquam impellitur, sed contra per contractionem comprehenditur, & retinetur. hoc modo contenti in cauis instrumentis humores in his, qui integra valetudine degunt, naturaliter & excernuntur, & retinentur. In illis autem, qui præter naturam se habent, retentio quidem ob excretivæ virtutis imbecillitatem, excretio verò ob retentivæ facultatis infirmitatem euenit, vel ob passionem aliquam quæ haud secus, quam naturalis excretoria vis, pat-

res inuere possit. Id quod in feminarijs vasis vide-
re licet, vbi aliquis vel comitiali morbo, vel conuul-
sione violenter irruente fuerit correptus. Ceterum
videmus alia quoque partes, vt manus, aut pedes, aut
digiti conuelli. modo simul ipsis solis patientibus.
Proinde haud quaquam absurdum fuerit, in semi-
narijs vasis. & quidem solis, aliquando huiusmodi
passionem excitari huiusmodi ea est, in qua inuita
vrina excretio, gonorrhoea proportionem respondet,
quae vrina quam quis inuitus emittit, proportionem
respondeat, cum concentricam videlicet faculta-
tem resoluti contigerit. Igitur gonorrhoea instru-
mentorum seminis passio est, non pudendorum quae
seminis genitalis via sunt, quae excernatur. Pri-
apismus vero plane colis est accidens. At fieri potest
vt nulla praecipua, propriaque ipsum passione infe-
stante, ad artetias referatur, vt potest quae sola in-
terdum huiusmodi habeant praeter naturam pas-
sionem, quali videlicet laborare conueuerunt,
cum naturalis totus coles intenditur. Atqui a spiri-
tu in tumorem ipsam attolli manifeste patet is,
qui celeritatem eius & cum intumescit, & cum
iterum residet, perpendunt. Quippe nullus hu-
mor tam subitam in alterutram partem mutatio-
nem efficere possit. His sic se habentibus, cum in
corporum dissectione magna videantur arteriae in
pudendum (exiguam scilicet particulam) irruere
sitque coles essentia talis, qualem in nulla alia par-
te videre est vt pote cuius corpus neruofum sit, ac
vndiquaque fistulosum, excepta ea parte, quam glan-
dem vocant. Quid aliud excogitauerit quis, quam
quod a vaporoso spiritu ab arterijs affluente, per
extensiones in tumorem atrollatur? ideoque glandem
equalem semper habere magnitudinem, quod fistu-
losus in ipsam neruus non ingreditur. Ergo quid
causa est cum libidinis impetu quis stimularur, aut
ob supinum decubitum calefacti sunt lumbi, vt co-
les extendatur? nempe hac inuenta, facile priapismi
quoque passionem inuenire nos posse speramus.
Quod vero princeps causa sit plenitudo vel arteria-
rum, vel nerui fistulosi, aut etiam vtriusque, cum ex
priori conditione mutantur palam constat. At ve-
ro verius magis, aut si etiam amborum, deinceps
consideremus hinc sermonis nostri sumpto exordio:
natura corporis partes fingens, perficiensque fecit,
vt ipsa citra doctrinam, proprias actiones aggredere-
rentur. Cuius rei exactissimum aliquando feci-
mus periculum, haedum alendo, sed ita alendo,
vt matrem, quae ipsum in vtero gestauerat,
nunquam vidisset. Quum enim praegnantem ca-
pram dissecarem, dissectorum questionibus, qui-
bus foetus in vtero formationem specularunt,
promotus inueni elegantem quandam haedum,
quem a matre exolutum, ita pro meo more absta-
li, vt ipsam haquaquam videret, atque in do-
mum quandam, vbi multa pelues erant, depo-
sui. quorum alia vini, alia olei, alia mellis, alia
lactis aut alterius cuiuspiam humoris erant plena,
admirantque fructus non pauci, cum Cereales, tum
ab arboribus decerpti. Hunc itaque haedum con-

A speximus, imprimis quidem pedibus incedentem,
perinde ac si audiuisset incessus gratia crura fuisse
concessa: deinde excussit, quam a matre con-
traxerat, humiditatem: postea pede latus scalpe-
re, ac deinde singula vasa olfacere vidimus. Percep-
to itaque singulorum odore, lac tandem absorbit.
Quibus visis omnes exclamauimus, Hippocrat.
vere dixisse animalium naturas esse indoctas. Sic
ergo haedum hunc educando, non solum lac, sed
multa insuper alia, quae forte offerebantur, com-
messe vidimus. At quia non longe aberat vernale
equinoctium, cum eriperetur haedus a matre,
exactis duobus deinde mensibus, tenellos, ei-
tum fructum, tum aliarum plantarum ramulos
obtuli. Quorum omnium cum experiretur odo-
rem, alios quidem contempsit, alios vero gustauit,
atque sic ad adularum caprarum cibos conuersus
est. Sed hoc fortasse non adeo magnum videtur.
At longe maiori admiratione dignum est, quod
postea quam & folia, & teneros ramulos deuor-
auerat paulo post ruminare cepit. Quod rura-
sus omnes quotquot aderant, videntes exclam-
arunt, cum magna facultatum admiratione,
quae animalibus natura insunt. Quamuis enim ma-
gnum videbatur, quod impellente fame, per os,
atque dentes cibum assumeret, multo tamen ve-
hementius admirati sumus, quod cibum in ventri-
culo iam contentum, imprimis quidem ad os sub-
leuando reduceret, deinde multo tempore man-
dendo haereret, postremo rursus ipsum deuoraret:
idque non in eundem, sed in alium ventriculum.
Vulgares autem huiusmodi natura munera des-
piciunt, nihil nisi peregrina spectacula admi-
rantes. Nam quis non miraretur quod medici
in secandis corporibus peritissimi quaerere solent a
qua causa articulus hic extenditur (subiciamus
vero exempli gratia coxae articulum) aut a qua
causa incuruatur, aut quid est, quod ipsum in va-
tramque partem in transversum abducit, aut quid
ipsum vtroque circumuoluit, cum interim haedus
singulos articulos, ad quancunque motionem libi-
tum fuerit, possit excitare, quemadmodum ho-
mines ipsi, quamuis a quo musculo motus effi-
ciatur non intelligant. Porro de lingua motio-
ne (nam hanc pro exemplo inducimus) quis
non mirabitur si dissectores inter seipsos, non so-
lum de musculorum numero, sed de ipsorum etiam
actione pugnantes viderit, cum infantes quoque
quomodo vocem, aut aliud huiusmodi murus imi-
tari debeant, natura docuerit. Quomodo etiam
linguam moueant, aut quibus musculis vocem ean-
dem efficiant? Similiter etiam de omni reliquo-
rum animalium tum voce, tum respiratione. Atque
(vt summatim dicamus) natura verberis fortasse omnia
quae a voluntate, & consilio pendunt, actionum in-
strumenta per se docta esse. Vt quibus quidem actio-
nibus licet acris inter dissectores sit pugna, quomodo
fiant, & quibus instrumentis, nihilominus omnia
animalia simul atque genita sunt, & spirant & vocem
reddunt. Igitur non mirum esse debet, generales partes,

eas actiones, quarum gratia à natura instituta sunt, protinus ab initio cognoscere. Alioqui cum vterus, cum sumen genitale conceperit, donec perfectus fuerit fetus, exacte clausus permanet: perfecto vero foetu plurimum aperitur, ac deinde sic aperitus excludit. Populares autem hæc propter crebrum euentum, & contemnunt, & despicunt, utpotè qui nihil, quod re vera sit admirabile, sed ea duntaxat, quæ raro vident, admirari consueverunt. Quid enim in rerum natura potest esse admirabilius, quam quod nouem perpetuis mensibus clauditur os vteri ad exacte, vt ne specilli quidem acumen admittat: perfecto autem foetu, vsque adeo distenditur, vt totum animal per ipsum egredi possit? Non igitur dubites pudendorum facultatem per se doctam esse, vt fistulosum hoc, neruosumq; corpus, vbi ad coitum insurgit animal, à naturali facultate quæ ipsum attollere potest, protinus distendatur. Cuius rei simile & in corde, & arteria plane videre est, nisi quod horum motus perpetuus est, eo quod semper necessaria sit nobis eorum actio, fistulosus vero neruus non semper mouetur, sed cum vsus requirit. Quum ergo sic fuerit extensus, sequitur ex arterijs spiritus, quæ admodum pulmo thoracem ob eam, quam habet admotum ipsius, sequelam. Verùm possis fortasse replentis fistulosum neruum spiritus vim, cum ad coitum irrumpit animal, ad arterias quoq; referre, quanquam multo satius est, vt huiusmodi actionem ad neruum, non ad arterias referamus, cum præsertim actiones ex propria partium essentia, non ex earum positu prouenire, rationi consonum sit. Nam cor si in alia quapiam parte poneretur, nihilominus actionem suam obtineret. Neq; aliter de iecore quoq; liene, ac reliquis omnibus sentiendum est. Quare vniuersi corporis arterias eandem habere actionem probabile est. Quippe eodem tempore omnes totius animalis arteria inter sese similiter distenduntur. Itaq; haudquaquam par esse videtur, vt arteria pudendis innata, aliam aliquam habeant facultatē, præter eam, quam antea in toto corpore habebant. Sed ampliora sunt ipsis quam cæteris arterijs, ora: & quidem optimo iure, ad celeritatem sequela ad id, quod euacuatur, sic preparata. Semper enim natura quod vnicuiq; actioni vtile est, vndiquaq; explere videtur. Cæterum nullam aliam insuper præcipuam habent actionis facultatem, cum ad pudendum peruenerint, licet calefactus lumbis, par sit, vt & arteria calidiores reddantur, & magis pateant ipsarum ora. Quamobrè non exiguam tunc spiritus essentiam, in fistulosum neruum effundunt: qui paulatim impletus colem extendit, ita vt tota ipsius essentia in fistuloso neruo consistere videatur. His itaq; cognitis ad priapismi passionem veniamus. Quippe ex ijs quæ supra proposita sunt, constat, vel ob arteriarum ora immodice dilatata, vel vaporosum spiritum in fistuloso neruo ortum, hanc fieri passionem. Sed vtrū potius pro causa sit habendum, inquirere oportet. Ego quidem ab vtriusq; ipsam fieri posse existimo, crebrius tamen ar-

teriarum ora dilatata sequi. Quippe facilius est hæc distendi quam statuosum spiritum in neruo fistuloso generari. Ac memini me huiusmodi quidem nerui passionem semel vidisse, arteriarum verò septennero. Cuius rei coniecturam feci, tum ex ijs, quæ præcesserunt, accidentibus, tum ex modo curationis. In illo enim cui assidue colis palpitatio præcesserat, causa erat spiritus statuosus. Ad quem cum omnem curationem conuertissem, hominem sanauit. Quibus verò supra modum arteriarum ora dilatata erant, in ijs nullum huiusmodi accidens præcedere solebat. Porro accidit cuidam, vt longo tempore præter consuetudinem à concubitu abstineret, alteri verò vt mali succi alimentis, acribusq; vreretur, alij etiam vt duobus mensibus præcinctus peregre proficisceretur, cum antea nunquam cingi consueuisset. Comecimus itaq; arteriarum ora nimis dilatata, alijs quidem ob humorum vitia, & acrimoniam alijs verò ob statuosum spiritum generatum, & sine ordine, & violenter commoratum. Etenim medicamenta excitanda rentiginis vim obtinentia, tum epicta, tum etiam semini (quæ est inter anum, & pudendum intercapedo) lumbisq; adhibita calida omnino, atq; statuosa sunt, quemadmodum contraria omnia, flatu distulant, & in frigidant potius quam calefaciant. Sed aduertere ne obiter hunc sermonem percurras. Quippe de medicamentis non de cibis locutus sum: quoniam sunt quadam alimenta, quæ ob id, quod plurimum seminis pariunt, impetum ad libidinem excitare possunt. Hæc ergo sermonem illum, quem nuper dicebamus, probabiliorē reddere possunt, quod à concubitu abstinentes interdum priapismo vexari solent: si quidem accidit his, qui plurimo semine abundant, & præter consuetudinem à coitu abstinent, præsertim cum non student vt multa exercitatione sanguinis abundantia dissipetur: maxime verò ijs, qui à libidinis cogitatione nondum liberi euaserunt: veluti sunt quidam suapte natura cocti, qui cum longo iam tempore huiusmodi continentia sese exercuerunt, libidinis imaginem concipiunt ob spectacula, quæ illam mouere & ad memoriam reducere possunt. Nam quæ in horum hominum pudendis generatur passio, eorum passioni longe contraria est, qui nullo pacto libidinis cogitationi sunt obnoxij. Atq; fuit mihi amicus quidam, cui præter eam, quam antea habuerat, consuetudinem, omnino à concubitu abstinenti adeo rigidus, tumidusq; factus est penis, vt mihi accidens ipsum declarare cogeretur. Miror, inquit, quod huic (athletam indicans) ob continentiam rugosus, collapsusq; penis euaserit, mihi verò, ex quo continentiam seruare studui euenerit contrariū. Tum equidem illi consului, vt collectum iam genitale semen excerneret, postea verò & à narrationibus & spectaculis, & meditationibus libidinem suscitare potestibus, summo opere caueret. At vocis exercenda studiosi, & athleta qui iam inde ab initio nullam vitæ partem veneris illecebris contaminauerunt, nullam admittentes huiusmodi, vel cogitationem, vel

imagina-

imaginationem, ijs pudenda, & exilia, & rugosa, A
veluti semibus fieri consueverunt. Nam prater ea,
qua accidere solent ijs, qui protinus à prima iuven-
tute immadice libidini sese permiservit, id etiã eue-
nit, ut horum locorum vasa, amplius dilatata maio-
rem ad se sanguinis copiam alliciant, & coeundi
cupiditas magis increseat, ea videlicet ratione, quã
in certis quoq; facultatibus videre est, & qua à Pla-
tone etiã notata est, cum inquit: Ignavia quidẽ e-
xoluit, proprij autem officij exercitatio, robur au-
gere solet. Sic mamma quoq; in ijs, quæ nondum im-
pregnatae fuerunt, contracta permanent, in alijs ve-
rò à partu infantulos lactantibus, vastissimæ reddũ-
tur, atq; ita magna permanent, lac emittentes, do-
nec puer fuerit ablactus. Tunc enim haud ita multo
post à lactis generatione quiescunt. Igitur omnia
haec si bene considerentur ac prater ea cause, ob quas
in singulis patientibus partibus passio ipsa consistit,
definiantur, non inutilem ad curationis rationem, C
ansam præbere poterunt. Atqui non est nunc tem-
pus ea tractare. Quare adepto hoc opere, finem ora-
tioni quoq; nostræ hic finem imponimus.

SCHOLIUM.

Q Vidam laborant sola gonorrhœa, qui-
dam solo priapismo, quidam ambo-
bus malis, qui scilicet & intentum habent
membrum, & effundunt semẽ. Causam, qua
membrum virile erigitur & tumescit, cum
cõcitur animal ad coitum, aut venerea co-
gitat, Gal. hoc loco diligenter & satis multis
verbis inuestigat: tamen non videtur mihi
eam satis assequi, imò ea perspecta ad deter-
riorem declinare. Nam inquit, fit, quia mem-
brum hoc intumescit a deo, ut dilatentur in
eo fistulae & arteriæ, cum sit membrum ner-
uo simile, atq; dilatabile & fistulosum: illis di-
latatis succedit multus spiritus, ut dilatatis fol-
libus succedit aer. Dilatatur verò & erigitur E
vi quadam naturali, quam dilatandi habet,
vntur ea, cum subit mentio aut recordatio,
aut imaginatio libidinis nullo docente, sed
suapte natura, quia ad id est natura compara-
tum. Nimirum naturæ omnium non doctæ,
ut inquit Hipp. lib. de alimẽto, id est, sine do-
ctore perinde operantur, ac si essent doctæ.
Itaque membrum virile perinde se erigere
cum occurrit veneris imaginatio, quasi ab a-
liquo esset edoctum, idq; esse sui officij. Hæc F
docet Gal. sed ut vera loquar, videtur hoc fa-
bulam sapere. Nam quod dicit naturas om-
nium sine doctore operari, verũ pfecto est,
& Hipp. digna sententia: tamen de ijs mem-
bris intelligi debet, quæ voluntaris imperiũ
exequuntur, non de ijs quæ natura operan-
tur. Nam quamprimum ego volo proferre
nomen hoc homo aut blicini, musculi insur-

gunt ad motum, musculi inquam, quos mo-
uere oportet, & quousq; oportet, quanquam
ego ignorem quibus hæc & quo versus aut
quousque motis & quibus illa proferatur.
Quamprimum volem crus circumducere, aut
membrum aliud vtrunq; movere facerem,
etsi quibus hic motus, aut quibus ille nun-
quam cogitarem. Itaq; idonea instrumenta
quidquid in voluntatem aut imaginationẽ
subijt (modò sint animalia instrumenta) in-
cipiunt exequi. Tamẽ etsi ego velim multũ
ferosi sanguinis in renes descendere, illi nihi-
lo plus trahent, nec verò arteriæ pulsabunt
celerius, & si ego velim. Neq; ergo si mem-
brum virile dilataretur vi propria & suæ sub-
stantiæ natura insita, quæ naturalis esset ima-
ginatio rerum venerearum, faceret ad tẽ-
ginem, tamen facit. Quam itaq; esse causam
erectionis ego putem, iam dico. Spiritus vi-
tales sunt instrumentum proprium animi.
Quia quicũq; motus animo accidat, spiritus
motu representatur. Non aliter ac qui manu
ensem cepit, eum mouet ut afficitur, nimirũ
cum irascitur, vibrat: cum timet, cõtrahit: ita
animus spiritum mouet. Perturbatur verò
animus imaginatione, fitq; ut spiritus mo-
ueatur, ut imaginatio animum perturbat, ut
imaginatio rei terribilis timet, animus & spi-
ritus refugit ad cordis caueraulas, imagina-
tione contemptus irascitur animus, spiritus
feruet, imaginatione aut conscientia turpi-
tudinis pudet, & spiritu & sanguine suffun-
ditur facies: ita imaginatione venereæ volu-
ptatis irretitur animus, & spiritus mittitur
ad pudenda, influens ergo replet fistulosum
membrum, & tumescere facit. Itaq; ego non
dixerim quia membrum intumescit, succed-
dit spiritus: sed quia influit spiritus, membrũ
intumescit. Quare non tantum accendi sunt
ægotantes pleriq; à concubitu, sed à vene-
rea imaginatione, naturam nõ tantum lædit
seminis effusio motu vehementi, & effusio-
ne alimenti, sed etiam tumor membri dissi-
patione spirituum vitalium. Ereptionis mẽ-
bri virilis hæc causa, quæ naturalis est. Tamẽ
habet erectio etiam exiguum quiddam vo-
luntarij, quatenus iuuatur duobus musculis
paruis, qui in duos testiculos veniunt, & mus-
culo illo qui per totum colem protensus est,
& iuuat etiam ad mictum, ut fiat perpetuo
vnoq; impetu, & expressionem seminis. Re-
liqua huius capitis vera sunt & aperta satis,
quare caput hoc non indiget longiore com-
mentatione, nec verò totum hoc opus, quo
nullum scripsit Galen. medicis vtilius. Faxit
Deus ut id cum nostris commentarijs stu-
diosi amplectantur, posito liuore.



FRANCISCI VALLESII COVARRUBIANI,

IN ACADEMIA COMPLUTENSI
medicinæ professoris primarij,

AC PHILIPPI MAGNI HISPANIARVM
Regis à cubiculo Medici, de *Vrinis compen-*
diaria tractatio.

Argumentum totius operis

Disputationem hanc sic explicat primò, quid sit vrinâ, & ex quibus partibus constet, docet, deinde, quæ sint eius differentia siue species, & unde ortum habeat, quaque ratione ab inuicem distinguatur, declarat, quæ etiam sint omnium differentiarum causas ostendit. Atque ad extremum præfagiendi siue prædicendi rationem, quæ ex vrinarum inspectione percipitur, dilucide proponit.

Vrina quid sit, unde gignatur siue ex quibus partibus constet, quæ significet, & quomodo.

C A P. I.



VRINA, vt quæuis alia euacuatio, & ad expurgationem corporis facit, & dispositionum quæ in corpore sunt, est signum. Vt inur itaq; vrina vt causa quadam salubri, cum ad soluendum

quasdam affectiones, mouentia vrinam propinamus: & vt signo, cum ea quæ intra corpora aguntur, ex ipsa conamur deprehendere. De vrina qua causa, alterius loci disputatio est; nunc de ea qua significationes qualdam præbet, disputatio instituitur. Atq; adeò hæc plura quam aliud quippiam eorum quæ ex nostris corporibus euacuantur, significare potest, vt nõ immeritò hanc crebrius quam aliquod aliud excrementum medici contemplantur. Nam omnia excrementa significat, quomodo habeant ea membra, ex quibus excernuntur, & ij succi, de quibus deciduntur. Velat sæces alui significant, quomodo habeat venter, & succi qui in ipso coquantur; excreatio, quomodo habeant thorax, pulmò & succi qui in ipsis continentur; mucus cerebrum, & in eo succos. Vrina verò significare potest, quomodo habeant venæ & arteriæ maiores, & quatuor succi qui in ipsis naturaliter colliguntur. est n. serum sanguinis, hoc est serosum quoddam excre-

mentum sanguinis, quod scilicet in sanguine simile est lactis sero, aquosum scilicet, tenue & cum minimo lentore. Conflata est ex duplici substantia, aqua scilicet epota, & proprio sero sanguinis. Gignitur. n. ex cibis simul cum sanguine, vt ex sanguine in mammillis simul cum lacte, serum luum. Illud verò ob congenerem naturam adeò coit cum epota aqua, vt tota vrina, vnica aqua sit, quaquam reuera sint duo illa aquæ genera. Velut si quis lac aqua diluat, & à diluto lacte caseum, butyrum & lacteam substantiam eximat, vnicum simplexque serum videtur destillare, quanquam ex sero & aqua cõstatum sit. Itaq; serum illud quod vrina est, altera ex parte generatur cù sanguine, altera ex parte fit ex aqua sola elixatione. nõ vt autor est Arist. non est coctilis. Atqui serum illud quod cum succis generatur, non omnino simplex esse ponit Gal. sed quadruplex, vt sit aliud serum sanguinis, aliud pituitæ, aliud bilis, aliud melancholiæ: fortasse tamen non est necesse ita ponere, sed vnicum esse totius sanguinis excrementum (voco totum sanguinem eum qui ex omnibus succis constat) sero simile. Velut in toto lacte est serum, non quidem aliud butyri, aliud casei, aliud lactis, sed totius lactis vnicum. Nam si quatuor seri genera sunt, & quodcunque serum suum lucum refert colore, & sanguinis est rubeum, pituitæ album, bilis pallidum, nigrum melancholiæ, & pluri succi plus serum est, & quod redundat vrinam tingit: cur non appareret in hominibus sanis vrina rubea, cum multo plus illis sit sanguinis quam aliorum succorum? sed forte serum nullius est coloris, sed vnicum tenue aqueum & decolor. Color verò accedit vrinæ permissione alicuius succi; pallidus, bilis; rubeus, sanguinis; albus, pituitæ; melancholiæ, niger. Sed nondum de causis dicere cœdimus. Serum sanguinis cù epota aqua permisti maxima pars trahitur à renibus

Vrina causa & significatione habet.

Vrina plura quæ quæuis aliud excrementum significat.

Excrementa indicant affectionem membri à quo excernuntur.

Vrina gignitur.

Cap. 1. lib. 4. de reorum.

Galeni in pituita.

Vrina sero est coloris expers per se.

renib⁹ ex vena cava qua oritur ex hepate, & mittitur in vesicam, à vesica nō tam trahitur quam recipitur (quanquam nonnihil etiam vesica trahit) deinde per collū vesicę expulsa, vrina est, pars minor & reliqua per vniuersas venas & arterias deducta partim sudor fit, partim insensibiliter expirat. Atqui quāquā omnes euacuationes peculiarium quorundam membrorū in bene valentibus sint, quia cuiusq; membro vicinum sibi emunctorium est, & per vicinū quocunq; vacuato totum corpus satis purgatum est, venter per deiectionem, hepar & renes per vrinam, cerebrum mucis & sputo, pulmo excreatione: tamen in egrotis omnes, maximè verò insignes, vt deiectiones & vrina, communes totius corporis euacuationes fiunt, confluentibus vndiq; ad has vias succis, ad intestina per mesenterium, ad vias vrinę, per venam cavam & magnas arterias. Igitur vrina significare potest omnia quę in venis, & arterijs agūtur, quare multitudinem & cacochymia omnem quę viuersalis sit. Quot autem morbi sunt, qui non ex quantitate aut qualitate succorum nascuntur? Omnes ergo qui ex quantitate aut qualitate succorum in venis vel arterijs sunt, p se indicant vrina, vt febres oēs ex succis, eos qui ex succis in alijs partib. indicant ex accidenti, velut si phrenitis aut pleuritis sit, aut in aliqua parte vlcus: quia his omnibus partibus materia suggeritur, aut nō suggeritur ex venis. Quin & in alijs morbis quorum nullus succus causa est, vrina venit consideranda, si non ad morbi magnitudinem aut periculum, tamen ad cognitionem. velut in diaria & hectica: vt diariam aut hecticam esse certò scias, nulla putredinis signa videns. sed hęc paulo pōst de pręsagitione ex vrina disputates persequemur, nūc illud vnum diximus, vrinam esse humorum, esseq; signum maximi faciendū in omni morbo, illius differētijs persequamur.

De differentijs siue speciebus vrinę, & vnde nascuntur.

C A P I I.

In vrina sunt duę substantię, dictum serū, & si quid aliud intra illud continetur. Serum quidem ipsa vrina est, quare sine eo vrina non est; quod cōtineatur, non semper est, vnde hęc differētię nascuntur; vrina autem continet aliquid, aut nihil (vocamus nihil continentem, & eam cum qua nihil descendit quod separari possit, viderique separatū, & eam cum qua & si descendat, non separatur.) Ex vtraque vrinę parte nascuntur multę differētię, quia in vtraque sunt multa consideranda. In futurę quidem siue in sero quantitas, tempus, & modus exeundi, color, odor, & substantię modus. In eo quod continetur, hęc sex; quantitas, tem-

A pus, color, odor, & substantię modus, & est eadem pręter hęc regio. Cęterum non sunt horum generum, quę communia sunt, in vtraque parte eadem differētię, sed sero quod ad quantitatem pertinet, accidere potest esse multum aut paucū aut mediocre: sed quoniam hęc dicuntur ad aliquid, vel ad quantitatem potius dici possunt, habita etiam ratione naturę hominis, & temporis: vel ad multitudinem quę in corpore est excrementorū. Quod ad tempus attinet, cōsiderandū, an consueta hora, si qua est homini consueta, an non. Quod ad modum, an semel bisve aut ter, mediocri quantitate quis mingat, an exiguum, sed sæpe. Coloris in vrinis hęc differētię primę occurrant, albus, pallidus, ruber, liuidus, viridis, & niger. In albis, est vrina verè alba vt lactea, & decolor velut aqua. In pallidis, est quę propriè dicitur pallida, palea coloris, hęc est albis vicina: & ruffa quę est coloris auri, tenetque mediocritatem in pallidis: & flaua quę pallidarum est intensissima, est coloris crocei. Quis horum colorum dici potest aut extenuatione, aut exaggeratione, vt impense flaua & subflaua, & valde ruffa & subruffa, & valde pallida, aut subpallida. In rubeis sunt subrubra & rubra, & impense rubra. Ruber color est, vt qui in splendente optimoque sanguine: subruber, vt qui in hoc diluto, qui impense flauo admodum est vicinus: peruber est, qui prę nimio rubore iam videtur nigricare. Viridis color habet etiam differētiām intensiōnis: quędam enim vrinę ita sunt virides, vt vix dignoscatur viror sit an pallor, quędam sunt virides apertius. In liuidis est color sapę & vini, & plumbi. In nigris est niger color splendens, vt qui in recens extinctis carbonibus, & sine splendore vt qui in vultuoribus. Quod ad odorem attinet, hęc differētię vrinę sunt: quędam omnino non olent, quędam modicè fœtēt, quędam grauitē, quędam olent res qualdam vt allia, cęnum, aut putres pisces, quędam fœtēt differētia ineffabil; nam quę bene olent, nullę vrinę sunt. Quod ad modum substantię, quędam vrinę sunt tenues, quędam crassę, quędam videntur solum, velut tenuium: quędam sunt videnturque tenues, quędam sunt reuera, non videntur tantum. Tenues, & quę videntur crassę, sunt perturbatę, harum sunt tres species, quędam minguntur clarę & extra perturbantur, quędam minguntur perturbatę, & clarescunt repositę, quędam perturbatę minguntur & perdurant. In eo quod continetur potest id esse multum, paucum, & mediocre ratione quantitatis: illud autem mediocre ad quod dicuntur reliqua, est in contento quod substantiam secundum naturam vnicuique naturale & consuetum, vt multum

Suitor ex
maze sero
Mēbri cu
pū pro
a est c
uatio.
Alii deie
ones &
vrina com
nues to
corpo
vacua
nes.
Vrina om
quę in
venis & ar
terijs agū
tur signifi
cat.
Vrina per
se indicat
mor
bos qui ex
quantitate,
aut quali
tate succo
rum in ve
nis aut ar
terijs gi
gnuntur, re
liquos per
videns.
Vrina ex
duobus cō
stituitur.
Vrinę dif
ferētię.
In sero sex
spectanda
sunt conten
tię totidē
quorū in
vrinę nō

ratio
Vrinę diff.
à sero sex.
Quantitas
in sero ad
quę refe
renda, &
quę diff. ab
ea & à tem
pore & mo
do mingē
di sumen
dę.
Vrinę diff.
colorie sex.
1.
Ab albedi
ne.
2.
A pallore.
3.
A rubedi
ne.
4. 5. 6.
A viriditā
te liuidita
te & nigre
dine.
Diff. ab o
dore.
A modo
substantię.
A tenuitā
te, & crassi
tie.
A tenuitā
te quę vi
detur c. al
ia.
Vrinę diff.
a cōtenti
sex.

fit, quod consueto & naturali iuxta naturā & ætatem & sexum cuiusq; plus est; paucū quod minus, in eo verò quod substantiam est præter naturam, quantum in illa affectione, plerumq; solet expelli. Temporis in hoc differentia sunt, an nondum exacto principio vniuersali appareat, an iam exacto. Coloris totidem sunt differentia in contento, quot in sero, præterquam quod non potest esse contentum decolor. In modo substantiæ differentia sunt in crassitie aut leuitate, aut proprio modo substantiæ. In crassitie est tenuitas, crassities, aut mediocritas: in leuitate, leue aut asperū; in modo substantiæ, est contentū aut spuma, pingue aut capillis simile, aut ramenta, aut simile orobo carūculisve, aut pul- ti aut squamis, aut fursuri, aut puri, aut grum- mis sanguinis: secundum regionem has ha- bet id quod continetur, differentias; aut resi- det in matula, aut pendet in vrina: quod pē- det, aut in suprema parte vrinae, vocatur que nebula, aut in ima, vocaturq; hypostasis: aut in media, & vocatur appendiculum. Cogni- tione quidem quæuis seri differentia cū qua- uis differentia contenti coniungi potest, vt innumeræ hinc noscantur vrinae totius dif- ferentia. Potest enim serum vtrūq; se ha- bens, siue quantitate, siue tempore, siue ex- eundi modo, siue colore, siue odore, siue sub- stantiæ modo intelligi nihil continens, aut continens contentum qualecūq; quanti- tate, tempore, colore, odore, substantiæ mo- do, aut regione. Atqui superest vna quædam differentia, quæ vrinae vtrūq; parti secundum omnes dictas differentias est communis, æ- qualitas videlicet aut inæqualitas. Voco au- tem æqualitatem aut inæqualitatem secun- dum tempus. potest enim quæcūq; vrina appareat, sui similis apparere, facta solum ea mutatione, quæ ipse morbi decursus affert, aut non ita, sed hodie talis apparere, cras lō- ge dissimilis: rursum talis, vt non continen- ter talis perseueret. atque vtrumuis horum cum quauis alia differentia potest coniungi: quiduis enim quod vrinae accidat, equaliter aut inæqualiter potest accidere. Verum quā- quam cogitatione nulla differentia non pos- sit cum alia quacūq; copulari, reuera tamē non possunt quæ ex longe contrarijs causis nascuntur, velut non possit vrina nigra & fœ- tens, album, leue, & æquale continere, & hu- iusmodi alia. Sed neq; hoc neque aliud quip- iam cōstare possit, aut omnino intelligi, an- tequam dictæ sint differentiarum causæ. Si- quidem causarum cōtrarietas facit quarun- dam differentiarum repugnantiam. Proin- denunc dicere mitto quæ differentia cum quibus coniungi possint, quia si dicatur an- tequam de causis, nemo intelliget; distis au- tem de causis, intelliget quiuis, & si non dica- tur. Ergo non prius de causis dicemus quàm

Diff. com-
munis se-
ro & con-
tentis.

A omnes vrinae differentia, cum earundem co- gnoscendi ratione explicatae fuerint. Diffe- rentia autem explicatae omnes sunt, si illud prius monuerimus, pleraq; differentiarum compositarum oratione dici, quibusdam ve- rò tributa esse propria nomina, cum apud Hyp. tum etiam apud alios autores, velut te- nuis & decolor vocatur aquosa: turbata & alba, lactea: turbata, non nihil viridis: oleacea nuncupatur, & quasdam liuidas perturba- tas vocant vinaceas, aut sapæ similes.

De cognoscendis vrinae differentijs, & ab inuicem distinguendis.

CAP. III.

Sed hæc vt agnosci possint dicamus. Eorū quæ in vrina considerata veniunt, quæ- dam habent essentiam in ratione aliqua ab- soluta, quædā dicuntur ad aliquid, velut co- lor albus, pallidus, ruber, viridis aut niger aut liuidus dicitur, non qui ad aliud aliquid talis, sed qui simpliciter est. odoris etiā sunt reuera, vt saporis, differentia quæ absolute dicuntur, tamen pleraque nobis sunt inco- gnita, aut ineffabiles. modus autem exeun- di, siue assatim & raro, siue parum & crebrò mingitur, & tempus, siue idoneum siue non: & crassities siue nimia siue exigua, & quan- titas, & alia huiusmodi, non possunt nisi ad aliquid definiiri. Nam qui mictus sit multus aut paucus, rarus aut creber, non potest sciri nisi definiatur quid sit in vnoquoq; genere moderatum. Neq; sciri potest, quod tempus sit idoneum mictui, nisi discatur quod sit cō- suetum. quæ ergo definiuntur ad aliud, vt co- gnoscas, debes te exercere in cognoscendis ijs ad quæ dicuntur. Dicuntur verò ea quæ sunt extrema, ad ea quæ sunt moderata: mo- derata verò debent requiri in vrinis sanorū, præcipue verò eorum qui optimè sani sunt, nam in illis omnia sunt mediocria. Illa ergo notato, & sæpe inspiciendo mente concipe singulorum ideas, vt cum illis reliqua confes- ras. Velut quia obseruauimus sanum homi- nem non crebrius quàm sexta quaq; hora so- lere mingere, eum qui tertia mingit, non vt oportet, sed crebrò mingere dicimus. Et cū obseruauerimus, tantum tamq; crassum so- lere esse, quod hi in vrinis cōtineat, illo plus minusve, & crassius aut tenuius, multū aut paucum, tenue aut crassum dicemus. Quæ- dam etenim sunt quæ in nulla natura nisi in- terrogando possumus discere, velut illud, qd tempus mingendi sit vnicuiq; consuetum. In ijs quæ habent essentiam sine collatio- ne cum re alia, nihil aliud agendum quàm vt te exerceas in agnoscendis per se omni- bus, vt coloribus & odoribus. Id verò facies requirens prius in alijs rebus, deinde in vri- nis. Velut candidum colorem requires in la- cte aut aqua, subpallidum in paleis recenti- bus, pal-

Eorū que
sunt in vr
na, quæ
absolut
quædam
in comp
ratione
dicitur.

Aristot. in
prædica
mentis.
Cap. de
latu.

Quæ ab
lute dicit
tur quo-
modo co-
gnoscenda.
Coloris &
odores in
vrina quo-
modo co-
gnoscendi.

bus, pallidum in vetustioribus subruffum in auro non admodum puro neq; recēs exemplo ex igne: in candente auro ruffum, subflauū in aqua intincta croco, flauū in croco, rubeum in sanguine mero, subrubeū in diluto, perrubrum in grumis sanguinis, liuidū in plumbo, viridem in oleribus, nigrū in carbonibus & atramento. Odorum quoq; differentias oportet mēte concipere, olfaciendo alia porros, cœnum, pisces, vt cū talis odor vrine occurrat, facile intelligas quid olet. has differentias omnes cum mente conceperis, ne te ipsa inspectio fallat, curādum: quod fiet si vas idoneū sit, & tu loco idoneo arte quadam vtaris, vt omnia appareāt. Vas quidem vitreū terreo est multo magis idoneum, vitrumq; sine colore sit: nam ligneum aut terreū vas aut vitreū si colorem proprium habet, vrinae colores agnosci nō sinit, scientibus nobis diuerforum colorum mistione aliorum quorundam phātasiam efficere. Atque vas sphericum esse ima ex parte, & leue omni ex parte, est optimum, vt ita tres vrinae regiones melius distinguantur. & nihil asperum in macula alienam aliquam speciem faciat aut obumbret. Ergo cum tale adest vas, tali vtitur, quia omnia quae notari debēt in vrina, maxime proficit, si non adest, tamē alius vtitur, potest enim etiam in illis nō parum apparere. Pleriq; consulūt, inter spectandum fugiendum sole n, ne colores videri faciat alios splēdore suo & loca obscura, ne obscuritate. Quæri ergo locum sine sole lucidū, curariq; ne quid viride, rubrū, pallidum aut variegatum nos circumstet. Ego verò multò facilius facio, si solis adsit splēdor, trāsero maculam à sole in vmbra, & rursus in solem: si quid variegatum, aut insigni colore effectū adest, amoueo, & rursus eo versus reduco, idque ter aut quater facio, vt res videtur exigere, quousq; nō possit me fallere quid id quod circumstat faciat aut nō faciat, ac proinde quod proprium vrinae sit, quid alienum. Neq; quidem ita me fugit quippiā: quædā melius sentiuntur loco vmbrauli, quædā in solis splendore. Colores quidē in vmbrauli, nisi omnino obscurus sit, melius sentiuntur, tñ continentur aliquid an non, cū id quod continetur est tenue, melius agnoscitur in sole. Quali autē sit illud colore, agnoscitur in sole obiecturei nigræ, vt supposito pallio. nā ipsum quidem quod cōrinetur arguit sol, colorem verò, nigri coloris, vtpotē extremi, apposito. Colores autē fusturæ considerētur, cū p totam vrinā, tūm vel maxime in circulo eo, quo extrema pars vrinae cum macula committitur, quia nonnūquā multitudo descendens succi intensiorē quā pro sua natura colorem facit, tamen in eo circulo manifestē proprii succi color deprehenditur, velut per iterum copiose descendēs talis, facit subni-

gram, sed flauo aut viridi circulo. Sunt qui perturbatas frigore (ita vt fit) vrinas nolunt solvere igne, & horū quidam omnino inspicere semel perturbatas recusant. quidā inspicunt perturbatas; quia dicunt vitari igne vrinam; atq; extenuari. Sed quantumuis hoc concedatur, nondum rectē colligūt, omnino non debere solutas igne inspicere, aut debere perturbatas, nisi omnino nihil eorū quæ vrina prius habuit, ex ijs quæ habet soluta coniectari possit, aut omnino minus quā ex cōtemplatione perturbatarum. Mihi verò videtur aliquid ex soluta intelligi. Nam & color & modus substantiæ, si habeatur ratio eius quod verisimile sit ignem detraxisse. Agnoscitur etiam an contineat, & quale contineat, si rursus postquam soluta sit, expectes tantillum vt resideat, aut separetur. Melius quidem sit antequam frigore perturbetur vrinā contemplari, quā postquam soluta sit. Tamen hac causa omnino nō contemplari perinde sit, atq; si quis vas sphericum nō est, vase alio vitreo nolis cōtemplari. In vrina perturbata neq; substantia vrine, neq; quod continetur agnosci vllō modo potest color omnino obscure. Multo ergo minus ex perturbata frigore, quā ex soluta igne. Proinde si fieri potest antequā perturbetur frigore, inspicere velim: sin minus solui igne cōsulo, & solutas tantillum cōtineri quietas. Multis etiā barbaris medicis ideo esse in consuetudine, cū offeruntur vrinae, antequam eas oculos ponāt, manu versare, & matellam circumducere. Quod quid aliud est quā curare ne color agnosci possit vrinae, aut eius quod continetur color, aut leuitas aut regio? omnia enim in versanda vrina perturbantur, agunturque susque deque. Contra ergo debent curare, vt quoad fieri potest matella in summa quiete contineatur, vsque dum vrinae, & quæ continentur perspecta sint. His perspectis nonnunquam non est abs re versare. Nam ita clarius videmus an id quod continetur resideat an pendeat, & quā leue sit. In agnoscendis itaq; vrinae differentijs hac arte est opus, nunc causas persequamur.

De causis differentiarum omnium quæ in vrinis apparent.

CAP IIII

Quod ita mihi videtur optimè fieri posse, si in singulis generibus, quæ differentia optima sit, & quid causa dixerimus. Nā ita constabit facile, quæ causa reliquæ differentia minus bonæ aut malæ, aut omnino pessimæ sint. In quantitate mediocri mingere optimum est, nisi cum crisis agitur, tūc enim optimum est mingere quantitate magna. Nam illud significat robur tractricis renum, qui suum munus rectē peragunt: hoc significat robur expultricis, quæ totum cor-

Vrinae frigore concretæ an ligne sint soluedæ.

Vrina non prius agitata quā inspicienda.

Vrinā mittere in medicri quantitate, nisi in crisi, optimum.

Vrinae differentias vt percipiatur quod vitreum.

Vrina in solo loco vitanda.

Vrinae colores in vmbra cōtineri in sole melius agnoscuntur.

pus expurgat. Tempore etiam consueto fit optima mictio, consueto autem per sanitatem. Quia cum membra agunt quæ solent, & ut solent, hac certè causa censentur esse, ut solent. Quare quicquid per morbum fit simile ei quod per sanitatem, meritò maximè probatur. Quod attinet ad modum ex raris interuallis, satis multum mingere est optimum, quia significatur robur vtriusque virtutis expultricis, quia satis multum expellit: retentricis, quæ expectat donec multum congeratur. Paucum ergo mingere significat vel succorum multam copiam in alia euacuationis instrumeta esse deriuatam, ut in intestina, vel male trahi à renibus, idque ob debilitatem tractricis, aut obstructionem venarum per quas sugunt, vel intempestiuè expelli antequam colligatur satis multa, ob debilitatem retentricis, aut significat viarum obstructionem. Viarum autè obstructio esse potuit ante vrinæ exitum, aut ipsa vrina ob crassitiem maximam sibi viam obturante. Fit etiam nonnunquam ob facultatis expultricis debilitatem. Si ergo fit natura incipiente expurgare corpus per vrinæ vias, malum est. Ut & alia quæuis euacuatione tentata & imperfecta, mala est, significatque naturæ oppressionem & impotentiam. Multum euacuari ad eò ut quantitate nimium sit, non potest debilitatem retentricis, nisi partitis euacuationibus & crebris. Nam qui ex raris interuallis mingit, satis robustam habet retentricem, robusta autem retentrice non potest expultricis quæ ei est contraria, fieri imperus nimius & effusus. Potest vero mingi multum factis interuallis rarioribus hebetato vesicæ sensu. Multum & guttatim mingitur per affectionem vocatam diabete, quia quantum bibitur, trahitur in renes & demittitur in vesicam: crebro & guttatim, non multum tamen mingitur per ardorem vrinæ aut straguriam. Color in vrinis optimus naturalisque est mediocriter pallidus, hic autem qui inter pallidos rufus dicitur, nec tamen hic solus, cum & sanitas & salutaria omnia cum quadam latitudine dicantur, sed & paulo remissior & intensior, ut naturalis color sit inter subruffum & subflauum. Nam si (ut diximus) ipsum serum sine colore est proprio, profectò colores in vrina fiunt descendentes cum ea succorum portionibus, descenditque semper cum sero aliquid omnium: fit autem hic aut ille color, ut hac aut illa proportione descendunt mutabiturque ex colore in colorem, ut cumque proportio mutetur, siue his imminutis siue illis auctis. Succo verò descendunt plerumque, ut abundant, abundantque ut generantur, generantur verò pro ratione temperiei hepatis & venarum. Nam à calidiore, calidiores copiosius: à frigidiore, frigidiores generantur. Igitur si cum homines valent, v-

Vrinæ viæ obstructi-
à multis
causis fit.

Color in v-
rina vnde.

A rinæ videamus mingi subruffas aut subflauas, constat tales mingi cum optima succorum proportio est, & optima corporis temperies. Cum remissior erit color (tales autè sunt pallidus, subpallidus & albus) calidiorum succorum minuta erit copia, aut frigidiorum abundantior: quare caloris erit minus. Cum color erit flauus aut ruber aut viridis, significabitur succorum calidorum abundantia, bilis nempe flauæ aut viridis, vel sanguinis, quare etià intemperies calida. Cum erit niger color, nigrorum succorum erit abundantia, atque cum tales possint esse calidi aut frigidi, nunc ex calore, nunc ex frigore nascetur. Liuida vrina refert liuidos succos. Tales autem natura nulli sunt, præter naturam quicunque tales sunt, refrigeratione fiunt. Sanguis enim vitione nigrescit, bilis virefcit, pituita nihil aliud quam crassescit non mutato colore. Albarum ergo & pallidarum & liuidarum frigus causa est semper, flauarum & rubrarum & viridium calor. Nigrarum nunc calor nunc frigus. De odorum causis mox dicetur. Quod ad differentias secundum substantiæ modum attinet, optima est quæ sine perturbatione crassa. Nam hæc crassities ex concoctione nascitur. Nam quæ solum ex crassorum admixtione fit, parit perturbationem. Dixi solùm, quia & si serum ipsum in seipso crassius fiat concoctione, non tamè hinc solùm habet totam crassitiem, quæ præ se fert vrina cocta, sed descendit semper aliquid succi admixtum, crassiorum videri faciens. Tenuis igitur vrina quæ reuera & in ipsa seri substantia tenuis est, ex cruditate nascitur, videtur tamen nonnunquam tenuis ob obstructionem, quia hæret in vijs succi, qui simul descendebant. Crassiorum vrinarum quas easdem perturbatas esse dicimus, causa est concoctio nondum manifesta, sed inchoata solum. Nimirum minguntur tales, cum succi in venis & arterijs perturbantur & ebulliunt. Hanc autem passionem incipiente concoctione fieri, ex rebus quæ extranos coquuntur, didicimus. Vinum enim agitari conturbarique videmus cum coqui incipit, ita & in elixationibus arte factis accidit, ut sapæ & serapiorum. Cum autem harum sint tres differentiæ, quas diximus, ea est minimè cocta, quæ micta clara deinde perturbatur, quia nondum tantum mouet calor ut perturbet, nisi frigoris occurfus accedat, qui cohibens crassos vapores qui ex vrina expirant, faciensque illos sursum & deorsum agere, conturbat. Ea habet secundum locum, quæ mingitur manetque perturbata, quia ea maximè bullit calorque incumbit in opus. Maximè cocta inter has reliqua est, quæ mingitur perturbata & clarescit, quia tam extenuati iam status sunt, ut sedato calore, qui occurfus aëris sedatur, non possit in perturbatione vrinam conti-

Vrinæ sub-
ruffas
causa.

continere. In iis quæ continentur, optimum secundum multitudinem est, quod est tantum quantum in bene valentibus esse solet. Nam quod multum, multitudinem excrementorum sequitur, quod exiguum, debilitatem expultricis: quamquam multum in ipsa indicatione, exiguum in declinatione, melius sit. Illud enim robur expultricis, hoc paucitatem excrementorum sequitur. Tempus optimum ut excrementum cum vrina descendat, est post elapsum principium. Nam in principio morbi, cum eo tempore natura non solet expellere quicquam, neque coctum eo tempore aliquid sit, ex multorum crudorum redudantia procedit. Color in eo quod continetur, non idem probatur, qui in ipsa vrina. Nam optimum est quod candidum, quia contentum quod in vrina expeditur, ex succo qui morbum facit, tunc fit, cum coquitur concoctione quadam, suppurationi omnino simili. Ut ergo pus optimum est quod candidissimum, quia illud est optimè commutatum, ita & quod in vrina continetur. Reliqui autem colores fiunt in cõrento, vel per cruditatem succis nondum alteratis, & proinde retinentibus colores proprios, ut pus pallidum aut rubeum, non satis commutatam bilem, aut non satis commutatam sanguinem ostendit: vel putredine quadam inquinatos succos, ut pus viride vitionem pro suppuratione, liuidum aut nigrum, malignam putredinem habet. hæ ipsæ causæ sunt colorum, in eo quod in vrina continentur. Quod ad locum quo continentur attinet, quod in ipsa matella residet, non est coctum excrementum, sed aut succus crassus & crudus, aut grumi sanguinis, aut arenulæ, aut pus, aut quippiam aliud, quod ob crassitatem aut pondus hæret in imo. Quod pendet, tanto in superiorem fertur, quanto plus flatus continet, aut quanto tenuius est. flatu ergo effertur, & tunc facilius quæ quod crassum. flatum verò commouet color. Quare sursum ferri, motum quendam à calore præ se fert & flatum. Quo fit ut nonnunquam feratur deorsum quod super ferebatur, flatu eunte in consumptionem, nonnunquam calore languescente, ut in ima regione pendere non semper sit melius quam in summa aut media, ut mox dicetur. In modo substantiæ optimum est quod mediocriter crassum. Quia vterque excessus tenuitatis & crassitiei fit ob cruditatem, tenue quidem quia nondum crassitatem accepit, quæ cõcoctio est nata facere: crassum quia non sunt crassa excrementa separata, quæ concoctione separari solent. Optimum etiam quod leue, neque in hoc genere est duplex excessus. Nihil. n. est nimis leue, quia cõcoctio facit partiũ ad partes adductione & concretionem quandam, ex qua leuitas nascitur. quod ergo non est

A fatis concoctum, aut multo flatu dirumpitur, asperum fit. Aliæ contentorum species ex alia materia sunt. Ut pingue quod in vrinis innatat, si crassiusculum est, & ei quod in iure refrigerato concreuit simile, fit ex pinguedine liquata, quæ ut iuxta renes liquari potest, aut per totum habitum. Spuma ex crassa pituita, cui est admixtus flatus. Sanguinis grumi ex sanguinis guttulis descendentibus exrupta uena, aut laxata, aut vlcere. Pus ex vlcere aut inflammatione suppurata vel in vrina via vel vesica, vel rene, vel parte superna, vel ex pulmone aut hepate. Semen nonnunquam mingitur per gonorrhæam vocatam. Lapis concretionem succorum crassorum vel arenularum in vesica aut renibus fit. Arenulæ autem ex sordibus cum aqua epotis aut ex exusto sanguine fiunt. Quædam carunculæ nonnunquam minguntur decissæ ex renibus ab acri aut salsa vrina. Quædam carunculis similia, quæ re vera sunt exigui grumuli sanguinis vili. Ramenta multa solent cum vrina descendere, quæ si magna sint, solent in imo hæere, & quosdam velut capillos sursum mittere. hæc per linteum colata vrina, facile ex ipso substantiæ modo agnoscuntur, nimirum sunt particulæ membranularum vel de vesica ulcerata, vel de venis decissæ. Præter hoc capillorum genus, est aliud quod vocatur capillitium. Capilli scilicet quidam ex pituita lenta per venas, & in renibus calore durefcentibus, ut effusi in serum illud non dissoluantur. Squamæ etiam & furfures ramenta quædam sunt decissa ex vesica, vel totius corporis uenis. Est ergo causa squamarum & furfurum membranarum caries, furfurum verò maior caries tanto, quanto decissio in minores partes fit. Nam haud dubiè quanto in minora quippiam comminuitur, tanto comminutio maior est. Qua causa putant quidam summæ consumptionis esse quoddam contentum, quod farinæ aut polentæ simile est. fieri enim solidis partibus aded tabescentibus, ut in pollinem abeant: tamen ea consumptio inopinabilis esse videtur homine adhuc viuo, ut alio loco probauimus. Proinde quod illi membranis accidere putant, ego crudis succis puto. Nimirum succi ipsi siccantur calore, redigunturque in illum pollinem. Omnium ergo differentiarum videntur dictæ esse causæ, præterquam æqualitatis & inæqualitatis. Quæ bona sit an mala, simpliciter dici non potest, sed in vnaquaque. Quia æqualitas secundum tempus fit ex causæ fixatione, ut in alia re omni, inæqualitas ex causæ mobilitate. Quandoquidem ergo in bonis omnibus bona est perseverantia, in malis mala, constat æqualitatem in bonis bonam, in malis malam esse, & contrario modo de inæqualitate sentiendum.

Vrina pinguis, spumosa, sanguinea, purulenta quid significent.

Semen aliquando mingitur. Lapis quomodo in renibus aut in vesica generatur.

Causa squamarum & furfurum.

Æqualitas & inæqualitas vnde pendant.

Differentia vrinarum tempora vniuersalia morbi significant.

CAP. V.

Porrò differentiarum omnium quæ dictæ sunt, quædam ex cruditate, quædam ex coctione, quædam ex passione concoctioni contraria, vt ex putredine, vltione aut consumptione nascuntur. Quædam ergo sunt signa concoctionis, quædam cruditatis, quædam passionis contrariæ concoctioni. Rursum quædam dicebantur ex vna tantum causa fieri posse, pleraque ex variis. Cum ergo morbus percurrat vniuersalia tempora materia recipiente mutationes insignes, concoctionis quidem, si salutaris est, contrariæ passionis: si mortalis, triplicia præfagia ex vrina capi poterunt, constitutionis scilicet morbi, & salutis aut mortis, aut quarundam affectionum. Morbus qui ex putrescentibus in venis succis pendet, semper incipit cum signis cruditatis, siue salutaris siue lethalis futurus sit, cum his succedunt signa concoctionis manifestæ, aut manifestæ concoctioni contraria, finis principij est, & iam inde incrementum. Cum facta sunt signa perfectæ concoctionis, aut omnino contraria, summus morbi vigor est. In lethali morbo nulla inclinatio est, in salutari sunt quidem etiam in vrinis inclinationis signa. Nam est cum vrina vrinæ eorum qui omnino febre vacant similitudo sit. Ergo dum vrina tenuis est siue cum albo calore siue cum ruffo, si nihil omnino continet, aut turbata est, turbatur uero statim, nondum elapsum principium est, quia omnia hæc aut cruditatis aut concoctionis obscuræ signa sunt. Cum etiam tenuis cum mediocri colore sit, aliquid continet: id verò est nubecula, et si alba sit ac leuis, multo verò minus si alterius coloris, aut aspera, aut appendiculum album aut leue, multo verò minus si subrubrum aut rubrum, aut pallidum, aut asperum. vel et si nil contineat, mediocriter crassa cum bono colore est, nondum est summus vigor, sed incrementum, quia nihil horum est perfectæ concoctionis signum. ita in morbo lethali cum procruda sit turbata cum maligno aliquo colore, liuidoinquam, viridi aut nigro, nihil continens aut sine conturbatione continens, nubeculam asperam verò & nigram aut liuidam aut foetentem, vel etiam appendiculū huiusmodi, incrementum esse agnoscitur. Summus aut vigor cum perfectæ concoctionis signa sunt, vt in vrina crassa album, leue & æquale sedimentum, vel perfectæ contrariæ vt in tenui vrina & foetente sedimentum nigrum. Ea verò vrina quæ in summo vigore febris est, non est profecto qualis in eo qui febre caret. Nam qui fieri possit? Sensim ergo per inclinationem quasi in illam abit, calor na-

Vrina qualis in statu morbi, & in declinatione morbi. Principium morbi quomodo ex vrina cognoscatur.

Satus morbi.

Declinatio.

Aturalis fit, foetor quidem amittitur, id quod continetur fit quantitate minus, nisi natura per ipsam vrinam expurgationem molietur, nam cum hoc fit, inclinationis signa aliunde peti debent. Possit enim vrina videri facta multo deterior, vt perturbata ac foetida & multa & malis etiam coloribus infecta, quæ tamen non proinde mala erit cum excernatur decretorie. Tempora ergo vniuersalia differentiarum vrinarum ita significant.

Differentia vrinarum facultatem aut mortem significant.

CAP. VI.

Differentiarum quæ affectiones aliquas aut salutem vel mortem significare possunt, quædam (vt dicebamus) ex vnica causa nascuntur, vt liuidus color siue vrinæ, siue eius quod continetur ex sola caloris naturalis extinctione: optimum sedimentum ex sola concoctione. Hæc simplex habent præfagium, liuidum enim semper est lethale, album leue & æquale sedimentum semper est salubre. Pleraque ex multis causis nasci possunt, in illis ergo tota ratio prædicendi est in ratione distinguendi causas.

Vt recte de vrinis iudicium feratur, quid cuique commune, quid peculiare, quid à causa manifesta sit, cognoscendum.

CAP. VII.

Ante hanc verò distinctionem in omni signo præcindi debet id, quod à causa manifesta est aut secundum naturam communem aut peculiarem. Nam quod ob causam manifesta fit, exiguum potest significare. Velut vrina foetens malignam putredinem significat: si verò cui foetatur, quod aliis aut porris vescatur, nihil significat. Vrina etiam crassa cruditatem significat, si tamen in puero appareat, multo significat minus, quia familiaris est talis vrina communi puerorum naturæ. Si quid etiam secundum peculiarem naturam alicui sit familiare, fallere possit medicos putantes aliquid inde significari. Noui ego quendam qui vrinam subiugalium vrinis similitudinem, per bonam valetudinem mingebat, quæ proinde in illo nihil significabat infigne talis in morbo apparens. Quæcumque ergo differentia vrinæ occurrat, videndum est an familiaris sit naturæ communi, aut propriae, aut ex causa manifesta procedat.

De ratione distinguendi verum contentum in vrinis à crudis succis, quando eadem affectio à diuersis causis provenire possit.

CAP. VIII.

Si nihil tale habeat, causarum distinctione adhibere oportebit. Veluti vrina aquosa

sa sum nam cruditatem significare potest, vel obstructionem magnam. Duplex enim causa facere potest, vt vrina aquae similis videatur. nam & cum vrina non coquitur, & cum lapis est in renibus, solet talis apparere. fit ergo vt vrina non coquatur, vel quia non retinetur: vel quia etsi retineatur, coqui non potest. Non retinetur vel ob debilitatem re-
 tentricis vt in diabete, vel quia multum e-
 potum est. Non coquitur etsi retineatur, vel ob materiae contumaciam, vel ob coctricis virtutis debilitatem. Ergo cum haec occurrit, rogandum est an nuper multum aquae potuerit. nam hac causa merito talis mingitur, quia quod multum est, non bene retinetur, quare neque alteratur. Si nulla talis causa sit, videndum an aliqua signa lapidis renum ad-
 sint, vel obstructionum in viis vrinae: si non ad-
 sint, raptus materiae biliosae in aliam partem eam potest facere, id vero ita intelligetur. Si vrina a principio morbi atque ex multis antea diebus talis sit, vel sensim talis facta, cruditatis est, videndumque tunc temporis an ex longis interuallis rententa expellatur. An ne retineatur quidem, vt per diabetem. Si non retinetur, videndum, an ex eo solum tempore quo non retineri coepit, coeperit apparere talis. atque si hoc sit, leuius est, quia solius retentricis debilitas est. Si antea etiam aquosa erat, grauius est, quia vtrumque malum est & concoctricis & retentricis. Si vero satis rententa, aquosa mingitur, aut antea etiam quam retineri desit, aquosa est, cruditatis maxime est, atque in pueris longe deterior erit quam in omnia aetate, quia ab aetatis eius natura abest longius. Si vero repente vno aut duobus diebus sit facta aquosa, cum talis antea non esset, verisimile est raptam esse bilem in aliam partem, quae vrina tanto grauior erit, quanto in praestantiorum partem raptam sit bilis. Si ergo homo deliret, multo maiorem metum incutit haec urina, quia in caput ferribile intelligimus. Vrina perturbata ob multum flatum eumque inter succos agitarum fit. Ea si in vniuersali principio appareat, concoctionis incipientis signum est si in alio tempore incidat, aut totum morbum comite-
 tur, dolorem capitis minatur imminentem, aut praesentem significat. An principij sit ea vrina, an perturbationis ita cognoscetur. Si elapso principio non succedente alterius febris initio perturbata vrina insperato redit, manifestum est eam doloris capitis esse signum. Atque adeo si cum ab initio perturbata fieret, tamen non clarescit mature, sed ex alijs signis agnoscimus morbum progredi, vrinae vero perturbationem dura re plusquam pro ratione morbi: vel etiam vrina cum deberet clarescere, perturbatur magis, vt fiat similis vrinae subiugalium, do-

loris capitis est signum, quia in terra succorum perturbatione non potest caput non re-
 pleri multo fumo eoque crasso. Si vero in morbi principio moderatius perturbata sit, nullum malum capitis, sed principium febris indicat. Vrina impense flaua nimum bilis descensum in renes significat. Quod si eri potest, vel ob nimium illius in hepate & venis prouentum, vel ob obstructionem debilitatem ue uelicae fellis, vtrumuis horum in causa sit, haec vrina regium morbum indicat praesentem aut iam imminentem; neque quidem nunquam haec suspicio me fefellit, vrina tam impense flaua apparente, vt virorem nescio quem per circulum referret. Nigra vrina aut contentum nigrum, vstionem aut refrigerationem significare potest, estque grauius signum cum extinctione calidi innati praese fert. Distinguitur ex iis quae antecesserunt. Si ex flaua & viridi facta est nigra, vstionem: si ex rubra & liuida, refrigerationem indicat. Iam vero si sedimentum album videatur in vrina contineri, causa esse potest concoctio materiae morbi aut redundantia crudorum. Quo fit vt decipiantur multi putantes morbum iam coqui, cum tamen nihil tale fieri coeperit. Id quod in pituitosis magis febribus solet accidere ob multam crudorum succorum copiam. Verum hoc ita distinguitur. Quod ex succo crudo crassius est, magis diuulsum, atque aut totum aut per partes residens. Verum quia neque id quod in cocta propria materia morbi generatur aequum semper est crassum aut leue, neque omne quod crudum, residet: non raro fit et vt crudus succus sedimento vero adeo similis sit vt visu satis plane distingui non possit, quare aliam distinguendirationem oportet adhibere. Si id quod crassum & album appareat, morbum autem non posse tam multum versum vigorem progressum esse ex alijs indicijs constat, non potest non esse ex crudis succis. Velut si morbum pituitosum & longiusculum esse, accidentia propria ostendant, aut etiam propria morbi figura, tamen primis diebus videatur album in vrina contineri, manifestum est non esse bonum, & ex succi morbum facientis concoctionem. Veram autem fuisse coniecturam, euentus facile monstrabit. Si enim bene ac salubriter morbus procedit, illud quod crudo adhuc morbo, sedimento bono simile apparebat, sensim apparere desinit, contrario ordine plerumque procedens atque quod verum est, solet, quod apparuit in fundo, in sublimiorem partem deinde elatum, deinde omnino euanescit, vt nihil videatur in vrina: rursusque principio morbi iam finito incipit apparere aliquid in sublimi parte partium, in media deinde, vltimo in infima regione. Dis-

Vrina impense flaua quid significet.

Vrina nigra quid significet.

Vrinae sedimentum album contraria significare potest.

quo non coqua

Vrina aquosa quid crudis aut aquosa aut obstru

Vrina perturbata quando principij morbi, & quando do-

fin-

stinguendi ergo verum contentum à crudis A
fuccis, hæc est ratio.

*Cum eadem aut diuersa causa esse possint diuersa-
rum affectionum, tum diuersarum tum eius-
dem partis, ea aut ex propriis accidenti-
bus partium aut passionum
cognosci debent.*

CAP. IX.

Alia etiam omnia quæ in vrinis con-
tineri solent, distinctione causarum
indigent vt significationem verâ pos-
sint indicare. Velut pingue consumptione
significat, ea verò fieri potest aut in toto cor-
pore, aut in renum adipe. Cùm secundum
totum corpus significat liquationem, pessim-
um signum est: cùm secundum renes, nõ
aded. Ratio autem distinctionis hæc est. Si
confertim mingitur, verisimile est ex renib.
esse: si paulatim neq; aded multum, in toto
corpore. Cæterum fieri possit vt ex renibus
mingatur non aded multum, ac proinde ex
toto habitu nonnunquam copiosius quàm
ex renib. Proinde alia distinctione est opus,
ex iis quæ parti aut toti adsunt, aut non ad-
sunt. Si sine febre mingatur pingue, ut non-
nunquã iis qui in ætate longo itinere, vel a-
lia exercitatione nimia defatigati sunt acci-
dere solet, manifestè est ex renib. atq; aded
et si febris adsit, eam verò non esse in colli-
quantium genere ex aliis signis constet, vt si
mitis quædam febris sit, neque magnopere
homo gracilescat, pinguedinis renum colli-
quatio significatur, maximè si cum modera-
ta febre magnum incendium sentiatur in re-
num regione. Quin etiam si vrina cæteris om-
nibus videatur esse bona, vt si crassa sit si-
ne perturbatione & boni coloris, tamen ha-
beat innatans pingue, constat non esse fe-
bris colliquantis, ea enim febris haudqua-
quã fieri possit cum tali vrina. Eadem distin-
ctio est si surfures aut squamulæ mingatur.
Cum enim ob vesicæ scabiem quædam fieri
possint, vel ob consumptione & cariem soli-
darum partium totius corporis; si in vrina
probè cocta mingantur, manifestum est pec-
culiare vesicæ malum significari, maximè si
pruritus etiam quidã in ipsa vesica sentiatur.
Ego enim nihil quod ad firmiorem cogni-
tionem facere possit, omitti velim. Quare
cum mala peculiariora partium quarundam
aut totius corporis significari possunt, pecu-
liaria partium symptomata considerari velim.
Vt scabies vesicæ agnosceretur ex pruritu, atq;
si in vrina arenæ aut lapilli contineantur, ex
grauante renum dolore, qui antecessit aut
non, an lapis in renib. an in vesica generetur
agnosci possit, si pus cum vrina descendit,
qua in parte ruptus abcessus sit, aut sit vul-
cus sordidum, ex signis proprii suppurationum
& vlcærum agnosceretur. Ita etiam si-

ue diuersarum partium affectionum, siue di-
uersarum eiusdem partis affectionum, cause
esse possint, ex accidentibus propriis partium
aut ex propriis passionum accidentibus di-
stinctio est, velut si sanguinis grumi in vrina
sunt, aut tota etiam vrina sanguis esse videa-
tur, ruptio venæ in renibus aut vesicæ, aut la-
xitas impotentiaq; retinendæ in renibus vel
alterius magnæ euacuationis suppressio velut
mêltruæ, aut hæmorrhoydũ significatur. ho-
rum autem dictio ad translationem de sym-
ptomatum causis iam videtur pertinere.

*Omnium signorum causa ex aliorum signorum
concurfione deprehenduntur &
cognoscuntur.*

CAP. X.

Distinctio ergo causarum cuiusque diffe-
rentiæ hic vt in quavis alia prognosti-
cæ artis parte ex concurfione aliorum signo-
rum nascitur. ea autem quæ concurrentia di-
stinctionem faciunt, vel eiusdem generis si-
gna sunt, vel alterius vel partim eiusdem par-
tim diuersi generis. Eiusdem generis dico, vt
cum vnus differentiæ vrinæ causa, alte-
rius urinæ differentiæ concurfione digno-
scitur. Velut surfures ex vesicæ malo nasci ad-
iuncta crassities indicat: alterius generis, vt
aquosam vrinã raptu bilis fieri, indicat deli-
rium. Et vrina pauca, quæque non est secun-
dum cõsuetam copiam, fieri potest ob ardo-
rem vrinæ, aut retentricis debilitatem, aut
vulcus in vesica, aut debilitatẽ retentricis re-
num, aut obstructione, obstructioq; fieri po-
test alia substantia præter vrinam, aut ipsa-
met vrina viam obstruente sibi. Agnoscon-
tur autem quædam harum causarum, con-
curfione signorũ diuersi generis, quædã eius-
dem: diuersi quidẽ vt lapidem obstruere si-
gnificat dolor in rene grauis; eiusdem gene-
ris, vt vrinam paucam, grumosam simul esse
& crassam, indicat ipsam sibi viã obstruere.
Contra tenuem & paucam mingi, significat
si obstructione sit tenuis, obstructionem
à substantia alia ab vrina diuersa, vt lapi-
de, aut grumis sanguinis, aut carne supercre-
scente, fieri. Nam tenuis cum sit, non possit
per se ipsa obstruere. quædam causæ cogno-
scuntur concurfione signorum eiusdem &
diuersi generis. Vt vrinæ ardor sensu calori-
s & mordicationis, & flauo vrinæ colore
cognoscitur; quorum color flauus, ad idem
genus signorum pertinet, quia differentia
vrinæ est, calor autem & mordacitas ad
aliud. Vlcus significatur pure, aut ramentis
quæ in vrina ipsa sunt, & ex dolore in
loco. Traetricis renum debilitas agnoscutur
ex antecedente aliqua in renum loco intem-
perie, aut ex modo mictus, nempe mingitur
parum & ratò. Cùm verò debilitas retentri-
cis vesicæ, aut laxitas musculi claudentis ve-
sicam causa est, mingitur crebrò sine ardoris
aut

aut vlcis indicis. Omnes igitur has digno-
tionum methodos in singulis vrinæ differē-
tiis obseruari oportet, ne quid nos fugiat
quod ex vrinis intelligi possit, velut etiam,
si vrina exigua mingatur, simul autem ac ea
exigua est facta, cœperint deiectiones copio-
sius fluere, aut multa vrina mingi incipiat,
simul autem deiectiones cessent aut minuā-
tur, constat paucam vrinam fieri succis in vē-
trem cōfluentibus, multam verò confluen-
tibus in vias vrinæ. Vsq; ad eodē modus deie-
ctionum indicat causam differentiæ, quam
in vrina reperimus. Velut vrina flua im-
pensè, imminentem icterum significat, præ-
sagij autem firmitudinē auget deiectio, quæ
alba & sine bile simul esse appareat. Atq; vri-

næ spuma, quia ex pituita sit admisto flatu,
significat vt in Aphorismo dicitur, frigidū re-
nū morbū, minaturq; proinde renum dolo-
rē ex frigore. Verū per se in sit ea affectio fri-
gida renum, an per consensum incipiens ab
alio membro, aliis signis consideratis agno-
scetur. Si enim is qui eam vrinam reddit ma-
gno catarcho, quod præsentī tēpestate mul-
tis accidere obieruamus, laboret, ad capitis
affectiōnem referri debet ea vrina, atque re-
nibus illud solū imputari possit, quod nō
habeant calorem qui possit omnino venien-
tem cum pituita flatum dissoluere, non ta-
men quod generent. Vsq; ad eodē omnium
signorum causæ ex aliorum signorum con-
cursione arguuntur, & distinguuntur.



DE PULSIBVS LIBELLVS:

AVTORE FRANCISCO VALLESIO CO-
uarrubiano in Complutensi academia
professore.

Argumentum eiusdem.

Quid pulsū, qualis siue quis eius vsus sit, quot par-
tibus conder, quæ eius species siue differentiæ, quo-
modo singula percipiendæ, à quibus causis fiant &
gignantur, quid denique vnumquodque genus si-
gnificare possit, breuiter ac dilucidè hic libellus
docet.

*Pulsus nomen varium ac multiplex, quid
& qualis sit.*

CAP. I.

Pulsus nomen antiquissi-
mis medicis longè aliud si-
gnificabat, quam posteris
significare cœpit. Hipp. cer-
tè significabat, eum tantū
arteriæ motum, qui maxi-
mus, conspicuusq; est. alij
nomen pulsus palpitationi, alij palpitationis
nomen pulsui tribuebant. Nos verò pulsū
dicimus, vt alij omnes mortales hodie, mo-
tum cordis & arteriarum, qui ab ea faculta-
te, quam vitalem appellamus, fit, hic motus
præstat medicis signa, & sanitatis & morbi-
nam non solum pro ratione morborum,
sed & pro ratione temperamentorum natu-
ralium variæ differentiæ pulsuum sunt: in

quam sententiam dictum ab Hipp. accipi-
mus venarum pulsationes, & respiratio spi-
ritus secundum ætatem consonantia, & dif-
sonantia, & morbi & sanitatis signa, & sani-
tatis magis quàm morbi, & morbi magis
quàm sanitatis, est enim spiritus etiam ali-
mentum. Quibus verbis, vt in pleriq; aliis locis
fecit, nihil quod vtile sit ad pulsuum notitiā
considerandam, non tetigit. & si non est exe-
cutus, innuit profectò vltimū pulsū, & diffe-
rentias, & prænotionem.

Lib. de ali-
mentis.

*An arteria moueantur contra cordis mo-
tum, an potius eius motum
sequantur.*

CAP. II.

NOs ergo hæc exequamur, illud primò
præmonentes, arterias non moueri, vt
multis videtur, contra cordis motum: vt sci-
licet dilatentur, cum cor constringitur, & cū
dilatatur, constringantur: sed potius dilata-
ri, constringiq; simul: id quod vel manibus
sentiri potest, altera cordis loco, altera car-
po admota manu; oculis quoque, disse-
cto animali viuo, cernitur facili: neque tan-
tū simul dilatantur cū corde, *dux τὸ ἰσπρῆσθαι*
ἐκ

C. 3. 3. cont.
Arteriæ
mouentur
ad motum
cordis.

Lib de spi-
ratione.
Arteriæ nõ
mouentur
quòd ex
corde su-
spendatur
contra Ari-
stot.

Arteriæ &
cor ob can-
dem facul-
tatem mo-
uentur.

Vt motus
à facultate
cordis, ita
& eiusdẽ
quietes fi-
unt.

Pulsus par-
tes qua-
tuor.

Pulsus in
natũ cor-
dis calidũ
conseruat,
& spiritũ
substantiã
reparat, &
quomo-
do.

et tunc uapida. Id est, eo quod suspendantur ex corde, ut Aristo. affirmat. nam si facultas cor solum moueret per se, arteriæ verò mouerentur cū corde, quia suspenduntur ab illo, certè pulsarent non minus vena caua & vena arterialis: suspenduntur enim non minus quàm arteriæ à corde ipso. Accidit quòd in tam angustis vasis, & tam longis non possit motus solam partium continuitatem consequens, nõ multò antea deficere, quàm arteria manum attingeret, maximè cum laxè sint arteriæ, & possint concidere itaq; dilatantur simul cū corde, non quòd ex corde suspendatur, sed quòd eadem facultas cordi insita in arterias influens, vtraque dilatat, & constringit simul, & in thorace, & in manib. & cruribus, & aliis omnibus locis. Non enim, ut quidam sunt opinati, vnus tantum horum motuum sit à facultate, alijs ab ipso membro, ut constrictio pondere membri, aut dilatio partium firmitudine, fiunt enim ambo motus à facultate, & ut statim declarabimus, cuiusdam vtilitatis causa. Quin & quietes aguntur à facultate. nam si à facultate statim ac dilatata est arteria dimitteretur, concideret: si statim ac constricta est, dimitteretur, recurreret, nisi fortè cum dilata-tione, aut constrictione ad eum partium positum venisset, quem partes arteriæ sua sponte amant, sed id non potest contingere ambabus quietibus, & vni illarum raro accidit. Cum ergo semper ferè partes ipsæ arteriæ quieti repugnent, constat, facultatem continendo arterias in quiete laborare. Ergo aguntur à facultate omnes pulsus partes, duo inquam motus, & duæ quietis, aliquando à sola facultate, aliquando iuuante etiam arteriæ ipsius substantia iuuat verò arteriæ substantia. cū motu aut quiete nõ trahitur, aut continetur extra eam figuram, quam retineret sua sponte, et si omni vitali facultate careret.

Quis sit pulsus vsus.

CAP. III.

PRæstat pulsus cordi, & alijs membris (cordi per arterias uenalem, reliquis mebris per alias arterias) quod respiratio cerebro & thoraci, puta conseruationem innati calidi, eius quod in spiritum, & sanguinis substantia est, & reparationem spirituum animalium. Hanc reparationem faciunt respiratio, & pulsus, afferentes cerebro materiam idoneam spiritibus, respiratio per nasum & os, pulsus per arterias vocatas carotidas, quæ subeunt medium cerebri uentriculum. Neque certè aliud est, quod Hippo. in prædicta sententia innuit, dicens: Est enim spiritus etiam alimentum. & rursus in eodem libello inquit: Principium alimenti os, nares, guttur, pulmo, & alia respiratio.

hoc verum esse apertè sentimus. cum in cor reptis deliquio animi, eo quod ad animalis solum facultatis deliquium ducit, respiratio nem maiorè ortu crebrioremque, & celerior ac pulsus maiores quoque fieri videamus, quasi naturam hac ratione dissolutionis spirituum remedium querente, & cum odoribus halitibus, qui non aliter quàm respiratu possunt in cerebrum penetrare, multos ex deliquis animi restitui videamus. Conseruationem calidi facit pulsus ventilatione, nimirum omnis flama gaudet ventilatione quadam, quæ & attèperatione, quam facit aeris qualitas, & expurgatione à fuliginibus, prodest: moriuntur enim suffocati, non solum qui respiratu omninò priuantur, sed & qui aërem calidum spirant: hic est totius pulsus vsus.

Pulsus quot partibus constat, & quid quæque præster.

CAP. 4.

Constat verò pulsus duplici motu & duplici quiete: duplici quidem motu omnis pulsus. non enim posset dilatari iterum pulsus, nisi interim constrictus esset duplici quidem quiete, qui non est summè creber, quales multi dicrotorum. attèperat & materiam, suppeditat spiritibus dilatio, expurgat constrictio. trahit, n. arteria cū dilatur. quia aër & spiritus, dilatatis arteriis succedunt, ut solent quæ vitant vacuũ. Quamquam non desuere qui affirmant, id quod paulo antè dicere distuli, cor cū constringitur, expellere in arterias, hasque, quia recipiunt, distendunt itaque non tam recipere, quòd distenduntur, quàm distendi quòd recipiant, quòd vtris, & suæ ceruicis exemplo videtur posse declarari: nimirum si quis virem comprimit in ceruicem, humorem, aut flatum pellit, atque eam ita tendi facit. Verum hoc apertè falsum esse cognosces, si, ut Gal. fecit, in arteriam calamum immiseris, & eam per medium calamum filo constrinxeris: videbis, n. proculdubio arteriæ partes vltra laqueum pulsu priuari, partibus citra laqueum pulsantibus. sed si repletio dilatationem faceret, mouerentur etiam quæ vltra sunt; nam repletio per calamum fit. quid enim prohibet? non ergo motus arteriæ fit repletione, sed facultate aliqua, quæ ex corde euenit, neque tantum spiritum spiritu venit, hinc enim per calamum etiam commigrabit: sed illustratione quadã per arteriæ membranas.

Cum quatuor vasa habeant sua orificia in corde, cur duo ei substantiam tribuant, & duo ab eodem accipiant.

CAP. V.

Dvbitant quàm multi, qui fiat, ut cum quatuor vasa habeant intra cor orificia, duo

Pulsus quomodo calidum naturam conseruat.

Dilatatione & constrictione v. s. Vnde pulsus in arteriis.

ficia, duo intra dextrum ventriculum, vena A caua, & vena vocata arterialis: duo intra finiftrum. arteria aorta, & vocata venalis, inter dilatarandum duo illorum (aorta in qua & vena arterialis) accipiant ex corde substantiam, (accipit n. aorta spiritum cum tenui sanguine, vena arterialis sanguine solum) duo tribuant substantiam cordi, vena caua sanguinem, arteria venalis aere. Dubitatione hanc tollit ipsa conformatio. sunt. n. tribus vasis in ipso orificio ternae membranulae, arteriae B venali duae, similes omnes auriculis muris. in arteria aorta & vena arteriali cuspidibus vergentes extrorsum. in duobus reliquis vergentes introrsum. quae formatio, si quis eam attente contempletur, vt alio loco docui, idonea est vt duo vasa semper recipiant ex corde. vnicum semper cordi tribuat, arteria venalis plus multo tribuat quam resumat.

Quo sensu & in quibus partibus & quomodo pulsus percipiendus sit. quotq; eius sint species suae differentiae.

CAPVT VI.

HVnc arteriarum motum considerat medici actu, nam visui raro admodum, atque in paucis locis, idque non in bene valentibus sese exhibet: sentitur vero satis aperte in temporibus, & ad talos, sed apertissime & facillime in carpo manus. Consideramus vero primum, quantum dilatio arteriae sentitur, idque secundum longum, latum, & altum: deinde quanta celeritate agatur arteria, cum dilaturatur aut constringitur: deinde quanto tempore moretur in quiete, cum externa, tum interna; deinde quantam facultatis vitalis, vehementiam praeseferat motus: deinde, quanta cum duritie occurrat digitis arteria: deinde consideramus proportionem temporis dilatationis cum tempore constrictionis, quam rhytmum vocamus; atque in horum singulis aequalitate aut inaequalitate, atque in iis pulsibus qui inaequales sunt ordinem aut contrarium. prodeunt hinc C octo pulsuum differentiae, magni & parui: celeris & tardi, crebri & rari: vehementis & debilis, duri & mollis, aequalis & inaequalis; ordinati & inordinati, & enrhythmi aut arrhythmi. consideramus etiam quam calidus sit arteriae locus: inuat. n. medicos saepe haec consideratio: caeterum hinc nulla pulsus differentia prodit. nam pulsus non magis dici potest calidus aut frigus, quam albus aut niger: neque enim minus inest candor & nigrities arteriae, quam calor & frigus: sed neutrum inest ei. vt mouetur, neque in modo quo repellit tactum nostrum, differentiam facit. plenum etiam & vacuum pulsuum sunt qui nominent, & agnoscere se profiteantur. verum haec etiam neque differentia pulsus est propria, neque si sit, cognosci per se potest: quod

alio loco monstratum a me est: accidit etiam pulsanti arteriae dilatari & constringi in sua sede persistenti, aut secundum se totam etiam loco transferri. verum hoc vni tantum differentiae pulsus qui vibratus dicitur, conuenit qui etiam dictis pulsus passionibus hoc quoque adiicit, quod non dilatatione solum & constrictione mouetur, sed mutat secundum partes longitudinis totam sedem: tamen non potest non alias etiam inaequalitates dictorum generum habere, & in illis contineri, ac proinde non opus est aliud genus addere, sed hoc velut corollarium adiungere. Itaque super sunt octo tantum differentiae, quarum sex ad mediocrem dicuntur, duae vero aequalis in qua & inaequalis, ordinatus & inordinatus dicuntur ad alterutrum, quia in his duobus generibus non est mediocris, citra & ultra quem praeter naturam sit. aequalitas enim nulla est nimia, naturalis pulsus proprie neque ordinatus neque inordinatus est, cum ordo aut contrarium inaequali accidat. In vehementia quoque putauit Gal. mediocritatem nullam esse naturalem: meo vero aliquid esse etiam inutilem, & malae affectionis notam statuo. qua causa id fiat, dicturus statim sum.

Quaratione & in quibus quisque se exercere debet, vt has pulsuum differentias recte percipiat.

CAPVT VII.

ERgo vt haec omnia nobis pulsuum considerantibus manifesta fiant, oportet vt nos exerceamus in tangendis pulsibus hominum optime temperatorum, nam in illorum pulsibus est mediocritas omnis. Neque vero intelligi velim, exacte temperatos esse ad hanc exercitationem requirendos, pauciores enim occurrent quam vt exercitationi possint esse satis: sed eos qui insigniter a nulla mediocritate pulsus destitit, comparabimusque ita nobis multorum arterias attingendo, speciem quandam moderati pulsus. Est alia ratio exercitationis non inutilis, quam mihi videtur Gal. omisisse, in temperatissimorum etiam hominum, dum sani adhuc sunt, arterias saepe tangere, quo illud quoque experimento discamus, quantum possit in quavis natura, integra adhuc valetudine a mediocritate destitit. Ita enim facillime cognoscemus, qui pulsus possit esse aliquibus temperamentis naturalis, omnibus tamen non sit, & qui nullis naturalis esse possit: nam qui sit omnibus, nullus fortasse est. Constat, nullum horum quae in pulsu dignoscere conamur, posse per sese sentiri, neque aliud quicquam eorum quae sensibus obiecta sunt, sed per passionem quas

Ordo in aequali tantum pulsui conuenit.

Nullus pulsus omnibus naturalis.

nostro tactui in ferit. Ita ergo oportet cogitare, cum pulsus hoc aut illo modo habet, quid in nostris digitis faciat. ita enim in eam passionem mentem intendemus, fietque vt breui exercitatione non pauca hac in parte consequamur.

Cognitio omnium differentiarum pulsus comparatur ex antecedente cognitione partium ipsius pulsus.

CAP. VIII.

Octo generum dignotionem, dignotio partium ex quibus pulsus constat, natura antecedit: ab ea ergo eum qui sese exercet oportet incipere, à sensu inquam dilatationis & constrictionis, & vtriusque quietis. de constrictione fuit antiquitus, & durat adhuc apud multos sententia, quòd sentiri non possit: refutata tamen à me satis est inter reliquas controuersias, indicatumque constrictionem sentiri posse, vt dilatationem, quam à multis non sentiat admodum distincte, & fortasse à nullis quàm dilatationem. Nam est passio quaedam tactus nostri, qua dilatatio arteriæ sentitur, puta carnis compressio & excavatio. Est etiam alia ratio qua constrictione sentiri possit, puta constrictione carnis dilatatio, & refugientis arteriæ consequutio. tamen hæc passio minus sensum mouet quàm prior, tum quia hæc fit sua sponte ab ipsa carne, illa violenter ab impellente arteria; tum etiam quia a pulpæ dilatatio fit lentius quàm facta est constrictione; quia constrictione carnis non potuit lentius fieri quàm arteriæ dilatatio. est. n. arteria impellens, dilatatio tamen carnis potest lentius multo quàm constrictione arteriæ: imo verò etiam tardissimi pulsus constrictione præuenit dilatationem carnis, & quo minus præuenit, eo plus potest caro arteriam prosequi. Quare constat merito, in magnis & fortibus pulsibus, tardisque exerceri solere tyrones, ad cognoscendam constrictionem. Dilatatio ergo & constrictione hoc modo cognoscuntur, quietes cognoscuntur motus priuatione, Coniungit verò necessario sensus etiam exercitissimus bonam partem dilatationis, & maiore constrictionis cum interna quiete. tantum enim principij dilatationis & finis constrictionis sensum fugit necessario, quantum cognitioni detrahere potest superposita arteriæ caro, & ea qua neruus tangentis còtacta est.

De dignotione omnium differentiarum pulsus. & primo de magno & paruo.

CAP. IX.

Magnus aut paruus pulsus bifariam cognoscitur, primò hac ipsa ratione qua dilatatio; non. n. alia tactus passio est, qua dilatatio sentitur, & alia qua rata dilatatio: sed vt dilatatio sentitur constrictione carnis tan-

A gentis, ita magnitudo tanta constrictione, cum enim secundum longam & latam digitorum partem constringitur, idque alte, magnus pulsus est: si secundum aliquam trium differentiarum insigniter, talis quoque est pulsus longus, latus, aut altus. Deinde oportet huic considerationi magnitudinem quoque arteriæ adiungere; non enim si quis simpliciter dicat, maior pulsus est, qui secundum maiorem partem ferit digitum, minor qui secundum minorem: verè dicet, potest enim esse maior dilatatio in arteria tanto minori, vt secundum minorem partem feriat etiam extensa magis, potest certè in exili arteria pueri recens nati esse pulsus magnus, & in arteria ampla consistentis ætatis esse paruus. oportet ergo considerare, an arteria dilatetur plusquam pro sua magnitudine, an minus, an mediocriter: ita. n. erit magnus, paruus, aut mediocris. Sed ad secundum genus venio. celeritas & tarditas non afferunt tactui nostro diuersam passionem à priori, sed modum alium. vt magnitudo pulsus sentitur carnis impulsu, ita celeritates celeri impulsione. Atqui hæc celeritas impulsione, ex impetu quo arteria fertur, cognosci poterit: non quidem (vt alibi docui) & Gal. rectè monet, facta temporis cum spaciis collatione. Id enim vt in his dilatationibus quæ sunt omnino æqualis celeritatis, esset difficilimum ob exiguitatem temporis & motus; ita in his quæ inæquales sunt, æqualiter potissimum (ita appellatur ea dilatatio quæ celeritatem qua incipit sensum & æqualiter auget aut minuit) esset impossibile. nam cum euariatio fiat per partes minores quàm vt sentiri possint, non possunt profectò sentiri earum cum tempore collationes. In tertio genere pulsus tres differentie sunt, crebri, & rari, & mediocris, atque horum quodque in externa quiete, aut interna est, aut in ambabus. Dignoscendi has differentias non alia ratio est quàm dignoscendi quietes. Hæc sunt tria pulsuum genera. in reliquo genere sunt duri & molles. duplex est duri species, nam aut est verè durus, aut duri speciem referens gratia distensionis; vtriusque nomen dicatur, est contrarius verè duro, mollis; intentus, laxus; & vtriusque mediocris. Vehementis quoque est triplex differentia, vehemens, debilis & moderatus. horum generum passio non est distinctu facilis, quo fit vt durities multis tyronum sub specie vehementie imponat: tamen ab iis qui attentè exercitationi studet, hæc quoque possint dignosci. nimirum quæ dura sunt, et si occurrant sine vehementia, còprimunt tamen cum occurrunt, quia non cedunt in sese: tamen cum quæ cum vehementia occurrunt, si non sunt dura, comprimuntia euertere non solent hæc vt in aliis exemplis non erunt obscura, ita in pulsu ob corpo-

ris & motus exiguitatem sunt difficilima, A non tamen vt omninò sentiri nò possint. Su persunt tria genera, quæ in quadã proportio ne sũt, quorũ primũ est pulsus enrhythmus, (id est proportionẽ quandam habes tempo ris, dilatationis & constrictionis) hunc diui dunt in enrhythum, (hic est qui eam habet proportionem, quam exigit natura sua & ætas) & arrhythmũ: hunc rursus diuidunt in pa rarrhythum, (hic est qui habet proportio nem proximæ ætatis) & heterorhythum B (hic est qui alienam, nec tamen etatis proxi mæ proportionem habet) & ecrhythum, hic est qui nullam habet perpetuã proportio nem. Constat dignoscendi has differentias non esse aliam rationem, ab ea qua dilatio & cõstricção cognoscuntur. Nam is verè pos sit proportionem cognoscere motuum, qui verè cognoscit motus. Quandoquidem enrhythum, non tam proportionem motuũ, quàm temporum motum statuimus; const at duo debere attentè considerari, quantus sit vterque motus, & quanta vtriusque cele ritas. bifariam. n. fieri potest vt motus alicuius tempus maius, alterius motus tempore fiat: aut aucto motu, aut imminuta celeritate. Facile ergo sentitur rhytmus, si quis agno scat celeritatẽ, & magnitudinẽ constricção nis & dilatationis, & an dilatio maior an minor sit constricção. Dicitur dilatio ma ior aut minor constricção, non quòd arte ria plus spacij ascẽdendo, quàm descendendo percurrat, (nã ita perseuerante cum eadem celeritate eodem rhytmũ non posset vnũ altera esse maior, aut minor) sed quòd à fine naturalis dilatationis plus excedat ascẽdens, quàm à fine naturalis constricção nis descendens: aut quòd ab illo excedat, ab hoc nò excedat. Sed dubitabis hoc loco nò sine causa, quã ratione cum constricção ma ior dilatatione est, sentiri possit. Nam si cum constricção naturalem finẽ attingebat tantũ, non poterat sentiri tota, sed vltima pars sensum latebat, quã ratione modò cum eum finem superat, non latebit id, quod est additum, & quod latebat prius: aut cum di latationis quàm constricçãois clariorem di gnotionem esse semper monstratum sit, fie ri possit, vt huius plus sentiat quàm illius? Certè si nulla alia ratio dignoscendi constric tionem esset, ab ea quam Gal. docuit, pul pa nempe carnis, arteriæ fugam prosequen te, nullatenus constricção maior dilatatione sentiri posset. Sed est alia ratio, quæ sese mi hi in hac exercitatione obtulit sæpe, & quæ sola medicis potest offerri, nisi quid illos ima ginatio fallit. fallit verò sæpe hac in exerci tatione semel concepta opinio multos, qui nisi admodum prudentes sint, sibi persuadẽt, sentire se quæ non sentiunt. Sed quæ sit ratio cognoscendi cõstricçãoem fore maio-

rem præterita dilatatione, iam dico. Modus recessus sæpe facit, vt mente sensui adiuncta cognoscamus, quousq; res quæ moueri cœ pit, possit pertingere, etiam si reliquam motus partẽ non intueamur. Certè si quis virgã violẽter inflexã dimittit, ex modo quo à ma nu recedit, apertè colligit quòd possit dimissa pertingere, ita etiã oportet de arteria cogita te. Nam in accessionũ principiis per febres, sentiuntur arteriæ quã minimũ dilatatae, ita à digitis introcedere, quasi sese in altum sub mensurã. Super sunt duo tantũ genera æqua lis, aut inæqualis, ordinatus, & non ordina tus: quæ constat non habere dignotionem propriã, sed per passiones priorũ generum sentiri: cum scilicet fiunt æqualiter, aut inæ qualiter: ergo idem putetur hoc loco différe tias distinguere, & dignotionẽ docere, non possunt autẽ non promiscuè horum gene rũ differentia dici, quia ordo aut contrariũ sunt in sola inæqualitate, conandum ergo e rit quoad fieri poterit, omnes dicere distin ctè & breuiter. Inæqualis pulsus est, aut in vno ictu, aut in pluribus: in vno ictu, aut se cundum eandem arteriæ partem, aut secun dum diuersas: secundum eandem partem eiusdẽ ictus, in duobus tantum generibus potest esse inæqualis, in celeritate in quã & vehementia. nam magnitudo, crebritas, aut durities, aut rhytmus non potest esse in vno ictu secundum eandem arteriæ partẽ, non eandem: sed celeritas aut vehemẽtia potest euariare secundum diuersas dilatationis par tes, principium in quã & finem, & id quod in medio est. Rursum ergo talis pulsus esse potest interruptus in medio dilatationis, aut perpetuus; interruptus potest esse, aut quiete, aut intelectio quodã motu naturali, aut quodã recursu arteriæ interruptus motiũcula est qui dicitur otus appellatur, potestq; hic, vt qui quiete interruptitur, primã par tem habere ante interruptionem, celerio rẽ, aut vehementiorẽ vel tardiorẽ, & debilio rẽ, vel illorum alterum, quàm secundã. Om nes interrupti quiete, appellantur deficientes in eodẽ ictu, secundum eandem partem. Ita interrupti qui vltimam partẽ habent pri ma celeriorẽ, appellantur capizantes à medicis. Inæquales & non interrupti sunt inæquales æqualiter aut inæqualiter. æqua liter inæquales sunt, qui differentiã motus quam in principio habebant, sensum inæqua literq; deponunt, vt qui in principio motus est celer aut vehemens, & sensum ad finẽ vs que languescit, aut tardus fit: vel contra, in principio languidus & tardus æqualiter cõ parat robur & celeritatem. hæc ipsa muta tio potest inæqualiter accidere, id est nul la amittendi celeritatem, aut vehementiam ratione seruata. Atqui tunc possit pulsus du as aut tres aut plures accipere differẽtias. Ga.

procus. qui ita minuitur apposita manu, tertia inæqualitatis in eadē arteriæ parte, & eodē ictu tempora apertè nosse se, & occultè quatuor affirmat; ego verò duo tantū, eaque occultè neq; sine adiuncta mente senti ri posse, mihi persuasi. Sed venio ad aliud inæqualitatis genus, quod est in diuersis arteriæ partib. hæc inæqualitas potest accidere nō in celeritate, & vehemētia solū, vt prior, sed etiā in magnitudine, & in duritie, & in ritmo, & in crebritate. potest enim arteria magis dilatari, & celerius, & vehemētius, & cū maiori duritie sub vno digito quā sub alio. sed quod de inæqualitate crebritatis diximus, & rhythmici, est intellectu aliquanto difficilior. Est enim visum quā multis in his duobus generibus, crebritatis in quā & thymici, collectiuam tantum inæqualitatē (ita vocatur quæ est multorum ictuū) accidere posse. verū in vnico etiā ictu secundum partes diuersas esse posse, ita intelliges: potest arteria sub vno digito, incipere dilatari prius quam sub alio: ergo potest sub vno digito longiorē quietem agere quā sub alio. crebritas verò in longitudine quietum posita est, potest ergo sub diuersis digitis in eodem ictu inæqualis esse crebritas. Iā verò rhythmus in proportionē temporis dilatationis cum tempore constrictionis positus est. ergo si inæquali secundum partes dilatationi (posse autem esse inæquale monstratum est) succedit constrictio equalis, & dilatationis & constrictionis celeritas est æqualis, proportio certè secundū diuersas partes erit inæqualis. Est etiam alia ratio mutandi rhythmū ad inæqualitatem eiusdē ictus, si dilatatio & constrictione sint magnitudine æquales, celeritatis verò inæqualis secundū partes: vt si sub primo digito dilatatio sit celeris, & constrictione tarda, & sub secundo digito constrictione non sit tarda, & dilatatio sit tarda, vt sub primo digito. Monstratū itaq; est posse inæqualitatem eiusdē pulsus sub diuersis digitis accidere celeritati, magnitudini, crebritati, ritmo, vehemētiæ, & duritie. Hæc inæqualitas cuiuscunq; generi, aut quibuscunq; generibus (possunt enim vel oēs inæqualitatis differentiæ copulari) accidat, potest esse aut interrupta quiete, aut non interrupta, vt si primo, gratia expelli, digito sentiatur, & tertio, secundo non sentiatur, vel non ita, sed in omnibus sentiatur. Rursus quæuis harum inæqualitas potest esse equalis aut inæqualis, eo quod pulsus æqualitatem cum quadam proportionē, aut sine omni proportionē amittit. Pulsus qui à primo digito versus vltimum sensim deponunt magnitudinem, vocantur à medicis decurtati in eodem ictu: qui in medio digito sunt maiores, & versus primū & vltimum minores sunt, dicuntur decurtati vtrinque. Superest solum inæqualitas

A collectiua. hæc in magnitudine, celeritate, crebritate, & ritmo fieri potest non obscure. in vehemētia quoque mihi videtur fieri posse, non quod tam repente ex forti languida, ex languida fortis fieri possit facultas: sed quod possit adhiberi aut subtrahi conatus, qui facultatis robore non crescente, potest augere motus vehemētiā. In duritie vera, quæque à tensione diuersa est, non puto accidere posse hanc inæqualitatē (quæ enim causa duritie, aut mollicie accedere potest, quæ proximi ictus à proximo ictu differentiam, quæ senitri possit, afferat?) tamen tensionis, quæ duritie nomine quadam ratione intelligitur, potest esse collectiua inæqualitas. Nam cum brachij tendones motu conuulsuo mouentur, sentimus vno ictu magis quā alio arteriam veluti conuelli, neque verò ratio est occulta. Necessè enim est præter motum proprium, tendonum motu arterias trahi. Omnis inæqualitas multorum ictuum, aut rationē seruat periodi alicuius, aut nullius, succeditq; ita genus vltimum pulsus, ordinati & non ordinati, vt qui tertio quoque aut quarto aut quinto quoque ictu, maior, celerior, aut vehementior fit, aut qui tertia, quarta aut quinta quaq; quiete fit rarior, ordinatus est: qui circa omnē ordinē est, est inordinatus. in pulsus distinctione quanquam inæqualitatē collectiuā esse diximus, ordinem aut contrarium non est quod requiramus. nam cū hoc pendeat solum ex motu tendonum, nihil in pulsu indicare potest. In his differentiis sunt omnia pulsuum genera. statim ergo a nomina quædam multis medicis consuetæ declarauerimus, nihil in differentiis pulsuum desiderabitur.

E *Explicatio quorundam nominum, quibus medici in explicandis quibusdam pulsuum differentiis vti solent.*

CAP. X.

F **I**ntermittens est inæqualis raritate. potest enim qui longam quietē facit, iustum vnius pulsus, duorum aut aut dimidij tempus quiescere; atq; ita dicitur, aut semiintermittens, aut intermittens vno duobus, aut pluribus ictibus. Qui ita intermittit, potest cum ordine, aut sine ordine id facere. quot motuum tēpora intermittat pulsus, cognoscet ex pulsuum modulo imaginatione cognito. Huic contrarius est intercurrentes, in crebritate etiam inæqualis, eo quod quo tēpore debuerat esse in quiete arteria, motum alium interponit. Deficiens pulsus est, qui nō sentitur, qui apposita manu sentitur quidē, sed minuitur paulatim, vsq; dū euanescit, dicitur ex appositione manus deficiens: qui si recurrit, vt euauit, & deficiens recipit

pro-

procus, quæ ita minuitur, apposita manu, tamen non euanescit omnino, est decurtatus: qui si in exiguitate illa non perleuerat, sed manu nondum leuata, recurrit, est decurtatus reciprocus. pulsus vndosus vocatus est similis vndis, estque inæqualis in eadem dilatatione secundum diuersas partes; est etiam inæqualis in crebritate, in vna dilatatione, quia alie partes ante alias dilatari incipiunt; est iam mollis, & magnus. Vermiculans est huic in omnibus similis, præterquam quod est multo minor: formicans est minimus, & creberrimus, similis formicæ motui. Vibratus est inæqualis in loco arteriæ (hoc genus inæqualitatis corolarium esse volumus) videtur enim per partes à sua sede demoueri secundum totum corpus, ut solent moueri vibratæ virgæ. est etiam durus. Cõuulsus pulsus est exiguus, intentus, habens etiam vibrationem, sed quæ sentiri ferè non potest. Hæc sunt omnes differentie, si quarum nomen ommissum est, illud ex diuidendi ratione cognoscatur.

Tangendi pulsus ratio. CAP. II.

Ratio ad mouendi manum est cum compressione magna, aut cum leni solum tactu, aut cum mediocri compressione. pulsus fortis sustinet compressionem, neque alia ratio melior est cognoscendi vehementiam, quam comprimendo. nam quo magis sustinet compressionem, eo vehementior est: debile pulsus solum leni tactu cognosci oportere, docet Gale. ego verò experimento comperi, & ratione mihi videor monstraturus, nonnunquam pulsus præ debilitate non sentiri tactu leui, sed cum non nihil premittitur. Id verò est cum præ debilitate est etiam exiguus. Nam constat maiori vi, & motu maiori opus esse, ut motus attingat externam cutem his, quæ cuti superposita sunt laxis, quam non nihil compressis. Ita enim & in aliis rebus experimur, si sub charta aut linteolo exiguus quidam vermiculus bulliat: certè si manum leuissimè admouemus, omnino nullum sentimus motum: si comprimimus, aliquanto plus sentimus. sed si plus adhuc comprimimus, cohibemus debilem animalculi motum, prohibemusque sentiri. Ergo cum arteriæ motus ad eò debilis erit, atque ob debilitatem exiguus, ut nulla tenus partes ad superficiem vsque permouere possit, non debemus omnino leuiter admouere manum, sed eatenus comprimere, quatenus sentiri possit: deinde à maiori compressione abstinere, ne euanescat. Si verò contigerit debilem & magnum esse aut magnitudine mediocrem, leuis admotio erit satis. nam quia magnus citò occurrit, cum autem iam occurrerit, non amat compressionem, qui est debilis. Sed de pulsus differentiis & earum dignotione dicta hæc sufficiant. Quid ex singulis differentiis possimus prædicere, atque

A quid conferat earum cognitio, modò dicamus, pendet verò hoc ex differentiarum causis. Est ergo disputatio de prælagitione, disputationi de causis admodum coniuncta: proinde ego simul de vtriusque dicam, incipiens à causis.

De causis pulsuum quot & quæ sint.

CAP. XII.

Causarum in pulsu duplex genus esse statuit Gal. continentium, & non continentium: continentibus causas vocat (& meritò quidem) facultatem, instrumentum & vsum; nam si aliquod horum tollatur, tollitur etiam & pulsus: reliquas omnes causas dicit alteratione harum causarum pulsus permutare. Non enim exercitatio (esto nobis propositum hoc exemplum) mutaret pulsus, si facultati, aut instrumento, aut vsum nullam mutationem afferret. Ego non tantum duo hæc causarum genera statuo, sed tertium aliud quod in medio horum situm est, hoc verò est motuum animi: hi enim causas continentibus pulsus non sunt: neque tamen sunt causæ per alias, sed per se. nam & si causas continentibus non mutarent, facerent mutationem in pulsu. Nimirum illi motus sunt vitæ facultatis, cuius etiam pulsus est. Ego cum perturbata est ea facultas sic ut spiritus & sanguinem huc aut illuc agat, effundat, aut colligat pro ratione motus, ita arterias hoc aut illo motu mouebit. Sic animus, cum timore afficitur, calidum innatum contrahit, non alia ratione quam quòd timet: ita pulsus vibratum edit, non alia ratione quam quòd timet. Sed hoc in controuersiarum 3 lib. monstratum est. loci huius non tam est monstrare assertiones, quam docere hanc artis partem. Itaque cum triplex hoc causarum genus sit, constat perueniendi ad prælagitionem non esse aliam commodiorem viam, quam docere, quam differentiam pulsus faciat, quæuis causarum continentium: cum per se tum quando cum alia coniuncta est: deinde de animi motibus eodem modo, quia hi sunt causæ per se. vltimò de reliquis dicendum quæ ad modum earum quæuis causas continentibus permutet, ita enim intelligemus quam differentiam pulsus afferat.

Quam differentiam pulsus faciat quæuis causarum continentium, & primo de facultate.

CAP. XIII.

Paucæ quædam differentie sunt causis suis propriæ, reliquæ omnes sunt non propriæ, sed familiares. Proprie vocantur, quæ à sola aliqua causa fieri possunt, & ab illa semper fiunt, ut neque ea causa sine ea differentia, neque ea differentia sine ea à causa esse possit. Facultatis robustæ statuit Galenus propriam differentiam, fortem pulsus, debilis, debilem. Ego verò non possum hoc sine

distinctione prætorine. Certè si facultatis nomine ipsæ vires quæ in corde sunt, intelligantur, non omnino robur pulsus sequitur robur facultatis. Nam monstratum à me est lib. 3. controuersiarum, fieri sæpe robustum pulsus, non tam quòd facultas sit facta fortior, quam quòd aucta sit contentio. Quod certè obscurum non est, cum constet, facultatem vitalem non mouere, quâ tum potest, sed quantum vsus exigit. Facultates autem quæ ita mouent, nunc plus, nunc minus conantur: conatus non tantum auget magnitudinem, & celeritatem motus, sed contentione. Verùm hæc alio loco latius diximus. Ergo nisi facultatis nomen significet vires, quæ apponuntur, quo nomine ipse conatus significatur: falsum est, esse robustum pulsus robustæ facultati proprium. nam si facultas mediocris conetur plurimum, potest edere pulsus vehementer. non ergo valet argumentatio: Est fortis pulsus, ergo facultas est fortis, (scis iam me fortem pulsus vocare eum qui temperato sit fortior. statuiamus enim in hoc etiam genere mediocritatem) hanc tamè valere puto, Est pulsus debilis, ergo facultas debilis. nam quæ fortis est, nunquam amittit contentionem, & magnitudinem, & alias differentias.

De differentiis pulsuum quæ sumuntur ab instrumento & vsu.

CAP. XIII.

Instrumentum habet quasdam differentias proprias, duro enim propriè (ita separo durum ab intèro) durus pulsus est proprius, molli, mollis. Vsi aucto nulla differentia propria est, sed multæ familiares. est auctus vsus, cum calor est plus, aut spirituum animalium minus: imminutus, cum calor est minus, aut spirituum plus. auctus ergo vsus amat in primis magnitudinem, deinceps celeritatem, vltimò frequentiam pulsus. quia natura omnis facit, eorum quæ potest, quod est optimum: constat verò id esse optimum, quod naturæ finem magis assequitur. neque minus certè, constat attemperationem melius præstare multum aërem, quàm celeriter tractum: sed non multum atque melius esse huc trahere celeriter; quo membrum citò inalteratus occurrat, quàm segniter & crebro trahere, ita enim minimè potest alterare. merito ergo natura, quæ nunquàm errat, aucto vsui magnitudine primo, secundo celeritate, tertio crebritate subuicet. Imminutus vsus contrarias differentias amat, & contrario ordine comparat: nimirum differentiam quam dum cresceret, primo comparauit, hanc cum de crebrece siue vltimò tardius amittit. Nimirum quam citius siue primo comparauit natura, magis amat: quam magis amat, magis retinet. Ergo contrario prorsus ordine amittuntur, & comparantur, hæ differentia. Ve-

Arum non est eadem ratio cum pulsus supra mediocritatem magnus, celer, creber factus vsque ad mediocritatem redit, & cum infra illam minuitur: nimirum decrecente vsu, primum amittitur crebritas non infra mediocritatem, deinde celeritas non infra mediocritatem, vltimò magnitudo vsque ad mediocritatem: cum his omnibus pulsus est factus mediocris, rursù incipit à crebritate differentiam deponere. Prius verò fit ut aliqua differentia infra mediocritatem labatur, aliis nondum è magnis factis mediocribus. Nam præter omnem rationem esset differentiam naturalem differentia præter naturam cedere. Has differentias amat vsus, tamen non sunt ei propriae: nam aliarum causarum cõcursum potest has differentias tollere, & dictos nuper ordines cõmutare. quod non alia ratione melius intelligemus, quàm si singularum causarum continentium familiares differentias, per genera omnia enumerauerimus.

Trium causarum continentium familiares differentia.

CAP. XV.

Facultati vehementi familiares differentia sunt magnitudo, celeritas, & raritas. Facultati debili, paruitas, tarditas & crebritas. duro pulsui paruitas, tarditas moderata, & crebritas. molli pulsui, magnitudo, celeritas, & raritas. vsui aucto, magnitudo, celeritas, & crebritas: imminuto, paruitas, tarditas, & raritas. Nam facultate robustam eas differentias magis amare, quæ vsus melius cõpleant, apertum est: tales esse magnitudinem, & celeritatem, prius diximus: crebritatem verò statuiamus debilitati familiarem, quia hæc supplet semper magnitudinis, & celeritatis vicem, cum facultas non valet prioribus complere. Arteria dura motu est difficilis, proinde magnam dilationem non facit: sed quia paruam facit, si ceteræ causæ eodem modo manent, necesse est celerem faciat & crebram. Quod ad tria hæc genera pertinet, ita se habent, quæ qui semel conceperit, non difficilè his tribus differentiarum generibus vtetur prædictione. nam cum occurrerit pulsus magnus, celer, & non creber, aut citum esse vsus, & facultatem non debilem, & arteriam non duram, sciet: si pulsus talis erit, alioqui non fortis, certum esse arteriam esse mollem. nam si hæc esset dura, & facultas debilis, crescente vsu fieri non potest quin esset pulsus non tam magnus, & celer, quàm creber. si paruus, sed creber, & creber occurrerit pulsus, auctum vsu & arteriam duratam, aut debilitatam facultatem, aut ambo hæc indicat. an verò hæc ambo facta sint, an quædam potius illorum, discet ex propriis differentiis. tactu enim ipsa senties an durata sit arteria, an tantum debilitata facultas. Rursus exiguus, & rarus, sed celer, haud scio an aliqua

aliqua ratione fieri possit. Mediocris in celeritate, fiet facultate debili, & vsu imminuto, & arteria molli. His exemplis propositus nulli sit difficile, de mille alijs censere eadē arte.

De differentijs rhythmī aequalitatis & inaequalitatis, ordiati & inordinati.

C A P. XVI.

SED dictum hucusq; est de tribus tantum generibus, de reliquis tribus dicamus, de ritmo inquam, aequalitate, aut inaequalitate, ordine, aut contrario: nam de duritie, aut mollietie, vehementia aut debilitate dictum iam erat. Rhythmus non aliter mutari potest, quam mutata magnitudine aut celeritate dilatationis, aut constrictionis. Neq; aliter potest dilatationis, magis quam constrictionis, aut constrictionis quam dilatationis crescere magnitudo, aut celeritas, quam crescente vsu huius magis quam illius, aut illius quam huius. Ergo cum rhythmum mutatum videris constrictione facta maiori aut celeriori, certò scies auctum esse vsum constrictionis: ergo laborare corpus magis copia fuliginū, quam caloris, ita fit per initia accessionum in febribus. Est enim calidum eo tempore quasi sub multis viridibus lignis: id cū extra hanc initia fit, significat malignam putredinem succorum, potissimum crudorum (ab his enim prodit multa fuligo) & trāspiratum difficilem. Vt enim videmus totam domum fumo repleti, cum caminus obturatur: ita intelligimus repleti in nostris corporibus venas & arterias, cū extrema illarum orificia obstruuntur. Cum contra videris rhythmum mutatum aucta magnitudine, aut celeritate dilatationis solius, aut illius magis; intelliges copiam caloris esse, non fuliginum, ita fieri solet in summis vigoribus febrium, precipue pendentium à bile, ea maxime quae apta est ardere magis quam putrescere. Indicatum enim à me alibi est, excitare saepe febres bilem vltam sine putredine. fit etiam cū corpora non impura, occasione aliqua inflammantur, vt ira, aut exercitatione. Omnis inaequalitas pulsus fit, aut ob vitium instrumenti solius, vt cū obstructa aut compressa est arteria, aut ob vitium commune facultati & instrumento, vt cū facultati graua sunt sua instrumenta, atq; proinde illi minime accommodata: aut ob vitium commune instrumento & vsui, vt cū cor & arteriae inaequaliter calent, aut frigent. ars praedicendi ex inaequalitatibus pulsuum, à distinctione harum causarum proficiscitur. distinctio constat quibusdam praecipuis. Si inaequalitas multorum ictuum ex vitio vsus proficisceretur, certe id vitium solius esset vsus. nam quod calor crecat, aut decrescat, nō dicimus arterias vitiatas, sed vsum mutatum. tunc temporis dicimus vitiatas arterias, cum secundum partes

A manifestas inaequaliter intemperatae sunt. Verum inaequalitas dicta (collectiua inquam) non potest vsui imputari. nam inopinabile est tam repente calorem crescere, aut minui, vt hac causa pulsus aliquis proximo pulsui maior, aut celerior sensibiliter fit: aut proxima quies, proxima quiete. videtur certe ea crebritatis inaequalitas, quae est in intercurrente pulsui, quanquam est collectiua, ab aucto calore proficisci: tamen non fit, sed à difficultate instrumenti & facultatis debilitate ad instrumenta; haec enim facit inaequalitatem collectiuam, maiorem aut minorem, vt vsus vrget: tñ vsus ipse auctus, per se magnitudinem, celeritatem & crebritatem faciet, inaequalitatem non faciet. Superest ergo omnem inaequalitatem collectiuam fieri vitio instrumenti communi cum facultate. Fit verò bifariam vt instrumenta accommodata non sint facultati, aut arterijs ipsis grauatitudine succorum, (estque hic affectus qui debilitas appellatur per aggrauationem) aut facultate ipsa debilitata, atque proinde instrumentis quae alioqui graua non forent, inaequaliter à facultate motis. ita fiunt pulsus decurtati, ac deficientes, recurrentes, aut non recurrentes. Inaequalitas eiusdem ictus secundum diuersas partes arteriae fieri potest vitio proprio instrumenti, vt cum arteriae sunt inaequaliter constrictae: vitio etiam communi vsui & instrumento, vt cum arteriae sunt inaequaliter affectae calore, fit non minus vitio communi facultati & instrumento, vt cū decurtatus, & aequaliter inaequalis fit. Inaequalitas eiusdem ictus in eadem arteriae parte fit vitio solius instrumenti. solet enim esse ita inaequalis dilatatio, cū arteria est dura. fit etiam vitio communi instrumento & vsui, vt cum fiunt dicroti, atq; cum per febrem putridam fit is pulsus, quem Gal. proprium febrium vocat: ego verò putridarum intelligi debere, eo quod haec solum obstruções, aut compressiones habere soleant, alibi declarauit. Causam qua in eodem ictu, & eadem arteriae parte, fit pulsus celeritate inaequalis, Gal. non docet. Videtur verò mihi ea, nisi cum motus interruptur recursum (vt accidit ei pulsui, qui vocatur dicrotus, hic enim ob vsum dilatationis, & constrictionis simul vrgentiū fit) non posse in vsum venire. nā si nō possunt proximas dilatationes pulsus variare variato vsu, paulo ante diximus; certè multò minus possunt euariare partes eiusdem dilatationis secundum eandem partem. sed qua causa ea inaequalitas fiat, iā dico. cū pulsant arteriae, facultas nonnunquam habet partes ipsas arteriae resistentes, nonnunquam iuuantes. nam cū constringuntur infra eam figuram, quam retinent sua sponte, etiam si facultas cessaret, resistunt constrictioni; & rursum cum di-

latantur, ad eam vsq; figuram iuuant dilatationem, vltra illam dilatatae, dilatationi resistunt: & rursum cum cōstringuntur ad eā vsq; figuram, constrictiōnem iuuant. His ita statutis oportet ita cogitare, quæ plus satis cōstricta sunt, eo celerius ad figuram redire, quo sunt duriora: & quæ vltra mediocritatē distenduntur, eo plus distentioni resistere. cōtra mollia dilatari sine multa vi, & constricta per vim, tardius redire ad figurā. Ergo cum constricta erit arteria plusquam suæ partes ament, potissimum si dura sit, celerius exordietur motum, quā finiet. nam à principio dilatationis vsq; ad mediam figuram partes ipsæ, & facultas conspirabunt in actionem, ab ea figurā partes resistent facultati. Hinc fit, vt putrida febris afferat hanc semper inæqualitatem dilatationis: quia fuliginum copia facit, vt arteriæ à cōstrictione maiori moderata dilatari incipiant vitio quoque instrumēti cum facultate fieri potest hæc inæqualitas, tali certè vitio hūt interrupti in eodem icu, vt caprizantes vocati. En inæqualitatis omnes causas. Ordinis vnica tantum causa est, causæ vincentis fixio: inordinationis vnica, causæ infirmitas: nam familiare est omni causæ secundum naturā operanti, cum longè vincit contrariam causam, cum quodam ordine operari. ergo ex ordine, aut contrario nisi reliquæ differentiæ considerentur, nihil possis præfagire, non enim ordo in ordinatione simpliciter melior, aut deterior est: sed cum pulsus ordinem amittit, ita oportet cogitare, an malæ differentie, amittendo ordinem auctæ sint, an imminutæ. nam si auctæ sint, certe pulsus est deterior factus. si imminutæ, melior, vt si qui citra ordinem intermittere: sed ex longioribus interuallis melior est factus, si ex brevioribus deterior. Itaq; ordo in lethalius differentiis est malus, in salubribus bonus. Distæ ergo sunt causæ continentes pulsus, & quas differentias afferant.

Animi perturbationes quæ, & quales pulsus faciant.

C A P. XVII.

Superest vt secundi generis causarum, affectuum inquam animi pulsus dicamus. hi sunt ira, gaudium, metus, mœstitia, & pudor. mutant verò hi affectus pulsus, & perturbāt animum. quod .n. paulo ante diximus, inæqualitates semper fieri ob vitia instrumentorum, & alias differentias ob alias quasdam causas; tunc solum verum est, cum animus non est perturbatus affectibus. nam quietus animus mouet pro ratione vsus, & pro commoditate instrumēti: perturbatus verò animus perturbatè mouet, ita vt modum quo animus perturbatur, arteriarum motus aperte referat, proinde ira facit altum pulsus, &

A celerem, & crebrum, & vehementem: voluptas magnum, ac rarū sine vehementia: mœstitia paruum, tardum, lāgudum, ac rarum: timor recens, ac magnus facit pulsus vibratum: inueteratus, aut non vehemens, facit similem mœstitiæ. pudor quoq; facit inæqualem, ac perturbatum. amor non est affectus irascibilis, sed appetitus, compassio verò in corde; proinde nō habet pulsus proprium, sed vt afferet cordi perturbationes, iram, metum, mœstitiā, gaudium, aut illarum plures, ita has vel illas affert differentias pulsus. Sed de his hæc sunt satis.

De causis quæ per accidens pulsus immutant, & primò de ijs quæ sunt secundum naturam.

C A P. XVIII.

Superest tertium genus causarū, quæ sunt causæ per accidens, quia nō aliter, quā per mutationem causarum continentium pulsus mutant. Sunt in hoc genere triplices causæ: quædam naturales: quædam non naturales: quædam præter naturam. in naturalibus sunt, temperamenta, & habitus corporis, & sexus, & ætates, & quidam affectus, vt prægnatio, calor, aut frigus naturalis temperamenti vsus mutat: humor, aut siccitas non mutat vsus, sed instrumentum. humida enim corpora mollia etiam sunt, sicca dura. ergo calida temperamenta maiore, & celeriores, & crebriores, (hi enim sunt aucti vsus) frigida contrarios: humida molles, sicca duros pulsus habent. quæ composita habent temperamenta, simplicium temperamentorum pulsus adiungunt. In habitu corporis, est gracilitas, & obæfitas, & mediocritas. cū gracilitate corporis potest esse amplitudo, aut angustia vasorū. graciles & qui sunt amplis arterijs, sunt calidi, & habēt magna ea spacia, in quibus arteriæ mouentur: proinde pulsus habēt maiores, quā obæfiti: sed quia arteriæ ob capacitatem spaciorum liberè motæ etiam supra vsus dilatantur, sunt illis pulsus rari. graciles qui sunt angustis valis, frigidi & sicci natura sunt, habentq; pulsus similes senum pulsibus, de quibus statim dicam. Obæfiti habent contrarijs de causis paruos, & crebros. Sexus quoque habet pulsus proprios. nam quia viri calidiores & vitali robore firmiores sunt fœminis, maiores quoque ac vehementiores habent pulsus, rariore tamen, ac tardiores: quia concursu duplicis causæ (caloris dico & facultatis) maiores quam pro solo vsu facti, necessario celeritatem & crebritatem deponunt. ætates quoq; pulsus habent proprios. iuuenes, quia nulli ætati cedunt calore, & is quem habent, est acer, maximos: pueri quia dilatationis simul, & constrictiōnis vsus habent magnum, creberrimos (nā vrgētia dilatationis detrahit quieti internæ, & constrictiōnis externæ)

ternæ) & celerissimos. Senes minimos, raros, & rarissimos, frigidi enim & sicci sunt: quare neq; dilatatione, neq; cōstrictione admodum egēt, nam neque calorem multum, neque vaporum copiam habent. adolēcentes habent in tribus his generibus moderatos, vehementissimos tamen: habent. n. temperiem optimam, & virtutis robur maximū. senes habent languidissimos. Vtero gerentes habent maiores, celeriores, & crebriores pulsus: & hæc omnia eo plus, quo fœtus est maior. Nam cum respirent, & pulsent non solum sibi, sed etiam fœtibus, constat esse illis vsū auctum. magnitudo ergo, & celeritas, & crebritas auctæ sunt, nā has exigit auctus vsus. hæc sunt causæ naturales.

De causis non naturalibus, quæ per accidens pulsus immutant, & primò de aère.

C A P. XIX.

In non naturalibus sunt aër ambiēs, cibus & potus, motus & quies, somnus & vigilia, excretio & retentio. animi autem motus sunt in causis per se, vt supra dictum est. In differentia aëris sunt anni tempora, regiones. In differentijs pulsuum, quas anni tempus affert, videtur mihi Galenus lapsus turpiter. nam & si quædam alia in hac tractatione minus exactè tradidit, tamen non est ita vt in his deceptus. Quod vt apertius indicem, lubet eius dictionem hic inferere, p tempora (inquit) in medio vere maximos, & fortissimos, vt in temporibus: celeritate autem, & crebritate, medio cres. eodem modo & medio autumno. progrediente autem vere tollitur magnitudo, & vehementia, augetur tamen celeritas, & crebritas: ac denique cum æstas aduenerit, debiles, & parui, & celeres, & crebri fiunt: autumno verò progrediente omnia minuuntur, magnitudo, vehementia, celeritas & crebritas. Vt cum hyems accesserit, in exiguitatem, debilitatē, & tarditatem & raritatem mutantur: respondet autem initium veris fini, & finis principio autumnii, & principium æstatis fini æstatis, & principium hyemis fini hyemis. quare quæcunq; ab æstate media & media hyeme æqualiter in alterutram partem recedunt, similiter mutant: media æstas partim eodem modo, partim cōtra habet ac media hyems: exigui enim & debiles in vtraq; celeres autem & crebri æstatis, tardi & rari hyemis: nō tamen ita exigui æstatis, vt hyemis, sed æstatis minus: neq; ita languidi hyemis vt æstatis, sed minus hyemis. hæc est Gal. sententia, in qua pluries errat. primum, quòd medio autumno putat eosdem esse pulsus, quos medio vere: cum tamen oporteat autumno esse languidissimos, vt in anni temporibus, & vere vehementissimos. nam in autūno languent vires omnes, quia exiccata & dissoluta sunt

A corpora, exusti q; succi antecedente æstate, & nondum est frigore aeris ambientis (vt per hyemem accidit hominibus omnibus, nisi forte ijs qui per sese frigidi sunt) roboratum innatum calidum: neq; verò quòd autumnus non sit frigida aut calida tempestas, facit ad robur facultatis, habet enim eam temperiem, quam habet inæqualiter, vt eadem die modo calor, modo frigus sit, & debilitatem magis, quàm robur facit. debiles ergo pulsus erunt autumno, & magnitudinē, & celeritate, ac crebritate secundum tempus inæquales. fallitur ergo rursus, dicens. Quæ à media æstate, aut hyeme æqualiter in alterutram partem recedunt tempora, eodem modo pulsus commutare. quo pacto possit hoc esse verum? quo pacto non faciat plurimum ad mutationem pulsus, esse ante tempus maximæ intemperiei, aut post id tempus? si media æstas maximè debilitat, certè in fine æstatis debiliores erunt pulsus, cum tota iam corpora æstas exussit, quàm in æstatis principio, quod à temperatissimo vere haud multum recessit. præterea fallitur, affirmans, pulsus à medio autumno versus mediam hyemem languescere. nam facultas à medio autumno vsq; ad medium veris roboratur, à medio vere vsq; ad medium autumnū languescit, vt summum robur sit in medio veris, & summus languor in medio autumnii. neq; verò id in nostris tantum corporibus, sed in omnibus etiam viuētib; quædam experimenta apertè declarant. Ver hominibus & reliquis animantibus est saluberrimum; autumnus maximè mortiferus. Vere medio plerq; arbores florent & vigēt, medio autumno defrondescunt, & languescunt. rursus ab eo tempore vires recuperāt, vsq; ad ver. sed si hæc nō sunt vera, quid est q; Hipp. nos docet, ventres hyeme & vere natura calidissimos esse, & somnos lōgissimos, & alimenta copiosiora his temporibus esse exhibenda. an hoc est facultatem esse languidam præ frigore? ergo debilitatis præ frigore dabuntur copiosiora alimenta. itaq; nihil magis alienum erit à pulsu initij veris quàm pulsu finis autumnii; hic enim incipit iam roborari, ille modò incipit languescere: neque à pulsu finis veri erit quicquam magis alienum pulsu initij autumnii: nam ille modò incipit languescere, hic est iam languidissimus. Neque verò in initio hyemis erit pulsus tam robustus, quàm in hyemis fine. misso ergo hac in parte Galeno, satius fuerit, pulsus temporum breuiter distinguere. Medio vere sunt pulsus vehementissimi, medio autumno debilissimi, hyeme, & æstate media mediocres, sed in hyeme robustiores quàm in æstate. quod ad vsū attinet, in æstate media essent maximi, & hyeme minimi; tamen neque in illa debilitas

bilitas fert magnos, neque in hac fert robur omnino minimos: quare maximi sunt medio vere, minimi medio autumno, quanquam inæqualiter secundum tempus hyemis & æstatis pulsus magnitudine minimum disident. Quibus ergo differentijs tantum aëris disidium declaratur? celeritate certè, & crebritate. Est enim in æstate media celerissimus & creberrimus, media hyeme tardissimus & rarissimus: quia etsi calor interior viget, tamen occursum frigidæ aëris thorax & arteriæ reformidat. vere celeritas & crebritas moderata sunt: est enim usus moderatus, cum sit tēpestas moderata. quòd si fusio sanguinis eo tempore usum aliquantum supra mediocritatē augeat, id suppletur sola magnitudine, quæ diximus ei pulsui accidere. autumno inæqualiter etiam accidunt secundum tempus celeritas & crebritas, sed ob exiguitatē quæ debilitas efficit, inclinât magis pulsus ad celeres & crebros. Hæc de pulsibus temporū consentanea sunt & vera. de regionum pulsibus haud est diuersa disputatio. Nam tempora anni, & regiones eadem omnino causa pulsus mutant, puta cōmutatione aëris. quare eodem modo calidæ regiones vt calida tempora, frigidæ vt frigida. balnea etiã sunt in hoc causarum genere, in ambiere scilicet: nã & hæc possunt occurrere calida, & frigida. calidæ verò primo occursum, (id est cū non sunt immoderata) faciunt vehementes & magnos, celeres & crebros. nã usum augent, & facultatem non debilitat: accedit ergo conatus, qui auget pulsus vehementiam, cū immoderata iam esse incipiunt, debilitant facultatem, & augent usum: facient ergo debiles, paruos & celeres & crebros. quòd si immoderationis non est modus, vltimum etiam tollunt cum facultate, ergo facient etiam raros, & tardos. frigida verò balnea primo occursum paruos & tardos & raros, & languidos facient. refugit. n. calidū innatum statim occursum frigidū, subtrahitque vires. sed elapso primo occursum frigidus homines magis refrigerant, & debilitant, & eas omnes pulsus differentias augent: robustos & calidos magis roborant, aucto intra viscera calore, vt hyemem facere paulo antè diximus. Facient ergo pulsus magnos & vehementes, celeritate & crebritate moderatos.

De differentijs pulsuum qui à cibo & potu proueniunt.

CAP. XX.

Secundum genus causarum non naturalium est in cibo & potu. cibus moderatus calorem auget, & robur: ergo vehementiores, maiores, celeriores & crebriores pulsus faciet: minor moderatio faciet hæc quoque in pulsibus magis quam si nullus cibus ingestus esset, minus tamen quam si moderatus. Inc-

dia faciet pulsus contrarios: quanquam in principio faciet quidem minores & debiliores, non tamen statim tardiores & rariores, imò verò tato crebriores & celeriores, quanto minores; nam facit debilitatem facultatis, calorem verò etiam auget vsuione excrementorum, qua ratione febres diarias eam solere facere, alibi diximus. Procedente verò plurimum inedia, usus etiam cum facultate tollitur, suntque rariores etiam & tardiores pulsus. Vinum etiam pulsus mutat, partim vt cibus, partim vt medicamentum calidum; proinde facit vehementes, magnos, & celeres, & crebros: facitque citius, quia celerimè nutrit. potus aquæ, si moderatus est, non facit notatu dignam pulsus mutationem, quantum ego intelligo: si nimius sit, facit quidem qualem medicamentum frigidum, proinde paruos, tardos & raros pulsus, nonnunquam etiam concretione duos solet facere, qui sunt intempestiui, aut nimij.

De differentijs pulsuum qui à motu aut quiete proueniunt.

CAP. XXI.

Tertium genus causarum non naturalium est in motu & quiete. motus facilis dicitur motus simpliciter, hic verò non mutat pulsus insigniter. cū quispiam vsque ad sudorem, aut particularum omnium calorem, aut carnis tumorem mouetur, exercitatio dicitur: si plus etiam mouetur, labor est. exercitatio facit magnos, celeres, & crebros pulsus, & vehementes, quia auget facultatem, & calorem: labor facit paruos & languidos, celeres & crebros: quia cum intemperie calida facultatem debilitat, nisi verò labor maximus iam sit, vt qui deliquium animi iam afferat. hic enim facit etiam tardos, & raros. Otium facit pulsus muliebres, nam refrigerat corpora, & humectat, facitque excrementis repleri. Hoc verò non de quocunq; otio intelliges, sed de longo, vt cum quis in carcere multis diebus detentus est.

De differentijs pulsuum qui à somno aut vigilia sunt.

CAP. XXII.

Superest somnus & vigilia: hoc enim est quartum genus. Somnus in primis facit pulsus quales mæstitia, colligit enim calorem ad interna: procedens verò mediocriter somnus, vt hora vna, aut in debilibus duabus transactis, si post cibum cœpit homo dormire, magnitudinem, & vehementiam comparant, tarditatem verò, & raritatem augent. nam copia iam concoctione reficitur facultas. Si verò vacuo ventre quis cœpit dormire, aut alioqui non est interior multa succorum copia, qui concoctionem spectent, semper delabitur ad debi-

debiliores, minores, tardiores, & rariores A
pulsus. quod omnibus etiam accidit, non so-
lum his, cum somnus iam modum excelsit.
excitatio etiam habet pulsus proprios. nam
statim augetur pulsus (emergente in mē-
bra calido innato,) in magnitudinem, cele-
ritatem, & crebritatem, æqualiter quidem si
paulatim fit excitatio, si repente, perturbatē,
vibrati pulsus non raro fiunt, quia accedunt
excitationi motus animi occurſu nouo re-
rum, & splendoris, & clamorum. Vigilia lō-
ga facit in primis paruos, & debiles, celeres
tamen & crebros pulsus, vt æstas, & labor, &
fames: tandem si modum omnem superat,
etiam tardos, & raros, extincto calore cum
facultate.

*De differentijs pulsuum qui à retentis aut
excretis fiunt.*

C A P. XXIII.

Vltimum genus causæ non naturalis est C
in his quæ retinentur, aut expelluntur,
vt suppressio alui, & cessatio insolita vene-
reorum, & vsus illorum nimius. alui suppressio
si quando ad eam magnitudinem peruenit,
vt pulsus mutet, facit diductionem fœ-
tidorum vaporum per totum corpus, atque
ita facit pulsus magnæ, & celeris constric-
tionis, & in externa quiete crebrum: nam
omnis magna necessitas constrictionis facit
in externa quiete, & magna necessitas dila-
tationis in interna quiete crebritatem: absti-
nentiâ insolita à veneris facit suffocationem
calidi innati, & grauationem facultatis. pro-
inde pulsus fiunt, quales per eam facultatis
debilitatem, quæ dicitur per aggrauationem
fieri, de qua antea diximus. nimius venere-
orum vsus de trahit magnitudinem, & vehe-
mentiam pulsui, crebritatem etiam addit.
nam detrahit corpori robur vitale. proinde
solent, quicumq; morbus post nimium coi-
tum fiat, statim, vt mirentur medici, fieri pul-
sus vermicantes, nonnunquam & formican-
tes. sed de causis non naturalibus actenus.

*De differentijs pulsuum, qui à causis præter natu-
ram fiunt, & primò de ijs qui à causis morbi,
aut ab ipso morbo fieri solent.*

C A P. XXIV.

DE causis præter naturam modò: in qui-
bus est triplex genus; causæ morborum, F
morbi; & symptomata. Causæ externæ mor-
borum cum non naturalibus pulsuum cau-
sis dictæ sunt; internæ sunt, succorum mali-
tia, aut abundantia. Malitia abundantia ma-
lignæ fuliginis facit, quare constrictionem
afferet pulsus, & crebritatem externam. A-
bundantia succorum sine malitia, nisi maxi-
ma sit, facit pulsus magnos, & robustos, (hos
vocant alij plenos) si maxima est, iam facit
magnitudine & vehementia inæquales gra-

uata facultate. inter morbos meritò de fe-
bris pulsibus dicemus primùm, deinde de
inflammatione. febris, qua febris est, facit
pulsus magnum, celerem, & crebrum: nam
ea nihil aliud est quàm auctus vsus, neq; ve-
rò quoties adest febris, aderunt hæc omnia:
nam nonnunquam vsui aucto, est satis aucta
magnitudo sola, aut cum celeritate: nonnū-
quam etiam est per febres facultas adeò de-
bilis, aut arteria adeò dura, vt nulla fiat ma-
gnitudo, sed crebritas sola, aut cum celerita-
te: sed cum febris possit esse diaria, aut putri-
da, aut hæctica, atque quoduis horum gene-
rum habere possit multas differentias, præ-
stat etiam pulsus non parum ad earum di-
stinctionem. febris diaria per se nullas muta-
tiones amat, præterquam ad magnitudinē,
celeritatem, & crebritatem. Differentiæ quas
amant ratione causæ pro cathartica cum ea
nondum recessit, diætæ sunt cum causis non
naturalibus pulsus. putridarum omnium est
inæqualitas communis illa, de qua paulo an-
tea diximus, in eadem dilatatione sub eodē
digito. Nimirum videtur arteria quæ dilata-
tur, non tam dilatari à facultate, libere, & fa-
cile vt solet, quàm subsilire, cuius causam esse
nuper diximus, in concursu duarum causa-
rum facultatis scilicet, & partium ipsius ar-
teriæ. putridæ febres & perpetuæ (sunt enim
omnes perpetuæ, aut intermittentes, & quæ-
uis illarum, quotidianæ, tertianæ, aut quar-
tanæ) tertianæ quidem habent maximos,
celerrimos & creberrimos: quotidianæ, mi-
nimos: quartanæ, rarissimos: celeritate, vtra-
que harum pares: interimentes eosdem pul-
sus habent, cum sunt in accessionum vigori-
bus: in accessionum principijs, contrarios.
Nam tertianæ pulsus minores faciunt, quàm
quotidianæ, quia à rigore, qui in principijs
tertianarum fit, maior accidit compressio
quam à frigore, aut horrore. A principijs ac-
cessionum vsq; ad summū vigorem sensim
commutatur pulsus à minoribus, & rariori-
bus, & tardioribus, & in dilatatione: & tertianæ
citissimè commutant, reliquæ lentius.
hæctica febris facit pulsus paruos, celeres, &
crebros, quia cum debilitate facultatis ha-
bet calorem. facit etiam æquales, aut saltem
inæqualitatis quæ nõ sentitur. qui pulsus hac
causa solent hæctici appellari. cum febris iam
minari incipit marasimum, facit præter dicta
duros insigniter pulsus, dureſcente iam præ-
ficitate. hi etiam pulsus, duri inquam, parui,
& celeres, & crebri fiunt, cum corpus inci-
dit in eum marcorem, qui torridus dicitur,
siue is ex visceris alicuius inflammatione re-
lictus sit, siue sine inflammatione ex febre sic-
tante: nam alter marcor, qui cum frigore est,
quem senium ex morbo meritò vocant. pul-
sus facit omnino qualis senium. hæc
de febrium pulsibus.

Febris qua
les non fa-
ciat.

Febris hæ-
ctica pul-
sus.

De

De differentijs pulsuum qui ab inflammatione fieri solent.

CAP. XXV.

Inflammationes non omnes pulsuum mutant, sed illæ solum quæ internæ sunt, nec tamè minimè, aut externæ quidem, sed maximæ. certè quæ inflammationes sunt, faciunt calore magnos, celeres, & crebros, tensione duros pulsus, & ferram referentes: tamen alijs causis, quæ inflammationibus accedant, fieri potest ut hæc pulsuum differentia euariet, ut cum facultas debilis inflammationi accedet, decrescet magnitudo, crescet tamè crebritas. cum inflammatio tenebit membrum molle, & expers neruorum, crescet magnitudo, fiet tamen pro duro mollis pulsus. hinc fit, ut non omnibus inflammationibus sint iidem pulsus, neque omnino similes: sed pro ratione membrorum quæ inflammata sunt, & pro ratione succi, à quo malum pendet, (non enim de exquisita tantum inflammatione loquimur) longe diuersi, quos potissimum commutant substantia, & formatio membri, & peculiaris conditio (dicimus enim modò de causa in membro, dicemus statim de succo) uoco substantiam, mollitiem, aut durtièm: membri formationem, quod neruis abundet magis quam uenis, & arterijs, aut contra. peculiarem conditionem uoco eam naturam, quæ in quouis membro facit ut symptomata quædam cuiusque membri mala consequatur. Nam quò membrum quod inflammatum est, est mollius, eo pulsus est minus durus, quia ipsum membrum minus intentum fit, & tactui resistens, usque adeò ut neque Galen. cerebrum, aut pulmonem scirrù pati posse, eo quòd mollia membra sint. Constat sanè mollitiem membri facere posse, quo minus pulsus adeò duret, quam si membrum durum esset, tamen non posse facere per se ut mollior pulsus sit quam in homine sano. verùm fit plerumque, ut pulsus fiant molles membro molli inflammatione patiente, quadam alia causa, quæ est in natura eorum membrorum, magis quam in substantia. nimirum membra talia plerumque laborant pituitosa fluxione, quæ irrigans radices arteriarum, emollit pulsus. Dicta est ergo causa, qua pulsus pleuriticorum & phreniticorum sunt duri, & lethargicorum & peripneumonicorum, & inflammatione uentriculi, uteri, & vesicæ laborantium, & laryngis molles. Quod ad formationem attinet, pars quæ neruis abundat, & si uenas & arterias habeat omninò exiguas, facit pulsus duros, quæ caret neruis: & si arterijs abundet, minus duros faciet, sed facit copia arteriarum ad pulsus inæqualitatem magnam. nam arteriæ non tam facile intenduntur quam nerui, durtièmque quam ego in carpo manus inflammatione interius oborta sentio, non tam fa-

Acit tensio arteriarum ab ipsa inflammatione facta (hæc enim remitteretur ante manum quam nerui, qui per totum corpus per breuissima spacia sunt multis surculis arterijs aligati. inæqualitatem uero facit obstructio magna arteriarum, ergo hac quoque ratione peripneumoniæ pulsus non est durus, sed ualde inæqualis, & inflammationis septi transuersi, & inter septi (mediastini uocati) & pleuritis, est ferræ similis: nam pulmo caret neruis, pleura habet exiguas arterias, & copiosis neruis est contexta, septum transuersum multo magis. Quod ad peculiarem naturam attinet, omni internæ partis inflammationi accedit febris perpetua, ardentior, aut minus ardens, ut pars est natura calidior, aut minus calida, aut cordi propinquior, aut minus. Ergo membrana costas succingens, & septum transuersum, & lien, & uentriculus, & hepar, & uerus, & renes, & cerebrum febrem magnam faciunt, larynx & pulmo maximam, quia præter cætera sunt in uia spiritus. habet ergo hæc omnes partes inflammata pulsus magnos, celeres & crebros: sed cum durtiès, & debilitas detrahant magnitudini, quò pars quæ uis habebit durtiores & debiliores, eo minores habebit & crebriores. Pleuriticorum ergo non erit magnus, phreniticorum erit etiam exiguus, nisi admodum raro. quia hic affectus, cum sit membranarum cerebri, quibus quam maximæ tensiones, & durtiès per neruos accedere uerisimile est. habet etiam semper ferè adiunctam debilitatem lethargicorum & peripneumonicorum pulsus erunt magni, quia cum aucto usu sunt molles, quanquam lethargicorum non adeo, quia nec tanta eis est febris, accedit utrisque plerumque debilitas, quæ cum mollitiè, & magnitudiue pulsuum uidosum facit. uentriculos cum inflammatione tentari incipit, potissimum si ea à mordentibus succis pendet, affectu solet alia symptomata, quæ aliter pulsus permutare solent; nam cum ea natura sit os uentriculi, ut gratia sui sensus, & loci, in quo situm est, statim trahat ad sensum cor, & grauissimo torqueatur dolore, syncopen cardiacam affert, atque syncopis pulsus, in prius paruus, crebrum & non nihil celerem & mire inæqualem, & gratia compressionis, quæ eis sæpe accidit à lucis, contractionis magnæ: postea nonnunquam affert paruus, tardus & rarus, quin & pulsus abolitionem. tamen hæc non sunt inflammationis, sed loci. Est etiam in natura peculiari partium, ut hæc inflammationes in hos morbos, illæ in illos commutentur; aut nunc in hos, nunc in illos. Ut pleuritis solet migrare in pulmoniam, aut in suppurationem, & tandem utraque uia in tabem: aut solet affere syncopem. solet etiam migrare pulmonia, atque adeò phrenitis in cataphoram, & angina

gina in pulmoniam, aut conuulsionem. at- qui cum pulsus, commutatis morbis, com- mutantur, quia sunt etiam illorum morbo- rum, in quos commutatio fit, proprii pulsus; constat, commutationis etiam imminens posse esse in illis notam quandam. pulsus videlicet pluritudis, quæ in cataphoram tedit, rarior fit solito; quæ syncopen, aut pulmonia, crebrior. pulmonia in syncopen crebrior, in cataphoram rarior. quia pulmonia, & syncopis incipientis, crebrior est quam pleuriti- dis, cataphoræ rarior quam pulmonia, & pleuritudis. nam omnis affectus soporosus habet rarum pulsum. Suppuratis primo sunt pulsus, quales inflammationibus, & inæqua- les, & inordinati, qui procedente malo æqua- litatem comparant, & altitudinem commu- tant cum latitudine, cum ruptus iam absces- sus est, atque celeritatem, ac crebritatem cum contrarijs. Tabidis pulsus est in primis hec- ticus, id est debilis, exiguus, sine inæqualitate collectiua, quæ sit manifesta, cum celeritate quadã, & crebritate. deinde & *μύσος*, id est vtrinque gracilis, ut videatur habere duplicem caudam. Qui marcescunt, ob mala pulmonis habent pulsus exiguos, languidos, molles ce- leres non nihil, & hecnicos. Conuulsi habent pulsum non tam propriè durum, quàm in- tentum, vsque ad eum ut tremat pulsus, ut solent lyre fides plurimum intentæ. talem quandã tensionem habet pulsus angine, etiam si quæ plurimum in eo crescat, non solum est angine, sed eius quidem migrantis in conuulsi- onem, ut si omninò nulla sit, timendum sit ne angina in pulmoniam abeat. sed de causa quæ à membro capitur, hucusque. Succus quoque facit, ut ab eiusdem membri inflama- tione, non iisdem semper pulsus fiant. nam pul- monia quæ ut solet, à pituitoso sanguine fit, facit eos pulsus quos dixi; tamen quæ ex bi- lioso, solet etiam vibratum facere, & phreni- tis quæ dicrotum facit plerunque, nonnun- quam facit vndosum, quod minimè bilio- sam esse phrenitidem indicat. Lethargi etiã, & phrenitidis & medice affectionis, quæ vo- catur typhomania, differentia maxima est in succo. fit enim phrenitis ex bile, lethargus ex pituita, typhomania ex vtriusque. quanquã his morbis in loco etiam est differentia. nam phrenitis affligit membranas magis, quam medullam, lethargus magis medullã, typho- mania in omnibus est medius morbus. pro- inde eius pulsus ex omnibus differentijs est, quasi ex pulsu lethargicorum & phrenitico- rum conflatus. hæc de pulsibus inflama- tionum, & aliorum morborum, qui ex ipsis frequenter fiunt. quidam alij sunt morbi, qui insignes habent pulsus differentias, ut cat- ochus, paralyfis, epilepsia, & apoplexia, præfo- catio vteri, hydrops, elephãtia & icterus. Ca- tochus habet pulsus, quales lethargus, præ-

A ter quam quod est æqualis, ac durior. vide- tur enim his arteria, ut & totum corpus, ri- gere. Paralyfis quia facultatem debilitat, & calorem extinguit, facit paruos & tardos & debiles, raros non semper, sed inæquales sem- per. non enim possunt abesse obstructions: est itaque sæpe sine ordine intermittens. A- poplecticorum pulsus erunt, quales maxi- mæ paralyfis (quanquam epilepsie pulsum magis esse, Gal. nescio qua causa dixerit) nã est reuera resolutio totius corporis. Epilep- sia, quia est conuulsio, talem pulsum affert, qualem ex conuulsione fieri, ante diximus, vtrinque intentum. Vteri præfocatio affert etiã pulsum conuulsionum, simul & rarum, quia est affectus frigidus, facit consensu partium sentientium motus conuulsiuos. quod si cres- cente conuulsione pulsus fiat creber, maxi- mè si deficiens quoque fit, exitium minatur. affectio enim est hæc suffocata iam plurimū facultatis. Elephas etiam magnus facit de- bilitatem facultatis, si sine febre est, ut solet cum frigore. quare pulsus quoque facit paruos, & crebros, & tardos, & languidos: tales etiã facit hydrops. nam eodem modo mutat fa- cultatem & usum, si febris hic quoque non fit. Verum grauat arterias, & tendit aliquan- to plus, proinde minus æqualem, & magis distentum pulsum facit. Ascites grauat, Tym- panites tendit magis. Anasarca imbuit mul- to humore arterias cum toto corporis habi- tu, emollitque, proinde & latos, & vndosos pulsus facit, pituita videlicet emolliente ar- terias. Icterus contra facit pulsus duros, bile siccante totum corpus, ac cum eo arteriam. Sed de morborum pulsibus hæc sunt satis. Si qui sunt relictæ, ex dictis intelligentur facile, nam neque tot exemplis erat opus.

De differentijs pulsum qui symptomata sequuntur.

CAP. XXVI.

E SYMPTOMATA per pauca sunt, quæ pulsus mutant per se, plerunque enim sunt mor- bi ipsi qui mutant; tamen dolor inter cetera hoc habet in signe, quod pulsus mutat. rigor quoque mutat pulsus per se, quanquã est sym- ptoma. atque animi motus cum sunt sym- ptoma, ut in melancholicis solent, & alia for- tasse quædam. Animi motus eodem modo mutant pulsus, cum sunt symptomata, ac cum non sunt, quare de his dictum putat: atque de rigore quoque, nam de hoc, disputantes de fe- bris pulsibus, diximus, dolor facit initio pul- sus vehementiores, maiores, celeriores & crebriores. nam auget usum per laborem fa- cultatis animalis quare cum nondum facul- tatem vitalem debilitat, facit conatum maio- rem cum maiori usu apponi: cum verò iam vitalem quoque facultatem debilitat, minorè, debiliorem, celerem tamen & crebrum, cres- citque crebritas, decresciente celeritate cum

Y

Pulsus epi- lepticorū.

Pulsus in- flammatorum.

Pulsus marcescentium.

crefcit debilitas. folet etiam facere dolor per turbationem animi, quæ apertè conturbat pulſum, & mille modis facit inæqualem, ac vibratum, quòd in doloribus parturientiũ, & alijs qui grauiſſimi ſunt, & repente facti, experiris.

De præſagiendi ratione ex pulſibus.

CAP. XXVII.

His dictis de cauſis pulſuũ, præſagitiõ eſt admodum facilis. Nam quæcunq; pulſus differentia occurrat, intelliges, naſcaturne ex graui cauſa, atq; periculum præ ſe ferente, an ex leui & ſecura. Vtcunq; hoc habeat, ſi cauſa aliqua manifeſta talis pulſus eſt. præſagium eſt infidelibus. atq; vbi nulla talis ad ſit, ſi differentia pulſus naturæ morbi, q̄ alijs

ſignis cognitus ſit, reſpondet, minus terrere debet, & lethalis alioqui ſit, quàm ſi non reſponderet. Nam vt in commentatione prognõſt. Hipp. docuimus, quòd ſignum habet cauſam apertiore, eò eſt infirmius: neq; ſolum ad præſenſionem ſecuritatatis, aut periculi vtimur hac arte, ſed ad agnitionem morborum. Nam ſi cuius hominis temperamenti natura, omni dolore vacantis, & animo quieti, in medio vere pulſus magni, celeres, & crebri ſint, putabitur homo febricitare: ſi verò bilioſus eſt, aut dolore graui affectus, aut iratus, poteſt pulſus differentia tali cauſe impu- tari, niſi maior apertè, quàm pro tali cauſa ſit. Sed hæc diſputatio ſatis eſt producta.



COMMENTARIVS DE FEBRIBVS, EODEM AVTHORE.

Eiusdem argumentum.

Febris qd ſit, quæ eius differentie ſiue ſpecies, tum ſimplices, tum compositæ, vnde oriantur, quo modo cognoscendæ & ab inuicem diſtinguendæ primò per genera; deinde ſecundum cuiuſq; generis ſpecies, qui ad quoduis genus febris magis aut minus procliuſe ſint, cur aliæ continua, aliæ intermittant, quæq; magis aut minus periculofæ exiſtant, paucis hic libellus explicat.

Febris quid ſit, & in quibus partibus conſiſtat.

CAP. I.

Febris qd.



Febricitatiũ pulſus.

Febriſ nihil aliud eſt, quàm calor præter naturam, qui cor occupet. Nam ex comuni omnium conſenſione conſtat, eum hominem febricitare, qui calidus eſſe ſentitur totus, aut habet pulſus quales aucto vſu fieri diximus ſuo loco. hi autem ſunt maiores, celeriores & crebriores, aut quædam horum habentes. hæc vt homo habeat, illud vnũ eſt ſatis, quod & neceſſarium eſt, vt habeat calorem maiorem naturali in corde, vtcunq; ſecundum alias qualitates, aut ſecundum alias partes affectus ſit. Ergo quod eſt calida intemperies vbiq; que ſit, in corde exiſtens eſt febris. Atqui calor in parte quacũq; eius partis febris eſt, ve- lnt febris capitis, ventriculi, inteſtini, cruris, aut brachij. In corde aut eſt febris ſimpliciter aut febris totius. Nã cum cor ſit naturalis caloris fons, hac parte calefacta præter naturã, ardor ſtatim effunditur in totum corpus, niſi

quid impediatur, velut in quibuſdam earũ generibus: tñ ex nullo alio membro in totum corpus effundi poteſt, niſi per cor. Meritò ergo vniuerſi corporis calor cæſetur, qui eſt cordis. Eſt itaq; febris primò omnium morborum genus. intemperies videlicet ſimplex in calore, eaq; ad totum corpus pertinens, vt dictũ eſt. Atqui vt eſt primus morbus, ita & maxime communis. Quo ſit vt rari morbi ſint, qui non ſint febres, aut cum febribus: vſq; adeò vt vulgus hominum ad medicos ſolam febrim curationem iam putet pertinere. Nõ quidem pertinet ſola, ſed ea maxime. Quare meritò maximo in pretio habẽda venit hæc diſputatio. Verum de febris eſſentia hæcenus, de differentia febrim dicamus.

Qua ſint febris differentie ſiue ſpecies, qua earundem cauſa, & primò de ſimplicibus eius differentijs.

CAP. II.

Non eſt febris calor ſimpliciter, ſed calor præter naturam, atque illa differentia præter naturam, rationem continet affectio- nis. Nam calor præter naturam eſt, quo corpus præter naturam eſt affectum. Atque non quia calor, ſed quia eſt affectus præter naturam, morbus eſt, & febris. Cum ergo hanc habeat eſſentiam, conſtat eas ſolum differentias habere, quæ affectionis generi con- gruunt: nimirum quod bene aut male afficitur, ſecundũ diſpoſitionẽ, aut ſecundum habitum. Quare primæ febrim differentie ſolæq;

solæq; essentielles sunt hæc: febris aut est dispositio aut habitus. Dispositiones quacunq; in re sublacione causæ tolluntur: habitus verò nõ nisi contrariarum dispositionum (sunt enim dispositiones etiam quodammodo habitibus contrariæ) obiectu. Velut aqua quia secundum dispositionem solum calorem potest habere, remoto tantum igne, redit ad frigus. Et iustus iniuste agens recedente occasione redit ad iustitiam: tamen iniustus nõ fit, nisi sepe agens iniuste. neque vltimum lignum frigidescit, & si recedat ignis prior, nisi à contraria causa extincto calore. Tunc ergo febrem habitum iam habet homo, cum eius calor nullius causæ præsentia conseruatur, cuius sublacione extingui possit; sed ita est per se firmatus in partibus, vt omnino extingui nõ possit, aut certè contrariam alterationem desideret: tunc verò habet febrem dispositionem, cum ea cõseruatur alicuius causæ præsentia, qua recedente, per se corpore ad naturam rediturum sit. Vnde prodeit alia differentia, quæ si quis considerare velit, exactè essentielles non sunt, tamen nobis ad artem constituendam & tractandam, sunt vtilissimæ. In habitu febre sunt differentia secundum intensiõnem habitus, quæ quoniam in genere quod secundum plus aut minus dicitur sunt, possint certè esse infinitæ, tamen gratia artis ad tres gradus rediguntur. Nam nisi quæ sunt infinita, redigantur ad certa quædam, ad nullam artè pertinere possunt. Omnes ergo habitus sunt difficilè separabiles, sed non omnes æquè. Quare nullæ hecticæ facile curabiles, quædam verò etiam omninò incurabiles, quibus scilicet tam naturalis iã est factus calor, vt in ipsam corporis naturam migraverit: vt fortasse iam ne morbus quidem sit, sed facta corporis natura, corrupta priori hæc vltimam febrium hecticarum differentiam dicimus, velut secundam huic proximam, eam quæ tantum non est incurabilis: primam eam quæ sepe curatur, si idoneis auxilijs succurritur. in singulis etiam harum est plus aut minus. quare hæc cum quadam latitudine intelligatur, & ipsum plus aut minus intelligatur in definitionibus. Quædam alia partitio harum febrium est ex cordis passione: quibusdam enim arefcit tantum cor, quibusdam etiam ad putredinem disponitur propria eius substantia, putrefacto eius rore maligne, estq; hæc hectica pestilens. Reliquæ febres quæ in dispositione habent essentialiam, præsentia alicuius causæ conseruantur. Sed si calor naturali maior, et si à præsentia causa conseruetur, est febris, cur qui ad solem positus calet, aut feruet ira, non dicitur febricitare? An quia & si calor ille naturali maior sit, tamen abire facile, neque manet recedente sole aut ira, iustum febris tempus hoc est illud tempus, quo febres durare solent? Is

A ergo calor qui dum causa aliqua earum, quæ Calor quæ
externæ sunt, manet, durat, non dicitur fe-
bris, sed is solum qui causam aliquam habet
intra nos; ille enim qui talem causam habet,
iustum tempus sentitur durare (voco iustum
tempus, febrium legitimam constitutionem)
& si omnes causæ externæ recesserint. Neq;
verò satis est quo color tandiu duret, vt ali-
qua substantia earum quæ intra nos sunt, ca-
lida sit vt cunq;e. nam haud dubiè cum ira
B citur homo, feruet sanguis & spiritus:
non tamen omnis qui ira calet, febricitat.
Ita ergo necesse est substantia interna ca-
leat, vt in ea firmus & in habitu sit calor. In-
tra nos autem præter nostras partes, sunt suc-
ci quibus nutrimur, & excrementa, & spiri-
tus qui sunt instrumenta virtutum. Succorum
quidam sunt alimenta peculiariora, vt singula-
rum partium rores: quidam communia, vt chilus
ventriculi, & sanguinis quatuor partes:
C voco hic commune alimentum, quod in cõ-
munibus officinis generatur. Excremento-
rum quædam sunt languinis, hæc autem om-
nia ad quatuor succorum genera rediguntur:
omnes succi crudi ad pituitam, omnes nigri
ad melancholiam, flauis aut virides ad
bilem, & si succi præter naturam sunt. Quæ-
dam sunt quartundam partium, vt fæces alui,
aurium cera, oculorum lippa. Spiritus quidam
sunt animales, quidam vitales. Aliqua ergo
D harum substantiarum factum calorem neces-
se est habere, vt febris sit. Rores autem pro-
prij non possunt ita calere, quin cum ijs par-
tium substantia facta sit calidior. Quare ad di-
cta genera pertinebit ea febris. Chilus factus
calidior, ac multò magis alui fæces peculiarè
febrem faciunt: hæc intestinorum, ille ventri-
culi, nisi aliquam substantiam earum quæ sunt
in venis simul in fecerint. Nõ possunt autem
per solam continui alterationem cor mani-
feste calefacere, quin earum aliquam inficiat.
E Quanquã .n. solus ardor possit vsum cordis
augere nondum facta febre, tamen chilum ven-
triculi aut fæces alui non est verisimile ita
posse facere, quia multo paratiora sunt hæc
succos aut spiritus inficere, cum ipsa infecta
sunt putredine aut vltione, quam omnis am-
bientis intemperies, ob reconditum eorum,
& cordi, hepaticum; vicinum locum, & multas ve-
nas & arterias quæ in illum finiuntur, per
quas permiscetur hæc cum illis, aut copiosè
F horum illorumq; fuligines. Itaq; si hæc febre
vnquam faciunt, per spirituum aut succorum
affectionem faciunt. quare ea non faciunt cum
putrescant, aut vltione; incalescunt per se, fe-
brim differentiam. Ex lippis aut cera atque
si quæ alia sunt huiusmodi excrementa, non
est quod quispiam febres expectet. nam exi-
gua sunt vt tantum motum, non etiam fe-
brem possint ciere. Superest ergo. solos spiri-
tus, & humores quatuor per se posse febre facere

Febres dia-
riae sunt in
spiritibus.

cere, quæ non sit hectica. Quæ à spiritibus sunt, diariæ vocantur, quia non vltra diem prorogari solent; nisi cum alterius affectus, aut alterius internæ causæ præsentia conseruantur, velut mox dicetur. Spiritus quidam febrem diariam possunt excitare, vti aut putrefacti, vt in cõtrouersijs demonstratum est. Cæterum non adeò refert hanc diariam differentiam ex spirituum affectione distinguere, quàm ex alijs causis, quæ ita afficiendi spiritus initium præstiterunt. Nimirum spiritus inflammari possunt, vel agitari vehementi aliquo motu, tum corporis, tum vel maximè animi (per eas enim affectiones cordis corpus, & in eo sanguis & spiritus modis quibusdam agitantur) vel calore per continui alterationem in cor transmittente. quæcunq; enim causa calida accedat, potest cor continui alteratione calefacere: calor tamen is nisi in habitu fiat, non potest necessariâ ad febrè permanentiâ habere, nisi causa quæ accessit, affecerit succos aut spiritus. Potest autè afficere alterutros sine alijs aut vtrosq; simul. Id enim materiæ dispositione fieri posse in cõtrouersijs disputauimus. Ergo ea causa quæ spiritus inflammando cor calefaciet, aut erit passio in nobis, animi aut corporis, vt labor, fames, ira, gaudium & timor: aut extra nos omnino, velut aër aut aqua quæ nos circumstant, aut medicamentum quod nobis admouetur: aut intra nos, tamè non subiens per se, & irruens in cor, sed ex aliqua parte cõtinui alteratione transmittens, velut corruptus in ventriculo aut intestino eibus, aut chylus, aut fæces. quæ omnia satietatis nomine intelligimus: & inflammatio partis cuiuspiam, quæ externa & oculis conspicua esse potest, vt quæ in inguine aut talis, aut interna, vt quæ in pleura, aut pulmone, aut intestino. Nam hæ inflammationes nõ nunquam succos in venis magnis simul putredine inficiunt, sitq; iam duplex genus morbi: nonnunquam solos spiritus, estq; tunc febris non tam morbus quàm inflammationis accidens; & est re vera diaria, quanquam supra illius constitutionem prorogatur ob præsentiam causæ, vt mox dicemus. Succi quidem tunc febrem faciunt cum calore ipsi facto, siue in habitu calentes, cor calefaciunt, tot ergo hinc nascuntur febrium differentiæ, quot succorum species sunt, & quot modis singuli calidi secundum habitum fieri possunt. Sunt autè succorum prima genera quatuor quæ diximus. Neq; certe succus aliquis, aut omnino res aliqua, potest calorem factum cõcipere aliter, quam subiecto & secundum propriâ substantiâ calidior facta, quare mutata temperie plus aut minus, quæ si præter naturam in succis ad calidiorè mutatur, non aliter quam putredine aut vstione id fit. Non sunt aut æquè paratæ omnes succorum spe-

A cies ad duas has commutationes. Pituita .n. quia frigida & humida, atq; omnino aquea est, non est apta vstioni. Melancholia quia cõsiccitate terrea frigida est, paulo vstionis momento in cinerum naturam venit; neq; febrem ita affecta facit. Putredinè omnes succi possunt accipere præter sanguinem, qui neutram passionem videtur posse sustinere non mutata natura. Nam quia in mediocritate habet suam naturam, statim ac ab ea mediocritate incipit secundum temperamentum vocatum radicale deficere, desinit sanguis appellari, & alterius succi nomen induit. Quæquam, an statim formam & substantiam cõmutet, an non mutata specie aliquantisper duret, non contendo. Quis .n. posset decidere? Nobis verò illud dicitur, putrescetem sanguinem bilem esse, quia bilis temperiem, vim, & signa statim accipit, & biliosa febris figuram plus aut minus statim facit. Bilis ergo potest facere febrem putrescens, aut vreda: pituita & melancholia putrescens, sanguis neutrum horum patiens: siquidem vtrumuis patiat, bilis est. Quid ergo nulla ex sanguine febris est, quæ nullatenus sit biliosa? nulla certe quæ ad putridarum genus pertineat. Putridæ enim dicuntur, quæ nascuntur ex putri aut vsto succo. Cæterum solet sanguis feruere neq; putrefactus neque vstus, in his qui cõ multo sanguine febricitare incipiunt, soletq; ea febris durare quatuor dies, neque intermittens, neq; exacerbationes quibusdam diebus habens, vocaturque continens: quam quidem diariæ essentiam habere cõstat, nam nõ est calor per eam febrem factus in membris, longè enim ab hectica, neq; verò in sanguine, cum neq; vstus, neq; putredine affectus sit: est ergo factus in spiritibus, qui ardentes & cum sanguine permixti, illius febrem conseruant; non conquiescit autè hic ardor intra diem naturalem, quia mutud calor spirituum ab eo qui in sanguine est, fouetur: atq; ita fit, vt calor spirituum, qui si cum sanguine minus feruente permixti essent, intra diem vnum conquiescerent, ob feruidum, etsi nondum secundum substantiam commutatum sanguinem, dies quatuor duret, intra quos, si mediocris causa est, cõquiescit, si magna, mutatur in aliud genus: febris scilicet putridæ, quia non amplius sustinere potest sanguis tantum calorem nõ putrescens: atqui quia putrescere non potest quin alterius succi naturam induat, superest putridarum febrium triplex solū esse genus, ex bile, pituita, aut melacholia: biliosa ex putrescete aut vsta bile: pituitosa & melacholica, ex putrescente pituita aut melancholia. harum quæuis tot potest habere differentiâs, quot ipsum succi genus. Vt quæ ex bile, aut ex micioi bile, cuiusmodi quæ ex putrescenti sanguine fit, aut ex acriori, vt quæ ex bile putrescente, eaque

Pituita n. est apta vstioni.

Febres diariæ quæ quatuor dies durant & continuæ.

Febrium putridarum genera.

etique aut flaua, aut vitellos, aut porrum, aut æruginem referente. Quæ ex melancholia, aut naturali nunc putrescente, aut atra bile vocata antonomatice. quæ rursus mitioris aut acerbioris habet differentias. Quæ ex pituita, aut naturali, aut falsa, aut vitrea & acida. Rursus harum quæcunque sit eo succo vsto, aut putrescente intra venas & arterias magnas, aut extra & per habitum corporis: hæ sunt simpliciter febrium differentia, neque scio an vlla omissa sit. Nam omnes quibus peculiaria quædam nomina sunt, vt pestilens, epiala, lipiria, & elodes, siue febris humida, & typhodes, partim ex causis à quibus fiunt, partim ex quibusdam accidentibus, quæ habent, differentiam accipiunt, in dictis autem contineri, statim intelliges, & de pestilente quidem ceptum est antea dicere. itaque dictæ sunt simplices omnes.

De compositis febrium differentijs.

C A P. III.

Possunt autem hæ tot modis componi, quot compositionis modi possunt excogitari. Atque vix scio an aliqua febriū compositio possit intelligi, quæ non possit etiã fieri. In primis secundum prima genera, febris hectica cum febre dispositione, hæcque; & ex spiritu & ex succo & ex vtroque coniungi potest; & citra hecticam, febris dispositio potest pendere ex vtroque. quid enim prohibet cordis calorem partim habitum, partim dispositionem esse, vt potest vinū calidius esse actu quam subiecto? & id quod dispositionis habet, quid prohibet foueri spiritu & humore, aut alterutro? Iam verò singulorum generum differentia omnes coniungi possint, præterquam generis hecticarum. cum enim hæ maioris solum & minoris differentiam habeant; non possit idem homo teneri hectica primæ & secundæ, aut secundæ & tertiæ, & multo minus primæ & tertiæ, alioqui idem calor magis & minus firmatus: diatæ verò cum ex causis differentias accipiant, possint recipere omnem compositionem, quæ non sit ex causis contrarijs, vt ex fame & satietate, refrigeratione & vstione, aut huiusmodi. à putridis nullam compositionem excipio. Nā pituitosa cum biliosa & cum melancholica, & biliosa cum melancholica, & harum quæuis cum alijs duabus coniungi potest, & quæuis intra vasa cum alia quauis extra habente causam. & possunt in varios aut in eisdem dies variæ febres, aut eiusdem generis multæ, incidere. Quod vt apertius intelligatur, scire oportet, non statim ac ex duobus succis febris pendere videatur, putandum esse duas esse febres. sit enim sæpe febris pituitosa aut biliosa nō suo genere exquisita, sed quæ vna cū sit, ex bile & pituita simul pendet, ac nonnunquã ita vt dubites vtrum sit magis bilio-

A sa an pituitosa, vna tamen est. nonnunquam ex duobus succis duæ sunt febres: atque aded, nonnunquam ex eiusdem speciei succo fiunt febres diuersæ ac multæ, vt duplex pituitosa, aut duplex biliosa, aut melancholica. Sed quo hæc pacto? Profecto vt sit idem tumor ex mistis succis, vt phlegmon ædematodes ex sanguine & pituita, erysipelatodes ex sanguine & bile, & fiunt ex varijs succis varij tumores, vt vna manu phlegmon, alia ædema, aut scirrus: fiunt etiam ex eodem succo plures tumores, vt duo ædemata ex pituita. Ita cum duo succi simul putrescant ex eodem loco in eundem locum (si mouentur) moti, febrem vnã ambigui generis faciunt: si verò in diuersis locis putrescant, aut ex diuersis locis veniunt, duas febres faciunt, genere diuersas, si succi diuersi genere sunt: & eiusdem quidem generis, si succi etiam sunt tales. Nonnunquam fiunt febres quæ nullam habent perpetuam constantemque naturã, neque ex multis compositæ sunt, sed ex erroribus maximè nata, erraticæ etiam fiunt.

De dignotione febrium simplicium in genere.

C A P. IIII.

Sed quoniã differentia omnes dictæ sunt, febrium dignotiones dicamus. in primis quidem febris simpliciter, deinde primorū generum, vltimò omnium in illis differentiarum. Febrem agnoscimus ex eis quæ significare possunt calorem in corde præter naturam auctum, ex tactu, pulsu & respiratione præcipue: deinde autè & ex vrina, siti & calore hominis quin etiam nonnunquam cõiectamus ex alijs quibusdam quæ externæ magis sunt, vt ex fastidio, vigilia insolita, aut perturbato somno, & ex inquietudine. hæc omnia si cõsideremus, nō poterit nos latere an febricitet homo. Aderunt enim omnia, aut eorum quædam. Plerumque quidem facile agnoscitur febris à medico, qui non sit imperitus omnino, non raro autem agnoscitur, difficile etiam à peritissimis, vt non mirū sit eos hæc de re altercari. difficilis autem cognitionis causa nonnunquam est in affectus exiguitate, nonnunquam in peculiari hominis natura, nonnunquam in affectuum multitudinem. Nam cum nobis non quæcūque; in temperies morbus dicatur, sed tanta quædã: neque febris quicūque; calor præter naturam dici debet, sed tantus: tantus autem, non certa quadam mensura agnoscitur, sed licet medico arbitrari, atque vt est suum cuique arbitrium, ita de incipiente febre sua cuique sententia. neque in exiguis mirum est, neque debent tunc temporis medici, qui non sint vulgares, proteruè contendere, sed facile in eandem sententiam venire. Nam de re tam minutula & ad artis vsum nihil faciente contendere, maleuoli est, qui rixas quærat; aut

vulgaris imperiti que qui nō intelligat, quā hōc referat ad rem nihil. quā in ignorantia est vulgus hominum, qui cū vident medicos seorsum accedentes ad ægrotum, non omnino de febre eadem pronuntiare, sed alium dicere, nondum febricitat, aut iam febricitare desijt; alium iam febricitat, aut nondum desijt febricitare, putant magnopere erratū esse, & ignorantia notam in ipsos medicos refundunt, quos proinde in tam exiguis affectibus cautē loqui oportet, ipsam affectuū exiguitatem sermone declarantes. Apud se quidem melius est medicum exiguos etiam affectus cauere, ne incauto eo maiusculi fiat. Sed vt prima hac causa quā minimū in cognoscenda febre erretur, nihil refert magis, q̄ vt tyrones prudentissimorum medicorum iudicia obseruent sæpe, & cum illis ægrotos videntes quomodo de febre sentiant, considerent, & multis obseruationibus ideam quandam siue formam febris sibi concipiāt, memoriaq; conseruent. Alia causa est in peculiari hominis natura. Nimirū tantum differt homo ab homine natura, vt sit cui per febre nondum in tantā magnitudinem, celeritatem & crebritatē pulsus veniat, quantum alteri non febricitanti. Quod respicientes non immeritō, q̄ vni esse dicimus, alij febrē esse negamus. Noui ego quēdam, cui tunc videbantur esse optimē pulsus differentia cum febre tenebatur, quia per naturam plurimum consistebant infra mediocritatem.

Quid ergo agendum? Qua ratione est hac difficultas superanda? Conandū certe huius hominis naturam nosse, atq; considerandū, quā sint ea quæ modō apparent signa naturalibus similia aut dissimilia. Si ergo hominis bene valentis arterias sepe tetigimus, bene habet, hac causa non falleremur: sin minus interrogabimus hominem quæ habeat per naturam, si prudētē agnosceremus, fidemus responsis: sin minus confugiemus ad notitias communium naturarum, & per multas communes, quoad fieri poterit, prope accedemus ad singularem. In primis ex multis obseruationibus oportet vt comparauerimus nobis ideam pulsuum & respirationis & aliorum omnium in bene valentibus, deinde horum ipsorum in viris & fœminis, deinde in iuuenibus, pueris, & senibus, deinde in calidis, frigidis, humidis, & siccis, quinetiam in ociosis & exercitatis. his omnibus cōparatis notitijs, alia prodibit referens qualia hæc per naturam sint in iuvene bilioso & exercitato, hæc autem notitia proxime iam accedit ad singularem huius. Est alia obscure dignotionis causa in multitudine affectuū. Velut si mulier icterica febricitet, præfocatio enim frigida passio cū sit, minores, tardiores & rariore, febris cōtrarios pulsus facit: contrarijs verō passioib; contrarios faciētibus,

A videtur prodire mediocres, ita etiam possint alia affectiones, aut contraria causa coniungi, quæ mediocrium signorum speciem referant, velut etiam per febre hecticam pestilentem Gal. dicit fieri. in hac obscuritate nihil refert magis, quā non vnicum, sed omnia quæ iuuare possint signa considerare. nam hæc aut anpventia confirmant, aut reuenticia, obscuram, alia aliorum, significationem produunt. Velut si in ea quæ ob præfocatiōē febre videtur vacare per totā cutē, aut quasdā partes, mordax quidam calor sentitur, & lingua sicca atq; aspera, & vrina biliosa, ex his intelligemus adesse febre. Si quis cum tangitur, temperatus esse sentitur, neque fitit (potest enim ita accidere) tamen pulsus fit multo celerior & crebrior naturali, haud dubium est eū febricitare, etsi tactus reuatic. Quod si nihil omnino adsit quod febre esse dicat, sed negent omnia simul, non est q; medicus febricitare hominem putet. An possit tunc quoq; febricitare, quæstio logica est. febris itaq; sic agnoscitur. De febrium generibus dicamus.

De dignotione singulorum generum simplicium febrium. CAP. V.

Eisdem serē signis agnoscitur febris genus, quibus febris omnino. Nimirum ex modo caloris, pulsus, & excrementis: præter hæc autem & ex causis, & ex figura. Ex modo caloris, quia si suavis admodum & copiosus est, diariam febre esse indicat: si cum magna quadam ariditate, exiguus & mordax, hecticam: si maior & cum minori ariditate, mordax tamen, putridam. Pulsus magni, celeres, & crebri sine omni inæqualitate diariam: inæqualitatem febrilem habentes putridam; hectici vocati pulsus, hecticam. Quæ sit febrilis inæqualitas, lib. de pulsibus dictū est satis diffusè. hectici pulsus, exigui, crebri & non nihil celeres, subduri aut tensi sunt.

E iam verō excrementa si habent notam putredinis, esse febre putridam indicant: si nullam putredinis notam, non esse putridam, atque si cocta etiam sint, diariam esse: sin sine putredine incocta maximè, si etiam cum quibusdam colliquationis notis, hecticam. Ex causis verō ita dignoscimus. Si a causa manifesta non incepit, non est diaria; neque quidem hectica, nisi ea alteri febrium generi superuenit. nulla. n. hectica sine causa manifesta à principio fieri in contr. monstrauimus. Si igitur talis febris à principio fuit, qualis nunc est, & sine causa manifesta incepit, putrida est: non tamē si a causa manifesta incepit, est statim diaria aut hectica (potest enim quæuis febris species à tali causa fieri) sed alia notæ erunt adiungendæ. figura etiam febris significare potest illius genus. duplex autem est in febribus figura, quædam in toto morbo secundum totam

illius

illius constitutione consistit: & in hac est perpetua n. esse febrem, aut intermittentem; & in perpetuis, esse continentem, & sine incrementis, & decrementis: aut continua solum: & in continentibus, esse eodem semper tono, aut à principio factam vehementem, semper sine velus decrefcere; aut cōtra, à principio exiguam, continenter in finem vsque crescere. Quædam figura est partitū, vt in singulis paroxysmis aut periodis, in febribus habētibus periodos. In hac figura differentie præcipuæ sunt à concussione partium (rigorem vocant) cum sensu frigoris incipere, aut ab horrore quodam, aut à solo sensu frigoris. ipsa etiam paroxysmi productio, an magna an exigua sit, & quam cito paroxysmus euadat in summum, ad circuitus figuram pertinet: figura ergo ita vitimur ad dignotionē, Si febris est intermittēs, certē putrida est. nam diariæ & heclicæ semper sunt perpetuæ. Si perpetua, sed non continens, non est diaria. nam diaria continens etiā est. Si exacerbationes habet tertio quoque die, aut quarto, aut quinto, dieb. qui in medio sunt exacerbatione vacās, non est heclica, quare putrida solū esse potest. Si autē singulis diebus habet exacerbationem, potest heclica esse aut putrida: agnosceretur autē adiuncto alio argumento à causa. Nimirū febris heclica habens alioqui aridū illū & exiguum calorem, tres aut quatuor horas post acceptū cibum quotidie exacerbatur, vt videatur alia febris putrida succreuisse. quod quidē sæpe medicos decipit putātes esse cōtinuam quotidianā eam, quæ heclica iā est. Sed si est heclica, cibi causa crescit, tunc cū humectari incipiūt mēbra & humor nouus cū priori calore feruere: quare & mutata hora cibi, mutatur hora exacerbationis, vt & ipse cib. siue citius siue tardius acceptus sit. quod heclicā esse declarat. Si non adeo sequi videatur cibū, sed propriam horam motus succi, putrida esse ex figura cognoscitur. hæc argumenta in dignotione primorum generum ex figura capi possunt.

De dignoscendis, differentiis vniuscuiusque generis febris simplicis. & primò de heclica et diaria differentiis dignoscendis

CAP. VI.

Indicant dicta signorū genera, non tantū primā genera febrium, sed etiam omnes ferē in illis differentias vsque ad inuisibiles. Velut si iam constet heclicam esse febrem, primam esse speciem ex acri & arido calore, nondum tamen multo: ex summe arido, tertiā: ex mediocriter tali, secundam agnoscamus. pulsus verò creber, celer & exiguus tantum, primam: durus iam manifeste, secundam: summe iam creber & conuulsiuus cum exiguitate, tertiā indicat. Excrementa verò incocta & tenuia solum primam,

A pingue multum habentia, secundam: quiddam verò iā oleaceum aut polentaceū, tertiā. Cum diariam febrem esse constat, haud multum est signis opus ad agnosendum illius speciem: cum enim diariæ febris quæ intra diem finitur, species nullæ nisi ex causa manifesta acceptæ, dicta sint, causas manifestas, ac proinde etiam febres licet interrogando agnoscere. Ceterum quia dictū est, nō oēs febres ex spiritu intra diē finiri, sed quædam in quatuor produci ob feruorem sanguinis, quædam etiam in plures ob inflammationem internam: has distingui oportet, diarias inquam vnius diei, à diariis plurium. quæ vnius diei, & cum feruore sanguinis cōtinentes, calore & pulsu similes sunt: ab iis autē quæ cum inflammatione interna, vtroque discrepant, nimirum calor in his acrior est propter fulgines, & pulsus pro modo inflammationis mutatur, tamen sunt sine putredinis notis excrementa, vrina saltē in omnibus diariis, nisi inflammatio in renibus, vesica aut cauo hepatis, cum omnino in viis vrinæ sit; tūc enim etiam sine febre putrida potest vrina putrida videri. Igitur si febris sine calore & pulsu referētibus inflammationem internam, & sine dolore insigni in parte, atq; omnino sine notis internæ inflammationis, diaria sit: magna scilicet, ex causa manifesta, & sine signis putredinis facta, diaria sine inflammatione est; quæ si ultra diē prorogatur, continens est ex sanguine. Si adsint signa inflammationis internæ, & excrementa nullā putredinem referāt, diaria est: si putredinem referant, & inflammatio dictis in locis non sit, febris est putrida, atq; morbus per se: neq; putandum est esse accidens inflammationis, sed teneri hominē duplici morbo. quæ quidem, si ob ingentem inflammationem, externorum frigus, cum ardore viscerum & siti habet, lipiria vocata febris fit, à λυυδμ, id est male habere. est n. maligna febris, eademq; typhodes à τυφοδμ, hoc est vrere, quod nomen omni febrī vrenti datur ad antiquis, tales verò maximè sunt lipiriæ. Si inflammatio in aliquo dictorum loco sit, nō adeo constat putridā esse, et si putredinem vrina referat. Quare tunc videndū, an febris inflammationem antecesserit an subsequuta sit. si enim antecessit, non est accidens, quare neq; diaria: si subsequuta sit, considerentur alia omnia excrementorū genera, vt agnoscamus quam puræ sint aut non sint magnæ venæ & arteriæ.

De dignoscendis differentiis febris putridæ simplicis.

CAPVT VII.

Sed de putridarum dignotione iam dicamus. Agnoscutur hæc ex quinque dictis generib. ex caloris modo, quia si febricitanti manu admota statim morsū sentim⁹ & acri

Signa pu-
tris & bi-
liosa fe-
bris ex ca-
lore.

Signa om-
nium pu-
tridarū ex
causis.

moniam manente autem aliquanti per ma-
nu, si ea acrimonia videntur vinci, biliosa fe-
bris est: si autem contra fiat, & primus oc-
cursus non referat acrimoniam crescat au-
tem mordacitas paulatim, manente manu,
melancholica est aut pituitosa: quod si illa
mordacitas quæ succrescit, non æqualiter
secundum partes manus, sed velut punctio
multarum acuum, aut, vt Galen. dicit, velut
per cribrum fiat, pituitosa est: quod si non
hæc tantum in æqualitas intemperiei ten sui
occurat tangentis, sed is qui febricitat videat
tur sibi ipsi secundum totum corpus pati si-
mul frigus & calorem, nõ solum pituitosa,
sed ex vitrea etiam pituita facta esse cogno-
scitur. vnde nomen accepit epyalus ab *ἑπάλω*
διὸν φλέγματος, hoc est vitrea pituita. Ex pul-
su: maximi, celerissimi, & creberrimi indicat
biliosas: minimi, vt in febribus, crebritate
mediocres, pituitosas: rarissimi, magnitudi-
ne medio cres, melancholicas indicant. Cele-
ritatis autem in his duabus febribus non est
manifesta differentia. Ex excrementis: bi-
liosa significant biliosas (considerantur au-
tem in febribus vrinæ præcipuè) pituitosa
pituitosas, melancholica melancholicas. Ex
causis: si quidẽ si victus pituitosus puterur fe-
brem perperisse, pituitosam febrem esse con-
sentaneū est; si biliosus, biliosam: si melacho-
licus, melancholicā. Ex figura: si febris putri-
da quouis die ingrauescit, pituitosa est: si al-
ternis diebus, biliosa: si quarto quoque die,
melancholica, velut etiam si quinto, septimo,
aut nono. Quod si vt quibusdam temporib.
affligit, ita quibusdam intermittit, manifestū
est esse ex putrescentibus succis extra ma-
gna uasa. Sin autem nunquā sentiatur homo
esse in manifesta febris remissione (intermis-
sionem, n. integram nulla fortasse febris ha-
bet) considerandum an semper e exacerbatio
incipiat à rigore, horrore aut manifesto fri-
gore. Si enim ita incipit, ex succis extra va-
sa putrescentibus pendet estque genere in-
termittens, etsi nullum tempus intersit: sin
autem semper affligat, neq; refrigerationes
initium ex acerbationibus præsent, ex pu-
trescentibus interius succis fiunt. Exacer-
bationes verò in perpetuis febribus tanto
immitiorem succum significant, quanto ma-
iores sunt: quantò minore tanto mitiorẽ.
Proinde si putrescente sanguine febris bilio-
sa succedit, exacerbationes tertianas habet:
tanto autẽ minores, quanto minus in putre-
dine processum est, vsq; ad eò vt per primum
quaternariū cõtinens esse dicatur: ferè enim
exacerbationes nõ apparent. Ergo ex figu-
ra totius morbi ita dignoscuntur putridarū
differentiæ omnes. Sed & figura partium si-
gnificare potest febrū speciem. Quin enim
à rigore incipit febricitare, eod; magno bre-
uitatem, & ex eo citò recalescit, breuiq; fe-

bris summo in vigore fit, tertiana intermittẽ-
te tenetur: qui ab horrore quodam acce-
dentibus aliis signis, quartana qui à frigore
accedentibus etiam aliis, quotidiana. Tertia-
næ etiam paroxysmus breuissimus est quo-
tidianæ lōgissim⁹, quartana mediocris. Fe-
bres ergo ita dignoscuntur, quæ cū simplices
sūt, & quo quæuis gẽere exquisita, facillẽ ha-
bēt dignotionẽ: quia simplices signorū, quæ
maximè propria sūt, cõcursiões fiunt, & re-
tinent febres exactissimè proprias figuras.

*De cognoscendis febrium compositarum
differentiis.*

CAP. VIII.

Cum verò febris ab exquisita deficit, ve-
lut tertiana pituitosa, aut quotidiana bi-
liosa, aut cum alia febre specie diuersa con-
iuncta est, tanto obscurior est dignotio, quã-
to febris à simplici & exquisita deficit. Cæte-
rū tunc quoq; ex iisdem signorum generib.
admissis tamen, agnoscuntur. Nimirum ap-
parēt signa referentia varios succos, & figura
his signis superueniẽs apertā facit cognitio-
nem. Velut si quispiã vno die laboret vna fe-
bre, alio duabus, tertiana simul cum quoti-
diana laborat: si quarto quoq; die habet bi-
nas, aliis dieb. singulas, quotidiana cū quar-
tana: si duabus diebus febre tentatur, quar-
to quoq; die febre carēs, duas habet quarta-
nas: si verò hodie, exẽpli gratia, habeat vnã,
mox sequenti aliam, tertio febre careat, quat-
to habeat duas, quinto nullam, sexto, septi-
mo & octauo singulas, nono nullã, decimo
ditas & ita deinceps tertianã habet cū quar-
tana. Cæterum potest eadem secundum totū
morbum repetitionis figura ob diuersas
febrium species fieri, velut quotidie potest
febre corripit vel ob quotidianam, vel ob du-
plicem tertianam: & vno die vna, alio duab.
febribus corripit, vel ob quotidianam cū ter-
tiana, vel ob tres tertianas, duas quidẽ in
vnum diem, aliam in alterum incidetes: &
qui quotidie febricitat, potest quotidiana
aut trib. quartanis laborare. Tūc ergo per pe-
culiarem cuiuscunq; paroxysmi figuram, o-
portet quancunq; febrem seorsum agnoscere,
atque per figuram cuiusque paroxysmi
ad alium quencunq;. Propriam cuiusque pa-
roxysmi figurã voco, vt paulo ante: an iple
per se videatur esse ex bile, pituita, an melan-
cholia; ad alium dico: vt si qui corripitur fe-
bre, habeat similes sepe in modo inuasiõis,
& productione, & caloris modo, & in eadẽ
hora incidetes febres, vt secundū proportio-
nẽ quandã anticipantes, aut tardãtes, & a-
liquin accidẽtia vnicã succi speciẽ indicet,
eãq; pituitosi quotidianas habere puterur.
Si autem primi die febris, febricitandi nõ sit
similis, sed febricitandi tertij respondeat, & fe-
bris secūdi, febricitandi quarti, & ita deinceps, & a-
lioqui

lioqui solam bilem indicent signa, duas tertianas esse constat. Ita si qui tertio quoque die habet binas, aliis diebus singulas febres, duplicis succi, & pituitæ inquam & bilis habeat signa, & duplicis figuræ sunt paroxysmi, & eo die quo duplici affligitur, vnus respodeat hesternis, alter ei qui fuit nudius tertius, constat quotidianam cum tertiana esse. Sin autem omnium sit figura biliosa, & solius bilis adsint signa, triplex tertiana esse cõsetur, aliquando casu fit, vt duæ tertianæ, aut tres quartanæ sint valde similes, & eadẽ hora inuadant, & alioqui tam nothæ sint, vt neq; ex singulorum paroxysmorum figura nosse satis possis an sint quotidianæ, qua in affectione multum inuadit nosse quo pacto febres illæ inuaserint hominem raro enim inuadunt simul tres quartanæ. sed plerunque duplex fit ex simplici, & ex duplici triplex: duplex tertiana non raro fit à principio, sed hæc quoque sepe incipit à simplici Si ergo febris que nunc quotidie affligit, si processit ex tertiana simplici, tertiana duplex est: si ex simplici, quartana per duplicem, aut à principio ex duplici, aut ex simplici mox triplex facta, quartana est. si verò à principio afflixit febris quotidie, peccatum sit esse quartanæ: tertianam verò duplicem, non sit rarum. Si ob hoc, & exiguam aliorum signorum differenciam, difficile sit nosse an quotidianam, an duplex tertiana sit: constat vtravis sit, non esse legitimam, sed notham adeò, vt nihil referat hoc aut illud esse putes. quia affectus qui habent difficilem dignotionem, non habent dissimilem curationem. quod si febris quædam perpetua teneat hominem, quædam autem alia intermittens quibusdam diebus superueniat, eisdem etiam signis agnosceretur, velut si febris continua quotidia, cum intermittente tertiana, quæ semitertiana Hip. vocat, coniungatur, habet figuram referentem duplicem febrem, & signa referentia duplicem succum. habet enim qui semitertiana hac laborat, vno die duas exacerbationes, alio vnam, & perpetuam febrem; atque terij diei vna febris horrorem magnum ad rigorem prope accedentem habet, bile extra venas fusa, rigoris tamẽ exactæ figuræ perpetua febre aliquid detrahente. aliæ exacerbationes que sine horrore fierent, & cū sola quidam pulsus compressione sine frigore (annotatione cõpressam vocant) inciperent, horridum quidam habent, augente passionem permixta bile: quæ succorum permixtio facit etiã vt horis quibusdam more erratico, qui desisse videntur horrores, redeant. Quare horridæ febres appellantur. Accidẽtia quoq; referunt duos succos, nimirum nunc graui somno sine sititentantur, nunc rursus plus satis vigiles, & siticulosi fiunt. Semitertiana ergo ita agnosceretur. Et quæcunque febres propria no-

mina habent aut ob insignia quædam accidentia, aut ob grauitatem & periculum insigne, partim ex iis ipsis signis à quibus nomina acceperunt, partim ab aliis signis habent cognitionem. Velut epiala illo ipso frigoris & caloris sensu: lipiria frigore extremorum, & signis inflammationis; typhodes ingenti siti & vltione circa viscera agnosceretur; & elodes vocata ab antiquis est, per quam semper febricitantes sudant, inde enim accepit nomen. *elodes* enim idem est quod humidum. Neq; eæ per quas vtrunque sudatur dicebantur tales, sed per quas cum multa exolutione virium & magno periculo. Genus enim quoddam febrium pestilentium esse hoc solet. Pestilens enim febris est, quæcunque ob communem putredinem, eamque malignam, multos afficit, & magnam illorum partem interimit. hæc putredo plerumque succos inficit, est que febris humoralis vocata; nonnunquam in ipsum cor serpit, & est hecica pestilens. agnosceretur ex aeris præfenti statu, & ex ipsa multorum inuasionem, & malignam putredinis notis, & ex maligno febris more. Nimirum signa futuræ mortis in omnibus aliis signorum generibus non tam apparent, quam virtus ipsa præter manifestam rationem concidit. hecica pestilens his adiicit pulsus & urinam, quæ ad optima prope videtur accedere: vt humoralis sit plerumque, cum vlcere. sponte innatis quibusdam partibus, aut tuberculis aut papulis, aut vt in tepestiuis, ita assiduis euacuationibus, denique cum abcessionibus, qui non subleuant, sed grauitatem morbo videntur addere. febrium itaque omnium hæc est dignotio.

De quibusdam propriis febrium causis, quæ à subiectis peruntur, quibus facilius aut difficilius in febrem labuntur.

CAP. IX.

Ad damus disputationem de causis, quas febres habent præter eas quæ in tractatione de differentiis dictæ sunt. Capiatur verò hinc dicendi initium. Causæ omnes febrium, vt aliorum omnium affectuum, sunt aut naturales, aut non naturales, aut præter naturam. Naturales causas morborum voco eas, quæ secundum naturam insunt hominibus, tamen reddunt eos ad quosdam morbos magis paratos. Velut naturalis temperies & ætas facere potest homines ad quosdam morbos plus aut minus paratos. In hoc ergo causarum genere illa cõsideratio est, quæ hominum natura sit ad febres maximè, & quæ minimè parata. Constat autem aliud esse, ad febrem esse paratum hominem, aliud ad huiusmodi febrem. Verum & ad quodcunque genus febris, & ad febrem omninò qui sint paratiore aliis, facile intelligetur ex similitudine aut dissimilitudine. Nimirum similes naturæ in similes morbos facile, in dissimiles diffici-

le labuntur. Ergo cum febris sit calor igneus, calidi & sicci, facillimè ac creberrimè febricitabunt, atque ut cunq; calidi, crebrius quàm temperati: hi verò crebrius quàm frigidi. Ita ætates calidæ, iuuenum maximè, febres sentient, frigidæ verò ætates rarius multò. Atque ad febres hecticas calidi & sicci sūt paratissimi omniū, ad putridas & diarias partim hi ipsi, partim calidi & humidi. Ad eas scilicet quæ ex vera putredine fiunt calidi & humidi, & ad diarias cū sanguinis feruore, ad reliquas diarias, & ad febres ex succorū vltione, calidi & succi. Est verò quæcūq; natura ad speciē febris quandā, quā ad alias paratior. Velut frigida & humida ad quotidianas, frigida & sicca melancholica, ad quartanas: calida & sicca ad tertianas, calida quidem & sicca paratior ad tertianas, quā quæcūq; alia natura nā & ad febres omninò est paratior. frigida verò cū humiditate ad quotidianas, cum siccitate ad quartanas magis, non quā quæcūq; alia, sed quā aliquas alias febres. fortasse enim calidus & humidus ob errata crebrius corripitur quotidiana, quàm frigidus & humidus; & multò magis quartana quā frigidus & siccus. frigidi enim non admodū sunt febriculosi: neq; qui ætates frigidæ agunt. Sed ex his facillè intelligetur omnia quæ ad naturalem dispositionem hoc loco pertinent, & quod deest inter alias causas, dicetur mox. Inter causas nō naturales, quarum metio apud medicos crebra est, quæ calidæ & siccæ sunt omnium maximè, deinde quæ calidæ ut cunq; sunt, febriliū causæ fiunt: putridarū verò, omnium maximè calidæ & humidæ: velut pestilentiu omniū aër putredinē male affectus. Monstratum enim est à nobis in cōmentariis Epidemion Hipp. nullā aliam causam posse esse omninò cōmuniem. quare neq; communis putredinis, qualem per pestilentē statū esse oportet, possit alia esse causa. Internæ causæ magna ex parte dictæ sunt. nā hecticæ nullam talem habent; diariæ, ipsos spiritus factos calidiores: putridæ, succos, de quibus dictum atea est. Sed putredo succorū aut ipse etiā putridus succus proxima febris est causa, hęcq; Gal. in alias remotiores resolui censet. Nimirum statuit, ut nunquā est febris putrida sine succorum putredine: ita neque putredinem sine prohibita ventilatione, neq; hęc sine obstructione. Mihi verò in controuersis monstratum est, ut hæc Gal. dixerit, nō quidem quod non possit aliter fieri, sed quod ad artis opera ita putare sit vtilissimū. Nam quanquā non omnes qui putredine succorū laborāt, obstructionem habere necesse sit: tamen ab vtilaxantium & aperientium semper incipere vtile est. Nulla enim laxitas & amplitudo pororū in his non est utilis ad expurgationem, quia nihil magis à putredine

A liberare potest. Accedit quòd maxima ex parte qui putrida febre laborant, obstructio nes etiam habent. Igitur qui obstructi sunt, aut angustis poris, siue naturaliter, siue præter naturā, ad omne genus putredinis sunt magis parati quàm qui laxi: vsq; ad eò, ut rari sint qui cum facili perspiratione & viis amplis putredinem contrahant, adstricti autē magno in periculo sint in omni insalubri cōstitutione. Nā nullis causis læduntur tardius adstricti, quā laxi, præter eas quæ simplici alteratione extrinsecus afficiunt. Quare diariā febrē ex longa mora in sole, qui laxū habet corpus, fortasse citius cōtrahet, tamen ab omni putrido morbo est multo liberior. febriliū ergo ex succis dictæ sunt causæ.

Cur febrium quædam sint perpetua, quædam intermittant. CAP. X.

C Vr quædam perpetua, quædam intercisæ fiunt, & perpetuarum quædam continentines: quædam tantum continuæ, & non continentines: quædam singulis dieb. quædam tertio, quædam quarto quoque die repetant, aut exacerbentur, dicendum est. Perpetuam esse aut intercisā febrem non facit species succi. nam ab eodem succo fieri vtrunq; constat, cū sit pituitosa, & biliosa, & melancholica perpetua & intercisā. Ergo facit, aut mēbrum in quo succus putrescit, aut modus aliquis putrescēdi per interualla. Sed neq; membri solum natura videtur posse esse causa. Nā nulla pars esse videtur, quæ non possit perpetuā & intercisam habere passionem, profectò oculus, & manus, & pes, & quæcūq; alia particula. Sæpe enim videmus oculos ophthalmia perpetua laborātes, non rarò etiam repente quibusdā dieb. brachium etiā & crus dolet cū calore, nonnunquā assidue, nonnunquā quibusdam horis, repetēte scilicet passione. Ergo causa est in ipso modo quo succus putrescit. Si scilicet putrescit nō separatè p portioēs, sed putredine serpente semper in totius succi partes, cōtinua febris fit: si per portioēs, ita ut cuius portioi seorsum sit principiū & finis putrescēdi, intercisā fit. Sed quæ potest alia esse huius passionis causa, quā quòd id quod putrescit cōmistum cum eo quod nondū putruit, & eodem loco contentū sit, aut ab illo secretū, & in alium locū reiectum? Cum ergo succi intra venas & arterias magnas putrescunt, quia simul confusi putrescunt, perpetuas febres faciunt: cum verò exiguū est quod intra putrescit, aut putredo exigua, id autē q manifestè putrescit, reicitur extra venas, aut in locum aliquē, aut habitum corporis, per partes, alia post aliam, intercisā febris fit, neq; potest à succis extra reiectis perpetua febris fieri. Nā non potest illa reiectio nisi per quosdā circuitus fieri. Non enim expellunt vasa vsque

vsque dum id quod congestum aut ad putredinem dispositum est, quantitate aut qualitate irritat. Quod si fingis, vasa continenter expellere, velut ex sudatione quadam perpetua, constat in perpetua illa expulsionem perpetuam irritationem esse, in hac autem maxima reduntantia, & multi succi qualitatem adeo malignam, vt plurimum sit quod interius putrescat, atque adeo maligne quare non ab ea quae extra reuiciuntur, sed ab ea quae interius putrescunt, perpetua erit & maligna febris. Intercisa ergo & perpetua his causis sunt. Ea autem quae continua cum sit, non est continens, habet quibusdam temporibus exacerbationes, crescente scilicet his temporibus passione quam facit succus: quae incrementa si ob accessione materiae, vel ob durationem crescente morbo fierent, essent vnum quendam modum per totum morbum seruata: cum vero habeat alternatim, & euascat, constat causam esse in passione aliqua ipsius succi quam per quasdam vicissitudines accipit & deponit, ea autem quae alia potest esse quam motus? sit ergo continua non continens, quia succus quibusdam horis intra ipsas venas mouetur atque agitatur: agitatur autem non a se ipso, sed ab ipsis membris tentatibus. Expulsionem. Igitur si venae quibusdam temporibus expellunt succos extra se, ita vt se perpurgent, aut ferè perpurgent, intercisa febris fit: si autem non possunt pellere, commouent tamen, est perpetua. illis autem horis crescit copiosior fumo tagente cor, vt commota sterquilinia solent plus foetere. Cum vero succi ardent intra venas, neque pelluntur extra, neque commouentur, continens febris fit. fit autem vt succi quibusdam horis commoueantur aut non, non profecto ex natura partis in qua continentur, siue in locis vicinis cordi, siue non. Quae pars est quae sua extremata non possit expellere, ac multo magis commouere? quinimo quanto partes cordi viciniores sunt, tanto magis virtute pollent. quare tanto plus possint mouere, adeo errant qui succos prope cor putrescentes, continentibus febres tacere putant. fit autem vt non commoueat, quia non tentat pellere, vt non tentet, quia non irritatur, vt non irritetur, ob gratiam naturae succorum qualitatem. Quo fit vt solus sanguis facere possit continentes febres, quia solus est naturae adeo familiaris, vt ardere possit venis non irritatis: ardor vero ille dum durat, partim in materia maior fit, partim materia ipsa digerit, absumitque. Cum ergo contingit ob corporis raritatem, aut ipsius materiae aptitudinem, tantum digeri continenter, vt plus faciat ea digestio ad caloris remissionem, quam necessaria accessio ad intensiorem, fit pragmatica, hoc est decrescens vocata: cum contra digeritur minus, agmastica, id est crescens: cum aequale, homotona, id est aequalis. Sed venio ad alias, Cur quaedam excre-

ta quibusdam circuitibus certis moueatur, pituitosa in qua quoti die, biliosa tertio quoque die, melancholica quarto, aut tardius, disputatum a me est in controuersis, monstratumque illud non aliunde, quam ex modo causae efficientis & materiae fieri, velut quibus alius naturalis motus, eum, quem hic modus aut haec proportio affert, habet finem. Quia ergo irritatio fit cum copia aut mordacitate membrum non sustinet, bilis flaua crebrius irritat, quam melancholia, quia maiori quantitate, est & mordacior. pituita autem crebrius etiam quam bilis, quia etsi minus mordax, eae sit magis autem eam quantitate superat quam qualitate superatur, maxime cum putrescit, velut per febres euenit. Dicta ergo proportio facit vt quaeuis febris quodam tempore irriter, & etiam vt hoc, & certo. Quamquam profecto nos non possemus ex ipsa proportione coniectare hunc circuitum in succo, sed experimento agnouimus, velut omnium aliorum motuum naturalium fines. Sed quae ad hanc quaestionem spectant, fusius dicta sunt lib. 5. Cont. has ergo causas habent febres ferè omnes. nam diariae habent causas manifestas, quae aut motu inflammant spiritus, aut continui alteratione. hectica pestilens a solo aere pestilenti fit, vt & alia omnis pestilens: reliquis hecticis succatur cor, aut a praegressa alia febre, quod plerumque euenit: aut etiam ab externa causa aliquando, vt diariae fiunt. tamen sine causa manifesta & nulla alia praegressa febre, hectica febris nunquam fieri potest. sed haec in controuersis monstrata sunt, & paulo antea dicta cum dignotionibus. haec igitur sunt causae febrium omnium, quae quidem quoniam ad cor spectant, nunquam debet contemni, & sine curatione omitteri, nisi forte cum diariae & simplicissimae sunt, & sine corporis apparatu, quae non migrant in alias.

Quae febres magis aut minus periculosae sint.

CAPVT II.

VERUM habent magnam grauitatis & periculi differentiam. Inter intermittentes maxime omnium timet Hipp. quintanam. Causam nondum satis scio, verum auctoritate hominis huius nunquam parumpendo: inter perpetuas timet maxime eas quae tertius diebus affligunt, atque in summa ita scripsit: febres quae cum non intermittentes tertio die fortiores fiunt, sunt periculosae: quocumque autem modo intermiserint, uacant periculo. quotidianae vero siue perpetuae siue intermittentes sint, quae noctu affligunt, longiores & periculosiores sunt, quam quae diu. quartanae non solum securae sunt, sed ab alijs etiam liberant morbis. Sed haec ad aliam artis partem iam incipiunt pertinere, velut & quae de varia febrium constitutione dici possent. de his haec tenent.

ME-



METHODI ME DENDI

FRANCISCI VALLESII COVARRVBIANI,
PHILIPPI SECVNDI, MEDICI PRIMJ,

LIBRI PRIMVS.

CAP. I.



Singulorū
curatiōes
suo cōmu-
ni metho-
do conti-
nentur.

Vrandi Methodus seu ratio, generatim tradi potest, & speciatim. Sunt enim quædam præceptiones, quæ spectat ad morbi simpliciter curationē: quædā, quæ ad singulos: atque illæ quidem communes sunt morbis omnibus, hæc suo quæque propria. Constat verò has non posse illis esse cōtrarias, sed aliquid præterea adicere, communi methodo semper salua: quia illud ipsum quod adicitur, in ratione cōmuni continetur. Nam & ipsæ morborum species, phrenitis, pleuritis, & podagra, differentias proprias adhibēt ad morbi genus. Ipsa verò morbiratio eadem est in omnibus. Velut igitur genus non nisi in speciebus existit, neque in ipsis speciebus quidquam est extra genus: ita neque communis methodus exerceri potest, nisi in singulorum curationibus: neque in his est quod non contineatur in ipsa methodo: hæc verò in illis exercetur, & fidem habet. Primum igitur expedit rationem medendi discere vniuersim, idque maximi momenti in arte esse, putare: deinde ad singulorum descendere curationes: quod erit facilimum ei qui quam nunc instruimus doctrinam, rectè tenuerit. Ea incipit à cognitione finis, ut omnis alia ars factiua, aut actiua, atque aded omnis prudentia. Eius enim cognitio ducit ad inuentionem mediorum. Nam cū finis cuiuscunque artis sit bonum aliquod, & eius cognitio sui contrarij præstet notitiā, velut rectum obliqui: & eius boni quod in fine est, fructio, eiusdem auctio ne & contrarij demolitione comparetur: ipsum bonum & malum, & ea quibus constat, aut fouetur vtrunque, rectè perspecta, indicationem faciunt eorum, quæ nata sunt illud seruare, & hoc corrumpere: velut nunc, quia finis Medici sanitas est, huicque contrarium est morbus, perquirat ea quibus sanitas constat, & ea quæ morbum inferunt, ac conseruant: hæcque illi per suas ipsorum notiones indicant, quibus a-

Agendis sanitas seruari, & morbus tolli possit. Ea igitur in quæ oculos mentis intendimus, scopos: ipsas verò insinuationes agendorum, indicationes: illa autem quæ agenda sunt vocamus auxilia, quòd ægrotis auxiliari nata sint, atque aded, cū & vt oportet adhibita auxiliètur. En igitur via, cui incipimus insistere: accessi verò ad scribendum hunc librum, non quòd sperem, eum cum Gal. methodo certare posse, sed vt suo quisque profit modo, & suo seruiat tempori. Nā cū quæuis ætas nouas afferat dubitationes, nouis etiam ratiocinationibus opus habet: præterquam quòd ille suo more dedit prolixior, ego meo contractior dabo. Neque sane in cuiusquam odium, aut aliquos refutandi cupiditate (vt forrè non deerunt qui suspicètur) sed bono animo, & in gratiam atque vtilitatem omnium, eorum verò maximè, quos non obstrinxit vlla dogmatica proteruia. Constat verò me etiā id tacente, neminem posse ad hanc tractationem vtiliter accedere, qui non antea nouerit, quæ ad hominis naturam spectant: elementa dico, & temperamenta, & partium structurā: virtutes quoque, quibus corpora reguntur, succorum & spirituum vim. Quid etiā & quoruplex sit morbus, causā morbi, & symptoma, & quæ hæc circūstāt. Sufficientē etiā notitiā habuerit materiæ medicinalis, longè verò maiorem facultatum illius. His ergo quæ à me alibi, & à Galeno prius ac exactius monstrata sunt, nunc petitis, compendiarium methodi medendi tractationem aggrediar. Qua qui instructus fatis sit, rectè ac citra erroris periculum poterit per quascunque practicas tractationes decurrere, ipseque quasi peritus construēdi, ex quacunque sylua materiam deligere, ac decidere.

CAP. II.

Omnia curatio, & quidquid medicus circa ægrotantem molitur, constat victu & auxiliis: voco enim nūc auxilia, quæcūque præter victum, ob morbos præsentēs aut imminētes auxiliandi gratia adhibètur: victum

Tres par-
tes practi-
cae.

victum verò moderationem earum rerum, A quibus sani & ægroti æquæ vtuntur. Auxilia verò partim consistunt in medicamentis, partim in chirurgia, seu manuum opera. Unde sunt tres partes practicæ, diætica, pharmaceutica, & chirurgica. Sanitatis tutela, quæ optima medicinæ pars est, solius est diætica: si quid enim aliud nondum ægrotantibus consultitur, ad præcautionem spectat magis, quàm sanitatis custodiam. Præcautio verò medium quid est inter conserua- B tionem & curationem, ac proinde cum vtraque se inserit. nam & qui tuetur sanitatem, & qui morbos curat, crebra vtitur præcautione. Morborum autem curatio, de qua nunc agere incipimus, dictas omnes partes coniungit: quæ non ita separatæ sunt vt nõ sit vtendum omnibus ad eosdem morbos, sed singulis ad quosdam. Nam recta victus institutio ad morbum omnem est necessaria, utcumque curetur: pharmaca & chirurgiam vix est vlla curatio, quæ non coniungat. nam & vlcera, quæ maximè chirurgica sunt, ceratis & emplastris, quia & corporis expurgatione indigent: & raræ febres sunt, quæ non aut secari venam, aut scarificari cutem, aut incidi abscessum, si quis fortè fiat, postulent: quæ omnia sunt chirurgica. Itaque partes hæc practicæ ita sunt cõiunctæ, vt simul morborum plurimorum curationes compleant. Harum præstantissima est victus institutio, quia sine ea curari nullus morbus potest, ad multorum verò curationem ea sola sufficit: atque cum sufficit, cum minimo naturæ dispendio sanat.

Proinde, etsi dictæ tres partes diuersæ sunt, & diuersas de illis grauissimi autores instituerunt tractationes, nos de solo victu ægrotantium quædam prælibantes per capita, omnia deinceps connectemus, quæ ad peculiariter vocatam curationem spectant, hoc est medicamenta & manuum operam. Quia quod ad methodum, & curantis intentiones attinet, eadem prorsus pars est. Quæ enim eas maximè separat manualis industria, vtu magis comparatur, quam præceptionibus vniuersalibus discitur.

CAP. III.

Victus institutio sex rebus, non naturalibus consistit.

Victus itaque institutio, est moderatio earum rerum quib. necessariò vtimur ad vitæ custodiam, maximè quidem cibi & potus, cum quibus & odores intel- F liguntur, nutrientes: qui ciborum sunt, & sapes indicant. Post hæc autem & motus ac quietis, aëris nos ambientis, passionum animi, & eorum quæ excernuntur ac retinentur. His enim sex generibus continentur res omnes, quas non possumus effugere, quin ab eis necessariò ac semper patiamur sic, aut aliter. Quapropter eis vti (etsi non eodem

modo) commune sanis & ægrotis est. Consiueimus verò illud quod ægrotantium solum gratia agitur, peculiariter curatione appellare. Ita igitur nuncupata curatio agitur medicamentis, sectione, aut vstione. Nam vt in aphorismo dicitur, Quæ non sanant medicamenta, sanat ferrum: quæ non sanat ferrum, sanat ignis. Porro medicamenta aut interius accipiuntur, infunduntur, aut immittuntur. Accipiuntur potionus, eclegmata, boli, trochisci, cataporia, & condita. Infunduntur, clysteres seu ani, seu vteri, seu vesicæ. Immittuntur pessi & glandes. Exterius admoventur, balnea, embrocæ, seu irrigationes, illutiones, cerata, vngueta, cataplasmata, emplastra, sparadrapa, lamina, ferulæ, lintei, & si quæ sunt alia. Sectiones sunt partium præcisiones, vt digiti, præputij, aut supercrescentis, vel emorientis vbi vbi carnis. Aut incisiones, hæcque vel ventrium, vt vesicæ aut vteri: vel vasorum, vt venarum aut arteriarum, vel abscessuum vbiunque consistant: vel cutis, huiusque solius; aut cum subiecta carne, velut quæ vocantur scarificationes, quæ profundæ esse possunt, aut sublimes. Aut transfixiones, vt quæ aguntur acubus ad consuendum, aut laqueadum. Vstiones aut sunt penetrantes, vt cum abscessus alti rumpuntur igne, aut ipsa ossa vruntur: aut inustiones solum, vt quibus fiunt cutaneæ vlcera, aut vstione dissipatur tantum superstantis caro. Ratio faciendi hæc omnia, & parandi, ac componendi medicamenta, demandata est chirurgis, & seplariis, & familiaribus ministris. Spectat verò ad medicum rectè imperare atque agnoscere, an illi rectè exequantur: quare nisi eas, quæ de singulis sunt apud graues autores peculiare tractationes, perlegerit, & administrationibus interfuerit, methodo quam instituimus, vt non poterit exacte.

Intentiones enim agendorum: quas scopi indicabunt, rectè tenens, deficiet in singularibus, quorum notitiam experimentis & vsu, necesse est comparari. Methodus enim intentiones curantis solum dirigere promittit. Non sunt autem hæc, quæ ante methodum disci, velut quæ nuper diximus, oportet. Quinimò huius partis præceptis imbuti ad opera artis accedere, est maximè expediens, vt quis summus in arte euadat. Methodus autem, seu via agendorum indicatur, vt dictum est, à fine. Is enim est cuius gratia inuenta sunt omnia artis opera, & instrumenta. Ab illo igitur rursus sermonem exordiamur.

CAP. IIII.

Dicta omnia moliuntur medici circa ægrotantes, non aliorum, quàm vt eos à morbis liberent, & ad sanitatem reducant: non possunt autem liberare, nisi vires ser-

uent: tum quia si facultas deficit, morietur homo, antequam extinguatur morbus: tum quia facultas est, quæ præcipue morbos curat, & vitur medicamentis: medicus verò illi seruit, subministrans auxilia. Igitur medico duplex est propositus finis, seruare facultatem, & tollere morbum. Seruatur facultas, seruatis, retentisque rebus, quæ sunt homini secundum naturam, hoc est, temperamento, partibus, succis, & spiritibus. Hæc verò refectione, quæ accedit ex idoneis, cibo & potu, & commodo vsu rerum omnium necessariorum. Ita. n. appello eas, quas nulla ratio vitandi est, quas iam numerauimus. Morbus extinguitur, per se, aut ablatione causæ. Ita etiam & symptomata, per se, aut ablatione morbi. Symptomata enim, quæ pathognomonica non sunt seu propria atque inseparabilia, tolli possunt manente morbo. Nam & umbra tollitur manente corpore, cum ex aduerso obiicitur lumen. Vt autem umbra manere non potest eleuato corpore, ita neque symptomata sine morbo. Causæ quoque tolli possunt per se, aut ablatione priorum. Nam plerisque morbis sunt causæ plures, aliæ aliis priores. Habet ergo hæc in re posteriores ad priores, vt ad ipsas morbi, & symptomata ad morbos. Tollentur ergo illæ cum his, vt cum illis morbi, & cum morbis symptomata. In ipsis etiam symptomatis aliquando idem ordo est, pendetque aliud ex alio, atque cum illo tollitur, vt cum dolore peruigilium, quod ab eo nascitur. Per se autem tollitur horum quodcumque, obiectione contrarij, velut umbra obiectione luminis. Itaque tota Methodus curandi redigitur in illud axioma, contraria contrariorum sunt remedia. Siue enim morbum, siue causam, siue symptomata, per se impugnans, contrarium illi obiicit. Sin autem moliris, vt cum alio cadat, velut symptomata cum priori, aut cum morbo, aut hic cum causa, aut hæc cum alia priori, illi alteri obiicit contrarium. Itaque huc redit tota medendi ars, qua aduersus res noxias, & quæ præter naturam sunt, pugnamus. Quoniam verò deficiente vita, nullus curationi locus est, & eorū quæ circa corpora vtiliter aguntur, præcipua causa est ipsa natura, & vt efficiens, & vt finis, necesse est, dum res quæ præter naturam sunt tollimus, naturales seruare studeamus. Vt autem illæ tolluntur contrariis, ita hæc seruantur similibus: quia vt contrariorum est contrarij, ita similibus seruare. Petit autem natura non minus, quam quæ similia, immò plus etiam, quæ consueta. Nihil enim fert grauius, quam consuetudinis mutationem: ac tanto magis, quanto magis sit repentina. Cuius rei exempla, ex vulgo cognitis experimentis congerentes, Hippocrates & Galenus

A integros consumpsere libros. Morbi contra, vt contraria sibi, ita petunt homini desueta. Quo fit, vt quæ morbos curant, raro non sint molesta, vt pharmaca, & alia per bonam valetudinem insolita: quæ sanitatem seruant, suauia, vt boni consuetiq; cibi, & victus totus ad normam & consuetudinem sanorum comparatus, & nihil extremum repente adiciens.

B

CAP. V.

Cum igitur res quæ in medici considerationem veniunt, sint triplices: naturales, non naturales, & præter naturam. Naturales conseruat medicus: contrarias, qua tales, semper velle extinguere, non naturalibus vitur: indeque accipit materiam agendorum. Cum ergo conseruatio omnis à similibus, & corruptio sit à contrariis, res naturales seruat vsu similibus, res præternaturam curat contrariis, ex non naturalibus verò accipit similia illa & contraria. Nam cum res non naturales, id est, quæ neque naturæ nostræ coniunctæ sunt, vt nostri partes, earumque idonea compositio, ac continuitas: & virtutes atque vnde hæc nascuntur, temperamenta: & qui hæc seruant succi & spiritus: neque omnino præter naturam, vt morbi, & eorū causæ atque accidentia: sed externa quædam, sint duplices: aliæ quæ perpetuo nos alterant, ac necessario, quarum antea non semel meminimus: sex, inquam, illa genera quibus constat victus: aliæ neque necessario, neque semper, sed aliquando, & casu quodam, vt gladius, ignis, lapis, aut pharmacum, & quæcumque percellere possunt sensus, vt clamores ferientes, aut demulcentes: odores iocundi aut graues: colores extremi, aut mediocres, ac reliquæ patibiles qualitates (his enim omnibus vitur ad quædam, & ab eis euenit pati corpora). primo quidem genere vitur solo ad tuendam valetudinem, (quia ea cum omnis morbus abest, sola moderatione illarum rerum seruantur (vtroque autem ad curandos morbos, quia & victum moderamur, & pharmaca adhibemus, & causas violentas arcere curamus; atque cum res fert, his ipsis pro auxiliis vitur, vt ferro & igne. Itaque materiam omnium agendorum suppeditant nobis res externæ.

E

CAP. VI.

Duo ergo primi scopi sunt, in quos curantis oculi intenduntur, facultas & morbus: illa petit se seruari, hic tolli. Cum facultate intelligimus res omnes naturales, & inter has consuetudinem, quia eodem modo indicant, puta seruari se. Cum morbo res omnes præter naturam, quia vt illæ indicant, se scilicet tolli. Nimirum, quia illa sunt per se, ac semper bona; hæc contra, mala

in exter
non ha
certas
ratio

malis semper. Res externae quae neutrum sunt per se, non habent certas indicationes ac perpetuas, sed indicant ut illae quarum conditionem sequuntur, bonae scilicet, aut malae existentes, ut procedente sermone patebit. Proinde quidam nolunt eas in indicationibus ponere: distinguuntque indicantia à coindicantibus, & haec utraque à contraindicantibus. Mihi non videtur ea arguties necessaria. Nam coindicare & contraindicare, indicare est. Non placet eorum ingenium, qui immutantes verba, gloriantur, quasi aliquid arti utile adiecerint. Sed nihil interest, loquatur ut lubet, modò res nobis maneat integra. Facultas ita que est quae petit cibum, non morbus: quia facultas servatur cibo, morbus augetur (si quado enim cibus morbo occurrit, rationem habet medicamenti alterantis, aut replentis) contra, morbus petit auxilia, non facultatem. Quia ille curatur auxiliis, haec debilitatur eorum usu. Verum quia res non potest transigi sine utrisque, cibus inquam, & auxiliis, neque propter morbum omnino abstinemus à cibo, neque propter facultatem ab auxiliis: sed utimur quae paucis cibo, per facultatem, & quam paucis auxiliis, per morbum licet. Neque cibi itaque plus quam necesse sit, quo facultas bene ac sine periculo duret, donec morbus concoquatur, & corpus expurgetur, dabimus: neque auxiliis utimur pluribus quam opus sit ut homo liberetur, & quam facultas ferre possit. Hocque est, quod quantitatem utrorumque definit. Si enim res tota posset transigi sine ullo cibo, & sine ullis remediis, id esset quam maxime optandum. Sed quia id fieri non potest, methodo quadam tradit oportet modum inveniendi victum, cum quo aegrotus durare possit, donec morbus iudicetur, ne prius deficiat. Constat verò tanto minus posse hominem sustinere cibi detractionem, quanto indiget pluri. Ut autem pluri cibo quis indigeat quam alius, aut ex morbo evenit, aut ex ipso homine, aut ex externis: & in ipso quidem morbo, aut ex constitutione, aut ex specie. Ex constitutione, quia quò is futurus est longior, eo crassiori victu est opus, ut scilicet in dies plures possit sufficere. Ergo necesse est eum qui aegrotantibus rectè instituturus victum sit, artem praenoscendi cuiusque morbi constitutionem ex aliis tractationibus didicisse: mox nosse, tanto indulgentius agendum à principio esse, quanto morbus videatur futurus longior. Contra ac imperiri & improvidi facere solent, qui cum futurorum nullam habeant providentiam, & in acutis, citius ac plus videant facultatem affici, & multis ac crebris symptomatis virgeri, facultati timentes, aegrotos incipiunt mox ingurgitare: contra per initia longorum, nullis sym-

ptomatis teriti, & vires omnes parum sentientes suo crasso robore, victum audent minus extenuare: postea cum longius quam putauerant, vident morbos protrahi, inediae longitudo timentes, coguntur augere cibos: primum quidem subtractione vires ante tempus debilitari sinentes: deinde adiectione obstantes succorum concoctioni: cum tamen contra oporteret facere: in principio, inquam, morbi, dare cibi plus, procedente autem concoctione, & eunte in indicationem morbo, sensim detrahere, ea celeritate, qua morbi ipsius duratio contrahitur. Non quod ipsum morbi tempus per se postulat cibum ullum. si enim verè dictum est, morbum nullum cibum petere, & morbi tempora ipsae morbi partes sunt, seu ipse morbus, crescens, stans, aut decrescens, constat neque tempus eius ullum cibum petere posse. Morbus enim totus & omnes eius partes cibum omnem prohibent dari. Verum & si totus morbus prohibet, non omnes eius partes prohibent aequè. sed ea in quibus concoctiones naturam magis occupant, prohibet magis: in quibus verò adhuc à concoctionibus natura vacat, prohibet minus. Quae verò minus prohibent, magis permittunt. Ob succorum ergo alterationes permittunt morborum principia, cum nondum natura concoctionem aggressa est, dari plus cibi, quam incrementa, & haec, quae summi vigores. Nam morborum qui ex materia pendent, tempora concoctione, & cruditate praecipue distingui, & cum venenosi generis sunt, eas alterationes spectari in urina, esseque principium, cum nulla concoctio est manifesta: statum in quo maxime ea viget, incrementum: in quo ipsa quoque crescit, ex prioribus tractationibus nosse oportet. Neque verò solum ob concoctionem succorum agendum est, ut diximus, dandum scilicet in principio plus, in vigore minus, in incremento detrahendum, sed ob ipsam facultatem: quia haec tanto magis periclitatur detracto cibo in principio quae posterius, quanto plus superest transigendum. Cibus ergo dari sola facultas petit: tamen eius quantitatem simul cum facultate indicat morbi tempus, non quidem per se, ac petens, sed propter facultatem, & permittens. An nondum ob haec indicent ullo modo morbi tempora cibi quantitatem, illi disputent, qui in ludo tempus ludunt: mihi res ipsa dicta est, dari debere plus cibi in principio, quam sequentibus temporibus; atque eo plus, quo morbus futurus est longior, atque detrahendum cibo, ut morbus crescit. Ex specie etiam morbi quantitatis cibi indicatio quaedam est. Nam cum cibi dentur ob facultatem per se, ut explicatum est, quo morbi suapte natura fortio-

rem facultatem desiderant ut vincantur, eo plus cibi dari postulant, aut cogunt, aut permittunt, denique eo plus dari in illis debet. (Nam de nominibus non contendo) & quo partes affectæ minus cibum sustinere possunt, eo minus permittunt dari. Igitur in iis morbis, quorum materia intra thoracem consistit, lautius aliquanto agendum est, quam cum naturalia instrumenta excrementis obsidentur: quia cum neutri solui possint sine concoctione & expulsionem, & concoctio in vtrisque solas desideret vires naturales, expulsio in illis naturales & animales desiderat, in his naturales solas. Nam quæ intra thoracem sunt, non aliter quam tulsis de reijci possunt. Tulsis verò per vehementem expirationem agitur, & magna musculorum apposita vi. Si igitur eos qui ita laborant, sinas plus satis per cibi detractio-nem languescere, eueniet, ut cocta materia, sola impotentia excreandi moriantur. Quod non raro euenit, aut ob sanguinem improbè missum, aut victum extremè extenuatum. Cum itaque per alios morbos solum sit opus naturalibus viribus, animalibus verò minimè, nec nisi ad facilem solum respirationem: per hos autem animales etiam opus sit seruari ad tulsis vehementiam, constat hac causa dandum esse his cibi plus: laborantibus verò hypochondriorum, atque aliarum partium morbis, minus. Porro inter hos dandum est minimum, quibus affectio est in ventriculo: quia cum ipsa affecta pars primam ac maximam cibi commutationem sit effectura, & cum crudissimo colluctatura; constat eam maximè à cibo læsum iri, atque idèd, eum morbum cibum minimè permittere, eaque causa dandum minimè, nisi aliunde orta necessitas cogat illius noxæ obliuisci. Ex morbo igitur hæ sunt indicationes. In ipso homine duo sunt, quæ quantitatem indicant: natura, & consuetudo. Nam quibus plurimum est calidi, siue id ætatis, siue innatæ temperiei est, plurimo ea causa indigent alimento, quia à paucis exoluntur, ideoq; minus est per morbos illis detrahendum, contrariis plus. Differunt verò haud dubiè temperamentum ætatis & innatum, tamen si id quibusdam amicis persuadere nō possum, siquidem sunt eadem ætate homines longè diuersis temperamentis, & eodem temperamento longè diuersis ætatibus. Illi fortasse putant, medicare, habere hominem dua illa temperamenta, ut duo crura, aut duos oculos. Didicisse oportet ex prima philosophia modos eiusdem diuersi. Cur autem quibus calidi est plurimum, & facultas commutandi fortis dato paucis cibo exoluantur, causa est, quòd cum ea facultas naturalis sit, neq; possit præsentem materia cessare, oblato exiguo cibo, exurit excrementa, quæ in officinis necesse sunt aliqua, à quibus nostra mox substantia exurit, ac liquefit: & ipsum cibum adeò exiguum, pro concoctione corrumpit ac viciat. Nimirum ratio quædam esse debet efficientis causæ & materiæ. Nam quæcunque ad ignem lentum densata coquantur & dulceicunt, ad ardentiorē viciantur, sūtq; amara, & fumida. Hæ noxæ accidunt ex cibo omninò exiguo, aut tenui omnibus qui calore abundant, siue ex natura, siue ex anni tempore. Quibus verò id calidum innatum est, ut puerulis, accedit alia, dissipatio scilicet facilis ab externis causis, ob substantiæ molliciem. Ob hæc & externarum causarum diximus esse hic quædam considerationem, ut temporis, cui similis etiam est regionis differentia. Hyems enim & ver ventres hominum facit esse calidiores, ac proinde pluri cibo indigere, ut puerorum, scilicet, & adolescentium, æstas & autumnus, ut iuuenum & senum: quorum hi ieiunium ferunt facillimè, illi melius quàm qui crescunt, etsi non ut quorum corpora iam deferuent, & incrementa consistunt. Itaq; in definienda cibi quantitate magna ratio haberi debet naturæ. Non minor autem, immò verò & maior & prior consuetudinis. Quia hæc omnium rerum est naturæ gratissima, neque unquam per morbos mutanda: neque per bonam valetudinem, nisi paulatim, & cum homo à negotiis vacat sibi. Quia repentinæ mutationes sunt nocentissimæ. Ut igitur in alia omni victus parte seruanda per morbos consuetudo est, in somno, inquam, & motu, & aère, & euacuationibus, et si quæ sunt alia: ita vel maximè in cibi quantitate, de qua nūc agimus. Quod vulgus medicorum non cōsiderat, ægrotis omnibus eosdem cibos tribuit, pullorum gallinaceorum carnes, aut recentia oua: cum magis extenuat, olera cocta, aut fructus autumnales asios, aut lotum panem, aut iusculum gallinæ. Et eorū quidam hæc, alij alia semper præbent: quidam semper vituperant. Quidam sunt Sarcophobi, quidam Sarcophili: cum nihil horum, neque verò aliud quippiam in arte debeat esse perpetuum, sed quiduis agi oportune, velut nūc: si duo feblicitare incipiant, alter assuetus velci duabus libris arietinæ quotidie, aut singulis arietinæ & bouinæ, aut denique cibis cū his conferendis, alius verò sola libra arietinæ, aut pro hac gallina non veteri, aut ex vtrisque cibo cū libra conferendo: certè perinde sit illi incipiente morbo dare arietinæ coctæ libram, atque huic felibræ, aut pro ea pullum non exiguum. Detrahendus ergo cum sit cibus in omnibus morbis, qui cum corporis impuritate consistunt, in diuturnioribus futuris detrahendum

dum minus, in acutis multò plus, in mediocribus mediocriter; omnibus verò ad proportionem, ex eo quod consuetum. Velut in morbo futuro longo satis sit partem alteram detrudere: in futuro acuto simpliciter, qui tres septimanas, aut quatuor non sit superaturus, duas tertias: in acutissimo, qui que sit intra hebdomadam finiendus, nec sextam quidè partem fortasse relinquens. Constat verò victui detrahi, aut quantitate imminuta, aut hac manente, mutata substantia cibi in tenuiorem, aut utroque. Velut si ei qui vescebatur arietinæ libra, eiusdè des selibram aut tertiam: consueto verò vesci vaccina, aut caprina salita, des tantundem arietinæ, neque recens mactatæ, neque siccatæ sale: aut huius etiam aliquanto minus quàm carniū duriorum accipere solebat: aut pro modico carniū arietinæ des tantundem pulli, aut pro duob. vitellis ouorū, olerum manipulū. Studèdum itaq; huic de tractioni, præter consuetudinem, quæ maximi hac in parte momenti est, consideratio ne ætatis, naturæ, temporis, & aliorum omnium; quæ etsi ad victum benevolentium magis videantur pertinere, in victu etiam ægrotantium animaduerti, & in consolationem uocari debent, vt nuper dictum est. Nō igitur certi aliqui esse debent cibi ægrotantium, neque crassus à tenui victu distingui, certa eorum substantia, aut quantitate, sed relatione ad id quod consuetum, & nature, temporis ac regioni congruens, de tractione maiori aut minori facta, vt morb. præiudicabitur futurus longior aut breuior, secundum quantitatem aut substantiam, seu qualitatem. Extenuatur enim victus, imminuta quantitate, aut qualitate mutata, vt explicatum est. Sed de qualitate seorsum iā dicamus.

CAP. VII.

Quandoquidem in cibis non solū quantitas spectanda est, sed qualitas etiam, & quando seu opportunitas, & vtendi modus, quæ ad hæc pertinent adicienda sunt. Quantitas (vt dictum est) definitur à facultate & morbo; illa petente, hoc permittente. Qualitates cibi duplices sunt, quædam n. illi vt cibo insunt mero: quædam vt habet aliquid medicamentosi. Cibo namque, qua tali, accidit esse coctu facili aut difficili: tenuis aut crassi: boni aut mali succi: multi aut pauci nutrimenti: facilis aut difficilis descensus: quæ medicamentoso autem accidit esse calido aut frigido, humido aut sicco, adstringenti aut laxanti, extenuanti, aperienti, aut facienti contraria. Nam priora illa accidunt, illi qua aliquid patitur: posteriora, qua aliquid facit. Est autem alimenti, pati: medicamenti, facere aliquid. Cui naturæ quæuis dictarum

qualitatum aptetur, quales singuli cibi sint, non est præsentis tractationis: sed ex illis, quæ de alimentorum, ac medicamentorum facultate sunt, & ex eorum historia oportet didicisse, nunc quibus quales dandi sint, docemus. In primis, qui boni succi, iis qui mali, semper sunt præferendi: neq; enim ex bono succo vlla noxa esse potest. Faciles concoctu, & tenuis succi, & facilis descensus, plerunque præstant contrariis. In his tamen animaduersionibus quibusdā opus est. Nā consueti vesci concoctu durioribus, & alioqui robusto calidoque ventriculo hominibus, non sine noxa datur concoctu valde facilis, quia vitiatur (qua causa dictum antea est) & ventriculus citius quam expedit inanitus, excrementa vndique trahit, quæ multorum malignorumque symptomatum causa sunt. Talibus ergo, si non qualis per bonam valetudinem, tamen detur crassiusculus cibus, ac nonnunquam etiam satis crassus, vt res petet. Iam verò qui ob reuitatem succorum exoluuntur, aut laborant tenuissimis fluxionibus, vt ad thoracè quidam, alij ad ventrem superiorem, aut etiam inferiorem: alij ad oculum, atq; nonnunquā ad articulos, non gaudent cibis tenuis succi, sed crassi, sui la, arietum, aut etiā suum pedib. porcellorum cerebro, & amilo. Quib. alius plus satis laxa est. tardj descensus debere esse cibos, vt vitella ouorum dura, sorba, & cotoneorum carnes, notum est satis. Cibus multi alimenti tunc dari debet, cum corpus desiderat plus quam venter potest conficere, vt quibus est concoctrix debilis, & alimenti indigentia multa. His enim vt exiguum sufficiat, valde nutriens cibus dari debet, vt vitella ouorum sorbilia, pistillo tusæ carnes caponam, aut gallinarum lacte nutritarum, & gallinaceorum testiculi. Contra quibus venter multis assuetus, aut robustus multa petit, corpus verò exigua nutritione indiget, dari debet multum ex quo accedat alimenti exiguum, vt magna copia olerum. In his dixit Hippocrates meliorem esse molem, quàm virtutem. De his itaque qualitatibus hætenus. De medicamentosis, & primis, scias qualitatem cibi, vt & æris, & aliarum omnium rerum non naturalium, esse debere temperamento ægroti (cū quo & consuetudinē intelligimus) similem, & morbo contrariam. Nam febri citantibus cibus humidus & frigidus conuenit: hydropicis siccus & calidus, tanto plus, quanto contigerit hos esse calidiores & sicciores. illos frigidiores & humidiores, tanto minus, quāto ad contraria inclinauerint febri citates. dico ad calorem & siccitatem, hydropici ad frigus & humiditatem. Contra ac vulgus medicorum consuevit facere, qui quali naturas curēt, non morbos, calidis au-

in febrili
cibo
qualis ra-
tio habet
da

Lib. de ali-
ment.

gent frigida, frigida calida, ea solum causa non insigniter laedentes, quod consuetudo, quae seruanda ante omnia est, plerunq; est contraria naturae. Raro enim non assuescunt sua sponte frigidi calidis, & calidi frigidis. Si autem eueniat (euenit autem aliquando) febricitantem natura calidum calidis assuetum esse, ut meri potui, allii, & condimentis cum aromatum copia, elegantis medicis est, & qui methodum veram curandi callet, hunc tanto minus frigidis alere, quanto est calidior, & calidioribus assuetus: quia tanto minor est is excessus, quam apparet, quanto plus habet naturalis. Eadem ratio est aliorum morborum, qui in in temperie habent essentiam. Sed de hoc exactius procedente sermone dicitur, ut & de aliis qualitatibus quae vocantur secundae, cum ad indicationes curatorias peruenerimus. Nunc nobis obiter, quod coniunctum est cum victus institutione, terigimus.

CAP. VIII.

Lib. 3.
Cap. 4.

Quis modus in cibis.

Quod ad modum utendi attinet, imprimis quoad fieri possit, seruanda est consuetudo: deinde videndum, ut cibus morbum minimè augeat, & à facultate melius separetur. Cum enim cibi non seiplos commutent, indigent facultate, à qua commutentur. Proinde cum facultas ob debilitatem quidem petit cibum, sed ob hanc ipsam non potest sustinere, datur minori quantitate pluries. Contra, ubi facultas est valida, datur maiori quantitate rarius. Maiori quidem quantitate, quia ut indicatum antea est, ratio quaedam esse debet cibi ad facultatem, ut neque debili detur multum, neque forti exiguum nimis. Illud enim cruditate, hoc corruptionem malam facit. Multum ergo datur talibus, ut rectè conficiant. Rarius verò, quia possunt etiam sustinere ieiunium. Itaque, ut morbo fiat satis, & quod ob robur adiectum est, raritate compensetur. Vtunque autem bono ordine offerantur, si uarietas ciborum vitari non potest, aut aliqui utilis est, velut ad appetentiam saepe, & ut suavis recepta melius concoquantur. Is autem ordo est, ut cibi tenues, & facili descensus antecedant, nisi in paucis quibusdam morbis, in quibus retentioni magis studeat opus.

CAP. IX.

Supra c. 6.

Temporis autem duplex est consideratio, vniuersalis scilicet, & horae diei. De vniuersali quidem tempore morbi, disputantes de quantitate, diximus, in summo vigore abstinendum maximè, in principio minimè, & detrahendum paulatim. Id quod in omnibus morbis, qui à materia pendunt, agendum est, praeterquam in iis, quos excitat fluxiones (huiusmodi sunt phlegmones, & harum timore ulcera, & omnes ca-

A tarrhi (aut incipiunt à facietate: in quibus tenuissimè est agendum initio, ut scilicet ita soluatür facietas, & sistatur fluxio, quae morborum sunt causae. Quo pacto autem morbi tempora cibum petant, cum id Galenus neget, explicatum prius est. In hora verò cibi, seruanda, si possit, consuetudo est, capiendusque quae per sanitatem consuevit. Sin autem figura morbi id prohibeat, cauenda est hora exacerbationis. Nam Hippocrate autore, in accessionibus cibum dare, noxiū est. Totam ergo accessionem, si fieri potest, cauebimus: sin minus, vsque ad inclinationem. Quod si ne id quidem licet, saltem accessionis vitabimus initium, & tres ante illud horas, nisi in picrocholis, qui animo linquuntur, ob acrem bilem ea hora affatim in eos ventriculi concurrentem, nisi quid cibi recentis ibi sit, à quo comista hebetetur, in his enim dilatus, ut in aliis febricitantibus solet, cibus saepe pro intermittente continuam, & pro febre simplici atque cum sudore si daretur cibus in initio soluēda, syn copalem, & pro salutari lethale febre fecit. Datus verò in ipsa accessionis hora aliquando non solum haec pericula prohibet, sed ipsam etiā febre anteuertit. Hoc autem fit, ut dixi maximè in picrocholis, quod nomen iis praecipue tribuitur, quibus os ventriculi à bile mordetur. Sed & in aliis quibus moueri incipit bilis, non tam multa crassa & putris, quam pauca, tenuis & valde vsta ac fumosa: qua mordere incipiente partes sentientes, multi pungi & horrere incipiunt: & eadem, cibo aliquo mox oblato, ut forte parte ex vino diluto, attemperata, horrere desinunt, atque omnino febricitare. Quod mirum, cum & ab epilepsia praeseruari eueniat, dato cibo, eos, qui oris ventriculi consensu corripuntur, saepius verò cephalaea. In his igitur non est seruandus ille solennis modus cibandi, immò dandum antequam ingruat accessio. quod si iam inguerit, in ipsa inuasio ne, atque ea elapsa, iuxta summum vigorem, qui ut inclinēt, saepe necessarius est cibus, atque si quā maximè inclinare coeperit, tamē ut soluatür febris, est non raro necessarius in talibus. Constat verò hoc raro ac vix vnquā, nisi natura valde calidis & siccis accidere, quia huic solum naturae videtur esse congruens. Cum tamen non semper laboretur morbis naturae congruentibus, sed aliquando etiam valde incongruentibus, & tunc quidem grauius; constat non esse solum hoc agendum in calidissimis ac siccissimis naturis, ita effectis, ut plerunq; autores incautè deliniunt, sed in iis etiā, qui natura sunt moderatiori; si praeter naturam ita affectos esse contigerit. Nam haec cibandi forma curatio ne continet. Curatio verò indicatur ab eo, quae praeter naturam quis habet, non ab eo quod

quod naturaliter. Esse autem non pro cibo solo, sed & pro medicamento, constat; cum non detur in ea occasione, gratia reficiendi solum vires, sed retundendi acrimoniam succorum. Petitur ergo ab eorum acrimonia, quam ubi contigerit esse tantam ac talem, maxime cum sensus ventriculi acutis, perinde indicabit, etsi totus homo, non adeo siccus, & calidus, & gracilis natura sit. Cibi itaque exhibendi hæc sunt regulæ.

CAP. X.

DE potu dicamus. Eius per se duo usus sunt, vehere alimentum, & solari sitim: quæ cum appetitus frigidus & humidus sit, constat potum debere esse frigidum & humidum: tenuem verò & fluxilem, ut deducat alimentum. Alere verò, aut aliter corpus afficere, per se non est potus, etsi aliquibus accidit potabilibus, non quæ talibus. Nam quæ alunt, fami occurrunt potius quam siti, aut non huic soli. Quæ alios usus exhibent, medicamenta sunt. Igitur vere potus, ac nihil aliud quàm potus, sola aqua frigida est: quia tenuis, fluxilis, frigida & humida, & nihil nutriens, neque præter dictos duos, & quæ inde sequuntur, vllum usum corpori præstans. Alia omnia quæ potantur, aut potionalia medicinalia sunt, ut decocta & succi, siue expressi siue stillatitij, & quæ nunc vocantur serapia: ut cibi simul atque potus, seu, ut Hipp. alicubi dicit, alimentum humida, ut vinum, lac, & iuscula. Atqui, quoniam non omnium naturæ ferunt aquam solam, & multi capiuntur vini suauitate, plerique virtus eius potu, plus aut minus diluti, ut cuiusque sunt natura & mores. Sunt etiam qui solius aquæ cruditatem, & vini, quæ neque pauca sunt, neque exigua, incommoda timentes, decocto aliquo uti consueverunt, ut forte cassiæ lignæ, anisi, aut feniculi. Itaque hæc potiones sunt in usu frequenti (solum enim lacte, non nisi barbaræ quædam gêres, ut perhibentur) aqua sola, aut medicata, vinum merum aut dilutum. Atque hæc prima differentia consueti potus est, quæ accipiuntur ab illius substantia. Hic igitur sit primus delectationis, quæ propinanda ægrotanti est. Videndum enim primum cui aquam solam & inalteratam, cui medicatam des, & quam: cui vinum & quam dilutum. Deinde consideranda quantitas: cui largum, cui parum: mox qualitas, cui gelidum, atque si copia sit, ad motum niui: cui calidum, cui subfrigidum, ac mediocre: mox dandi tempus, ante, an inter, an post cibos, an longè ab illis. In his omnibus magnam vim habet consuetudo, quia inueteratam permutare, præcipue repente, graue semper est facultati. Proinde medicus prudens consuetudinem perquirat hominis cuiusque, & familiaritatis, & gentis. Est enim cum in eisdem æqualibusque morbis, eorumque eisdem temporibus, & nativis temperamentis haud aperte

A diuersis, alteri aqua sola, alteri vinum, alteri medicata aliqua potio rectè propinetur, ob differentiam solius consuetudinis: ubi scilicet, aliæ indicationes non magni adeo momenti sunt. Quæ sunt ergo illæ, nos possunt adducere ad permutandam consuetudinem, oportet dicamus, & quomodo illis in consultationem vocatis, variare debeamus. In primis morbi species, & materia attendenda, deinde tempus, postremò accidentia. Non possis autem videre, quid quidque horum petat, (nolo enim mihi simpliciter ac sine demonstratione dicenti fidem adhiberi) nisi perspectum habeas, quid quæque dictarum potionum possit facere, vtile, aut noxium. Hæc igitur seorsum perquiramus.

CAPUT XI.

Aqua calorem extinguit, siccitatem morbosam moderatur: fumos in caput euntes reprimat, & succos omnes in quiete continet, fluxiones propterea cohibet: hæcque gelida magis facit quam calida (præter humectationem, hæc enim tepida magis est) tamen concoctiones, & ciborum, & morborum tardat, in hypochondrijs moratur, nisi sit optima: in flatu soluitur, ventrem distendit: neque vrinas, neque sudores promouet facultate vlla medicinali, neque aliter, quam sua substantia, quæ fluendo vehit & cibos, & eorum reliquias, aut ex accidenti aliquando extincta febre. Vinum contra, concoctiones iuuat, facile præterit, vrinas & sudores promouet, & insensibiles euaporationes: reficit etiam breuissimè vires, solatur exhilaratque cor. Calefacit tamen, & fumos emittit in caput, fluxionesque omnes commouet & auget, quare & phlegmonas & dolores omnes qui ex illis nascuntur. Potiones medicatæ, & decocta varios præstare usus possunt, pro natura eius quod incoctum est, aut admistum, siue, scilicet refrigerat, & humectat, & extergit, ut pristana, & decoctum hordei: siue diureticum est, ut apij, aut feniculi: siue aromaticum est, gratumque ventriculo, concoctionem iuuat, & putredinem emendat, ut cassiæ vel cinamomi, siue quid aliud facit. Omnino autem elixatio aquam, si quid vitij habet, emendat (præterquam si sit falsa, aut amara) nam tenuiore facit, cum aqua coctilis propriè non sit, ut possit crassescere) & minus flatuosam, resoluens insensibiliter partes, in flatu crassos abire paratas. Largus potus fluxiones auget, serò replet venas, extenuat succos, ac proinde concoctionem impedit: ventriculū & hypochondria distendit: tamen euacuationes per vrinas & sudores, ac nonnunquam per alium promouet, & excreationem crassorum faciliorem reddit, atque abundantius humectat corpora. Parcus contra, siccatur, in crassat, retentionem iuuat, flatu minuit: tamen euacuationes omnes detinet, bilem reddit acro-

Aquæ comoda, & incommoda.

Vini comoda, & incommoda.

rem, & minus solatur sitim. Gelidus potus magis attemperat, proinde siti, & excrementorum acrimoniae melius occurrit: tamen concoctiones magis impedit (nisi ex accedenti in quibus igneum extinguit calorem. In talibus enim nihil ad concoctionem vtilius, quam gelida prandium claudere) euacuatio nes minus promouet, exangues partes, vt intestina, neruos, dentes, spinalem medullam, & articulos, quin & thoracem laedit. Inflammationes, si quae sunt internae, magis incrudat. Ante cibos potius inutilis est, raro tamen, & ob aestum ventriculi, qui fastidium affert, necessarius: inter cibos est vtilis ad idoneam permissionem, post cibum ad descensum in ventriculi fundum: ijs maximè, quibus oesophagus est angustus. Quibusdam verò facere solet intempestiuum descensum ad intestina, aut vomitum. His dari debet multo post cibos (cum scilicet iam descensus erit tempestiuus) nullus autem in ipso prandio.

CAP. XII.

Igitur indicatione morbi neque febricitantibus, neque inflammatione laborantibus, aut alioqui calida intemperie partis insignis, neque catarrhosis, neque articularibus morbis, neque ardore vrinæ affectis, vinum dari debet: sed, si ventriculus meram aquam ferre non possit, decoctum aliquod illi gratum, & accommodatum morbo. Ijs verò qui pluri quam opus est, vtuntur cibo, refectionem autem & vires non adeò sentiunt, siue id intemperie ventriculi, vt per vocatam bulimiam, siue cum nondum malum adeò creuerit, intemperantia hominis fiat, potu vini vti consultum est. Aqua enim, quia nihil nutrit corpora, & ventriculum refrigerat, vorax est: vinum contra nutriens, & calefaciens, voracitatem minuit. Frigus enim ventriculi, accedente praecipue (vt solet) aciditate crudorum, quae ibi per eam intemperiem congeruntur: & alimenti defectum causas esse famis minimè, alibi demonstratum est. Indicatione causae, qui bile syncera laborant, vinum non sustinent. Quod si his aqua ingrata est, ob oris amaritudinem, vt solet, infundi in eam aceti tantillum debet. Quia amaritudini resistit aciditas. Porro talibus, si nullum habent membrum insigniter laesum seu debile, dari debet frigidior & copiosior, contra ac pituitosis. Indicatione temporis, quod vt diximus, materiae alteratione praecipue diffinitur, per morborum initia, & cum adhuc materia cruda est, maximè est abstinentum à vino, & vtendum paruo potu, eoque non frigido. Procedente autem iam morbo, & materiae concoctione, minus habet noxae, vinum aliquod concedere, & largiori potu, eoque frigidiori vti. Nam in initio maximum fluxionis est periculum, & incertum quò succi decumbant, quod à

A vino maximè deterret & à largo potu. Periculum etiam est in crudationis phlegmone, si quis subest, & suffocationis naturalis caloris, sub crudis adhuc excrementis, quod deterret à frigido. Minimè verò tunc opus est vrinam mouere, aut sudorem, aut euacuationem vllam aliam, nisi fortè per ventrem, materia turgente, aut per eas quae postea dicentur definitiones. In ventrem verò vinum non dirigit, neque vbi turgentia est, quidquam sit periculosius, quam illud. Igitur potus principij esse debet aqua, eaque pauca, neque gelida: procedente autem morbo & concoctione, inclinare iam incipit intentio medici ad laxationem corporum, concoctionis maturacionem, euacuacionem, & attemperacionem. Quare licet sensim transire ad vinum, & potum largiorem & frigidiorum: in inclinatione autem maximè tali potu vtendum. Eadem quoque ratio est temporum particularium, cuiusque accessions: in inuasionem. n. maximè, in inclinatione minimè, medijs temporibus mediocriter, abstinentum est à potu. Nimirum in accessions initio adstringuntur omnia, in inclinatione laxantur. Symptomata verò poterunt dictas indicationes interturbare. Nam dolor capitis, & cruditas acida, quocumque morbi tempore vinum dari prohibebit: deliquium animi, quocumque coget. Haecque omnes indicationes, & si speculanti, seorsum considerandae perpendendaeque sunt, tamen curati simul occurrunt, suntque considerandae simul, dandumque aliquid cuius: plus autè maiori, nisi fortè aliqua vrgeat summè: ita enim reliquae vel contemnuntur. Ita videri contraria non debent, febricitantibus vinum denegari, & inclinantibus febribus concedi posse: alterum enim febris, alterum temporis indicatio est. Ita etiam etsi dictum est, in morbis ex materia pendentibus, cum ea iam incipit apparere cocta, transeundum esse ad potum largiorem & frigidiorum, si tamen intra thoracem sit, copia quidem augebitur plusquam si esset in venis & arterijs; frigus verò multo minus aut etiam nihil, idque indicatione partis, quia scilicet pectus laeditur facile à frigidis: indigent verò quae in eo congesta sunt multa humiditate, quia non nisi tulsiedo reijci possunt, quapropter dilui postulant. Tamen hac eadem parte affecta, & concoctione nondum apparente, vtendum est potu, calido quidem semper, tunc tamen calidiori: pauciori verò, etiam quam in morbis venarum, quia pars ea magis exposita est fluxionibus, & protractione incoctionis maius affert periculum: excreandi verò nondum est tempus. Ita sunt omnia perpendenda, conferendaque: augenda aut minuenda quantitas, aut qualitas, mutandumque tempus, aut vtendi modus; vel alterum pro altero accipiendum in vsum. Velut in diabete, qui ex siccitate renum cum calore

calore nascitur, utendum potu perpaucis, A
 frigido tamen: ne copia retentionem prohi-
 beat: qualitas verò renes hepaticque contem-
 perec. Verùm hæc peculiare iam methodos
 attingunt, ut & alia omnia exempla. Quæ
 proinde in alias tractationes dimittantur,
 nunc de ratione potandi ægrotos hæc sint
 generatim dicta. Nam neque de potu bene
 valentium, neque de eo qui loco medica-
 menti suscipitur, ut cum vino curantur do-
 lores oculorum, aut copioso potu gelidæ, fe-
 bres, nunc sermo est, sed de eo solum qui æ-
 grotantibus propinatur, ut sedet sitim, & ci-
 bos deferat, quòd potus, propriè esse diximus:
 aut ut celerius reficiat, quòd cibi humidus est.
 Ut autem potus facilius replet, hoc est citius
 nutrit quam cibus: ita odores quam potus,
 ut multis in locis dixit Hipp. Cum tamè sint
 odores duplices, quidam ciborū proprii, &
 saporum indices, velut carniū, panis, lactis,
 iusculorum & vini: quidam rerum aliarum,
 ut rosæ, sambuci, musci, & ambrae. Vtriq; sa-
 ne grati, aut ingrati sunt. Grati enim carniū
 alliarum aut elixarū, cū adhuc integræ sunt:
 ingrati verò cum putrefactæ ferēt. Grati etiā
 galæ & thimiamatis: ingrati sagapeni, & la-
 næ vstæ. Et hi quidem delectant magis aut
 offendunt cerebrum, cor & respirationis ca-
 ua instrumenta: illi verò palatum & gulam,
 atq; adeò ipsum ventriculum, ut videantur
 reuera esse ipsi met sapes. in tenuiori substā-
 tia, vapore scilicet, q est ipse succus extenua-
 tus. Quo fit, ut boni suavesq; appetentiam
 excitent, & ventriculum nauseabundum se-
 dent, mali verò vomitum cieant. Proinde il-
 los ego ad aëris qualitates refero, ut & sonos,
 agamq; de illis posterius: hi ad ciborum ge-
 nus referuntur melius, ut sit iam triplex ci-
 bus, siccus, humidus, & vaporosus. Vtemur
 ergo primo, cum facultas potest expectare
 tardiusculā refectioē, ut trium quatuorve
 horarum: cum verò intra horam refici petat,
 iusculo: cum statim, ut cum in deliquium fer-
 tur homo præ inanitione, potu vini (potio-
 num enim hæc nutrit celerimè) & odore e-
 iusdè, & recens extracti furno panis, & por-
 cinæ assæ calentis. Quoniam autem quorū
 refectio celeris est, est etiā infirma, opus erit
 hæc continenter agere, vsque dum reparen-
 tur non nihil vires, & parentur cibi nutrien-
 tiores, potiones quidem primū, deinde &
 solidi cibi. Hactenus de cibo & potu.

C A P. XIII.

Somnus & vigilia, & si minus in potesta-
 te nostra sunt, quàm cibus & potus, mo-
 tus & quies, est tamen etiam modus aliquis
 somni procurandi, & arcendi. Quare eius quo-
 que ægrotis instituendi, sunt aliqua præce-
 ptiones, ut deligendi aëris aut parandi: mo-
 tusq; animi prouocandi, aut compescendi,
 & excretiones omnes naturales (in quibus

præcipuè venis est) vitandi aut mouendi. Sō-
 nus igitur in lethargo, & alijs soporosis affe-
 ctionibus, & in sudorosis semper vitan-
 dus, quia semper lædit: in phrenitide & do-
 lorosis, & quæ cum alui profluuiis vexant,
 semper conciliandus, quia semper cōfert. Sed
 quia neutrum potest æquè semper agi, neq;
 ægroti sustinet tam assiduam curationē, tūc
 est procurandus hic somnus, cū vigiliā maxi-
 mè lædit: & permittendus illis, cū excita-
 tio maximè fatigat, hoc est, noctu, atq; si ali-
 qua diei hora consuevit homo per sanitatem
 dormire. Nā magnum momentum habet
 consuetudo eo tempore dormiendi, quò vi-
 gilia plus, & somnus minus lædat. Atq; idè
 in morbis, per quos neq; sopor, neq; peruigi-
 liū premit, neq; aliqui circuitus exacerbati-
 onū, quales febres continetes sunt, somni
 longitudo & tēpus, secundū ægrotantis cō-
 suetudinē expetitur. In quibus aut morbis
 sunt accessiones cū intermissione, aut sine
 illa: intermissionis, aut pro ea, remissionis tē-
 pus, est somno opportunissimū: inuasiōis ve-
 rò maximè importunū: mediocria verò tem-
 pora habet mediocriter: ut q, ad horas acces-
 sionis attinet, e q de sint occasiones somno &
 potui, & eadem incommoditates. In morbis
 præterea, quibus cū capitis grauitate, aut flu-
 xione cōsistunt, aut cū viscerū inflammatione:
 aut cū copia succorū suffocante innatū cali-
 dum, aut vtcunq; refrigeratio extremorum
 adest, abstinendum à somno, quoad fieri po-
 test, neq; permittendum dormire, nisi quan-
 tum summa cogit necessitas. Nā sōnus illa
 omnia auget, grauans caput, ad viscera reuo-
 cans, calidū suffocans, & effundi per artus p-
 hibens. Contraria facit vigilia. Porro in febr-
 bus sudorosis malignis, (helodes vocabant
 veteres) in quibus vires sudando exoluun-
 tur, somnus vitandus, ut qui sudorem auget,
 cū sit in causis humectantibus: in omnib.
 verò alui profluuijs procurandus, quia deie-
 ctiones cohibet: idq; siue profluuiū sit spon-
 taneum, siue à pharmaco: si tamen iam siste-
 re velis: velut, si magis ducere, motus impe-
 randus. Cōtrarius enim quodam modo mo-
 tus somno est, & similis vigiliæ: non tamen
 omnino. Non enim eisde semper conueniūt
 quies & somnus, neq; vigilia & motus: neq;
 semper quibus quiescendum, dormiendū,
 neq; quibus vigilandum, mouedum est. Nā
 omnes capitis fluxiones & grauitates, & fe-
 brium inuasiōes amant quietē sine somno.
 Sed neq; semper (tametsi id maximè videri
 possit necessariū) somnus quietem deside-
 rat. Cū multis conciliet somnū quædā mo-
 titatio lecti pōsis, aut crepundiorū, qui sola
 quiete excitatur. Quod in pusillis quidē fre-
 quens est, in adultis verò ægrotantibus ali-
 quando est consultum experiri. Quando igi-
 tur etī valde videantur similes, neque som-

nus cum quiete neq; vigilia cum motu semper congruit: necesse est, motus etiam & quies habeant proprias præceptiones, quæ ab vtriusque vtilitatibus, & noxis melius, quam aliunde capi possunt.

CAP. XIII.

Quies concoctionem iuuat, & lassitudinem soluit, distributionem verò & dissipationem per cutem, & reliquas omnes euacuationes retinet: ventilationem naturalis calidi minuit. Motus contra, iuuat distributionem, & euacuationes, ventilatque calidum: tamen fluxiones mouet, & spiritus animales absumit. Igitur iniungenda quies est, vbi lassari seu defatigari coeperit corpus, & vbi concoquere expedit, & vbi fluxio in partem quampiam fieri incipit, aut timetur: maximè si in eam quam motus ille exercet, vt si in crura à deambulatione, si in brachium à digladiatione, si in pectus à clamoribus cessandum. Mouendum verò vbi euacuationes aliquas est opus ducere: velut cum dato pharmaco, expurgatio non satis procedit: atq; cum valenter elicere sudorem expedit, vt in quibusdam Gallica lue laborantiū, qui post expurgationes per pharmaca vehementibus exercitationibus, vt ludo pileæ, aut cursu, aut iactu lapidum, sudando persanantur. Est verò in ijs qui toto corpore æquè ægrotant, vtilissima exercitatio, quæ totum corpus æquè mouet (vt & bene valentibus) quo in genere maximè pbatur ludus pilæ. Cum alicuius membri causa suscipitur, in morbi principio, quæ contrariam partem, in fine quæ eandem maximè mouet: velut initio podagræ mouendæ manus, in fine crura, ob chiragram contra. Confert etiam motus vehemens, cum obstructa sunt viscera, & grauata crudis, vt hydropticis, & qui in malum habitum periclitantur incidere præ multitudine excrementorum, & obstructionibus viscerum. Quod viris quidem aliquando, mulieribus verò plerunq; euenit, tum aliàs, tum maximè, cum mēstruorum est tempus; male autem, aut omninò non fluunt. Hæc corpora oportet, vt Hipp. autor est, defatigari & sudare. Hinc natum est illud, nullo minus præsentaneum auxilium, dandi multis ordine diebus, cum motu multo & concitato, puluerem ferri defecati, arte præparati.

CAP. XV.

Moderandi etiam animi motus, est ars quedam. Quæ non minima pars institutionis victus cēferi debet, sed vt quibusdam visum est, maxima, quod nouandi & augendi morbos sit causa frequentissima, cum male suscipiuntur ij motus, prodesse autem etiā possit, cum bene. Nimirum in causis non naturalibus sunt, quæ vt eis quis vitur, ita prodesse aut obesse possunt. Nihil autem firmitus hæret corpori, quam quod venit ab animo:

A & hominibus quidem obest plurimum sua sollicitudo, qua quia vacant bruta, magna ex parte sunt incolumiora. Motus verò hi etiam aliquando alijs machinamentis cientur, aut sedantur ægrotantibus (vt certe musicis sonis, & cantilenis, quibus præstantissimi philosophi, non ad sedandum solum præsentis affectus, sed ad formandum etiam & componendū mores, vt præceperunt) maximè autem sermonibus, qui coram ipsis habentur, aut non habentur. Quæ res omnium maximè facit, rhetoricam esse medicinæ partem quandam, seu illius ministram. Huius enim artis est, dicendo animum audientis, quòd vult trahere, siue amorem, siue timorem, siue pudorem incutere, siue animum facere vult, siue hilaritatem asferre, siue contristare, siue prouocare ad iracundiam, siue placare. Facit verò hæc omnia medicus suo tempore, vocatq; hanc Hipp. œconomiam circa ægrotantes.

C Seruit mouendis affectibus etiam musica, vt dixi, aliquando paulo minus quam poëtica, & rhetorica, atq; in aliquibus hominibus æquè, aut etiam plus, vt cuiusq; est ingenium. Mouemus verò hos affectus ægrotantibus, sæpe quidem ob aliud quidpiam, non raro etiam propter sese. Ob aliud quidpiam, vt cum timorem mortis incutimus, ne audeat in victū delinquere, vel vt medico durius aliquid imperanti pareant. Cum scilicet ob intemperantiam prauo victū vtuntur, vel ob imprudētiam aut mollitiem, curationem recusant. Pudore etiam ipsos aliquando ad meliorem victum & obedientiam reuocamus, obiectantes illa animi vitia, & aliorum exemplaproponentes, aut indignationem alicuius præstantioris. Propter sese, vt timor incutitur repentinus singultientibus, quo ille celer ad viscera spirituum recursus, flatum oris vetriculi discutiat, & singultum, soluat. Quæ eadem ratione quidam tentauerunt, imminuentem quartanæ accessionem prohibere.

E Confert quoq; cum effluentem sanguinem & spiritum, opus est introrsum reuocare, atque reuocata retinere, vt per hæmorrhagias, & animi deliquia. Neque minus confert ad refrigerandam iram, vbi ea ægrotos lædit. Quod in furentibus sæpe vsu venit. Tristitia raro vtilis est ægrotantibus, neq; nisi quibus ex repentino aliquo gaudio periculum imminet deliquij animi. Aut quibus ex gaudio nonnunquam succedit peruigiliū: ijs enim tristitia somnum conciliat, exoluēs gaudiū, quod euigilare facit. Lætitia semper (paucis exceptis) procuranda est, quia nisi cum nimia est, & repentina, vires omnes reddit vegetiores: vitales quidem primum, cor dilatans, & ventilans: naturales verò & animales per sympathiam. Motus ergo volūtarios facit alacriores, & nutritionem partium feliciorem. Maximè autem procuranda lætitia est.

F

tia est in melancholicis passionibus, quia ea A
rum symptomatis proprijs est contraria. Ita
quoque vtiliter prouocatur, quoties calor
exiguus sub multis crudis succis periclitatur
suffocari. Amori etiam quum quis præ illo
insanit prudenter obijcitur, si qua ratione in
eam quam amat, possit concitari odium. Nā
sine odio ira parum confert: aliquando etiā
augendæ passionis occasio est.

CAP. XVI.

Venus in sanitatis tutela sepe vtilis, in cu- B
rādis morbis rarō, quia vires plurimum
exoluit. Vtilis tamen ea quoque est in mor-
bis pendētibus ex suppressione feminis, qui
mulieres sæpius afficiunt, quam viros, sed
hos quoq; aliquando. Vtilis etiam nonnun-
quam in alijs morbis ex multa pituita, quia
siccatur valenter. Rarissimè tamen hæc curatio
tentanda, quia vix in adeo excrementosis
possunt ita constare vires.

CAP. XVII.

Aeris, qui nos ambit, differentia sunt in C
calore, frigore, humore, aut siccitate: lu-
mine aut tenebra, puritate aut impuritate.
Voco impuritatem aeris, malignam illam af-
fectionem, per quam insalubrior, quam pro-
manifesta intemperie aliquando esse depre-
henditur plus aut minus, ac nonnunquam
pestilens. Quod aliquando ex manifesta cau-
sa nascitur, vt ex putridarum lacunarum vi-
cinia aut multitudine cadauerū, aut sordidū
colluione: aliquando ex occultiori causa, si-
ue caelesti, siue aërea, ex antecedentibus orta
intemperiebus. Primæ quidē differentia cō-
sistunt in tempore, & loco, & artificioso ap-
paratu. Nam in æstate aer calidus est cum sic-
citate: in hyeme frigidus cum humore, me-
dijs temporibus mediocris. Non solum aut
hanc aut illam esse anni partem refert, sed et-
iam multo magis, qualis conungat tempe-
stas, quod in pluujs & ventis præcipue con-
sideratur, vt pluat an non, sint flatus, an tran-
quillitas: perfleret terra borea, qui frigidus &
siccus, atq; tenuis est, an austrō, qui calidus
& humidus & crassus: an mediocrium ali-
quo, qui vt ab his dissident, ita ad mediocri-
tate accedunt. Loci differētia est similis tem-
pori. Nam in Lybia est vt in æstate, vt in hye-
me Scythia. Vt aut in adeo dissidentib. terræ
tractibus maxima differentia est, vt in vrbib.
oppidis & vicis non lōgè distantibus est sæ-
pe insignis differentia, quod montana & su-
blimis, aut humilis & cæpestris terra sit, huic
aut illi flatui exposita. Quin & in eodem op-
pido domus à domo, & in eadem domo cu-
biculum à cubiculo differit temperie non in-
evidenter. Quin & in eodē cubiculo, cubile
positum siue ad ianuam, siue ad hanc aut illā
fenestrā, siue ad angulum spectet, differen-
tiam facit non contemnendam. Sunt qui ca-
put ad orientem spectare, vtile, ad occiden-

tem verò noxium esse putent, quod succi in
nostris corporibus cum Sole voluantur, pe-
riculosum verò si à pedibus eos agi in caput.
Sed ista vertigo rerum omnium cū Sole, in
ijs quæ iuxta terram sunt, haudquaquam sen-
titur. Et cum causam non referant ad tempe-
riem ambientis, non est id de quo nunc agi-
mus, neq; vt ego cæleo, momenti vllius. Appa-
ratus artificiosus est, vt porta & fenestre clau-
sæ, aut apertæ sint omnes, aut quædam, quæ
ad hunc flatum spectant, aut illum. Rigatum
sit pavimentum aut aridum, testi aut nudi
parietes. Lectus quoque sub papilione cor-
tinis & rapetibus, aut parēs vndique. Ipsum
quoque corpus ægroti pluribus aut paucio-
ribus, tenuioribus aut crassioribus stragulis
cōtegatur. Suffiatur aer calidis, aut alteretur
dispersis frigidis herbis, floribus, aut ramis,
vnde temperiem, quam volumus, obtineat,
& vtilem spiret odorem, quod nos ad aeris
qualitatem referimus. Dixi autem vtilem,
quia non semper qui gratior, est etiam vti-
lior. potest enim esse vehementior, quàm æ-
groti caput ferat, vel calidior (ita enim voco
eum qui effertur ex re calida) quàm præsens
postulet affectio, vel peculiari hominis natu-
ræ aduersus. Est enim hac in re mira varietas.
Idem odor hunc recreat, & illum strangulat,
alium quasi dissoluit, nulla euidēti causa, sed
propriate. Paretur ergo aer cuique, pro sua
natura, & præsentī dispositione. Alii rosas spar-
ge aut violas, alii folia vitis, alii thymum, aut
libanothim, vt secundum dictas considera-
tiones res exiget. Temporis differentia non
est in medici electione. Neq; enim possis p-
tuo arbitratu facere, vt quis æstate aut hye-
me febricitet, aut catarrho laboret: neque vt
pluat aut serenet: hic aut ille ventus perfleret.
Sed neq; regio, neq; oppidum, vbi quis præ-
uētus morbo acuto est, mutari facile potest,
sed ferenda conditio loci in quo quis cœpit
acutè ægrotare. Multis enim ita affectorum
ocasio moriendi translatio fuit, qui alioqui
cum quiete curari, liberarentur: tamen ho-
rum etiam quibusdam productio dispositio-
nis neutra: aut lentus morbi, alioqui futuri
acuti, ingressus, deligendi oppidi in quo de-
cumberent, potestatem fecit: neq; sane tunc
agitur imprudenter, cum ad nullam rem ma-
gis quàm ad ægrotandum oporteat omnia
esse accommodatissima, quæ ad ægrotum
assidentes attinent, & externa. In lōgis mor-
bis & qui deciderūt ex acutis, si qua ratione
aduersus esse sentiatur, mutari potest, & de-
bet cum cōmodiori. Sed & ob solam morbi
prolixitatem, etsi in loco morbi causa aperte
non sit, merito tentatur eius mutatio cum
alio, si fieri possit, salubriori: sin minus, gra-
tiori, vt fortè patrio, quò hilaritas in æ accē-
dens, morbi molestia leuet. Vnde nonnuquā
via ad salutem videtur aperiri. Atque adeo,
qui a

quia aliquādo noxa aëris, in quo aërotatur, non tam apparet, quam est reuera; in alium et si melior esse nō videatur, salubris mutatio est. Non tamē proinde in eum etiam qui natura peior, vt Celsus vult, quod pessimū (inquit) semper cœlum sit, quod aërum fecit: neq; enim morbi causa bene semper in cœlū præsens reijcitur, cum ea vnica sit ex multis, quæ nos possunt ledere. A domo in domum transferre aërotantes non est difficile, faciendumq; sæpe, etiam si quis acutē febricitet, si alia longē commodior se exhibeat. Tamen tunc quoq; consulendæ vires sunt, quærendaq; hora maximē opportuna, quæ scilicet sit aëro leuissima. Et ipsa per se minimē in tempesta. In eadem domo, qua quis aërotare incipit, optimum deligere cubiculum, & lectum accommodatissima parte collocare, parareq; omnia, vt maximē expedit, consultissimum & facillimum est. Ergo tempus anni, & conditionem tempestatum, quæ tūc est, & regionem & urbem, per morbos acutos, non considerat medicus, vt eligat: cōsiderare verò nihilominus debet, vt ijs quæ necessario sūt aliter quam vellet, ipse alias causas, quæ in sua electione sunt, opponat. Vt si æstas est, & regio calida, vellet autem frigida, alia omnia ad conciliandum frigus cōparentur: si autem hyemis & frigida regio, ad calorem: quantum scilicet illa, q̄ morbus & natura aërotatis vellēt, sūt frigidiora, aut calidiora. Itaq; ea omnia, quorū est electio, ad indigentiam aëroti componet: reliqua horum oppositione temperabit, vt ex omnibus is qui expeditur, temperie aëris modus, quoad fieri possit, noscatur. Quid autem horum velle medicus debeat, aut nolle, & qui eius deliberationis sint scopi, nondum diximus. In primis saluberrimum esse aerem, limpidum, minimeq; putrefactum, semper expedit: insalubrem, putridum, pestilentem, semper auerfatur. Proinde consultit omnibus, de cedere à regione, ab urbe, à vico, à domo pestilente, & ipsos aërotates, si potest, trāsferri in aerem puriorem, & ab aliorum cōsortio, sui & illorum causa, separat in domū solam, patulam, & perslabilem, suffitibus & irrigationibus putrescentiam cohibētibus vitur. Neq; tamen solum in pestilentibus puritatis aeris habenda est cura, sed & in alijs omnibus morbis putridis, semper aliqua. Consultissimū enim est, aërotantiū cubiculos nō semper vnde quaque conclusos sinere, et si quam maximē id morbus petat, sed aliquantisper aperta aliqua fenestra ventilare, vt aer aere expurgetur. Quod semper quidem aërotis est gratum & vtile: aliquando verò etiam necessarium, ne plurimum aucta putredo, maligna fiat. Quanquam autem purus aer semper expeditur, neque calidus, neque frigidus, neq; humidus, neq; siccus semper, sed

A pro medici intentione. Nam in quo morbo, & occasione animus est temperando curare, debet aerem trahere in contrariū, vt pro calidis affectibus frigidus, pro frigidis calidus, pro humidis siccus, pro siccis humidus fiat. Cum animus est coquere, aut per insensibilem halitum, aut sudorem vacuare, calidum: cum densare corpora vel spiritus, aut sistere sanguinis fluxiones, vt in ijs qui linquantur animo, frigidum facere. Subuenit enim tunc aer, vt potus frigidus. Ergo vbi febris vehementia plurimū vrget, omnia debent transferri ad frigidum. Sed in ijs ipsis febribus, cū inuadunt, abstinendum à refrigeratione est, & calefaciendum pro indigentia: & in vniuersali morborum principio studendum calefactioni, abstinendum que ab apparatu frigidum, multo magis quam euntibus febribus in indicationem, idque et si febres in ardentibus sint. Itaque vt est ad hanc rem magna differentia morbi à morbo, ita temporis à tempore, & vniuersalis & particularis. Nasciturque hic quoque, vt in alijs omnibus artibus operibus, quod optimum, faciendumque est, ex collatione omnium indicationum, quæ conueniunt. Quod non tantum permutat id, quod faciendum, secundum magis & minus, sed & secundum modum. Vt si quis angitur febris vehementia, tamen cum corporis densitate, & pororum adstrictione aërotare cœpit, curabis vt aer circumstantis frigidus sit; tamen interim corpus panis contegatur, vt feruorem viscerum temperet aer inspiratus, & vestium calor poros cutis laxet. Quæ eadem cautio, cum febricitas dormit, esse debet autore Hippocrate, ne in trō collecto calido, nuda cutis densetur, aut calore geminato viscera inflammentur. Sed & hanc ipsam ob causam, cū à principio febris vsq; ad crism aeris attemperatio ad frigidiorē debeat procedere, vt pote in temperie crescēte, & decrescēte cruditate, tamē stragulorum depositio lentius multo debet procedere, quam reliqua refrigeratio. Quia contentio non solum concoctionem, sed euacuationē etiam per cutē iuuat, cuius indigentia nō decrescit crescēte morbo, sed crescit etiā. Itaq; quia contentio in initijs ad concoctionem utilis est, postea ad euacuationē, suadeo ad omnem aliam attemperacionem audaciores esse medicos, quam ad stragulorum reiectionem. Quanquam huius quoque rei debet esse modus, pro ratione virium: is autem erit, ne angantur aëroti. Hoc enim etiam modo non minus, quam alio quouis, possunt aëroti suffocari. Luminis & tenebræ, quæ qualitates etiā aeris sunt, & causæ non raro salubres aut insalubres, alia indicationes sunt. Nam cum hæ non sint in qualitibus elementorū, nihil faciunt ad temperationem. Cū verò sint aspectabiles, possunt pluri-

plurimum afficere oculos, & permutare primum sensitivum, ad quod præcipue spectat somnus & vigilia, mentis constantia & desipientia. Quibus igitur debilis est videndi facultas, detrahendus est fulgor, quia dissipat: quin etiam multò magis, si tota animalis facultas languet: quia videndo, excellentia præcipue sensibilia, magna animalium spirituum dissipatio fit, & quibus somno est opus, est etiam & tenebra; quibus vigilia, lumine. Porò delirantibus tenebra est utilis (nisi raro cù ea ipsa est terrori) nam splendore & intuitu rerum maximè commouentur. De victu ægrotantium generatim, ac de conseruatione rerum naturalium in illis, & modo vtendi non naturalibus. hætenus. de peculiariter vocata curatione, & rerum præter naturam indicationibus, secundum instituemus sermonem.

LIBER SECVNDVS.

CAP. I.



VRATIO, vt superiori sermone diximus, agitur oblatione contrarij: cùm verò sint triplices res præter naturam, morbus, causa morbi, & symptomata, curatio pprie solius morbi est: causa tollitur, vt cum ea recedat morbus: symptomata, quæ tale nunquam curatur per se, sed cum morbo. Quodcunque autem horum curetur, curari debet contrarijs, ijsque æqualibus: ita, vt quanto morbus sit maior, tanto agatur auxilio valentiori; & quanto morbi causa, & quanto symptomata maius. Vt quanto febris sit intensior, tanto detur frigidior aqua, & purgatio tanta sit, quæta cacochymia, & missio sanguinis quæta plethora: & quanto maius peruigiliū, tanto perueniatur ad valētius somniferum. Nā si agitur minoribus, curatio erit tardior quam par sit; si maioribus, periculiosior: atque vtroque modo subibit periculum: illo, moræ: hoc, contrarij lapsus. Mediocri ergo festinatio est, æqualibus contrarijs agere. Constat verò huius præcepti causam ad contrarij naturam redigi, quod scilicet, corrumpit contrarium, corrumpi autem volumus morbos, & quæcūque curamus. Vnde etiā constat, si quando species auxiliij discrepat ab agendi potentia, potentia potius quam specie æstimandū esse remedium, & eius intentionem. Neque enim interest per accidens, an per se faciat, modo faciat. Nā Hipp. conuulsionem infusione frigida curat, quia eam euenit calefacere, ac resolvere: quia verò id non per se, p̄inde neque in omnibus facit, sed in iuvene bene carnosio: neque semper, sed in media estate: tunc verò, & in tali, contrarium & æquale remedium censerī debet, ab eo quod fieri euenit. Itaque curatio agi debet contrarijs æqualibus. Id verò intelligendum est, seruatis

A alijs omnibus artis præceptis, atque si facultas ferat: si enim æqualia non fert, siue ob eam quam habet debilitatem, siue ob repugnantiam, & incommoditatem externorum, & quæ ægrotum circumstant, vt si æstiuum aut brumale tempus sit: aut ægrotus ipse curis aut negotijs, à quibus non se possit expedire, distingatur (maximi enim momenti est, ad ferendas curationis molestias, animo & corpore esse liberum ægrotantem) curabimus minoribus, cedentes necessitati. Satius enim sit, quantumuis longo tempore, sanescere, quam inani spe citæ liberationis præcepti periculum subire. Virtute verò ferente, artis est, contrarijs æqualibus curare. Ergo ad extremos morbos extrema remedia erunt tentanda, ad exiguos verò exigua erunt satis. Quapropter, nisi morbus magnus sit, aut eius vlla suspitio, timorve probabilis, neque mittendus sanguis est, neque expurgandum, neque vtendum vlllo alio magno auxilio. **C** His etiam consonum est, vt curationes à minoribus inchoentur (quia & ipsi morbi incipiunt à minoribus) & crescentibus morbis augeantur, & decrescentibus minuuantur, si scilicet, semper futura sunt auxilia æqualia morbis, & causis, & symptomatis, quæcunque horum curentur. Qui verò morbi iam aucti curationem suscipit, ob diffidentiam incipit à minoribus, quod non satis certus sit de tolerantia facultatis, aut præsentis statu morbi. Si quis autem confidit, se hæc omnia exactè cognoscere, virtute fauente, incipiat vel à maximis, vt res exiget. Sed quo pacto curationem symptomatum dicimus, cùm ea tollantur cum morbo? Certe quæ symptomata nunquam curantur per se, euenit tamen non raro hæc per sese lædere, vt dolor & peruigiliū, cum prosternunt vires, atque tunc temporis occurritur illis, non quæ symptomata sunt, sed quæ aliorum malorum causæ sunt. Concurruntque aliquando simul indicationes à morbo & causa, & symptomate aliquo, ac nonnunquam etiam à multis morbis, quos complicatos esse euenit, & à multis symptomatis, & causis ordine positis. Quod si omnibus simul possit citra vllum incommodum fieri satis, ita est agendum: sin autem non, sed ordo quidam tenendus sit, atque alia post alia facienda, quædam regulæ sunt obseruandæ, quas dicemus, mox ad peculiare indicationes trium generum, morborum inquam, causarum, & symptomatum, percurrerimus. Hætenus enim primam solum eamque communem omnium attigimus, nempe obiectionem contrarij. Ratio autem contrarij obijciendi variat, habetque diuersas formulas. Incipiemus verò à causis, quia vt hæc sunt generatione priores, ita earum sublatio ante alia tentanda est, cum legitime proceditur.

CAP. II.

Causæ quædam sunt internæ, vt pituita, & bilis in plerisque; febribus, quædam externæ, vt vehemens motus, longa mora in sole, aut vëro, aut pluuia: & ictus, caususue, & alia eiusmodi. Causæ internæ (voco nunc internas, omnes que nostris corporibus innascuntur) quædam sunt tantum causæ, vt bilis & pituita; quædã causæ simul & affectus, vt bubo, & atritio pororum cutis, & aliæ obstructions, & vlcera, & cõtuhones, cum ex illis febres oriuntur. Internæ, & tantũ causæ sunt, siccus, spiritus, seu flatus. Siccus quidem, non quatuor tantum toti corpori communes, hoc est, sanguis, pituita, & vtraque bilis, sed & peculiaries, vt lac, semẽ, & ros proprius partis cuiusque; quin & excrementitij, vt saliuæ, lacrymæ, & serum. Quæ omnia copia, aut vitio aliquo lædunt. Copia quidem, vt sanguis valde replens, pituita obstruens, serum per omnes venas redundans, semen superfluens: vitio, vt putrefactus sanguis, pituita falsa, bilis aut melancholia putrida aut vsta, semen corruptum, ros etiam partium vitiosus, lac concretum, saliuæ acris, vrina ardens, aut etiam lacryma mordēs. Externæ vocatæ causæ partim extrinsecus veniunt, vt pluuia, ventus, & sol: partim nihil in nobis nisi fientes passiones sunt, vt ira, & timor, & alij animi motus. Rursum hæc, cũ medicus ad ægrotum accedit, aut recesserunt iam, aut adhuc manent, vt qui ex timore febricitat, adhuc. n. timet, aut deposito timore tenetur febre. Externæ causæ quæ iam recesserunt, nullam indicationem præstant faciendorum, sed signa tantum sunt affectionum, quas intulerunt. Non est ergo quod eas medicus tollere studeat, cũ iam recesserint, sed solum consideret, quas noxas in corpore reliquerunt, atque in eas curã dirigat. Externæ, quæ adhuc manent, submoueri se statim postulant. Velut si quis iter longum ingressus, febre corripiatur, quam suspicetur medicus ex itineris labore esse natam, ante omnia monere debet, vt itinere intermisso, quietus curetur: si etiam in sole, aut calidissimo aliquo tugurio per æstatem febricitare incipiat, & febris inde videatur orta, transferendus ægrotus est, ante aliã curationem, in umbram, & cubiculũ minus calidum: atque ita amouenda est omnis aliã ægrotandi occasio quæ sit præsens. Verum ipsa amouendarum occasio dignotio, methodum quandam desiderat. Non enim illa omnia quæ nobis vt delicta anteaestæ vitæ narratur, statim pro causis haberi debent, & amoueri, sed videndum est, quanto ante tempore sint commissa, & quam diu. Nam quæ multo iam tempore, ac continenter quis egerit, rationem magis habent consuetudinis, quam causæ morbi, ac proinde nõ omninõ tolli, sed retineri ex parte debet, vt per mor-

A bos cõsuetudines solent, verbi gratia. Si quis febre correpius, dicat se assuetum alio qui tota vita, aut multo iam tempore, domo. & cubiculo frigidioribus, & otio, nunc per negotia in aliena, eaque calidissima, dies aliquot æstatis transegit, transferendus erit statim, si fieri possit in domum & cubiculum tanto frigidiora ijs, quibus assueuerat, quanto nunc est calidior, quàm cum valeret. Ita enim & consuetudo seruetur, & causa morbi tollatur, & febre obijciatur a quale contrarium. Si verò narret, se in domo quidem fuisse superioribus diebus calidissima, verum ita etiam consueuisse totam vitã, aut longum tempus: hunc non transferemus in frigidam domum, quia lædetur ab insolito aere, sed ad tanto minus calidam, quantum sola febris exposcit, itaque nisi planè sit febris maxima, fortasse ad tepidam. Ita quoque, si quis febricitare incipiens, narret, se alioqui temperatissimum, & paucis cibo assuetum heri aut nudius tertius in conuiuio ingurgitasse, continendus in integra inedia est diem totum, aut etiam duos (nisi natura atque ætas, & cætera plurimum repugnent,) vt ita tollatur morbi causa. Si verò dicat se à conuiuio quidem venire, & ingessisse multa, sed neque multò plura, neque deteriora quam semper citra noxam consueuerit, non imperabitur illi tanta inedia, ne tam repentina diurnæ consuetudinis mutatione lædatur. Quin potius dabitur illi cibi plus, quam si nõ esset aded vorax. Qua in parte solent imperiti medici peccare, quos audiunt voraces esse tenuissimè cibantes, & quos fuisse temperatissimos, plurimum exhortando ad capiendum cibos, quasi mores susceperint curandos, non morbos. Verum non ita agendum est, sed quod consuetudinis est, seruandum, eo quo dictum est modo: quod nuper accidit, & morbi causa esse iudicatur, statim auferendum. Sed hæc curatio quæ ab externis causis indicatur, cum victus institutione est communis, fereque iam antea dicta.

CAP. III.

Interna causa, & quæ tantũ causa est, quæcunq; copia lædit, minui postulat: quæ vitio, si fieri possit, emendari: sin aut inemendabilis iam sit, vt rem alienam, extra corpus reijci. Ergo sanguis redundans vsque ad vasorum distentionem, quod tumore & rubore partium indicatur, sine mora mittendus abundanter est. Nã et si sanguis maximè sit secundum naturã, tanta eius redundantia est præterid, quæ natura amat, velut & ipsa optima caro cum supercrescit. Pituita, aut bile, aut melancholia, aut sero redundante purgatio molienda est, & repetenda vsquedum ea redundantia tollatur. Si redundet partes rore, aut sua vasa, semine, aut mamme lacte, siccandum

dum valenter, & totum corpus, & illas partes est. Id quod tenui & sicco victu, & sudoribus agitatur optime: huiusmodi enim sunt omnia quæ lac minuunt, & semen, & rorem: interim tñ euacuatis quæ iam in partibus reddunt, vt lacte, emulgendo: semine, si quis habet coniugem, congregiando. Flatus quoq; si in toto corpore, aut ventre, aut intestinorū aliquo redundet, emittendus est, eructado, aut per sedem: idq; procurandum, potu aut clystere, aut glande paratis ex rebus discutitibus, aut etiā ad motus exterius. Quod quidem faciendum est, donec laxetur distenta pars, deinde intemperies corrigenda. Si verò sanguis sentiat esse putridus, aut aliorum succorum aliquis, vtendū primò est ijs, quæ putrescentiā emendant, qualia sunt serapiorum multa, maximeq; acida, vt quæ emedabilia adhuc sunt, emendetur, quæ minus, euacuationi parentur. Postea veniendum ad medicamentum, vomitu, aut deiectione expurgans. Serapia enim aut apozimata idonea quasdam succorū partes omnino emendant, quasdam ex parte, non a deò tamē, vt retineri intra corpora tuto possint, quasdam nulla tenus. Et has quidem incidunt, & secernunt, interimq; parant vias ad euacuationem. Tūc ergo vtiliter expurgatio agitatur, cum, quæ retineri oportet, emendata, quæ nō oportet, secreta sunt. Quam occasione nihil melius indicat, quàm concoctionis in excrementis notæ, & succorum effusio, quæ agnoscitur spontanea laxitate ventris retentioni succedente. Non aut sola hæc euacuatio quæ per ventrē agitatur, idonea est expurgationi corporis succorū vitio laborantis (quanquā ea maximè) sed & aliæ multæ. Sudor. n. copiosus optima expurgatio est corporum in vitio seminis & roris partium. Huiusmodi sunt q̄ tenentur morbo gallico. Illi etiā quibus serofi & ichorosi sunt succi, vrina abundanter eunte liberantur optime: & alij etiā ferè omnes, qui vitio succorū febricitauerunt, perpurgantur per hanc viam, & præseruātur ab abscessibus & recidiuis, & obstructionibus viscerum, quæ ex putridis febribus solēt superesse. quia peractis platiore canales alijs expurgationib. sordium reliquæ optime eluuntur ex ipsis venis maiorib. & minorib. cum sero, quod per renes in vesicā quotidie destillat. Per minora etiā emunctoria agitatur, non tam totius corporis, quàm quarundam partium vacuatio & expurgatio, vt per palatū & nares, capitis: vomitu non commouent totum corpus, ventriculi & gulæ. Copia itaq; & redundantia causæ cuiusq; vacuationē tantū petit: vitium, emendationem aut expurgationē. Sed quia sanguis succorū optimus atq; naturæ nostræ amicissimus est, isq; aliorū amat secundum naturam quandam mistionem, & redundantia cuiuscunq; illorum comodior,

A inutiliorque fit, cuiuscunque eorum redundantia in venis vocatur cacochymia, seu sanguinis vitium. Itaque duplum pituitæ quam par est (etsi ea sit optima) cum sanguine misceri, pituitæ quidem ipsius copia, sanguinis verò vitium est. Atq; ita merito fit, vt & copia & vitium cuiusque alterius succi tollatur expurgatione. Nimirum eius copia, est sanguinis vitium; multo autem maius, si etiam ipse succus vitiosus sit, vt pituita salsa aut putrida, bilis vsta, aut aliter corrupta. Tamen si autem dictum est, euacuationem deberi copiam, & expurgationem vitio: atque ita quidem est: semper enim vbi abundantia est maior, quàm pro naturæ modo, euacuatio, si virtus ferat (nam si hæc non adsit, frustra retatur quiduis) & vbi vitij aliquid, & recessus à naturali succorum probitate est, expurgatio desideratur, non tamen proinde nunquam mittendus sanguis, nisi vbi is ita reddat: aut nunquam expurgandum, nisi vbi in signe vitium succorum est. Nam & in eo qui cecidit ab alto mittitur sanguis, & si non redundet, & in eo cui vulneratum est caput expurgatio comendatur, etsi alioqui non sit manifestè cacochymus. Sed & hoc quoque redigitur ad suos scopos, hoc est, ad copiam & vitium. Nam etsi ei qui cecidit, corpus plenum non sit, est tamē minus vacuum, quàm in ea occasione oporteret. Vellemus enim esse inanium, ne partes in contusam mitterent, aut agitatione perturbarentur interius omnia. Eius etiam, cui caput est vulneratū, oporteret corpus esse expurgatissimum, ne excrementa vlla in vulnerata parte lædant. Et si igitur eam cacochymiam corpus non habeat, quæ sine capitis vulnere morbum afferre posset; si tamen eam habet, quæ vulnerato insigniter obsit, rectè expurgatio suscipitur auctore Galeno. Quanquam in hoc quoque modus quidam est. Si enim qui ab alato cadit esset inanitus, & q̄ capite vulneratur, expurgatissimus, neque illi mittere sanguinem, neque hunc expurganti pharmaco mouerem: sed in illo aquæ potu, in hoc clysteribus esse contentus. Ita quoque plerunq; in febribus mittitur sanguis, qui non superat naturalem mensuram, neq; simpliciter, neq; in hoc homine; sed quia nihil mittatur, ob febrilem calorem, qui adest, & succorum putrescentium mistionem, corrumpetur, ac fortasse malignè: & cutis rarefactioni, & ventilationi, & vasorum laxationi ad futuram expurgationem necessariæ, impedimento esset. Itaque mittitur, non quia multa subest copia, sed quia ea quæ subest, tunc est inutilis, & noxia, ac proinde facultate ferente, deponenda, etsi causa morbi nō inclinatur ad ideam sanguinis, modo non ab ea plurimum euariet. Causarum itaq; internarum, copia aut vitio lædentium, hæc sunt

indicaciones, copiam vacuatione, vitium expurgatione tolli. Constat ergo, quod si & copia & vitium adsint, euacuatione, & expurgatione erit opus. Atqui aliquando quidem expurgatio sola, aut missio sanguinis sola, satis erit pro copia & vitio. Nam & expurgatio est euacuatio quædam, & missio sanguinis quædam expurgatio. Sæpius autem conuenit missione sanguinis sola, quam sola expurgatione uti, præcipue in febribus: quia per sanguinis missionem extrahitur simul vitiosum cum sanguine, per expurgationem autem non extrahitur simul sanguis cum vitioso. Porro melius præparat missio sanguinis ad expurgationem, quam expurgatio ad sanguinis missionem. Hæc enim laxat vias, quo maxime corpus expurgandum indiget; illa debilitat vires, quo nihil ad mittendum sanguinem periculosius. Rursum missione sanguinis non obstat impuritas, expurgationi verò obstat repletio. Inutilius igitur iam mittitur sanguis expurgatus, quam antequam expurgaretur nisi contigerit expurgatione concitari ardorem nouum in visceribus (quod maxime euenit, cum non antecessit sufficiens missio sanguinis) tunc enim nihil consultius, quam ab expurgatione sanguinem mittere. Alioqui, cum utraq; euacuatione est opus, missionem sanguinis oportet antecedere dictas ob causas. Unde rursum euenit, ut sæpius missio sanguinis sola curationem perficiat, quam sola expurgatio, quia scilicet, est euacuatio ordine prior. A priori autem magis natum est succedere quod posterius, quam à posteriori, quod prius. Missio igitur sanguine, sæpe sponte naturæ expurgatur corpus alui profuuium, vomitu, aut sudore succedente: expurgato autem corpore non solet succedere fluxus sanguinis, nisi raro menstruus: immò neque expurgari bene potest repletis canalibus.

CAP. IIII.

Desiderari quidem ad omne medicinæ opus facultatem, atque nisi ea permittat, nihil circa ægotantem tentandum esse, generatim quidem antea diximus, nunc autem utiliter repetetur. Nam cum hæc duæ euacuationes, de quibus agitur, omnium maximæ sint, peculiari quadam ratione desiderant facultatis constantiam. Cum autem sint tres quæ nostra corpora gubernant, quarum nulla potest, vita salua, omninò deficere, eas omnes constare ad vacuandum audacter optimum est, ac proinde omnium notas oportet medicum tenere, & contemplari. Sunt verò earum (ut & aliarum omnium virtutum) propriissimæ, ac fidissimæ notæ, suæ actiones: post has, & accidentia quæ ex illis bene aut male obitis, sequi nata sunt. Ergo animalis robur aut debilitatè, ex motibus voluntarijs, & sensibus externis & internis agnoscimus. Si enim mente constat, facile se in lecto cõuer-

tit, decenter iacet, respirat facile, bene videt auditque, neque vlla parte non sentit latis, facultas animalis valet. Si verò vacillat mens, respirat sublime, non videt, neque audit, non potest se loco mouere, perit illas facultas. Hisque mox succedit, in pedes ferri, pondere scilicet, tantum non mortui corporis. Ita quoque si bene se habet ad cibos, & acceptis nullæ incoctionis in ventre notæ superueniunt, & egestionibus conditione bonæ tepestiuè fiunt, & retinentur quæ oportet retineri, denique hæc quæ ad nutritionem spectant, non admodum ab eiusdem hominis bona valetudine dissident: & in vrina & alui excrementis quales per morbum salutarè solent mutationes aguntur, facultas naturalis constat: Si verò è ventre incommutata, aut tantum corrupta deijciantur, & vrinæ tenuissimæ appareant: aut fortè ventriculus nihil retinere valens, mox ingesta euomat, aut cibus potusque totus videatur abire in flatum: quibus mox succedit aut extenuatio maior quam proportionem, aut totius habitus decoloratio, & fœditas, naturalis emoritur. Ita quoque si pulsus sine crebritate maiori quam pro præsentibus, neque paruus, tangenti resistit, facultas vitalis est firma: moxque accedit viuacitas quædam oculorum, & color totius vultus bonus cum mediocri partium carnosarum intumescencia. Si verò pulsus tactu euertitur, & paruus ac creber est, extinctionem minatur facultatis vitalis, quæ si iam accedit oculorum excauatio & liuor, collapsus temporum & acuties nasi, & per partes quasi vibices, & ipsius obtutus velut emortua macies, iam iam moritur. Constat verò, ut extrema hæc quæ retulimus, extremorum casuum signa sunt, ita mediocria esse mediocrium: ut cum distortum insunt quædam solum aut omnia quidem, sed remissius, significari minora, siue bona, siue mala, esseque iudicandum, ut notæ accedent ad optimas aut pessimas, plus aut minus. Et si diximus ad censendum de facultate perpendendas esse vires omnes: non tamen equalis sunt momenti, sed vitalis maximi (quia hæc seruat omnes, eaque extincta manere nulla alia potest, neque ea admodum firma, aliarum vlla extreme debilitari) secundo loco naturalis (quia hæc est qua morbi coquuntur) omnium postremo, quæ omnium est præstabilissima, animalis. Quia hæc, etsi ad sanorum actiones obeundas maxime seruit, ad pugnandum cum morbis minime facit. Nam ad concoctiones quidem, per se nihil, ad expulsionem parum, nisi in morbis thoracis. Ob has igitur causas arteriarum attrectio ad censendum de facultate pro mittendo sanguine est maxime necessaria, ac præterea, quia venæ sectio vitali facultati magis, ac prius nata est officere per effusionem sanguinis & spirituum, quæ eius facultatis instrumenta propria sunt: qua de causa magis etiã quam vlla

ulla alia euacuatio videtur facultatis constā-
 tiam deliderare. Missurus ergo sanguinē aut
 expurgaturus, cōsiderabis dicta omnia, præ-
 cipue verò pulsum; neque ante vacuabis,
 quam iudicaueris esse virtutis robur, non id
 solū, q. præsentem euacuationē ita sustineat,
 vt dum ea agitur anima nō deficiat, sed etiā
 q. impostherum sit futurū satis ad perferendū
 morbum, & transigendam totam eius con-
 stitutionē. Eadem igitur causa, qua cū mor-
 bum fore longum suspicaris, minus audes
 cibū detrahare, debes & copiosas & multas
 euacuaciones magis timere, alioqui in bre-
 uibus ad vtrumq. esse audax, in ediam dico
 & euacuaciones: quapropter & cum tempe-
 stas est valde incommoda, vt æstiuā, aut in
 homine est aliud quidpiam quod prohibeat,
 vt senilis aut infantilis ætas, aut fastidium,
 aut dolor ipsa euacuatione soluendus, aut
 vehementes furentis iactationes, abstinēbis
 ab euacuatione, vel vacuabis parcius, nisi fa-
 cultas tanta sit, vt horum noxas & euacua-
 tionem possit tolerare. Meritò autem fides
 illi minus per dictas incommoditates. Nam
 cum facultas ad perferendam missionem
 sanguinis sit aded necessaria, omnia quæ na-
 ta sunt vires exoluere, vt æsius, furibunda ia-
 etatio, & dolor vehemens atque assiduus:
 aut refectiōem corruentium prohibere, vt
 insuperabile fastidium, & alia omnia eius-
 modi, in prohibentibus id auxilium poni de-
 bent. Quapropter cum præponderant, petē-
 tibus omninò ab eo abstinendum; cum non
 præualent, mittendus sanguis parcius &
 cautius est. In his etiam est magna exeuntis
 sanguinis corruptela, maximæ penuriæ bo-
 ni sanguinis inditium. Quæ vulgares medi-
 cos, & indoctos plurimum mouet, atque ad
 mittendum iterum atque iterum, largius ac
 profusius inuitat: peritos verò cautiōres fa-
 cit, quia tanta laborantes cacochymia, semel
 debilitati non habent vnde reficiantur, inter-
 rim aluntur suo, etsi prauo succo. Talia itaq;
 omnia per se prohibent fundi: quod si à pe-
 tentibus vincuntur, suadent mitti parcius.
 Hoc enim multò probabilius dicitur, quam
 quod alijs placet, esse quædā quæ petant, aut
 prohibeant auxilium; quædā quæ non om-
 ninò, sed quantitatem definiāt, aut modum
 ponant. Velut nūc debilitatem virtutis pro-
 hibere mitti sanguinem, quia sine ea nullus
 mittendus est: in æstatem, & infantia, & alia
 eiusmodi non phibere omninò, sed modera-
 ri. Hic sermo parū probabilis est. Nā quod-
 cunq; prohibet in hoc homine, & his condi-
 tionibus mitti abundē, magis prohibebit in
 alio & alijs conditionibus, atq; aded in aliquo
 & conditionibus aliquibus prohibebit om-
 ninò. Atq; quodcunq; eorū quæ vocāt phib-
 entia, erit aliqua aded exigua euacuatio, q̄
 possit sustinere, cum horum omnium sit par

A titio infinita. Satius ac magis consentaneum
 est censere, quæcunq; non permittunt agere
 abundē pro necessitate, prohibere: quæcun-
 que non prohibent (cū indicationem ali-
 quam habeant) petere: atq; collatis vtrisque
 sequi indicationem præualentium, ob con-
 traria verò agere cautius id quod agitur. Sed
 hoc ad complicatas indicationes iam dela-
 bitur, de quib. postea agemus: nunc eas quæ
 causarum sunt persequimur. Haftenus verò
 B internarum copia aut vitio lædentiū dictæ
 sunt indicationes primæ.

CAP. V.

Rursum hæ omnes esse possunt, in toto,
 aut parte aliqua, quietæ, aut agitæ ac
 fluentes. Hæq; rursum aut incerto feruntur
 motu hinc inde, aut in partem certam, par-
 tesve certas fluunt. Quæ hinc inde agitantur
 erroneæ, quod incertus diuersarum partiū
 dolor indicat, turgere dicuntur à Latinis, à
 C Græcis *ἔρρα*. Hæc postulant aded citam per-
 ventrem expurgationem, vt, si fieri possit, ea-
 dem die expurgandum sit: ne in partem ali-
 quam principem velut furore agitati succi
 irruant, ibiq; firmentur. Dico autem expur-
 gādos tales succos, nulla alterius euacuatio-
 nis facta mentione, quia vera turgentia sem-
 per refertur ad vitium, nūquam, arbitror, ad
 solam copiam: tametsi hæc fluxionum mul-
 tarum causa est, sed non cum furore seu tur-
 gentia. Si causæ internæ quietæ ac firmæ in
 D toto corpore sunt, sectio venarū fieri potest
 vndecunq; maximè verò vbi sunt amplio-
 res, & distentiores, & tutissimè secantur. Hu-
 iusmodi sunt in brachijs interna, externa, &
 media. In cruribus quæ supra poplitē inter-
 rius (quanquam hæc ob inertiam desierunt
 apud nos chirurgi secare) & iuxta talos, aut
 in pede quæcunq; se exhibet conspicuam,
 exigua, ac fortasse nulla hic existente differē-
 tia. Earum quæ in brachijs, externa est, quæ
 E tutissimè secatur, quia cum media periclitat-
 ur neruus, & cum interna arteria. Quancū-
 que vulgus contra censet, timens capiti ex sectio-
 ne externæ. Bene autem cum egrotis agitur,
 quod medici plerunq; vbi totum corpus æ-
 què abundat, iubēt secari mediam, chirurgi
 verò pro ea secāt externam. Neque mirum.
 Nam in plerisq; media obscura, & multo vl-
 tra cubitum est. Meritò etiam pro totius cor-
 poris redundantia æquali incipitur à dextro
 F brachio, vt pote in calidiori sito latere, & fir-
 miori: atq; si repetenda euacuatio est, itur
 inde ad sinistrum, exæquandi gratia. Neq;
 id meo iudicio minimi momenti est, cum par-
 tes laterum natura aded separauerit: sed ne-
 que tanti vt hac solum causa repetatur (vt fa-
 ciunt multi) cum alioqui facta effusio videat-
 ur posse esse satis. Expurgatio quoq; vbi ca-
 cochymia totius corporis est, agitur per
 ventrem superiorē, aut inferiorē nulla hinc

existente differentia, sed ex alijs, vt ex succorum natura, & temporis, & hominis. Nimirum graciles, & consueti in facere, & bilioli, & in æstate, per superiora purgandi, difficulter vomentes & abundantes crassis, & in hyeme, per inferiora. Atqui inter hæc, anni tempus videtur Hipp. maximi facere, quia difficiles etiã ad vomendum, & medio criter carnosos iubet cauere æstatem ad infernas purgationes, & graciles atq; ad vomendum faciles cauere hyemem ad infernas. Itaq; nullos videtur per hyemem purgare per inferna, etsi cernosos & difficile vometes, magis: neque in æstate nisi per superna, etsi magis graciles & vomentes facile, præter tabidos quos nunquam vult ad vomitum duci. Mihi tamen maximi momenti esse videtur consuetudo & facilitas. Nam si hæc abest, longè maioris difficultatis est vomitu expurgari, quã deiectione: quanquam non minoris utilitatis, quin potius, vt mihi videtur, longè maioris, etsi deiectione est tutior. Hinc fit vt medici prudentes, & qui tuto curare maximè student, subductionibus alui contenti plerunq; sint: circulatores verò, qui ægrotantium pericula contemnent, magnum aliquid fortuito facere, honoris & gloriæ studio volunt, vomitiones tentent violentissimas. Ego verò vt sponte simul deijcere & vomere multum ægrotum nunquam vellem, quia pessimæ affectionis, cholerae inquam morbi accides est, tamè à pharmaco purgationes quasdam ex vtriusq; temperatas, vomitionibus in quã quibusdam & deiectionibus non odi, immò verò ab illis spero bene, crassis æquè ac tenuibus vacuatis, superioriq; atque inferiori ventre purgatis. In parte aliqua vna firmatam esse causam copia aut vitio lædentem, petit euacuationes ab ea parte fieri: per venas rectitudinem habentes cum illa, missionem sanguinis: per vicinum ventrem expurgatione, & per emunctoria coniuncta particulares euacuationes: postremò superponi parti ipsi, seu cuti illi incumbenti cucurbitulas (quarum ad extrahendum ab alto noxiam materiam, maximus in arte medica vsus est, & sæpe remedium præsentaneum) aut inustiones, aut sectiones & medicamenta omnia vocata localia. Sed hæc ad indicationem à parte iam pertinent, de qua seorsum postea dicturi sumus. Materiarum fluxiones, non furiosæ, alias indicationes habent. Nam aut fluxio incipit aut nondum, sed futura timetur, denique nihil, aut exiguum est, quod iam fluxit, estque tunc curanda reuulsione, & fluit iam affatim, & est deriuanda potius; aut iam fluxit tota, estque tunc tractanda, vt impacta, nisi quatenus timetur ne fluxio repetat. Reuulsio autem est, quæ per contraria, & maximè distantia agitur, vt cum ob epilepsiam mittitur sanguis ex talo. Euacuatio, quæ ex maximè cõ-

A iuncta, aut si fieri possit ex ipsissima parte, vt cum phrenetico secatur vena in naso, aut fronte, aut lippicæ in oculi angulo, aut anginosa in lingua. Deriuatio inter has euacuationes consistit, fitque ad vicinam: vt cum phrenetico cephalicæ supra flexuram cubiti sectio fit, aut pleuritico internæ in brachio eiusdem lateris. Sunt verò his tres gradus haudquaquam diuisibiles vt numeri, sed cum quadam latitudine, atq; secundum magis & minus dici possunt: est enim reuulsio reuulsione maior, & quæ minor est, deriuationis habet plus. Et deriuatio potest ad euacuationem aut ad reuulsionem plus aut minus inclinare. Euacuatio quoq; potest habere deriuationis aliquid. Nã ex talo mittere sanguinem ob dolorè syncipitis, mera reuulsio est: mittere ex poplite sub genu reuulsio quoque, sed aliquanto minor; ex media brachij, multo minor, fereq; iam deriuatio nuncupatur: ex cephalica valde supra flexuram, deriuatio, ex occipite habet etiam quiddã reuulsionis, sed minus; ex frõte aut nare, fere iam euacuatio, sed non mera, habet enim deriuationis aliquid. Cum scarificatur, secaturue pars, mera iam euacuatio est. Mera reuulsio, mera præcautio est, ob fluxuros enim agitur succos: mera euacuatio, curatio mera, quia ob factam in parte herentemq; affectionem. Quæ inter has sunt euacuationes, sunt mediocres, agunturq; cū succi partim fluunt, partim fluxerunt, debentq; tanto magis ad euacuationem inclinare, quanto plus materiæ iam est firmatum, resque vrget: ad reuulsionem verò, quanto minus. Quæ omnia videtur ignorare quidam, quibus nihil in ore aliud est, quam fluentes succos reuelli debere, reuulsionem verò missionem sanguinis agi, nulla neq; modi fluendi, neq; speciei succi, neq; modi reuelli facta mentione. Quasi verò non possit esse etiam expurgatio reuulsoria. Sed hæc de ratione euacuandi doctrina seorsum est suis locis discenda. Nunc quod dictis deest, addamus. Fluxiones plurimorum morborum causæ sunt: nam febrium omnium, quæ non sunt continentes, & tumorum omnium præter naturam, præter paucissimos, q congectis excrementis alimentis propriis ipsiusmet partis, quæ in tumorem attollitur, sunt: & omnium vlcerum quæ nõ sunt ab externa causa, & omnium dolorum, qui non sunt à nuda intemperie: omnium denique malorum causa videtur esse fluxio, euidentior aut occultior: tamen nullius morbi videtur esse posse causa prima, semper enim nascitur ex affectione mittentis aut recipientis partis, aut vtriusque: vt redundantia aut vitium excrementorum mittentis, & debilitas recipientis. Præter has dictarum partium læsiones, quæ fluxionis sunt causæ, est morbus qui in recipiente parte fit, cuius ipse qui influxit succus est

est causa, vt ipsa podagra, aut chiragra, & febris quæ ex foco putredinis exurgit. Ille ergo influxus, vt præter naturã & morbi causa existens, tolli se indicat, si fieri possit, radicitus & omnino, vt scilicet omnino nulla fluxio sit; sin minus, saltẽ vt ab illa parte in qua morbi causa sit, auertatur. Primũ illud nullatẽs possimus cõsequi, nisi emendatis partibus dictis, præcipue mittẽte, ac fortasse ne hæc quidẽ possit emendari, nisi toto corpore siccatõ: posterius autẽ hoc agitur reuulsioẽ & deriuatione, vt dictũ est. Non est autem sola ea reuulsio & deriuatio, quæ vacuãdo agitur de qua mox dicemus; sed alia etiam arida, sine euacuatione; sed aliter retractis aut detrahitis succis, vt frictione, vinculis aut cucurbitulis, aut sinapismis, aut alio quouis modo sciendi dolorẽ. Sunt alia ex vtriusq; cõposita: quib. scilicet, dolore simul calore & euacuatione retrahitur, aut deriuatur. Velut cũ ad motis cauteriũ particulas sanas dirũpimus, vlceraq; diutius seruanda infligimus, ex quibus quotidie aliquid eluatur. Cum ergo sint triplices hi modi auertendi fluxiones, delectũ eorum ex ipsarũ fluxionum modis, necesse est indicari. Quæ enim fluxio recens est quæ in quã nunc denuo homini accidit, ac non antea pluries, ea reuulsiones petit aut deriuationes citas, magnitudine autẽ respõdentes magnitudini fluxionis. Huiusmodi autem sunt quæ vacuãdo aguntur. Hæ enim quã citò quantum volumus fũdunt, atque citò succurrunt. Quæ verò iam inueterata est ac sæpe repetiit, aut continenter diu affixit (hi vocãtur antonomasticẽ catarrho si morbi, sũt autem fluxiones ex malo habitu partiu, aut etiã naturali in salubritate ortẽ) petit reuulsiones deriuationes uẽ, quæ paulatim transferant humorũ motus in contrariã, aut diuersam consuetudinẽ. Vt vitio sã cõsuetudini, q̃ naturales vires partium diuturnitate patiendi cõpararunt, contraria cõsuetudine occurratur. Sæpe. n. ea. quæ nũc affligit, ex fluxione passione vitata, ipsa natura perlanat reliqua, data vtcunq; remissione: aut ipsẽ medicus minus dolore interturbatus. Hoc consilio vbi fluxiones quarũdã nobiliũ partiu aliis auxiliis non cedunt, intercipimus vias fluxionis, sectione, vstione, aut laqueis: velut in inueterata ophthalmia frontis & tẽporũ in crãcrosis crurũ vlcerib. varices. F

A sunt morbi, constat, quòd complicationem morborum inferunt: cum sint morbi morborum causæ, atque cum eisdem quos efficiunt complicati. Curandi igitur eadem regula erit, quæ de complicatis, quã postea apponemus.

CAP. VI.

M Orbi per se facilima indicatio est: nihil .n. aliud petit, q̃ vt perfecta eius essetia, obiciãtur illi cõtraria; calido frigida, frigido calida: humido sicca, sicco humida: appõsitis aut alsũptis, aut iniectis: soluta vniantur, alligatione, futura, in fibulatioẽ, aut agglutinatione: luxata reponãtur manu aut laqueis: obstructa aperiantur, redundãtia numero aut magnitudine, euellantur, vt supernatus dẽs, secentur aut rodantur, vrantur uẽ vt supercrescens caro. Deficientium regenerationẽ (quod naturæ opus est) negotietur medicus, si fieri potest, vt sarcoticis, carnis. Si autẽ fieri non potest, tamen pro propriissima deficientis particulæ substãtia, negotietur cõforme supplementũ, vt pro osse callũ. Calli. n. generatio naturæ et est, iquatur callũ inducẽtib. quæ eo discrepãt à sarcoticis, quod tãto sicciora illis sunt, quanto os carne: vtraq; tũ sine corrosioẽ, aut vehementi extersione, ac sine magna adstrictione sunt, ne alimentũ arceant. Cicatricẽ verò inducentia siccantiora sunt vtriusq; simulq; valde adstringẽtia, quonõ solũ repellant fluentẽ, sed propriã et subiectæ carnis humiditatẽ exprimant. ea enim alteratione carnis videtur fieri cicatrix, in cuius generatione maiorẽ partẽ habent medicamenta. Quanquam non cenfeo illis solis imputandam, sed cum cut s decisã, aut proximæ carnis natura. Quod si non iam simplex solum deficiat particula, sed mẽbrum etiam, vt crus aut manus, impossibilis quidẽ omnino sit refixio, medicus verò machinamento suppleat, vt ligneo crure, aut ferrea manu. Hæc itaq; est prima indicatio morbi, quæ capitur ab eius essentia. Quoniam verò morbo accidit, non solũ esse huic, sed etiam tanto & tali, esse, inquam, magno aut paruo, acuto aut lãgo. Horũ etiã indicatioẽs aliquãtũ discrepãt. Magnitudo enim petit, vt dẽtur auxilia æquẽ magna, acuties aut tarditas, vt curationes lãtẽ, aut celeriter peragãtur. Vt enim auxiliorũ magnitudo exæquari debet magnitudini morbi, ita celeritas agõdi illius acutiei. Ridelũ enim si quis ea sedulitate, & adhibẽdorũ frequẽtia vtatur ad quartanã qua ad pleuritidẽ. Hippocrates certẽ, qui nihil vtiliũ videtur omisisse, libello de morbis ita scripsit: Alij morbi sunt, quibus occasio est, vt semel in die curentur, alij per tertium aut quartum diem, alij semel per mensem, alij per tertiu mensem. Hæc Hipp. quibus aperte indicat, non omnes morbos indigere æquẽ crebra visitatione, vt nunc vsu magis,

quàm ratione agitur, sed pro morbi acutie debere medicum festinare: neque solù ad vitus extenuandi modum, sed et ad moderanda curantis diligentia, opus esse morbi constitutionem presentire. Nā celerior quàm pro morbi longitudine curatio detrahens viriù plus quàm morbi, facit: in tempore seruados: ante tempus mori: tardior verò non potest praeuenire pericula. Sed de morbi indicatio ne haecenus.

CAP. VII.

IN symptomatis, quæ maximè soleat vrgerè, & curationem petere propria, sunt dolor, peruigiliù & coma, atq; deliquium animi: post hæc etiā fastidium & fames nimia, euacuatio profusa, & nimia retentio, seu euacuandi impotentia. Aliæ actiones lesæ, vt vitata visio, odoratio, gustatio, aut etiā delirium, ferè nunquàm curantur per se, sed cū morbo. Vitiosus color aliquando, in mulierib. maximè, idq; opus pertinet ad comptoria magis quam ad medicā artem. Dolor verò, peruigiliù & sopor, deliquium animi, fames & fastidium, atq; retentio & effluxio timentur sæpe multo magis quàm morbi ex quibus nascuntur, suntq; ipsa per se causa periculorū: immò ipsos morbos ob ea solù symptomata euenit aliquando timeri. nā fluente sanguine ex naribus, quis timet anastomosis aut rupturā, corrosionem uel venularum, nisi ob tæguinis effluxionē? suppressis mēstruis, vel antiquis hæmorrhoidib. aut euacuatione alia quacūq; longo iā tēpore consueta, quis timet affectiones, quæ suppressi faciunt, nisi ob eas quas minantur ipsæ suppressiones? leuitatē intestinorū, quis nisi ob impotentiam retinendi? aut restrictionē duritiem uel vteri, nisi ob impotentia pariendiam verò dolor & peruigiliù timentur magnopere, quia magna cū sunt, deiiciunt vires, multò ante q̄ morbi ipsi. Sopor, quia extinguit calorē, & obstruções cerebri auget. Deliquiù animi, nisi subueniatur, potest fini in syncopē & hæc in mortē. Fastidiù necessariū cibū capere prohibet, fames noxiū cogit accipere. Ergo cū citius lædant, quàm vt cum morbo tolli possint, curare debet medicus illis occurrere per se. Est. n. cuiusuis dīctorū duplex curatio, altera cū morbo, altera per se. Velut cum ob leuitatem intestinorum vtimur exasperatibus, cuiusmodi sunt quæ acerbæ, occurrimus morbo: cū adstringentibus solum aut glutinosis occurrimus symptomati. Prima ergo curatio agitur indicatione morbi, secūda indicatione symptomatis, de qua nunc agimus: ea verò est ostendere ipsi symptomati propria contraria uel si in actione aliqua consistat, vt eo, quod contraria iam actione afferat. Vt cum ventriculo vomenti assidue cibos, cucurbitulam affigimus. Ea enim non curat ventriculi affectionem, sed trahendo

A ad se retineri facit: velut etiam, si retinente plus satis ventre irritamus clystere acri expultricem. Si autem in passione consistit symptoma, passionem inferimus contrariam, vt cum dormientem excitamus, vigilanti conciliamus somnum: si enim per ipsa somnifera temperiem aliquam inferimus, vt frigus aut humiditatem, idquidem tunc per accidēs est. nos. n. tūc ipsū per se dormire procuramus. Neq; verò minima totius artis pars est (quāquā quibusdā, qui eā ferè ad vnicum præceptum contraxere, aliter videtur) ipsa symptomatum curatio. Nam præterquam quod, vt dictum est, symptomatum pericula sæpe anteuertunt ea quæ timentur à morbis. Ipsa symptomata morborum, quorum sunt, prohibent curationē, quapropter eorū sublatio, remotio prohibētis est, & necessaria ad morbi curationem via. Si enim dolor quā inchoatit fluxio, ipsius augendæ causa est, qua ratione cessabit melius quàm ledato dolore, maximè si facultas non videatur magna euacuationē posse sustinere. Si enim potest, per hanc tollitur fluxio, ac cum ea morbus, & dolor. Si verò de facultate dubitatur, mitigatio doloris per se necessaria est, & cū minori dispendio agitur ea curatio, etsi sit aliquantulum præpoſita. Imprudenter verò faciunt in omni negotio, qui proteruē semper intendentes in id quod optimū, neq; eo quod possunt contenti, à fine cadūt. Id dico, quia si fieri posset, symptomatum semper cū morbo esset sublatio optima, tamē ipsa per se illorum, est sæpe necessaria. Percurramus ergo singula.

CAPUT VII.

Dolor quia in sensus tristitia habet essentiam, duplicem curationem habet per se. Voluptate enim occurritur tristitia, & sensus tollitur in sensibilitate: utroque autē modo dolor tollitur, siue inducta voluptate, siue sublato sensu. Vnde duplex nascitur anodinorum genus. Prima quidem & quæ propriissimæ talia dicuntur, sunt quæ tepida cum sint, blandum quendam iocundumque sensum afferunt tactui, cuius passio propria est dolor. Hæc enim voluptate eleuant dolorem manente sensu: vt in infusis aqua tepida aut oleo, hisq; solis, aut in coctis chamæmelo, aut meliloto, aut lini semine. Cum autem hæc non sunt satis, & res vrget, procedimus ad secūdū genus, ad ea in quæ quæ tollunt stupore sensum, vt opium, aut hiosciamum, aut opiata medicamenta, quale est philonium, aut recentissima theriaca. Nō enim potest manere dolor sublato sensu. Sed hæc noxia & aduersa naturæ plerūque sunt, tunc verò maximè, cum dolendi causa frigida est. Tunc ergo solum ferenda, cum res est in præcipiti, aut alioqui causa calidissima.

CAP.

Dolor
dicatur
ne.

CAP. VIII.

Peruigilio etiam occurritur bifariam. nã aut somniferis, aut soporiferis: quæ differunt, vt somnus & sopor. Est verò somnus requies eius facultatis, quæ in cerebro refidet, ex leni obstructione, & refrigeratione nata. Sopor est magis impotetia vigilandi, ob stuporem primi sensitiui, aut obstructione grauem. Illa igitur sũt refrigeratia leuiter & humectantia, vt oxyrhodinum, aut rosaceum solum: hæc refrigeratia multo plus, ac stupefacientia, vt opium lacte aut alio humore dissolutum. Constat verò hic quoque, nõ ante ad hæc veniedum, quàm illa non sint latis, & res virgeat. Sõno occurritur dolore, quia est irritatio sensus, somnus verò quasi sensus intermissio. Occurritur & clamoribus, ac denique omnib. sensus irritamentis, ac proinde & splendore & vellicatione. Et sanè quæ per se occurrũt somno, in hoc genere sunt omnia Nam reuulsionones, quæ fricando, aut vinculis, aut aliter aguntur, ad causam etiam & materiam spectant.

CAP. IX.

Fastidium per se petit dari cibos iucundos & varios, & si ad alia minus vtilis. Cõdimenta quoq; palatũ prouocant. Nã expurgatio, & absynthij admotio, & alia eiusmodi ab affectione aut causa indicatũr. Nunc autẽ solas symptomatũ indicationes percurrimus. Velut etiã fames nimia curari potest purgatione crudorũ, & vini potu, ac reliquis calefacientibus os ventriculi. eas enim curationes indicat causæ, & affectus: tamẽ oblationem pinguium, & detestabilium ciborum, indicat ipsa fames per se. Eadem ratio est in quibusdã corruptis appetitionibus. quæ picæ vocantur, vt cũ quis terrã, carbones, aut res alias eiusmodi appetit. Nã aut indicatione causæ purgamus corpora, à melancholicis præcipuè succis, aut ob ipsum symptoma, furtim aloẽ, aut bilem, aut absynthij succũ, aut aliud eiusmodi infudimus: velut etiã iis, qui vsq; ad ebrietatem, vini suauitate capiũtur, solemus propinare incantis vinũ, in quo stercus aliquod humanũ maximè dissolutũ sit, aut spuma sudoris equorũ, aut in quo sit anguilla suffocata, vel putrefactæ vuẽ. Ea enim abominabile vinum reddũt, & eius abominationis vestigium in imaginatione imprimũt. Cum. n. hæc plerunq; incidat instultos, improbos, aut paruulos, deniq; in eos in quibus appetitus maximã, & ratio exiguam habet vim, raro locũ habet prudens persuasio; sed cõtraria imaginatione est opus, aut passione fortiori, velut timore vehemẽti aut dolore. Nõ enim multũ absunt hæc ab insania. Eodem astu vtimur ad ablaetandum infantes, & eadem ratione in uetis mamillis picra; ita enim melius sustinent, quam suauilacte, tantum denegato.

A

CAP. X.

Deliquium animi curatur missione sanguinis, cum grauatũr cor, ac premitur multa humiditate, vt quod comitari solet, aut antecedere cordis palpitatio: & concoctione ac purgatione crudorum alternatè facta, cum redundatiã crudorum est soboles: & vomitionibus bilis atque alui subductionibus, cum bile mordetur os ventriculi. Sed hæc à causa indicantur. Ipsum verò deliquiũ per se à quacunque causa ortum sit, petit celerem refectionem per odores gratos, vini haustum, aquæ repentinã in faciem & oculos insperionem, & ad motionem cordialiu epithematũ (neque enim de medicamentorum proprietatibus censeo antiquis omnib. fidem abrogadam, etsi manifestis virtutibus multo magis fido) frictiones verò, ligaturæ & vellicationes, partim causæ, partim ipsi symptomati occurrũt. Causæ quidem, quia reuellunt siue succos, siue fumos irruetes in cor: symptometri verò quia excitat, & ad apponendos conatus irritant facultates principes. Nam etsi dolores animalem solũ irritant propriè, cum hæc per naturalem conspirationem irritatur vitalis, cuius passio deliquium animi est.

CAP. XI.

Ita quoque, si qui curat dysenteriam, purgatione vtitur, indicatione causæ, hoc est acris aut salis succi, id facit: si siccantibus & extergentibus, indicatione affectus, hoc est, vlcusculorum in intestinis: si adstringentibus, indicatione symptomatis, hoc est deprauatæ egestionis. Ac proinde à prima illa curatione semper incipiendum, procedendũque ad secundam; tertia quæ in adstrictione est, debet esse postrema, ac plerunq; cũ res bene est acta circa priora, potest deuitari. Vomitus quoque curatur deiectione, per reuulsionem causæ: vomitu, per causæ euacuationem, calefacientibus aut refrigeratibus, si ab vlla harum intemperie passio nascitur, indicatione affectus: stomachicis, indicatione symptomatis. Voco. n. nunc stomachica, quæ grata cũ sint ventriculo, ipsum corroborant, vt mentha & aromata. Constat verò hic quoque curationem illam primam, quæ per deiectionem agitur, tentandam primo, mox secundã quæ per vomitionem, ab hac tertiam per alterationem cõtrariã affectui. Postremo, & vbi aliæ nõ sint satis, veniendũ ad compescetia vomitũ per se, vt cucurbitulas, aromata, ac reliqua stomachica. Sed hic iã videmur incautè delabi ad methodos particulares, & regulas multarum indicationũ, de quibus agitur postea. Nũc procedamus, & tractationem de eo genere symptomatis quod in euacuatione, aut euacuandorum refectione est, ad vniversalia reuocemus. Omnis profusa euacuatio cũ per se virget, retractio

nem

nem fluentis materiz in partē aliā postulat, aut obstructionē adstrictionē uē viā, per quā effluit. nā expurgatio corporis, aut incrassatio, aut attēperatio eius quod fluit à materia indicātur, cum scilicet corruptio aliqua, aut tenuitas, aut acrimonia, mordacitas uē succorum causā effluxionis est. Tales verò curationes agūtur lentius. Proinde cum ipsum symptoma vrget, vt fluxio sanguinis, reuellimus vehementer frictionibus & vinculis, ac multò celerius cucurbitulis oppositis partibus affixis, habentibus verò cum ea per quam effluit, communes venas, vt hypochondrio dextro, cum fluit ex nare dextra, sinistro. cū ex sinistra: mammis ob fluxum per os vteri: ob hæmorroydas quoq; hypochondrio & dorso iuxta spinam: aut obturamus partē ipsam ex qua fluit, admouentes emplastrū aliquod adstringens, aut insufflantes puluerem, aut excipientes vinculo, aut digito cōprimentes, donec ipse sanguis grumescens sibi ipsi obstruat viam: vt scilicet pars potest tractari.

CAPVT XII.

Contrarium symptoma, est naturalis euacuationis retētio. Est autem cuique naturalis, quæ per bonam valetudinem confuevit fieri, & ad eius custodiam pertinet. Tales autem sunt omnibus in commune, deiectio, mictio, excreatio, emunctio, & mēstruus sanguinis fluxus; multis etiam vomitus & sudor: nonnullis hæmorroydes mediocriter aliquando fluentes: raris quibusdam raræ aliæ euacuationes, vt quibusdam ex naribus, fuit cui ex digito sub vngue singulis mensibus per annos multos ex ordine sanguis fluxit. Nimirum sunt naturalia omnibus & cuique. Curatur autem quiuis, & quæ cuiusque natura fieri postulat, ea tolli symptoma est, cuiusque talis euacuationis retentio. Quæ esse potest, integra, aut ex parte. Vt si alius nihil reddere potest, aut exiguum ægre, vrina omninò supprimitur, aut exiguum mingitur, & vix: menses non fluunt, vel nō vt per naturam debent. In quo genere symptomatum idem præceptum est, quod in aliis omnibus. Scilicet, cum ipsum per se vrget, & magni periculi causa est, per se tolli. Velut si vrina integre suppressa est, siue grumis, siue succis aliis crassis, siue lapide, obstructis. siue vesicæ sensu amisso: siue expultrice extremè debilitata, & diu iā suppressio, vt fortè supra tres aut quatuor dies p̄ducatur: expectandum nō est id symptoma tollere simul cum morbo & eius causā, attrito lapide, aut extenuatis & vacuatis succis, aut curata perfectè resolutione, aut roborata vesica, cū sciamus id symptoma diu sustineri non posse extra euidens periculum: sed ipsam vesicæ regionem premēdo manibus, & immisso cathetere vlg; ad cavitatem, conari vt vrinæ

copia destillet, idq; crebro facere, dum aliis remediis molimur sensū reuocari, aut facultatem firmari, aut grumos atteri, aut succos crassos extēuari, & alia via vacuari, aut lapidē comminui, aut lōgē à via auerti. Si enim horum quiduis lōgius tempus postulat, nullum autem vidimus eorum qui vltra septem dies omnino mictione caruerunt, superuixisse, necesse est ipsi occurrentes symptomati, mictionē quacūq; arte moliri, vtcūq; maneat in parte affectio, cuius est id symptoma, & eius causa. Ita quoque vbi menstrua euacuatio sublata est, si quidē nihil obstat perfectam curationem incohare, ac perficere, ita faciemus: sin autem non vacat, aut tempus valde incommodum, vel aliud aliquid differre suadet, timemus tamen ab ipsa sanguinis coacervatione, mittimus statim bonā eius partem, quo possit sine tanto periculo necessariam dilationē sustinere. De hac mictione sanguinis, crebra altercatio est in congestibus medicorum, vnde fieri debeat, plerisque vocantibus in talos, non paucis etiā incipientibus ab internis cubiti. Quæstionē autem dirimit aliorum symptomatum contemplatio. Tamen si enim dicimus, nos nūc ipsi tantum symptomati occurrere, & nihil aliud, quàm velle fundere vlgue dum vacat radicitus curare: tamen hoc ipsum melius facimus, atq; imposterū corpus disponimus, passionum omnium quæ accedunt rationē habentes. Si ergo raptus materiz in caput inditia sint, reuulsorias, vacuationes faciemus ex talis, multas, in quā, exiguas, & ex breuib; interuallis, quia ita efficacius retrahetur, & fūdetur nihilominus quod satis sit. Si verò non tam hoc quā sensus ponderis apparet, isq; inclinet in lumbos, mittetur vnica, aut duabus sectionibus satis multū ex talis. Quod si distētio & grauitas circa viscera hæreant, spiritalia, aut naturalia, aut vtraq; cōsultissimū fuerit vlg; ad horum remissionē mittere ex brachiis. nam ita facilius deponitur multitudo, & hac deposita solet mox reliquum per vterum effluere. Nā expultrici nihil obstat euidētius, quā valorum distentio. Quod enim in magnis & externis experimur, equū est in paruis & internis vasis perinde fieri putare. At verò vrinā supprimi ob solam vesicæ distentionem, & erumpere vtcūq; fiat laxamentū, res est expertissima. Nimirū fibræ vehementer distentæ nō possunt sese contrahere, qui motus expultrici est. Vnde cūq; autē incohetur is motus, virtute perficitur. Ita ergo euēnit venis & arteriis. Eædem sunt cautiones, quæ cūq; dictarum euacuationum, præter naturam cessauerint. Dictum enim est, multo iam tempore consuetas pro naturalibus esse, & eodem modo indicare, quapropter earum suppressiones semper sunt cauendæ.

CAP. XIII.

Quænam autem dictum est, omnia quæ præter naturam sunt, sui ablationem indicare, quia ea omnia auferri quam citissime optimum esset, maximeque medico expectandum, non tamen nihil talium seruandum, aut etiam nouandum est, aut augendum. Euenit enim eorum multa ex accidenti, boni alienius maioris, aut minoris mali fieri causas. Nam non esse semper talia nocua manifestum est, cum morbi quidam aliorum grauiorem fiant abscessus, ut post malignam & laboriosam febrem articularum dolores: & quidam superuenientes, alios molestiores ac periculosiores absumat, ut febris conuulsionem, atque etiam apoplexiam. In symptomatis id quoque est manifestum. Nam dolorem ledere frequens est, aliquando verò non parum iuuat, reuellendo à partibus nobilioribus, aut nobilibus propinquis. Fastidium in eo qui paucissimo indiget cibo, prodest, ne plus accipiat. Omnia igitur perpendenda, & quæ per se & quæ ex accidenti contingunt, neque aduersus omnia quæ præter naturam accidunt, pugnam æquè citra cunctationem, sed in singulis, & in eo qui se offert affectu videndum an lædit, an proficit, an neutrum faciat insigniter. Esse enim in triplici hac editioone, constat. Dolor enim & peruigilium, quæ maxime videntur esse mala, est cum proficit. Dolor, ut dictum est: peruigilium fortasse, idem expurgatio agitur. Appetere cibos & ad ea quæ offeruntur habere bene, bonum est ad seruandas vires, & est ut dixi, cum fastidium proficit alioqui virtuti inimicissimum. Vitiosus color extra oculos neque prodest, neque lædit, intra illos visionem vitiat. Affectus etiam alij aded exigui & contempbiles sunt, ut neque proficit neque noceant, neque mouere omnino medicum debeant. Alij etiam, qui cum per se se sint morbi etiam magni & graues, vtilis tamen sunt, quò grauiores alios tollant, aut ab iis præteruent. Velut quartana, quæ liberat ab alijs morbis, ut abscessus eorum facta, aut eos anteuertens. Bubones etiam & parotides multos ab internis, & grauissimis morbis superstitos esse fecerunt. Velut igitur dictum est, morbis & symptomatis occurrendum esse cum lædunt, ita nunc dicimus, cum proficit, si satis faciant vsui, esse sinenda; sin minus, augenda: quòd si ne fiant quidem, cum putarentur vtilia fore, etiam nouanda: nonnunquam quæ cucurbitulis, & extrahentibus medicamentis, & rubrificatibus, mouendos abscessus, qui iudicentur à præsentis periculo ægrum erepturi: quid mirum, cum plurima eorum, quæ ad alios morbos tollendos facimus, morbi sint, ut incisiones & vitiones. Si igitur per febres dolor aliquis exiguus capitis incidit, aut color vitiosus animaduertitur, nihil eorum causa medicus nouat, sed sinuntur. Si

A verò cum timemus capiti aut thoraci dolor in pedem incidit, nullus cordatus medicus, non, si dolor magnus est, finit; sin exiguus, auget, partis attractione, aut trahentibus medicamentis, quin etiam aliquando nondum incipientem dolorem prouocat, sciens ita affectus vtiliter solere superuenire. Repellere verò ac partem firmare nunquam tutum est, ubi pars aliqua nobilium insigniter est debilis, ut earum quæ ad thoracem spectat, vlla, aut caput, aut etiam ventriculus, sed neque cum renes: quia ut vtiliter solet ab illis ad articulos abscedere, ita inutiliter ad illos repellitur, ad thoracem verò & caput magis periculosè. Multa alia fiunt in corporibus eiusmodi, oportetque considerare ex quibus in quas partes mutantur, ut Hip. monet. Nimirum ex quibusdam in qualdam bene & male mutari possunt. Ut autem vniuersim dicam, ex nobilioribus in ignobiliores, ex superioribus in inferiores, ex internis in externas, vtiliter: ex his in illas inutiliter & noxiè. Si quis ergo laborante adhuc hepate scabiem manuum magna sollicitudine curat, a methodo agit. Si verò exiguam febriculam quæ nervorum resolutioni superuenit calorificis auget, aut etiam citra resolutionem, lentam ex crudis, & quæ suam causam non potest conficere, non erit in circumspectus. Ita tamen has curationes laudo, cum alijs facilibus, suauioribus, aut tutioribus non licet vti, aut non possumus necessitati satisfacere. Si enim podagricus nullam internarum partium habet debilem, sed ob debilitatem articularum, ex occasione ortam, aut natiuam, ut fortè hæreditariam talis est, aut scabiosus nullas impuritates notas habet in excrementis, imperiti omnino medici sit, incuratos eos relinquere, cum liceat illi, mediocri præmissa euacuatione, resoluentia primum, deinde corroborantia ad mouere: huic verò scabiem mox sine vlla cunctatione curare extergente aliquo medicamento cum mediocri siccatione, ut fortè, terebinthina cum sulphure. Conuulsio etiam aut resolutio si sit, aut etiam catarrhus pituitosus, temeritatis sit ab excitata febre auxilium petere, non tentata prius alia curatione per euacuationes, remedia incidentia, coquentia, & aperientia: præcipue si hominem ex iis esse cognoueris, qui non solent leuiter febricitare. Est tamen etiam aliquando veniendum ad febrem. Vsq; aded medicum oportet cautum & circumspectum esse, nihilque facere temerè, & nihil omittere, sed facilitati, breuitati, quo ad possit & securitati studere, omnia & commoda & incommoda perpendere, & nullum euidenti periculo relinquere. Dictum itaque, atque indicatum est, non symptomata solùm sed morbos morbis vtiliter superuenire, ac prouide sunt morbi, quos curare, esse etiam quos augere, aut noua

Lib. 6. Epi.
sec. 2. 12. 21.
& 12.

re oportet.

re oporteat: noxios scilicet curare, viles fouere. Possunt autē noxij esse morbi, qui aliis superueniunt per se, & quia tales, vel sola magnitudine. Per se quidē, cū sua natura accidit illis esse talib. velut cū ex pleuritide fit peripneumonia, aut ex ardente febre conuulsio, aut ex lyenteria hydrops: magnitudine, vt abscessus, qui moderatior accedens, esset utilis, magnitudine fit intolerabilis, vt parotis præ mole stragulas, aut suppurata introrsum gutturis partes corrūpit. Velut ergo abscessus iusto minores promouere expedit, ita maiores quā vt sustineri possint, minuendi, ac si fieri possit, præcauendi sunt. Maxima verò præcautio est in febribus granioribus, difficilisque iudicationis, quales maximè sunt lassitudinariae, vacuare satis inter initia. Ne abscessus qui in talibus, si facultas fortis est, meritò expectatur, post aures, aut ad articulos, aut aliam quampiam particulam, quam contigerit esse debilem, fiant adeò magni vt hominem interimant, cū videretur à morbo præcipuè liberatus, aut partem corrūpat vt nonnunquā oculum, aut manum, aut pedem. Nā præcauere abscessus appositis medicamentis repercutiōtib. partib. adenosis, ratio prohibet, & indicatio, quæ accipitur à parte, de qua seorsum dicendum est. Nunc illud solum indicare volumus, in rebus etiā præter naturā esse multas, quas non prohibere, sed promouere consultum sit. Cū autem in omni symptomatiū genere attente debeat medicus cuius conditionis sit id quod incidit, an scilicet lædens, an iuuans, an neutrū, vt videat quid agat, tollat, augeat, an sinat, id maximè videndum in euacuationibus, aut earum retentionib. quia his maximè euenit esse ad alterutrum mutabilibus, nunc bonis nunc malis: & quia maxima pars morborū materialium curationis est in ea consultatio ne, quæ euacuationes promouendæ, quæ cohibendæ, quæ sinendæ tantum. Quæ consultatio non tam simplex est, quam viderur quibusdam, qui multorum inexperti, facile enunciant, nullas euacuationes symptomaticas viles esse, sed omnes noxias: vnde statim fit, vt siue omnes cohibendæ: sin minus nullæ iuuandæ. Itaque hi vix inuenire possunt vllas euacuationes spontaneas, quas oporteat promouere. Nam eas quæ ante concoctionem fiunt non promouebunt, vt pote symptomaticas, & vt ipsi putāt læper noxias, quæ post concoctionem multò minus. Nā talia neque mouere neque nouare oportet, autore Hip. sed sinere. Dicent fortasse, mouendas esse eas euacuationes, quæ concoctis iā succis, aut non succedunt, aut non integrè. Itaque quo tempore deberent fieri, si non fiāt, aut non quantum expedit mouendūque rursū corpore non perpurcato, & soluta, aut inclināte iā plurimum febre: idq;

A non tam primi morbi, quā recidiuè metu. Hoc sanè optimè dicunt, valdeq; probarem, si dicerent, eā esse optimā atque accommodatissimā euacuationem, quæ pro iudicatione est, atq; tunc teporis agitur, cum iudicatio esset tempestiua, aut cum perfecte iudicatio occasio præterit. Nā quæ ante id tempus à medico agitur, vix vnquam perfanat, vt neq; vlla earum, quæ ante id tempus sponte fiūt (voco enim nunc perfanare, integrè tollere morbum, & sine recidiua) non autem quia non perfanant, neque quia sæpe lædunt, iuuare nunquā possunt: neque quia non sunt optimæ, fit vt sint statim noxiæ; immò verò censere, earum quæ symptomaticæ sint, & ante concoctionem sponte fiunt (has enim nūc vocamus symptomaticas, aliis appellationibus dimissis) nullā vnquā conferre posse, sed tales omnes lædere, hominum est qui parum aut segniter sunt in artis operib. versati; sed in quo primo apprehenderunt, nihil neque rebus ipsis moniti, neq; aliorū admonitionibus attendentes, incautè affirmare sibi imperauerunt: propria experimenta nō habentes, & aliena non considerātes. Nam qui decūbebat in horto Dealcidis, decima septima sudore per totū oborto leuatus est, qui tamen vsque ad quadragesimum nō est perfecte iudicatus, neq; quidem vlla, vel exigua habens signa concoctionis. Nā Hip. ita inquit, Sudauit per totum, leuatus est, intelligebat magis, nō est à febre liberatus, siticulosus, vomuit biliosa flaua pauca, à ventre stercoreosa exierūt. Paulo autem post, nigra pauca tenuia: vrinæ tenues nō boni coloris. Hęc omnia pertinet ad narrationem decimæ septimæ diei, febris soluēde quadragesima. Vides quā sine concoctionis notis iuuerit illum sudor intra totius morbi principium factus. Cherion quoq; qui nō est iudicatus perfecte ante vigesimum, septimo sine signis concoctionis, sudore iudicatus est imperfectè, sed nō inutiliter. Sed quid moror. An morbi omnes expectāt iudicationem perfectā & nulla est bona, quæ perfecta nō sit? sed omnis imperfecta statim est mala & lædens? At verò Gal. (cui hac in parte nullus medicorū repugnauit) quatuor iudicationum differentias vlurpat, optimā perfectāque, bonā & imperfectā: pessimā & repente interimentem: malam & noxiam, sed non interimentem. Quid ergo interest inter morbos *cucurbitus*, id est boni iudicij, & *diseritus*, id est difficilis iudicij, nisi quod illi per optimas iudicationes & tempestiuas, intra fines suæ constitutionis soluantur: hi non nisi per multas intermentiuas, aut per abscessus, vix tandem soluantur. (Non enim iudem sunt, mortales, & difficilis iudicationis) soluantur enim hi quoq; alioqui futuri perniciosi. Nimirū euacuationes symptomaticæ, & quæ nondū concoctis mor-

morbis fiunt, esse possunt pessimæ & interi-
mætes; aut lædentes quidē, sed non ad eō; aut
etiā iuuantes, etsi nō optimæ. Quia earū que-
dā vires soluēdo, & corpora colliquādo, de
propria verò morbi materia vacuando nihil,
aut minus q̄ vt leuare vllō modo possit, ad
interitū trahūt: que dā minuēdo quidē mor-
bi materiā iuuant aliquid, verū neq; facile
neq; intra proprios morbi fines, sed vix tādē
ac p̄r abscessus liberant. Quo respiciēs Hip-
pocra. talia omnia solet dicere, aut mortē, aut diffi-
cile iudiciū significare. Cōstat verò hoc nō ef-
se lædere, sed iuuare minus, q̄ si elsēt perfectē
iudicantes. Nā sæpe qui per tales euacuatio-
nes, cū difficult. liberantur, nisi vllæ tales ac-
ciderēt morerētur. Hoc verò haud dubiē est
eligibilius. Cheronē, qui tam grauius egro-
tans cū habuerit perpetuo ab alio deiectione
biliosas, exiguas, & synceras, liberatus
intra viginti dies est, quis dubitet fuisse mori-
turū, si cum eadē malignitate habuisset nul-
las? alioqui fuisset in eo vtēdum perpetuo al-
uum sistētibus, potionibus, & infusis, & ad-
motis. Quo nihil excogitari posset illi perni-
ciosius, quia q̄ ob malignitatē à natura nō re-
tinebantur, repercussa & cohibita in super-
na irruisēt, aut intra hepar & magnas venas
suppressa, ac malignius corrupta hominē in-
teremissēt. Cōtra ergo facere oportuit attē-
perare, vt sinceritas illa excrementorum do-
maretur, & clysterib. extergentib. aluum e-
luere, vt quæ ibāt exiguæ deiectiones, flue-
rent aliquanto largius: & quæ biliosæ, mi-
nus hærerēt intestinis, & hærentes roderēt.
Dādus ergo erat & procurandus exitus faci-
lis iis, q̄ etsi intempestiuē, nec expectata
cōcoctione, tamen quia ob suam acrimoniā
retineri nō poterant, à natura pellebantur.
Errant enim si qui putant, nulla quæ intem-
pestiuē exeunt, pelli à natura, sed vi morbi,
quasi regurgitare, aut quasi liquata fundi om-
nia. Nā quæ cōcocta & secreta sunt excre-
mēta, pellit natura retētrice, quæ concoctri-
ci antea subserviebat, iam tūc quasi peracto
opere, cedente expultrici. Sed antequā con-
coquatur, quæ ad eō acria sunt aut maligna,
vt irritationem ferre natura non possit: co-
gunt expultricē insurgere ante tempus, q̄ ni-
hilominus naturæ opus est, etsi nimis irrita-
tæ. Quæ euacuatio cohibēda nō semper est,
sed aliquando etiā iuuanda, vt quæ retinerē-
tur periculosius, facilius exeāt. Quid ergo?
vnum dicimus, omnes euacuationes sponta-
neas iuuandas esse, etsi symptomaticæ & in-
tēpestiuæ sint, quia sunt naturæ opera? mi-
nimè. nam neq; omnes vtilis esse diximus.
Plurimæ enim earum sunt exoluētes, & syn-
copales: atq; quā plurimi, medicis quas co-
hibere oporteret, augere studētibus, mortui
breui sunt, sudando, deiciendo, aut fluēte
affatim sanguine ex hæmorrhoydibus (vnde

maximè talis fluxus probatur) nedū ex ore
aut narib. aut scillis venis. Neq; sane immeri-
tō ita euenit. Nā cū natura in ipso iudicatio-
nis tēpore, & cōcoctione peracta, ac secretio-
ne, pellit, vt ordinatē, ita & moderatē id fa-
cit. Pellitq; morbi causā seorsū à bono succo
cū modico eius & spirituū dispēdio (non. n.
sine vllō) tñ cū incocta, & malè secreta cogi-
tur per irritationis vehemētiam expellere,
velut præcipitatur, deponitq; cum malis bo-
na, simulq; aliqñ vitam exhalat. Hęc cum fie-
ri incipiunt, ni quis frenet impetum & obfi-
stat, atque reuulsiōnibus, refrigerationibus,
& adstrictionib. atque omnib. remediorum
generibus occurrat interius & exterius, nō
vacabit culpa, quod mori fuerit. Quid ergo
euēit ex dictis? certè quod antea dictum est,
& aliis in locis à me indicatum, euacuatiōes
oēs symptomaticas, hoc est intempestiuas,
quæq; ante tēpus iudicationis perfectæ suc-
cis nōdum satis coctis aguntur, hæc quidem
causa malas esse, hoc est, malā significatio-
nem præbere: quia aut tantam excremento-
rum copiam, aut ad eō malam qualitatem in-
dicant, vt expultricem ante consuetū natu-
ræ tempus pellere cogant: aut tantā retē-
tricis debilitatem, vt excrementa, neq; solito
plura, neq; maligniora, retinere vsq; ad natu-
rale pellendi tempus, nō possint: non tamen
proinde eas omnes lædere, sed quasdā etiam
iuuare aliquatenus. Dico autem aliquatenus,
quia, vt dictū ēt antea est, nullæ earum perfe-
ctē ac tuto liberāt, vt quæ concocto morbo
iā fiunt, sed multos alioqui morituros, per
difficiles iudicationes, & varios casus ser-
uauerunt. Igitur quæ lædunt, tolli se indi-
cāt; quæ iuuant, seruari aut augeri. Dictum
enim iam antea est, symptomatica per se nihil
indicare, sed cum morbo tolli: tamē quia bo-
næ aut malæ causæ fiunt quæ lædunt tolli, quæ
profunt seruari debere, aut etiam augeri. Di-
stinguere igitur opus est euacuationes noxi-
as ab vtilibus, vt scias quas debeas cohibere
& quas secus. Hippocr. certè conferentia
& tolerantia distinguit. Conferre enim di-
citur, quod morbum minuit; bene tolerari,
quod facultatem non debilitat. Constat er-
go vel ex ipsis notationibus, illam fore opti-
mam euacuationem, quæ morbū tollat, &
facultatem non debilitet; illam pessimam,
quæ debilitet aut etiam posternat vires, &
morbum augeat: mediocres verò eas, quæ
inter has erunt; & quibus plus boni quā ma-
li inerit, esse ponēdas in bonis, etsi aliquate-
nus etiam malæ sint: quibus plus mali, in
malis, etsi boni habeāt aliquid. Certè mor-
bum omnino, ac cum securitate tollere nō
possunt, nisi quæ optimæ iudicationes ac
perfectæ sunt, quas modo nullatenus voca-
mus symptomaticas, etsi genere præter natu-
rā sint, vt fluxus sanguinis ex naribus. Om-
B b

1. Aph. 23.

nino non debilitat facultatem, ne hęc quidē A
possunt. Nulla enim tam naturalis & omni-
bus numeris absoluta vacuatio est, cum qua
nulla fiat spirituum effusio, & exolutio viriū.
Nam & ab optimis iudicationibus manent
homines debilissimi, & à pessimi succi vacu-
tione, cū sit affatum, moriūtur hydropici. Si-
ne vlla igitur exolutione viriū nullę euacua-
tiones sūt, morbū omnino nullę tollūt, præ-
ter perfectas iudicationes, quę & ipsę sūt
cū exolutione, etsi minima: alię omnes sym-
ptomatiq; sunt, & conferentiam ac toleranti-
tiā minorem habent: tamen vtriusq; euenit
esse in illis magnam differētiā maioris, &
minoris. Nam quędam earum morbum mi-
nuūt apertē: quędam nihil, quędam etiā au-
gēt. Hęc in egrotis experimur quotidie. Qui
busdā enim ludore febris remittitur, quibus
dā eodem tono manet: aliis increscit. Ita ē
& ab alui fluxu & vomitu, & sanguine ex na-
ribus, atq; etiā à mēstruis intēpestiue cur-
rentibus. Quędā etiā euacuationes mani-
festum post se languorē relinquūt, quędam
minimū, aut manifestē nullū: quędā etiā
vidētur vires auxisse: quanquam id in essentia
fieri nō potest, sed ob depositā aggrauationem.
Igitur illę euacuationes, quęcunq;
sint, & quocunq; tempore fiāt, quę plus de-
trahāt facultati quā morbo, cohibēdę sunt.
Quod si vires valde prosternt, cohiberi etiā
debēt, etsi morbum æquē tollunt. Euenit, n.
aliquādo mori hominem, concidentibus si-
mul facultate & morbo, tāquam bello Cad-
mico. Quę autem detrahūt plus morbo quā
viribus, aut æquē, suppetēte tamen virtute,
vt spes sit fore, vt homo etsi debilis, euadat
sanus, sinēdę sunt. sinēdę in quā, ne si vtilitate
capti augeamus, debilitate plus aucta hominem
prosternamus: auctę verò tunc solum, cum minuētes bene morbum, facultati
officiunt exiguum, neq; tamen ipsę satis
abundē fluūt pro multitudinis ratione, seu
pro indigentia. Alioquin nullę quidē augen-
dę, sed sinēdę tātum sunt. Verum quoniā
conferentia & tolerantia posteriores esse vi-
dentur ipsis euacuationibus, atq; fieri poterit,
vt si iudicium de vtilitate aut noxa ferendū,
ab ipsis expectetur, serius quā expediat au-
xiliemur; necesse est scire, qua ratione possi-
mus mox atq; incipiūt, pręnosse quales futu-
rę sint, vt secundū id præiudicium, de cohi-
bendis, sinēdis, aut augendis decernamus.
Id verò nō potest aliunde capi, quam ex cō-
ditionibus, quę bonas & malas euacuationes
solent comitari. Nā etsi bonas aut malas di-
centes, vt signa intelligimus, tamen hęc duę
rationes, signorum inquam, & causarum in
euacuationibus re ipsa non admodum dissi-
dere possunt, neque ad eò multum separari.
Nam, vt antea diximus, optimę nō possunt
nō esse valde vtilēs, neq; pessimę non valde

noxia: quę inter has sunt, vs nō possunt opti-
mē significare, ita neq; plurimū prodesse, &
illis potest vtrius altero inesse plus aut mi-
nus, ob naturam aut dispositionem, quę tūc
in corpore est. In talibus ergo locum habet
hęc cōsultatio. Quamprimum igitur vides
euacuationem aliquam insignem egroti ac-
cidere, considerare debes regionem, conue-
niens sit an nō: idq; an simpliciter, an in hoc
morbo. Dico autem simpliciter, vt sanguini
vacuando vterus, & post hunc hæmorrhoides.
Vacuadę bili & pituitę ventriculus &
gula, & post hęc aluus. Expurgadę renibus
& venenoso generi, vrina. Nō simpliciter, sed
huic morbo sunt quędā cōmoda, vt vomit-
us sanguinis incōmoda euacuatio est, per sup-
pressiones autē menstruorū non adeò. Itaq;
multo magis laborabis vomitum sanguinis
cohibere in viro, cui nullā euacuatio sangui-
nis consueta defuit, quā in muliere cui men-
strua defecerūt: in hac enim sine aliquantum
fluere: deinde etiā sistes. Aluus commodā
regio est euacuatōi, tamen in pleuritide &
aliis thōracis morbis, non ita. Proinde in his
morbis expurgationi ex aluo non ita stude-
bis, vt in putridis febribus. Eodē modo alias
omnes euacuationes cōsidera, eas, quę per
vias illis à natura destinatas aguntur, perse-
rens reliquis, & in his cuiq; morbo accōmo-
datis. Constat verò ex aliis tractationibus, di-
scendū quę sint. Non enim sunt huc conge-
renda omnia, sed dicenda tātum curadi me-
thodus, eius exercēdę gratia, quorūdā men-
tione facta. Certe si mediis morbis, aut etiā
inchoatibus sanguis ex vtero incipit fluere,
tanti faciūt medici cōmoditatem eius regio-
nis, vt ne si extra consuetum tēpus fluat, me-
re symptomaticē audeant alia euacuatione
vti, quę præcipuē possit illi fluxioni obstare.
Vnde euenit non rarò in curationibus mor-
borum acutorum, non sine magno periculo
hęcere. Velut cū initio pleuritidis, aut peri-
pneumonię, aut ardentis febris ire incipiūt
menstrua, rari sunt, qui non prætermittāt oc-
casionem mittendi sanguinem ex vena, aut
vnde morbus acutus potest mittere audeant,
sed ex talis, quicunq; morbus sit: affecti arbi-
tror, commoditatibus eius regionis, & pericu-
lis, quę solent accidere suppressis mēstruis,
deterriti. Nō decet autem peritos artis rem-
vllam tam indistinctē accipere. Est sane san-
guinis per vterum maximē, atq; ad eò eas, so-
la, naturalis euacuatio, proinde mulieribus, ad
quā plurima vtilis, & cū magno in commo-
do plerunq; retinetur (tanti momenti est, re-
gionē esse natura idoneam euacuationi) nō
tū ea æqua vtilitate semper agitur, ac proin-
de neq; eodē periculo semper retinetur. Sed
ferè euenit, quod in aliis omnibus euacuationibus,
si bene sunt, sunt bonę: si malę, malę.
Considerandū ergo nō solū vnde fluat san-
guis,

guis, sed an tempestiue, hoc est, quo tempo-
re in morbi crisi agi possit, & quo mensis co-
suevit: an neutro horum, sed morbo adhuc
crudo & nondum deuoluto mese: an deuolu-
to quide[m] mese, sed morbo inepro iudicatio-
ni, an hoc iudicationi apto, sed nondum ex-
acto mese. Primum. n. si accidat, per opportu-
na[m] consuevit euacuatione[m], magnaq[ue] felicitate
in ide[m] tempus concurrisse mensura[m] corpo-
ris euacuationem, & solutionem morbi. Ta-
lem ergo, si integre agatur, siue; si in ipis,
omni ratione iuuabis. Nulla ergo secabis ve-
na, aut certe ex crure, alia verò euacuatione[m]
mouebis nulla. Si aut neutro modo sit eua-
cuatio tempestiua, ne illius gratia hæreas, sed
mitte sanguine[m] quatum & vnde morbus po-
scit, id solum quatum detrahens, quod casu
incidente fluxione videbitur suppleri posse.
Itaque si pleuritis sit, mitte sanguinem ex
cubito eiusdem lateris, vt fluat ex vtero, no[n]
curas. Nam is morbus cum virgeat, tolli se ci-
to postulat, euacuatio verò aded intempe-
stiua non postulat se seruari. Sola regionis
commoditas videbatur postulare. Ea reuue-
tibus tam multis conditionibus non est ma-
gni momenti. Satis erit hac causa, tantum
non sistere vsu adstringentium. Ab his ergo
abstinebis, sanguine[m] verò mittes vnde mor-
bus postulat. Si verò ea euacuatio ante co-
suetum mensis diem, tamen pro morbi indi-
catione opportunè superueniat, iudicatio-
num tempestiuarum regula seruabitur, si in-
tegre fluat, siue; si minus iuuare, nulla ve-
rò ratione prohibere, neq[ue] alio trahere, aut
aliam euacuationem moliri. Quod si mor-
bo intempestiua, legitimo verò mensis tem-
pore venerit, si quidem morbus indifferens
erit ad supernas aut infernas euacuationes,
vt forte nephritis, aut sine loco certo febris,
mittetur ex crure sanguis, si sit opus mittere:
si autem morbi. supernas postulet, & virgeat,
licebit medico alternatè mittere hinc &
illinc, & dū superne mittit, aliqua arte infer-
ne retinere, vt vinculis aut cucurbitulis, aut
aliter. Sed hoc ad cōpositas indicationes in-
cipit pertinere, de quibus postea agetur.
Nunc ea tantum causa huc diuertimus, vt in-
dicaremus quanti fieri debeat commoditas
regionis, vtque eius causa peccare soleant
medici fluentibus mensuris. Eodem autem
modo peccabunt in alia quacūq[ue] vacuatio-
ne, si solius regionis rationem habeant. Nā
ex quacūq[ue] potest bene & male exire. Ergo
post regionem cōsiderandum est morbi tē-
pus, quod cōcoctione materiae præcipue dis-
tinguitur. Videndum ergo an cōcocta iam
satis sit, an nullatenus, an aliquantum. Nam
euacuationes que per morbos sunt, quo sunt
citius, eo sunt deteriores; quo posterius, re-
liquis bene procedentibus, eo meliores. At-
que ea causa, cum est quod postulet inchoa-

tas euacuationes promouere, no[n] expectata
perfecta cōcoctione, tamen cum aliqua, au-
daciū id agimus, quā per cruditatem sum-
mam. Consideranda etiam est dies. Si quis
enim sudare incipiat tertia, quinta, septima,
aut aliqua sequentium decretoriarum, eligi-
bilis, & melioris spei est, quā si sexta aut
octaua, aut decima. Nimirum in diebus de-
cretoriis, bonæ meliores, & male minus ma-
læ esse cōsueuerūt. Atq[ue] hac consideratione
magis audebimus, sudores, & fluxus san-
guinis, & euacuationes alias quascūq[ue] his
diebus promouere, quā aliis. Consideran-
da deinde qualitas, an scilicet talia euacuen-
tur qualia oportet: si enim pro morbi mate-
ria excernantur ex ventre pinguis, aut cru-
ta, aut ramentosa, aut pro serola humiditate
exudetur pingue & crassum, nullus eam eua-
cuationem iuuare studeat, sed sistere, vt quæ
haud dubiè, morbo nulla ex parte imminu-
to, facult. plurimum deiciet. Ita etiam per
morbos pituitosos, vt, verbi gratia, hydro-
pisis genera, deiectiones biliosæ aut per biliosos,
vt febre[m] ardente[m]: aut phrenitidem, pitui-
tosæ, nullius commodi esse possunt, eoq[ue] at-
temperandæ aut sistendæ magis quā iuuā-
dæ sunt. Posthæc quatum imperusq[ue] debet
considerari, quia à copiosis & rapidis time-
mus virtuti, à minimis & lentis, ne nihil pro-
sint. Igitur hac consideratione affluentes &
impetuosas euacuationes nunquā iuuabi-
mus, ne si aliæ oēs conditiones optimæ sint,
sed cum maximè sinemus: cohibebimus au-
tem, cum aliis conditionibus aliquid deerit,
vt si die incommoda, aut regione aut quali-
tate. Cohibebimus verò tanto maiori aut mi-
nori conatu, quanto plura aut pauciora eua-
cuationem damnabunt. Debiliter autem
tentatas, si alia omnia attestentur, iuuabi-
mus semper. erūt enim tales iudicatoriæ, ne-
que integræ. Sed & cum quædam reuunt,
si alia plura annuant, promoueri non rarò ta-
les debent. Velut si per febre[m] biliosam die
aliqua decretoria alius inpiat bilem funde-
re, no[n] affatim, & alioqui medic^o ex bile mul-
ta pēdere morbū timeat, ea bilis per ventrē
effusio sisti non debet: quin potius inuitat ad
expurgationem, etiam si cocta satis materia
non sit quia ea dispositio præcipue cum quo-
dam murmure hypochondriorum, proxi-
ma turgentia est. Atque ita videas Hippo-
cratem ad expurgationem dicere solere, nūc
si materia turgeat nunc si venter murmura-
uerit, nunc requirere humorum vergentiā
in regionem conuenientem. Hanc autem ver-
gentiam humorum, vt te magis moueat, no[n]
ex semel, sed ex pluries tentata euacuatione
cogoolces. Vt si sæpe per hunc morbum
tentatos sudores, aut ventris fluxus, aut mi-
ctus copiosos videris, ea tibi cōsideratio vbi
alia maioris momenti, non prohibuerint, ta-

Bb 2

In euacua-
tione, qua
curanda.

i. aph. 22.

4. de ratio-
ne victus.

64.

7. Ep. 106.

lis euacuationis promouendæ causa fuerit. Porro præter has conditiones, quæ communes sunt omnibus euacuationibus, considerare oportet in singulis earum generibus, differentias bonas, ac malas. Discendæq; illæ per capita sunt ab Hippo. multis aliis in locis, tum maximè in prognostico, qui ad eò pertractauit exactè omnia, vt vix quippiam adiecerit tam longa posteritas. Ergo quæcunque euacuatio incidet, his omnibus, quæ dicta sunt in considerationem adhibitis, atque ea quæ maioris momenti sunt, maioris faciens, præiudicabis quæ augèda cohibendaue sit. Quod si multe varietatq; cõsiderationes te rediderint cõsiliij inopem, tantisper sine, neq; iuuans, neque prohibens, donec conferentia, ac tolerantia notæ se incipiant exhibere. Oportet autem te tunc velut in re dubia esse diligentem, atq; ægrotum visitare, & notas omnes bonæ aut malæ tolerantiaq; animaduertere. Velut si consultus an expediat ægrotum, qui sudare incipit, pannis contegi, ac sudare quietum, an contra vtilitate, & motu sudorem prohiberi, considerant que sudorem calidum esse, atque ex toto incipere fluere: dubius tamen (ita vt fit) principij morbi, & diei: neque morbo satis cognito iubeas ægrotum stragulis, neq; additis, neque detractis in quiete cõtineri, & sudare tantisper fini: dubius cum sis, reuisere ægrotum debes, obseruareq; an angatur plurimum, an difficilius incipiat spirare: an pulsus languoris quampiam speciem præ se ferat. quo si quid succedat tale, mouere se illum iubeas ac stabello ventilari. Si nihil horum, sed perseverante robore, & facili spiritu, sine vlla anxietate sudet, dicatq; se potius subleuari quam premi, procedat, non vnâ aut duas horas, sed multas etiam, acceptis interim, si res plurimum protrahatur, iusculis ad refectionem. Quod si contra non solum angatur, & pulsus debilitatem indicet, sed etiam linquatur animo, aut extenuetur secundum faciem, non solum ventilatione occurremus, sed & obturante aliquo illinemus corpus, & oleo myrtino insperfo et puluere myrti balaustiorum, malicorij, aut cytrinorum: aut aliquo emplastrico, vt forte bolo armenico. Signa autem valde exoluentis, & syncopalis sudores sunt quæ diximus, ac propterea sudorem refrigerari, & secundum frõtem & iugulum in grandes guttas concrefcere, excuari oculos, sinefcere faciem & vngues. Hæc cum ad sunt, haud longè abest syncope, & ab ea mors. Oportet ergo te esse diligetem obseruatorem notarum omnium conferentia & tolerantia, atque contrarij, vt in hac euacuatione, ita in aliis omnibus. Ne te euacuationem suadente, repente ac velut inter manus homo moriatur, deliciendo, sudando, aut aliter euacuatus. Qui infortuna-

tus ac turpis error est. Dictæ ergo sunt notæ euacuationum, quæ cum sponte incipiunt, sunt à medico promouendæ. Alioqui, dum cõcoctiones aguntur, retentiones excrementorum vtilis sunt, & euacuationes noxiæ, vt poteq; contrariae sunt concoctionibus. Quapropter cauere debemus eorū praxim, qui nunquam nõ clysteribus & aliis auxiliis sollicitantes euacuationes, concoctioni locum non dant. Sed hæc posterius, vbi de occasionibus, auxiliorum agetur, dicetur opportunius, nunc in eũ sermone obiter incidimus, agentes de symptomaticis euacuationibus, de quibus, & omnino de symptomatum indicationibus, hæctenus. Dixeramus autem & de iis quas morbi & eorum causæ præstât, atque ante has etiam, de indicationibus rerum naturalium & non naturalium. Superest ergo vt ad compositas transgrediamur.

LIBER TERTIVS.

CAP. I.

Superioribus duobus libris dictæ indicationes, vbi singulæ occurrunt seorsum, aut multæ quidem simul, sed quibus eadem opera, aut diuersis, sed nihil repugnantibus, potest fieri, satis nulla difficultas est, faciendum quod indicatur, & eo audaciter quod plura indicat. Velut si quis febricitet ardens ex bile valde vsta, sine vlla alia putredine, simulq; vehementi torqueatur siti. Quæ mora? aut quæ dandi inuidia? omnia petunt potum aquæ frigidæ. Dabis tanto copiosorem frigidiorēque, quanto sunt plura quæ postulant. Si tamen multæ simul indicationes rerum præter naturam occurrunt, quarum aliæ aliis obstant, tenendus ordo hic est. Videndum primum an aliquid eorum, quæ curationem indicant, siue morbus, siue causa, siue symptoma sit, ita vrgeat, vt inducias spectandi nõ det. Quod si euenit, illi est occurrendum ante omnia, vtcunque peruertatur methodus, & ordo curationis. Galenus ergo hanc dicit esse primam regulam indicationum diuersarum: occurrere ei quod vrgeat, altero non neglecto. Ego verò dico, vt illud plus aut minus vrget, ita alterum negligi, aut secus. Ad eò enim potest vnum quippiam vrgeri, vt reliqua interim vel negligantur. Primus itaq; ordo est, quem vrgentia poscit, & huic alij omnes cedunt. Curationem, quæ hac ratione suscipitur, placuit quibusdam medicis vocare coactam; quæ verò à causæ sublatione incipit, regularem. Quidam alij insulant, negates, coactam aut irregularem dici debere vllam curationem, quia cum ita agitur, ita agi debet, atque ipsæ artis regulæ ita agi tuadent. Illi non negant artificis esse ita agere, cum ipsi præcipiant, quia is ipse qui agit,

agit, mallet, si posset, alium ordinem tenere: A tenet autem hūciuxta commune illud præceptum prudentiæ, Si nō potes quod vis, velis quod potes, appellari volunt hāc curationem coactam; eam verò quam sublata omni vrgentia tenerent, regularem. Semper hęc inanes argutię deuoluūt ad quęstiones de nomine. Constat verò primos melius distinguere id, quod optimum ab eo q̄, necessarium. Sed procedamus. Si nihil eorum quę adsūt vrgeat, aut omnia æquę, neque tamē possit omnibus occurrī simul, sed ordine quodā: tunc vidēdum an alterum obstat alterius curationi, ita vt, nisi eo sublato, alterum curari non possit (vocat hanc Gal. causam sine qua non potest agi curatione) atque illi occurrendum prius est. Velut si qui laborat febre continua ex succis consistentibus intra venas, si mul laboraret satietate vētriculi, antequam fecetur vena, debet ventriculi facietas solui. Quia etsi, neq; succorum putrescentium in venis, neq; febris causa sit, obstat tamen quominus sanguis mitti possit, quia ventriculo crudis pleno, non sine magno periculo distributionis mitteretur. In vlcere sordido & cauo extergentibus vtēdum antequam sarcoticis, & his quam agglutinātibus, quia sordes carnem gigni prohibēt; & nisi hac genita, labia dilsita vniri nō possunt. Talibus obstatulis summotis, aut si talia obstacula non sint, tenēdus est ordo tertius, qui & maximē omnium est legitimus, incipiendūq; à causę facientis sublacione, & procedendū ad id quod ab ea fit vsque ad ipsum morbum, cum quo necessario tollentur symptomata. Hinc fit, vt cum parte quapiam affecta totū corpus indiget euacuatione, non ante veniēdum ad localia sit, quam totius vacuatio facta. Quia multitudo aut cacochymia facit, aut potest morbum augere, aut aliū, grauiorem fortasse, excitare. Quare rationē habet causę. Nā vt indicat morbus præsens, ita & qui timetur. Ideoq; censeri debet causā, non quę facit, aut fecit solum, sed quę faciet, nisi quis obstat. Eadem quoque ratio est euacuationum ad euacuationes. Cum enim alię alijs sint maiores, atq; , vt quis dixerit, magis vniuersales, vt missio sanguinis, quam expurgatio, quia illa omnium, hęc quorundā succorum est: & expurgatio per ventrē quā mictio, aut sudor, & hęc, quam excreatio & emunctio: quę minus vniuersales sunt cum magis vniuersalibus comparatę, ad localium auxiliorum vergūt naturam. Vt ergo omnes euacuationes agi debēt ante localia, ita inter euacuationes ipsas magis vniuersales ante eas quę minus tales sūt. quare & missio sanguinis ante expurgationem. Quia multitudo, quę missionem sanguinis precipuē indicat, nisi mature tollatur, cacochymia facit, à qua indicatur expurgatio. Expurgandū etiā

antequā prouocetur vrina, sudor, aut excreatio (si expurgandum scilicet est) quia cacochymia totius & vētris, fouet eam quę in venis & thorace, & alia quacunq; peculiari parte est. Itaque vbi complicantur multę indicationes rerum præter naturam, hęc sunt præcepta, & hęc ratio satisfaciendi illis omnibus. Quę eadem seruanda est, & inter morbos plures, vt vlcus, inflammationē & febrē: & inter plures causas, multitudinē crassorum, obstructionē & putredinem: & inter multa symptomata, vt loquacitatē, sitim, & peruigiliū: & inter causas & morbos, vt fluxionē & febrē & inflammationem & putredinē: & inter morbos & symptomata, vt febrē & dolorem capitis: & inter causas & symptomata, vt bilem & delirium: & inter omnia simul, vt pituitā, febrē, & comā. In his & huiusmodi omnib. complicationibus, nil vrgētis, aut impedimētū ordinē interturbare cogat, ipse causarū facientium ordo tenēdus est, quia posteriora cum prioribus facile tolluntur, vt cum inflammatione febris, cum multitudo crassorum obstructio, cū obstructione putredo: cum loquacitate sitis, cum hęc peruigiliū. Cum fluxione inflammatio, cū putredine febris: cum febre dolor capitis, cū bile delirium: cum pituita, febris & comā. Quod si posteriora cum prioribus non omnino tollantur, tamen faciendū sunt quę poscunt priora prius, posterius, quę posteriora. Euenit aliquando duos dictorum fieri suas causas mutuas, velut fluxionē & dolorem: per uigiliū & sitim, et alia eiusmodi. Fluxio enim vndecunq; incipiat, dolorem infert parti recipienti, & dolor accedens fluxionē à qua natus est auget. Dolor quoq; non rarò incipiens ab ictu aut intēperie fluxionem conuocat, conuocata verò dolorē à quo nata est auget. Ita quoq; sitis aliūde nata dormire nō sinit, & sublatus somnus, siccando sitim auget. Et peruigiliū natum ex dolore aut sollicitudine sitim infert, sitis verò accedens noua vigilandi causa fit. Hoc cum euenit, vtrisque occurrendum est simul, quia vtrinque proceditur à causa. Velut reuulsoria euacuatione & anodinis simul medicamentis. Somniferis quoque ad caput, & sitim sedantibus ad linguam simul. In talibus ergo non opus est aliud ante aliud facere, quia multorum indicationes simul incidunt.

CAPVT II.

F CVM tamen dicimus faciendū hoc ante illud, nō ita audiendū, quasi abstineridum ab hoc omnino sit, vsque dum illud sit perfectum. Ita enim putantes medici quam plurimi, tardius quam opus sit, occurrūt malis. Quo modo maximē peccatur in acutis. Verbi gratia, non sunt apponēda localia antequam toti corpori sit prospectum, neq; vtēdum attemperantibus, antequam vacua-

tum. Quid ergo? in phrenitide aut lethargo, aut inflammatione hepatis, nihil capiti, aut hypochondriis admouebimus, antequam exquisitissimè sit missus omnis sanguis? ardet febris vehementissimè, nil refrigerans, neque quod sedet sitim dabimus, antequam expurgata bilis sit? aut saltem non nisi urgentia nimia cogat? certè antequam mittatur sanguis, nihil rectè admouetur capiti aut hepati in illis, neque in his rectè quis attemperantibus utitur, antequam incipiat causam minuere clysteribus, aut vomitu, atq; si urgentia adest, etiam expurgatione. Tamè neque integra perfectaq; sanguinis euacuatio expectanda ad admotionem repercutientium neque perpurgatio ad usum refrigerantiũ & humectantium: Sed inchoante semper curatione ab illis quæ secundum artem debet esse priora, licet hæc interponere, & simul facere. Velut in phlegmonis curatione, constat repercussionem influentiũ priorẽ esse resolutione eorum quæ partem obsidēt, quia quod influit causa est eius quod obsidet. Tamen elapso principio, quod solis damus repercutientibus, incipimus vtrisque simul uti, repercutientibus dico & resoluētib; augendis sensim his & detrahendis illis, ita ut meris resoluētib; nunquam utamur vsq; ad magnam inclinationem, quia non antea recurus alicuius nouæ fluxionis timor cessat. Maximè si peculiaris causa timēdi sit, velut in quibus calet plurimum aut dolet pars aut causa est valde tenuis, aut aliquid obstitit quod minus vacuatio corporis satis p̄duceretur. Magis autem si fluxio debilitati partis impetetur, ut in podagricis tumoribus: in talibus enim, etiam in summa inclinatio debet habere aliquid adstringētis quod admouetur, ne scilicet, maior debilitas relinquatur in parte. Qua causa diachalcitis utilis est vsq; ad perfectam curationem. His autem exceptis in manifestis iam inclinationibus phlegmonum, ad solã resolutionem indicatio inclinatur. Quod alicui videri possit alia ratioẽ methodum perdere, quod scilicet, inclinãtib; tumoribus augētur eorũ medicamenta propria, hoc est, resoluētia, cum tamen dictum antea sit, debere remedia cū morbis augeri & minui, ut scilicet semper sint æqualia. Nō tamen ita habet, non enim tam apponimus maiora quã impermissa, eleuatis contrariis. Quod si cōtraria eleuari eorum intentio est, id euenit ex accidēti, quia alia indicatio cessat. Atq; hic respicientes diximus præceptũ illud augendi & minuendi auxilia ad morbi æqualitatem, intelligi, nisi quod aliud obstat artis præceptum. Velut nunc, obstat in summo vigore phlegmonis vsui resoluētiũ impermissorum indicatio fluētium, aut quæ facile possent refluere. Si igitur in vsu localium adeo diuersorum, & habetium inter se ordi-

lib. 2. c. 1.

nem priorum & posteriorũ, nihil obstat, immo ut melius dicam, res ipsa cogit vtrisque vti simul, cur non & euacuationum & localium eadem ratio sit, liceat quæ vtrisque simul, & alternatè vti? neq; sanè ad cucurbitularum admotionem, quæ ab alto exhauriat, necesse est corpus ita esse inanitum, ut in maxima penuria cōstitutum sit, sed satis est esse vacuatũ, quãtum res tunc videatur exegisse, ne plenum sit. Hypochondria quoq; foueri possunt, antequam perpurgatum corpus sit. Nam cum vetriculus, ac præcipuè eius os laborat fluxione, & sentitur esse laxus, ante eam quam mitti sanguis incipiat, cautio est illum per diem ante aliquoties fouere aliquo roboratium, ut melino, absynthite, nardino, aut mastichino. Id quod magna vtilitate fieri, res est expertissima, tametsi corpus vacuatũ nondum est, sed id potius agatur, ut vacuetur. Neque sanè a methodum est, quia, ut antea diximus, ordo à causa prohibente, seu à causa sine qua non, prior est, quàm ab efficiente. Consultum ergo fuerit cardiacos, nō solis fomentis, sed esu etiam adstringentiũ fructuũ, quales multi autumnalium sunt, iuuare, Galenus etiam præcipit in arte quam scripsit ad Glauconem, in omnibus febrib; intermittentibus, quæ nō sunt exquisitæ tertianæ hypochondria eorum quos nondũ purgauerat, foueri. Mittatur tñ sanguis prius, si modo mittendus sit, & localibus, ne vitæ laxet, admisceatur aliquid corroborans. Sed hoc ad indicationem partis iam spectat, de qua paulo post dicendum est seorsum. Nūc de multis indicationib; rerum præter naturam, quæ simul conueniunt, agimus.

CAP. III.

Itaq; vbi componuntur simul multæ indicationes rerum præter naturam quaruncũque, quæ curationes indicant, hæc sunt præcepta. Incidunt enim sepe multi morbi & eiusdem morbi multæ causæ. Morbi multi vbi adsunt, videndum, an alter alterius causa sit, an non, sed casu simul inciderint. Velut qui laborat pleuritide necessariò etiã febricitat. Verum potest esse ea febris morbus per se, & independens ab inflammatione lateris, aut illius accidens. Si quis laborat cruditate ventriculi, simulq; suffusione oculorum, potest suffusio nasci à cruditate, aut etiam aliunde. Causæ quoq; multæ quæ cōueniunt, possunt ordine quodam esse, ita ut aliæ sint aliis priores, aliq; p̄ priores morbo, aliq; remotiores, aut nō, sed multæ partiales, æquè proximè morbo. Velut hæmitriti causæ sunt pituita & bilis putrescētis, neutra autem est quæ altera prior. Putredo autem illa, & obstructio, & multitudo, & crassities, causæ sūt eiusede febris, nō æquè proximè, sed ordinè quẽdã habentes ad se & ad illam. Nã multitudo & crassities obstructionis, hæc prohibet

ven

ventilationis, hæc putredinis, quæ febris proxima causa est. Eo igitur ordine illis occurrendum est. Quod si duo morbi adsint non solum ordinem habentes, sed posterior prioris sit accidens, sola prioris curatio erit satis. Velut qui ponebatur laborare simul cruditate acida, aut nidorosa, & ab hac nascente suffusione, nullis medicamentis ocularibus uti debet, sed expurgatione, attemperatione, & corroboratione ventriculi. Eadem ratio est, si ob hanc ipsam ventriculi affectionem, aut hypochondriacam melancholiâ labore vertigine. Hypochondriorum enim aut ventris cura erit habenda, capitis nulla. Ita etiam si cui resoluta manus est, obstructione nervorum in ceruice, huic sunt admouenda medicamenta resoluentia succos, & laxantia nervos, manus autem nihil, nisi quod externas arceat noxas. Hæc autem intelligo, cum secundus morbus mera sympathia est, & ut dixi, tantum accidens prioris. Vbi enim à priori quidem cœpit, tamen iam non ab illo solum pendet, sed per se habet quippiam propriæ affectionis, denique secundarius quidem morbus est, tamen non mera sympathia, sed eatenus iam idiopathia, eatenus etiam curationem desiderat propriam, non contentus curatione prioris. Debet verò esse eius curatio ordine posterior, ut scilicet, morbus morbo posterior est. Velut, si qui ponebatur suffusione per consensum ventriculi laborare, fumis solis intercurrentibus ante succum crystallinum, diuturnitate passionis cōtraxerit concretam suffusionem, seu cataractam, aut nubem, non iam satis erit ventriculo prospicere, etsi id sit agendum prius, sed opus erit suffusionem dissoluentibus, uti collyrijs, velut succi caucalidis, chamædrijs, & sanguinariæ, æquis portionibus, aut eiusdem facultatis alio (huius enim nunc fortasse memini, cuius etiã meminit Paulus ex Oribasio) atque si ea concreta ac dura satis sit, acu deprimere: nubem verò extergentibus dissolvere, ut forte minoris centaureij succo cum melle. Aut mellis, bilis & succi feniculi portionibus æqualibus. Ita quoque si cui à ventre, aut vna quapiam particula ascendente tenui succo, aut aura, epilepsia accidit, principio quidem sola eius particule attemperatio, aut materiæ ascendentis interceptio, quæ laqueis, aut viarum intercessionibus ferro aut igne agi solet, possunt esse satis: vbi verò diuturnitate iam malum inoleuit, tanto magis curandum ipsum caput est, quanto magis dilata est curatio, quia tanto plus comparat idiopathiæ sympathia omnis, quanto diutius durat. Vtunque autem debet curatio incipere à primario. Multorum itaque morborum ordine quodam incidentium, hæc est regula. Si verò duo aut plures, sine ordine, casu incidentes, curari simul postulent, tenendus alius cu-

A rationis ordo est, vrgentiæ inquam, aut causæ sine qua non. Nam si pleuriticæ febris, accidens est, sola inflammationis solutione persanatur, si autem etiam est morbus, vtriusque mali auxilijs utimur, magis autem ac prius, vrgentioris. Causæ quoque cum sine ordine incidunt tollendæ sunt simul, si fieri possit, sin minus, & aliquid aliud obstat, quæ paratior, prius. Velut in hemitrito dandum pharmacum cholagogum & phlegmagogum simul, si vterque succus sit paratus, sin minus vacuabitur citius qui paratior. Quæ verò causæ ordine incidunt, ordine quoque tollendæ priores ante posteriores, eo modo quo dictum est. Velut si morbus regius sit ab diffusa bile: hæc autem diffunditur ob vesicæ suæ obstructionem, obstruitur verò illa vesica à pituita, prius debet dari pharmacum phlegmagogum, deinde aliud cholagogum. Regula enim in his est, incipientes à morbo procedere in causas, resoluendo, vsque ad primas earum, quæ præsentibus cum sint, indicat curationem (parcatarticas enim & absentes dictum est, non indicare) & ab illis rursus inchoata curatione, contrario ordine curare, ac causarum inuentionem fecerimus. Velut quia febris putrida nascitur à putredine, hæc ab obstructione, hæc à multitudine & crassitie: primū omnium est deponenda multitudo, mox aperiendum, mox coquendum, quod contrarium est putrescentiæ: mox quod omnino emendari non potuit, expurgandum: vltimo intemperiei occurrendum. Nam etsi eorum, qui ita laborant, quidam incœperunt febricitare sine vlla externa causa, paulatim ob assiduam voracitatem congestis multis & crassis, à quibus nata est obstructio, & ab ea putredo, à qua febris, alijs tamen initium ægrotandi fuit refrigeratio, quæ densitatem cutis fecit, & hæc insensibile effluuium cohibuit, quod cohibitum venas repleuit, quæ repletio earum peperit obstructionem, quæ simul cum cutis densitate ventilationem prohibuit, & putredinem induxerunt, proximam febris causam: in quibus iuxta dictam regulam videtur exordium à calefacientibus & laxantibus cutem, cum id fuerit totius mali exordium, tamen in his quoque, si cum accedimus ad ægrotum, externum frigus iam recessit, & homo iam aperte febricitat, rectius incipitur à missione sanguinis, quia etsi densitas cutis quæ adhuc manet ordine causæ facientis prior est, quam multitudo, tamen hæc est causa prohibens, seu sine qua non: quia non possit vlla laxantium & extergentium admotio poros aperire corpore pleno: immo verò conuocando plus, arctiores reddet. Cui ergo dictum sit indicationem prohibentis priorem esse quam facientis causæ, constat in vtrisque dictorum inchoandum esse curationem à missione sanguinis. Interest tamen

lib. 2. cap. 1.

cap. 1 huius libri.

multum, quia in quibus nulla cutis defatio, neque refrigeratio manifesta antecessit, sola euacuatione multitudinis, & incisione crassiorum, & concoctione crudorum, & expurgatione ex putridis concoctorum, perficitur curatio, nisi forte etiam à dictis vlla attemperatio desideretur: tamen in alijs mox à sufficienti multitudinis depositione confert uti inunctionibus laxantibus & extergentibus. In quibus vsum ego chamæmelini vncijs duabus cum nitri drachma uti consueui, ad tollendam, scilicet, densitatem cutis, quæ mali prima causa fuit, & adhuc manet. Maturat verò hæc eadè inunctio concoctionem, & ad decreporios sudores corpora præparat. Constat verò eadem ratione fore vtilem hanc inunctionem, in quibusvis febribus nimis densatæ cutis signa sint, velut in quibus maculæ pulicum moribus similes per cutem fiunt, cohibitis nempe sub ea densatæ, quæ oportet insensibiliter expirare, vel saltem exsudari. Eodem ergo modo quo dictum est, procedemus in ictero & alijs omnibus morbis, quorum multæ causæ sunt. De multis itaq; indicationibus rerum præter naturam simul incidentium hætenus dictum sit. Dixeramus autè prius de indicationibus rerum naturalium. Superest ut coniungamus vtrasque.

CAP. IIII.

Nunc ergo de indicationibus rerum naturalium & præter naturam, quæ semper in morbis coniunctæ sunt, dicamus. Semper enim certè coniunctæ sunt. Nam nunquam non sunt consideranda medico natura & morbus. Cum tñ hæc indicationes in omni morbo complicatæ sint, nunc sunt similes, nunc contrariæ. Euenit enim morbum & naturam in eundè excessum inclinare, velut in bilioso febricitante: aut in contrarium, ut in hydropico bilioso, aut febricitate pituitoso. Cum igitur res naturales & præternaturales contrariæ sunt, petunt similia: cum sunt similes, petunt contraria. Quia quæ naturalia sunt, petunt sibi similia; quæ præter naturam, contraria: eadem autem sunt his contraria & illis similia, cum ea sunt inuicem contraria. Cum vero ea euenit esse similia, eorum indicationes sunt contrariæ. Quo pacto autem fiet satis vtrique, partim antea dictum est, cum seorsum ageretur de vtrisque, partim nunc dicetur. Homo humidus, verbi gratia, laboret morbo humido. Quomodo poterit medicus dare naturæ humida, morbo sicca? nam quomodo humida & sicca eadem curatio? porro cum petunt similia, quousque oportebit auxiliorum vires intendere? durum. n. quoniam & falsum prima fronte esse videtur, dicere, frigidum hominem cum febricitat, frigidioribus uti debere, quam calidum & febricitantem. Hic enim, cum geminum habeat calorem, summa ac citissima refrigeratione

A videtur indigere. Videtur sanè, perpendenti aut acius videbitur ratio in contrarium cedere. Nam cum ambo, naturam inquam & morbus petunt similia, duabus indicationibus in idem conspirantibus; illa ipsa quæ petuntur, dari debent intensiora. Cum vero natura & morbus contraria petunt, dabuntur quæ petit morbus, sed tanto remissiora, quanto naturæ indicatio in contrariam partem inclinat. Proinde si homo natura calidus tenetur febre, minus frigidis curandus erit, quam qui eadè teneretur, nisi obstet consuetudo (obstat verò in talibus sæpe) atque si vlcus, quod ut morbus humidus tractari semper debet, in parte sicca sit, ut in capite, siccioribus medicamentis erit curandum quod si in humida, ut in clunæ. Et quæcumque pars vlcerata sit, in viro quam femina, & adulto ac multo magis iam senè, quam in puero, ac multo magis infante, siccioribus curari debet. Et eadem medicamenta humidioribus partibus sunt sicciora, & siccioribus humidiora. Velut thus, quod inspersum parti molliori carnem generat, in parte sicca est suppuratorium. Hæc docet illa Gal. verba, Calidiora calidioribus, frigidiora frigidioribus, sicciora siccioribus, humidiora humidioribus, indiget auxilijs. Neque verò proinde non dantur contraria æqualia morbo, quia dantur in calido febricitante minus frigida, quod darentur si calidus natura non esset. Non enim est morbus totus calor qui inest, sed qui præter naturam: neque quidè qui præter naturam communem, sed præter cuiusque propriam (sua quippe natura vivit quisque, non communi) æqualis enim feruor in calidiori natura minor febris est, quam in frigidiori, quia minus est, quod præter naturam. Merito ergo paret minoribus contrarijs, curaturque nihilominus æqualibus. Atque tunc quoque etsi ob febrem dentur frigida, naturalis tamen calor servatur similibus, & æqualibus; quia tanto dantur minus frigida, quanto homo est calidior. Quod si tanto minus frigida, certè & tanto calidiora quam darentur si calidus non esset. Respondet ergo ita naturali calori æqualis calor, & calori præter naturam æquale frigus, in auxilijs. Hoc solè interest inter hanc & sanorum hominum conservationem, quod pro sanis sola, ut par est, utimur conservatione, pro egrotis verò simul cum curatione. Exquisite autè faciendi, hæc vnicæ, eaq; facillima est regula. Considerare cuiusque hominis propriam naturam, & recessum morbi ab hac ipsa, facereque ut auxilia æquali excessu inclinent in contrariam qualitatem. Velut si calidus naturaliter vno gradu, caleat nunc secundo, curari poterit temperatis. Quia temperatum & calidum secundi gradus à calido primi æqualiter absunt. Si vero qui ita febricitat temperata natura sit, frigida secundi ordinis desiderabit auxilia. Verum est vbi

est ubi naturalis temperies eius, qui morbo simili tenetur, plurimum recedit à moderata, ut cum non est utcumque calida, sed valde biliosa febricitatis, aut pituitosa catharrofi, licere medico plerumque uti victu, & curatione intensiori, quam præsens postulet morbus, ac fortasse etiã, quam si morbus esset contrarius, ut in valde bilioso febricitate, quam in pituitoso. Idque duplici causa: prima quidem ea quam iam tetigimus, consuetudinis. Rarum enim sit extremæ intemperiei hominẽ non affuisse contrarijs. Altera est in aptitudine quæ in talibus est, incidendi in extremas corruptiones per morbos similes, velut valde biliosus in tabem per febrem, valde pituitosus in hydropem per catharros. Cum tamen tali aliquo timore augemus vim remediorum supra præfentes morbos, non deficimus à methodo. Neque enim ob præsentem affectionem, sed ob eam quæ timetur, facimus. Indicat verò quæ merito timetur, ut quod iam adest. Nam & de morbo magno & missione sanguinis est id semper medicis in ore. Itaque apparatus hominis, aut partis ad grauiora, cogit medicum ut remedijs præsentibus malis maioribus, idque salua methodo. Exemplo sunt ulcera pudentium & ani, quæ curamus medicamentis, siccantioribus etiam, quam quæ consistunt in capite & ossibus. Non sane, quod sint eæ partes sicciores, non enim sunt, sed quia sordium colluuii, ac proinde magno malignæ putrescentiæ periculo expositæ: quam vehementius etiã, quam vlcus præsens, & nativa partis temperies postulat, siccando præcauemus. Itaque regula de contrarijs æqualibus ad mouendis has habet considerationes, quæ alia ratione referri possunt ad indicationes complicatas, de quibus hæcenus dictum est.

CAP. V.

Vnica superest indicatio dictis necessario adijcienda. Ea verò est, quæ accipitur à parte affecta: quæ ad curationis differentiam nulla alia minus facit, sed plus etiam quam plerumque. Necesse igitur est eum, qui medendi methodo recte sit vsurus, partium dissectionem, & rationem dignoscendi locos affectos ex prioribus tractationibus didicisse. Hinc enim solum expectare debet, quid quæque pars, & quæ ob causam indicet. Hæc ubi dicta erit, ceteri poterunt dictæ omnes ad curationem necessariæ indicationes, atque hæc quoque partim est dicta. Nam quæ à partis temperamento, eadem est & quæ à temperamento hominis. Nimirum ut toti homines, ita & partes singulæ, calidiores calidioribus, frigidiores frigidioribus, humidiores humidioribus, sicciores siccioribus indigent remedijs. Ob id enim diximus, capitibus & ossium, ac nervorum motiuorum, quam carnosarum partium ulcera, siccioribus curari. Sed præter temperamentum considerantur in parte quædam, quæ curatio-

Cap. præcedenti.

A nem non parum faciunt euariare. Necesse autem fuit hanc indicationem seorsum à dictis omnibus, maioris distinctionis causa explicari. Non enim hæc indicatio quam nunc suscipimus pertractandam, est similitum aut contrariorum, velut priores duæ, sed modi tantum, aut vtendi, aut ipsorum medicamentorum ob peculiare partium conditiones. Priores ergo indicationes oportuit præsciri, mox hanc adiungi. Sunt verò quæ in affecta parte consideranda veniunt, utpote ex quibus talis indicatio fluit, actio, dignitas, utilitas, situs, magnitudo, figura, sensus, & proprietas. Ob actionis indicationem, ad ventriculum aut hepar nunquam vtendum est merè laxantibus, sed cum quam maximè oportet emollire aut resolueri, debet admisceri adstringentis aliquid: quia actio harum partium, concoctio inquam prima & secunda, maximè necessaria est toti corpori, præcipuè ad eos morbos superandos, qui pendent ex succis. Et ea concoctio quæ in his officinis agitur, præter partium temperiem, quædam firmitudinem & adstrictionem desiderat. Quapropter siue calefaciendum, siue refrigerandum, siue siccandum, siue humectandum, adstringendum simul est non nihil, vel eadem materia vtrique præstare, ut absinthites, & nardinum ac mastichinum oleum, calefacit & adstringit: melinum & rosaceum, & omphacites refrigerat & adstringit, aut admisto adstringente cum reliquis alteratibus, ut si cum plurima melino, aut violato admisceas aliquid aceti, aut succi vix acerbæ. Adstringendum itaque semper est, maximè autem cum siccandum, minimè cum humectandum, mediocriter cum calefaciendum aut refrigerandum solum: quia quæ adstringunt, ac ipsa causa siccant, exprimendo succos. Quod cum alioqui curatur membri ariditas, maximè potest nocere: cum humiditas, iuuare: cum calor aut frigus solum, indifferens est: iuuat verò seruans partis tonum & firmitudinem. Sed hoc iam est, coniungere indicationes affectus & partis. Ipsæ per se dictæ partes adstrictionem desiderant. Iis quæ ad lienem parantur aut renes, minus est opus adstringentia misceri, non nihil tamen etiã his: illis verò quæ ad pectus, nihil. Quia emollitio & laxitas respirationis facilitatem auget, adstrictio contra. Hac causa in pleuritide & peripneumonia, ne initio quidem admouemus repellentia, ut in alijs inflammationibus, sed omnium localium vsu tantisper differetes, ut missio sanguinis præeat, ab anodinis laxantibus & resoluentibus incipimus. Quorum mox, ut vacuatio procedit, vires augemus. Nimirum in his ob indicationem partis, ceteris tutius, fieri fluxioni reuulsioni aduersari, quam repercussione. quia hæc præter dicta, alius conditionem materiam facit, atque ita, per pleuritide peripneumonia, & pro-

peripneu-

peripneumonia suffocatione gignit. Quod etiam timentes in Iſchia de abitinemus à repercutientib. nihilominus in hæmoptoica; ubi ruptum aut laxatum vas est, adstringentia adiuuemus pectori, vnguenta, cataplasmata, & emplastra, præcipue antequa oborta inflammatio sit: quia tunc agglutinandi est summa necessitas, laxandi autem pectoris, exigua, cum requiem ea dispositio desideret, ac si fieri posset, etiam respirationem vitaremus. Vitamus clamores, quin & loquelam. Vincit ergo tunc logo interuallo indicatio ab affectu indicationem à parte, contra ac inflammationibus. Dignitas partis, vt morbum facit censeret maiorem, ita curationem iubet augeri, si non auxiliorum magnitudine, tamen sollicitudine instanti, ita vt nihil contemnatur. Atq; hæc quoq; polcit, vt inter ipsa auxilia deligantur securiora, & minus violenta. Tales enim partes, quia cum maiori periculo læduntur, mitius tractantur. Contra in partibus ignobilibus multi morbi citra curationem neglecti relinquuntur: & cum curantur, tractantur liberius, secantur scilicet & vruntur. Proinde in adenosus partibus non tanta maturatio abscessuum expectatur, quanta in alijs partibus. Tum quia facilior est in talibus elapsus ad malignas putrescentias: tum quia nihil refert, partes aded ignobiles vel dilacerari. Ob has ipsas causas, vt nuper tetigimus, siccamus valentius, & secamus ac vrimus audacius partes pudendas, cum exulceratæ sunt, quam alias eiusdem temperiei in eodem affectu. Nam etsi non sunt tam laxæ & debiles, quam adenes; tamen ob assiduum, necessariumque confluxum excrementorum, sunt in præcipiti periculo malignæ putrescentiæ. Siccantur ergo intensioribus q̄ pro natura partis & presenti morbo, timors imminētis: quia minoris periculi est, membrum ex parte perdere, aut in cōtrariā intemperie habitualiter transferre, q̄ superueniente gangrena, aut exedente vlcere, hominem mori. Talis itaq; medicamentorum excessus nō à naturali partis temperie, vt Gal. videtur innuere, sed à morbo, qui probabiliter timetur indicatur, vt nuper de summè bilioso febricitate diximus. Et sunt quidem alia multa in arte eiusmodi, in quibus mala quædam permittimus gratia vitæ maiora. Sensus quoq; partis aut habitudo multum facit curationes euariare. Nam quæ acris sensus sunt, facile irritantur ab acris, quæ hebetis, non ita. Hinc fit, vt ocularia medicamenta esse debeant, quo ad fieri possit, mordacitatis expertia, & lota, & tenuissimè trita, & vt leuiter etiam debeant admoueri chirurgi manus ita etiã, & quæ nudis neruis adiuuentur: cōtra quæ olsi, possint sine vllo malo esse caustica, & admoueri durius. In situ partis considerantur hæc, quo in loco sita sit pars, & quem positum habeat

c. 4 huius lib.

A ad alias partes, seu ad vias, & quam interna, aut externa sit. Nam ex his omnibus nascitur magna curationis differētia. Quia enim hepar ibi locatū est, ad eius morbos admouentur medicamenta hypochondrio dextro, vt ad morbos lienis, sinistro; ad morbos vesicæ, supra pubem, & inter femineo, ad œsophagum, inter scapulas. Eadē indicatione ad ventriculum vtitur esu aut potu medicamentorum: ad intestina, in fufis per sedem: ad vterum & vesicam, per pudendum: ad pulmonem & thoracem, linctū. Quia per gulam in ventriculum, per sedem in intestina facile itur. In pulmonem & thoracem, non aliter quā lingendo, & leni quodam delapsu per asperam arteriam. Ab eadē indicatione pendet restitudo, quæ in missione sanguinis seruatur: vt scilicet ob partes hypochondrijs humiliores, secantur venæ in cruribus, ob ipsa hypochondria & partes superiores in brachijs; & in his ob partes superiores colo, humeraria, ob inferiores interna vocata; ob dextras dextra, ob sinistras, sinistra: ob omnes æquè laborantes, aut nullā insigniter, vocata media, seu cōmunis in vtralibet aut vtraque parte. Porro partem valde esse internam aut externam, aded curationem euariat, vt mutari faciat vires, & naturam medicamentorum. Gal. vbi affecta particula in penitionibus est, longeq; abest à cute, cui admoueri medicamentum debeat, aut ab ore, per quod accipi, si calido medicamento sit opus, iubet vti tanto calidiori, quam pro morbi magnitudine, quantum virium exolui possit in via: si verò frigidum, non simpliciter augeri vires medicamenti, sed quæri quod tenuium partium sit, ac admisceri aliquid, quod penetret facile. Quia quod frigidum, si intenditur, ipsum sibi vias obturat, atque quo augetur plus, eo ad partes in alto positas pertinget minus, refrigerabit verò & obturabit summas, & ita quoque lædet plus, calidum detinens effluuium. Calor verò auctus penetratione auget, quapropter eo solum, quod per viam deposuerit, amisso, affectam partem attinget affectioni æqualis. Ergo, inquit, calidi medicamenti non sit opus mutare substantiam, sed augere vires; frigidi verò retento frigoris gradu, mutare substantiã in tenuiore, aut tenuiore admiscere. Mihi verò videtur fatius, hoc agi in vtrisque, calidis in quã, & frigidis penetrantia misceri, aut tenuè potius deligi substantiam, quam vires augeri. Quia hæc si augentur, periculum est, ne dum medicamentum in partem ægram mittitur, sanæ, quæ in via sunt, lædantur. Quod facilius patitur à calidis, atq; multo magis, si sint etiam crassa. Nam quæ crassa simul & calida, caustica multo magis sunt, quam æquè calida & tenuia. Qua causa colocyntidem præ alijs expurgantibus in tenuem puluerem redigi

redigi volunt, quia scilicet nulla ratione melius eius vires refringuntur. Atque eadem quoque merito mihi videtur damnari pharmacopœorum consuetudo, qui in catapotia & electaria demittunt scamoniæ euidencia frustra, idque putant esse, terere crassius, cum tamen differentia terendi intra pulueris formam intelligi debeant. Quæ enim citra illam, cõtundi aut confringi dicuntur verius. Siue igitur calida, siue frigida admoventur, siue accipiuntur, ut in partem profundam penetrent, curandum est, ut quod mittuntur, qua desiderantur intentione, peruenire possint, adiecta potius penetrabilitate, quam auctis viribus. Quanquam has quoque licebit augere quantum sine periculo possint partes, quæ inter sunt tolerare. Hac indicatione quæ pro ventre damus crassarum partium esse volumus, ut austera & acerba; aut si per se tenuia sint, crassius triturrata accipimus, ut expurgantia, & aromata, quæ non adeo angusto cribro excernimus, quam sudatoria, & cordialia; neque tamen adeo crassa probamus, ut non cribrentur, sintque pulueres, ut nuperrime diximus. Quæ pro renibus, utero & vesica, ad quæ angusta, longa & anfractuosa via est, tenuium partium, & tenuissimè triturata, atque exactissimè cribrata volumus. Quod si quæ crassarum partium eo mittere opus est, ut ad ulcera, quæ siccant & adstringant, & quæ sensum obtundant, admiscemus tenuia quæ deferant, et si calida & aperientia sint, velut in trochiscis alchechegi, & alijs opiatibus, estque cum sola triturationis differentia medicamenti opus mutat, adeo, ut sint quæ crassiusculè triturata expurgant per aluum, & triturata tenuissimè mouent menstruas purgationes, & urinam. Exemplo sunt catapotia ex hiera simp. Gal. adeo familiaria & rhabarbarum. Quæ verò ad dictas omnes partes, aut ad cerebri meninges aut medullam, aut articulum profundum, qualis incoxa est, exterius admoventur cuti, siue calidis siue frigidis opus sit, tenuium partium esse debent, aut accipere in mixtione aliquid, quod deducat. Si verò curaneas partes, siue contusas, siue intemperatas, siue exulceratas, curare volumus, crassa sunt commodiora, & efficaciora. Proinde ad contusam cutem utimur myrtino, ventriculo autem aut hepatis aut reni melinum potius imponimus, capiti rosaceum, quin & acetum miscemus deducendi causa. Proprietate etiam quadam sunt quæ à quibusdam partibus affectis expectantur, & quædam quæ respiciuntur. Velut oleum exasperatas alias omnes partes delinit, & dolentes mitigat: tamen irritat oculos, & exasperat laryngem, quapropter ocularijs & arteriacis medicamentis interdictum est. Tepida alijs omnibus grata, & anodina sunt ventriculo ingratisissima & noxia. Hepati etiam interdicunt Gal. actu frigida, cum renibus, & alijs partibus ardentibus gelida admo-

ueat. Ego quidem nimium & proteruum visum frigidorum super hepate vito, quia id membrum etiam cum ardet, labitur facile in contrarium lapsum, manetque non raro subiecto frigidum & ignitum, cinerum & carbonum more: tamen quibus naturale robur in ea parte constat, & intemperie calida flagrat hepar, vtiliter admoventur oxorrhodinum actu frigidum, ut infunditur in lyciput: aut etiam cataplasmata ex eo cum farina hordeacea, aut contulis herbis parata, virtute equè atque actu frigida. Atque profecto hoc reperit peropportunum in ardentibus febribus cum eius visceris phlogosi. Colores ad alias omnes partes, indifferens est, extremi sint, ut valde candidus & niger, an medio cres, ut ceruleus & viridis, ad oculorum verò affectiones plurimum refert. Illis enim violenter dissipatur, aut premitur obtutus, his delectatur, & reficit. Ab hac indicatione fluit usus omnium medicamentorum, quæ ab antiquissimo illo seculo medici omnes usurpant has aut illas partes proprietate quadam roborare, aut ab his aut illis partibus expurgare. Vnde apud autores omnes, tam Græcos, quam Arabes & Latinos veteres, ac recentes, catalogi capitalium, cordialium, hepaticorum, splenicorum, & similibium. Quibus quidem omnibus ego præfero, quæ manifestis qualitatibus operantur, non tamen hæc omnino negligo. Quia cum certo sciam, nihil sine causa fieri, non dubito hæc ipsa quorum melatet, reuera habere idoneas. Hisque rectè accommodari illa Hippocratis verba: Multa quidem sunt nobis spontanea, naturæ vero non spontanea. Vt igitur Empirici est, rem totam his proprietatibus committere, ita temerarij, in tanto omnium medicorum consensu, eas omnino reiicere, ac non potius, quoad fieri possit, utrasque coniungere. Ruber etiam color laborantibus ophthalmia noxius est, quia ob sympathiam accurrit ad oculos cum multo spiritu sanguis. Qui motus sanguinis adeo in quibusdam hominibus euidens est, ut non oculi solum, sed ob ipsos facies etiam rubore suffundatur, atque non nihil etiam in partes alias redundet, qua causa conspectus rubrorum spuentibus sanguinem, & erysipelate laborantibus noxius est, vtilis verò quibus ad cutem volumus sanguinem reuocari, ut exanthematis laborantibus. Constat verò horum omnium causam ad proprietatem oculi referri, & inde esse horum indicationem. Partis enim indicatio non solum mutat intentiones curantis medici, sed materiam etiam tum simplicem, tum compositam, & componendi modum, quod Gal. toto opere de compositione medicamentorum secundum locos persecutus est. Magnitudo & figura partis ad auxiliorum speciem nihil faciunt, ad magnitudinem & figuram admoventorum non nihil. Nam has ob causas admoventur ventriculo scu-

lo scutiformia, hepatis rotunda, lieni luniformia: maioraque pro toto ventre, quam pro gracilibus solum intestinis, aut vesica, aut vtero. His capitibus continentur omnes faciendorum indicationes.

CAP. VI.

EX dictis constat vnicæ indicationis nullam curationem esse. Quæ rei præter naturam, & naturalis indicationes, necessario complicantur, præter res externas quæ necessariò etiam accedunt. Quantumvis enim morbus sine causa sit, vt hæctica febris, & diariarum quædam, & vlcera simplicia, & sine symptomatis, quòrum grãtia mutari quippiam in curatione debeat: tamen totius hominis morbus est, aut partis eius, necesseq; est eius curationem ab hominis natura, aut partis temperie aut compositione recipere differentiam. Sunt tamen morbi, in quorum curatione vnicæ rei præter naturam est indicatio, hæc verò est ipsius morbi: qui quidem dicuntur à medicis curari prima intentione. Et meritò quidem, quia intentio tollendi ipsius morbi, & contrariam illi affectionem inferendi, omnium prima est, cum sit ipse curationum finis, morbi sublatio, finis verò semper sit primus in intentione, aded vt hæc intentio vulgaribus æquè ac medicis nota sit. Febrem enim extinguere, dissipta vulneris labia agglutinari, luxatum articulum reponi, conuulsam nerum laxari, resolutam firmari æquè vult idiota & artifex: hic autem non id vult simpliciter, sed mediorum peritus, habet alias intentiones, inuentione quidem posteriores, executione verò priores, velut sublationem causæ, aut rei prohibentis, vt diximus, cum de indicationibus rerum præter naturam complicatis differeremus. Qui verò morbi ipsi soli indicant, prima intentione curantur. In hoc genere sunt vlcera simplicia & diariæ, quarum causæ recesserunt, & hæctica quæ cum nulla alia febre complicatæ sunt. In his enim omnibus sola obiectio contrarij ipsi morbo secunda & elegans curatio est: Neque aliud quippiam præterea curandum, nisi fortè præcauere, ne dum hæc aguntur, in aliud morbi genus transeat, quod non aliter melius, quam vitatis erroribus, & rectè instituto victu, prouideretur. Quod non intelligentes pleriq; chirurgorù, atq; aded & medicorum, plus satis in curationibus negotiosi, & plus quam opus sit olei & operæ impedentes, morbos ex simplicibus non simplicibus, & ex brevioribus longiores faciunt. Vlcera simplicia sunt, in quibus nihil aliud est quam continui solutio, neque inquam est contusio, neq; deperditio partis, neque pus aut fordes, neq; laborum inflammatio, aut alius tumor, neq; subiectæ partis intemperies, neq; vrgens symptoma, vt fluxus san-

Aguinis dolor vehemens, aut conuulsio. Tale vero vlcus, non carni solum, sed membranis etiam & tendonibus & ossibus potest accedere: quodcumq; enim horum, & eorù multa simul possunt simpliciter diuidi. Constat verò talia vlcera non posse esse inueterata: nisi fordes accederet aut intemperies, aut deperditio partis, aut cù hac nuditas, oia per se vlcera sanescerent, antequam veteralescerent.

BSunt itaq; omnia quæ simplicia recetia, quia diuturnitas ex impedimèto aliquo nascitur. In his tantum curandum est, ne quid aliunde accedat mali, & vt vniantur quæ secta sunt. Cùm ergo vlcus est in carne recentissimum, sinendus est sanguis fluere satis, quia ita minus tètabitur inflammatione pars, & hac eadem causa cibandus homo tenuissimè & potandus aqua, ac si plenus esse sentiat, tur vacuandus, secta vena. Ipsa verò quæ dissecta sunt, vnienda, siquidem vinculis & fascijs solis adduci satis possint, his solis, quam maximè fieri possit firmis & indolentibus. Sin autem nò superposito aliquo agglutinatio, quorum optimum est oui albumen, quia etiam ardet inflammationem. Si verò altum vlcus est, vt per hæc adduci nò possit, futura aut infibulatione erit opus, in quibus id curandum etiã est, vt firmiter & cum quâ minimo agantur dolore. Difficile autem est, cùm hæc aguntur, in sua perseueret vlcus simplicitate, neq; certè sit, nisi in optimis quibusdam temperamentis. Dum aut vlcera cõposita nondum sunt, vniõne solù curanda, neq; procuranda suppuratio, vt à vulgaribus indistinctè in omnibus agitur: neq; opus est vllis sarcoticis, cùm caro nulla desideretur, neq; certè cicatricè inducentibus, cùm neq; cutis perierit, & nulla ratione minus vlcus vestigium manet, quàm nihil præter agglutinatione nobis molientibus. Nam & in ipsis ossium grandium fracturis, vt brachij aut cruris, ossiù partibus ad sese rectè positis & emplastro aliquo adstringente, ac ferulis & ligaturis rectè accommodatis, & parte in quiete cõteta, & bona figura collocata (est autem maximè idonea, quæ & indolens (curatio perficitur, victu solum instituto, initio, metu fluxionis, tenui & aqua; post septem iam dies cù calli procedit generatio, pleniori victu & vino temperato. Necesse est enim gigni porum pro glutine, quia ipsa per se vniri ossa, nisi fortè in pusillis non possunt: sunt tamen nihilominus illæ fracturæ simplices, quia partibus quæ præerant nulla deest, & curatione hanc ego primæ intentionis appello: quia si quid præter agglutinationem agitur, aut gignitur, per accidens est, & non ex intentione curatis. Itaq; hæc omnia curantur intentione prima, atq; aded confuta intestina, & aliæ quæcumq; partes, si nulla inflammatio, aut corruptio superuenit, quod etsi difficile esse diximus,

mus, aliquando etiam euenit, præcipuè in tēperaturis firmioribus. Velut & luxationes, quæ cum recentes sunt, sola repositione quæ manu operi agitur curantur, nulla prætereare indigētes, nisi quæ inflammatio aut fluxio superuenit, sæpe autem non superuenit, in bene temperatis, neq; plenīs, neq; cacochymis. In inueteratis verò iam luxationibus, cum humor aliquis in parte conclusus est, aut ligamenta ossium concretionem aliquam, aut durum tumorem contraxerunt, non habet locum curatio primæ intentionis; quia ne tractari potest pars, nedum reponi, antequam illa impedimenta sublata sint. Febrim etiam hecticarum siue per se & à principio incœperunt, vt quibusdam solent ex longa & magna tristitia, aut ex labore nimio, siue ex alia febre putrida relicta sit, modo nihil illius iam supersit, curatio per primam intentionem agitur: refrigerando enim & humectando solum interius & exterius, substantificæ & qualitatiuè (quid enim prohibet ita loqui, cum nihil doctrinæ officiat?) lacte, aut prisana: balneis, aut inunctionibus ex earum genere, quas vocant resumptiuas, quia humectando & laxando partes, faciunt eas alimento repleri. Si verò quid putridæ febris complicatum est, difficilior iam est curatio, quia putredo dictis obstat, & composita curatione est opus, quia compositæ sunt iam indicationes. Obstat sanè putredo dictis hecticæ remedijs, non tamen æquè omnib; neque quouis tempore eodem modo. Magis enim obstat lacti quam prisanae, & balneis multo magis, dum adhuc cruditas est: alioqui bene coctis succis in multis putridarum illis vtimur. Igitur in hecticæ & putridæ complicatione prisana potius vtemur, quam lacte: balneis verò aquæ dulcis (nam aliorum in his perniciosus vsus est) si ex coctis putrida pendeat, vt licet, maximè si acres vsi & fuliginosi sint, alioqui abstinendum, vtendumq; inunctionibus concoquetibus, quæ cum moderato calore humectent, vt amygdalino dulci, aut ex illo aut chamæmelino parato hydreleo. Lactis quoq; magna differentia est, nam asinino minus obstat putredo quam caprino, maximè aut ouino; alui vero pfluuium obstat maximè asinino. Ita sunt quædam ad quædã in cōmodiora quæ alia. Deligendum quæ semper, si non quæ optimum, quæ minus malum ad rem præsentem, & obseruanda alia omnia quæ de complicatis indicationib; dicta sunt. Nunc enim de curatione per primam intentionem dicere cœpimus. Ad quam etiam pertinēt febres ephimeræ, quarum causæ iam recesserunt: earum enim nulla curatio est præter solam attemperationem. Si verò causæ præsentis sunt, vt facietas, aut cutis obstructio, aut bubo, cōposita iam curatio est, quia causæ potius sublacioni studetur, quam ipsius per se febris. Quanquam ne

id quidem studium tam adhibetur ob ipsam febrem, quæ per se esset intra diem, aut cum longissimè intra tres dies cessatura, quam ne transeant in aliud genus. Ergo in febre ex facietate est tota medici cura, vt soluatur facietas, antequam corrupti cibi per hepar in corpus distributi febre putridæ initium dent. Quod nulla ratione præcauetur melius quàm continendo in inedia hominem diem & noctem: interimq; laceffendo primū ventriculū vomitorijs leuibus, vt aqua calida, aut hydreleo, & aluum clysteribus; deinde in diem sequentem ventriculū fouere absinthite aut nardino, & paulatim ad cibos reducere. In febre verò ex cutis obstructione, studendū est huius laxationi. Quapropter tales febres trāsfigendæ sunt in loco frigido, homine verò bene recto pannis, tenuiter hic etiam cibandus est; atq; si hominem plenum esse contingat, mittendus mox sanguis est, ne prohibito effluuiū putrescat, & in inclinatione procurandus sudor. constat verò hæc lōgè iam abesse à prima intentione, & ad indicationes compositas pertinere, de quib; iam antea dictum est. Si verò ex ira aut exercitatione nimia, aut longa mora in sole quis febricitat refrigerando solum & humectando, & curatur diaria, & febris alterius generis præcauetur. Talibus enim cibi humectantes, & potus largior conuenit, & in inclinatione balneum. Hac eadem ratione possis morborum omnium curationes ad suos scopos & indicationes referre: mihi enim generatim videntur iam dicta omnia, & in exemplis satis multa.

CAP. VII.

Dictum itaq; est, curationem totā in quadam ablatione consistere. Quò fortasse respiciens Hippocrates dixit, medicinā esse adiectionem & detractionem. Seruanda quidem omnia quæ secundum naturam, auferenda quæ præter naturam; eorū verò quæ nō naturalia tantum vocantur, indifferens seu ambiguum esse genus: quia euenit vnū quodq; eorum, nunc bonū, nunc malū esse ægrotanti: neutrum cum sit per se, ac semper. Esse itaq; duos præcipuos scopos, robur facultatis & morbum, ab his indicari præcipuè omnium circa ægrotantem agendorum naturā, & magnitudinem altero petente, & altero permitte: reliqua verò omnia quæ medicus cōsiderare debet, de quocunq; remedio cōsultetur, indicationem habere petentē aut prohibentē: considerari verò debere quamplurima, nam & naturam, seu temperiem naturalem hominis cuiusque, & omnium in eo partium principium, aut etiam nō principium, si tamen affectæ sint, & ætatem & cōsuetudinem, seu mores & partis affectū, præter temperiem, etiam actionē, dignitatem, sitū, magnitudinem, figuram, & sensum, & proprietatē: externa etiam omnia, à quibus homo neces

Lib. de flatibus.

fario afficitur, ut tempus anni & regionē, & constitutionem præsentem, seu morbos qui tunc grassantur. Nam & in talibus quædam aguntur à medicis libèter, ut vtilia, quædam vitantur, ut periculosa. Cùm tam multa sint, quæ in curatione indicationē habēt, & nihil eorum contemni omnino debeat, si modo curatio exacta futura sit, quin vel minimum eorum aliquid curationi adijciat, aut detrahat, curatioq; exacta, omnium indicationū, maiorum & minorum, similium & contrariarum concursione exurgat, constat, primum, nullū medicorum, ne si Æsculapius huc redeat, posse exactē, & ad amulsim curationē perfectam instituire. Quia tam multarum rerum, necesse est alicuius ignorari naturam, aut intensionē magnitudinē. Nullo autem horum ignorato supputatio auxiliorū talium & tantorum agi potest. Porro, si nō iā homo, sed angelus quilibet curandorū morborum curam gereret, qui, ut naturalium omnium gnarus, exactē mederetur, is certē nunquam, neq; per annorū myriadas bis eidem medicamento manum admoueret, nulla, neque speciei, neq; intensionis, neq; modi, neq; occasionis vtendi, mutatione facta. Variarēt enim curationes, ut ipsi ægotantium status, hi verò non hominis vniuersim, sed singulorum. Singularium verò conditiones omnes, nunquam in diuersis eadem sunt. Quam igitur deficient ab exactis nostræ curationes, id maximè indicat, quòd ad eadē ferè semper deouluimur, habentes medicamenta in numero, atq; ex commentario omnia disponentes. Id quod tanto quisque magis facit, quāto methodi est minus gnarus. Nam qui hanc tenent magis operantur pro re præsentis, scientes singularia, neq; in commentariis inueniri, neque in scholis doceri posse. Igitur qui nihil ignoraret, eorum quæ circa ægotantem sunt, & methodum curandi perfectè calleret, & materia abundaret, hic haud dubiè præstaret, quantum si ipsa per se medicina operaretur. Materiam quidem ipsa terrarum natura suppeditat, & vbi quid deest pro re præsentis, methodus componendi, ex quibuscunq; supplere potest. Quam proinde callere debet qui medendi arte rectè sit vsurus. Nam ad artificem quæcunque spectat propriæ materiæ cognitio & præparatio. Velut ad nauis edificatorem ligna deligere, ferrare, ac dolare. Hæc autem methodus, etsi cum ea, quam pertractamus, est valde coniuncta, disci debet seorsum, ante hanc: traditaque est à plerisque veterum, & recentiorum multis & à me alibi. Ignorare verò aliquid eorū quæ ad curationem perfectè obeundam spectant, omnino videtur necessariū, etsi eo qui curatur tota vita sit medicus vsus familiarissimè, nedum si ad incognitum ante hominem, ita ut sit, sit accersitus. Optimum igitur esset, si quidem fieri posset, ut medicus natu-

A ram ægroti, & omnium in eo partium, atq; morbi essentiam, & causas omnes agnosceret, & circumstantia omnia circumspiceret. Quoniam autem id non fert humana conditio, opus etiam est meditari, quibus cautionibus uti possimus cùm quid ignoratur, quòd, si non optimè, tamē non omnino pessimè curatur ægotus. Atq; primum omnium ponatur ignorari ipsum morbum, quia id videtur maximè antiquos à curatione deterruisse, dicente Hipp. curari non posse morbos nisi cognoscantur, Auicenna etiam, cuius hæc sunt verba. Et scias, quòd non est tibi possibile curare febrem nisi cognoueris eam. Mihi autē videtur, multorum affectuum esse ad eò difficile cognitionem, ut si nulla ratio inueniatur inchoadæ curationis ante cognitionem certam, sit optima occasio plerunque necessario peritura, cū præcipuè ea ad eò præcepta sit. Multo ergo melius agetur cum ægotantibus, si nondum cognitis morbis utcunque curentur, quàm si vsque dum cogniti sint sine omni medela destituantur. Rationē ergo dictam oportet inuestigemus, ea verò non aliunde melius inueniri potest, quam ex causa, qua multi morbi difficile agnoscutur, nulla autem alia est, quàm quòd difficile agnoscentur ab alijs: quæ autem difficile agnoscentur, nulla alia causa est, quàm similitudo. tanto enim res omnes habent faciliorem agnoscionem, quanto plus differunt. Nullus enim dubitet, neque perquirat, an is qui sese offert morbus, sit podagra, an phrenitis: quia nihil ferè his est commune præter rationem morbi. Tamē dubitant, immo ignorauit. Ipse Galenus, non in alio, sed in semetipso, esset nephritis, an dolor colicus. Aliquando etiam latere potest, si vera pleuritis an dolor lateris spurius. Nam & hanc difficultatem iussit Hippocrates tentando superare. Nam

E neque ille, neque hic, in hæsitacione nihil egit, sed ille clystere, hic fomentis vsus est. Curabat itaque vterque morbum, quem non agnoscebat. Neque mirum. Nam, ut dictum est, semper versatur dubitatio inter morbos similes. Tales verò non habent dissimilē curationem. Nam contraria similibus, similia sint, necesse est: atque ad eò omnino, possunt esse contraria diuersis, non quæ diuersa sunt, sed secundum id, quòd habet commune. Verbi gratia, pleuritis & peripneumonia diuersi sunt morbi, habent tamen communia esse inflammationes internas, & magnos morbos, ob vtrumq; autem horum mitti debet sanguis. Stultus ergo sit, qui dubitas sit ne homo pleuriticus an peripneumonicus, non iubeat mox mitti sanguinem, perseueretq; mittendo si vires ferant, vsq; dum sentiat fluxionē cessare, in quancunq; dictarum partium fiat. Nimirum id auxilium indicatum est illi non ab eo, q; ignorat, sed ab eo, q; agnoscit, Non enim mittitur, quia mem-

4. detrat. vict.

Lib. 2. de locis eff. cap. 5.

lib. 2. acutorū principio.

brana.

brana lateris affecta est, aut quia pulmo: sed quia affectio est magna, & in inflammatione interna habet essentia. Tota igitur methodus curandi, cum quid ignoratur eorum que videtur scitu necessaria, est, sequi indicationes eorum que sciuntur; ob id autem quod ignoratur nihil agere, vsquedum dissidentibus magis signis, illud quoque incipiat apparere. Ita enim est natura comparatum (quod maximum humanæ debilitatis solatium est) ut cum diuersa curatione incipit esse opus, incipiant indicia dissidere. Nam dum nondum apparet, ad renem, an ad colum pertineat affectio, nihil obest dubitatio. Nam eadem sunt in initio vtriusque mali remedia. Puta clysteres, vomitiones, fomenta, & tenuis victus. Cum vero iam opus est, ad diuretica diuertere in nephritico & in colico ad vacuata vitream pituitam & theriacæ, similesue medicamenti usum. ipsa iam mutatio urinæ, quæ ex tenui incipit fieri crassa, turbida, & sabulosa, indicat nephritim: deiectio bubulæ similis, quæ citra urinæ mutationem apparet, indicat coli affectionem; aut vtraque simul procedentia, indicat affectionem vtramque. Complicatur enim reuera sepius hæc duo mala, & à quocumque incipitur, solet in alterum finire. Illa igitur priora remedia aguntur ante exactam dignotionem illorum morborum, quia non indicantur ab eo quod cupiam eorum proprium sit, sed ab ijs quæ vtrique communia. Nimirum vterque affert ventriculum in compassione, ob quam vomitu vitimur, & supprimit ventrem, cuius gratia vitimur clysteribus. Vterque etiam affert dolorem ingentem, quem volumus fomentis mitigare, aut etiam cucurbitulis. Nihil autem horum que aguntur ob communia pathemata, potest obesse ei quod est proprium. Nam siue causa incumbat in renem siue in colum, recte reuelitur vomitu, & deriuatur clystere, & discutitur fomentis laxatur, mitigaturque pars. Læderet sane diuretica, si esset morbus colicus, quia deriuarent materiam in vias angustiores, proinde ab illis quidem abstinemus vsque dum res aperte se indicat. Neque ea cunctatio quidpiam obest, quia etsi nephritis esset à principio reuelata, abstinemus à diureticis, donec totum corpus, aut saltem aluus à communibus excrementis vacuaretur. Ita quoque cum dolor obsidet latera, neque adhuc febris cum tussis fatigat, dubij quo sit res euasura, an in veram pleuritidem, an dolorem ex flatu, aut crudis succis, vitimur fomentis anodinis, que petuntur ab eo que apparet, & vtrique affectui commune est, puta à dolore, abstinemus vero à missione sanguinis, quæ à vera pleuritide expeteretur vsque dum crescens ea se indicet. Atque neque hic cunctatio quidquam obest. Nam ne si sciremus verè initium pleuritidis veræ esse, alienum esset tentare, dum tam exigua est, an solis fomentis possit dif-

cuti, atque ita quidem fecit Hipp. tentans fomentis non tantum dignoscere, sed etiam curare, si aut ex solo flatu esset; aut etiam ex inflammatione, adeo vero exigua, ut maiori remedio non indigeret. Magna enim remedia à nullis morbis expetuntur nisi adiuncta magnitudine. En igitur alia regula agendæ curationis, cum laet essentia morbi. Animaduertere ea quæ manifesta sunt, considerare que quot & quibus morbis ea possint esse communia (constat vero medicum, etsi presentem non agnoscat, differentiarum morborum debere esse peritum) mox meditari, quæ essent cuique illorum propria, quæ que indicarentur à proprijs illis, si essent conspicua, & quæ indicentur à communibus his, quæ apparent. Agere ergo hæc, & illa tantisper ommittere, donec morbi species innotescat. Fieri enim non potest, quin res quæ cūque crescendo, notior fiat. Velut scilicet, herbulæ, quæ mox ac terra incipiunt emergere, adeo exiguam habent differentiam, ut peritis etiam herbarijs videantur eadem, ut peritum autem, ita & dissident, ut cum iam caules, ramos, & semen protulerunt, nulli peritorum non constet, quæ sit earum quæuis, sed neque imperitorum vllum lateat esse diuersas. Perinde accedit in morbis. Quapropter non adeo oportet terreri vulgares, cum vident medicos de morbi essentia dissentire, neque putare de ægroto iam esse actum. Sepe enim fit, ut sine vilo eius malo, de morbo dubitetur. Nam iuxta superiores methodos (quorum, ad ea quæ modo dicuntur oportet meminisse) ea quæ dicantur à communibus, priora esse debent ijs, quæ à proprijs; & vltima omnium indicationum in executione est, quæ præstat ab ipsa morbi essentia. Sed hæc rursum illustremus. Indicatum est in alijs tractationibus, neque ab eisdem, neque eodem modo cognosci morbi essentiam, magnitudinem, & acutiem. Sed essentia, signis proprijs, quæ vocat pathognomonica: magnitudinem, magnitudine horum; acutiem, crebritate paroxysmorum, & cito aduentu laborum. Ab acutie non potest abesse magnitudo, quia acuties coniungit magnitudinem cum celeri periculo. Fieri igitur potest, ut agnoscentes ægroto teneri febre magna, specie eius vltimam ignoremus, videaturque alij hemitritus, exempli gratia, alij tertiana duplex ex continuarum genere. Iam vero virtute alium de cognosci, quam morbi speciem, ac proinde de hac incognita, cognosci posse, non est dubium. Cum virtus non de finiat relatione ad morbum, sed cognoscatur ex firmitudine actionum. Cum igitur constare possit, morbum esse magnum, & virtutem constare, etsi speciem & propriam formam morbi non agnoscat, iubebit medicus sanguinem mitti, si illa videri a desse. Certum enim est in morbo magno, quicumque is sit, deesse non posse,

1. Aph. 7.

quod id auxilium postulet, nisi vires desint. Iam verò si dolorum & anxietatù creber reditus, & celeriter in crescentes molestiæ indicant acutiem, constat extenuandum esse victum, atque tanto plus, quanto id fiet magis, dicente Hippocrate, Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & statim tenuissimo victu agendum est: vbi verò nō, sed pleniori vti licet victu, tanto concedendum plus, quanto morbus extremis est mollior. Itaq; ex cōstitutione accipitur extenuandi victus indicatio, vt & tardandæ ac prope randæ (vt antea dictum est) curationis. Cōstitutio verò potest agnosci ignorata febris specie, quia multis morbis potest esse eadē cōstitutio. Iubebit igitur tunc temporis medicus extenuari victum, & mitti sanguinē, idque cito agi, ne remediū præueniant pericula. Quod si interim dolore aliquo prosternitur, aut dormire nō potest ægrotus, quis dubitet an odinis occurrere, & somnū inducētibus? Iam verò ventrē clystere mollire, si dura sit? in partes humiles reuocare, fricando, si raptus in caput sunt villæ notæ, quid prohibet quæcunq; tandē febris species sit? nimirum hæc omnia petuntur ab ijs quæ apparēt, & omnibus morbis, quorum potest suspitio esse, sunt cōmunia, & nihil eorum, quæ ita agentur, ad quiddā eorū quæ latent, potest esse nocuum. Merito ergo euenit non raro, vt medici docti, de morbo dissentientes, de remedijs consentiant. Quod vero de ignoto morbo diximus, hoc idē de ignorata causa, aut affecta parte intelligendum est, ac de re alia quacunq; de qua dubitetur, alijs cognitis. Omnia enim ignorari impossibile est, cum quamplurima sint sensui euidētia. Proponatur quis, qui sine sensu cadat, & cum totius corporis & artuum cōcussione, & spuma circa os ortā, excitetur. Haud dubiè epilepsia cognoscetur laborare: non tamē mox cōstabit ex pituita, an ex melāchlico succo pendeat, sit intra ipsum cerebrum pars mittēs, & recipiens, an veniat à ventriculo, an ab vtero, an vlla alia parte. Hæc omnia perquirenda sedulo sunt, sed dū non satis liquēt, nihil prohibet communium & euidētium se qui indicationes. Cōmune enim cum sit omni epilepsiæ, siue ex pituita, siue ex melācholia, siue hinc, siue illinc nascantur, cerebri ventriculos fluxionē recipere, & obstrui, & corpus à casu periclitari, & cōcussione lædi. Cōmune etiā est omni epilepsiæ causæ, siue ad crudorū, siue ad nigrorum vergat naturam, esse crassæ. Igitur extenuantibus vti, victu & medicamentis, & reuellerè à cerebro, fricando artus & in ipso paroxysmo, excitandi citius causa, ligare & vellicare nihil prohibet; neque sane, si multitudinis notæ in corpore sint, mittere sanguinem: neq; si diutius dureret dubitatio, vt medicamentò expurganti. Si autem medicamentum commune omni-

bus crassis velut mixtum ex phlegmagogo & melancholegogo. Fere enim semper vtrorumq; in talib. est redundantia, atq; tūc maximè illud est verisimile, cum neutrorū species satis apparēt. Nam quæ impermixta sunt & syncera, cōspicua etiā sunt. Haud dubiè igitur agenda sunt multa ante omnium integram cognitionem. Id verò manifestum est, liquidem à iuuantibus & nocentibus. frequēs est argumentum ad cognitionem eorum de quibus dubitatur. Si enim omnē curationē antecederet cognitio perfecta, nullatenus posset morbus, neq; aliud quippiā ad ipsum pertinens, curatione argui. Tentamus verò non raro, medicorum omnium consilio, atq; aliquando totā curationem transferimus in contrarium, nunc calida, nunc frigida adhibētes, vt videamus quibus maxime cedat affectio, & morbi speciem & causam; denique id de quo dubitatur, indicet ipsa curatio. Nō tamen id omninō temere & incautē facere debemus, sed meminisse illius Hippocraticæ sententiæ: In hoc re exerceto circa morbos, vt profis, aut non noceas. Id consequeris, si cū in re dubia aliquid tentando facis, id tamen non ad eò vehemēs sit, vt cū te coniectura fefellerit, egrotus plurimum lædatur, fueritq; tentatio periculosa, sed talis, vt liceat sine dāno gradum reuocare. Scio nō de futuro, quibus videar, cum rationali viā insistere cœperim, nunc ad veterum methodicorum dogma, atq; ad empiriam diuertisse. Methodici enim qui ex Tessalo fluxerūt per communitatem, pcedentes, essentiæ morbi & occultorum omnium curam deponebant. Empyricorum verò est, ab ipsis experimentis accipere argumenta. Ego quidem nihil minus volo, q̄ occultorum curam deponi. Immo verò dixi, ac indicaui, exactam curationē esse nullam posse, nisi omnia quæ habent indicationē, p̄specta ac cognita sint. Sed quia p̄specta omninō esse non possunt, methodum inueni, & eam quidē ab ipsa ratione profectam, qua possimus vbi qd latet, non omninō hæere, sed p̄ hominis salute non pauca agere. Neq; verò negari potest, alteram medicinæ partē experiētiā esse, neq; eius difficultates methodo indigere. Vrinam non omnes methodicorum & empiricorum libri concidissent. Non dubito quin aliquando ab illis plurimum iuuaremur, vbi aliquando ratio deficit. Erunt etiā qui dicant hanc methodum nō esse necessariā, nisi indoctis, quibus ignorandum aliquid sit, se verò nullam eorū, quæ ad artem pertinent ferre velle ignorantiam. Ne ego quidem pati vellē, agnosco verò humanam conditionē, & consulo meæ ruditati, quam tñ non inde agnosco, quod meam confiteor ignorantiam. Nam nouum nō est pusilla ingenia nullam ignorantie notā posse sustinere: neq; nullis magis videri omnia conspicua, quam ignorantissimis. Mihi sane

is vide-

C. Hus. lib. 8 cap. 4.

is videtur prudentissimus, qui inter stultam insolentiam dogmaticorum, & stupidam Pyrrhonicorum hesitationem incedit medius. Dicere igitur ex re fuit quomodo nos debeamus gerere, si quando omnia circa ægrotantem conspicua sunt, & cum quædam illorum latet.

LIBER QVARTVS.

CAP. I.

DE indicationibus remediorum tribus libris superioribus dictum est. Sola supersunt quæ spectant ad occasiones in quibus maxima curationis pars est sita. Tamen enim dictum est utendum contrariis auxilijs, non ita accipiendum, quasi nunquam cessandum ab admotione eorum sit, ut faciunt vulgares medici, qui cum nouam non faciunt syngrapham, erubescunt, cum tamen, ut mihi videtur, maioris artis sit, cessare cum expedit, quam facere etiã opportuna. Quia arbitror, maioris periculi est, cum cessandum est, facere quam cum faciendum cessare. Hoc enim modo naturæ committitur, illo naturæ repugnatur, ut antea, de indicationibus, quæ accipiuntur à morbi constitutione diximus. Cum ergo sint occasiones quædam faciendi, quædam cessandi, quod Hipp. his verbis dixit. In adhibitione contraria adhibere & quiescere, dicendum, quæ sint occasiones curandi, & quæ abstinendi à curationibus. In qua questione eo libentius immorabor, quo magis video in utramque partem medicos peccare, alios quidem nullum non semper mouentes lapidem, omniaque agere perturbate, aut etiam præposterè: alios, in ijs etiam quæ sunt peropportuna, negligentes: partim prætextu methodi, partim nugaci naturæ commendatione, cum tamen neutrum sit agendum nimis, neque instandum inquam, auxilijs continenter, neque deferenda natura, cum aliquid opis afferre potest ars. Est autem hæc consultatio duplex, prima pertinet ad opportunitatem suscipiendæ curationis simpliciter, altera ad opportunitatem singulorum remediorum. Nam sunt quidam morborum apparatus, aut morbi quidem, sed longi, pro quorum curatione licet tibi eligere, non horas & dies solum, sed & menses. Acuti enim, aut omnino breues, tunc curantur necessario, cum incidunt. Ad alias curationes laudatur maximè ver, si succi crassi sint, incipiens, si tenues, desinens (est autem ver quod inter æquinoctium & ortum Pleyadum interest) post hoc autumnus, pro tenuibus incipiens, pro crassis, desinens. Desinitur autem totus autumnus ortu Arcturi, & occasu Pleyadum. Vituperat verò Hippocrates quinquaginta dies circa caniculam, & viginti circa singula solstitia & æquinoctia, decem ante, & totidem post, & ipsos ortus &

1. Epid.
sect. 19.

Lib. de medicam. expurgantibus, & de acre, aquis & locis.

A occasus Pleyadum & Arcturi. Plerique vitant dies omnes coniunctionum & oppositionum lunæ. Alij addunt superstitioni multos alios aspectus infelices. Quos omnes constat in his diebus non inuituros curationes, & inuiturum facturos intermissionem. Mihi medicum magis, & prudens consilium esse videtur, cauere magnas & varias temporum intemperies, astrorum cura deposita. Neque sane puto veres illos medicos astra nominasse, nisi ut mutationum temporum signa, caniculam, æstus fortis, Arcturum, & Pleyadas: & quatuor puncta Zodiaci, repentinarum mutationum. Ipsas ergo mutationes aeris, licet medico pro se obseruare, easque solas putare esse sue artis. Lunæ illos aspectus tunc solum caueo, cum facere aut differre auxilia, nihil interest: hoc solum tribuens aliorum opinioni, quam alibi vocavi minimam indicationum. Atque de prima consultatione hætenus.

Lib. 7. controu. c. 18.

CAP. II.

ALtera, non iam ad tempora anni spectat sed ad morbos qui necessario curantur cum incidunt, aut, ut melius dicam, ad ipsas quæ iam aguntur, curationes. Est ergo delectus temporum morbi, tum vniuersalium, tum particularium, & dierum etiam morbi, siue indicatorij sint, siue secus, in quibus agendum aut cessandum: vel agendum, hoc aut illud est: & horarum accommodatissimarum curationibus vniuersim, & singulis auxilijs. De temporibus quidem vniuersalibus morbi, rectè dictum est ab Hippocrate, morbis inchoantibus, si quid videtur mouendum moue, elapso verò principio, euntibusque morbis in vigorem, ac multo magis in ipso vigore, melius est quiescere agere, in inclinatione autem rursus studendum est euacuationi eorum quæ supersunt: postremò attemperati, quia quæ relinquuntur in morbis reciduas facere cōsueuerunt. Itaque magna ex parte curationes circa initia & fines agendæ sunt, cum, scilicet, vitia sunt minora, & maiores vires. Id quod de euacuationibus, quæ maxima pars medicinalis operæ est, verissime dicitur. Nam tunc maximè opus est quiete, cum & concoctione, tunc verò maximè mouere licet, cum aut aggressa concoctionem natura non est, ut in principio, aut iam perfecit, ut in inclinatione. Accedit quod in initio, quia nondum sunt apprehensi, vacillant succi: in inclinatione ipsa natura ad expulsionem conuertitur, quare melius euacuabuntur natura pellente, aut alio qui agitati. Atque cum sint duæ maximæ euacuationes, missio sanguinis & expurgatio: illa in principio locum habet multo magis, in vilo alio tempore. quia tollendæ multitudinis indicatio primò locum habet in morbis pendentibus ex materia, atque quo citius agitur, eo melius anteuerit pericula. Ad hæc

2. Aph. 29.

2. Aph. 12.

Lib. 2. c. 10.

Celsus, dictum sit, non esse ultra quartum se-
candam venam, atque adeo ab Auicenna se-
mel dimissam sectione, non esse amplius sus-
cipiendam: vtrunque verò errore. Nam et si
in principio maximè est amanda sanguinis
missio, non est tamen ab alijs temporibus, si
adhuc necessitas incidat, reijcienda, & ipsum
principium in paucis morbis non produci-
tur ultra quartum diem, atq; in ipsa inclina-
tione vniuersali morbi nonnunquam vtili-
ter suscipitur pro auxilio attemperante visce-
ra, nedum in incremento & summo vigore,
cum aliquando dictorum aliquid est. Tamè,
vt in summa dixerim, missio sanguinis quã-
to maturior, tanto vtilior, ac proinde in prin-
cipio prima & maxima eius occasio est. Qua
propter errant quam maximè, qui curatio-
nes semper inchoant à purgatione, hancque
missioni sanguinis præponere student, leui
quacunque suspitione cruditatum. Certè
verissimum est, crudorum abundantiam
in ventre impedimento esse missioni sangui-
nis: quia à recens inanis venis rapiuntur
inde, rapta verò, aut in angustas impingen-
tia vias, obstructiones viscerum faciunt, aut
in latiores etiam deducta totum corpus cru-
dis replent, & viciant sanguinem, aut faciunt
vtrunq; Oportet verò haud dubiè hæc co-
qui aut vacuari, antequam mittatur sanguis.
Qua causa illi, nulla alia ratione fidentes fie-
ri posse vt cruda à ventre absint, semper ante
missionem sanguinis expurgant. Cùm tamè
Hippocrati in facierate manifesta videretur
satis diem vnum sine cibo transigere, aut cly-
stere vti. Vnde alij se è iam omnes, nunquam
non vnam aut duas horas ante missionem
sanguinis clystere intestina euacuare studet,
ne scilicet, tenuem fecum partes deductæ vi-
cient sanguinem. Quod etsi tolerabilius est,
quam purgatio totum corpus plenis adhuc
vasis, commouere tamen, præterquã quod,
vbi plena manifestè intestina non sentiuntur,
neque pondus in illis vllum est, frustra tenta-
tur, non caret noxa, atq; adeo aliquando ma-
xima. Multis enim à recens accepto medica-
mento nõ satis vacuatis, in ipsa missione san-
guinis turbatur aluus, & antè tepus animo
linquuntur, q; ipsam missionem impedit, &
vires plurimum exoluit. Qua causa ego, nisi
cum peculiaris manifesta que necessitas il-
lius incumbit, vt eum dictorum aliquid est,
tali clystere non vtor, atque si utendum est,
non prope ipsam missionem, sed multò an-
te: quò, scilicet, motus quem ciet, iam con-
quieuerit: cùm præcipue soleat sola ipsa san-
guinis missio succos corporis commouere,
qui non raro sponte in ventrem feruntur. Is
ergo motus accedens priori, quem clyster ci-
uerat, sit nimius, & ante finitam missionem
sanguinis, dicta affert pericula. Quapropter
ego multo consultius puto, vbi facultatis de-
bilis nõ obstat, mox à missione sanguinis

A clystere vti, quo, re iam circa missionem be-
ne gesta, quod per eam motum exagitatũq;
est, trahatur in intestina, per quæ & euacue-
tur. Quod sæpe vidimus adeo feliciter cede-
re, vt vacuatus simul & expurgatus sine phar-
maco homo sit. Constet autè virtus. Si enim
neque grauata manifestè intestina sint, neq;
virtus abundè firma, nullo, neque ante, neq;
post, clystere vtar, sola missione sanguinis ea
die contentus. Sed redeamus ad illos, quo-
rum gratia huc diuertimus. Illi ipsi, expur-
gatores inquam, quibus nihil aliud in men-
te subit, quàm vitiosa corpore pellere, quasi
manu ageretur, neque obstaret quippiam,
non contenti sua illa minoratiua, nunquam
dimittenda expurgatione, quam in ipso li-
mine curationis perpetuo moliuntur, om-
ni morbi tempore, quin & singulis diebus
purganti medicamento vterentur, si vellet
ægrotus parere, singulis diebus, nulla con-
coctionis, neque alterius præparationis ra-
tione habita. Nimirum hi omnia, quæ de
concoctione philosophati sunt veteres, cen-
sent meras nugas. Tantum spectant quæ vè-
tre exeunt, eaque quo sunt deteriora, eo me-
lius actum cum ægroto putat, cùm interim
plurimorum corpora colliquant. Hi sanè
ferendi non sunt. Sed neque illi non er-
rant, quibus adeo opportunum videtur sem-
per sanguinem mittere, vt mittendi nullum
finem faciant, & neque purgationi, neque
alijs remedijs locum vllum dent. Speciei hu-
moris nullam rationem habent. Facultatem
nunquam deesse iudicant. Neque vllum in-
commodum ab ea euacuatione timet, cùm
tamen possint accidere plurima. Facile sanè
concesserint venæ sectionem esse optimum
omnium auxiliorum, quibus medici vtuntur.
Est enim valētissimum, & maximè præ-
sentaneum, & multiplex. Dico autem mul-
tiplex, quia & vacuans, & renellens, & refri-
gerans, & venas laxans, & omnem transpi-
ratum augens, quam ob causam (vt nuper
aliorum dictum est, & à Galeno valde cele-
bratũ) in nullo magno morbo nõ est oppor-
tunũ, si vires ferunt, & puerilis ætas non ob-
stat; ob hanc enim solam aliquando dimitti-
tur, quia talium substantia dissipatur facile,
& quia insensibilis euacuatio vicem missio-
nis sanguinis supplet. Has ob causas Gale-
nus scopos certissimos mittendi sanguinis
esse dicit, magnitudinem morbi, robur vi-
rium, & florentem ætatem: seu duo illa prio-
ra, præter puerilem ætatem. Nam senilis
ob debilitatem solùm excluditur. Multis sanè
difficile videtur esse hoc. Siquidem vide-
tur consequens, mitti rectè semper in omni
morbo magno, vsque dum debilitas prohi-
beat. Non videtur autem omnes morbi ma-
gni æqualem fusionem sanguinis petere, sed
alij maiorem, alij minorem ob differentiam
temporis & loci, ac multo magis consuetu-
dinis.

1. de ratio-
ne vict. a-
cut 41. &
436.

4. de viti-
acut. com.
19. & lib. de
sanguin.
mill.

lib. 7. con-
uersionis
num. 7. 3.

ditis. Quis enim non, morbis & viribus æ-
qualibus, mittat audacius in morbo ex lan-
guine, quam ex lyncera bile aut pituita? &
natura calida & humida, quam frigida & sic-
ca? & homine consueto huic euacuationi,
quàm eo cui nunquam antea missus sit? &
vere quàm hyeme aut æstate, & Valentia v-
bi est hyems semper similis veri, quam in
Delo aut Scythia? ob hæc ego alibi, recipiens
hos Galeni scopos, indicavi, perpetuos sane
esse, & vitales, si vt oportet explicentur, non
tamen indicare per se, sed ex accidenti (hanc
autem nunc metho dum ex indicationibus
per se volumus texere, quia per tales magis
monstratorie proceditur) quod si ex acci-
denti indicant, coniungi debet in praxi cum
ijs, quæ indicant per se, vt cum fluxione, ple-
thora, aut ardore ingenti, aut alijs eiusmodi.
Sunt enim quamplurima, quæ per se mis-
sionem sanguinis petunt: quia vt dixi, vile
est id remedium ad quamplurima, vixque
potest in vilo morbo magno non esse ali-
quid, cuius gratia vile sit. Est nihilominus
tenendus aliquis modus, nam quæ eum
excidit missio sanguinis, virtutem plus etiã
quàm vlla alia euacuatio debilitat, crudorũ
succorum copiam auget, aufert concoctio-
nes non aliter ac si quis carnibus elixandis
subtrahat ignem: vnde morbos producit, &
prolixas facit conualescentias, cachexias af-
fert, ac hydropas, nisi tamen citius, præ de-
bilitate, exoluti viribus ægroti moriantur.
Plurimis imponit missio sanguinis in diem
rectè tolerata. Cum tamen non id videndũ
sit, an statim à missione sanguinis sit egrotus
defecturus, sed an eo misso, sit ad ferendum
totum morbum, & tempestiuè, ac sine diu-
turnis noxis conualescendum, suffecturus.
Igitur à missione sanguinis duo illa timen-
da sunt præcipuè, debilitas, & concoctio-
nis impedimentum. Debilitas quidem, quia
multorum spirituum exolutio per eam fit;
incoctio autem, quia naturali calore & hu-
more concoctiones aguntur, quæ omnium
maximè sanguis fouet. Id autem ita esse a-
pèrtè intelliges, considerans, quæ partibus,
in quibus suppurationem molimur, contin-
gunt. Ea enim alteratio similima est conco-
ctioni, quam in materia putridarum febriliũ
expectamus, nisi omninò est eadem. At verò
nullus chirurgus ignorat, vt promoueat
suppuratio, conuocandum esse sanguinem
ad partem, nisi satis affluat: quia calorem &
humorem suppuratio desiderat. Merito igitur
missio sanguinis in initio probatur ma-
ximè, dum scilicet neque debilitatæ vires
sunt, neque concoctiones inchoatæ. Neq; ta-
men proinde nego in alijs etiam temporib.
esse tentandam, si aut non sit satis antea mis-
sum, aut noua incidat necessitas, cum præci-
puè quædam eius utilitates ad alia potius tẽ-
pora vocent. Nam ad refrigerandum corpo-

ris habitum in ipsa febris vehemètia agitur,
& augendæ ventilationis gratia, in tardis &
lentis remissionib. aliquando. Sed id solum
dixi, iudicauiq; familiarem magis esse prin-
cipio morbi eam euacuationem, quam alijs
temporibus, maturandumque, quoad fieri
possit, vacuare quantum res presens exigat.
Expurgatio maximè familiaris est morborũ
fini: familiaris etiam principio; & si minus,
minimè verò temporibus quæ interfunt, in-
cremento dico, & vigori. Nam cum expur-
gandum non sit. Hippocrate autore, nisi co-
cta aut turgentia, cocta verò esse non soleant
ante vigorem, turgere rarò eueniat nisi ini-
tijs acutorum, cum nõdũ firmati succi sunt;
constat expurgationem his tẽporibus agen-
dam, alijs verò minime, cum soli concoctio-
ni est studendum. Est quidem hæc forma re-
gularis curationis, non tamen proinde nun-
quam est aliter agendum. Nam vt antea etiã
diximus, scopus vrgentiẽ omnẽ interturbat
ordinem, & omnibus alijs debet anteferri.
Quæ maximè causa est vt nullũ inuiolabile
præceptum in hac arte sit, neq; vlla perpetua
formula. Rectè quidem ac methodicè dictũ
est, non esse expurgandum ante coctionem,
citra turgentiam. Sed quid si pro virium ra-
tione, & quantum hæc morbi & succi spe-
cies fert, vacuatum sit sanguinis, & succi nõ
turgeant, tamè vitiosorum vrgeat copia, aut
malignæ qualitatũ suspitio immineat? Alij
propensiores sunt ad mittendum amplius
sanguinem, etiam cum periculo, idq; mino-
ris temeritatis esse putant, quàm nondum
concocta expurgare. Alij cauantes vrgentiã,
malunt periclitari expurgando: quia expur-
gatio, si bene cesserit, cacochimie melius oc-
curret, quàm sanguinis missio. Alij rursus,
hoc non negantes, tñ bene posse eam expur-
gationem cedere, desperant. Cur aut id fieri
non possit, nullam afferunt, neq; verò afferre
possunt, monstrationem (desiderabat verò
hanc aded obstinata sententia) causari enim
dictum esse ab Hipp. non mouenda cruda,
& à Galen. innumera alia in eadem senten-
tiam, hominum est rudiorum, qui aliorũ di-
ctis mordicus, sine vilo iudicio, addicti sunt:
aut infantium, quibus assertio ipsa pro causa
est: neque verò eos, qui aliter dicent, intelli-
gas summis illis autorib. refragari velle. Ne-
que autorum enim, neq; regularum autori-
tati detrahunt idoneæ exceptiones. Quid e-
nim est perpetuum in rebus humanis? quid
non aliter fieri potest, quam frequenter fiat?
quid apertius Hipp. affirmavit, quàm vtero
gerentes misso sanguine abortire, non itaq;
talib. esse secandam venam? quid Gal. magis
prohibuit, quam pueris secare antè decimũ
quartum? Nullus tamen medicus aded iam
inexpertus est, vt ignoret, in infantibus etiam
aliquando vtilissimè secari, & vtero gerenti-
bus, nõ solum ob alias occasiones, sed ob ip-
s

1. Aph. 22.

4 Aph. ar.
lib. sangui-
missione.

sim solam prægnationem, non rarone, scilicet abortiant: cum sint nõ pauca quæ nulla alia ratione possint præleruari, utpote quib. multitudine abortienti causa est. Vtrum horu dicitur asseuerantius, cocta medicari oportet, an in accessionibus abstinere oportet? an nõ idem autor est, & æqualis asseueratio? nullus tamé dubitat, siccis & calidis naturis, picrocholis maximè in ipsa inuasione, atq; adeo omni paroxyfmi tempore dari posse cibum vtiliter, atq; alijs quibus vis necessario, periclitante virtute. Quid ergo fecit vnicum illud præceptum irrefragabile? Nihil certè nisi iatologoru ambitiosa garrulitas. Sed forte hi dicent, sibi satis esse grauisimorum autorum verbis hæere, illis verò qui exceptiones inferre velint, incumbere, eorum quæ dixerint, monstracionem. Quæritur itaque an vilo modo fieri possit, vt expurgatio ante coctionem, & citra turgentiam, bene cedat. Hic imprimis certabitur experimētis. Hi proferent sua, vidisseque se iurabunt haud dubie felicissima: illi negabunt se vidisse vlla, nisi infelicissima. hos ergo necesse est fateri, se aut plurimos tentando læsisse, aut nunquam, raroue tentasse, sed ob iuratam opinionè abstinuisse. Vtraque causa sunt indigni fide, præterquam quod iure sunt testimonia affirmantium quàm negantium, efficaciora. Attestari etiam ego his possum, sæpe me nondum cocta, neque verò turgentia felicissimo successu expurgasse, affuisseq; meorum præceptorum quibusdam, (nam alij repugnabant) perinde facientibus. Si sunt exēpla producenda est, vnum pro multis. Magnus Rex Philippus in ciuitate Pacensi per morbum vigesimum superauit, & ante nonum nullam habuit remissionem, pharmacum die quinta accepit, succis quidem non omninò firmatis, sed neq; turgentibus. Quo maximè auxilio (sit honor Deo) & ipse à morte, & tota Resp. Christiana à summo timore liberata est. Accepit verò die quinta, quia morb. vt plurimi perniciosorum solent, per dies pares manifestemouebatur. Habuit enim secundū grauiorem primo, quartum verò, sextū, & octauū difficillimos. De testimonijs igitur hætenus. Causæ requirantur, sine quib. nullius rei sciētia haberi potest. Si vt antea, cum de symptomatis ageremus, rectè monstratum est, posse esse (etsi plerunq; non sint) symptomaticas euacuationes vtilis, fit vt & expurgationes ante concoctionē tales esse possint. Si enim est, cū ipsa natura, nullo exterius prouocāte incocta vtiliter expellit, fit etiam, cum in id ipsum, q; sponte facit, prouocanti adminiculetur. Si verò sine auxilio potest vacuare vtiliter, possit etiam vtilius artis senties opē. Nihil enim ob stare pōt expurgationi ante concoctionem q; non est, ac multo magis obstat euacuationi symptomaticæ. Ne verò cuipiā hoc meū testimoniū

A erroris causa sit, quod ego nihil aliud, quàm impossibile non esse, ac proinde fieri posse dixi, indistinctè fieri debere intelligenti, res exigit, vt propolita hælitacione relumpta, ego meam sententiam aperiam, quidquæ faciendum sit aperte eloquar. Proponebatur egrotus, cui pro virium ratione & morbi ac lucci specie satis multū sanguinis esset extractū, neque vlla esset turgentia, tamen vitioforum vrgeret copia, & malignæ qualitatis immineret suspicio. Hoc casu ego dixerim, alias omnes conditiones status, quo ægrotus est, inspiciendas. Quod si eæ expurgationi repugnent, ab ea omninò abstinens, aut mittēdo sanguinem periclitabor, aut omnino neutrum faciendo, sed prospiciendo utcunq; facultati, & solis vrens enematis aut glandib. Sin aut, etsi neq; concoctio, neq; turgētia sit, tamen aliæ conditiones non omninò deterent, tentabo quidem expurgare ob vrgentiam, atq; eo confidentius, quo conditiones quæ inuitant, erunt plures. Si enim fieri posse, vt tales purgationes prosint, & vt lædant, indicatum est: cōstat, ad artificem pertinere, in quocunq; singulari homine posse distinguere, an in hoc & nunc sit profutura expurgatio, an læsura, idq; per certas quasdam cōditiones, quas experimentū & ratio ostēderit, faciendū. Quæ sint ego hæ cōditiones, dicamus. In primis hypochōdria omni phlegmone libera. Nam si tentata inflammatione, medicamento quispiam soluere conetur, nihil de eo, quod intentum inflammatumque est adimet, sed phlegmonem augebit, colliquationem faciet, atq; inde mortem. Deinde febris moderata. Nam si ardente plurimū febre, detur medicamentū, carnes calidæ illud trahunt, & ita euacuatur nihil, sed augeatur febris & cacochymia. Maximè autē obstat insignis ardor capitis & spiritaliū, quia hæ partes, cum ardent, trahūt facile ad se omnia, & quæ medicamentum commouet, absorbent.

Obstat etiam maximè alui siccitas. Quia humores aliorum indicat inclinare, & metus est, ne commoti neque euacuati, sed rapti alio, maioris noxæ causa fiant. Magni etiam momenti est, peculiarem hominis naturam perpendere, & quæ de eo habētur experimenta. Quidam enim expurgātur facillimè, & sine symptomatis vllis, ac citra noxam, etsi purgētur passim. Quidā adeo sunt difficiles, vt etsi purgētur per opportune, corripiantur horrendis symptomatis, & ledantur in posterum manifestè. Si igitur quis horum sit, qui in hypothesi ponebatur, utcunq; periclitandū est potius, quàm expurgādo. Si vero sit quispiam eorum, qui facillè expurgētur, laboreq; febre putrida, cum malignitatis aliqua suspicione, iam scissa vena, bene vacuatus, turgentibus quidem & errabundos succos non habens, neque tamen omnino quic-

no quietos, sed velut fusos & in uentrem inclinantes, quod indicet murmur hypochondriorum, aut de iectio liquidior, duplex aut triplex per diem (hoc enim etiam ad excretionem non parum inuitat) ipsa que hypocōdria laxa, neque insigniter calentia sint, neque verò per totum habitum carnes ardeat, neq; tangēti ardor magnus occurrat in capite aut thorace, sed ea q̄ inest febris equaliter per corpus fusa sit, aut ad humiliores partes inclinet. Et si nondum adsit coctio, dabo medicamentum expurgās, quia quod adest, nō adeò obstat & quod timetur urget indicationem autem urgentiæ omnium esse primā di&u iam sæpe est. Si verò phlegmonosum aliquid subesse in ventre videatur, quantum uis cacochymiam timeā, medicamentum non dabo, periclitabor potius, etiam uirtute dubia, plus quam constitueram, mittere sanguinis Perinde faciam, si thorax aut caput, aut omnes carnes vehementer ardēt, nisi de uirtute magna desperatio sit. Si enim est, irrigabo caput oxyrrhodino, thoracem aut etiā totum habitum hydreleo, & potabo frigida. Scio hic obstrepent scoli, dicentes, hanc esse ultimam indicationem, atque omnium postremo esse ueniendum ad attemperatiōnem. Rectē sane, cum licet omnia prius facere, cum autem nō, quæ maximè urget, est omnium prima. Euenit enim attemperatis hac ratione partibus succedere alui fluxum, quo & indicationi à causa ex accidenti factū sit satis. Sin autem id non accidat, tamen sublato intemperiei magno illo excessu, qui obstat, licebit nobis ad expurgationem redire: & quamuis uideamur fecisse preposterè, fecerim⁹ tutius. Ita si is de quo loquimur ægrotus sicca admodum aluo sit, à medicamento expurgante abstinēbo, quantum uis timeam humorum naturā, nisi prius clysteribus mollibus (nam ad hanc rem acres nō faciunt, qui & noxas habent pharmacorū, & siccant potius aluum) & uis ciborum leuiū. ut prunorū emollitorū ex iure aut maluæ, aut etiam mercurialis, aut solius casia fistularis medullæ, aluus aliquantū emollita sit. Constat autem, quod si dictorū duo obtēt, aut plura, illis omnibus occurrendum est, an tequam detur pharmacū, ac si fieri possit simul. Velut si simul caput ardeat, & aluus siccata sit, simul emollienda aluus, & caput in

A vlla habet pro perpetuis & inuiolabilibus, methodicus dici potest, rationalis autē minime. Nā rationalis nō curat ex libello aut cōmentario, sed ut in re quauis exercitata ratio dicat, & nullis se legibus tāquam pragmaticis obligat. Velut nunc expurgandi duas occasiōes esse diximus, potiorem in inclinatione uniuersali, alteram verò tempore priorē morbis inchoantibus, nihilominus & alias occasiōes inuenimus, etsi non adeò legitimas, sed profectas ex urgentia. Atqui præter urgentiam nullam, dicta regula de coctione aut turgētia, exceptionem habet in morbis legitimæ, & uniuersalis constitutionis. Cuiusmodi esse solent acuti maximè. nam longi, hi præcipuè qui ex acutis decidunt, plerunque sunt difformes, ut non tam sit vnus simplexque morbus, quā multi & varij, alij post alios decurrētes per multos abscessus, & recidiuas. In talibus, neque curatio uniuersalis esse debet, neq; vnum habere ductum. Cū enim neque tota morbi materia vnum motum à principio ad finem subeat, neque ad vnā crīsim referuetur tota, sed multiplex variaque sit, & multiplices varios que motus subeat, neq; tēpora ita ægrotadi sunt simplicia, sed euenit, parte iam cocta, partē adhuc crudam esse, ac secundum alterū in initio hæere affectionem, secundū alterum inclinare. Vnde fit, ut sæpe medici de tempore uniuersali morbi altercentur, & ij, qui parum sunt in artis operibus exercitati, & eam, quā aut in auditorijs libris, aut à præceptoribus mente conceperunt ideā constitutionis morborum, & temporum uniuersalium, in omnibus ægrotis adamulsim uide re expectant, tū in plerisque fallantur, tū etiam remedijs rarò inueniant locū opportunum, ne rarò quidē, nisi in morbis suo genere simplicissimis & uniuersalibus, quales non sunt adeò multi. In ijs igitur qui multiplices sunt, & velut multorum morborum aggestione fiūt, aut etsi generis vnus, tamen ex materia adeò heterogenea pēdent, ut irregularis fiant cōstitutionis: curatio etiam debet esse talis. multiplex in quā aut difformis. Atque ita sæpe post expurgatiōnem rectē peractam, non sine ratione reditur ad mīssionem sanguinis, & cum studere concoctiōni cœperimus, rectē interponitur expurgatio, & cum nondum tota peracta est, interponitur attemperatio, si non quæ totum extinguat morbum, at quæ non sinat, dum medicus aliud agit, intemperiem in summū crecere. Usque adeò nihil inutilius, neque periculosius, quā vnā semper statamq; formulam obseruare, quā, parum circumspecti, & plurimorum ignari, methodum uocant, quæ tamen ea solum methodus est, & breuis uia, plus tamen satis est. Ars non potest in tam angusto contineri. Ratione opus est, quæ perlustrat omnia, nam ipsorum ca-

lium mira varietas est. Itaq; legitimam curationis febrium putridarum (nam de his præcipue nunc loquimur) præceptum est, inter initia, & cū nondum succi firmati putrescunt, quantum res exigit, mittere sanguinem, & expurgare: atque rursus in inclinatione, coctione iam peracta, & natura ad euacuationem conuerti incipiente, purgare per ventrem quidem, maximam & crassissimā partē excrementorū, postremò per vrinās reliqua. Atqui perinde faciendū, siue acuta affectio sit, siue longa, si modo constitutionē habeat regulārē. Tametsi iā diximus, rarius id accidere longius quā acutis, qui plerunq; longi ex multiformibus fiunt, & cum multorū membrorum, eorumq; valde differentiam læsione, vt sæpe sit potius multorum complicatio, q̄ vnus morbus; nō tamē adeò hoc semper fit, vt nō possit esse acutus valde simplex, vt certē multæ semitertianæ, & longus simplex, vt quarana, quæ ab initio inuadēs, per annū integrum est sui similis, ea solum differētia, quæ secundum eius tempora, vt quasdam etates morbi est. Igitur in acuto difformi variē, & in longo vniformi vniformiter curabis. In illo auxiliis instās, tentans que varia, vt ipsa instabūt, & variabunt mala (nā magnis magna, celeribus celeri, variis varia, vt extremis extrema curatione occurrēdum est) in hoc nihil magnum molies, sed si res ferat, per annum totum cōcoctionem oportūnā expurgationi, & reliquas post eā euacuationes expectās. Quid ergo? an inter euacuationes principij & inclinationis morbi regularis omnino est agēdum nihil, sed tantum expectāda naturę opera? nullus interim locus serapii? nullus inuentionibus? nullus iis, quę proprietate dicūtur morbo aduersari? nulli iis qua roborare partes? nihil agēdū ob symptomata? Hic rursus duplex peccatum medicorū est, qui iam sine vllō ordine omnia vbiq; inculcāt, nulla cautione hoc tantum agentes, vt agāt multa. Alij plus satis cauti sine differentia damnant omnia, & timentes ne quo lædāt modo, multas proficiendi amittunt occasiones: & cum vtrique sint artis ignari, vtrique se iactant gloriose; illi remedium multitudine, hi inani methodo. Inanem voco eam, quæ cum occasiones ferē omnes vtilium remedium prætereat, solo verborum fastu celebratur Hipp. cum dixisset, inchoatibus morbis si quid videtur mouendum, moue. Quod Gal. interpretatus est, neque vllus medicorum cōtradicit, de missione sanguinis aut expurgatione aut vtraq; addidit, cum verò consistunt ac vigent, melius est quietem habere. Quando quidem verò illis verbis inchoatibus morbis, opponit illa. Cum consistunt ac vigent, cōstāt, cum vigore intelligendum etiā id, quod post initium est, hoc est incrementum. Atque quoniā mouēdi nomine, euacuatio-

nes magnas intellexit, missionem inquam, sanguinis & expurgationē, quietis nomine intelligere, a talibus euacuationibus abstinere; nō tamē etiam non vti enemate, ad aliu fecibus durioribus plenam, neque nō iuuare eam, quam à natura expectas, humorum cōcoctionem, si quæ ratio iuuandi est, neq; non attemperare cerebrum, si præ eius interperie homo non dormiet, neque non facere alia quam plurima, quæ etsi facias, nihilominus quietem habebis, hoc est non mouebis corpus insigni vlla vacuatione. At dicūt, ea omnia plus lædunt, quam profint ea occasione, quia localia ante corporum euacuationem locū non habent. Quæ intra corpus sumuntur, si calida sunt, augent febrē: si frigida, obstructionem, ac proinde putredinē, vnde ex accidenti etiā febrem, quæ roborandi cordis, aut proprietate occurrēdi malignitati succorū dantur, timent etiā obstruāt somno, aut vigiliæ, aut dolori occurrere symptomata, aiunt, curare est non morbum, tanquā si quis vmbra auferre studeat, manente corpore. Quid ergo agēdū? mittendū, aiunt, sanguinē. Quid deinde? mittendū rursus. Quid post hæc? mittendū iterū. Misso verò nihil præterea. Obreue formulā, meritò sanē vilipenditur, quæ tā paruo constat. Quorsum Hip. & Gal. & alij omnes auctores tum Græci, tum Latini, atq; etiā Arabes, & iuniores nostro seculo proximi, atq; etiam nobis contemporanei, tam multa cōgesserunt de simplicibus, & compositis, & eorum formulis innumeris? cur tam multa de purgandi ratione? de succis & corporibus preparadis? de symptomatis amouendis, cū liceat hæc omnia vno hoc verbo concludere sanguinem mittere? Sed nos quæ in occasione dicta facere oporteat, dicamus & indicemus. Ita enim fortasse melius vtrosq; & eos in quā qui omnia commiscunt, & qui plus satis a remedijs abstinent, ad mediocritatem, quā omni in re amat prudentia reducemus. Illud autē ante omnia præfabor (ne quis me putet missione sanguinis maledicere) vt illas innumeras missionses sanguinis, quæ ad quindecim, aut viginti procedunt, nunquam facio; ita nullum ferē esse morbū, cuius curationem à missione sanguinis non inchoem, quia ea nō præmissa, vix vlli remedio locus est. Plenū enim corpus neq; alijs euacuationibus præbet vias fluxiles, neq; medicamentis vllis præstat cōmeatū, refrigeratū desatur, calfactum inflammat, nulli curationi est oportūnū. Vacuādū ergo corpus eatenus, vt curationē reliquā sine noxa sustineat, nō autē eatenus, vt facultas in posterū nō sufficiat aut corpus cōmemoratas antea noxas incurrat. Misso verò intra modū sanguinē quā citius possit, atq; si res postulet iuxta dictas antea distinctiones, adhibita purgatione, cōcoctio reliquorū, per quorū putrescentiā mor-

bus increfcit, atq; verfus fumum vigorem abire, expectanda, vt ea peracta, natura opera morbus iudicetur, vel natura id faciente feignius, nos cocta medicemur, qais est facult. naturalibus ordo agendi, de quo nullos medicorum video dubitare. Si autem coctio expectanda, certè & iuuada fi poffit, potèft autem, quandoquidè ad eam promouendam iubet. Hip. pannis cōtegere, quietè agere, & inungere. Quidni autè, quæcūq; in parte inflammata & exulcerata pus mouere poffint, & in venis putrefcentis materiæ cōcoctiōnē mutare, fi quidè eadē alteratio est, & emendatio putredinis per substantiæ perfectiōnē à calore naturali rectè permiscete oppofita patibilia ? fometa igitur moderatè calida cū quadam humiditate hāc promouent, & quæcūq; naturalem calorem feruant sine difsiptione, vt vestes quæ non tā externum afferunt, quam receptum à corporib. calorē gemināt, ad motiones manum, aut catulorum fimilium uē animalculorum recentium, quorum calor nostro fimilis, illitiones quoque moderati caloris, & balnea repentia, seu moderatiffimè calida. nam quæ apertè iam calida, non coquentia, fed vacuantia funt. Inunctionibus itaq; concoctoriis vt licebit Constat verò quòd ad eas partes præcipuè, in quibus maximè cōcoctiōnes aguntur, vt hypochondria, & totum vētrem, fed & ad totum corpus, quia & per oēs venas cōcoctio materiæ, ex qua febres pendēt, plerunq; celebratur Cōcoctiō effe autè indicauimus, quæ caloris moderati, vt chamæmelinū oleum, aut dulce amygdalinum, aut calidæ fomentum. Quòd si infarctum pororum times (timere autè par est, in illis præcipuè, in quibus à refrigerata. & densata cute morbus incœpit, fed & febres putridas omnes. in illis enim prohibita ventilatio per obstructions plerunque est) & nunquam non maior ventilatio iuuat, à putredinis incremento & malignitate præferuās admiscebis oleo aliquid echariticum, quodq; extergendo poros deobstruat (vt ego soleo) aliquid nitri, aut vsti salis, si verò cutis non densa solū, fed frigida etiam fit & ignis in alto conditus, miscebis etiā sulphur vt calorem reuocet, Quòd si hypochondriis times, vt certè par est, à concoctoriis inunctionibus laxitatem, permiscebis aliquid melini, aut absyrthitis, aut nardini vt coctio promoueat, & feruetur partium robur. Atqui ne ab his localibus, quæ laxantia nō funt, neque trahentia, fed adstrictiōnis cuiusdam participia, quippiam timeas, euacuationes in principio morbi factæ sufficiunt, siue per solam missionē sanguinis, siue per hanc & expurgationem simul. Scimus autem non ea solū, quæ exterius admoventur, concoctoria esse posse, fed & potiones etiam quasdā, vt mulsam. Quid ergo prohibet hanc singulis dieb. propinari, dum

expectatur concoctio, aut serapium aliquod caloris moderatissimī, quale capillorum veneris est, aut aliud eiulinodi, aut apozima ex herbis eius qualitatis, quodcūq; nature hominis, & morbi maximè accommodari videtur. Neq; verò solū licet vt concoctio: iis sed iis etiam quæ putredini alia ratione obstant, vt incidentibus acidis propter succos calidos, acris propter frigidos, cum à crassitie timemus (vt certè plerunq;) ne obstruendo putredinem augeant. Si n. putredo à ventilatione prohibita est, & hæc ab obstructione, & hæc à multis & crasis, quid potius, multitudine in initio deposita, agendum, q̄ incidendū & aperiendum. hæc n. putredinē tollunt, sublatione causarum: coquentia verò per cōtrariā alterationē. nam cōcoctio contraria est putredini. Igitur & oxymellite mellis, aut sacchari, vt videbitur, vt tunc temporis licet. nā incisio & extenuatio succorū nulla ratione contraria est concoctiōni, unò verò ad faciōrē concoctiōnem preparat, vt & cōminutio carniū ad elixationē. Cū ergo ad futurā expurgationē necesse sit corpora fluida facere, vt rectè monuit Hip. fiantq; talia, apertis laxatisq; viis, & succis extenuatis atque incisis, cōstat eā præparationē nō tūc inchoandā, cū iam sufficiens cōcoctio adest, quia tunc nō sine reputeſcētia periculo differetur expurgatio, & retinebuntur excrementa, vt certè maturū iam in vomica pus, & in thorace sputū, fed antea, vt quo ad fieri possit, in idē tēpus incidant cōcoctio ac extenuatio succorū & viarū laxitas: cum exigua adhuc est concoctio & crassities multa, incidentibus, & coquetibus, vt oxymellite, si sine multa crassitie, solis concoquentibus. vt mulsam. Increſcente iam bene concoctiōne, licet aperiētia adiciere, vt quique radicū, aut eiusdem facult. herbarum decocta, aut serapia (nam desingulari materia, aut eius parādā modo nō cōtendo, more futiliū quorūdā, qui nihil probāt præter id, cui ipsi affuerūt, cū tamen hæc in differentia sepe sint, & sola facult. attendenda.) neq; tamen quæ per vrinam vacuāt, aut per sudores, aut intensilē euacuationem, dāda sunt affatim, & largamānu, vsq; dum à cōcoctiōne purgatio peracta sit, eaq; sufficiēs. Nā velut antea monuimus, missio sanguinis expurgatiōnē. & hæc alias euacuationes debet antecedere, nec rasilā impingant in angustas vias. Licet tamen cum iā expurgandi tēpus instat, dare talium nō quod in illas vias imperu ferre, & à vētre auertere succos valeat, fed quod interiores vias aperiendo expedire. Monstratum enim antea est, indicationes priores sensim dare locum posteriorib. neq; opus esse priores tanquā exhaurire, priusquā posteriores incipiāt. Itaq; tunc non nihil a purgatione, plus mitō dari debet, vltimū enim colophonē omnium putridarū febrium curationi optime im-

z. aph. 10.

imponit vrinę promotio, aut euaporatio per balneū, & quę huiusmodi. Balnei enim oportunitas eadē esse videtur, quę & diaphoreticorum, & aperientium, nimirū vbi multitudo deposita, et reliqua materia cōcocta est aut coqui cępta. Vbi enim corpus crudis aut putridis plenū est, fluxiones cōmouet, & vbi putredo subest multa præcipuē crassorum eam auget. Vbi verò deposita copia q̄, superest fuliginosum & vstū magis q̄ crassum, & putridū, aut valde crudū, balneū aquę dulcis modice calidū coquit & tēperat. Quod enim valde calidū est, aut salsum, nitrosum, aut sulphureū, euocat, & per cutē vacuat insigniter, calfacit verò & siccāt. Quapropter, in initio putridarū, & nullis apparentibus cōcoctionis notis, nullo balneo locus est, quia fluxiones cōmouens, si quod princeps membrū (voco nunc princeps, quod non sine periculo laborare potest) debile est, in illud fortasse excrementa detrudet, atq; pro cōcoctione quę in illis expectatur, malę cuiuspiā putrescentiæ causa esse poterit, elapso verò principio in febrib. quidem biliolis, quarū materię alteratio in vstionis naturam magis inclināt quā putredinis cuiusmodi tertianę exquisitę, & ardentes febres, vel incipientes solū cōcoctione, balneis dulcibus & tepidis licebit vti, quia putrescentiæ sordidę in talibus est minus periculum, & attemperatio nis maior necessitas, & vt cōcoctio crescit frequentare, & quo dictę febres sunt exquisitiores, eo magis. Igitur & in his ipsis quo magis deficiūt ab exquisitis, eo minus & tardius veniemus ad balnea. In pituitosis verò quarum materia crassa & lenta est, & putrescens magis quam ardēs, nō ante inclinationem, & expurgatam maximā eius partem, cū scilicet diureticis etiam locus est. Sulphureorum verò aut nitrosorū in febribus nullus est idoneus vsus, sed tātum in affectionibus aliis non febriculosis, quę cum succorū crassitie consistunt. Habēt itaque balnea in febribus locum præcipuum, post euacuationes maiores, & cōcoctionem integram, aliquē verò etiā habēt prius in quibusdam præcipuē earum generibus. Porro vtruncq; ab ipsa caloris vehemētia timere incipis, ne p̄ cōcoctione colliuationē inferat, omni ratiōe refrigerare necesse sit nā etiā morbi ipsius & intemperiei vltima, ordine agendorum, indicatio sit, tūc tamen etiam est tempestiua, cō non potest citra euidēs periculum attemperatio differri, cum præcipuē tunc non tātum ob morbū, sed ob ipsam illius causam, & ob ipsam quę desideratur, cōcoctionem, refrigeratio molliēda sit. Nā vt cōcoctio calore agitur moderato, ita nimio putrescentia maligna. Quod in inflammata parte videre est, quę calens intra quēdā modū pus bonum generat: impense autē ardens malignū virus, & ipsa in gāgrenā incidit. Ne igitur pro cōcoctio-

A ne malignā putrescētā incurrat ipsa morbi causa cum febris quęcunq; etiā putrida, intolerabiliter increscit, necesse est, vel in frigidam aquam immergere hominē, præcipuē robustum, & florentē ætate, nedū hydreleo totum dorsum & ventrē, thoracēq; rigare, aut frigidis epithematis cordis locū, hepatis & renū tēperare, potū frigidū largiter dare, etiā exiguę aut nullę adhuc cōcoctionis notę sunt, quin (& quod aduersum magis videtur,) & si aliqua phlegmonis, aut phlogosis internę suspitio sit (quod innuens rectē dixit Celsus) melius est phlegmonem incrudare, q̄ finire hominem in hecticā labi. Quid verò si non in hecticam, sed in syncopē & periculum citissimum, ob ingentem intemperie labatur? Quid enim sit magis ridiculum, quā impendēte periculo breui ex intēperie velle attēperationē differre, & antepone longuā materię cōcoctionē. Multo quidē audacius datur aqua frigida, per febres vrentes, cū cōcoctio apparet in vrinis manifesta, neq; inflāmatio est vlla interna, & homo quidē est robustus calore naturali, & nullo mēbro principe insigniter debili, talibus enim sine vlla temeritatis nota datur. Quia vt diximus, & ab intemperie & a causa, & a symptomatis petitur, & a nulla alia re prohibetur. Tunc autem frigida, & magna copia dari debet, quia paulatim data intemperie nō tollit, & ipsa aqua a febre victa, bilis copiam auget, & eius dispositionē tardat, ac febres p̄ducit. Est verò ista larga & frigida potatio auxilium, vt optimum, ita valde suspectum, quia nisi omnia quę dicta sunt conueniant, magnarum noxarū, atq; aliquando in emendabiliū occasio esse solet. Si verò cōueniant omnia citissimam affert sanitatem, extincta febre, succedēteq; copioso bilis vomitu, aut magno alui profluuiio, aut abundante sudore: Quod si quędam dictorum desint, intemperies verò plurimum vrgeat, licebit, etiā minus tuto fiat, vt frigidę min⁹ largo potu, sed repetito, & reliquo victu & curatione attemperante. Putare enim, nullam attemperacionem fieri posse antequam omnino costā, & expulsa materia sit, magnę est in experientię. Refrigerabis igitur tūc apozimatis frigidis, & niue refrigeratis, & epithematis, & lactucę crudę cū aceto, & refrigerati melōis multo esu. Quod si tūc vires suppetāt, etiā pro re videretur antea miss⁹ esse satis, mittes rursus sanguinē, vel vsq; ad animi deliquium. Multo enim minus periculosum sit, quod ex missione sanguinis, quā quod ex intēperie cordis fiet, hoc enim nō fuerit minus q̄ syncopē quia ipsam substantiam spirituum dissipauerit. Deliquiū verò animi ex missione sanguinis nō adeo horrendū est q̄ veterum multis, atq; nunc omnib. ferē medicis videtur. si n. virtute firma tētata est missio sanguinis, neq; illud per incuriā ultra quā par sit, negligatur.

gatur, fuso adhuc amplius, postq̄ aut pulsus aut color. aut anxietas q̄dā cepit deliquiū insinuare, facile reparabile est. Nā ex moderatissimis sanguinis effusioib. nobis neq; volētib. neq; cogitantib. ac sine vllō modo deliquia ingruunt, ex quib. facile solius aquæ in facie aspersione, aut clamore, aut vellicatiōe reuocatur. Ob quæ neq; ipsi venarū sectores iā terrētur. Prodest verò ipsum deliquiū, nō ob fufum sanguinē solum, sed etiā per se, tūc præcipuē cū ob dolorē, aut incendium sanguis mittitur, quia deliquiū per se tollit sensum, & refrigerat. Velut autē cū vitalis facult. p̄clitatur à manifesta intēperie, attēperantia oportet adhibere, ita cum in pulsu, q̄ præcipuum eius facultatis signū est, maioris læsionis notæ apparent q̄ p̄ febris magnitudine, q̄ cacochiæ vocatæ, leu mali humoris est p̄ priū, haud abs re sit vti alexipharmacis vocatis medicamētis. Sunt autē talia, q̄ proprietate quadā dicuntur aduersari venenis, aut roborare cor, quorū materiā, vt aliorū omniū medicamēt. approbatissimis autorib. oportet accipere, & iis q̄ sint expertissima maxime fidere. Est enim non sine nostro malo talium hoc sæculo in Hispania magnus vsus, ob malignas illas febres, quib. pathognomicum est pulicum moribus similes maculas indifferēter p̄ qualuis corporis partes (excepta facie, quam nunquam in hoc morbo occupat) cito superuenire. Vfus & multorū approbatio maximam autoritatē conciliauit inter simplicia, lapidi Bezaar, & primam quidem ei, qui aduehitur ex India, secundam ei qui ex America Inter composita cōfectioni celebri ex hyacinthis. Lapidi quidē multi iūq; prudētissimi attestātur, mihi verò nullus nō est adulterationis suspētissimus, timeo ne nullus nō sit falsitius. Multos autē iuuat nescio an opiniōe, sed & hac debet medicus vti. Verum vt alexiteriorū vsus non omnino empiricus sit, illa cautio esse debet, ne indifferēter vtamur quibusuis ad quosuis. Sed cū in horum genere sint calida & frigida & mediocria, et in iis quos malignitas magis q̄ magnitudo morbi videtur perdere: sit etiā manifestæ intemperiei differētia, alexipharmaca quidem omnibus. eadem verò cuiusque intemperiei cōtraria accommodētur. Quāquam enim Theriaca & Mitridatum prima inter antidota ex tam multis sæculis tenere putentur, tamen febricitanti non omnino leuiter non videntur rectē dari posse ob calidā & siccā temperiem, præcipuē si linguā habeat aridam & nigrā, vt multi talium solent, quibus ea præter pulsus dictos, est malignitatis nota, q̄ cum ad tactum videtur febris moderata, lingua et respiratio interne vsionis notas habent, cum tamē horum multi nō pro ratione sitiant. Hoc enim est, quo malignitas præcipuē agnoscitur, nō esse magnitudinis febris signa, quanta casus virtutū

lalsitudines magnæ à principio comitantes, & anxietates indicibiles, quarum nullæ sint manifestæ causæ. his mox dictæ maculæ superueniunt, habentes etiam illud malignitatis inditium, esse in talibus cōcoctiōis notas infideles, quod causā eius morbi non tā sit putrescētia illa frequens, quam concoctio cohibet, quā quædam alia corruptionis malignioris species, per quā in venenosam magis naturā labitur. Si quis igitur per hanc febrē, misso in principio sanguine, & purgatione si opus sit (est autē in his sæpe necessaria) peracta, toto incrementi & status tempore cesset, plerosq; nihil aliud quam mori sinet. Increfcit enim non vt in aliis, mitis illa putrescētia suppurationi analoga, sed veneni vis. Igitur per hanc febrē præter cōmunes indicationes, in alijs omnib. considerandas, peculiaris est ea quæ à venenosa materiæ qualitate suscipitur. Ab ea verò timemus q̄ et in alijs venenis, ne irremediabiliter increfcit, & serpat vsq; in ipsum vitæ principium cor. Vt autem cohibeatur malignitas facere possint alexipharmaca, vt cor nō occupetur quæ illud roborandi habent vim, & quæ ab eo retrahūt materiā. Nihil autē esse videtur, eorum quib. medici vtuntur, potentius ad extrahendum ab alto corpore cucurbitulis. Meritō igitur per dictas febres à maiorib. euacuationibus, q̄ intra primos dies sunt per opportunæ, apozimatis & cōfectionib. alexiteriis, & cordialibus affigimus toti corpori cucurbitulas multas, scarificamusq; eas quæ præ alijs eliciūt sanguinē. Si n. nullæ adhuc maculæ apparēt, per cucurbitulas arguuntur, sin autē iam ceperūt erumpere, extrahuntur abundantius, atq; ita auellitur venenū à corde et capite, alioqui nō rarō quæ ceperāt pululare, solent euanescere, & recurrente sanie in cor aut caput, mori æger syncope, aut cōuulsione correptus. Nō erit igitur ab re in harum febrium incrementis hæc & alia eisdē intētionibus facere, velut à capite repellere, & cor roborare. & quæcūq; res præsens exiget nam faciendorum speciem intentio supeditat. In his quoq; vt et in alijs quibusuis, si dū morb. increfcit, & tu cōcoctiōne expectas, symptoma aliquod eorū quæ vocātur, assidentia suboritur, q̄ aut vires prosternat, aut cōcoctiōne, aut reliqua naturæ opera impedit, aut nouarū fluxionū causa esse possit non sit expectandū remediū (q̄ sane fuerit tardū) ab ipsius morbi sublatione, sed occurrendum statim, vt somniferis ad peruigiliū, vellicationibus, & acriū suffitu ad coma anodinis, aut etiā stupefacientib. ad dolorē, ad suppressionē vrinæ cathetere & fortu laxate vias, ad raptus humorū, reuulsoriis frictionib. vinculis aut cucurbitulis, & multis alijs in hunc modū. Hæc. n. etsi ob symptomata, sed non qua symptomata sūt, sed qua causæ sunt, vel impediētes curationem præ-

presentium, vel inates noua, maioraq; mala. Sed hæc antea diximus, nunc ea sola causa repetimus, vt indicarem⁹ inter duas easque maximè regulares mouendi occasiones, principij & indicationis, esse multa, quæ incauti admodum & stupidi medici sit dimittere, vt faciunt quidam, qui se vt elegantissimos methodi obseruatores venditant. Sæpius autem peccant (nescio vtri grauius) qui quibusuis occasionibus ad ea omnia, ac multo plura procedunt remedia, nunquam insolentiores, quam cum faciunt plurima. Vix ægrotus de somno quæritur, cum tempora & frontem abundanter illinunt, vix capitis dolore nominauit, oxyrhodino irrigant synciput. Si plures dies morbus durat, vasa omnia apothecariorum serapiis exhauriuntur. Non vnam deiectionem intermittit ægrotus, antequam clystere expurgante totus eius venter distendatur, neque duas supra solitum fecit, quam adstringatur cataplasmatibus. Itaque omnibus quæ incidunt, statim, nulloque iudicio occurreret, nihil boni naturæ facere permittunt, neque quo res vergat, ipsi sustinet expectare. Ego verò dixerim cum Gal nullum remedium esse, quod magnificè profit, quin aliqua ratione noceat: quin etiã sublata illa vocula, magnificè dixerim, nihil esse quod proficit, quin aliqua ratione nocere possit. Proinde vt mirus Plato de expurgatione magno quidè auxilio dixit, suscipiendam non esse à viro sanæ mentis, nisi cum summa necessitas poscit: ita de minoribus illis ego dixerim, suscipienda non esse nisi cum eorum incidit non omnino leuis necessitas. Itaque agenda illa omnia dicimus, cum incidit necessitas tanta, cum ea minor est, omitti melius. Verissimum. n. illud Eripidis, qui multa agit cum cessare liceret, stultus est. Ad prudentiam & iudiciū medici de uoluntate hæc omnia. Illos verò omnes vituperato, qui quippiã eorum que in arte sunt, sibi impetrauerunt sepe, aut nunquam facere omnia potius in occasione, & nihil timere.

CAPVT III.

DE temporibus vniuersalibus morborum hastenus. De occasione, quæ in particularibus capi debet, dicamus, vt vniuersalia tempora sunt partes totius morbi, ita particularia singulorum circuituum in morbis, qui circuitus habet. Cum igitur circuitus constet paroxysmo & interuallo, aut (si interuallum non sit) remissione, ad euacuationes, atque ad omnem morbi curationem, expectanda est hora leuissima: interuallum dico, aut si minus id sit remissionis tempus. Quia cum minus vexatur morbo, facultas melius feret curationes. In difficillimis verò horis abstinendum, fereque eadem horæ sunt oportune auxiliis, quas & cibo esse, supra indicaui. Merito autem diximus expectandum tempus leuissimum ad eam curationem, quæ ob morbum suscipitur. Nam

si quid agitur metu ipsius paroxysmi, à quo fortè timeas ægrotum non euasurum, aut non sine læsione inemedabili, vel symptomatis alicuius, quod in eo valde vrgeat, constat tunc agendum maximè, cum vrget, velut si ad reuocandum calorem, qui per inuasionem ita receditur, vt timeas, ne nunquam homo recalcet, frices, foueas extrema, aut lumbos calidis panis, vnctionibus, aut cataplasmatibus, propines aliquod antidotum, aut aliud quidpiam moliaris, aut ob comam, excitatoria admoueas, aut ob dolorem ingentem aut solam febris magnitudinem, sanguinem mittas; differendum non est usque ad remissionem, quæ timeamus, ne nunquam sine illis remediis ventura sit. Neque sanè ad id de quo nunc agimus, interest sit exacerbatio doloris an febris, tamen veterum quidam ita diffiniunt, sed ob morbum totum an ob paroxysmum mittas sanguinem, cum. n. non te mouet ipse paroxysmus aut symptoma forte, sed morbus totus, verissimiliterque expectas sua hora superuenturam remissionem, errabis plurimum, nisi auxilia in eam differas, siue doloris, siue febris exacerbatio sit, quia tunc facultas melius feret, & morbi materia melius depõetur. Vt melius facultas ferat, causa est, quia minus laborat, vt materia deponatur: quia vt per inuasionem calidum reuocatur introrsum, & excrementa detinentur, & corpora densantur ita; per inclinationes redit ad externa calidum, pori laxantur, excernuntur excrementa. Extorquere igitur à natura retinente, & per coniuentes, desat usque vias difficile sit, cum contraria sunt, facile. Vnde fit, vt cum totus paroxysmus sit incommodus missioni sanguinis; tamen hora ipsa inuasionis sit omnium incommodissima, quia tunc maximè laborat naturale calidum. Quapropter nonnunquam perniciosus error fuit ea hora missus sanguis, neque solum ipsissima hora cum adest, sed & cum instat, aut non abest longè, vitanda est. plus etiã quàm summus vigor paroxysmi. Si igitur subsequutum quidè sit interuallum, aut in febricitationis tempus sed breuius, quàm vt possit sanguis mitti, et cibo refici ægrotus, quatuor aut quinque horis ante futuram accessionem, satius sit secari venam, & cibum dari in inclinatione prioris, quam integram febris vacuitatem expectati. Sunt qui contendat in ipso paroxysmi incremento, aut et vigore rectius mitti, quia dicunt, tunc fluere humor in focum putredinis; cum autem fluit, reuelli debet, reuulsio verò nulla ratione agitur melius. His voculis quas in ore semper habet, totam suam praxim huc redegerunt, vt quoties febris exacerbatur, toties venam secet, usque dum morbus soluitur, aut ægrotus pereat, aut ob virtutis evidentem defectum iam dimittatur periturus, aliud verò agunt nihil. Sed de hac fundèdi sanguinem intemperantia, satis iam diximus. Nunc ad id quod agimus de occasione redeamus. Si ob fluxionem, reuelli causa bene mittitur

ritium paroxyl. in ipsa inuasiōe, frigēte & rigentecorpore, mittetur melius, quia reuulsio incipientibus fluxionibus magis congrua, quam procedentibus aut cessantibus, his enim debetur euacuatio, illis deriuatio, reuulsio verò, aut fluxuris, aut recentissime fluentibus. Mittere verò cum incipit paroxysmus, non sani esse hominis non sanus iuret Oristes. Atqui arbitror, ne ipsi quidem fecerint. Præterea portione in eam succi, quæ per paroxysmum mouetur, velle reuellere, paroxysmum curare est (quod non tanti oportuit emere, cum paulo post esset cōquieturus) non morbum. Imò si quæ maximè id assequatur, quæ habent in votis, minuentes præsentem paroxysmum, morbum producent aut reddent maligniorem. Nā cacochimiam, quæ intra venas est, quæ morbi est causa, in cōtinuis quidem febribus proxima seu coniuncta (nam nihil intere est) intermittentibus, verò antecedens, per singulos paroxysmos consumitur portio aliqua, in intermittentibus missa extra venas, in cōtinuis, intra ipsas venas agitata, & ardens ardoreque dissoluta, atque ita reliquum & minuitur, & expurgatur. Reuulsio ergo eius portionis, illa ad partem mittentem reuocabit, intraque venas retinebit necessario, atque ita, tota sanguinis massa, quæ vitiosa est, minus & leuius expurgabitur. Quare periculum malignitatis, et longitudinis in posterum succedet, cum interim videatur tunc aliqua ex parte subleuatus ægrotus. Et sane ea res apud vulgus imperitum, medicis non est inutilis. Nā misso in paroxysmo sanguine, succedit paulo post ea requies, quæ alioquin secundum ipsam morbi figuram futura fuit, diciturque; ægrotum subleuasse, cum læserit. Illi enim non intelligunt quid intersit. melius habuisse misso sanguine, aut quia missus sanguis est. Laudatur ergo medicus tunc, deincepsque; per maligniorem aut longiorem morbum, maiorem sine nota accipit mercedem. Contra cum peritus medicus mittat sanguinem in hora quietiori, morbo præcipue eunte in incrementum, necesse est à misso sanguine succedat paroxysmus, atque magna ex parte maior priori, quæ si per vicissitudines succedunt horæ faciles, et difficiles: crescente verò morbo omnia fiunt fortiora. Putatur ergo medicus læsisse ægrotantem, & sæpe antequam ad optatam salutem ægrotum deducat repellitur. Vsq; aded sæpe apud vulgus, sibi melius cōsultat imperitus, quam peritus. Propterea sapientissimè, vt alia omnia, illud quoque dixit Hip. indigere medicum honore artis, quia & admiratio, vt illi se audeat cōcredere homines, & obediētia ac fidem præstent, etiā cum videantur læsi ab auxiliis, vt à præstabilissimis, & plurimum in posterum profuturis, plerumque euenit. Ego verò his addiderim, ipsos et ægrotos indigere me dico magnæ apud ipsos fidei, & existimationis, ne per diffidentiam timeant magis à cura

1. Prōgn.

A tione, quam à morbo, & nisi mox ab auxilio adiutos se sentiant, læsos putent, neque fortiter expectent exitum, sed huc & illuc temere feratur. Cōsulo ergo ægrotis, vt eos semper eligant de quibus sentiāt magnificè, fidem verò cōstater electis. Medicis verò, vt ab illis mox abstineāt ægrotis apud quos lætiēt suam fidem vacillare. Sed hæc dixi obiter. Et de occasione, quæ est in hora paroxyl. hætenus.

Cap IIII.

B E St præter hanc alia quædam occasio in hora non circuitus, sed diei. Est autem diei partitio in quatuor primum tempora, vt & totius anni, in mane, meridiem, vespere, & mediam noctem. Horum quoduis sex horis cōstat, si quidem dies totus viginti quatuor horarum est. Ab antiquissimorum sæculo obseruatum est, proprioque; experimento quiuis agnoscit, leuissimas ac placidissimas horas esse matutinas. Neque reuertitur ratio, quia hæc neque noctis mediæ frigus, neque meridiei ardor premit: vespertinis verò præstant, quanto salubrius est succedere somno & requie, quam labori & vigiliæ. Et si enim, & qui à dolore in voluptate, & qui à voluptate in dolore abitur videtur esse in mediocritate, illius tamen, quæ huius melior conditio est, quanto, scilicet eius qui sanescit, quam qui ægrescit. Quæ ergo causa pro medicinalibus auxiliis, leuissimam circuitus partem requirebamus, eadem debemus requirere, & leuissimam diei, matutinas, scilicet horas. Merito igitur medici, siue mouendum, siue fricandum, siue lauandum corpus est, siue propinandum serapium, siue etiam pharmacum expurgans, siue aliud antidotum, siue mittendus sanguis, siue eluenda clystere alius, siue quoduis aliud semel in die faciendum si per alia licet, mane post somnum, & ante cibum faciunt, quia tunc facultas est recens recreata somno, neque intemperie vrgetur, neque premitur cibo. Ea itaque est hora accommodatissima, secundo post hæc loco vespertina, longè à prima, & ante secundam refectio: ea enim etiam mediocritatis quodammodo particeps est. Ineptissimæ sunt aliæ duæ, nox media, quia cum dormiendo quiescere in consuetudine est, non sine magna difficultate laboratur. Peius autem adhuc est meridie à recentiore refectioe quidpiam tale moliri. Nam si quid medicamento sumas, cibos deturbas aut corrupis, si quid extrinsecus moues, vt utinamque; id facias, calorem euocas, incoctos cibos distribuis, vnde & obstructions facis, aut auges. Vsq; aded à cibo nihil agendum est, vt neque legendum, neque vociferandum, neque si roboranti quapiam inunctione ipse ventriculus indigeat, agenda sit à cibo, sed aliquanto ante illum. Cum igitur in eandem horam incidunt, dictæ duæ electiones, velut si in febricitatio aut febris remissio matutinis horis fiat, haud dubium est, illis debere agi quoduis. Cum verò discrepant, maioris momenti est cōmoditas circuitus quæ diei. Si enim exacerbantur

bari

bari febris incipiat oriente Sole, apozimata & clysteres, et quæcūq; talia vsui esse possint, in vesperum transferenda sunt, vt edaq; ante cibum, si fieri possit, sin minus, lōgius ab illo. Quod si alternis dieb. morbus exacerberur, serapiū & quæ eiusmodi sunt, altera die mane, altera vesperi propinabitur, atq; pro pharmaco expurganti eligetur dies q̄tior. Quod si æquè omnib. diebus exacerbatio sit, & omnino expurgatione sit opus, non est abs re dare medicamentum expurgans vesperi, aut quacunque diei hora febris remittere incipiat. Dico autem incipiat, quia si expectes magnam remissionem, raro non incidet expurgatio in initium accessio- nis sequentis, quod est longè grauius. tanto enim ante venientem occasionem dari debet pharmacum, vt satis supersit temporis ad expurgationem, & cibationem. nam cum transegerit priorem accessio- nem sine cibo, non poterit etiam expectare alteram incibatus, maximè inanitus inter ambas. Quod si vtrunq; agi non poterit, etsi prioris accessio- nis inclinationem occupes, neque tantum suppetat tempus, dabis medicamentum in cibis. minus enim incommodum id est, quam cibare in media purgatione, & prope aliam inuasionem. Constat verò id quod detur in cibis, aut paulò ante illos non debere esse vehemenssimorum aliquod, sed debile, aut non magis quam me- dio cre: & cum semper habenda sit aliqua, tunc haberi debere maximam curam suauitatis medicamenti, ne mox euomat cum ipsis cibis, fiatque neutrum, neque expurgatio inquam, neque refectio. Non prohibente morbi motu, mane propinari debet pharmaca, & serapia, & apozimata, quæcunque medicamentosa qualitatis, semel in die offeruntur. Neq; tamen hora antelucana necessario, vt molesti quidam medici consueuerunt interrumpentes sine causa somnum, & hac ratione lædentes viscera. Sed vbi primū mane sua sponte excitatur ægrotus, Neq; n. re- fert, vt qui ex commentario curant, vnicam impartibilem occasionem faciendorum reli- giosè obseruare, sed ratione semper, vt in re præsentis dispõere. Cautiones autè præcipuè sunt, vt calidis tēporibus citius, frigidis tardius accipiatur, ne si fieri possit, meridianus feruor purgationis labores occupet. hoc. n. eadem ratione malū est, qua pharmaca fortia dari in media æstate. Eadem quoque ratione, quæ substantiæ durioris sunt, ac proinde tardius conficiuntur in ventre, vt cata- potia, anticipant huius sæculi medici dare, quo. s. res tota tempestiuè finiatur, neq; plurimum extra consueta tempora agantur prædium, & ab eo somnus, quod sane ego probo, ita tamen, vt hic quoque teneatur dictus modus, ne tanta anticipatio sit, vt perdendo totam noctis requiem, lædamus magis, quā

dicta cautio proficit. Plerunq; sit satis vnā horam in æstate, tres in hyeme, duas aliis tēporibus ante lucē accipere. Tamen ne hoc quidem certum, statumque esse debet, vt neque aliud quippiam in praxi, maximam. n. insuper differentiam asseret cuiusque hominis consuetudo cubandi, & surgendi à lecto. multi enim sunt Butæ, quibus veteri consuetudine dies abiit in noctem. Quanta autem consuetudinis vis sit, sæpe iam diximus. Hæc de occasione quæ in horis est.

CAP. V

Derum etiam magna differentia est, in quibus enim agitur, aut expectatur iudicium, abstinedum ab omni curatione est: quia quæ iudicantur, aut iudicata sunt integre, neque mouere, neque nouare oportet, sed sinere. Proinde vitant pleriq; medici in omnibus morbis dies decretorios, id verò aliis indiget animaduersionibus. Si. n. dies decretorius huic morbo, qui curatur, decretorius non, neque paroxysmum sit allaturus (vt verbi gratia, quintus, septimus, nonus aut vndecimus, morbo qui moueatur per pares) non est quod vitetur. Neque sane expedit, quia si alioqui ad curationes parati sunt ægroti, semper nocuit differre paratis, cum sit plerunq; occasio præceps, & vitatis tam multis, pauca supersunt curandi oportunitates. Quin & in ipsis decretoriis dieb. agi possunt iudicationes genere quidem optimæ, & morbo accommodatissimæ, adeo autem lentè, vt debeat eas medicus auxiliis iuuare. Neq; sane Hip. negauit, nisi cum iudicationes aguntur, peractæue sunt integræ. Alioquo vergit natura in loca commodiora, tanto magis eo ducere debet medicus. Præter hæc habet quorundā praxis, certos quosdam dies certis auxiliiorū remedijs destinatos, quosdam damnatos. Celsus non mittit sanguinem post quartū. Aëtius non admonet cuburbitas ate septimū. Autor libri de ratione victus in acutis, siue totius operis Hip. est, siue ad multos autores pertinet, acutè laborantes, quibus ab initio veter murmurat, ante diem quintum purgat. Nunc plerique vulgarium medicorum, expurgationi principi, sextum diem destinauerunt. Nihil horū potest esse certum in tanta constitutionum differentia, & in tam variis iudicationum cō- cursionibus. Nihil horum est, quod fieri nō possit. Nihil q. necessario fiat. Facilis esset ars, si ad formulas aliquas perpetuas redigi posset: sed quia non potest, & res possunt sine fine variare, methodo est opus, quæ potentia omnia contineat: siue purgandum est, siue secus, siue mittendus sanguis, siue non, siue aliud quiduis agendum siue cauendum, non ex diei numero, sed ex petentibus & prohibentibus indicationibus deliberandum. Ipsum enim tempus extra indicationes est, nisi fortè per accidens.

Finis huius Operis.



RERVM ET VERBORVM IN GALE-
NI COMMENTARIA INDEX LOCV-

PLES, SVMMO STUDIO ET LABORE
concinnatus.

A
Abscessus optimus qua-
 lis 188
 abstinentia insolita à
 venere periculosa,
 & quales pulsus faciat 199
 accideri quotale nihil magis in-
 timum quam inesse 612
 actio quibus modis ladatur 92
 actiones alia sunt simplicium par-
 tium, alia compositarum 21
 actiones suorum instrumentorum
 signa 31
 acutus morbus potest esse valde
 multiplex, & longus simplex
 & quomodo curentur 1209
 adenes qui iuuant per se 26
 adenibus non sunt adiuuenda
 adstringentia 143
 adolescentiam esse etatem tempe-
 ratissimam 44
 aër cur possit tantorum malorum
 esse causa 624
 aër frigidus & corpus pannis con-
 tectum quando & quare 1142
 aër qualis esse debeat 1141
 aër sit frigidus pro calido affectu,
 pro frigido calidus 1142
 aër potest arte parari, & quomo-
 do 116
 aër temperatus qui dicatur 106
 aër variatur loci differentia, etiã
 cū non longa est distantia 1139
 aëris impuritas qua dicatur, et ex
 quibus causis nascatur 1139
 aëris puritatis habenda est cura
 in omnib. morbis putridis 1141
 aëris q nos ambit differentia 1139
 aëris refrigeratio fugienda inua-
 dentibus febribus, et alijs qui-
 busus morbis & calefactioni
 studendum, & alijs teporibus
 quid faciendum 1142
 aëris temperiem mutat vehemen-
 ter tempestas 1139
 aëris noxa aliquando non tam ap-
 paret, quam reuera est 1141
 agrotantium cubicula non sem-
 p sunt vndiquaq; conclusa 1141

agrotis cur denegentur qua appe-
 runt 79
 aequalitas causa fixa & firma in-
 aequalitas a causa mobilitate
 defender 1060
 aequalitas collectiua pulsus & ca-
 loris & vtriusq; liber accessus
 inseparabilis a diaria non pro-
 prie 638
 affectus mouet musica 1138
 agendum lautius in morbis tho-
 racis quam cum naturalia in-
 strumenta laborant 1125
 alexipharmaca etiam calida fri-
 gidis, & frigida calidis debentur
 1216
 alexipharmacis quando vtendum
 1215
 alimenta calidiora aut frigidio-
 ra quibus naturis & morbis cõ-
 ueniant 1128
 alimentorum & medicamentorũ
 facultates noscendas ante me-
 dendi methodum 1128
 alui deiectiones & vrina commu-
 nes totius corporis euacuatio-
 nes 1051
 aluo qui sunt laxa, qui cibi conue-
 niant 1128
 amori ocium obicitur 1139
 amouendarum occasionum digno-
 rio methodum desiderat 1145
 amplitudo & angustia nimia va-
 sorum quomodo curentur 122
 angustia semper ladit, amplitudo
 raro, precipue in venis & ar-
 terijs 122
 angustia viarum duo modi 621
 Angelus quomodo morbos cura-
 ret 1193
 animaduersio infusi translatione
 638
 animalem virtutẽ, qua actiones
 doceant nos valere, & qua non
 1149
 animi affectus agrotantibus mo-
 uentur sermonibus maxime,
 ob id rethorica medicina est
 ministra 1138

animi deliquium ex missione san-
 guinis non tam horrendum est
 quam multis viderur 1215
 animi deliquiũ per se prodest do-
 lori & incendio 1215
 animi deliquiũ cur non meminit
 Galenus inter signa patientia
 cordis 87
 animi motus 1137
 animi motus omnes siccant cor-
 pora 117
 arodinorum genus duplex 1158
 aqua importune epota quid fa-
 ciat 105
 aqua non est coctilis 1050
 aqua cõmoda & incõmoda 1139
 aqua elixario quid faciat 1132
 aqua frigida potu quando copio-
 so aut minus copioso vtendum
 1214
 Archigenes non est locutus de se-
 miteriana, vt Hippocr. 707
 arteria cõstrictio, an percipi 1073
 arteria cõstrictio quid, & quo-
 modo cognoscatur, quare tem-
 dilatatio . ibid.
 arteria dilatatio quomodo maior
 aut minor cõstrictione dica-
 tur 1075
 arteria dilatationis & cõstric-
 tionis vsus 1070
 arterie pulsus quomodo fiat ibid.
 arteria post balneum in hecticis
 alijs partibus sunt calidiores
 634
 arteria quietes cognoscuntur ex
 motus priuatione 1073
 arteriarum motus 1069
 arteriarum quies vnde depen-
 deat 1069
 asperitas & leuitas non in qua-
 cunq; parte morbi sunt 154
 astrorum cura deposita caret pru-
 dens medicus magnas tempo-
 rum mutationes 1200
 audacia causa 52
 Auenenne methodus est in restrin-
 gendis pituita speciebus 695
 auxilium petit morbus, non fa-

D

INDEX

facultas	1123	potuerint	44	causas quid sit	679
auxilia maiora non sunt tentan- da, vbi minora sufficiunt	157	capilli vnde ortum habeant	35	Celsi consilium de ciborum qua- ntitate probatur	108
auxilia qua sint	1119	capillorum color speciem succorū significat	35	cerebrum an causa sit amplitu- dinis thoracis	54
auxiliorū & cibi quantitate de- finiunt facultas & morb.	1123	capillorum generatio	25	cerebrum calidum & humidum somnia placidum facit, & multum	42
auxilijs & victu constat omnis cu- ratio	1118	Caput cubantis ad orientem aut occidentem spectare non est a- licuius moment	1140	cerebrum membrorum omnium dignitate primū	27
B					
B Alci oportunitas	1213	caput exigū vituperatur	28.29	cerebrū habet quinq; genera na- turalium signorum	26
balneo aquae frigidae & potu frigida quando vtendum	1214	capitis magnitudo non est inuti- lis, nisi ex mala causa sit	29	cerebri frigidi signa	39
balneo non est locus in principio putridarum	1213	capitis optima figura	30	cerebri temperati signa	37
balneo quando liceat vti	ibid.	caro reparari potest, & humecta- ri	73	cerebri tenuis substantia ad actio- nes principes commoda	32
balneis sulphureis & nitrosijs in fe- bribus nullus vsus	1214	catapotia dandi hora	1222	cerebrum habentibus siccum mor- tibus nascuntur capilli	39
Bezoar lapis & confectio ex hya- cintibus, alexipharmaca opti- ma	1215	causa continēs complectitur tria, 1057	1057	cerebellum non est principium ner- uorū, neq; spinalis medulla	30
bilis ex sanguine mitior alijs spe- ciebus	709	causa duplex interna & externa	1145	cessare cum expedit, maioris est artis, quam facere opportunū	1199
bilis flaua an sit sanguine cali- dior	105	causa & differētia quae rhythmici, & qd ex ijs praesagiēdū	1080	cibandi methodus in morbis	1123
bilis flaua vsione facit febrē	691	causa morbi est quae facit, quae fe- cit, & quae faciet	1175	cibandi tempus deterrimum ac- cessionis est initium	1130
bonum aliquod semper est finis ar- tium	1117	causa morbi & consuetudo dili- genter examinanda	1145	Cibus multi alimenti quibus con- ueniat	1128
bruta sollicitudine vacant, & ob id magna ex parte sunt inco- lumiora	1138	causa facientis sublatio in ordine maximē legitimo	1066	cibus quando pluries & minori quantitate aut rarius & ma- iori	1129
bubones parere possunt diarias & putridas	633	causa cum incidunt ordine, quae regula notanda	1180	cibi difficile descendunt ob pilo- ri angustiam	83
C					
C Acochymia quid	1148	causa externa quae adhuc manēt submoueri se statim postulant	1145	cibi dilatationis in picrocholis no- xae	1150
cachochymiae purgatio	1153	causa externa quae receperunt nullā indicationē faciunt	1145	cibi & auxiliorū quantitatem de- finiūt facultas et morbus	1123
calescere & caluisse vt differant	605	causa indicatione non ante veni- dum ad localia quam sit facta totius vacuatio	1175	cibi facilis descensus & tenuis an recedant	1130
calido ventriculo non sine noxa datur cibus valde facilis conco- ctū	1128	causa in toto corpore quae quae petant	1152	cibi hora	1130
calida int̄peries in quacung; par- te fuerit, eius est febris	1097	causa omnes interna aut copia aut vitio ledunt	1145	cibi minus dandum laborante v̄ triculo, quam alijs natur. lib- bus membris	1125
calide temperatura signa	69	causa morbi quomodo auferan- tur	1121	cibi multum exiguum alimenti quibus dandum	1128
calidis & frigidis pro internis par- tibus penetrantia admiscenda aut potius deligēda tenuis sub- stantia	1186	causa multa possunt conuenire, & quomodo & quid agendū	1178	cibi plus dandum in morbis lon- gis	1123
calidiora frigidioribus & contrā quando	1182	causa quae sunt in parte aliqua firmatae & copia, aut vitio la- dunt, quid petant	1153	cibi prauis succi qui sint	618
calor ex nullo alio mēbro, quam ex corde in totum corpus dif- fundi potest	1097	causa quaedam sunt simul & affe- ctus	1145	cibi quantitas indicatur quodam modo ex specie morbi	1124
calor omnis qui est maior natu- rali, non est febris	1099	causa sine qua agi nō potest cura- tio quando occurrendū	1175	cibi quantitatem partes affecta definiunt	1124
calor praeter naturam quid	1098	causarū contrarietas facit quarū dā differētiarū repugnantiā	1057	ad Cibi quantitatem habenda tē- poris & regionis ratio	1126
calor vt trahat	718	causarū pulsus genera tria	1077	cibo tenuissimo quando vtendum à principio	1130
caloris causarū quinq; genera	617	causas procatharticas negantiū esse morbificas, error vbi, & conuictus	427	in Cibo detrahendo quae ratio ha- benda	1127
caluities quib. accidat	38			cibum nō aquē prohibent omnes morbi partes	1124
caluitiei tres cause	44			cibum	
cani fieri capilli vnica nocte qui					

I N D E X.

cibum nullum poscit per se tempus morbi	1123	consuetudo seruanda vt res naturales	1122	curatio proprie solius morbi est	1143
ad Cibi constitutionem morbi natura cognoscenda	1123	consuetudinis, etatis, regionis, temporis natura & aliorum habenda ratio in detrahendo cibos	1127	curatio quomodo faciend, & eius essentia morbi latet	1196
cibi qui conueniant ijs qui alio laxa sunt	1128	contagiosi morbi qui sint	611	curationem exactam nullus medicorum potest instituire	1193
ciborum varietas aliquando vitari non potest	1129	continuarum quadruplex posse fieri genus	680	curationes in minoribus incoherentur nisi morbo iam aucto	1144
cibus tenuis succi qui non gaudent	1128	continui solutio <i>καταγμα</i> in ossibus	148	cutis omnium partium moderatissima	26
cicatricem efficiens causa	126	contrariarum alterationum sensus non potest eisdem omnino partibus fieri	206	cutis constrictio an sit febris causa	618
cicatricem inducentia medicamenta qualia	150	contrarijs aequalib. fit omnis curatio	1143		
coctio in prima vrina apparens, propriu & inseparabile diuina	537	contrarijs aequalibus fit curatio, si facultas fert	1144	D	
coctio iuuanda in augmento, & circa statum morbi	199	copia quid	1148	Diectiones & vomitiones mediocres a pharmaco vtilis	1153
coctionem qua iuuant in morbis	1211	copia & vitium cuiusque succi qui sanguis non est, purgatione eget	1148	deliquij animi indicationes	1160
coctiones iuuant quadam potiones, & quales ha sint	1212	copia & vitium simul euacuatione & purgatione egent, quanquam alterum horum sit satis	1149	deliramenta ferina ab atra bile fiunt sine febre	690
calum vnica est ex multis causis que nos possunt ledere	1141	copia vacuationem, vitium emendationem aut expurgationem petit	1147	dementia species qua dicantur	86
color in vrina vnde	605	cor caloris naturalis est fons	1097	deriuatio, reuulsio & euacuatio	1154
colores, & odores in vrina quomodo cognoscendi	1054	cor quatenus calidum sit	50	dies qui huic morbo sunt decretorij vitandi ad curationem non alij	1222
colorum diuersorum permixtio alioru quorunda phantasiam efficere solet	1056	cordis passiones qua signa ostendant	86	dies quosdam certos habet, praerogatis quorundam certis remedijs destinatos, sed nihil horu potest esse certum	1222
commoditas circuitus maioris momenti quam dici	1221	cordis temperati signa qua omisit Galenus	61	differentia temporis non est in medici electione	1140
complicationes multarum causarum, morborum & symptomatum: & qua in his praecipua	1176	corpus quando & quibus auxilijs siccandum	1147	differentia propria qua telligantur	1187
concoctio ciborum ex quibus cognoscatur esse perfecta	108	corpora temperata causis omnibus resistere plus quam alia	24	dignior certissima natura cuiuscunque hominis	26
concoctionis prima vitata signa	89	corruptela magna excuntis sanguinis, prohibet sanguinis missionem	1151	dignotio corporum a tribus	19
conditiones qua nos inuitant aut deterrent a purgatione succis neque coctis neque turgentibus	1206	crebritas in pulsu & respiratione magnitudinis, & celeritatis vicem supplet	1082	dispositiones facile, habitus difficile tolluntur	1099
conindicantia & contra indicantia sunt indicantia	1123	crispitudo ex duplici causa	36.	diuisio corporum explicatur alio modo	11
constitutio artus quid sit	2	38.19		in Diuisionibus tribus modis peccare contingit	597
constricta quo sunt duriora, eo citius ad propriam figuram redeunt	1085	crudorum omne genus est album	45	dolor vt continet fluxionem	718
consuetudo euacuationes pro naturalibus sunt	1162	cubicula agrotantium non semper sint vndiquaque conclusa	1140	dolor quid, & qua eius causa	92.
consuetudo & facilitas ad expurgandum maxime est momenti	1154	cucurbitularum vsus in malignis febribus	1216	192	
consuetudo & natura hominis cibi quantitatem indicant	1125	curandi ordo	132.133	dolor omnem intemperiem inaequalem comitatur, equalem nullam	191
consuetudo indicat cibi quantitatem & qua causa	1126	curandi vniuersalis ratio	130	dolor quid indicet, & quot modis fiat	91
consuetudo quanti sit faciend		curatio omnis contrarijs aequalibus fit	1143	doloris causa dua	191
		curatio peclariter dicta quibus rebus agatur	1120	doloris indicationes	1158
				doloris species quot sine dolore nunquam fieri sine solutione continui	200
				domus agrotantibus mutanda	1141
				dosis medicamenti	136
				dura si creuerint, curationem non	

mittunt. 120.121
 durum non cedit intra se 1074
 durum non cedit intra se, vehe-
 mens cedit nisi sit durum 1074
 dysenteria indicationes 1160
 E
E Narratoris munus 11
 Ephemerarum curatio 1192
 epiala et rigor sine febre eadem
 materia 694
 epiala febris causa 207
 epiala febris etymologia 692
 epialum quid apud Galenum 692
 essentia magnitudo & acuries
 morbi neque ab eisdem neque
 eodem modo cognoscuntur
 1196
 euacuatio multa quantumvis o-
 ptima sit sine aliqua facultatis
 debilitatione 1169
 euacuatio omnis immoderata, est
 causa sicca & frigida 117
 euacuatio qua mala 1057
 euacuatione & localib. simul &
 alternatè licet vti 1176
 euacuationes magis vniuersales
 precedant minus vniuersalib.
 1175
 euacuationes noxia ab vtilibus
 quomodo distinguantur 1168
 euacuationes qua sinenda, qua
 promouenda, & qua cohiben-
 da 1165
 euacuationes quadam videntur
 vires auxisse 1169
 euacuationes quales sint futurae
 regula prænoscendi à princi-
 pio 1170
 inter Euacuationes principij &
 inclinationes morbi regularis
 quid agendum 1209
 in Euacuationibus cum varia cõ-
 siderationes dubitationem
 generant quid faciendum 1173
 exanthemata qua dicantur 69
 exceptiones idoneae nihil detra-
 hunt regulis 1205
 excreatio qua ratione affectam
 partem indicet 98
 excrementa omnia indicant affe-
 ctiones membri à quo excer-
 nuntur 1147
 excrementorum diuisio 1147
 excrementorum omnium indicium
 1049
 excretionum differentia 93
 exercitatio qua dicenda, quid ite-
 labor 1090
 exercitationis utilitates 113
 expurgandum ob turgentiam ci-

I N D E X.

tra coctionem & turgentiam,
 & quando 1206
 expurgans medicamentum an ex-
 hibendum aliquando sit in i-
 psa accessionis die 138
 expurgatio an vsque ad animi de-
 liquium ducenda 136
 expurgatio ante coctionem & ci-
 tra turgentiam an vilo modo
 bene cedat 1205
 expurgatio familiaris morborum,
 sed aliquando principijs in cu-
 ratione regulari 1204
 expurgatio non sine periculo dif-
 fertur facta sufficienter coctio-
 ne 1212
 expurgatio quando fieri debeat
 137
 expurgatio per superna, quibus
 per inferna agenda sit 139
 expurgatio vitiosi succi quando
 vtiliter sit, & quares hãc oc-
 casionem indicent 1147
 exquisita semiteriana appella-
 tur, in qua neuter humor ab al-
 tero superatur 706
 F
Facile calefieri rem, aut facile
 alterari longe differt 194
 facultas & morbus duo primi
 scopi 1123
 facultas non petit auxilia, sed
 morbus 1123
 facultas seruat rebus naturali-
 bus, hac verò ex idoneo vsu re-
 rum non naturalium 1121
 facultas vitalis maxime necessa-
 ria ad omne medicina opus
 1150
 de Facultatis constantia 1140
 facultatem animalem, naturalem
 & vitalem qua actiones vale-
 re nos doceant 1150
 facultatum nota sunt suae actio-
 nes & accidentia 1150
 facultates alimentorum & medica-
 mentorum 1128
 facultates oēs constare ad vacu-
 andum audacter optimè 1149
 facultates naturales quatuor 718
 feces alui multo facilius insciantur
 succos & spiritus nostros, quã
 quavis aeris intemperies 1100
 fames quid 7519
 fames & sitis dolores faciunt 192
 famis nomen quid significet 619
 fastidij curatio 1159
 febricitantium pulsus 1097
 febris continens quomodo fiat
 1115

febris continens vbi habeat calo-
 rem factum 607
 febris continua sit ex humore pu-
 trescente intra vasa 676
 feb. continua non continens quo-
 modo fiat 1115
 febris diaria non in calore spiri-
 tum habet essentiam, sed cor-
 poris 204
 febris diaria qua quatuor dies du-
 rat, & quare 1102
 febris diaria quartum diem si ex-
 cesserit, mutatur in febrem
 putrem 1102
 febris ex quibus signis cognosci-
 tur 1184
 febris ignorata specie agnoscitur
 morbi constitutio 1197
 febris hectica post acceptum cibum
 semper exacerbatur 1107
 febris humoralis non est vsq; dum
 humor putrescat 690
 febris inflammatione quomodo fi-
 at 136
 feb. lipiria siue typhodes 11
 febris non est, quoties maior est ca-
 lor naturali 8410
 febris nulla hectica à principio si
 causa manifesta 1107
 febris omnis pestilens à solo aere
 fit 1116
 febris omnium morborum genus 1098
 feb. paragrammatica, agmastica &
 omotona quomodo fiant 1115
 febris perpetua & ardens acce-
 dit omni inflammationi partis
 interna 1094
 feb. putris ex qua materia fiat
 1102
 febris qua habitus, species 1098
 febris quartana duplex aut tri-
 plex quomodo fiat 1111
 febris quotidiana cum quartana
 laborantis signa 1111
 febris semiteriana & signa qui-
 bus cognoscitur 1111
 febris simplex mitis & securata
 pud Gal. & Hippo. 711
 febris tertiana duplex quomodo
 fiat 711
 febris diaria differentia quibus
 signis dignoscantur 1107
 feb. elodis signa 1112
 febris epiala duplex generatur
 698
 febris essentia in solo crudus calor
 est 594
 feb. hectica à putrida distinctio
 1107 differentia quibus signis co-
 gnoscuntur 1107
 febris

I N D E X.

febris hectica pulsus	1092	difficilius capiantur	628	gicæ	697
feb lipiria signa	1112	febres qua ratione distinguantur		Galenus locus enarratur aliter ac solet	622
feb. pestilentis hectica signa	1112	horrore, frigore & rigore	675	genus diuidere in proprias differentias difficile	597
humoralis signa	1112	febres quartana ab alijs morbis liberant	1092	gratia dei plus potest ad mutandos naturales mores, quam philosophia	60
febris proxima causa est putredo succorum	1113	febrium cause	684	gracilitas & senectus an sint morbi	168
febris putrida pulsus 1091. species ex figura partium cognoscuntur	1109	febrium diuisio trimembris nõ est verè ex materia	606	grauedo sape est febris causa	671
febris putris melancholica & pituitosa ex calore signa	1108	febrium essentielles differentias quasdam esse	604	H	
pituitosa & vitrea ex calore signa	1108	febrium genera per quinque precipua signa cognoscuntur	1106	H ectica febris putrida complicata	1191
ad Febrem quoduis genus quiratione causarum non naturalium sint procliuus	1113	febrium omnium putridarum excrementis, causis & figura, signa	1109	hectica secunda speciei fieri potest progressa prima specie	666
feb. r. phodis signa	1112	febrium perpetuarum exacerbationes maiores aut minores fiunt pro ratione succi ex quo fiunt	1109	hectica simul & putrida posse laborare hominem	659
febrem cur non desinat Galenus	598	febrium putridarum & reliquarum differentia	679	hectica febris differentia	651
febrem fieri ex sanguine putrescente nec Galenus negat, nec vult illud Auicenna	708	febrium repetitionis per circuitus causa	606 631	hectica intemperies quare nõ sentitur	199
febrem putridam semper incipere à diaria, male colligit ex quodam Galeni loco	608	febribus duabus tertianis laborantis signa	1110	hecticam cum putrida coniunctam agnoscendi methodus	666
ad Febrem sua natura qui magis aut minus sine temperamento sint procliuus	1113	febribus duabus quartanis laborantis signa	1110	hecticam fieri ab initio	651
febrem tertianam productam esse semitertianam Agathinus existimauit	706	In febribus grauibus maxima precautio vacuare satis inter initia	1165	hecticam incipientem per sese & à diaria nec peritissimum medicum dignoscere indicatur	660
febris quartana duplex fit ex simplici, vt ex duplici triplex sic tertiana duplex saepe à simplici incipit & modus cognoscendi	1111	figura morbi quomodo conducatur ad eius cognitionem	1107	hecticam nullam sine siccitate esse	662
febres accidentes genere sunt diaria	633	figura laese curatio	122	hemitritei duplex duntaxat esse genus	707
feb. continentis à solo sanguine fiunt 1115 cur euadant rarissime in quartanas	711	finis medici sanitas	1117	hepar adstringentibus curandum indicat	160
feb. cur alia quotidiana, tertiana alia, aut quartana fit	1116	fluxio nullius morbi est causa prima	1154	hepar affectum qua signa ostendant	88
febris cur nonnunquam difficile dignoscatur	1114	fluxiones materia non furiosa quod indicent	1154	hepar mittere facultatem venis quomodo intelligendum	160
feb. diaria fiunt in spiritibus	1100	fluxiones multorum morborum causa	1154	hepar per vrinam & ventrem quomodo vacuatur	160
febres & ephimera quarum cause sunt presentes, & quarum recesserunt, quomodo curentur	1192	fluxus vt morbi causa tolli se indicat	1155	hepar quatuor succorum officina	61
febres omnes diaria & putrida sunt inaequales intemperies	204	formationis lapsus	120	hepar quid praestet corpori	25
febres maligna quas habeant indicationes	1216	frigida & sicca non tam melancholica quam pituitosa	630	hepar secundum locum caloris habet	54
febres qua ab insigni aliqua nota nomen acceperunt, per eandem cognoscuntur	1112	frigida medicamenta actu admoventur aliquando pati	1188	Hippocrates solus ante Galenum recte diuisit febres	598
febris quenam ex sanguine gigni possit	1103	fuchsius male explicat intemperici inaequalis rationem	185	Hippocrates breuiloquium coniungere consuevit dignotiones cum differentijs	611
febres quae natura facilius, & quae		G		Hippocratis oratio ex sexto Epidem. exponitur	600
		G alenus aliquando ex gradibus siccitatis, nunc ex roris consumptione accipiunt hecticae differentias	695	hispiditas caloris, glabrities frigoris	67
		Galenus non omisit aliquem modum	167	hominis natura & consuetudo cibi quantitatem indicant	1125
		Galenus pituitam diuidit ex modo substantia, & ex saporibus	695	hora intermissionis quando non expectanda ad cibos & remedia	1218
		Galenus quas vocat quastiones lo		hora leuissima expectanda ad o-	

I N D E X.

in nem morbi curationem, nisi
 quia regit 1218
 hora qua dandum pharmaci aut
 scriptum quouis anni tempo
 re non prohibent morbi me-
 tu 1221
 hora remissionis qua causa ad re-
 medium accommodatissima
 pag. 1218
 hora aequinoctiales sunt horolo-
 giales 687
 hora matutine leuissima 1220
 hora matutina eligenda pro medi-
 cinalibus auxilijs 1220
 horror nec proprium nec inspa-
 rabile putrida 640
 humiditas maior calore ad putre-
 dinem, calor maior humidita-
 te ad vitiones paratos facit 59
 humor gignitur ex mitiori mate-
 ria ceteris paribus 711
 hypochondria cum fouemus, mo-
 derate calidis admisceda, qua
 robur seruent 1212
 hypochondriorum foci 1178
 I
Icrem frequens vesicae fellis ex-
 turgitatem ostendit 83
 incallescere à cibo proprium & in-
 separabile putridarum 638
 incidentibus & coquentibus qui
 do vitendum 1212
 inciso & extenuatio succorum
 prapapata ad faciliorem co-
 ctionem 1212
 indicatio à facultate praestantior
 est quam à morbo 136
 indicatio à temperamento totius
 corporis 1181
 indicatio quid & scopus 1118
 indicatio tardanda aut properan-
 da curationis ex constitutio-
 ne morbi sumitur 1197
 indicationis à magnitudine, &
 acutie morbi 1156
 indicationes à communibus prio-
 res sunt iis, quae à propriis
 pag. 1169
 indicationes à morbi essentia
 1156 à partis dignitate à sen-
 sus acuitate à situ & reliquis
 1185 à proprietate partis 149
 à magnitudine & figura 189
 indicationes aliquando sunt in-
 uanda in ipsis decretorijs dieb.
 pag. 1222
 indicationes contraria 1221
 indicationes doloris 1158
 inaequalis intemperies quae dica-
 tur 173

inaequalitas collectina non insepa-
 rabilis à putrida 638
 inaequalitas febris quid sit 638
 inaequalitas manifesta proprium
 putrida non inseparabile 641
 inedia calorem auget, & febres
 diarias facere solet 1090
 inflammatae partes vocant la-
 borantes calida fluxione 622
 ab initio praebedere quid sit apud
 Galenum, disputatur 640
 iniuria à timore nascuntur 54
 intemperies aequalis sine dolore
 190
 intemperies sientes qua ratione
 sint inaequales 175
 intestino stercore obturato gra-
 uissima nascuntur mala 152
 ira quid sit 57. 6. 8
 ira quando utilis 1139
 iracundi frigidiores temperamen-
 to 52
 irascibilis facultas cedis 618

L
Labor est finis exercitationis
 170
 laesa saepe nunquam iuuare possunt
 1180
 letitia quae non nimia est, sem-
 per procuranda 1138
 lapis quomodo in renibus aut ve-
 sica signatur 1060
 lapis vesicae sectione extrahendus
 152
 lassitudinis nomine quid intelli-
 gat hic Galenus 647
 libellus de constitutione artis me-
 dicae continet resolutionem do-
 ctinam 3
 limatura ferri vis 1137
 lippitudo quid 713
 localia medicamenta non conse-
 runt pleno corpore 156
 localia remedia vniuersalibus in-
 ter ponantur 1208
 loci et oppidi mutatio reguli
 1140
 loci mutatio in locis morbis vtilis
 & quando 1140
 luminis & tenebrae quae sint indi-
 cationes 1142
 luxationes quomodo curantur 191

M
Magnum & paruum abusi-
 uè dicuntur de qualita-
 tibus 604
 malignitatis nota 1216
 marasmus prorsus est inseparabi-
 lis, & cur. 652
 marasmi signa nouem 655
 marcorem nec calidum nec frigi-

dum esse probatur 654
 mares in dexira vteri parte, fe-
 mina in sinistra sunt, & cur
 64
 medendi ratio primo discenda v-
 niuersim 1117
 medicamentosa cibi qualitates
 1128
 medicamentum in cibis quando
 dandum, & quale hoc esse de-
 beat 1222
 medicameta quae adu, & quae po-
 tentia dicantur 131
 medicameta quae qualitate manife-
 sta operantur, praeferenda ijs
 sua proprietate 1188
 medicamentorum compositio di-
 scenda ante curandi methodum
 1193
 medicamentorum proprietates
 1160
 medicamentis multis vrentium
 error sine magna causa 63
 medicina an sit scientia 5
 medicina non potest seruari om-
 nium rerum naturam, neque
 verò est quorundam 9
 medicina definitio examinatur
 pag. 4
 medicus, & eger quibus indigeat
 pag. 1220
 medici saepe dubitant de morbi ef-
 fectis sine ullo aegrotati ma-
 lo 1196
 medici de morbo differentes de re-
 medijs consentiunt 1197
 medici est rectè imperare, & quae
 imperarit, an rectè fiant agno-
 scere 1120
 medici non possunt omnino exa-
 ctam curationem instituire 1193
 medicos quos carpat 1219
 membra praecipua quot sunt
 pag. 25
 menstruus sanguis succedit ali-
 quando purgationi 1149
 menstruus detentus vnde mitten-
 dus sanguis 1162
 methodus cibandi in morbo 1123
 methodus curandi generatim &
 speciatim tradi potest 1170
 methodus haec, quae causa sit scri-
 pra 1118
 ante methodi tractationem no-
 scenda sunt res naturales non
 naturales, & praeter naturam
 materiam medicinalem, & il-
 lius facultatem 1118
 methodo instructus non decipie-
 tur à communibus praecibus 1118

I N D E X.

mittitur sanguis & expurgatur aliquando sine insigni reduntantia aut vicio 1148
 mittitur sanguis in principio omnium fere morborum 1211
 mittitur sanguis qui non superat naturalem mensuram plerumque in febribus 1148
 missio sanguinis preparat ad expurgationem 1149
 missio sanguinis in morborum principis maxime habet locum 1202
 missio sanguinis in morborum initiis probatur, sed & aliis temporibus tentanda 1204
 missio sanguinis modum excedens quas noxas afferat 1203
 missio sanguinis omnium auxiliorum optimum & multiplex 1202
 missio sanguinis poscit virtutem ad presentem euacuationem, & ad ea que futura sunt 1203
 missio sanguinis quous morbi tempore aliquando utilis 1202
 missio sanguinis sola sapius vitimur in febribus quam sola expurgatione 1149
 à Missione sanguinis timenda debilitas, & concoctionis impedimentum 1203
 mobilitas à calore est 46
 morbus à vitiosa natura distinguitur 121
 morbus curatione cognoscitur à iuuantibus, & nocentibus 1198
 morbus quò extinguitur 1121
 morbi causarum alia externa & que 1091
 morbi futuri indicia 94
 morbi tempus aut facultas cibi quantitatem definiunt 1123.
 & 124
 morbi tempus per se nullum poscit cibum 1122
 morbi capitis per palatum & nares, ventriculi verò & gule per vomitum curantur 1147
 morbi & symptomata cum profunt, sinenda sunt, augenda aut nouanda 1163
 morbi multi non omnino cogniti curantur 1194
 morbi qui dicantur prima intentione curari 1189
 morbi quibus rebus curentur 1122
 morbi similes dubitationem faciunt 1194
 morbi similes non habent dissimilem curationem 1194
 morbi sunt multa remedia mor-

borum 1122
 morbi superuenientes aliis cum nocent, aut per se aut magnitudine sunt noxi 1165
 morbo non exacte cognito quid faciendum 1194
 morborum multorum difficilis cognitio 1294
 morbis temperamenti presentibus, & futuris, & partim presentibus, partim futuris quomodo occurrendum 129
 in Morbis thoracis lautius agendum quam cum naturalia instrumenta laborant 1125
 morbos curamus morbis cum tutioribus vti non licet 1164
 morbos que curant, raro esse molestia 1122
 mores naturalis philosophia mutare potest 60
 mors naturalis & sine molestia 654
 mortis timorem incutit medicus, agrotis, vt obediant qui & pudore etiam obediunt 1138
 motus non omnino est contrarius somno & similis vigilia 1136
 motus vehemens confert laborantibus obstructione viscerum 1137
 motus & quietis comoda, & incommoda, & quibus iniungenda 1137
 motus calorem facere 617
 mutandi loci causa sunt aliquando dispositio neutra, & longa, & lentus morbi ingressus 1140
 mutatio loci utilis in morbis longis & quando 1140

N

Natura in principio morbi non solet aliquid expellere, neque coctum eo tempore aliquid sit 1158
 natura omnis facit quoad potest, id quod est optimum 1081
 natura opifex, medicus minister 120
 natura vehementer lapsa per morbos reducenda 1182
 natura similes in morbos similes facile cadit, indissimiles non item 1112
 prater Naturam quod est aliquando seruandum 1163
 naturas vehementer lapsas etiam per morbos reducendas 1182
 naturale non cedit non naturali 1082

naturales morborum cause que 1112
 naturalia seruantur similibus, & consuetis 1121
 nausea quid 89
 neutra dispositio que sit 5
 neutrum quibus modis dicatur 8.15 & 95
 neutri simpliciter qui dicatur 11
 neruus quando transuersim se cadit 149
 neri punctura prompte consultationem affert 148
 neri punctura qualia medicamenta 49
 neruo vulnerato irriganda sunt oleo emacillorio 149
 nerui optici coeunt, nerues videantur duplices 83
 nunc duobus modis accipiuntur 15

O

Occasio remedium 1199 & 1220
 occasio remedium in particularibus morborum temporibus 1218
 ocium habet vim refrigerandi & humectandi corpora 1090
 oculi pulcherrimi qui 46
 oculi pupille exiguitas 47
 oculi auersi curatio 126
 oculorum coloris differentia unde nascatur 48
 oculorum exiguitas 46
 oculorum magnitudo quid indicet 46
 oculorum profunditas 47
 odium amori obicitur 1139
 odor vitius nutrit quò potus 1135
 odor gratus & utilis differunt 1140
 odores duplices 1135
 odorum varij affectus & admirandi pro peculiari hominum natura 1140
 ophthalmia curatio 721
 oppidi & loci mutandi regula 1140
 oppida temperata simpliciter & bene locata que sint 1106
 oris ventriculi passio ab humore acri aut frigido pulsam maxime vitiat 642

P

Pars eadem possit ne calefieri & refrigerari simul 174
 partis affecta indicium 1183
 partis mittetis & recipientis differentia 726
 partes affecta quantitatem cibi definiunt 1125

I N D E X.

partes que inungenda in morbis ad coctionem & quibus medicamentis	1211	potu quo vrendum in augmento, statu & declinatione	1134	pulsus vehemens, debilis aut moderatus	1074
partes solidae humectati nequeunt	73	in Potu vim magnam habet consuetudo, vt in aliis	1131	pulsus vt rectè percipiatur, octo sunt obseruanda	1071
partium internarum affectus vt cognoscantur	84	practica tres partes	1119	pulsus differentia species octo	1071
perungily curatio	1159	proprium quot modis dicatur, & eius rationes	637	pulsus nomen multiplex	1197
peste qui facillimè & qui difficillimè corripiantur	617	prudencia omnis incipit à cognitione finis	1120	pulsus prima causa cõmentis differentia: item secunda & tertia siue instrumenti & vsus	1082
pestilens constitutio qua	619	pulmonis frigidi signa	77	pulsus quiete interrupti duo genera	1076
picæ ratio & causa	80. 89	pulsus equaliter inaequalis	1074	pulsus vehementia & debilitas quomodo cognoscantur	1079
picrocholi cibi dilationem nõ ferunt sine graui noxa	1130	pulsus catocho laborantium	1095	pulsus vsus diminuti differentia	1081
pharynx qua pars dicatur Gale- no & Hippocrati	80	pulsus collectiua inaequalitas qua, in quibus, & quotuplex	1077	pulsui inaequali tantum ordo conuenit	1072
phlegmatis etymologia	693	pulsus compressus quid sit	641	pulsus durum non esse inseparabilem à febre, contra Archigenem disputatur	649
phlegmonis generatio	186	pulsus conuulsorum aut angina laborantium	1095	pulsus ordinem seruare in lethali us morbis malum, in salubribus bonum	1085
pituita acida sit in coctione	613	pulsus creber, rarus, mediocris	1074	pulsus à cibo moderato, aut inedia quales	1189
pituita acida facit rigorem, salsa horrorem	726	pulsus deficiens, & eius differentia	1074	pulsus mutantur cõmutatis morbis	1095
pituita gypsea non est humor	613	pulsus debilis est proprius facultatis debilis	1081	pulsus ordinati aut inordinati causa	1084
pituita nõ est apta vt vratur	1102	pulsus dolore laborantium	1096	pulsus quales à balneis frigidis aut calidis fieri soleant	1189
pituita salsa putrefactione sit	613	pulsus durus à nullo genere febrium est inseparabilis	649	pulsus quales in vnoquoque anni tempore natura fieri soleant	1085
pituita generatio species	696	pulsus epilepticorum	1096	pulsus quales quodque temperamentum simplex habeat	1086
pituitosam naturã facere ad mor- tes probatur	60	pulsus est rarus in omni affectu soporoso	1095	pulsus variantur pro diuersitate sexus aut etatis	1086
pleuritis peripneumonia & ischi- as non desiderant stringentia ne in principio quidem	1186	pulsus gracilium calidorum aut frigidorum quales	1086	purgatio reuulsio est aliquando	1154
pleuritis solet migrare in pulmo- niã, & tandem in tabem	1014	pulsus inaequalis non interruptus, & eius species	1076	quando molienda	1146
pororum duplex genus	40	pulsus in autumno debiles	1088	à Purgatione semper curationes inchoare, error	1202
positus differentia	120	pulsus intercurrentis	1076	putredo caloris causa	617
potentia aestimandum remedium non specie	1121	pulsus intermittens quis, & quot modis fiat	1078	non semper sit ex obstructione	623
portionis medicata vsus	1132	pulsus magnus & celer cum quiete externa producta proprium & inseparabile diariis	637	putredo prohibita transpiratione fit	194
portiones in frequenti vsu sunt aqua sola, aut medicata vinum merum aut dilutum	1131	pulsus marcescentium	1095	putridarum signa	640
potus conualescentium qualis esse debeat	169	pulsus nullus omnibus est natura- lis	1072		
potus cui ante cibum, vel post, vel inter cibos utilis sit aut noxius	1133	pulsus ordinatus aut inordinatus quis	1078		
potus gelidus quid boni maliue ad ducat	1133	pulsus paralyticorum & apople- cticorum	1095		
potus largus, aut parcus quas uti- litates, aut noxas adducat	1132	pulsus paruus ac velox in princi- piis accessionum cur fiat	645		
potus non tam cito nutrit quam odor	1135	pulsus pleuriticorum & phreni- ticorum sunt duri, contrarium lethargicis accidit	1093		
potus sit aqua in morbi principio, & quanta ac qualis	1134	pulsus pro succorum varietate di- uersi fiunt	1195		
potus vehit alimētum & solatur sitim	1131	pulsus quid & qualis	1168		
potus vere est sola aqua frigida	1131	pulsus robustus robustæ facultatis proprius, & quare	1081		
potus cõsuetudinem qua nos cogant mutare	1131	pulsus suppuratorum qualis	1095		
		pulsus tertiana exquisita	685		
		tertiana simplicis	687		

Q

Quantitas in sero vrina ad q̄ referenda 1052
 quartana cur habet longum interuallum 689
 quartana febris que sit 688
 quartana & tertiana paroxysmi sunt æquales 689

R

Ratio medendi primū discen- da vniuersim 1117
 reducere

I N D E X.

reducere quid	118	cedit aliquando	1149	stragulorum depositio multo len-	
reductio quomodo fiat	119	sanguis quando mittendus post		tius debet procedere quam re-	
reducuntur antia sine insigni, aut vi-		expurgationem	1149	liqua refrigeratio	1142
tiis succorum & mittitur san-		sanguis redundans quatenus mit-		studio literarum idoneum tem-	
guis & expurgatur	1148	tendus	1146	pus	113
refectio quibus conveniat	167	sanguinis missione sola sapius		studia literarum per se valetudi-	
regionis & temporis habenda ra-		vitur in febribus quam sola		ne corpori non conferunt	112
tio ad cibi quantitatem	1126	purgatione	1149	suauitas caloris proprium diaria	
remedium potentia aestimandum		sanitas finis medici	1117	inseparabile quodammodo	638
non specie.	1143	sanitatis conseruanda ratio	1119.	succus crudus qui fit	689
renes purgari nequeunt per ven-		1122		succus nullus natura liuidus: hic	
trem	153	sanitatis latitudo habet tres par-		color a refrigeratione fit	1158
res naturales, non naturales &		tes	24	succi nigri caldi sunt aut frigidi	
prater naturam considerat me-		sarcotica quare dicantur	126	1158	
dicus	1122	scopus quid & indicatio	1118	succi omnes prater sanguinem pu-	
res non naturales in duplici sunt		semen aliquando mingitur	1160	rescunt	1101
differentia	1122	semen quid sit, & vnde decidatur		succi quomodo a natura muten-	
resoluentium duplex genus	59	6.		tur	1101
resolutio suppuratione prastan-		seminis calidi & sicci vires	65	succi varij in corpore gignuntur	
tior	188	semitertiana dua species	706	pro varia reperiē hepatis	1157
respiratio & pulsus eodem modo		senes & pueri cur morbis capian-		succorum quibus alimur diuisio	
mutantur	58	tus pituitosis	674	1110	
respiratio thoracis opus	56	sensibiliter quid significet	24	sudor ex vrina sero	65
respirationis principium cor sit,		sensuum externorum vitia cere-		sudor quibus utilis	1147
an cerebrum	56	bri passionem significat	86	suppuratio qui motus sit	635
retentio euacuationum multa		serapia aut apozimata quid fa-		symptoma quomodo curetur	1121
suffocando refrigerat	117	ciant	1147	symptomatis cur per se occurrit	
reuulsiō, deriuatio & euacuatio		sicciōris temperiei signa	69	medicus	1157
154		sicciis imaginatio plurimum du-		symptomata & per se & cū mor-	
rigoris, frigoris & horroris disse-		rat	57	bo curantur	1157
rentia	667	signa presentium, prateritorum		symptomata in euacuatione &	
rigoris mansuetudo quodammo-		& futurorum dicuntur pro-		retentione, & eorum regula	
do proprium & inseparabile		gnostica	18	vniversales	1160
diariis	639	similia a similibus facile patien-		symptomata in retentione natu-	
rigoris sine febre causa	691	tur	71	ralis euacuationes	1161
rigori an semper succedat febris		singularia in scholis doceri non		symptomata morborum quorum	
208		possunt	1193	sunt, multoties prohibent cu-	
robur vt possit esse causa morbi		singultus quid sit	89	rationem	1158
717		solutio cōtinui an semper sit mor-		symptomata multa magis rimen-	
rubrorum conspectus quibus vti-		bis, disputatur	127. 128	tur, quā morbi ex quib. na-	
lis aut noxius ex oculorū pro-		solicitudo multum obest homini-		scuntur	1157
prietate	1188	bis	1138	symptomata quando finenda, au-	
ructus quid & quomodo fiat	89	somnus in quibus affectibus vitan-		genda aut nouanda	1163
S		cus, aut co. ciliandus & qua-		symptomata quibus est occurren-	
Salua hominis vipera, & vipe-		hora	1135	dū quous morbi tempore	1217
ra homini perniciofa	208	somnus non omni: o contrarius		symptomatum indicationes	1117
salubre & insalubre de corpore,		motui	1136	symptomata euacuationes iu-	
causa & signo, an vnioce di-		somnus non semper desiderat ge-		uantes esse possunt & si non	
catur	6	rem	1136	sint optima	1167 non omnes
salubre & insalubre idem corpus		somnus procurandus in alui pro-		iuuanda	1167 quadam mor-
esse, alterum simpliciter, alte-		fluuiis	1136	bos minuunt, quadam augēt.	
rum nunc, non est absurdū	11	somnus quibus morbis nocet	1136	quadam neque minuunt neq,	
salubre insalubre & neutrum de		somnus nō est desiniendus nume-		augēt	1169
tribus dicitur 6 signum se-		ro horarum	108	quando vriles	1166
cundum diuersos nominum v-		spiritus & aer essentia differre		symptomata euacuationes quā-	
sus	17	6.0		do iuuanda	1167
salubre simpliciter quid sit	9	spiritus quomodo inflammari pos-		T	
sanguis cur impatiens purgedinis		sint & febre excitare	1104	Temperamentum totius ex	
63		sterilitatis causam nubentib. fe-		partium temperamentis	
sanguis mensruus purgationi suc-		ro	124	nasci	25
				tempus	

tempus morbi quo aliquid agendum dies & hora	1201	venus an conferat frigidis	67	angustiam indicat	83
temporis differentia non est in medici electione	1140	Venus non semper est noxia	66	vox quid sit	78
temporis & regionis habenda ratio ad cibi quantitatem	1126	quibus morbis utilis	1139	vocis rauca & clangosa causa	78
testes quid praestent	64	quibus sit noxia	111	urgentia causa ab arte recedere ars est, nulla enim praecipra sunt perpetua	1208
thoracis laesi signa	90	Veneri accommodata hora	112	urgentia occurrendum vrcunque peruertatur methodus	1174
timor aegri inquitur quib. causis	1138	vesica fellis sanguinem à bile expurgat	82	vrina aquosa in pueris maxime periculosa	1163
timor quid	52	vestes pro aëris temperie esse mutandas	107	vrina ex duabus partibus constat	1151
timore & mœstitia vt possimus vri ad sanitatem	110	victus praestantissima practica pars	1119	vrina impense flaua quid significat	1164
triturationis sola differentia medicamenti opus mutat	1187	victus quid	1119	vrina non prius agitanda quam inspicienda	1156
turgentes causa qua sint & quid indicent	1152	victus institutio quibus rebus constet	1119	vrina omnia qua in venis & arteriis aguntur significat	1151
tumorum prator naturam differentia ex differentia succorum	209	victui detrahatur, aut quantitate imminuta, aut mutata substantia, aut vtroque	1127	vrina plura quam quoduis aliud excrementum significat	1149
turgentia vera semper refertur ad vitium, ac petit citam purgationem, non aliam euacuationem	1152	victu & auxiliis omnis curatio constat	1118	vrina qua videatur crassa	1056
tussis quid & quomodo fiat	90	victu pharmacis & chirurgia vrimur in curandis morbis	1119	vrina quid & ex quibus partibus constat	1150
V		vinum indicatione temporis morbi quando conueniat aut non	1133	vrina spumosa quid significet & à qua causa fiat	1067
Vacuatio communis & propria qua dicatur	166	vinum quibus noceat, & qua patione loco eius vtendum indicatione morbi, quibusue conueniat	1133	vrina secundum substantia optima qua crassa est, & non turbata	1155
vacuationis species indicatur per se à specie morbi	135	vinum commodum & incommodum	1132	vrina suppressa vltra septimum mors	1162
vacuationū species quot sint	134	immoderatum desiderium quomodo curetur	1159	vrina color flauus, ruber, viridis	1158
vasa quando succos expellant	1098	vino quando vtendum aut non, indicationes symptomatum	1134	vrina color niger à nigrorum suorum abundantia	1158
vena externa brachij tutissime secatur	1152	virtus vitalis maxime necessaria ad missionem sanguinis	1150	vrina color quis optimus	1157
vena externa pro media secatur à chirurgo	1152	virtutum nota sunt sua actiones & accidentia	1149	vrina contentum optimum quod candidum	1159
ventriculus & hepar adstringentia desiderant	1184	vicio cum ladunt succi quid faciendum	1147	vrina differentia à modo substantia	1059
ventriculi exigui curatio	121	vlcus sordidum & cauum quo ordine curetur	1175	vrina sedimentum album contraria significare potest	1164
ventriculo calido non sine noxa datur cibus valde facilis concoctu	1129	vlcera simplicia qua sint, & quomodo curentur	1189, 1190	in Vrina quomodo varia colorum genera fiunt	1157
ventriculo laborante minus cibi dandum, quam laborantibus aliis naturalibus membris	1125	vomitum qua ratione significet ventriculi morbum	90	vrina alba, pallida & liuida à frigore: flaua, rubra, & viridea calore fiunt	1150
ventilatio prohibita quatenus sit causa putrescentia	133	vomitum indicationes	1160	vrinarum differentia salutem, aut mortem significant	1162
venercorum qui vsus sit moderatus	110	voluulus frequens intestinorum		vrinarum differentia vniuersalia morbi tempora significat	1161

F I N I S.

E R R A T V M.

Ab initio columnæ 217. sic legendum: lida cum sint non inflammantur facile, vt chalcitis, mysi, sinapi, nitrum, acorum meon, costus, & pyrethrum.



